Del Colegio de La Compañía de Jesus de granada.
R- 5184
Librería.

PLVTARCHI

Chæronei Historici ac Philosophi grauissimi, Græcorum, Romanorúmque illustrium Vitæ,

Ab authore primùm Græcè conscriptæ: Postea uerò à doctissimis hominibus Latinæ factæ: Nunc tandem ab eruditissimis aliquot uiris summa cura atque diligentia ab innumeris mendis, quibus æquè & Græcum exemplar, & Latina translatio scatebant, recognitæ & collatæ.

Quibus accesserunt opulentissimi Indices: quorum primus res gestas complectitur, & quicquid historici argumenti est: Reliqui oracula, prodigia, auguria, somnia, prouerbia, leges, orationes, epistolas, stratagemata, authorum nomina habent.

Corrigido segun el exemplar
de año de 1640
Diego de Alberca

LVTETIAE PARISIORVM,
Ex officina typographica Michaelis Vascosani.
M. D. LVIII.
Ex priuilegio Regis.

Del Colegio de la Compañía de Jesus de granada.
R- 5187
Librería

PLVTARCHI

Chæronei Hiſtorici ac Philoſophi grauiſsimi, Græcorum, Romanorúmque illuſtrium Vitæ,

Ab authore primùm Græcè conſcriptæ: Poſtea uerò à doctiſsimis hominibus Latinæ factæ: Nunc tandem ab eruditiſsimis aliquot uiris ſumma cura atque diligentia ab innumeris mendis, quibus æquè & Græcum exemplar, & Latina tranſlatio ſcatebant, recognitæ & collatæ.

Quibus acceſſerunt opulentiſſimi Indices: quorum primus res geſtas complectitur, & quicquid hiſtorici argumenti eſt: Reliqui oracula, prodigia, auguria, ſomnia, prouerbia, leges, orationes, epiſtolas, ſtratagemata, authorum nomina habent.

Corregido segun el exemplar
de año de 1640
Diego de Ribera

LVTETIAE PARISIORVM,

Ex officina typographica Michaelis Vaſcoſani.

M. D. LVIII.

Ex priuilegio Regis.

CLARISSIMO VIRO LVDOVICO DANGERAN-
TIO, INVICTISSIMI GALLIARVM REGIS CON-
siliario, heroíque prudentiſſimo, ac literarum bonarum o-
mnium Mecœnati, Hieronymus Gemuſæus
S. P. D.

RAECLARE dictum olim, & noſtri ſeculi moribus abundè confirmatum eſt, honoribus artes ali, omnésque incendi ad ſtudia, gloria: iaceréque ſemper ea quæ apud quoſque improbantur. Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in neruorum uocúmque cantibus, ergo inter eos Muſici floruerunt: & Epaminondas princeps Græcorum fidibus ceciniſſe dicitur, diſcebántq; id omnes, nec qui neſciebat, ſatis excultus doctrina putabatur. Igitur & Themiſtocles cùm in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior. In ſummo apud eos honore Geometria fuit, itaque nihil Mathematicis illuſtrius. Artésque hoc tempore apud non paucos penè damnoſas, non modò apud Græcos, ſed & Latinos quæſtuoſas ac locupletatrices fuiſſe, permultis exemplis ac memorabilibus oſtenditur. Trãquillus Veſpaſianum principem, licet non nimis prodigum, ingenia tamen & artes uel maximè fouiſſe, primúmque è fiſco Latinis Græcísq; rhetoribus annua centena cõſtituiſſe, præſtantes poetas necnon artifices paſſim coemiſſe, tradit. Viginti talentis emptam unam Iſocratis orationem, author eſt Plinius. Hominum primus & auream ſtatuam & ſolidam Gorgias rhetor Leontinus, Delphis in templo ſibi poſuit, ſeptuageſima circiter Olympiade. Thucydidem imperatorem Athenienſes in exilium egerant, hiſtoriæ conditorem reuocarunt, eloquentiam mirati, cuius uirtutem damnauerant. Alexander Magnus inter ſpolia Darij Perſarum regis unguẽtorum ſcrinio comperto, quod erat auro gemmísque ac margaritis pretioſum, uarios eius uſus demonſtrantibus amicis: Imò hercle, inquit, librorum Homeri cuſtodiæ detur, ut præcláriſſimum humani animi opus, quammaximè diuite opere ſeruetur. Idem cùm Thebas caperet, Pindari uatis familiæ penatibúsque parci iuſſit. Ariſtotelis patriam, à Philippo euerſam, rurſus cõdidit. Author eſt Athenæus, animalium hiſtoriam, quinquaginta libris ab Ariſtotele conditam, millibus aureorum quadringentis & octoginta, Alexandrum redemiſſe. Neque uerò paruo in pretio Medicina fuit, cuius ſcientiam in Theombroto, Ptolomæus rex, Megalenſibus ſacris, ſeruato rege Antiocho centum talentis donauit. Et pictura minimè neglecta iacuit, Ariſtidis Thebani pictoris, ut author Plinius eſt, unam tabulam cẽtum talentis rex Attalus licitatus eſt. Octoginta emit duas Cæſar Dictator, Medeam & Aiacem Timomachi, in templo Veneris genitricis dicaturus. Candaules rex Bularchi, picturam Magnetum mediocris ſpatij, rependit auro. Pamphilum pictorem tradunt neminem minoris docuiſſe talentis annuis decem, quam mercedem Apellem ac Melãthium ei dediſſe author eſt Plinius. Eiuſdem authoritate effectũ eſt, Sicyone primũ, deinde & in Græcia tota, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt, picturam, in buxo docerentur, reciperetúrque ars ea in primum gradum liberalium. Neque uerò Apelles artis diſcendæ mercedem decoxit. Nam Alexandrum Magnum fulmen tenentem, in æde Epheſiæ Dianæ auri talentis uiginti pinxiſſe traditur. Fama eſt cùm Venerem Anadyomenen, quæ ipſa quoque inter huius opera celebratur, Auguſtus è templo Aeſculapij, apud Coos ualde nobili, Romam tranſtuliſſet, centum iis talenta ex imperato tributo, pro tabula remiſiſſe. E quibus omnibus, ut & aliis præclaris

ac permultis exemplis, coniecturam facere non uulgarem licet, quanta fuerit artium liberalium apud ueteres existimatio. Ergo discebãt eas omnes, & qui nesciebat, idoneus ciuis esse non putabatur. Postera tamen ætas, singularum utilitate perspecta, hisce terminauit modum, ac tantam cuiusque existimationem esse iussit, quantam in repub. utilitatem secum adferret. Sic Oratorem Romani & disciplinam militarem celeriter amplexi sunt. Poeticam serius receperunt, nec in magno honore habuerunt, unde minora huius studia fuere. In cæteris ita excelluere, ut neque Græcis, à quibus tamen pleraque usurpassent, nec omnino genti cuiquam cederetur. Videtur itaque, ut in singulis disciplinis inueniendis constituendísque, principia quędam primùm, ac incrementa deinde extiterunt, sic ipsarum inter sese collatio æstimatióque initia & progressus habuisse, donec experientia scilicet ostendisset, quantus cuiusque in rebus humanis usus esset: qua in re non pauca mutare seculum, quædam etiam regio ipsa aut reipub. forma, consueuit. Supra uerò cæteras artes omnes, earum literarum studia, quas uocant bonas & humaniores, nulli non genti ac hominum generi præclaram quandam & uariam utilitatem adferre solent. Et non adeò pridem orbis nostri nationes uariæ, magno consensu ea studia amplecti cœperunt, sed non pari fide in hunc usque diem retinere ac tueri uidentur. Nam qui in nonnullis fuerat ardor, uehemens quispiam ac sanè mirificus, non multùm ultra primum limen ingressis, statim est extinctus. Velut nunc inter nostrates homines pessum ire literæ uidentur, quæ tanta cum admiratione omnium, oriri cœperant. Arbitror, quia in imperitorũ manibus præmia sunt, qui cùm literarum ignari sint, nec admirari eas, nec amare queunt: & quæ præmia studiosis hominibus debebantur, ferè largiuntur aliis, aut assentatoribus, aut sycophantis, aut omnino indoctis. Neque enim de hominum ingeniis rectè iudicare norunt literarum imperiti, sed prout quisque lingua fuerit uolubiliore, magísque ad uulgus accommodata, tantò existimatur doctior. Ergo aut in illos impendũtur doctorum præmia, aut à quibusdam parum bonis uiris distrahuntur. Putant interea ingẽtes quosdam sumptus factitari, quia unus alatur & alter, quibus tamen ipsis quoque sic est prouisum sæpe, ut uix animam ducant: suos certè, si quos habent, pascere nequeunt. Hisce in rebus omnibus uehementer probanda sunt uestrorum consilia, dum ueterũ prudentiæ minimè immemores, non patiuntur suos studiis honores ac præmia deesse: quo fit ut nemo non per literas sibi ac uirtutem ad magna fastigia quærat aditum: & non ita multò pòst futurum uideatur, tot habeat duces uestra natio quot milites, tot præstantes ac excellentes docendi magistros, quot habent cæterarum gymnasia discipulos. Ea est Christianissimorum Regum prudentia atque liberalitas, ut & ingenia optimorum inuitent perlibenter, & ipsis nihil non ad uirtutem suppeditent liberaliter. Principis studia, ut ferè assolet, cætera sequitur nobilitas, & homines doctos ac bonos promouere certatim quisque gestit, ut propédiem expectandum sit, quam prius cum cæteris communem Gallia habuit, eam laudem totam sibi sola nunc auferat. Occasionem autem mihi fecit harum rerum cogitatio, præclari huius operis ad te destinandi, uir excellentissime. Nam dum inter hanc, in mentem subiisset illustrium uirorum uestræ gentis memoria, è quibus te quoque, magna prudentia, uariáque scientiæ copia uirum, primam laudem ferre cognouissem, putaui neque ineptum fore, neque præter officium meum, si tuo nomini inscripsissem PLVTARCHI historiam, quæ non ita pridem à Simone Grynæo, [illegible], Græci codicis collatione emendata, nunc excuderetur nitidius multò & elegantius. Sed & minimè ingratum id fore excellentiæ tuæ arbitrabar, quòd & literarum omnium amatorẽ, & doctorum hominum patronum esse singularem quendã te cognouissem, tum iisdem quoq; studiis oblectari solitum,

solitum, qualibus hic author in primis gaudebat. Nam is quoque aulæ sectator olim; & magna apud Imperatorẽ Traianum authoritate pollens, sic in repub. uersatus est, ut philosophiæ studium nunquam deponeret, ac prudentiã cum sapientia coniunctam semper haberet. Supra uerò hæc omnia impellere me non desiit huius scribẽdi generis dignitas, de quo ipso sanè, & ut cõstet adhuc magis institutum istud minimè falsum esse, quædam narrãda & paulò distinctius repetenda uidentur. Cùm scriptorum uaria sint genera, & aliud alio præstantius sit, quod æstimatur uel diuturnitate, uel dignitate utilitatéque, omnibus hisce nominibus cæteris præstare historia sanè uidetur. Nam uetustissimũ hoc scribendi genus esse permultis probatur. Cùm enim apud Græcos antiquissimum è doctis genus uideatur poetarum, siquidem Homerus fuit & Hesiodus ante Romam conditã, Archilochus regnante Romulo, historiã eo genere antiquiorem fuisse ac longè præcessisse necesse est, quoniam poetici apparatus fons & origo fuit ipsa historia. Nam Poeta tanquam fabulas ad docendum usurpet, multas ueritatis quoq; partes suscepit, & falsum apposuit, illam quidem acceptans, hoc uerò ad ducendam multitudinẽ populariter ac militariter inserens. Hoc modo bellum Troianum, ut gestum est ex historia sumens, fabulosis inde figmẽtis adornauit Homerus. Sic & Vlyssis errores. Atenim nulla ex ueritate noua annectere prodigia, nequaquam est poeticũ: hoc enim modo ut quis uerisimilia mentiatur maximè contingit, si uera permisceat. Quod & Polybius de Vlyssis erroribus asserit. Tale id quoque est, ὥσπερ ψεύδεσθαι πολλὰ λέγων ἐπιμιγνὺς ὁμοῖα. Nam ex historia sumpserat exordiũ. Sic Æolum adiacẽtibus Liparæ insulis imperasse tradit Homerus: uicina itidem Ætnæ loca & Leõtinis, Cyclopas & Lestrygonas, homines quosdã immanes, tenuisse. Charybdim & Scyllam à prędonibus occupatas, idcirco fretum ipsum illius tempestatis mortales nequaquã adire ausos. Sic Cimmerios, Bosphorum qui ad Boreã est, & loca tenebrosa incolentes, ad finitimas inferno & obscuras regiones propriè traduxit. Et Colchorum fabula, Iasonísque ad Æan nauigatio, & quæ de Circe ac Medea tradũtur, historiam habent antiquam. Eodem modo ex Ponto ad Oceanũ narrationem de Vlysse traduxit, æui illius hominum opinionem significans, qui Pontum tanquam Oceanum quendam arbitrabantur, & qui eousq; nauigassent non aliter in exteriora maria ingredi credebant, quàm qui extra columnas longius fuissent producti. Tanquam igitur argento quispiam circunfundit aurum, ita poeta ueris contemplationibus fabulas apponit, quibus eloquutione dulcedinem conciliat & ornatum, eundem quem & historicus finem in rebus narrandis respiciens. Quibus tandem necesse est historiam poetica antiquiorem extitisse. Sed an soli huic facultati, artibus cæteris quæ multò pòst inuentæ sunt, nihil historia contulit? Aio quòd in uniuersum omnibus. Cùm nanque scientiarum aliæ in contemplatione sola, aliæ in actione quoque consistant quadã, utrunque genus ex historia initium duxisse: huius uerò pars quoque non exigua in hac ipsa sita esse uidetur. Siquidem physiologia tota, an nõ obseruatio quædam est ueterum, in singulis primùm rebus facta, deinde in unam artem à posteris traducta? Eius uerò partem postremam quandam, titulo quoque historiæ notarunt Peripatetici. Et mathematicæ disciplinæ, in primis uerò Astronomia, non nisi è plurimorum annorum obseruatione coalescere potuerunt: qualem fuisse traduntur eam quæ in nobilissima turri Alexandriæ à singulis magistris notabatur, de Solis ac Lunæ & reliquorum syderum erroribus, donec annorum inde & eclipsium cæterorũmq; modus uniuersus certa coniectura constitueretur. Philosophiæ uerò pars quæ à moribus nomen obtinuit, & in actione locatam partem non exiguam habet, tum exemplorũ, tum cæterorum quæ ex historia desumuntur collatione, magnã lucem & præclaram habet. Quin ad uitam ciuilem totam ritè instituendã, singularem

utilitatem hæc adfert: quot enim in rebus maximis difficillimísque tum domi tùm foris rectè administrandis, consilia præceptáque aut non aliunde, aut nusquam felicius ac tutius, quàm ex iis quæ pridem gesta fuerunt, ac scriptis tradita, eruuntur ac usurpantur? Sic absque rerum à ueteribus gestarum monumentis non multùm puerorum scientiam, in rebus plerisque excedet sæpe parentum sapientia: & qui hanc sustulerit, is partem uitæ non exiguam è medio sustuliſſe rectè existimabitur. Cùm autem historiam & alij scripserint præclarè, hoc ipso authore superiorem haberi neminem, rectè arbitrantur. Quandò enim duplex huius consilij est opus, & alia scriptorem eligere ac sequi decet, alia uerò uitare, nemo est qui uel pari prudẽtia hæc declinet, uel simili moderatione illa prosequatur. Sic integra fide gestorum narrationes exponit, laudat circunspectè, collocat ac disponit diligenter, ut si uel Momus iudex sit, sententiam hic ferre queat commodissimé. Cæterorum authorum ferè singulæ uirtutes sunt, hic unus nouit ũniuersas: siue enim Thucydidis densam uim ac breuitatem, siue Herodoti candorem ac effusam uoluptatem, siue Xenophontis iucunditatem inaffectatam, siue Platonis doctrinam, siue Aristotelis rerum scientiam, scriptorum copiam, inuentionis acumen, operum uarietatem requiras, in hoc uno ea omnia cumulatim reperias: ut minimè falsa de hoc ipso fuerint magnorum uirorum nostra ætate iudicia, quibus existimatum est, solam huius librorum officinam, ad plenam eruditionem abundè instructam bibliothecam esse. Quo magis tibi quoque Heroi tum literis, tum dotibus cæteris præstantissimo, prudentia summa, acumine singulari, gratum fore istud consilium existimaui, ut ad ædes tuas, ad Musæum illud longo bonorum authorum ordine instructissimum, hunc quoque, ciuitate Romana non quidem nunc primò donatum, sed Græcorum collatione exemplarium, mendis, quæ inerant permultæ & ualde graues, detersis, mirificè restitutum, destinassem. Sic enim & habeas quò magnis rerum moliminibus defessam mentem oblectare queas, & ego hoc facto, obseruationis erga tuam excellentiam, significationem aliquam præbuero: quam significationem clementer abs te suscipiendam esse sanè confido, & in primis opto. Vale.

PLVTARCHI ELOGIVM EX SVIDA.

PLVTARCHVS ex Chæronea Bæotiæ urbe, uixit Traiani Cęsaris temporibus, & etiam ante: cui quum ille Consulatus dignitatem tradidisset, mandauit, ut nemo Illyricorum magistratuũ, præter huius sententiam quidquam perageret. Scripsit autem multa. Hæc ille.

VIRORVM ILLVSTRIVM, QVORVM VITAE HOC præclarissimo Plutarchi opere describuntur, Catalógus.

1	Theseus,	Lapo Florentino interprete.	folio 1.
2	Romulus,	Eodem interprete.	fol. 8.
3	Lycurgus,	Eodem interprete.	fol. 17.
4	Numa Pompilius,	Eodem interprete.	fol. 25.
5	Solon,	Eodem interprete.	fol. 33.
6	Publicola,	Eodem interprete.	fol. 41.
7	Alcibiades,	Donato Acciaiolo interprete.	fol. 47.
8	M. Coriolanus,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 59.
9	Themistocles,	Lapo Florentino interprete.	fol. 68.
10	Camillus,	Eodem interprete.	fol. 75.
11	Pericles,	Eodem interprete.	fol. 84.
12	Fabius Maximus,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 93.
13	Pelopidas,	Antonio Becaria interprete.	fol. 100.
14	Marcellus,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 108.
15	Annibal,	Donato Acciaiolo interprete.	fol. 116.
16	Scipio Aphricanus,	Eodem interprete.	fol. 128.
17	Philopœmen,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 136.
18	T. Quintius Flaminius,	Eodem interprete.	fol. 141.
19	Aristides,	Francisco Barbaro interprete.	fol. 147.
20	Cato Censorius,	Eodem interprete.	fol. 155.
21	Paulus Aemilius,	Leonardo Aretino interprete.	fol. 164.
22	Timoleon,	Antonio Tudertino interprete.	fol. 171.
23	Agis & Cleomenes,	Eodem interprete.	fol. 179.
24	Tiberius & C. Gracchus,	Leonardo Aretino interprete.	fol. 193.
25	Lysander,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 200.
26	Sylla,	Eodem interprete.	fol. 207.
27	Pyrrhus,	Leonardo Aretino interprete.	fol. 218.
28	Caius Marius,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 226.
29	Eumenes,	Eodem interprete.	fol. 236.
30	Sertorius,	Leonardo Aretino interprete.	fol. 241.
31	Cimon,	Leonardo Iustiniano interprete.	fol. 247.
32	Lucius Lucullus,	Eodem interprete.	fol. 253.
33	Nicias,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 267.
34	Marcus Crassus,	Eodem interprete.	fol. 277.
35	Agesilaus,	Simone Grynæo interprete.	fol. 289.
36	Pompeius,	Antonio Tudertino interprete.	fol. 298.
37	Alexander Magnus,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 316.
38	Caius Cæsar,	Iacobo Angelo interprete.	fol. 333.

39	P hocion,	Lapo Florentino interprete.	fol. 347.
40	C ato Vticensis,	Eodem interprete.	fol. 356.
41	D ion,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 369.
42	M arcus Brutus,	Eodem interprete.	fol. 380.
43	D emosthenes,	Leonardo Aretino interprete.	fol. 391.
44	M. T. Cicero,	Achille Philerote Bonon. interp.	fol. 396.
45	D emetrius,	Donato Acciaiolo interprete.	fol. 407.
46	A ntonius,	Leonardo Aretino interprete.	fol. 423.
47	A rtoxerxes,	Lapo Florentino interprete.	fol. 439.
48	A ratus,	Eodem interprete.	fol. 445.
49	G alba,	Incerto interprete.	fol. 456.
50	O tho,	Incerto interprete.	fol. 461.
51	H omerus,	Guarino Veronensi interprete.	fol. 465.
52	E uagoras, authore Isocrate,	Guarino Ver. interprete.	fol. 466.
53	P omponius Atticus,	Cornelio Nepote authore.	fol. 470.
54	P lato,	Guarino Veronensi authore.	fol. 473.
55	A ristoteles,	Eodem authore.	fol. 480.
56	C arolus Magnus,	Donato Acciaiolo authore.	fol. 482.

FINIS.

PLVTARCHI CHERONEI Græcorum Romanorumque illustrium vitæ.

Theseus.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 QVEMADMODVM in orbis terræ situ describendo historici solent, ut ad quæ ipsi cognitione aspirare nō possunt, extremis tabularū partibus supprimentes, quosdam adiiciunt locos esse uastos, arenosos, & cælo terráq; penuriam aquarum, aut limum insuperabilem, aut montem Scythicū, aut astrictum frigore pontum: Ita & nobis in hac uirorum collatione, perpetua rerum historia, quātùm probabili oratione assequi potuimus, tempora percurrētibus, de his quæ suprà sunt uerè licuit affirmare: antiquiora & uetustiora ista, tragica & monstrosa, poetæ & fabulosi rerum scriptores occupant, nec ultrà fidem
2 nec certitudinem præ se ferunt. Cùm igitur Lycurgi legumlatoris, & Numæ regis res gestas literis mandauerimus, haud ab re fuerit ad Romulum orationem conuertere, quando historia ipsa ad eius tempora quamproximè accessimus. Sed mihi diu cogitanti, huic uiro (ut inquit Aeschylus) quis cōueniret, quem illi opponerem, quis dignus* foret comparatione coniungi: uisum est tandem faciendum esse, ut à quo celebrata Athenientium ciuitas amplificatáq; est, eum cum gloriosissimæ aut inuictissimæ urbis Romæ parente conferrem & compararem. Liceat autem repurgatas ratione fabellas obtemperare nobis, & historiæ faciem accipere. Sicubi uerò superbè uerisimilitudinem omnem contemnant, nec admittant ullum cum probabilitate commercium, æquis auditoribus opus erit, quique benignè & humanè* historiā an-
3 tiquam exaudiant atque approbēt. Videtur igitur Theseus multis de causis Romuli quamsimilimus extitisse: ambo enim cùm spurij & obscuri forent, existimati sunt à diis immortalibus procreati esse: ambo etiam bellicosi ac manu strenui, quod quidem omnes scimus, & interim quanta maximè fieri potuit prudentia præstiterunt. Ex duabus quoque clarissimis ciuitatibus, Roma & Athenis, alteram hic cōdidit, alteram ille nouis colonis compleuit. Fœminarum præterea raptus de utroque feruntur, neutérque eorum domesticam cladem, & inuidiam suorum effugit: sed ad postremum ambo dicuntur in offensionem ciuium incidisse. Si quid igitur ex his, quæ minus tragicè dici uidentur, ad ueritatem cōducit, Thesei quidem paternum genus in Erechtheum ac primos indigenas refertur: maternum uerò in Pelopem. Pelops

Historia uetustissima qualis similitudine.

Cōfessione fidem quærit.

φυσιγνως.

ἱστοριαν.

Genus.

enim non opibus magis & copiis, quàm natorum ſobole cæterorũ Peloponneſi regum potentiſſimus fuit, cùm filias permultas optimatibus in matrimonio locaſſet, multóſque in rebuſpublicis paſſim principes diſperſiſſet: è quibus unus Pittheus extitit Theſei maternus auus, qui urbem non magnam Trœzeniorum incoluit, ac per id temporis omnibus ſapientia & eloquẽtia plurimùm præſtare putabatur. Fuit eius ſapientiæ, ut uidetur, talis quædam uis ac forma, qualem complexus Heſiodus cùm ſua ſcripta ſententiis referſiſſet, ſapiens in primis eſt habitus. Atque hanc unam ex Pitthei ſententiis fuiſſe memorant·

E ſto ſatis comiti merces promiſſa laboris.

Cuius rei Ariſtoteles philoſophus eſt author. Euripides etiam cùm Hippolytum caſti Pitthei diſciplinam appellet, hanc eandem de Pittheo opinionem perſpicuè atteſtari uidetur. Aegeo uerò, cùm filiis indigeret, uulgatum illud oraculum Pythiam uatem ceciniſſe ferũt, quo iuſſit, ne cum muliere coiret, priuſquam Athenas accederet. Quod cùm non ſatis apertè dixiſſe uideretur, in Trœzenen profectus, de dei reſponſo cum Pittheo communicauit, quod huiuſmodi fuit·

* ἄστυ τὸν ἀρχαίοργυπόδα. Boccatius lib. 10. cap. 49.

N éue prius uir magne, *pedem qui prominet utri
S oluas, Cecropidum quàm ſacram acceſſeris urbem.

Igitur incertum eſt, qua ratione adductus Pittheus, ſuaſionibus aut dolo, ad Aethræ coitum illum impulerit. Cùm uerò is mulierẽ compreſſiſſet, reſciuiſſétque cum Pitthei ſe filia coiiſſe, grauidam factam eſſe ratus, enſem & calceos ſub lapidem eximiæ magnitudinis abditos reliquit, qui intus cauatus erat, ut quæ immiſſa forent, aptè capere, & continere poſſet: ídque ſolùm mulieri factum patefecit, mandauítq;, ſi ex ea filius naſceretur, & ad uirilem ætatem prouectus, ſaxum ſummouere, & quæ relicta fuerant, tollere atq; aſportare poſſet, eum clam omnibus, cum his ad ſe rebus mitteret (uehemẽter enim Pallantidarum inſidias formidabat, quippe, qui eum ob ſolitudinem filiorum contemnerẽt: erant autem quinquaginta ex Pallante filij) ſic diſceſſit. Cùm exactis mẽſibus mulier partu puerũ ædidiſſet, ſunt qui ſtatim ei Theſeo nomen inditũ eſſe affirment, ob inſigniorũ corporis poſitionẽ: alij poſtea Athenis, quo tempore illũ in filium accepit Aegeus: quam etiã rem illi θέσιν, id eſt, adoptionẽ nominant. Cúmque apud Pittheum educaretur, cuſtodem & pædagogum Connidam quendã nomine habuiſſe, cui uſq; ad noſtram ætatem, uno antè Theſei die Athenis arietẽ immolant: memoriáq; beneficij & honoribus hunc multò iuſtius proſequuntur, quàm Silanionẽ & Parrhaſium, qui imaginis Theſei pictores ac fictores fuerũt. Vigebat etiam illis temporibus conſuetudo, ut qui ex ephebis exceſſiſſent, delati in Delphos, de comis deo primitias darent. Acceſſit igitur in Delphos Theſeus, & loco etiam his temporibus Theſiæ ab illo nomen manet, ut fertur: anteriorem uerò capitis partem ſolam abraſit, ut de Abantibus ſcribit Homerus: atq; hoc tonſuræ genus Theſeis ob illum nuncupatum eſt. Abantes uerò primi hoc tondendi more uſi ſunt: quem quidem non ab Arabibus, ut quidam exiſtimant, didicerunt: nec Myſios imitati, ſed quòd natura bellicoſi eſſent, & cominus pugnandi, ac præter cæteros manus cum hoſtibus conſerendi peritiam tenerent, ut Archilochus teſtatur his uerſibus·

Nec crebros tendunt arcus, nec uerbera fundæ
E xpediunt, ſæuas quoties Mars æquore cædes
I nfert, at rigido geritur res cominus enſe.
H ac illi apprimè pugna certare periti,
E ubœæ genus acre uirũm bellóque ſuperbum.

Ne igitur ullas hoſtibus ad capiendum anſas darent, tondebantur. Hoc & Alexandrum illum Macedonem cùm excogitaſſet, ſuis ducibus imperaſſe ferunt, ut Macedonũ barbas abraderent, quippe quæ in præliis anſæ promptiſſimæ forẽt. Reliquum igitur tempus uerũ Theſei ortum Aethra occultũ habuit. Erat autẽ rumor Pittheo

Educatio.

In catalogo nauium.

authore diſſipatus, illũ à Neptuno eſſe generatum: Neptunum enim Trœzenij ſumma religione colunt, & eius dei tutelæ eorũ ciuitas dedicata eſt, cui & fructuum primitias deligunt; & inſigne in numo tridentẽ inciſum habent. Cùm uerò primũ illius adoleuiſſet ætas; & una cum cõporis uiribus, fortitudo ac animi elatio, cõſilio & rãtione firmata appãruiſſet; ſic Aethra deduxit ad lapidem, atque ibi illum de ſuo ortu certiorem fecit, iuſſitq; paterna ſigna ſubducere, & iis acceptis Athenas nauigare. At ille lapidem quidem cùm ſubiſſet, facilè repulit; nauigaturũ uerò ſe pernegauit, etſi ſecura nauigatio foret, & id mater atq; auus ſummis precibus ab eo cõtenderent: difficile enim erat terreſtri itinere Athenas proficiſci, cuius nulla pars à periculo, cæde,
8 ac latrociniis uacua eſſet. Nanque ea tempora homines tulerunt; manuum quidem operibus, ac celeritate pedum & corporum uiribus, ut uidetur, indefeſſos; inſuperabiléſque, & qui ad nihil æquum aut conducibile naturæ muneribus uterentur, ſed quibus contumelia & intolerabilis contumacia grata foret, gaudentes crudelitate & ſæuitia dominari, atque cogere & peſſundare quicquid incidiſſet. Pudorem quoque & iuſtitiam, & iuris æqualitatem, & humanitatẽ, ab ignauia, & iniuriarum metu proficiſci, eáque nihil conuenire iis, qui uiribus præſtare poſſent. Ex his quoſdam circuens interemit Hercules ac deleuit: qui uerò illum latuerunt, metúque perterriti ſubterfugêre, ut humiles abiectíque contemptui fuerunt. Poſtea uerò quàm Hercules calamitate perfunctus eſt, interfectóque Iphito diſceſſit in Syriam, atque ibi apud Omphalen diuturna ſeruitute fuit: hæc illi necis ſupplicia ſoluens, Syriorum res ſummã pace ac ſecuritate firmauit. In Græcia uerò uitia ac flagitia rurſus reuiuiſ-
9 cere ac latius manare cœperunt, cùm nemo ea reprimeret, nec prohiberet. Erat igitur ea profectio ex Peloponneſo Athenas euntibus, maximè peſtifera ac exitioſa: & ex latronibus quenque Pittheus qualis eſſet ſingillatim, quibúſque peregrinos afficeret, in medium referens, ſuadebat Theſeo, mari Athenas accederet. At eius animũ iampridem Herculis gloria uirtutis tacitè incenderat, eúmq; ſemper habebat in ore, & eius res geſtas ac uirtutes narrantibus, promptiſſimum ſe auditorẽ præbebat, maximè uerò ſi quis eum eſſet intuitus, & alicui eius facto, & dicto interfuiſſet. Prorſúſque perſpicuum erat idem illi euenîſſe, quod poſterioribus ſeculis Themiſtocli euenit, cùm diceret, Miltiadis trophæum ſibi ſomnos adimere: ita illi Herculis uirtutem admiranti, eius res geſtas per noctem ſomnia referebant, ac interdiu ipſum exagitabat, inſtigabátque æmulatio, eadem facere cogitantem. Erat autem ex matre inter illos affinitas, quòd ex patruelibus nati eſſent. Aethra enim Pitthei filia fuit, Alcmena autem Lyſidices: Lyſidice uerò & Pittheus fratres, ex Hippodamia ac Pelope geniti.
10 Perindignum igitur, & non ferendum ducebat eſſe, illum in omnes improbos inuadentem, terram ac mare purgare, atque tutum omnibus præſtare: ſe uerò quæ inſtarent certamina, euitare, atque per maria effugere, fama & opinione patrem dedecorantem, alia nulla genitori indicia, quàm calceos & enſem ſine ſanguine afferentem, non præclaro aliquo facinore ac rebus geſtis, certiſſima ſigna & notas ſuæ nobilitatis præbentem. Huiuſmodi igitur animo atque conſilio iter ingreſſus eſt, ut nemini ipſe inferret iniuriam, uim afferentibus repugnaret. Ac primùm quidem in Epidauro* Periphetam, qui claua utebatur, ob id Corynetam, quòd corynam illi clauam dicũt; nuncupatum, interemit, cùm is illum adortus, tranſitu prohibere niteretur. Claua autem lætatus, accipiénſque eam, ad armorum ſibi uſum ſeruauit, qua deinceps, ueluti Hercules leonis pelle, perpetuò uſus eſt. Itaque hæc Herculi indicium quoddam erat, qua magnitudine feram ſuperaſſet: hic uerò clauam, cùm apud aliũ eſſet, oſtendit à ſe
11 uictã, ſecũ uerò inuincibilẽ eſſe. In Iſthmo etiã Sinnim Pityocamptã, quo pacto ipſe multos occiderat, eodẽ peremit, cùm nõ conſuetudine illa nec exercitatione ualeret, ſed declararet uirtutẽ arti omni atq; exercitationi antecellere. Fuit autẽ Sinnidi ipſi filia eximia forma ac magnitudine, nomẽ erat Perigune, hanc interẽpto patre fugientẽ

Primainuenta.

Thucydides à prin. lib. 1.

Studium ad Herculis exẽplum comparatum.

Geſta.
** Suid. Περιφέρων.*

Ouid. 7. Met. Diod. Sic. lib. 5.

Theſeus ambiens perquirebat.Illa cùm in denſiſſimā ſyluam,aſparagóque ac frutice
cōſitam ſe coniecisſet,ut erat natura ſimplex, pueriliter admodum illos ueluti exau-
dituros orabat, ac uota iureiurando adhibito nuncupabat, ſi eam abditam atque in-
uiolatam ſeruarent. Reuocante autem Theſeo,ac fidem dante,ſibi curæ fore ne quid
detrimenti acciperet,ad eum ſe contulit,ex eóq; grauida facta,Menalippum genuit:
ſed Deioneo Euryti Ochalienſis filio in poſterum permittente Theſeo,in matrimo-
nium ceſſit.Menalippi uerò filius Ioxus, Ornitho ſocius deducēdæ in Cariam colo-
niæ fuit,unde Ioxides appellantur:quibus mos eſt patrius,neque ſpinas aſparagi, ne-
que ſtœbam igni cremare,ſed honore & cultu proſequi. Erat quoque Crommyonia 12
ſus,quam Phæam uocabant,fera ſanè haud cōtemnenda, ſed pugnax, & ad ſuperan-
dum difficilis:hanc ad rationem itineris nihil pertinentē, ne uideretur ex neceſſitate
omnia gerere,adortus confecit.Simul obiicere ſeſe improbis quidē hominibus,pro-
pulſandæ iniuriȩ gratia,ratus eſt bonum uirum oportere:cum feris autem generoſis
illis prælium inire ac periclitari.Sed quidam Phæam mulierem latrociniis intentam
fuiſſe tradunt,capitalem ſanè atq; intemperātem,quæ in his regionibus Crommyo-
nem(id enim loco nomen eſt)incolebat, ſuémq; ex uita ac moribus cognomentum
traxiſſe,inde à Theſeo eſſe interemptam. At Scyronem cùm iuxta agrum Megaren-
ſium è petra deieciſſet,uita priuauit,qui,ut uulgatior fama tenet,uiatores eò accedē-
tes in prædam uertebat:ut uerò quidam authores ſunt,per iniuriam & contumeliam
pedes peregrinis protendens, abluere iubebat, ac deinde impellens calcibus,in mare
deturbabat. At Megarēſes hiſtorici famæ obuiam euntes, & cùm longo ac diuturno 13
tempore(ut inquit Simonides)bellum gerentes, nec latronem, nec contumelioſum
hominē Scyronem fuiſſe aſſeuerant,uerùm latronum hoſtem & euerſorē,bonorum
autē ac iuſtorum uirorum amicum. Aeacum enim Græcis omnibus pietate ac reli-
gione præſtare iudicatū eſſe, ac Cychreum diuinis honoribus ab Atheniēſibus coli.
Pelei quoq; & Telamonis uirtutem nemini incognitam eſſe. Scyronē igitur & Cy-
chrei generum fuiſſe,Aeaci uerò ſocerum,Pelei ac Telamonis auum,qui ex Endeide
Scyronis & Chariclis filia geniti erant.Haud igitur conſentaneum eſſe,cum impro-
biſſimo homine.optimos uiros affinitatem inire uoluiſſe, maxima ac pretioſiſſima
dantes accipientéſque. Verùm tradunt Theſeum non quo tempore primùm Athe-
nas acceſſit,ſed poſterius,& Eleuſinen cœpiſſe,quæ à Megarenſibus tenebatur, Dio-
cle principe fraude decepto,& Scyronem oppreſſiſſe.Ita de his rebus uariæ ſunt con- 14
trariæque ſententiæ. Eleuſine quoque Cercyonem Arcadem in palæſtra ſuperatum
interemit. Ac paulò prouectus cùm domuiſſet Procruſten in Hermiona, idem tor-
Amplificatio à comparatione.
turæ genus ſubire cogens,quod ille hoſpites,è uita ſuſtulit.Hæc Herculis imitatione
geſſiſſe uidetur.Nam,ut ille,quo pacto ſibi inſidiæ paratæ fuerāt, eodem inſidiarum
authores perſequutus, Buſirim immolauit, palæſtra proſtrauit Antæum, ſingulari
certamine Cygnum ſuperauit, Termerum quoque abſciſſo capite interemit, à quo
etiam Termerium malum nuncupatum eſſe, memoriæ proditum accepimus. uer-
berādo enim caput Termerus eorum,qui in ſe incidiſſent, omnes hoc pacto ad exi-
tium mortémque perducebat.Sic Theſeus ultus facinoroſos euaſit,quæ ipſi per uim
in alios patrarant, eadem ab illo reportantes: & quas ſibi excogitarant iniuriæ ratio-
nes,iiſdem iuſtè ſupplicium luebant.Sed cùm Cephiſum attigiſſet,ex Phytalidarum 15
genere homines obuiam prodeuntes primùm ſalutarunt, expiaríque ſe petentem, de
more ritéque expiatum, ut ſacrificia peracta ſunt, conuiuio exceperunt, cùm nullus
antea itinere humanè clementérque accepiſset. Ad ſextam igitur Iduum Cronij mē-
ſis,qui nūc Aprilis habetur,in patriam rediiſse dicitur. Ciuitatem ingreſsus, inuenit
turbationis omnia ac diſcordiarum referta, ac priuatim Aegeum, ac domum totam
peſſimo in ſtatu conſtitutos. Nanq; Medea Corintho Athenas delata, cùm ſuſcepiſ-
ſet ſe medicamentis Aegeum curaturam,quò filios procreare poſſet, in eius ſe concu-
bitum

bitum dederat: quæ ubi de Theſei reditu prima accepit, imprudente Aegeo, qui ſe-
nex tunc erat, & ob ſeditionem ciuium omnia formidabat, perſuaſit illi, hoſpitem
conuiuio exceptum uenenis necaret. Ad prandium igitur profectus Theſeus, cùm
non probaret ſe priorem quis eſſet edicere,uellétque ei recognoſcendi ſui initiū prȩ-
bere,appoſitis carnibus,cùm gladium incidendi gratia diſtrinxiſſet, illi oſtēdit: quo
ſtatim cognito, Aegeus ueneni poculum deiecit, ac filium appellans amplexus eſt.
16 Tum aduocatis ciuibus omnibus cognitum fecit, promptè libentérque ob fortitu-
dinem excipientibus. Dicitur cadente poculo uenenum effuſum eſſe,quo loco nunc
in Delphinio * ſepta ſunt. Eam enim urbis partem Aegeus incolebat, & * quandam
** τείφεασον * ἑρμῶ.*
templi partem,quæ ad Orientem ſpectat,in Aegei portis uocitant. At Pallātidȩ,qui-
Honores inuidia ſequuta, mox inſidiæ.
bus ſpes iniecta erat occupandi regni, ſi ſine filiis Aegeus moreretur, poſteaquam
Theſeus eſt ſucceſſor patri conſtitutus,ægrè ferētes, ſi quidem Aegeus regnet, Pan-
dioni in filium adoptatus, & qui Erechthidarum genus nulla propinquitate attin-
geret,ac rurſus Theſeus homo peregrinus & aduena,ad bellum incubuerunt,ac par-
titi ſuas copias, pars eorum ex Sphettide palàm, cum patre impetum faciunt: pars
Gargetti ſe abdentes in inſidiis ſubſederunt, ut diuerſis partibus hoſtem adoriren-
tur. Fuit autem ipſis præco uir Agnuſius Leus nomine, hic Theſeo Pallantidarum
conſilia detulit: ille repentino impetu adortus eos, qui in inſidiis erant, omnes per-
17 emit. Qui uerò Pallantem ſecuti fuerant, accepto cladis nuntio, diſſipato exercitu
diuerſi abierunt. Ex eo ferunt * Palleneorum populum Agnuſiorum cōnubiis pro-
Videtur legendum, παλλαντιδῶν.
hiberi, morémque hunc apud eos per præconem denuntiandi, Audite popule, eſſe
ſublatum: id enim nomen ob uiri proditionem uehementer oderunt. Inde Theſeus
ne otio deſidiáque langueſceret, & ſimul gratia & beneuolentia multitudinem de-
uincire cupiens,contra Marathonium taurum ex urbe profectus eſt, qui Tetrapoli-
tanis permagna detrimenta attulerat, eúmque captum oſtentandi roboris gratia,
uiuum per mediam urbem egit, & pòſt Delphico Apollini immolauit. At quæ de
Hecale, déque eius hoſpitio fabulantur, haud omnino à ueritate abhorrere uiden-
tur.Hecaleſium enim ſacrificium Hecalo Ioui finitimi populi exhibebāt, Hecalém-
que ipſam religioſè colebant, * Hecalelam per diminutionem uocantes, quòd cùm
** ἑκαλίνλω fortaſſe.*
iuuenem admodum hoſpitio inuitaſſet Theſeum,ſeniliter huiuſmodi blanditiis be-
18 nignéque excepiſſet. Ad hæc, eo ad prælium exeunte, uouit ſe Ioui immolaturam,ſi
incolumis rediiſſet in patriam: uerùm ante reditum illius extincta eſt, & has Theſei
iuſſu hoſpitij ac benignitatis gratias reportauit,ut Philochorus teſtatur.Nec ita mul
tò pòſt, tertiò ex Creta legati de exigendo tributo Athenas acceſſerunt. Nam cùm
Boccat. lib. 11. cap. 26. Diod. 5. circa Thebas ſublatum dicit.
inualuiſſet opinio, Androgeum in Attica dolo eſſe ſublatum, & Minos ipſe illato
bello, multis malis Athenienſes affecit, & infenſum etiam numen regionem uexa-
uit: ſterilitas enim agrorum ſimul & peſtis uehemens inuaſerat, flumina quoque
exiccata ſunt.Iubēte autem deo placari Minoem, cum eo firmata pace, atque ita eos
numinis iram placatum ire, malorúmque exitū habituros, caduceatoribus in Cre-
tam miſſis, qui Minoem precibus exorarent, percuſſerunt fœdus hac lege & condi-
tione, ut promitterent ſe nono quoq; anno ſeptem pueros, totidémque uirgines tri-
19 buti nomine in Cretam eſſe miſſuros,ut plurimi ſcriptores ſentire uidentur. Pueros
autem delatos in Cretam, tragœdiis celebratum eſt, in Labyrintho à Minotauro eſſe
interemptos, aut palantes exitúq; prohibitos, ibi interiiſſe. Minotaurū uerò ipſum,
Egreſsio de Minautauro & Minoe.
ut Euripides tradit,miſtúmque genus prolémque biformem fuiſſe, duplicíq; natura
tauri atq; hominis compoſitum. Verùm Philochorus tradit hæc Cretēſibus nō pro-
bari,ſed Labyrinthum carcerem fuiſſe, qui nihil aliud haberet incōmodi, niſi quòd
ex eo effugere qui aſſeruarētur, non poſſent. Gymnica etiam certamina in honorem
Androgei Minos ſtatuit, præmiúmq; uictoribus pueros tradidit tantiſper in Laby-
rinthi cuſtodia aſſeruatos. Vicit autē prioribus certaminibus Taurus quidem belli

dux,cuius per id temporis apud eos potentia permaxima ferebatur, homo haud miti ingenio neq; manſueto, ſed qui multa in Athenienſium filios per ſummam iniuriam,& contumeliam perpetraret. Ariſtoteles quoque in Bottiæorum repub. pueros minimè interimi ſolitos à Minoe perſpicuè affirmare uidetur,ſed ſeruorum numero habitos in Creta conſeneſcere,ac Cretenſes uetuſto cuidam uoto obnoxios, illos hominum primitias in Delphos mittere:cum quibus,dum mitterentur,admiſtos eorũ filios unà emigraſſe.Sed cùm ibi uictum ſibi ipſis ſuppeditare non poſſent,in Italiam primùm tranſuectos,Iapygiam tenuiſſe, ac deinde profectos in Thraciam, Bottiæos nuncupatos eſſe: idcirco Bottiæorum uirgines ſacrificio quodã abſoluto canere·Eamus Athenas. Equidem uidetur reuera difficilè, eam ciuitatẽ inimicam habere, quæ muſica & poetica præſtet. Etenim Minos perpetuò malè audiuit, & in Atticis theatris aſſiduis probris contumeliiſque uexatus eſt: nec illum ab infamia & ignominia Heſiodus uendicauit,cùm regno digniſſimum:nec Homerus,cùm * Iouis diſcipulũ & neceſſarium appellaſſet: ſed peruicerunt Tragici, qui pulpito & ſcena plurimam de illo ſæuitiæ & crudelitatis infamiam diſſiparunt. Quanquam Minoem legumlatorem perhibent, Rhadamantum uerò iudicem eſſe atque cuſtodem eorum, quæ ab illo legibus definita ſunt.Cùm igitur tertij tributi tempus inſtaret,ac parẽtes quibus erant impuberes liberi,ſortitos ad tributũ dare cogerentur,rurſus aduerſus Aegeum ciuium calumniæ, & quærimoniæ renouatæ ſunt, qui luctu & lachrymis inſtarent, rem indignam eſſe,illum caput & cauſam malorum omnium extitiſſe, nunc ſupplicij ſolum & animaduerſionis penitus expertem eſſe,ſed ad nothum atque peregrinũ filium regno delato,ipſos legitimis filiis orbatos & deſtitutos cõtemnere. Hæc Theſeum excruciabant uehementer:quæ minimè cõtemnenda ratus, nec præcipuam ſibi aliquam ſortem petendam,ſed in communis fortunæ ſocietatem eundum,in medium prodiẽs ſeipſum ſine ſorte dedidit:ac aliis eius animi elatio,& magnitudo maximæ admirationi fuit,populariq; eius ingeniũ ſumma beneuolentia & amore proſecuti ſunt. At cõtrà Aegeus ne id ageret orare & obſecrare. Vt uerò perſpexit illum nec precibus nec ſuaſionibus cuiuſquam de ſentẽtia dimoueri poſſe, cæteros ſortitò elegit pueros.Hellanicus uerò ſcribit, nõ ſortitò lectos ciuitatem dedere,ſed præſentem Minoem ipſum deligere ſolitum,ac primum omnium Theſeum ad fœderis pactionem delegiſſe. Fuiſſe autem huiuſmodi. Athenienſes nauem præbere, conſcendentes autem pueros cum eo nauigare, bellica arma ſecum nulla ferre, extinctóque Minotauro pœnam finiri.Itaque ante id tempus nulla ſalus ſperari poterat, quocirca & nigro uelo nauem, ut ad manifeſtam perniciem emittebant. Eo tempore cùm attollere patris animum,& ſpe bona confirmare uellet,efferebat ſe, pollicebatúrque Minotaurum ſe domiturum: quare Aegeus uelum aliud albũ gubernatori tradidit, mandauítq;,ut in reditu,ſeruato Theſeo,album attolleret:interempto autem, nigro adnauigaret,ac cladem à longè ſignificaret. At Simonides non album ait uelũ fuiſſe ab Aegeo traditum,ſed puniceum,liquido ilicis frondentis flore tinctum,ídque eorum ſalutis ſignum conſtitutum eſſe. Præerat autem gubernator naui Amarſyadas Phereclus, ut Simonides tradit. Philochorus ab Scyro ex Salamine dicit accepiſſe Theſeum gubernatorem Nauſitheum,qui uerò prorã regebat,Pheacem,cùm Athenienſes nondũ rebus maritimis intenti forent.Etenim fuiſſe unum ex pueris Meneſtham, Scyri ex filia nepotẽ:hæc Nauſithei & Pheacis * ſacella atteſtari uidẽtur, quæ à Theſeo ſecus Scyriphanũ in Phalero poſita ſunt, ac feſtum diem, quẽ Gubernatoria uocãt,inquit eiſdẽ exhiberi.Ductis igitur ſortibus, Theſeus acceptis ex Prytaneo his quorũ nomina exierant,in Delphiniũ profectus, Apollini pro ſua ſociorúmq; ſalute ſupplicationẽ peregit.Erat autẽ ea:ex ſacra olea ramus,alba lana coronatus.Inde nuncupatis uotis,octaua iduum Ianuarij deſcendit ad mare,qua etiã his temporibus puellas placaturas in Delphiniũ mittũt. Dicitur etiã deum illi in Delphis præcepiſſe,

Venerem

De Bottiæis Plin. lib. 4. cap. 11.

* ὁ ἀριστὼν υἱός

Beneficium in patriam.

* ἡρῷα

Id eſt, cocci ſucco.

Venerem ducem ſibi aſsumerẽ,& ad obeundum unà munus prouocare. Poſt hæc ad mare capram immolanti, in caprum ſpontè mutatam, ob ídque deam Epitragiam, ab hirco,quòd hi τράγοι uocant,nuncupari. Vbi uerò naue eſt delatus in Cretam, ut ſcriptum à plurimis ac decantatũ eſt,ab Ariadna,eius amore capta,accepto filo,edoctúsque qua ratione Labyrinthi errores poſſet euãdere, Minotaurum oppreſsit, abnauigauítque, Ariadna & pueris conſequutis. Addit etiam Pherecydes,Cretenſium nauium fundum Theſeum perforaſſe, quò perſequutionem retardaret: Damõ quoque tradit ab eo Taurum Minois ducem interemptum eſſe in littore,dũ nauali prælio Theſeum à nauigatione prohibere niteretur.Vt uerò Philochorus prodidit, Minoe ludos celebrante,Taurus cùm opinione omnium cũctos deuicturus foret, grauí inuidia flagrabat. Eius enim potentia ob morum contumaciam, animos hominum uehementer offenderat: Erat etiam opinio grauior, illum cum Paſiphae concumbere: quare petenti Theſeo cum eo in certamen uenire,permittit Minos.Cúmque mos eſſet Cretenſibus, mulieres quoq; inſtantibus ludis ſpectare, præſens Ariadna & Theſei aſpectu obſtupuit,& certãdi peritiã, qua omnes uicerat, admirata eſt: gauiſus etiam Minos Taurum uictum ignominiáque affectum,Theſeo pueros reddidit,& ciuitatem tributo liberauit. Sed Clidemus ſeparatim quodãmodo ac ſuperfluè de his ſcribit,altius repetito principio: fuiſſe Græcis omnibus commune decretum, triremem nullam ullo ex loco nauigare maiorem, quàm ut quinque hominibus compleri poſſet: duci tantùm Argos Iaſoni * circũnauigare fas eſſe, ad mare latrociniis liberãdum.Dædalum uerò naui Athenas fugientem, præter conſtitutionẽ decreti Minos longis nauibus perſecutus, in Siciliam tempeſtate delatus eſt, ibíque uita defunctus. Poſtea uerò quàm Deucalion Minois filius, hoſtili in Athenienſes animo,de repetẽdo Dædalo Athenas miſit,ac niſi dederetur,minatus eſt ſe pueros quos obſides Minos acceperat, occiſurũ, clementer & humanè huic quidem reſpondent. Theſeus deditionem Dædali deprecatus, utputa patruelis ſui, illi uerò genere etiam coniuncti,quippe ex Merope Erechthei filia prognato, ipſe ædificãdis nauibus animum adiecit,partim ibi per ſe, procul ab ea uia qua aduerterent hoſpites,partim in Trœzene per Pittheum, uolens quammaximè rem latẽre. Comparatis igitur completíſq; nauibus,Dædalo & exulibus Cretenſiũ ducibus,ómnibúſq; imprudentibus, Cretenſibus quoq; amicorum naues eſſe opinantibus, potitus littore,expoſitis ſuis, Gnoſſum ſumma celeritate inuaſit, conſertóque prælio in ipſis Labyrinthi portis, Deucalionem comitatúmque eius oppreſſit, cum Ariadna in iis turbationibus cõſtituta fœdus iniit,pueros recepit, & inter Athenienſes & Cretenſes ſocietatẽ amicitiámq; coniunxit,cùm promiſiſſent Cretenſes,ſe nunquam bellum incepturos eſſe.

Egreſſio de Ariadnã.

Multæ uerò de his opiniones ferũtur,uariæq; ſentẽtiæ,ac de Ariadna in primis,quarum pro uera nulla probari uidetur. Nam alij aiunt,eam à Theſeo relictã ſuſpendio uitam finiſſe: alij delatam in Naxum à nautis, Onaróque Bacchi ſacerdoti in matrimonium datam. Vt autem relinqueretur à Theſeo,factum eſſe,quòd aliam amaret.

Hunc inſanus amor domuit Ponopeidos Aeglæ. Hũc uerſum de Heſiodi poeſi excepiſſe Piſiſtratum, Hereas Megarenſis eſt author: quemadmodum rurſus in Homeri ναυμαχίαν, ad gratiam Athenienſium conieciſſe, Theſea Perithoúmque inſignia pignora diuũm. Nec deſunt, qui dicant Ariadnam ex Theſeo Oenopionem & Staphylum peperiſſe, è quibus Ion Chius eſt, qui de ſua patria ita loquitur. Hanc olim Oenopion Theſides condidit urbem. Quæ autem fabulis maximè celebrata ſunt,in omnium(ut ita dixerim)ore & ſermone uerſantur. Quædam tamen de iis propria, à Pænone Amathuſio literis prodita ſunt. Ait enim Theſeum,cum Ariadna ſponſa in Cyprum ui tempeſtatis eſſe delatum: cúmque ipſa è ſalo langueret grauida exiſtens, nec perferre poſſet, eam tantùm expoſuiſſe, ipſum naui opitulantem, à terra rurſus in pelagus eſſe auectum.Itaque incolas loci mulieres Ariadnam excepiſſe,ac propter

* τὸν δὲ ἀφ-ορμὰ τῆς ἀρ-χῆς ἐλάσαντα μόνον.

* ἐξελεῖν, ἐμβαλεῖν, id eſt, expunxiſſe, ſubſtituiſſe uerſus poetarum quoſdã, prout facere uel obſtare gloriæ Theſeæ uidere-tur.

solitudinem mœstam atque exanimatam curasse: adulterinas etiã ad eam, ut à The-
seo, detulisse literas, in quibus hęc erant· Illum de suo partu esse solicitũ, atque pro-
pediem auxilio affore: defunctámque uita antequam partu soluta esset, ad sepulturã
dedisse: huc postea reuersum Theseum dolore cõfectum, incolis reliquisse pecunias,
quæ in Ariadnæ sacrificium erogarentur. Duo præterea exigua statuisse simulacra,
alterum argenteum, aureum alterum. In sacrificio uerò quarta Iduum Gorpiæ, id est,
Septembris mensis, adolescentem in lecto iacentem uociferare, cæteráq; facere, quæ
à parientibus fieri solent. Vocare etiam lucum Amathusios Veneris, in quo Ariadnæ 29
sepulchrum ostendunt. Naxij etiam quidam scriptores duos fuisse Minoes tradunt,
totidémque Ariadnas, quarum alteram in Naxo Dionysio nuptam fuisse, Staphy-
lúmque peperisse: natu uerò iuniorem à Theseo raptam ac destitutã in Naxum ac-
cessisse, nutricémque cõsecutam, Corcynam nomine, cuius etiam extare sepulchrũ:
eo in loco Ariadnam obiisse diem, honorésque haud prioris similes esse assecutam:
nam illius celebritatem ludis lætitiáque agitari: quæ autem in huius honorem fiunt
Redit. sacrificia, mœrore omnia ac luctu esse referta. Ex Creta autẽ soluens, in Delum se cõ-
ἀναθεὶς τὸ ἀφροδίσιον. tulit: cúmque deo immolasset, constituto ibi Veneris signo, quod ab Ariadna ac-
ceperat, unà cum pueris chorum instituit eum, quem adhuc Delios obseruare ferũt,
circuitus atque exitus Labyrinthi hac imitatione recensentes, quæ numeris quibus-
dam alternis orbibus orbes impediat. Id autem chori genus γέρανος à Deliis nũcupa- 30
tur, ut Dicæarchus scribit: atque hunc chorum circa Ceratonem aram celebrauit, ex
cornibus concinnis & inter se congruentibus sinistris omnibus structam. Ab eodem
statutum in Delo certamen memorant, uictoribúsque tunc primùm palmæ pręmiũ
esse propositum. Sed cùm Attico agro appropinquaret, ei simul ac gubernatori me-
moria præ gaudio excidisse uelum attollere, quo eorum salutem Aegeo significari
oportuit. At illum desperato filij reditu è saxo se proiecisse, atque ita extinctum esse.
Naue eò aduectus Theseus, solénia sacra quæ in discessu uouerat, diis immortalibus
peregit: de salute etiam per præconem Athenas nuntiauit. Verùm is multos ex regis
interitu in squalore & lachrymis mœstos offendit: alios etiam (ut credibile est in cõ-
muni salute) lætitia exultantes, & qui illum certatim plausu coronísque exciperent.
Acceptis igitur coronis caduceum coronauit. Reuersus autem ad mare, nondũ per- 31
actis à Theseo libationibus, extrà expectauit, quòd sacrificiũ turbare nollet: quo ab-
soluto, Aegei mortem nuntiauit: illi magno luctu, tumultu & trepidatione in urbẽ
se receperunt: unde hodiéque consuetudo manet, ut in celebritate quæ ὠσχοφόρια à fe-
rendis ramis uocant (nam ὄσχος ramus est) non nuntius ipse, sed caduceum coronetur,
& post libationes huiusmodi, qui intersunt, emittant uoces, ἐλελεῦ, ἰοὺ, ἰοὺ, id est, eia, heu,
quorum altero in festinatione ac bellicis pæanibus uti solent, alterum consternatio-
nis ac turbationis est. Patre igitur ad sepulturam dato, Apollini uotum persoluit no-
nis Iuliis: eo enim die in urbem se incolumes receperunt. quare & legumina ob eam
Herod. in uita Home. Suid. Ἐρεσιώνη. causam aiunt coqui, quòd seruati allata sibi cibaria in unum cõfuderint, & commu-
ni ad coquendum olla adhibita, cõgressi inuicem atque epulati sint. Eresionam ue- 32
rò, id est, oleæ ramum lana coronatum (εἴριον siue ἔριον enim lana est) ut tũc, ad suppli-
cationem efferunt: uariis autem peractis lustrationibus, ob sublatam agrorum infœ-
cunditatem, cantu prosequuntur:

E resione dabis pingues cum ficubus agros,
E t plenas oleo cotylas, redolentia mella,
S pumantem pateram, quò uel bene pota recumbas. Atqui hæc sacra Herculis
exhiberi quidã aiũt, hoc pacto ab Atheniẽsibus enutriti: sed plures superioribus ma-
gis assentiri uidentur. Nauis autem qua cum pueris Theseus nauigauit, & qua rursus
in patriam seruatus est, triginta remorum fuit: quam usq; ad Demetrij Phalerei tem-
pora Athenienses seruauerunt, cùm uetustis lignis subtractis, alia quotidie noua ac
ualida

ualida coniicerent atque coaptarent: ita ut posterius sermone usurpata, exemplum
philosophis ambiguitatis manserit, aliis eandem, aliis uerò minus esse affirmantibus.
33 Ad hæc, Oscophoriorum celebritatem agitant à Theseo constitutam. Non enim o-
mnes uirgines sorte lectas ipsum eduxisse tradunt: uerùm ex æqualibus eius ac fami-
liaribus duos adolescẽtes, aspectu quidem pueriles ac muliebres, animis autem for-
tes & strenuos, cùm balneis calidis à luce semotos, unguentis quoq; quæ ad comam
& lęuitatem corporis colorémque conducunt, reliquísque ornamentis pro faculta-
te immutasset, uocem etiam & gestum atq; incessum edocuisset, & quàm similes po-
tuisset, & nulla re dissimiles uirginibus reddidisset, in uirginum numerum, celatis ea
de re omnibus cõiecisse, postea igitur quàm reuersus, pompas ac dies festos cum im-
puberibus, ita ut nunc quoque palmites cum racemis ferentes uidemus, indutis agi-
tasse. Portãt autem ramos ad Dionysij & Ariadnæ gratiam, admoniti fabula, uel po-
tius, quòd tum cùm redierunt, poma importabantur: & quæ cœnam ferant mulieres
adhibentur, & sacrorum participes fiunt, matres lectarum uirginum referentes. Et-
34 enim ad filias accedentes illæ, cibos & obsonium afferunt. Fabulæ etiam narrantur,
quòd hæ quoque recreandi solandíque gratia pueris fabulas enarrassent. Hæc igitur
à Demone memoriæ prodita sunt. Locum etiam sibi ad templum optauit: domos
præterea eas, quæ tributum impendebant, statuit sibi pecunias in sacrificium pro ra-
tione tributi contribuere, ídq; sacrificium permissum sibi à Theseo Phytalidæ obi-
bant, hospitij benignitatẽ huius beneficij memoria prosecuti. Post Aegei mortem
magnum opus atque admiratione dignum aggressus est, omnésque qui Atticam in-
colebant in urbem cooptauit, & in populum omnes unius ciuitatis compulit, cùm
antè sparsim uarios habitarent locos, & difficulter pro communi omnium utilitate
conuenire possent: interdum etiam dissidentes bello inter se decertarent. Igitur o-
mnes per populos ac genera obiens, suadere conabatur: priuatis atque inopibus cele-
riter eius monitis hortationibúsque audientibus: potentibus uerò & factiosis spe in-
iecta, sine rege rempub. & popularem statum, se tantùm belli ducem ac legũ custo-
35 dem fore, aliis autem rebus paritatem atque æqualitatem omnes habituros. Hæc alij
sua sponte & uoluntate facere adducti sunt: alij quòd eius potentiam, quæ iam tum
maxima erat, atque animi magnitudinem formidarent, obtemperare suasionibus,
quàm ui cogi maluerunt. Cùm igitur singulorũ Prytanea, curias, ac magistratus su-
stulisset, unúmque & cõmune omnibus Prytaneum & unum senatum constituisset,
quo in loco adhuc etiam licet intueri, ciuitatẽ Athenas nuncupauit, & Panathenæa,
cõmunem celebritatem decreuit. Sacrificia de receptis in ciuitatem colonis peregit,
quę μετοίκια, id est, aduentitia uocant, decimoquinto Calend. Maias, quod sacrificium
usque ad nostram manauit ætatem. Atque deposito regno à diis orsus, ut susceperat
ciuibus se facturum, rempub. stabiliuit. Nam cùm de ciuitatis statu consultũ Apol-
linem misisset, huiusmodi ei oraculum ex Delphis allatum est·

A egida Theseu Pittheidos edite partu,
I pse pater multis fines meus urbibus olim
C onstituit, uestráque dedit ditione teneri.
T úque inuicte malis animo ne cede labori,
36 V ter ut insanis pelagi iactaberis undis. Hoc etiam & posteriori ætate
Sibyllam in hanc urbem dixisse autumant, cùm exclamasset·
I pse madebis uter, sed non fas mergier unquam. Magis uerò amplificare uires
ciuitatis cùm uellet, mortales omnes ad eandem uitæ æqualitatẽ uocauit. Et id: Huc
populi omnes accedite, Thesei edictum fuisse dicitur, quo ex omnibus populis unũ
corpus à se constitui declarauit. Haud tamen confusum populum & indigestum ob
multitudinem, quæ nullo delectu ac discrimine in urbem confluxerat, contemnen-
dum putauit, uerùm primus nobiles, quos εὐπατρίδας ipse uocauit, seiunxit, tum agri-

colas & artifices. Nobilibus quidem,tractandi rem diuinam, magistratus ex suo or-
dine creandi, administrandíque leges, tum pia religiosáque interpretandi definien-
díque potestaté fecit,eósque cum cæteris ciuibus quasi ad æqualitatem redegit, cùm
honore quidem & gloria nobilitas,usu uerò ac necessitate agricolę,multitudine ue-
rò artifices superare uiderentur. Quòd autem ipse primus ad uulgum inclinarit, ut 37
Aristoteles inquit,& dominatu se abdicarit,declarat Homerus in nauium catalogo,
in quo Atheniensium tantummodo populum appellat.Nummum præterea statuit,
bouémq; in eo incidit,uel ob Marathonium taurum, uel ob Minois ducé, uel quòd
ad agri cultioné ciues prouocare uellet. Ab eo nummo dicitur ἑκατόμβοιον, quod est,
centum boum,& δεκάβοιον,quod decem,nomen traxisse.Sed cùm Megarensium agrú
firmiter ad Atticam adiunxisset, celebratam illam in Isthmo columnam erexit, epi-
grammáque inscripsit,quod duobus trimetris regionem diuidebat, inquiens: Quæ
ad orientem solem spectant, hæc non Peloponnesus, sed Ionia: Quæ uerò ad occi-
dentem,Peloponnesus est, nō Ionia. Certamen quoque ab eo primùm Neptuno in-
stitutum imitatione Herculis. Gloriari etiam quandoque est solitus,ob illum Ioui
Olympia,ob se uerò Neptuno Isthmia à Græcis celebrari. Quod enim ibidé in Me-
licertæ honorem constitutum est, noctu agebatur,initiandi magis quàm spectaculi
aut celebritatis speciem præ se ferens.Nonnulli tamen opinantur in Scyronis hono- 38
rem Isthmia inuenta à Theseo & instituta esse, quò se à cæde ob propinquitatem ex-
piaret. Scyronem enim filium fuisse Caneti & Heniochæ Pitthei filiæ.alij uerò Sin-
nim,non Scyronem,& huius gratia,non illius,certamé esse constitutum.Statuit igi-
tur conuenítque cum Corinthiis, ut Athenienses ad Isthmia accedentes, tantùm in
spectando * sedentes præferrentur cæteris, quantum nauis uelum, quæ eò spectandi
gratia appulsa erat,extensum loci occuparet, quemadmodum ab Hellanico, & An-
drone Halicarnasseo scriptum accepimus. Inde in Euxinum pontum nauigauit, ut
Philochorus & alij plerique tradunt:cum Hercule aduersus Amazones militauit, ac
uirtutis præmium Antiopam accepit. Sed plures, è quibus est Pherecides, Hellani-
cus,atq; Herodorus,aiút post Herculem priuata classe Theseum nauigasse, & Ama-
zonem captiuam cœpisse. Atqui hi quidem probabiliora uidétur dicere:alteri enim 39
nemini ex comitibus memoratur Amazon cōtigisse captiua. Bion autem Theseum
ait ea dolo subrepta abiisse:natura enim Amazonas uirosas esse: ita nec Theseū cùm
agrum inuaderet fugisse,sed munera illi misisse: illum uerò cum muneribus missam
mulierem adhortatum nauem conscendere, ubi conscendit deducta naui discessisse.
At Menecrates quidam,qui de Nicea Bithyniæ ciuitate historiā edidit, scribit The-
seum cum Antiopa in his regionibus diuersatum esse: affuisse etiam in eius exercitu
tres ex Athenis adolescentes inter se fratres,Euneum,Thoantem,& Soloonté. Hunc
igitur cùm Antiopam flagraret, celatis aliis, cum uno ex familiaribus rem commu-
nicasse:at ille cùm de his cum Antiopa in sermonem uenisset,illam hominem repu-
diasse:rem uerò prudéter simul humanéq; tulisse,nec Theseo unquā detulisse:at So-
loonté ubi de spe decidit, proiecisse se in fluuiū, interiisséq;. Hūc casum tulisse gra- 40
uiter Theseum, cùm adolescentis interitum accepisset & causam, & quoddā Pythiæ
oraculum,ad seipsum rediens in menté reuocauit: fuisse enim sibi in Delphis à Py-
thia imperatum,simulac contigisset,ut in peregrina regione angeretur maximè ex-
cruciaretúrque, eo tunc in loco urbem conderet, & duces quosdam relinqueret ex
iis,qui eum consecuti essent. Ex hoc conditæ à se urbi, Pythopoli ab eo nomen esse
inditum,& propinquo fluuio Soloontem,in honorem adolescentis: relictos quoq;
esse illius fratres, ut præfectos ac legum latores, cúmque his Hermum uirum Athe-
niensem ex nobilitate,à quo & locum Hermi,id est,* Mercurij domum, à Pythopo-
litanis nuncupari,non rectè secundam syllabam circunflexo accentu notantibus, &
gloriam ad Deum ab heroe transferentibus. Itaque hac de causa bellum ab Amazo-
nibus

* προεδρείαν παρέχειν.

* Ἑρμοῦ οἰκίαν uocant, cùm deberent Ἑρμου οἰκίαν.

nibus ortum est. Videtur autem earum facinus,neque humile, neq; muliebre fuisse.
41 Nam nunquā in urbe castrametatæ forent,nec in Pnyce prælium conseruissent, nisi
potitæ agro intrepidè urbem inuasissent. Quare quemadmodum tradit Hellanicus,
Cymmerico Bosphoro frigore cōcreto, transuectas irrupisse creditu perdifficile est.
Quòd autem in urbem castra posuerint,ex nominibus locorum,& interemptarum
sepulchris apparet.Diuturna uerò dubitatio & commoratio utrisque fuit adoriendi
hostem:ad postremum uerò Thesus cùm Phœbo immolasset,cum illis cōseruit præ-
lium:quod quidem Iunio mése depugnatū est,in cuius memoriam Boedromia ad-
huc à mensis nomine Boedromione dicta, Atheniéses peragunt sacrificia. Tradit au-
tem Clidemus,cùm prosequi singula exquisitius uellet, Amazonum sinistrū cornu
se ad locum,cui nunc Amazonio nomen est,cōuertisse: dextro autem eas in Pnycen
per Chrysam esse profectas,cum iis ibi pugnasse Athenienses,cùm à Museo in Ama-
zonas incidissent:ad hæc & interemptarū sepulchra in lata uia extare,ea quæ ad por-
tas ducit, secus Chalcodōtis phanum,quas nunc Piraicas uocitát, atque inde ui usq;
42 ad Eumenidas esse reiectos,ac mulieribus loco cessisse. Ex Palladio uerò & Ardetto
ac Lycio ingruentes, propulisse dextrum earum cornu usque ad castra,multásq; il-
larum cecidisse: sed quarto deinde mense ictum esse per Hippolytam fœdus. Hippo-
lytam enim hîc eam quam sibi iunxit Theseus,non Antiopam appellat. Quidā scri-
bunt cum Theseo pugna certantem à Molpadia ictam concidisse,columnámq; quę
secus Telluris Olympiæ phanum est, huius gratia erectam esse. Nec mirū mihi esse
uidetur in rebus adeò à memoria nostra propter uetustaté remotis, uagari historiā,
nec certitudinis quippiam habere. Nam tradunt saucias Amazones ab Antiopa in
Chalcidem clàm missas,ibíq; curatas esse,& earum quasdā ibi esse sepultas,locóq; illi
hodiéq; Amazonium nomen manere. Verùm hoc bellum fœdere esse compositum,
& loci eius,qui iuxta Thesei phanum est,cognomentum,quod Orcomosion uocát
(nos iurisiurandi locum possumus dicere)testimonio est, & quæ Amazonibus ante
43 Thesei celebritaté sacrificia diu exhibita sunt. Ostendunt quoq; & Megarenses apud
se locum *Rhum appellatum, Amazonum sepulchrum ex foro abeuntibus rotun-
dum. Dicitur,& ad Chæroniam alias interisse, & iuxta fluuium conditas esse,cui su-
perioribus seculis Thermodōti,nunc Hæmoni nomen est, de quibus in Demosthe-
nis uita mentio facta est. Videntur etiam* non sine clade Amazones Thessaliā tran-
sisse:sepulchra enim etiam his temporibus circa Scotusæam, & Canis capita extant.
Hæc de Amazonibus digna memoria uisa sunt. Nam quæ de Amazonum motu &
insultu in Theseum facto ob nuptam ei Phædram,consilio Antiopę & aliarum unà
secum iniurias persequétium,déque clade & interitu ab Hercule illis illato, Thesei-
dos author literis prodidit,ea cōmentis fabularum similiora quàm ueritati uidentur
esse. Antiopa auté uita defuncta,Phædram in uxorem accepit, cùm ex Antiopa filiū
haberet Hippolytum:ut uerò Pindarus tradit,Demophontem. Infelicissimum uerò
Phædræ Hippolytíq; euentum,quoniam historici de eo à tragicis nihil dissentiunt,
44 nos quoque idem sentire debemus,ut ab iis omnibus factitatum est. Sunt & aliæ de
Thesei nuptiis opiniones à scena seiunctæ,quæ neque mitia principia,neque felices
exitus habeant. Nam* Anaxam quandam Trœzeniam rapuisse dicitur, & interfecto
Sinne & Cercyone,ipsorum filias ui cōpressisse: duxisse autem uxorem Perhibœam
Aiacis matrem,ac rursus Pherebœam & Iopam Iphiclis filiam,& ob Aeglæ amorem
Panopei filiam(ut dicitur)Ariadnam turpiter ab eo repudiatam esse criminantur,&
post omnia Helenæ raptum,qui Atticam bello uniuersam referserit,eíque exiliū ad
postremum & cladem conflauerit,de quibus paulò posterius explicabitur. Sed cùm
à præstantibus uiris multa per id temporis confecta certamina sint, nulli interfuisse
Theseum tradit Herodorus,Lapithis tantùm socium fuisse,quo tempore cum Cen-
tauris pugnatum est. Quidam uerò affirmant in Colchos cum Iasone profectum, &

* ῥοῦν.

* οὐκ ἀπραγμόνως.

* τὴν ἀναξώ.

cum Meleagro ad opprimendum aprum, & ob hoc in cõmunibus prouerbiis usurpari solitum esse, Non sine Theseo. Ipsum autem nullo socio multa ac pulcherrima 45
certamina confecisse, eúmque de illo omnium sermonem, Alter hic Hercules, plurimùm increbuisse. Adrasto etiam est opitulatus in recuperandis cadaueribus eorũ, qui apud Thebas occiderant, nõ ut Euripides scribit in tragœdia, superatis prælio Thebanis, sed cõmuni fœdere firmatis cõditionibus. Hæc à plurimis celebrata sunt, memoriæq; & literis prodita. Philochorus quoq; fœdera de recipiẽdis cadaueribus prima illa fuisse testatur: uerũ ab Hercule primũ restituta esse cadauera, in eius uita scribitur: Sepulchra autem uulgi in Eleuteris extant, sed principum circa Eleusinẽ: idq; à Theseo ad gratiã Adrasti gestũ memoratur. Ab Euripidis uerò sententia plurimùm 46
dissentit Aeschylus in Eleusiniis, in quibus Theseus hæc dicens inducitur. Amicitiã uerò inter eum ac Perithoum hoc tradunt initiũ habuisse. Cùm rumor eius roboris & fortitudinis uehemens foret, cupido Perithoum incessit eius rei periculũ facere: itaq; Thesei boues è Marathone expulit: cúmq; nũtiaretur se illũ cum armata manu eò aduẽtare, minimè in fugã se dedit, sed conuersus obuiã iuit: ubi uerò alterũ alter aspexit, & formę dignitatẽ præstantiãq;, & animi magnitudinẽ admiratus uterq; est, delectatúsq; uehemẽter, manus cõseruerunt. Sed Perithous prior protendens manũ, iussit Theseũ iudicis munus suscipere, & de boum expulsione cognoscere ac iudicare: se enim haud inuitũ quodcunq; statuerit ille suppliciũ subiturũ. At Theseus suppliciũ quidẽ remisit illi, & ut secum amicitiã & societatẽ iniret, hortatus est: sic iureiurando amicitiã firmarunt. Ex hoc cùm Deidamiã in matrimoniũ accepisset, Theseum orauit secũ unà proficisci, regionẽ inuisere, & se in Lapitharum cõgressum & colloquiũ dare. Inuitarat etiã ad cœnã Cẽtauros. Vt uerò calere res cœpit, & hi lasciuiẽtes petulãtia, corruptiq; uino mulieribus iniecerũt manus, ad resistendũ Lapithæ 47
se cõuerterunt, ac aliis quidẽ peremptis, alios bello subactos, socio & adiutore Theseo, è regione postea exegerunt. Sed Herodorus negat hæc eo pacto esse gesta, uerùm ait, exorto iam bello Theseum Lapithis opem tulisse, ac tũc primũ ab eo Herculem esse uisum, nec sine admiratione in eũ ab errore ac certaminibus in Trachine quiescentẽ, incidisse. Fuisse autẽ eum cõgressum honori utriq; ac uoluptati. Attamen arbitror cuiuis magis probari eorũ opinionem, qui dicant eos in unum sæpius conuenisse. & Herculem Thesei studio & opera initiatũ esse mysteriis, & ante initiationem
Amplificatio à tempore. expiatum: quod ita, quibusdã ab eo rebus inuitè gestis, fieri oportuit. Cùm uerò iam esset ad quinquagesimum annum ætate prouectus, ut Hellanicus scribit, Helenã rapuit, haud ætate suadente. Vnde hoc quidam crimen, ut maximum ac fœdissimum, 48
tegere cupientes, aiunt Helenam non ab eo raptam, sed ab Idã & Lynceo, atque apud eum depositam & asseruatã esse, nec Polluci & Castori eius fratribus exigentibus restitutam: uel à Theseo, permittente Tyndareo, ob metum Enarsphori Hippocoontis filij adhuc penè infantem, ui illata esse direptam. Quæ uerò ad ueritatem propius uidentur accedere, & plurimorum testimonio nitũtur, huiusmodi sunt: Cùm Spartam ambo uenissent, puellam in Dianæ templo chorum, quem Orthiam uocant, exercentem, diripuerũt, effugerúntque. Missis autẽ ad persequendũ militibus, nõdum longè à Tegea digressis, in tuto constituti, Peloponnesum transuecti, in has leges & conditiones uenerũt, ut cui Helena sorte eueniret, is uxorem haberet, atque alteri ad aliam comparandam uxorem operã suam præstaret. In hanc pactionem ductis sor-
Intẽperãtia. tibus, Theseo obtigit: itaque accepta uirgine, quæ nõdum nuptui idonea erat, in Aphidnas detulit, ibiq; cũ matre relinquens, Aphidno homini sibi amicitia cõiuncto cõmendauit, eamq; clàm omnibus asseruari iussit. Ipse Perithoo beneficij gratiã re-
Temeritas. 49
ferens, in Epirũ simulata peregrinatione, cũ eo unà profectus est, ut Aidonei Molossorũ regis filiã raperent, qui cõiugi Cereri nomen indiderat, filiæ uerò Proserpinæ, ac cani Cerbero. Edixerat igitur, ut cùm hoc certamen inirent hi qui filiam petebant,

&

& qui uictor euasisset, acciperet. Sed ubi cognouit Perithoũ cũ sociis, nõ ut procos, sed raptores accedere, eos cõprehendit, ac Perithoum statim per canem tollendum, interficiẽdúmque curauit, Theseum in carcerem coniectum custodiis asseruari iussit. Per id temporis Mnestheus Petensis, Ornei Erechthei filij filius, primus ut fertur mortalium infensus popularibus, & uulgo gratiosis hominibus, eósq; delere gẽstiens, nobilitatem iam antea Thesei opes indignè ferentẽ, magis concitauit atq; incendit. Indignabantur enim se, singulis erepto principatu ac regno, in uno oppido occlusos, ab eo ueluti in custodia detineri asseruariq;, & omnes seruorũ loco & nu-
50 mero haberi. Nec uerò mediocrẽ Theseo apud multitudinẽ cõflauit inuidiam, cùm diceret eos umbram libertatis adeptos, sed re ipsa orbatos patria, sacris, diisq; penatibus, ut pro multis ac iustis regibus, unius peregrini & aduenæ dominatũ perferrent. His motibus permagnum momentum ingruens à Tyndaridis bellum adiecit, quod plerique opinãtur eius quoque opera & impulsu esse conflatum. Ab initio igitur iniuria abstinuere, sororẽ tantùm reddi sibi efflagitarunt. Respondẽtibus uerò ciuibus, eam nec apud se esse, nec ubinam terrarum relicta sit exploratum habere, ad bellum incubuerũt. Sed Academus, qui eam Aphidnis occultari senserat, rem indicat: unde & uiuo illi à Tyndaridis honores sunt habiti, & posterioribus temporibus inuadentibus sæpius in Atticam Lacedæmoniis, agrúmque deuastantibus, ab Academia ob * Ἐκάδημος & Ἑκαδήμεια legit Suidas.
51 Academum temperatum est. At Dicæarchus tradit ab Ecedemo & Maratho, qui sub Tyndaridis ex Arcadia meruerant, ab altero Ecedemiam, quæ nunc Academia est, nomen accepisse: ab altero Marathonem populum nuncupatum esse, cùm is se sponte ex quodam oraculo pro exercitu immolandum dedisset. Profecti igitur Aphidnas ac prælio potiti, locum euerterunt. Hîc dicitur Alycus Scyronis filius cõcidisse, qui Dioscuros in militiam consequutus erat, à quo locum Megarensis agri, ibi condito eius corpore, Alycum nũcupari. Hereas autẽ scripsit, Alycum ab ipso Theseo circa Aphidnas esse interemptum: fidémque sibi aucupatur ex his uersibus, qui de ipso Alyco æditi sunt:

Hunc in Aphidnæa tractantem prælia terra,
Auricomæ Theseus Helenæ succensus amore,
Strauit atrox, miserúmque indigna morte peremit.

52 Haud tamen ueri simile est, matrem & Aphidnas præsente Theseo in potestatem hostium uenisse. Captis igitur Aphidnis, Athenienses búsq; in magno metu ac formidine cõstitutis, Mnestheus persuasit populo Tyndaridas in urbe accipiẽdos esse, quippe qui cum Theseo tantùm, ut cum prædone nefario bellum gererẽt, cæterorũ uerò hominum commodis & incolumitati consulerẽt, id quod statim re & opera probarunt: nam potiti rerum omnium, remissis cæteris, initiari tantùm mysteriis orarũt, cùm nihilo minus quàm Hercules propinqui ciuitati forent. Atque hoc illis suppetebat ab Aphidno in filios adoptatis, ueluti à * Pylio Hercules. Honores quoque pa- * σὺν τοῖς.
res deorum immortalium assecuti sunt, & * Anaches cognominati, uel ob cessationẽ * ἀναχεῖ. Vide Suid.
uacationemq; belli factas, quam Graeci ἀνοχὴν uocant: uel ob curam & diligentiam, quam ne quis detrimẽti aliquid caperet, susceperũt, cùm tantus præsertim intra urbem exercitus uersaretur: quietè enim se habent, qui curant aliquid atq; custodiunt,
53 ac reges ob hoc ipsum anactas uocitant. Sunt etiam qui eos ob astrorum ascensum anacas nuncupatos putent: nam ἄνω, quod est supra, ἀνακὰς Attici dicunt, & ἀνάγαιον ἀνωθεν, quod significat desuper. Aethram igitur Thesei matrem captiuam in Lacedæmonem abactam memorant, inde in Troiam cum Helena esse delatam, idq; Homeri testimonio comprobari, qui eam Helenam eonsecutam dicit:

Aethram, quam Pittheus genuit, Clymenémque Boopim.

Quidam uerò neque uersum hunc probant, neque ea quæ de Munichio fabulæ habent, quem ferunt ex Demophõnte ac Laodice clàm æditum, in Ilio ab Aethra esse

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Inclinatio fortunæ dissolutiorem uitam sequuta.

educatum. Priuatim uerò quædam de Aethra, & ab iis lõgè aliena, Istrus in tertiodecimo Atticārum rerum libro, ut à quibusdam authoribus accepta, prodidit: Alexandrum Parim in Thessalia ad Sperchium ab Achille & Patroclo pugna esse superatũ, & Hectorem Trœzeniorum urbem captã diripuisse, Aethrámq; ibi relictã abduxisse. Verùm hoc à ratione plurimũ abesse uidetur. At Aidoneus cùm Herculem hospitio excepisset, & casu in Thesei & Perithoi mentionẽ incidisset, & cuius gratia eò accesserant, & quas deprehensi pœnas dederant, uehemẽter indoluit Hercules; alterum ignominiosè interemptum esse, alterũ in eam fortunam calamitosam uenisse. Ac de Perithoo quidem questus grauiter est, aliud præterea sibi nihil faciendum putauit. De Thesei uerò salute cum eo uerba fecit, & ut hanc à se iniret gratiã, ab eo pluribus contendit. Concedente Aidoneo è uinculis emissus Theseus, Athenas reuersus nondum eius amicis penitus superatis: sic quotcũq; sibi antea ciuitas delegerat templa, omnia Herculi dedicauit, & pro Theseis Herculea nũcupauit, quatuor sibi tantummodo reseruatis, ut Philochorus scribit. Mox uerò cùm priorem statũ recipere uelet, & princeps rempub. gerere, in grauissimas seditiones ac turbationes incidit: quos enim sibi minus offensos reliquerat, inuenit solutos metu ex ipsa licentia ὀδιũ concepisse: ad hæc magnã populi partem corruptam, & iussa quæ silentio obire solebat, nisi delenitam blanditiis recusare: quare cùm cogere esset aggressus, aduersariorũ factionibus uictus, ad postremũ liberos in Euboeam clàm emisit ad Elpenorem Chalcodontis filium. Ipse uerò Gargetti, ubi nunc est Araterium, quod uocant ἐπ' ἀράς, quod est imprecatio, factis in Atheniẽses imprecationibus, in Scyrum nauigauit, ꝙ sibi cum illis hominibus amicitiæ, ut putabat, & paternæ ibi possessiones forẽt. Erat uerò per id temporis rex Scyriorũ Lycomedes: ad hunc igitur ueniens agros postulabat, tãquã istic habitaturus. quidam ferunt Theseum ab eo cõtra Athenienses auxilium imploraſſe. Sed Lycomedes siue uiri gloriam reformidans, siue Mnesthei sibi gratiam conciliare uolens, ipsum cùm ad regionis fines perduxisset, quasi inde sibi agros ostensurus, ex saxis deturbauit, atq; interemit: quanquã aliqui affirmẽt, per se, nullo cogente, sed errore loci, post cœnam, ut consueuerat, deambulante concidisse. *Calamitosus uitæ finis.*

56 Et tum quidem eius mors nemini curæ ac solicitudini fuit. Sed Athenienſium rex Mnestheus creatus est: eius filij priuati regno, sub Elpenore Ilium in expeditionem profecti sunt: illic uerò Mnestheo mortuo, ipsi reuersi Athenas, regnũ receperunt. Posterioribus seculis Atheniẽses cùm aliis de causis adducti, ut Heroa prosecuti sunt: in primis uerò quòd cùm in Marathone aduersus Medos pugnatum est, cõplurimis Thesei simulachrũ apparuisse uisum, & ante omnes inuasisse in Barbaros. Post Medicum uerò bellum, imperante Phædone, consulentibus Phœbũ Athenienſibus, respondit Pythia, Thesei ossa Athenas reportanda esse, eáq; honorificè condita apud se asseruanda. Erat autem perdifficile recipere, ac sepulchrum agnoscere, Barbarorũ, qui locum incolebant, asperitate & immanitate cõmercia prohibente. Attamen Cimonem, redacta in ditionem insula, quemadmodum in huius uita proditum est, inueniendi cupido incessit. Visa igitur aquila tumulum quendã rostro fodiente, atque 57 terram unguibus spargẽte, diuino quodam instinctu ac animi diuinatione permotus, locum effodit: quo facto apparuit magni corporis sepulchrũ, & iuxtà, pilum atque ensis: quibus triremi Athenas delatis à Cimone exultantes gaudio Atheniẽses splendido apparatu & sacrificiis acceperunt, ueluti Theseum ipsum in urbẽ redeuntem. Sunt autem in media urbe iuxta nostrum gymnasium sita, asylúmq; ibi seruis, atq; humilioribus fortuna hominibus, & potentiorum opes formidantibus constitutum, quòd & Theseus patronus & propugnator quidem fuisset, & humanè benigneq; preces humilium exaudisset. Sacrificiũ ei præterea maximũ tribuunt ad octauam Iduum Iulij mensis, quo die cum impuberibus ex Creta reuersus est: & aliis præterea mensibus, octauo quoque die honores illi & cultus exhibent: uel quòd octauo

Mortui gloria ut reuixerit.

Testimonium diuinum.

Aestimatio post mortem.

Honores diuini habiti.

Aprilis

Aprilis mensis die ex Trœzene primũ se Athenas cõtulisset, ut Diodorus * Peregetas affirmare uidetur: uel rati hunc ei numerum magis quàm alium conuenire, quippe qui neptuni filius esset habitus. Etenim Neptuni celebritatẽ, octauo quoq; die mensis agitant. Octonarius enim numerus, cùm sit primus talus ex paritate cõfectus, & geminum quadratum numerum cùm in se contineat, stabilitatem & immobilitatem Dei potentiæ significare uidetur, quem nos ἀσφαλῆ & γαιήοχον, id est, firmum, & minus errantem, ac terram continentem, appellare solemus. *Περιηγητής.

Romulus.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 VRbis Romæ nomen magnũ, maximéque gloria apud omnes gentes peruagatum, à quo & quam ob causam inditum sit, permagna inter scriptores dissensio est. Nam alij tradunt Pelasgos terrarum orbem longo errore peruagatos, plurimísq; bello domitis nationibus eam partẽ Italiæ tenuisse, & ob pugnandi robur, quòd ῥώμλω Romam Græci uocant, sic urbem appellasse. Alij uerò, Troia capta à Græcis, quosdam profugos nactos classem in Hetruriã uento delatos, Tiberis faucibus appulsos esse, & ex eorũ mulieribus iam nauigatione fatigatis, & à mari abhorrentibus, quandam Romam nomine, quæ nobilitate & prudentia & usu rerũ anteire uidebatur, suasisse classem incẽdendã esse: quod factum uiris mœstitiam attulisse ab initio, deinde necessitate coactos circa palatiũ positis sedibus, ubi breui res supra spem ex sententia cecidisset, expertos loci fertilitatem, susciptiẽtibúsq; uicinis & finitimis, cùm aliis honoribus affecisse Romã, tum urbem ex eius nomine, ut quæ eius 2 rei author fuisset, nuncupasse. Ex eo hodie manere, ut coniuncti & ipsas mulieres, & necessarios homines amplexi, frontem osculentur. Nam & illas cùm naues incendissent, his blanditiis uiros deliniſse, cùm ueniam orarent, & eorũ iram placare niterentur. Alij Romam Itali filiam & Leucariæ: alij Telephi Herculis filij Aeneæ nuptam fuisse. Quidã Ascanij Aeneæ filij, quæ urbi nomen imposuit. Nec desunt alij, qui affirment à Romano Vlyssis & Circes filio, urbem primùm habitari cœptã. Alij à Remo Emathionis filio, à Diomede ex Troia misso. Quorundam etiam sentẽtia est, Romum Latinorum tyrannum, eum qui Tyrrhenos eiecerat, qui ex Lydia in Thessaliam ex Thessalia in Italiam uenerant, huius rei authorem fuisse. Nec uerò hi ipsi qui in Romulum, id quod æquissimum est, & multorũ testimonio comprobatum, huius nominis originẽ referunt, de illius genere satis conueniũt. Nam quidã aiunt, 3 illum Aeneæ filium ex Dexithea Phorbantis filia genitum, infantémque in Italiam asportatum, unà cum eius fratre Remo, atq; in fluuio exundãti summersis aliis scaphis, in qua autẽ erant pueri ad fluminis ripam depulsa, ex insperato incolumes seruatos, Romam, quod robur significat, nuncupatos esse. Sunt qui hanc sententiã non probent, sed ipsi aliam in medium afferant: Romã Troianæ illius filiam cum Latino Telemachi filio nuptam, Romulũ partu edidisse. Quinetiam affirmant alij, ex Aemilia Aeneæ & Lauiniæ filia à Marte cõpressa, Romulum esse genitum. Quidam etiam sunt, qui de Romuli ortu fabulosa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorum regi, sceleſtissimo & crudelissimo homini diuinitus monstrum domi uisum penè ex sacrario se attollens ad multos dies mãsisse. Fuisse etiã Tethyos in Hetruria fatidicum templum, à quo allatum Tarchetio responsum, ut monstro admisceretur uirgo: nam genitum iri ex ea filium, uirtute, fortuna ac uiribus nomẽ permaximum, & gloriam habiturum. Quod cùm Tarchetius uni ex filiabus expo- 4 suisset, imperasse ut cum mõstro illo coiret: illam cõtempto patris imperio, ancillam

Incertũ unde Romæ nomẽ.

De origine urbis, uide Solinum: de nomine uero Fabiũ Pictorẽ.

Liuius Dec. I.

Genus incertum.

in ſui locum ſuppoſuiſſe: Tarchetium re coghita ægrè ferentem, utramq; in carcerẽ, ut morte mulctaret conieciſſe: ſed uiſum eſt illi per quietem ſe Veſtã uidere, necari puellas prohibentẽ, telam uerò puellis iubentẽ, ut erant in uinculis, texẽdam tradere, ea conditione, ut non antè nuberent, q̃ eam abſoluiſſent: ita quod illæ per diem texuiſſent, alias noctu Tarchetij iuſſu retexere ſolitas. Ex mõſtro uerò ancillã geminos peperiſſe, quos Teratio cuidam Tarchetiũ ſtatim exponendos dediſſe: at illum ſecus fluuium infantes depoſuiſſe, ſic lupã cùm eò uenifſet, admotis uberibus lac præbuiſſe, auibus quoq; uariis cibum pueris comportantibus, quoad bubulcus aſpiciens, admiratúſq; auſus accedere, infantes ſuſtulit. Hac illos ratione ſeruatos, cùm primùm per ætatem licuit, Tarchetio tetendiſſe inſidias, ac tãdem oppreſſiſſe. Hæc à Promathione quodã, qui Italicam ſcripſit hiſtoriam, memoriæ prodita accepimus. Sed ex his quæ probabiliora ſunt, & plurimis teſtibus nituntur, certiſſima Diocles Peparethius primus Græcis literis illuſtrauit, quem Fabius Pictor plurimis in locis ſecutus eſt. Fuerunt etiã de his contrariæ aliorum ſentẽtiæ: ſed ut quam pauciſſimis expediamus, res ita ſe habet. Ex regibus ab Aenea ortis, in duos fratres Numitorẽ & Amuliũ ſucceſſione regnũ peruenit: è quibus Amulius cùm in duas portiones omnia partitus eſſet, ac pecunias aurúmq; ex Troia aduectum regnò adequaſſet, regnum Numitor ſortitus eſt. His igitur fretus opibus Amulius, & fratre uiribus lõgè ſuperior, regnum illi facilè abſtulit: ac ueritus ne ex eius filia liberi naſcerẽtur, ut perpetua uirginitate ſpem omnem ſuſcipiendæ prolis adimeret, Veſtę illam ſacerdotẽ legit. Hãc alij Iliam, alij Rheam, Syluiam alij appellant, quæ multo pòſt tempore, prẽter legem Veſtalium uirginum, grauida deprehenſa eſt: quæ ut ne crudeliſſimũ ſubiret ſupplicium, regis filia Antho à patre precibus impetrauit, ſed coniecta in carcerẽ à cõmercio omnium ſeiuncta diu fuit, ne de partu Amuliũ celare poſſet. Aedidit igitur geminos magnitudine & formæ præſtantia inſignes: ex quo Amuliũ acrior metus inuaſit: quare ſeruo negotium dedit, pueros * in profluentem mittat. Seruo Fauſtulo nomen fuiſſe tradunt. alij non hunc, ſed eum qui * educauit, ita fuiſſe nuncupatum. Deſcendit igitur ad fluuium, atque ubi aſpexit illum multo fluctu & impetu decurrentem, metuens adire uſque ad iuſtũ curſum, in proxima alluuie pueros * exponit: ita eo abeunte tenuis decreſcentis fluminis aqua leniter in ſicco deſtituit: quem nũc locum Cermanum uocãt, ſed pridem Germano nomen fuerat, quòd germanos fratres uocare ſolent. Nec porrò longius ficus Ruminalis erat, uel ob Romulũ, ut plurimi ſentiunt, ita nuncupata, uel ob ruminationes armẽtorum, quæ ibi ob frigora captanda in umbram coguntur. Eſt alia quoque cauſa, quæ uidetur potiſſima fuiſſe, q̃ mamma, ruma à ueteribus appellata eſt: ac deam aliquã quæ educationi infantium præeſſe putabatur, Rumiliam uocitant, & eius feſtum Nephalia celebrant, lac quoq; in eius ſacris infundũt. Hîc infantibus iacẽtibus lupã ferunt præbuiſſe ubera: ad hæc picum acceſſiſſe, qui ſimul pueros nutriret, cuſtodirétq;. Putantur uerò ea animalia Marti ſacra eſſe. Picus uerò ſemper à Latinis ſummo cultu & honore eſt habitus. Vnde non mediocris fides parienti addita eſt, cùm Martem incertę ſtirpis patrem nuncuparet. Atqui ferũt eam dolo id eſſe perpeſſam, deceptam ab Amulio, qui armatus atque adortus diripuit. Sunt qui dicant nutricis nomen ambiguitate fabulæ locum dediſſe: nam & feras & meretrices communi uocabulo lupas uocamus: ita Fauſtuli uxori proſtrato paſtoribus corpore, lupæ cognomen eſſe additũ, cùm Laurentia antè nuncupata eſſet. Huic ſacrificabant Romani. & * libabat mẽſe Aprili Martis ſacerdos, & Laurentiam eam celebritatẽ uocitabant. Aliam præterea Laurentiam ex huiuſmodi cauſa colunt. Dum ſacerdos Herculis phani fortè (ut fit) opera liber, curáq; ſolutus per templũ incederet, cõpellaſſe Deum dicitur, ut unà ſecũ aleis luderet, atq; ipſe ſi eius rei uictor exiſteret, ſpẽ daret futuri ſibi cuiuſpiã ab eo ſpectatiſſimi muneris, quod Herculea maieſtate dignum uideretur: ſin ſecus, ſe Deo menſam amplè magnificéq;

Genus.

* ῥῖψαι.

* ἀνεκδιδυον.

* ἀπολλύοντο.

Liui. Romularem.

Νηφάλιοι θυσίαι, ἐν αἷς οἶνος οὐ παρέκειτο, ἀλλὰ ὕδωρ μελικρατον.

* χρὰς ἐπιφέρει.

magnificéque ornaturũ, mulierémque eximia pulchritudine * unà accubantem daturum. Hanc conditionem depactus, alias pro ſe, alias pro Deo teſſeras, ſtatuit. Vbi perſpicuè ſe uictum agnouit, uolens pacta ſeruare, & impoſitis ſibiipſi conditionibus conſiſtere, Deo cœnam parauit, Laurentiámque mulierem ſanè formoſam, non omnino famoſam, ſed celatam & occultam, mercede conductam adhibuit illi in conuiuium, ſtratóque in templo lecto, cœnam clauſam intus reliquit, tanquam ad illam Deus acceſſurus eſſet. Atq; dicitur eam adiiſſe, iuſſiſſéque in aurora ſe ad forum conferret, & qui primùm ſibi obuiam eſſet factus, eum ſibi amicum adiungeret.
9 Prodiit igitur illi obuiam ex ciuibus quidam, ætate longè prouectus, & ſatis locuples ac ſplendidus, ſed filiis inops, & qui uxorem nunquam duxiſſet: huic Tarrutio nomen erat: qui Laurentiam agnouit, amauítque, & ad poſtremum ſibi ampliſſimarum fortunarum hæredem inſtituit, quarum maximam partem illa plebi Rom. ex teſtamento reliquit. Dicitur autem cùm iam eius gloria illuſtris eſſet, & ſancta religioſáque haberetur, eo in loco euanuiſſe, in quo prior etiam Laurentia condita erat. Ei loco nunc * Velabro nomẽ eſt, quòd incremento ſuperfuſo flumine, nauiculis traiicientes ea parte fori appellerent: traiectum enim uelaturam uocant. Quidam uerò dicunt Velabrum aditum eſſe eum, quo in Hippodromum ex foro itur, quem qui ludos exhiberent, hinc exorſi, uelis operire ſoliti fuerint: ἑωμαῖοι γὰρ βῆλον, ἱστίον καλοῦσι. His igitur de cauſis, ſecunda Laurentia à Romanis colitur. At infantes Fauſtulus, magiſter regij pecoris, clam omnibus ex eo loco aſportauit: ut uerò alij, & quidẽ probabilius dicunt, haud imprudente Numitore, ſed impenſam ad uictum
10 etiam nutritoribus ſuppetẽte. At etiã Gabios delati pueri, literas aliáque didiciſſe dicũtur, ut ingenuos decebat pueros. Appellati etiam à mamma Romulus & Remus, quòd à fera lactari inuenti ſunt. Igitur in ipſis corporibus ſpecie & magnitudine, ab infantia ſtatim uim ſuam natura oſtẽdit, & cùm primùm adoleuit ætas, in uiros fortes atque ſtrenuos enuaſerunt, in adeundis periculis elato omnino animo atque interrito. Sed Romulus ut ſuperior conſilio fuit, & ciuilem magis prudentiam habere uiſus eſt, ita in commerciis, quæ pro pabulis ac uenationibus cum uicinis incidebant, permulta ingenij ſui documenta præbuit, naturáque ad imperandum aliis magis, quàm ad parendum, ferri uiſus eſt. Proinde ſe in ſui, aut etiam inferioris ordinis homines leniter, clemẽterque habebant: præfectos autem & legatos ac regij pecoris magiſtros, ut qui ſibi nihilo uirtute præſtarent, deſpiciebant uehementer, neque ira eorum, neque minis quicquam moueri: ſtudiis liberalibus intenti otium terere, nec inertia ac deſidia corrumpi pulchrum ducere, ſed in negotiis & in labore tolerando ſe exercere, ſubſiſtere feras, curſare, in latrones præda onuſtos
11 impetum facere, fures capere, ab iniquè oppreſſis iniurias propulſare. His rebus magnum iam eorum nomen inter paſtores ferebatur. Exorta uerò inter Numitoris Amuliíque paſtores ob pulſa iumenta ſeditione, eámque rem illi indignè ferentes, aduerſos cædunt, & in fugam uertunt, ingentem prædam eripiunt. Cúmque quereretur Numitor rem ſe indignam pati, contemſerunt, collectíſque & in unum coactis permultis paupereribus ac ſeruis, audacię & contumaciæ initia ſubierunt. Cùm uerò ſolenni ſacrificio Romulus intentus eſſet (diuini enim cultus, ceremoniarum, ac uaticinij obſeruantiſſimus erat) Numitoris paſtores ira amiſſæ prædę inſidiati, in Romulum cum paucis abeuntem impetum faciunt. Sic commiſſo prælio, illatíſque utrinque uulneribus, illi uictores Remum comprehẽdunt: quem cùm ad Numitorem captum perduxiſſent, nihil in eum animaduertit, acerbitatem fratris reformidans, ſed illum ſupplex adiit, orans atque obſecrans, ut de eo ſupplicium ſibi ſumere liceret, ut qui frater eſſet, & ab eius ſeruis iniuria cõtumeliíſque affectus.
12 Accedebant Albanorum querimoniæ, ex eius uiri iniuria excitatæ, quòd ſibi miſera atque indigna pati uidebantur. Quibus permotus Amulius eſt, Remúſque ab eo

* σωσιπατριδίου.

* βήλαυρον. Velabri meminit Liuius lib. 7. Deca. 3.

Education.

Nomen. Ingenium. Indoles.

studia iuuẽtæ.

Geſta.

Occaſio obtenti imperij

Numitori ad ſupplicium deditur: quo accepto Numitor domũ reuerſus, adoleſcentem mirum in modum admiratus eſt, qui magnitudine corporis & uiribus exuperaret cunctos. Cúmque ex eo ore atque uultu, quem in perditis rebus ſeruabat, perſpiceret eius animi magnitudinem conſtantiámq; in ſtatibus malis inuictã & intactã, tum eius opera ac res geſtas acciperet figuræ eius, & lineamẽtis reſpondẽtes, & quod maximũ eſt, diuino quodam inſtinctu & numine percitus, rerũ magnarũ initia nactus, animi iudicio & fortuna quadam ueritatis, quæ diutius latẽre non poterat, quis eſſet, & quo pacto genitus foret, rogauit, benigno aſpectu mitíq; uoce ſpem ſalutis iniiciens. Ille parumper lenitate orationis cõfirmatus, Nihil te, inquit, celabo: etenim mihi regio nomine dignior, quàm Amulius uideris eſſe: nam & audis & interrogas priuſquam ad puniendũ accedas: ille incognita cauſa me ad ſupplicium dedit. Primùm omniũ Fauſtulo mgiſtro regij pecoris, & Laurentia genitos iam inde ab initio eſſe nos credimus: gemini autẽ fratres ſumus eodem editi partu, & apud te in crimen & calumniam, & iudicium capitis adducti: de nobiſipſis magna audimus, quę ſi uera ſunt, periculũ docebit. Dubia certè noſtra procreatio fertur eſſe, nutritio uerò atq; educatio abſurdior, quàm pullorũ: & quibus expoſiti eramus eſca feris & auibus, ab iiſdem enutriti ſumus, ſummiſſis à lupa mammis, & à pico cõportatis cibis, cùm in Tiberi in ſcapha iaceremus. Extat adhuc ſcapha, ſeruatúrq; æreis cingulis communita, in qua caducæ inciſæ ſunt literæ, quibus in poſterum fortaſſe extincti, & cùm nulli iam uſui eſſe poterimus, à parentibus noſtris cognoſceremur. Numitor igitur cùm & uerba adoleſcentis, & ætatem, & minimè ſeruilẽ indolem cõferret, haud eam ſpem ſibi blandientem reiecit, ſed dedit operam, ut de his çlàm cum filia loqueretur: nam cuſtodiis adhuc aſſeruabatur uehementer. Sed Fauſtulus ut primũ Remum captum, & Numitori in cuſtodiam deditum accepit, Romulo rem aperit, ut geniti útque educati forent, & ad ferendam Remo opem hortatur: nam antea per ænigma confeſſus erat, tantúmque illis indicarat, quantùm ſi attendiſſent, putabat eorũ animos non mediocriter attolli poſſe. Ipſe cum ſcapha ad Numitorem ex illa occaſione cũ magno metu & trepidatione ſe contulit. Sed cùm cuſtodibus qui ad regis portas erant, in ſuſpicionem ueniſſet, deprehenſúſque ab illis eſſet, & turbato ad reſpondendum mens, ſimulatque oratio excidiſſet, detecta eſt ſcapha, quam ueſte inuolutam ferebat. Fortè affuit quidam ex his qui pueros imperio regis exponendos acceperat: hic cùm ſcapham tum eſſet intuitus, agnouiſſétque ex ipſa forma, atque ex literis, opinatus id quod erat, haud rem neglexit, ſed ad regem continuò re delata, de Fauſtulo tormentis quæſitum eſt: qui in multis ac magnis cruciatibus habitus, neque inuictus perſtitit, neque coactus omnino confeſſus eſt pueros apud ſe ſeruari, & ab Alba longè inter paſtores eſſe: ſe quoque idipſum Iliæ nuntiatum ire, ſe ſæpe uidiſſe ac tetigiſſe, ut eãm natorum deſiderio affectam, magis in ſpe bona confirmaret. Quod igitur turbato animo hominibus, & per metum aut iram quippiam facientibus euenire ſolet, id tum Amulio contigit: uirum enim aliàs quidem probum, ſed Numitoris amicum, in ea trepidatione ad eum rogatum miſit, nunquis rumor aut ſermo hominum ad eum de pueris perlatus foret ut uiuerent. Qui ubi eò peruenit, cùm uidiſſet iam ferè Remum amplexu & gratulatione à Numitore exceptum, ipſe eam ſpem ſuo teſtimonio firmiorem efficit, hortatúſque eſt, ut properè ad res capeſſendas incumberet, & ſe quoque ſocium rei gerendæ, & adiutorem præbuit. Occaſio etiam ipſa nec tardandi, nec differendi facultatem dabat. Nam Romulus iam propè aderat, & unà qui ad eum haud pauci ex ciuibus odio ac metu regis confluxerant. Ipſe etiam ſecum ajebat magnam armatorum manum in centurias inſtructam, quarum ſingulas ducebat uir quidam, herbarum faſciculum haſta alligatum præferens, qui poſtea Manipuli nuncupati ſunt. ex hócque lapſa conſuetudine, uſque ad noſtram ætatem, manipulariis in caſtris, id nomen manſit.

Animi conſtantia.

Diuinum auxilium.

beneuolẽtia.

Miſericordia.

Fatalis res.

Manipuli unde appellati.

manſit. Cùm igitur Remus intra urbem ciues ad defectiones impuliſſet, & Romulus cum externis copiis ad eum ſe adiunxiſſet, tyrannus maximo terrore difficultatibúſque ſuſpenſus ac ſolicitus, priuſquam aut molitus eſſet quippiam, aut ſalutare aliquod conſilium caperet, deprehenſus circunuentúſque ab illis obtruncatur. In his igitur, quorum plurima monumentis ſuis commẽdarunt Fabius ac Peparethius Diocles, qui primus omnium uidetur ab urbe cõdita hiſtoriam ædidiſſe, ſuſpicio quædam fabulæ ac commenti ineſt. Veruntamen à ueritate nobis reiicienda non ſunt, intuẽtibus quorum opum artifex ſit, atque architecta fortuna: ad hæc rem Romanam nobiſcum ipſis animo reputantibus, quæ nunquam eò magnitudinis & potentiæ proceſſiſſet, niſi ex diuina origine primordium accepiſſet. Interempto autem Amulio, rebúſque regni conſtitutis, neque Albã incolere induxerunt in animum, nõ pótiti antè regno, nec ſuperſtite auo regnare. Ita Numitori Albana re permiſſa, debitíſq; matri reſtitutis honoribus, decreuerunt in his locis, ubi expoſiti, ubíque educati fuerant, nouam urbem condere. Hæc probabiliſſima cauſa fuiſſe uidetur. Coegit etiam ita fortaſſe neceſſitas, ob multitudinem ſeruorũ ac fugitiuorum, qui ad illos confluxerant, quòd aut his diſſipatis, pereundum omnino, aut ſeparatim cum illis habitandũ eſſet, quòd rem indignã Albani ducerẽt, fugitiuos ſecum commiſceri, & in urbem ciues adſcribi: quod in poſterum ex eo quod de uxoribus eſt actum, magis apparuit: quod eſt non ab iniuria & contumelia, ſed ex neceſſitate & inopia fœminarũ profectum: nam raptas in ſummo honore habuerunt. Primis deinde urbi fundamentis iactis, ſacrum quendam locum eò confugientibus perfugium ſtatuentes, Aſylum uocarunt, eóque omnes ſine ullo diſcrimine exceperunt: nec domino ſeruus, nec debitor creditoribus, nec homicida magiſtratibus dedebatur, cùm dicerent firmum ac ratum id omnibus Pythico oraculo eſſe oportere. Itaque quàm celerrimè urbs hominibus abundat. Ab initio enim traduñt haud plures mille domós fuiſſe. Sed hæc poſterius. Aggredientibus ſtatim de loco diſſenſio fuit. Romulus enim locum, quem quadratam Romam uocant, cõdendæ urbi deligi uolebat: at Remus partem Auentini locum natura munitũ commodiorem ducebat, eíque poſtea ab eo Remonio cognomen fuit, ſed nunc Righarium appellant. Conueniẽtibus autẽ inter ſe ſequundis auibus diiudicare litẽ, diuerſa loca ad inaugurandũ capiunt. Priori Remo augurio ueniſſe ferunt ſex uultures, cùm duplex numerus Romulo ſe oſtẽdiſſet. Sed dicitur à quibuſdã uerè Remum uidiſſe, Romulum uerò eſſe ementitũ: ſed cùm acceſſiſſet Remus, tunc Romulo duodecim apparuiſſe: inde manſiſſe moré Romanis ex uulture augurandi. Herodotus autẽ Ponticus tradit, & Herculẽ lætari ſolitum, uulture in re gerenda ſe oſtendente: eſt enim animãtium innocentiſſimus omniũ, cùm nihil ueſcatur ex his quæ ferunt homines, aut plãtant, aut alunt: ſed ex cadaueribus ſibi eſcam quærat: interficit autem nihil, nec deſtruit animãtium: uolucribus autem ob affinitatem etiam mortuis abſtinet. Aſt aquilæ, noctuæ & accipitres uiuas uolucres etiam eiuſdem generis inuadunt atq; interimunt. quanquam ut Aeſchylus inquit, Auem autem ueſcens, quæ pura ſit auis? Ad hæc, aliæ in oculis (ut ita dicam) uerſantur, atque ubique inſpiciendas & ſentiendas ſe offerunt: at uulturem rarò eſt intueri, nec eius pulli facilè inueniri poſſunt: ut nonnullos in opinionem uanam & ſtultam coniecerit, ab extra ex alio quodam orbe huc ſe appellere: *quòd rarum ſit, nec perpetuò, quemadmodum putant eſſe quod ſecũdum naturam eſt, nec ſua ſponte, ſed diuino aliquo impulſu appareat. Poſtea igitur quàm Remus reſciuit fraudem, grauiter commotus, Romulo fodiente quà urbis mœnia circunducturus erat, ludibrio fratris foſſam tranſiliuit; atque opus impedire conatus eſt. Sic tandem aiunt quidam illum ab irato Romulo, alij à quodam Celere ex Romuli comitibus, hic eſſe interfectum. Cecidit in ea pugna Fauſtulus & Pliſtinus, qui cùm Fauſtuli frater foret, unà Romulum nutriſſe dicitur. Celer autem in He-

Aſylum.

Vultur animalium innocentiſſimus.

* τὸ ἀπόλυτον δὲ μὴ συνεχὲς, οἷον οἱ μαντεῖς ἐξίσασιν τὸ μὴ κατὰ φύσιν, Remi interitus.

truriam seceſſit, & ab eo ueloces apud Romanos traxerunt, ut Celeres dicerentur. Quinetiam Metellum tradũt, quòd mortuo patre, ſingulari certamine pugnantium ludum ad paucos dies inſtituiſſet, Romanos admiratos apparatus celeritatem, Celerem appellaſſe. At Romulus poſteaquã ab eo Remus in Remuria unà cum eius nutritoribus ad ſepulturam eſt datus, complendæ atque inſtruendæ urbi animum adiecit, accerſitis ex Hetruria uiris, qui ſacris quibuſdam ritibus & literis ſingula edocerent atque exponerent, quemadmodum in myſteriis: foſſam rotundam effodit in loco, cui nunc Comitio nomen eſt, primitiáſque omnium, quibus lege quidem ut honeſtis, natura autem ut neceſſariis utebantur, in eam depoſuerunt, & ad poſtremum, ex qua quiſque profectus erat terra, particulã quandam ferens, eôdem coniicientes commiſcuerunt. Vocant autem foſſam ipſam eodem quo Olympum nomine, Mũ- 21
Vrbs ut condita. dum. Deinde in figuram circuli circunſcripſit urbem. Ipſe autem princeps condendæ nouæ urbis, aratro, uomere æreo præfixo, iunctíſque ſexu diſpare bobus, ipſe boues agens, fixis terminis profundum circunducit ſulcum. Qui eum conſequuntur, his id negotij datur, ut quas aratrum ſuſcitarit glebas, in interiorẽ partem deuertant, nec ullam dilapſam extrà eſſe patiantur. Linea igitur murum diffiniunt, uocatúrque
Pomœrium. quod intus relinquitur, Pomœriũ, detractis per ſyncopam è medio literis, quaſi pone murum. Quem autem locum portis optarint, ibi educto uomere aratrum attollentes, ſpatium quoddam uomere intactum relinquunt: unde & murus totus, exceptis portis, ſacer putatur. Portas autem ſacras qui putant, res neceſſarias, niſi antè expiatas, importare aut exportare religione impediuntur. Vrbem igitur ad x II. Caled. Maij condi cœptam eſſe, opinione omnium ſatis conſtat: eúmq; diem feſtum Romani agunt, natalem patriæ nuncupantes. Ab initio autem nihil animatum ad ſa- 22
crificia adhibebant. Exiſtimabant diem ipſum patriæ origini conſecratum, purum, & ſine ſanguine ſeruari oportere. Veruntamen pridie eius diei paſtoralem quãdam
Palilia. celebritatem agitabant, quę Palilia ab illis dicebatur. Nunc igitur Romanorum Calendæ, nulla re cum Græcis cõueniunt. Illum autem diem quo Romulus urbi fundamenta iecit, trigeſimum diem fuiſſe perhibent, in eóque lunam ex congreſſu ſolis defeciſſe, quam uidiſſe Antimachum Teium lyricum, cùm tertium in annum ſextæ Olympiadis incidiſſet. Temporibus autem Varronis philoſophi uiri Romani, & hiſtoriarum monumentis peritiſſimi, fuit Taruntius uir ei in primis amicus, & tum philoſophiæ, tum mathematicæ in primis ſtudioſus, qui cùm ad aſtrologiæ diſciplinam ſe contuliſſet contemplationis gratia, & in ea excellere putaretur, huic impoſuit Varro, ut Romuli conceptionem in diem & horam deduceret, inſpectíſque eius uitæ inſtitutis ac rebus geſtis, ex illis conſequentiam colligeret, ueluti geometricarum propoſitionum reſolutiones recipiunt: eiuſdem enim contemplationis eſſe, cognito conceptionis tempore uitam prædicere, & percepta uita procreationis tempus perdiſcere. Suſcepit igitur Taruntius munus ſibi à Varrone impoſi- 23
tum, ac perſpectis uiri ingenio ac moribus rebuſque geſtis, tum uitæ tẽpore, ac mortis genere, hiſque omnibus in unum collatis, ualde fidenti atque alacri animo oſtendit, Romulum primo anno ſecundæ Olympiadis à matre fuiſſe conceptum, menſe Choe ab Aegyptiis nuncupato, quem nos Decembrem dicimus, tertio & uigeſimo die, hora tertia, qua ſol defecit omnino: in lucem uerò æditum menſe Thoth, qui September apud nos eſt, ad x II. Calend. ſequentis mẽſis circa ortum ſolis. Vrbis uerò Romæ fundamẽta ab illo iacta eſſe quinto Idus Pharmuti menſis, qui Aprilis uocatur à noſtris, inter ſecundam & tertiam eius diei horam: nam urbis fortunam, ueluti hominis, proprium habere opinantur tempus, quod ex prima origine ad aſtrorum ortus obſeruatur. Verùm hæc huiuſmodíque ſuperflua nouáque magis fortaſſe allicient arbitror lectorem, quàm fabulæ commento offendant. Condita igitur 24
Reſpub. ut ordinata. urbe principio iuuentutem Romanam in militares diuiſit ordines, quorum quilibet

libet peditum tria millia, & trecentos equites habuit, iíque legiones dicebantur, quòd ex omnibus pugnaces in illis delecti forent: reliquam multitudinem ſeiunxit, eámque populum nuncupauit. Deinde ex optimatibus centum creauit ſenatores, quorum collegium ex ætate Senatum uocauit. Illi patres dicti, uel quòd hi ſolùm, qui legitimi patres forent, creari poſſent: uel hinc adeò, quòd illi patres ſuos oſtendere poſſent: quod non multis contigit ex primis illis conuenis. Vel à patrocinio id nomen fluxit, quòd exiſtimarent patronum quendam fuiſſe, ex his qui Euãdrum conſecuti ſunt, qui imbecillorum curam geſſiſſet, eíſque præſidio fuiſſet, ab
25 eo huic rei eiuſmodi appellationem manſiſſe. Illud mihi probabilius uidetur, ſi quis opinetur Romulum decreuiſſe, primores & potentes oportere paterno officio & indulgentia, humiliorum cauſam in fidem ſuam, curámque ſuſcipere: ſimúlque quò cæteros edoceret, ut tutiorem ſibi uitam in eorũ præſidio uiuendam ſtatuerent, neque quibus uirtute cederent, eorum honoribus angerentur, ſed beneuolo & amico animo in eos forent, patréſque illos honoris gratia appellarent, & eſſe opinarentur, idcirco eo nomine appellaſſe. Nam & his temporibus exteræ nationes ex ſenatorio ordine patronos ſibi adoptant, eóſque duces uocant. Ipſi autem Romani Patres conſcriptos id collegiũ appellant, quòd nomen & dignitatis plurimùm, & inuidiæ minimùm præ ſe fert. Sed ab initio tantùm Patres dicti, poſterioribus autem temporibus adſcriptis in eum ordinẽ pluribus, Patres conſcripti uocati ſunt: atq; hoc ſenatorij popularíſque ordinis differentiæ honeſtius nomen fuit. Alios ex multitudine potentes legit, eóſque patronos nuncupauit, illos autem clientes, magnáque illos inter ſe beneuolentia deuinxit, quæ maximas neceſſitudines productura foret.
26 Hi hominibus oppreſſis, & iudicio circunuentis, in obtinendo iure ſuo, & cauſæ actores, & patronos, & moderatores conſiliorum omnium ſe præbebant: illi uerò hos obſeruabant non honoribus tantùm, ſed etiam copiis ſuis in filiabus locandis, & in diſſoluendo ære alieno. Patronum quoque in clientem, & clientem in patronum teſtimonium dicere, lex nulla, nec magiſtratus cogebat. At in poſterũ manente cæterarum neceſſitudinum iure, primatibus pecuniam ab inferiori loco hominibus accipere, turpe ac ſordidũ eſt habitum. Sed hæc de his ſatis. Quarto autem *Raptus Sabinarũ cauſa.*
poſt conditam urbem menſe, ut tradit Fabius, audax illud in raptu mulierũ facinus eſt geſtum: ac perhibent quidam Romulum cùm natura bellicoſus foret, adductum nonnullis oraculis, quibus portendebatur Romam ex fato, ſi bellis enutriretur augeretúrq;, maximã euaſuram, ad uim Sabinis inferendã animũ intendiſſe. Nõ enim magnũ numerum, ſed triginta tantùm ab eo uirgines raptas eſſe, ut qui belli magis
27 initiũ, q̃ cõnubij quæreret. Hoc parũ probabile uidetur eſſe: ſed cùm intueretur ma- *Neceſſitas.*
gnam accolarũ uim in urbem conueniſſe, quorũ paucis admodũ coniuges forent, plurimi uerò qui peregrini & aduenæ pauperes & obſcuri forent, contemptui erant, nec ſtabiles in fide manſuri putabãtur, in ſpem erectus, iniuriam Sabinis illatã quodammodo cõmunionis & neceſſitudinis cõiungendæ principiũ ſibi quoddam cum illis eſſe allaturã placatis mulieribus, ad opus incubuit, adito ſibi huiuſmodi ratione antè munito. Fama uulgata ab eo primùm eſt, cuiuſdã dei aram conditam ſub terra inueniſſe, eíq; deo Conſo nomen indiderunt, ſiue à conſilio quòd conſiliarius foret, *Modus.*
ſiue Neptunus equeſtris. Nam ara eſt in circo maximo poſita, quę reliquum quidem tempus latet, in equeſtribus autẽ certaminibus aperitur. Placet tamẽ aliis, quoniam conſilium arcanum, & minimè palàm eſſe oportet, ſubterraneam haud temerè & opertam Dei aram eſſe. Vbi uerò demonſtrata eſt, magno apparatu ſacrificium parat,
28 indicíq; finitimis ſpectaculũ iubet. Multi mortales eò conuenere. Ipſe cum optimatibus purpura indutus ſedebat. Erat autẽ ſignum aggrediendæ rei opportunitatem adeſſe, cùm aſſurgens purpurã in ſinus contraheret, ac rurſus contractam explicaret. Stabant igitur permulti accincti enſibus, ac regẽ obſeruabant, qui dato ſigno ad ra-

piendas Sabinorũ uirgines diſcurrunt,ipſos fugientes incolumes dimittunt.Raptas eſſe quidã triginta tantùm tradunt, à quibus & curias nuncupatas eſſe.Valerius autẽ Antias quingentas uiginti & ſeptem.Iubas autem ſexcẽtas octuaginta tres. Sed hoc
Non libido. maximè Romuli cauſa ſuſtentatur,q̃ nullã præter unam Erſiliam ceperit, quæ illos latuerat:quod eſt argumento,eos non iniuriæ & contumeliæ cauſa ad raptũ ueniſſe, ſed genera magnis neceſſitudinibus inter ſe iungere cogitaſſe. Ipſam uerò Erſiliam 29
quidam aiunt hoſtilio claro inter Romanos homini nupſiſſe, quidã ipſi Romulo in matrimonium ceſſiſſe exiſtimãt,& ex eo liberos procreaſſe, è quibus filiam unam ex ordine procreationis,Primam ab eo nuncupatam: filium autem unum ex cõgregatione ciuium,Aolliũ, quod Græcè totũ,uniuerſum ſignificat: poſteriores Abillium appellarunt.Sed hæc Zenodotus cùm prodidiſſet,multorũ reprehenſiones incurrit. Vnam longè ante alias inſignem ſpecie ac pulchritudine ab obſcuris quibuſdã hominibus raptam ferunt,in quos cùm diripiẽdæ uirginis gratia ex optimatibus quidam inuaſiſſent,ab illis ne quis uiolaret, Thalaſſio eam ferri clamitatũ,iuueni probo ac ſplendido: tum eos audito Thalaſſij nomine,clamore & plauſu collaudaſſe,quoſdam etiam conſecutos eſſe gratia & beneuolentia uiri,Thalaſſium conclamantes,ex quo nuptialem,quemadmodũ Græcis hymenæum,eam uocem fuiſſe.Nam & illum 30
in muliere ſeruanda optima uſum eſſe fortuna. Sextius uerò Syllas Carthaginenſis uir,neque à Muſis, neque à Charitibus abhorrens, dixit nobis Thalaſſij nomen Romulum ſignum direptionis dediſſe:igitur omnes ſimili uoce regem proſecutos eſſe, idcirco eum in nuptiis morem eſſe ſeruatum.Plurimi tamen,inter quos & Iuba,hãc exhortationem & prouocationem ad opus & lanificium,quod Græci τελεσίαν dicũt, eſſe opinantur,cùm nondum Latina uocabula Græcis eſſent confuſa. Quod ſi ita ſit (quanquã utebãtur Romani per id tẽporis Talaſiæ nomine cõmuni cũ Græcis)probabilior huius rei cauſa & ratio poſſet afferri. Nã cùm Sabini hoſtes poſito bello cũ Romanis pacem inierũt,percuſſo fœdere conuenerũt de mulieribus, ut nulla alia in re uiris,q̃ in his quæ ad lanificium pertinerent,operam ſuam nauarent. Mãſit igitur deinceps ea cõſuetudo,ut qui darent aut acciperẽt, aut intereſſent omnino nuptiis, per ludum ac iocum Talaſſium uocitarent,atteſtantes ad nullũ aliud opus uxorem, 31
q̃ ad lanificium duci.Obſeruatur etiam his temporibus, ne ſponſa pauimentũ pedibus ſuperincedat,ſed ſublimis in cubiculum deferatur, quòd tunc quoq; in eo raptu ui in cubiculum latas aiunt eſſe.Addunt præterea aliqui authores,quòd nubẽtis co-
* ἀχυὰ dicentis. Vide Probl. Plutarchi. mam *pilo diſcriminent,ad illud ſpectare, primas nuptias prælio & hoſtiliter initas eſſe: de quibus copioſè in cauſis à nobis mentio facta eſt.Perpetratum eſt igitur huiuſmodi facinus XIII.Cal.Septembris,quo die Conſualia celebrãtur. At Sabinis uis hominum permagna erat,incolebant uicos ſine muris,quaſi id ipſis patrium foret, elato animo & interrito eſſe,qui Lacedæmoniorum coloni eſſent. Veruntamen intuentes ſe magnis obſidibus deuinctos,& cura filiarum ſoliciti,legatos miſerũt ſupplices ad Romulum, orantes & obſecrantes, filias redderet, & uim illatam purgaret, ſic uoluntariam & legitimam gentibus amicitiam & neceſſitudinem fore. Romulo 32
autem mulieres minus dimittente, ſed ad affinitatem ſuſcipiendam Sabinos adhortante,dum alij conſilio & apparatu belli moram trahebant, Acron rex Ceninenſium homo uehemens,& bellicis rebus pariter audax, Romuli facinus ſuſpectum habẽs, & quod in fœminas perpetratum erat, ratus omnibus meticuloſum eſſe,nec impunitum perferendum, bellum præoccupat, & cum magnis copiis in agrum Romanum impetum facit. Cui fit obuiam Romulus. Cúmque in conſpectum ueniſſent, ex aduerſo ſpectantes,ad pugnam ſe inuicem prouocabãt,paratis exercitibus & inſtructis. Romulus igitur uotis nuncupatis, ſi hoſtem fuderit, fugarítque,ſe eius arma ferentem Ioui delaturũ: ubi in certamen collatis ſignis deſcendit, regem uictor obtruncat,exercitúmque in fugam uertit,captáque urbe,captorũ iniuria abſtinuit,

præterquã

præterquam quòd iuſſit eos deiectis domibus Romam commigrare, par ius & conditionem cum ciuibus habituros: quæ una res maximè ciuitatem exauxit, quòd
33 eos quos uicifſet, ſemper ſibi adderet,& in ciues adſcriberet. Romulus autem quò uotum maximè gratum Ioui, & ciuibus ſpectatu redderet iucundum, circunſpiciens in exercitu, quercum grandem præcidit, & inſtar trophæi formauit, Acronis arma ordine ſingula circumpoſuit,aptauítque. Ipſe ueſte præcinctus,& caput fluẽ- *Romuli roburingens.*
te coma lauro coronatus,trophæum ſubrectum dextrò humerò innixũm ſubiens, ibat,uictorioſúmque pæana,exercitu in armis ſequente,ciuibúſque cum gaudio & admiratione ſuccinentibus,canebat. Huiuſmodi igitur pompa triumphis in poſterum exemplum ad imitandum reliquit. Hoc trophæum Ioui ſtatutum,cognoménque Deo additum Feretrio Ioui, à feriendo: hoſtem enim,ut in uotis petierat, *Iupiter Feretrius.*
feriẽdo oppreſſit. Spolia ipſa opima nuncupata,ut ait Varro, ab opibus: ſed potius *Spolia opima*
ab opere rei geſtæ dicta uidentur, quæ regibus ducibúſque hoſtium ſua manu cæſis, poſteriores duces ferebant. Ac duobus tantùm poſt Romulum ducibus opima parta ſunt ſpolia,Cornelio Coſſo,qui Hetruſcum Tolumnium interemit:poſtremò
34 Claudio Marcello, rege Gallorum Britomarto oppreſſo. Coſſus igitur ac Marcellus ipſa opima ſpolia ferentes, quadriiugo curru inuecti ſunt.Romulum uerò non rectè Dionyſius ait curru eſſe uſum: Tarquinium enim Priſcum Demarati filium in eiuſmodi formam & magnificentiam triumphos ſtatuiſſe perhibent: etſi alij affirment Publicolam primum in curru triumphaſſe. Extant etiam Romæ in promptu quæ ſint omnibus, Romuli pedeſtres ſtatuæ ſpolia ferentes. Poſt eam uerò Ceninẽſium cladem, reliquis adhuc Sabinis in apparatu belli occupatis,Fidenates,Cruſtumenij, & Antenates hoſtiliter in fines Romanos incurſionem faciunt,uictíque prælio, pariter captis deletíſque oppidis,& agro diuiſo,Romam habitatum conceſſere. Sed Romulus cùm reliquum agrum partitus foret inter ciues, parentibus uirginum quantum poſſidebant reſeruauit,ac ſibi habere iuſſit. His rebus Sabini reliqui gra-
35 uiter commoti, Tatio duce bellum Romanis intulerunt. Erat autem difficilis ad urbem aditus, ob capitolium quod præeminebat, & præſidiũ in eo erat, cui Tarpeius præerat, non Tarpeia uirgo, ut quidam dicunt: nec uident à ſe Romulum ſtultum fingi. Sed eius Tarpeij filia Tarpeia arcem Sabinis prodidit, capta ſpe armillarum aurearum, quas Sabini magni ponderis læuo brachio gerebant. Itaque petiſſe eam ferunt mercedem proditionis, quod in ſiniſtris manibus haberẽt. Ea inita cum Tatio conditione, noctu aperta porta unà Sabinos in arcem accepit. Nõ ſo- *Proditiones amari,proditores uerò odio haberi.*
lùm igitur, ut uidetur, Antigonus inquit ſe proditores dũ produnt amare,ubi prodiderunt odiſſe: nec Cæſar,cùm dixit in Thracem Rhumitaleum,proditionem ſibi placere, proditorem autem odio eſſe: Sed pariter ita cuncti in improbos animati ſunt, qui eorum operam requirunt: ueluti cùm felle, ac ueneno quarundam ferarum indigent, dum ea ſibi uſui ſunt, illis delectantur: ubi uerò nihil indigent, ui-
36 tium ipſum oderunt. Sic tum Tatius affectus in Tarpeiam, iuſſit Sabinos omnia ei tradere, quæ in ſiniſtris manibus eſſent, ac ipſe primus armillam detractam, & ſcutum una in eam coniecit, facientibúſque idem cunctis, auro icta undique ac clypeis obruta, multitudine ac pondere ſua ipſa mercede interiit. Tarpeius quoque accerſitus proditionis damnatus eſt, ut Iuba teſtatur à Galba Sulpitio proditum eſſe. Ex aliis qui Tarpeiæ mentionem faciunt, hi longè uidentur à ueritate diſcedere, qui tradunt eam Tatij Sabinorum ducis filiam fuiſſe, ab eáque cùm Romuli nuptias, cum quo ui nupta erat, iniquo animo ferret, hæc omnia eſſe geſta, & eadem in eam à patre perpetrata: quorum ſententiæ Antigonum non pœnitet eſſe. Simulus autem poeta delirat omnino, qui opinatur Tarpeiam non Sabinis Capitolium prodidiſſe, ſed Celtis, eorum regis amore incenſam. Sunt autem eius de illa uerſus huiuſmodi.

At Capitoli arcem cuſtos Tarpeia tenebat
Improba,quæ muris non bene fida ſuis,
Celtica dum demens ſequitur connubia regis
Sceptriferum regum prodidit illa lares.
Hanc non Arbœi,& Celtarum millia gentis,
Abductam ripis conſtituere Padi:
At ſuper inuiſæ manibus detracta puellæ
Arma ferunt,miſeram preſſit acerba dies.

Tarpeia igitur ibi ſepulta,ab ea tumulo nomen inditum manſit uſque ad Tarquinij 37
ætatem,qui cùm locum dedicaſſet Ioui, reliquiis aliò tranſlatis, Tarpeiæ nomen ſi-
Tarpeium ſaxum. mul amiſit:præter Capitolij ſaxum,quod & his temporibus Tarpeium uocãt, è quo
ſontes deturbari ſunt ſoliti. Capta igitur arce à Sabinis, Romulus ira & cupiditate
recuperandi ſtimulante animum, in aciem Romanos egit, quo hoſtem ad pugnam
prouocaret.Tatius contrà fiducia plenus pugnam ciebat,quòd intueretur,ſi qua ne-
ceſſitas inſtaret,difficile illis eſſe perfugium:quod enim inter Palatinũ Capitolinũq;
collem campi erat,acrem,grauémque pugnam difficultate loci,fugam uerò ac per-
ſecutionem in anguſto perbreuem utriſque allaturũ uidebatur. Fuit ibi fortè ex al-
luuione fluminis,qui paucis antè diebus locũ inundarat, relicta palus profundo li-
mo,haud longè ab ea parte,quam nunc uocant Forum,quæ res nec ſatis apparebat,
nec facilè uitari poterat,ſed contrà cæca,& ad cauendũ difficilis. Huc delatis Sabinis, 38
caſu quodam ſuperior eorũ res fuit. Nam Curtius inter Sabinos clarus & elati ani-
mi uir,qui princeps ante alios ab arce equo decurrerat, urgentibus Romanis, trepi-
dante equo ſeſe in paludem coniecit.Ibi aliquandiu plaga & hortatu equum impel-
lens,conatus eſt paludem exire:quod ubi aſpexit factu impoſſibile eſſe,dimiſſo equo
Lacus Curtius. ipſe euaſit: locum deinde Curtium lacũ appellarunt. Hîc tum Sabini tanti periculo
uiri ſoliciti,acrius ad pugnam incubuerunt. Incertus diu Mars dubiáque uictoria
fuit,multis utrinque cadentibus,inter quos Hoſtilius,quem Erſiliæ uirum,Hoſtiliique
auum,eius qui poſt Numam regnauit, fuiſſe memorant. Rurſus pluribus breui
collatis prælijs,poſtremũ maximè inſigne fuit,in quo Romulus ſaucius ſaxo in ca-
pite,parum à cadendo abfuit:quare præſidio ducis priuata confeſtim Romana incli-
natur acies,fuſaque amiſſa planitie in palatium fuga conceſſit.Tandem Romulus ſe 39
recipiens ex uulnere,ubi ſuos palantes aſpexit,obuiam factus, magna uoce reſiſte-
re,atque iterare pugnam iubet. Sed creſcente magis circa ſe ſubinde fuga,ac nemi-
ne ſe conuertere in hoſtem audente, precatus eſt Iouem uti fugam fœdam ſiſteret,
neque contemneret rem Romanam,ſed prolapſam & iacentem attolleret. Abſolu-
tis his precibus permultos ex aſpectu regis uerecũdia cœpit, audaciáque mutata for-
tuna fugientibus addita eſt. Reſtitere igitur Romani, quo nunc loco Iouis Stato-
ris ſitum eſt templũ. Itaque confertiſſimo agmine Sabinos adorti fundunt fugántque,& uſque ad locum Regiam nunc dictum,ac Veſtæ templum palãtes agunt. Hîc
illis prælium redintegrare apparãtibus,nouum ſpectaculum,ac longè maius quàm
Sabinarum mulierum factum. fama fertur,oblatũ eſt. Nam Sabinę mulieres,quarum iniuria bellum exortum erat, 40
diuerſis ex locis conſpectæ ſunt,cum clamore muliebríque ululatu trepidę inter oc-
ciſorum cadauera,& tela uolantia ſe inferre,ac ueluti correptæ numine,alię infantes
pueros in ulnis tenentes,aliæ paſſis crinibus, ſciſſáque ueſte ad uiros ſuos & parentes
contendere,atque omnes unà,hinc Sabinos,inde Romanos blandiſſimis nominibus
ſupplices implorabant. Igitur utrique ea re permoti, inflexíque,pugna dirempta,illas in medio pugnantium cœperũt,fletúſque per omnes iuit, & ex aſpectu atq; uocibus miſericordia ſubiit.Ille autẽ magis,magíſq; continuis precibus, obſeruationéq;
humili nactæ licentiam ingeminabant. Quod enim(aiebant)tantùm à nobis eſt admiſſum facinus,ut alia iam mala tanta perpeſſæ ſimus,alia nunc miſeræ perferamus?

Direptæ

Direptæ ſumus ab his qui nunc nos obtinent,ui ac ſcelere uiolatæ,raptæ: à fratribus,
parẽtibus,coniunctis,neglectæ tandiu fuimus,quoad magnis uinculis deuinctæ,pro
hoſtibus nunc & raptoribus pugnantibus timere,& pro morientibus lugere cogere-
41 mur. Non enim acceſſiſtis uirginibus nobis opem aduerſus iniuriam afferentes, ſed
nunc à uiris coniuges,à liberis matres diuellitis. Acerbius profectò nobis hoc auxilij
genus,quàm fuit tunc contemptas & proditas eſſe:tantus horum in nos eſt amor,tã-
ta ueſtra in nos miſericordia. Quapropter ſi qua uobis alia pugnandi cauſa eſt quàm
noſtri, decet iam uos ab armis diſcedere, cùm propter nos ſocerorum atque auorum
nomen aſſecuti ſitis. Si autem noſtra cauſa bellum geritur, ducite nos unà cum uiris
& liberis,& nobis parentes,& coniunctos reddite,obteſtamur uos: non coniuges ſi-
mul & natos eripite, nec iterum captiuas abducite. Talia permulta Erſilia deplorante,reliquiiſque obteſtantibus,depacti inducias, duces in colloquium prodeunt. Mulieres tantiſper ad parentes ac fratres uiros ſuos ac natos perducunt,indigentibus ci-
bum & potum mittunt, ſaucios domum delatos curant, oſtendunt ſibi domi admi-
niſtrationem permiſſam, ſeque uiris obſequẽtibus uti,& ab illis tum honore omni,
42 tum beneuolentia charitatéque coli & obſeruari. Ex hoc fœdus percutitur,ut uolentes apud uiros maneant, cum quibus nuptæ forent, omnium operum ac munerum
uacationem,ut dicitur,præter lanificij habituræ: ciuitatem quoq; communem Romani Sabiníque habeant,urbíque Romæ à Romulo nomen ſit,Romanis uerò à Curibus Tatij patria, Quiritibus: regnum etiam commune utrique domi militiáque
obtineant. Quo autem in loco huius fœderis conditiones firmatæ ſanctæque ſunt,ei
uſque ad noſtram memoriam à coeundo Comitio nomen manſit. Ita geminata urbe,centum uiri Sabini nominis in ſenatum adſcripti ſunt. Legiones ſingulæ ſex mil-
lium peditum,& ſexcentorum equitum complebant numerum. Eodem tempore in *Ordines.*
tres tribus tota ciuitas diuiſa, Ramnenſes à Romulo, à Tatio Tatienſes appellatas:
tertiæ tribus homines Luceres dicti à luco Aſyli, in quem multi fuga delati ciuitate
donati ſunt. Tribus autem tres ipſas fuiſſe numero, nomen ipſum declarat: quibus
43 qui præerant,tribunos uocitabant. Singula autem tribus decem cõtinuit curias. Eas
quidem perhibent à Sabinis mulieribus nomen traxiſſe: ſed hoc mendacium eſſe de-
prehenditur:nam multis earum à locis nomina impoſita ſunt. Permulti tamen mulieribus honores ſunt habiti à Romanis, ut his trãſeuntibus uia cedere,præſente mu-
liere obſcœnum nihil loqui,nec nudum aſpici, uel cauſam defendere apud eos, qui
de cæde iudices conſtituti forent, earum pueros bullam ferre, à forma ipſa & figura
bullæ perſimili ita appellatam. Regibus autem non ſtatim commune de rebus gerẽdis conſilium erat,ſed priuatim uterque inito prius cum centum uiris conſilio,deinde coactis in unum cunctis,cõſulta in medium referebant. Incoluit uerò Tatius eam
urbis partem,ubi nunc Monetæ eſt templum: Romulus uerò, quà ex palatio in Circum maximum itur, iuxta quem locum ſunt quos Pulchri littoris gradus uocitant.
44 Eodem in loco ferunt ſacram cornum fuiſſe. Addunt enim fabulæ, Romulum eò ſui
experiundi gratia* à Loetino lanceam corneam iaculatum eſſe: eam uerò defixam *Puto,ab Auentino.
altius,annitentibus multis,nunquam conuelli potuiſſe: lignúmque nactum planti-
feram humum, germinibus ramíſque emiſſis in eximiæ altitudinis cornum increuiſſe. Is locus apud eos, qui poſt Romulum ſecuti ſunt,circum parietibus ductis, ut
ſanctiſſimum templum in magna religione eſt habitus, ac ſi cui propius accedenti
uiſum fuiſſet eam arborem minus frondeſcere & uireſcere, ſed ueluti ſubductis nutrimentis langueſcere ac deficere,paſſim ſibi occurrentibus id ſtatim clamore ſignificabat:hi uerò uelut incendio reprimendo, aquam clamabant, undique concurrebant plena aquâ uaſa ferentes. Cùm autem C. Cæſar(ut dicitur)gradus ſtrueret,fabris
propinqua arbori loca fodientibus, imprudenter uiolatis admodum ab illis radicibus, omnino languit atque interiit. Menſes igitur Romanorum Sabini acceperunt

seruauerúntque. Sed quæ ad hanc mensium rationem attinent, in Numæ uita omnia explicãtur. Sabinorum uerò scutis usus est Romulus, suámque & Romanorum armaturam immutauit. Argolica enim antea scuta ferebant. Sacrificiorum autem ac celebritatum ritus uicissim obibant, ut quę utriusque gentis erant propria, haud tollerent, sed noua alia insuper adderẽt, ut sunt quæ Matronalia uocant, compositi belli monumentum matronis tributa: tum Carmentalia. Carmentam quidam proprium hominum procreationis fatum opinantur esse, ob id hæc sacra matres agitare. Alij Euandri Arcadis matrem fatidicam, eam Phœbo dicatam fuisse tradunt, & Carmentam quòd carmine responsa æderet, nũcupatã: Nicostratę enim proprium illi nomen fuerat. Hęc communior de Carmenta opinio est, quę plurimos authores habet. Nonnulli tamen nomẽ Carmentæ sanè haud ineptè interpretãtur, ut sit Carmenta, amens & mente carens, quòd numine afflata furere atque insanire sit solita. De Paliliis superius diximus. Sed Lupercalia expiationis gratia instituta uidentur: celebrantur enim ea sacra mẽse Februarij atris diebus, quem expiatiuum interpretari quis posset. Eam quoq; diem Febratam ueteres appellabant. Ac uidetur id solenne peruetustum Euãdrum ex Arcadia allatum instituisse: hoc uulgatior fama tenet. Potest etiam nomen ipsum à lupa dictũ uideri: etenim uidemus lupercos inde cursum incipere, ubi Romulum expositum ferunt. Verùm eius, qui in iis seruatur sacrificiis mos, haud facilè causam coniectura assequi possumus. Iugulant enim capras, tum duos ex genere adolescentes eò sistunt, quorum alij frontes cultro sanguine perfuso tingunt, alij statim lanam lacte madentem admouentes abstergunt. Oportet etiam abstersos adolescentes ridere: deinde incisis in corrigias caprarum pellibus discurrunt, & si qui obstent scuticis cædunt. Mulieres ádulta ætate ultrò se ad uerbera offerũt, ratæ eam rem ad fœcunditatem conducere. Proprium ac suum eius celebritatis est, ut luperci canẽ immolent. Butas quidam de Romanorũ rebus gestis fabulosas causas in elegiis ædidit. Tradit enim interempto Amulio, Romulum cum lætitia, & gratulatione ad locum cucurrisse, in quo infantibus lupa mammam summiserat, memoriámque illius cursus hanc celebritatem referre. Currentes autem ex genere qui impedimento sunt cædere, ueluti tunc Romulus & Remus ex Alba strictis ensibus decurrerant. Quòd ensem puro sanguine perfusum admouent fronti, illius temporis cædem ac periculum significari. In memoriam quoque nutritionis, lacte expiationẽ fieri. Sed C. Acilius tradit, ante conditam urbem Romuli pecus abactum, illos autem peractis Fauno uotis, nudos ad peruestigandum excussisse, ne sudor impediret retardarétque. In huius memoriam lupercos nudos discurrere. Canem autem (nam sacrificium expiatio est) existimare quis possit expiationis gratia immolari: nam & Græci homines ad expiandum canes adhibere soliti sunt, ac multis in locis περιπυλακτρίοις (quæ ita uocant illi à cane) utuntur. Quòd si hæc ad lupæ gratiam nutritionémque ac salutem recendam agitãt, non immeritò canis iugulatur: lupis enim inimicus est.* Ni iam mehercule plectitur animal, quod lupercos dum currunt impediat. Dicitur etiam ignis consecrationem à Romulo prius esse constitutam, cùm sacras legisset uirgines, eásq; Vestales nuncupasset, quod quidam Numæ attribuunt. Cæteris quoque rebus circa deorum cultum religionésque studiosissimum diligentissimúmque fuisse. Ad hæc uaticinij peritum, cuius causa lituum manu gerere. Est autem lituus, inflexus baculus, quo ad inaugurandum sedentes cæli spatia designant. Hunc quo tempore urbs capta est à Celtis, cùm in palatio asseruaretur, amissum ferunt: deinde eiectis Barbaris, in alto cinere intactum igni esse repertum, consumptis cæteris atque corruptis. Tulit etiam leges quasdam: è quibus illa uehemens, quæ uxori uirum relinquere nõ permittit, sed uiro uxorem repudiare, si in ueneficio natorũ, aut in adulterio deprehensa foret,* clam furtímque marito. Quòd si aliter quis repudiasset, eius copiarum partem uxori dari, partem Cereri sacram esse iussit. Qui autem cum uxore diuortiũ faceret,

43 Sacra.

Lupercalia. 46

47

48

* εἰ μὴ νὴ Δία κολάζεται τὸ ζῶον.

Lituus.

Leges. 49

* κλειδῶν ἄκυρος ἦν.

faceret, eum sacrificare diis inferis. Illud etiam Romuli proprium, quòd cùm nullã parricidæ pœnam definisset, homicidium omne parricidium nũcupari uoluit, quòd hoc impium ac nefarium, illud autem impossibile esse duceret. Ac multa secula uisus est rectè eiusmodi iniuriam futuram desperasse: nemo enim sexcentis pòst annis, Romæ tale facinus perpetrauit: sed post Hannibalis bellum Lucius Ostius fertur primus patrem occidisse. Hæc igitur de his dicta sufficiant. Anno autem quarto Tatij regni, cùm propinqui quidam eius in Laurentum legatos incidissent, conati sunt illis ui pecunias auferre: non permittentibus, sed repugnantibus, eos necauerunt. Igitur tantæ audaciæ facinore perpetrato, Romulus statim deprehensos in maleficio puniendos censuit, sed Tatius missos fecit, liberauítque. quæ sola inter eos manifesta discordiarum causa fuit: reliquis in rebus se inuicem colentes obseruantésque, summo cõsensu & concordia commune regnum administrabant. Igitur cæsorum propinqui cùm propter Tatium omni spe legitimarum pœnarum destituti forẽt, ipsum Lauinij unà cum Romulo sacrificio intentum adorti oppressérunt: Romulum uerò ut uirum iustum, laudatum ornatúmque Romam dimiserunt. Ille Tatio quidem honorificè funus faciundum curauit. Sepultus est autem in Auentino: sepulchri locum Armilustrium uocant. Cædem tamen penitus ulcisci, & persequi neglexit. Tradunt autem historici quidam, Laurentum urbem metu perculsam, Tatij interfectores comprehensos dedidisse, sed à Romulo esse dimissos, cùm diceret, cædem cæde pensatam esse: quæ res suspicionem plerisque attulit non inuito Romulo patratum facinus esse, ut sublato regni socio ac participe, rerum summam ipse solus obtineret. Horum tamen nihil turbauit Sabinos, neq; in dissensiones & discordias impulit, sed eorum partim beneuolentia & charitate regis, partim metu potentiæ, partim etiam ut deum ueriti, in eadem admiratione, & beneuolentia perstiterunt. Permultæ quoque exteræ nationes Romulum admiratæ sunt. Latini etiam prisci missis Romam legatis, cum eo amicitiam societatémque iunxerũt. Inde Romulus Fidenas, oppidum Romæ sanè uicinum, cepit repentino impetu, ut quidam perhibent, eò præmissis equitibus, iussísque portarum cardines succidere, continuò ipse præter spem adortus cepit. Sunt alij tamen, qui dicãt illos iniuriæ authores fuisse, qui facto impetu cùm prædam abegissent, Romanum agrum usque ad suburbia multis cladibus affecerũt. Sed Romulus cùm ex insidiis permultos occidisset, urbe potitus est, haud tamen deleuit, nec solo æquauit, sed bis mille, & quingentis colonis Idibus Aprilis eò deductis, Romanorum coloniam fecit. Ex hoc pestis inuasit urbem, quæ hominibus absque ulla ægrotatione subitas mortes inferret. sterilitas quoque agrorum, & caritas annonæ cum summa inopia cõsecuta est. guttæ præterea sanguinis è cælo eciderunt, ut ad necessarias molestias superstitio uehemens hominum mentes occuparet. Sed posteaquam eadem quoque mala Laurentibus inciderunt, omnino uisum est, Tatij ac legatorum cæde uiolato iure gentium, utrique ciuitati iram numinis expiãdam esse. Quare deditis cædis authoribus, & ab utrisque supplicio affectis, ab iis malis manifestè se receperunt. Romulus expiationibus ciuitates expurgauit, quas adhuc etiam Ferentinam ad portam obseruari tradunt. Sed antequam morbo ciuitas liberata esset, obseruata occasione, Camerini Romanos inuaserunt, excursionibus agrũ depopulati sunt, rati eos calamitate oppressos, minus ad uim propulsandam sufficere. Statim igitur Romulus eductis in eos expeditionibus, ac ex pugna potitus uictoria, sex millia interemit, captáq; eorum urbe, ex his quos belli calamitas reliquos fecerat, dimidiatos Romam traduxit, ac duplici numero multitudinem Roma Cameriam habitatum deduxit Calend. sextilibus. Tãta iam uis ciuium Romulo superabat, sexdecim ferè annis à cõdita urbe. Cum reliquis autem spoliis ex Cameria quadriiugum æreum currum deportauit: quod cùm in Vulcani templo statuisset, sui quoque statuam ex uictoria coronatam locauit. Sic Romana aucta re firmatáque, uicini populi qui infe-

Tatij interitus.

Æstimatio apud suos et exteros.

51

Irati placatique numinis exemplum.

52

Incrementa imperij.

53

riores uiribus erant, in Romanorum ditionem se subiecerunt; ac securitatem nacti, satis se habere opinabantur. Potentiores autem inuidia simul ac formidine agitati, minimè sibi rem contemnendam ducebant, sed obuiam Romulo eundum, tantámque in medio crescentem molem potentiæ opprimendam. Igitur primi Hetruscorũ Veij, qui amplam regionem habebant, permagnámque incolebant urbem, bellum inceperunt, repetitis Fidenis, quam urbem sui iuris ditionísq; esse affirmabant: quod non iniquum modò, sed etiam ridiculum erat, ut qui homines oppressos, & belli periculis circunuentos auxilio non leuassent, sed delendos hostibus prodidissent, domos tunc quæ in aliorum forent potestate repeterent. Quare cùm eis esset à Romulo contumelioscè responsum, in duas partes deducto exercitu, altera Fidenas Romanósque qui ibi erant inuadunt, altera Romulo obuiam fiunt. Qui Fidenas ierãt, duo millia Romanorum superata in prælio obtruncarunt, reliquis à Romulo fusis octo millia desiderata sunt. Rursus ad Fidenas pugnatum est, in quo prælio maxima operis pars Romuli fuit, qui cùm pugnandi artem simul, & audaciam ostendisset, robore ac uelocitate pedum humanam excessisse uim omnes fatẽtur. Sed quod à quibusdam dicitur, admodum fabulosum atq; adeò incredibile omnino esse uidetur, quatuor & decem millibus in ea pugna cæsis, maiorem dimidia partem propria manu Romulum obtruncasse: qua Messeni in Aristomenem iactantia utũtur, qui eum trecentorum à se cæsorũ ex Lacedæmoniis uictimas Diti immolasse dictitant. Fusis igitur fugatísque hostibus, Romulus iis, qui euaserant, liberè permissa fuga, ipsam urbem citato agmine petere contendit: illi accepta magna clade perterriti, haud restiterunt uiribus, sed supplices Romulum adeuntes, in centũ annos cum eo fœdus amicitiámque iunxerunt, magna agri parte multati, quam * Septimagium, id est, septimam partem uocitant. Vrbibus autem ac locis ostio maríque propinquis Romano cesserunt, ex optimatibus quinquaginta obsidibus datis. Triumphauit autem de his Romulus idib. Octobris. Cúmque magnam captiuorum uim abduxisset, fuit in illis Veiorum dux, qui uir prouecta iam ætate cùm esset, rem imprudenter uisus ac præter ætatẽ imperitè gessisse: quare & his temporibus cùm uictimas parta uictoria immolant, senem purpura indutum per forum in Capitolium ducunt, bullámque ad collum appendunt, indicium atque insigne pueritiæ. Præco Sardianos uenales pronuntiat. Hetrusci enim Sardianorum coloni esse dicuntur. Veij autem intra Hetruriæ fines continentur. Hoc extremum est bellum à Romulo gestum. Deinde quod multis, uel potius omnibus, præter paucos admodum, euenire solitũ est, qui magnis ac subitis successibus se ad potentiam & opes nimias extulerunt, hoc ne ipse quidem effugere potuit, sed secundis rebus elatus & tumidus, animis insolescere, grauius pro populari comitate & affabilitate tyrannicos spiritus, & minimè ferendam superbiã, & contumaciã sumere. Id primùm ex ipso habitu corporis, & uestitu apparuit. Purpura enim ornatus incedebat, & toga insuper purpurea & in sede conspicuus sedens, dabat populo iura, iudiciáque exercebat. Habuit autem lectos iuuenes ad custodiã sui corporis, iísque quòd regi quotidie præstò forent, à celeritate ministerij Celeres nuncupati. Præcedebant alij baculis summouentes uulgum, loris etiam accincti, ut quos iuberet rex continuò comprehensos uincirent: ex quo iis à ligando lictoribus, c interiecto, ut arbitror, hodie nomen est: antea enim litores dicebantur: hos Græci λαοὺς γὰρ, λάϊνος enim populus est, uocitant. Postea uerò quàm auus Numitor Albæ è uita concessit, regnúmque ad eum hereditatis iure delatum est, popularem rationem secutus in medio rempub. posuit, & ducem Sabinis quotãnis creandum statuit. Docuit etiam Romæ optimates, sine rege liberam ac sui iuris rempub. quærere, ut uicissim regerent regerentúrque. Non enim ut antea patres publica munera obibant, nec reipub. gerendæ participes erant, sed nomine tantùm atque habitu insignes, consuetudinis magis quàm sententiæ dicendæ gratia in curiam cogebãtur, & silentio iubẽtis

Athletica uis Romuli.

* Septempagium authore Dionys.

Quæ in triũphis obseruãtur, unde nata.

Celeres.

Lictores.

tis uerba regis audientes, hoc tantùm, quòd quicquid actum esset, priores rescirent, prælati multitudini discedebant, ad reliqua minus adhibebãtur. Itaque cùm ipse per se agro ex bello parto militibus diuiso, Veiis reddidisset obsides insciis patribus &
58 inuitis, uisus est ei Senatus ludibrio esse. Ex quo breui pòst tẽpore è medio rege sublato, Senatus prẽter spem temerè in suspicionem, & calumniam incidit. Sublatus est autem nonis Iuliis, qui tum Quintilis erat, nec quicquam certum, aut exploratum scriptoribus de sua morte reliquit, præter tempus, ut diximus. Multa enim eodẽ die etiam his temporibus in eius cladis memoriam fiunt. Nec mirum uideri debet hoc in Romulo contigisse; cùm Scipione Africano post cœnam domi suæ extincto, de mortis genere nullum certum, aut satis probabile indicium fuerit. Verùm alij opinantur eum, quòd natura ualetudinarius foret, sua sponte extinctum: alij uenenò ipsum sibi mortem consciuisse: quidam etiam aiunt eius inimicos cùm noctu irrupissent, meatus animæ occlusisse. Atqui Scipio mortuus palàm in oculis omniũ cõspectúque iacuit, uisúmque eius corpus, suspicandi omnibus ac diiudicãdi facultatem attulit. Romulo autem subitò erepto, nec pars corporis, nec uestitus reliquiæ ul-
59 læ repertæ. Nec defuit suspicio, à patribus illum impetu facto discerptũ in æde Vulcani: distributáque singulis particula, atque ueste obuoluta clàm omnibus exportatum esse. Sunt etiam qui dicant, neque in Vulcani æde, neque præsentibus solùm patribus, sed ad Capræ paludem ibi dum concionaretur, ultrà quam dici aut credi potest, repentè nimbo ac procella turbari miscerique aerem cœptum, magnas mutationes inducere, solem in tenebras & caliginem conditum esse, noctem nec placidam, nec quietam, sed tonitru magno, flatibus ac turbine incubasse, quibus terroribus uulgum dissipatum, se in fugam dare, patres uerò inter se coisse. Postea uerò quàm sedata tempestas, ac lux reddita est, coacta rursus in unum multitudo, solicita regis desiderio scrutari omnia, nusquam inuenire. Prohibere patres, nec sinere plebem in eo negotio curáque diutius esse, sed hortari omnes Romulum uenerari cultu, ac religione prosequi, ut ad deos raptum, & ex rege optimo mitem ipsis deum, propitiúmque futu-
60 rum. His auditis exultare gaudio plebs, & spe bona confirmata Romulum adorare. Extitisse autem quosdam, qui cùm asperius & uehementius factum improbarent, in inuidiam & offensionem patres adduxerunt, uociferantes decipi ab illis plebem, spe uana & stulta duci, eorum manu cædem esse confectam. Hìc Iulius Proculus uir inter patres genere, uirtute, authoritate primus, fidus Romulo in primis, & ex Albanis colonis necessitudine & familiaritate coniunctus, procedens in forum, iuratus maximum & sanctissimum iusiurandum, prẽsentibus cunctis inquit, Romulũ sibi dum iter faceret, è regione obuiam se obtulisse, specie ipsa & forma insigni, ut antea nunquam, ornatum fulgentibus armis, ac se priorem illum ita allocutum: Qua iniuria ô
» rex, & qua mente impulsus, nos iniquis & improbis criminibus circunuentos, urbẽ
61 orphanam in luctu & gemitu, in squalore & sordibus reliquisti? At contrà regem re-
» spondisse: O Procule ita diis uisum, nos è cælo demissos, condita urbe imperium per-
» maximum & gloriam habitura, rursus in cælum reuerti: proinde bono animo sis, ac
» Romanis nuntia, uti prudentiam & fortitudinem colant: his artibus fore, ut amplis-
» simam inter homines potentiam consequantur. Ego uobis Quirinus facilis propi-
» tiúsque ero deus. His uerbis & uiri authoritate, & iureiurãdo fide adhibita, ueluti diuino quodam furore afflatis mentibus, nemo contradicere, nemo aduersari, sed reiecta omni suspicione & calumnia, inuocare Romulum uotis, deúmq; appellare. Hæc igitur similia uisa sunt iis, quę de Aristeo Proconesio, & Cleomede Astypalæensi Græci fabulantur. Aristeum enim tradunt in fullonaria taberna mortem oppetisse, pòst
62 peregrè quosdam redeuntes, in illum Crotonem euntem incidisse. Cleomedem uerò robore & magnitudine eximia fuisse: cúmque temerario ingenio foret & furioso, & multa uiolenter fecisset, ad postremum ludum puerorum ingressum, apprehensam

Appianus lib. ciuilis belli.

Vinis uitæ nõ uulgaris, in quo diuinitas ostẽditur.

Testimonia.

Exemplis quæritur fidem.

manu columnam quæ tectum ſuſtinebat, inſtantem quatientémque; mediam fregiſſe,ac tectum deieciſſe.Interfectis autem pueris,cùm quæreretur ad mortem,in ſepulchrum magnum ſe conieciſſe,& clauſum intus adiectum deſuper operculũ adeò tenuiſſe,ut ne à multis quidem ſimul annitẽtibus ui ulla auelli poſſet. Conſciſſa igitur arca,neque uiuum hominem,neque mortuum eſſe compertum. Quare miſſis in Delphos legatis oraculum ſciſcitatum,reſpondiſſe Pythiam·

Vltimus heroum Cleomedes Aſtypalæus. Dicitur etiam Alcmenæ eadauer dum efferretur,è conſpectu euanuiſſe,lapidémque in lectica iacentem apparuiſſe:atque omnino his ſimilia multa ficta & commentitia referunt, ut mortalia ſupra uim naturámque ſuam efferant,& auguſtiora ac diuiniora efficiant. Negare igitur uirtutem diuinitatis participem eſſe,impium ſimul atque ingenerоſum eſt:terrã uerò admiſceere cælo,ſtultum.Quare his omiſſis,tutius eſt Pindaro aſsentiri,qui inquit· 63

Corpora hominum potenti morte obtemperant omnia,
Virtutum æterna memoria permanet.

Hoc enim eſt ſolùm à diis:inde enim profectum eſt,atque illuc tendit,non cum corpore, ſed ſi quàm longè à corpore ſeiunctum ac ſeparatum; purum omnino, carnis expers,atque expiatum fuerit. Ipſe enim animus ſiccus, optimus; ut Heracletus inquit,cùm ſit,ueluti è nube fulgur, ita è corpore euolat: qui autem permiſtus eſt corpori, eóque oppletus, quemadmodũ euaporatio quædam onuſta atque caliginoſa, ægrè emittitur,ægréque reuocatur. Haud igitur conſentaneum,bonorum ac fortiũ uirorum corpora unà cum animis præter naturam in cælum tranſmitti,ſed animos uirtute excultos exiſtimandum eſt omnino, non repugnãte natura, diuino quodam decreto ex hominibus in heroas,ex heroibus in dæmones,ex iis uerò,cùm penitus ueluti in myſteriis purgati expiatíque fuerint, depoſita mortali omni ac terrena mole, non ciuili lege,ſed ut ueritas & ratio dictat,in numerum deorum referri, pulcherrimum ac beatiſſimum finem conſequi. Quirinum autem Romuli cognomen, martium ac bellicoſum quidam referre exiſtimant: quidam ex eo ductum, quòd ciues Quirites appellarentur.Alij tradunt ueteres lanceam Quirim uocare ſolitos,ac Curete Iunonis ſignum in pilo ſublatum. Ad hæc,lanceam in Regia poſitam, Martem uocari:lancea quoque donari conſueſſe illos,qui in bellis quàm acriter ſtrenuéq; pugnantes, fortitudinis laudem meruiſſent: proinde effectum eſſe, ut Romulus ueluti martius quidam deus ac pugnax,Quirinus diceretur.Illius igitur phanum in tumulo Quirino ab eo nuncupato conſtitutum eſt. Dies uerò quo conceſſit è uita, Vulgi fugam, ac nonas Capratinas appellant, quòd eò deſcendentes ex urbe, ad Capræ paludem ſacrificia peragant. Exeuntes autem ad ſacrificium, multa ex patriis nominibus,ut Marcelli ac Caij,cum clamore inuocant,eius diei fugam, alternámque in urbem reuocationem cum metu ac trepidatione referentes. Nonnulli quoque aſſeuerant,hanc imitationem non fugæ, ſed feſtinationis ac celeritatis eſſe: idque in eiuſmodi principium referunt. Poſteaquam Galli capta Roma,à Camillo pulſi fugatíque ſunt,cùm ciuitas ea clade attritis uiribus ægrè ſe recepiſſet,multi Latinorum Libio Poſthumio duce in eam cum copiis inuaſerũt. Sic haud procul Roma poſitis caſtris,per legatum Romanis ſignificauit, uelle ſe utriuſque populi neceſſitudinem & propinquitatem,quæ iam uetuſtate defecerat,renouare per connubia, affinitatéſque rurſus permiſtis generibus:quòd ſi frequentes uirgines mulierúmque innuptas ad ſe mitterent, pacem illis ſecum & amicitiam fore, ut antea ex ſimili origine cum Sabinis fuerant.His auditis Romani ſimul & bellum formidabant, & mulierum deditionem nihil mitius captiuitate habere opinabantur. Ambigentibus autem illis, ſerua Philotis,ut alij tradunt,Tutola nomine conſuluit, ut omiſſis cæteris, ad dolum confugerent, eo & bellum, & obſidum quoque dationem euitari poſſe. Fuit autem doli apparatus eiuſmodi: uiros mittere, qui ſe unà cum pluribus ſeruularum forma præſtantibus

Quirini nomen unde. 64

65

ſtantibus ad hoſtes deducerent; tum Philotidem ipſam noctu ignem attollere, Ro-
66 manos uerò armata manu egredi,hoſtibúſque ſomno ſepultis pro uoluntate uti.Hęc ita geſta, addẽtibus fidem Latinis, Philotíſque noctu ignem ex caprifico quadam ſuſtulit, circumpoſitis à tergo uelaminibus atque inuolucris, ut ſplendor ignis hoſtibus intercluſus,Romanis tantùm appareret.Dato igitur ſigno trepidi exierunt,& ob trepidationem, qua ad portas inuicem uſi ſunt, ſeipſos ſæpius adhortantes, cæſis repentino & improuiſo impetu hoſtibus, uictoriæ monumentum feſtum diem eiuſmodi agitant,Capratiníſq; nonis ex caprifico id nomen manet. Cõſtitutis etiam extra urbem ex fici ramis tabernaculis, ſub his epulum mulieribus præbent, ſeruæque circùm coeuntes ludunt, ita uerberibus ac lapidum iactu inuicem ſe afficiunt, ut eo tempore pugnantibus Romanis auxilio affuerunt. Hæc haud multi hiſtoricorũ proueris admittunt, ſed pluribus diurna nominum commemoratio, & ad Capræ paludem,ut ad mare inceſſus,ad priorem ſententiam magis ſpectare uidetur: ni iam eodẽ die diuerſis temporibus utraque clades accepta eſt. Fertur igitur Romulus quatuor & quinquaginta annos natus,trigeſimooctauo ſui regni anno è uita migraſſe. *Vitæ & imperij ſpatia.*

ROMVLI AC THESEI COMPARATIO.

67 QVæ igitur de Romulo & Theſeo auditu digna memoria accepimus, hæc à nobis expoſita ſunt. Itaque uidetur alter eorum ab initio, iudicio ſuo & cõſilio,nulla coactus neceſſitate,ſed cùm liceret ſibi in Trœzene regnare, potitus regno haud obſcuro, ipſe ſuapte natura magna atque ardua ſpectaſſe:alter ſeruitutis præſentis, & ſupplicij ingruentis metu,illud quod Plato dixit, nulla induſtria, ſed timore,ſed extremi periculi formidine,ad rem ſtrenuè gerendam neceſſitate compulſus,fortis fuit.Deinde huius opus unius Albæ tyranni cædes maximum memoratur: illius autem Scyron,Sinnis, Procruſtes,Corynetes,præludia quædam,dum ad maiora ſe compararet,fuerunt:quibus oppreſſis, magnis tyrannis Græciam liberauit, priuſquam eſſet illis, qui ab eo ſeruarentur, cognitus. Atque huic declinatis latronum inſidiis maritima tranſuectio tu-
68 ta patebat:at Romulus uiuo Amulio incolumis eſſe non poterat.Cui id permaximo argumento eſt, quòd Theſeus nulla prouocatus iniuria, pro aliorum ſalute improbis bellum indixerit: illi autem quoad nihil à tyranno mali perpeſſi ſunt ipſi, huius in cæteros iniurias omnes neglexerũt. Quòd ſi magnum uidetur Sabino prælio uulnus accepiſſe,oppreſſiſſéq; Acronem, permultos hoſtes bello domuiſſe, cum his operibus poſſumus Centaurorum pugnam, & aduerſus Amazones Theſei geſta conferre.Quod uerò Theſeus circa Creticum tributũ eſt auſus, cùm ſiue belluæ alicui eſcã, ſiue uictimam Androgei ſepulchro, ſiue, quod eſt leuius ex his quæ prodita ſunt, ad ſeruiendum apud homines contumelioſos atque immites, fœdam ſeruitutem ignominioſámque ſubiturus,ſponte ſe offerens, cum uirginibus & pueris nauigationem ſuſcepit,quãtæ fortitudinis & magnitudinis animi,aut iuſtitiæ,aut ſplendoris & gloriæ,cupiditatis,aut uirtutis ſit opus,nullo modo uerbis explicare quis poſſet: ut mihi non malè definiſſe philoſophi uideãtur, qui dixerunt amorẽ miniſterium eſſe deo-
69 rum,ad curam & ad conſeruationem iuuenum hominibus exhibitum. Nam Ariadnæ amor nihil aliud quàm dei opus atque inuentũ ſalutis uiri gratia fuiſſe uidetur: nec amantem mulierem culpare, ſed magis admirari debemus, ſiquidem nõ omnes uiri & mulieres eo pacto animati fuerint: ſin autem hoc illi tantummodo contigit, iure ego illam, quæ miti probóque ingenio, & bonis fortibúſque uiris affecta fuerit, à Deo amari dignam fuiſſe dixerim.Cùm uerò uterque natura ciuilis extitiſſet,neuter eorum regium adminiſtrandi morem ſeruauit, ſed eo omiſſo, alter popularem, tyrannicum alter inducentes, ambo contrarias rationes ſecuti, in eandem fraudem deciderunt.Oportet enim omnes qui in regno conſtituti ſunt,primùm omnium re-

Cauſæ: Voluntas, Neceſſitas.

Plato in Symposio.

Facilitas, Cupiditas.

gnum ipſum conſeruare:ſeruatur autem nihilominus,ſi in eo nihil fiat quod minus
Vide in uita Lycurgi de Eurytione. conueniat,quàm ſi conuenientia cuncta agantur.Qui uerò aut remittat aliquid,aut 70
intendat,is de regis ac principis maieſtate decedens,& aut multitudini ſeruiens, aut
ſibi uendicans dominatum,id agit,ut aut contemnatur à ſuis, aut in eorum odium,
& offenſionem incurrat:attamen uidetur illud ex benignitate & humanitate,hoc ex
cupiditate inſolentiáque profectum. Quòd ſi non aduerſa omnino fortunæ adſcri-
benda ſunt,ſed ex moribus ac perturbationibus notanda: impetu quidem animi, &
furore ac ira ſubitò concitata,quæ ille in fratrem,hic in filium admiſit,nemo excuſa-
re conetur,ſed principium ad iram impellens, eum magis à culpa uindicat, qui ma-
cõſilii,amor & fortuna. iori cauſa ueluti uulnere grauiore accepto, à uirtute deſciuerit. Romulo enim de re-
pub.conſultanti, & publica commoda meditanti, nemo tali in re hãc illi ſubitò mẽ-
tem & cogitationem incidiſſe arbitraretur: at Theſeum quæ pauci omnino morta-
les effugêre,amor,ſuſpicio,calumnia muliebris,in filium concitarunt. Quod autem 71
maius eſt, Romuli furor in rem atque opus erupit, non mitem exitum habiturum:
Theſei uerò ira uſque ad uerbum modò, & imprecationem ſeruilémque execratio-
nem proceſſit:per cætera apparet adoleſcentem uſum eſſe fortuna:quare in hoc qui-
Difficilius. Facilius. uis Theſeo ſuffragetur. Sed in Romulo illud maximum fuit, tenuiſſima ad res gerẽ-
das principia habuiſſe: ſerui enim ac ſubulcorum filij habiti,priuſquam ipſi liberta-
te donati forent,omnes ferè Latinos in libertatem uindicarunt,uno eodémque tem-
pore plura nomina pulcherrima conſecuti,oppreſſores hoſtium, cõiunctorum uin-
dices,reges gentium,conditores urbium,non inſtauratores ut Theſeus, qui ex mul-
tis in unum coactis,unam compoſuit ciuitatem,pluribus euerſis,quę regum priſco-
rúmque heroum nomina referebant. Romulus hæc poſtmodum in hoſtes effecit,
quos coegit,euerſis deletíſque propriis urbibus,ad uictores concedere. Sed ab initio
non conditam antè ciuitatem immutauit, neque exauxit, ſed cùm nullam haberet,
& ipſe ab integro noua exædificata,ſimul agrum ſibi, patriam, regnum, genus, con-
nubia, neceſſitudinéſque pararet, neque excidit ullam, neque euertit. Erga extorres 72
autem ac ſede carentes beneficus extitit,quos uolentes in populum, & ciues accepit.
Latrones & maleficos nõ interemit, at nationes bello ſubdidit,ciuitates in ditionem
redegit,de regibus & ducibus triumphauit. Remi autem cædes haud certum autho-
rem habet,plurimíque crimen in alios transferunt. Matrem uerò ex manifeſta clade
exitióque ſeruauit. Auum quoque turpiter ignominioſéque ſeruientem, in Aeneæ
ſedem reſtituit: cúmque illum ſponte multis beneficiis affeciſſet, ne inuitè quidem
læſit. Theſei uerò de uelo mandati obliuionem & negligentiam, uix arbitror quam-
libet longa defenſione apud diſſolutos etiã iudices parricidij culpam deprecari poſ-
ſe. Quod ſentiens uir quidam Atticus,quàm magnum aggredi uolentibus defenſio-
nis munus incumberet,fingit Aegeum aduentante naue,cùm feſtinè ſpectandi gra-
tia ad arcem curreret, prolapſum cecidiſſe, ut qui ſtipatorũ ope deſtitutus foret, aut
Raptus fœminarũ. cui ad mare properanti nullus ſeruorũ comitatus adeſſet. Quod autem ad fœminarũ 73
raptum ſpectat,Theſei facto honeſta defenſio defuit,ac primùm quòd deliquit in eo
genere ſæpius: rapuit enim Ariadnen, Antiopen, Trœzeniámque Anaxam, & poſt
omnes,natu iam grandior,nondum adultam Helenam,ſed infantem, nec ætate nu-
bilem,cùm ipſe iam legitimi connubij tempus ſuperaſſet.Deinde,quòd cauſa in hoc
fœdior rapiendi fuit: non enim Trœzeniorum, Laconum, Amazonum filiæ in pro-
creandis filiis dignæ erant,quæ Athenis Erechthidibus Cecropidibúſque præferren-
tur.Verùm hæc ita geſta, ſuſpicionem præ ſe ferunt, contumeliæ ac uoluptatis gra-
tia eſſe ſuſcepta. Sed Romulus octingentis aut non multò paucioribus raptis Sabi-
nis,non omnes,ſed unam tantùm, ut aiunt, Erſiliam habuit, alias iis qui inter ciues
uirtute excellerẽt,diſtribuit.Deinde honore,indulgẽtia,liberalitate,quibus in poſte-
rum mulieres habitæ ſunt,uim illam atq; iniuriam opus pulcherrimum, maximéq;
ciuile,

ciuile, ad eam quæ conſecuta eſt communionem ac ſocietatem conficiendam fuiſſe
74 declarauit.Sic utranque gentem in unum compulit,inuicémque admiſcuit, rebúſq;
futuræ beneuolentiæ ac potentiæ fontem atque originem præbuit.Pudoris autem &
amicitiæ,& conſtantiæ quam in nuptiis ſtatuit, tempus eſt teſtis. Ducentos enim &
triginta perpetuò deinde annos, neque uir auſus eſt ab uxoris, neque à uiri uxor ſo-
cietate diſcedere.Sed ut apud Græcos homines rerum cognitione maximè doctriná-
que præſtantes, parricidam primum ac matricidam proferre poſſunt, ſic apud Ro-
manos omnes peruagatum eſt, Seruilium Spurium primũ fuiſſe, qui cum uxore in-
fœcunditatis gratia diuortium fecerit.Huic autem tanto tẽpori, res atque opera ipſa
teſtimonio ſunt: nam & regnum utriuſque gentis regibus commune, & reſpublica
75 generibus ambobus ex eo connubio eadem fuit.Ex Theſei autem nuptiis nulla ami- *Affinitas ex nuptiis.*
citia cum aliquo, nec ſocietas Athenienſibus comparata eſt: ſed odia, bella, ciuium
cædes conſecutæ ſunt,atque ad poſtremum amiſſis Aphidnis,miſericordia hoſtium
ſupplices, deóſque implorantes, quæ ob Alexandrum Troiani pertulerunt, uix à ſe
tandem deprecati ſunt. Mater autem Theſei non periculum tantùm ſubiit, ſed reli-
cta etiam ac prodita filio, eadẽ omnia quæ Hecuba, pertulit, niſi iam quæ de eius cap-
tiuitate feruntur, ficta & commentitia ſunt.quòd ſi hoc mendacium eſt, oportet &
aliorum plurima uana exiſtimare. Ad hæc,quæ de numinis diuinitate memorantur,
permultùm inter ſe differunt. Nam Romulus admodum propitiis diis atque auſpi-
cibus ſeruatus eſt. Oraculum uerò Aegeo datum,ut in peregrina terra concubitu ab-
ſtineret,declarare uidetur, Theſeum præter uoluntatem deorũ eſſe procreatum.

Lycurgus.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 DE LYCVRGO legumlatore nihil (ut ita dixerim) certi narrare *Incerta plerãque de Lycurgo.*
licet:cuius quidem & genus,& peregrinatio,& obitus, atq; omne
ipſius in ferendis legibus,conſtituendáq; Republica ſtudium, ua-
rias hiſtorias ſortitum eſt. At ne tempora quidem cõſtant, quibus
uir ille fuerit. Alij nanque Iphiti temporibus claruiſſe, feriáſque
olympiacas unà ſecum confeciſſe tradunt, quorum eſt & Ariſto-
teles philoſophus coniecturam trahens ex eo diſco,quo in olympiacis ludis utebán-
tur:in illo enim Lycurgi nomen inciſum conſeruatur. Alij uerò ex illorum ſucceſ-
ſionibus, qui Spartæ regnarunt, tempus ſupputantes, ueluti Eratoſthenes atque
Apollodorus, non paucis annis antiquiorem prima olympiade Lycurgum oſten-
dunt.Timæus autem ſentire uidetur, duos apud Spartiatas Lycurgos extitiſſe, haud
eodem tempore, eorúmque utriuſque res geſtas ob gloriam in alterum referri, &
2 uetuſtiorem quidem non porrò Homeri temporibus fuiſſe. Quidam etiam Ho-
merum illum uidiſſe ferunt. Xenophon quoque uidetur antiquitatem uiri illius
aſſerere, in quibus Lycurgum Heraclidarum temporibus fuiſſe commemorat.Nam
genere quidem nouiſſimos etiam Spartæ regnantium Heraclidas fuiſſe perſpicuum
eſt. Hîc autem uidetur illos nominare Heraclidas uoluiſſe, qui primi ſimúlque
proximi Herculi extiterunt. Veruntamen quanquam tanto in errore uerſetur hiſto- *Attentio ex promiſſione.*
ria,enitemur eos ſequentes,uel qui probatiſſimis argumẽtis,uel teſtibus celeberrimis *Genus illuſtre.*
utũtur,quæ de hoc uiro perſcripta ſunt in medium referre: cùm & Simonides poeta
non Eunomi,ſed Prytanidis filium Lycurgum dicit, atq; Lycurgũ & Eunomũ plu-
rimi ferè non hac generis origine perhibent,ſed ex Patrocleo & Ariſtodemo inquiũt

Soum natum,ex Soo Eurytionem,ex quo Prytanin, ex hoc autē Eunomum, ex Eunomo uerò Polydecten ex priore uxore,Lycurgum autem iuniorem ex Dionassa.Vt 3
uerò Eutychidas tradidit, eum quidem sextum à Patrocleo,ab Hercule autem undecimum. Ex maioribus autem eius Sous maximè illustris fuit, quo imperante Helotas Spartiatæ in seruitutem egêre, & agri nonnihil ab Arcadibus abscindentes sibi aduendicarunt. Fertur autem Soum in perdifficili aridóque loco à Clitoriis obsessum,in ea uenisse fœdera,ut partam bello terram eis relinqueret,si quidem ipse atque sui omnes ex proximo fonte biberent. Firmatis autem iureiurando fœderibus, congregatísque suis omnibus,illi qui non biberet regnum se traditurum pollicitum esse. Continente uerò se nemine,sed cunctis potius bibentibus, Soum ipsum post omnes descēdisse,& hostibus adhuc præsentibus cùm sese aqua aspersisset,abscessisse, locúmque tenuisse, propterea quòd non omnes bibissent. Sed tametsi has ob res Soum admirentur, nō ab hoc tamen, sed ab eius filio familiam Eurytionidas cognominarūt.
Videtur enim primus Eurytion nimium regiæ potestatis fastum remisisse,beneficiis 4
Maiorum res gestæ. alliciēs populum,multitudiníque gratificans. Ex huiusmodi uerò remissione populo ad audaciam irritato, posteris autem regibus, uel quòd imperio in multos uiolentius uti uiderentur, multitudini exosis: uel quòd ad gratiam propter infirmitatem multa dissimulando perferrent, Sparta sine legibus, sine ordine multo tempore deguit.Qua tempestate & Lycurgi patrem imperitantem diem obire cōtigit. Dirimens enim quandam tumultuantium pugnam, popinarió cultro ictus occubuit,
Gesta, in quibus animi uirtutes ingentes declarantur. Polydectæ filio,qui erat natu grādior,relicto imperio. Quo quidem & ipso mortuo non multò pòst, in regnum succedere Lycurgum oportebat,ueluti omnes opinabātur. Atque priusquam manifestum foret fratris uxorem prægnantem esse, regnabat: sed posteaquàm celerrimè hac de re certior factus est,regnum declarauit pueri esse,si quidem mas foret:principatum uerò ipse tanquam tutor gubernabat.Pupillorū autem regum tutores Lacedæmonij prodicos nominat. Sed ut mulier clanculum eum 5
Incredibilis integritas & magnanimitas. accersere,uerbáque de perdendo puero,quò illi Spartę imperanti nuberet,facere,eius quidem ingenium Lycurgus exosus ac detestatus est:ad ea uerò quæ dicebantur contradixit nihil,quin laudare,& admittere simulans,Nō oportet,inquit,per abortiuum partum atque medicamentum ipsa sibi corporis detrimentum afferat,periclitetúrq;:
Pietas in fratrem. sibi enim curæ fore,ut continuò quod nascēretur,è medio tollatur.Hoc igitur pacto ad tempus usq; pariundi deducēs mulierē, ubi illam pariētē sensit,misit qui parturiēti assiderēt,eámq; asseruarēt. His autē imperat,si fœmina nascēretur,eam mulieribus traderent: si mas,eum ad se deferrent, quicquid rerū tūc ipse gereret. Accidit autē ut mulier, ipso cum principibus cœnāte,marem pareret. At ministri adetāt, qui ad eum infantem deportarūt: quem ille suscipiēs traditur dixisse ad discūbētes, Rex natus est nobis ô Spartiatæ: ac deinde cū regio in solio reclinauisset, Charilaum nominauisse: quoniā qui aderant hilares omnes essent,admirātes illi quidē tum eius animi magnitudinē,tum iustitiā.Regnauit autē totos mēses octo.Cæterū erat spectatissimus apud 6
ciues,pluréſq; fuere qui illi ob uirtutē auscultarent,& alacres imperata exequerētur,q̄ qui ut regis curatori,potestatémq; regiā habēti,obtēperarent.Erat & quædā aduersus eū inuidia:ac nōnulli,quoniā iuuenis in incrementis esset, in eū insidias moliebātur, præsertim cognati,& familiares matris ipsius regis,quæ cōtumelia affecta uidebatur:
Candor. cuiúsq; frater Leonidas,ubi audacius aliquādo atq; petulātius in Lycurgū maledixisset,subdidit,se planè ac certò scire ipsum regnaturū:suspicionē iis præbēs,ac Lycurgū
Spōtaneo exilio malignā suspicionem uitauit. calūnia præoccupās,uelut insidiis usum,si quid regē pati cōtigerit.Huiuscemodi autem uerba quædā etiam à muliere efforebantur:quæ grauiter Lycurgus & permolestè ferens,ueritúsq; occulta consilia,statuit peregrinatione euitare suspicionē, uagaríq;, quoad nepos per ætatē ad successionem regni prolem consequeretur.Itaq; sic soluens 7
primùm in Cretam uenit,ubi respublicas regionis discens,cōgressúsq; uiris primariis

gloria,

gloria,partim ex legibus probauit, accepítque quasi domum trānslaturus, atq; usurus,partim uerò contempsit.Præterea uirum unum,qui sapiens illic ciuilísque habe- *Pietas in patriam.*
batur,gratia & amicitia persuasum, Thaletam nomine, Spartā misit, qui poeta uersuum lyricorum existimaretur, & occasione quidem & prætextu hāc illic arte exerceret,re uerò quę optimi legumlatores solent,ea ipse perficeret.Illius enim odæ,quędam erant orationes,quæ modis simul & numeris multùm decoris grauitatísque habentibus ad obtemperāndum concordiáque utendum homines reuocarent.His autem auditorum ingenia sensim demulcebantur,& à maleuolentia,quæ tunc illis inuicem inerat,rerum honestarum studio adsuescebant.Quamobrem omnes ille quo-
8 dammodo honestissimis Lycurgi institutis præparauit.Ex Creta autem Lycurgus in Asiam nauigauit, uolens(ut fertur) Cretensi uictui,tenui quidem illi & seuero,sumptus Ionicos ac delicias, quemadmodum medici sanis corporibus subægra, & morbosa solent, & conferre, & ita uiuendi atque rerumpublicarum differentiam discernere.Quo quidem in loco cùm Homeri poemata primùm legisset, quæ apud Creo- *Studia. Homericum carmē quale.*
phili filios seruabantur, & in his esse intuitus ciuile institutum ac eruditionem admistam,non minore sectandam studio,quàm aurum,uoluptates, intemperantiámque libidinis,ea omnia libenter descripsit & congregauit,ut in patriam deuecturus.
Erat enim iam pertenuis fama quædam uersuum apud Græcos, & quasdam poescos partes sparsim, & ut acciderat, diuulgatas tenebant haud multi. Eam Lycurgus uel primus illustrem fecit.Aegyptij uerò etiam ad se uenisse Lycurgum putāt, & ab aliis nationibus pugnandi discrimen maximè admiratum, id ad Spartiatas transtulisse,
diuisísque fabris & uulgaribus opificibus, urbanam uerissimè ciuitatem mundám-
9 que reddidisse.Quæ ab Aegyptiis dicuntur, hæc eadem & Græcorum aliqui, & ipsi rerum gestarum scriptores testantur.Quòd autem Lycurgus Libyam,Hiberiámque petierit, & Indiam peragrans Gymnosophistis congressus sit, præter Aristocratem Spartiatam Hipparchi filium neminem dixisse cognoscimus. At Lacedæmonij ab- *Aestimatio quæ absentē.*
sentem Lycurgum desiderabant,accersebántque sæpenumero, quasi reges,nomē dignitatémque duntaxat,aliud uerò quo multitudini præstarent,nihil habērēt: in Lycurgo uerò imperatorium quoddam esset ingenium,& uis quæ homines alliceret,&
præstantiores redderet.Verùm neque regibus illius uiri præsentia minus desiderabatur:quin sperabant eo præsente multitudinem minus sese ad iniuriam, & contumeliam latum ire. Cùm ergo Lycurgus ad hosce ita affectos reuertisset, illico aggressus *Prudentia.*
est præsentem mouere statum, rempublicámque mutare, tanquam nullum neque opus, neque usus legum singularum esset, nisi quis ueluti corpori ægro, & morbis omnifariam pleno, inhærentem ualetudinis temperiem resolues,ac deiiciens medi-
10 camentis purgationibúsq;,alterum nouum uiuēdi ordinem aggrediatur. Cùm hoc igitur secum cogitasset,primū omnium Delphos petiit, & accepta sorte, actísq; sa- *Callido consilio rempublicā formare aggressus.*
crificiis rediit,celebratū illud oraculum secum referens,quo & dilectus diis,& Deus potius quàm homo,à Pythia appellatus est. Præclarā enim legum institutionē effagitāti,inquit tandē,Deum & dare illam & annuere, quæ longè aliarum rerumpublicārum optima foret.Itaq; his elatus,optimates accersiuit,ac simul rem aggredi hortatus est,clanculū amicos antè allocutus.Deinde sic paulatim cùm plures tētasset, & rem ipsam aggrederetur,ubi aduenit tempus,triginta principes iussit,quam primùm illuxisset,in forū armati procederēt,cùm stuporis gratia,tum & terroris,si qui aduersarentur:quorū uiginti illustriores Hermippus perspicuè scripsit.Qui uerò Lycurgi facinoris unus omniū particeps,& in ferendis legibus socius fuerit maximè, Artemidam nominant. Orto autem tumultu, Charilaus rex metu perculsus, ueluti aduersum se totum negotium insurgeret, in templum Mineruæ defugit. Deinde persuasus, & iuramentis acceptis prodiit, & eorum quæ gerebantur particeps fuit: quippe
11 qui usqueadeo miti esset leniq; ingenio,ut is qui una regnabat Archesilaus,aduersus

eos qui adoleſcentem laudibus efferebant, dixerit aliquando, Quo enim pacto Charilaus uir bonus non ſit, qui ne improbis quidem moleſtus eſt? Cùm multa uerò Lycurgus innouaſſet, primum fuit & maximum ſeniorum conſtitutio, quam ait Plato tumeſcenti regum imperio admiſtam, & æqualem poteſtatem aſſecutam, ad maximas res adipiſcendas ſalutem ſimul, & ſobrietatem conferre. Suſpenſa enim reſpublica & declinans, nunc ad reges in tyrannidem, nunc ad plebem in democratiam, cùm ſicuti munimen, ſeniorum principatum in medio ſtatuiſſet, ac neutram eſſet in partem pronior, tutiſſimum ordinem, & ſtatum habuit. Semper enim octo & uiginti ſeniores illis tum regibus aſſiſtebant, ut populari principatui repugnaretur: tum uerò ne tyrannis fieret rurſum, populi iuribus fauebant. Tot autem eos ſeniores fuiſſe refert Ariſtoteles. Eorum enim qui primi triginta cum Lycurgo extitiſſent, duo id negotij præ metu reliquerunt. Sphærus autem ait, ab initio tot fuiſſe conſilij participes. Eſt fortaſſe & hoc, quòd ipſe numerus per ſeptenarium quater multiplicatũ abſoluitur, & quòd ſuis partibus æqualis poſt ſenariũ perfectus eſt. At mihi uidetur tot maximè ſeniores conſtituiſſe, ut omnes triginta eſſent: octo autẽ & uiginti, regibus duobus his eſſe additos. Vſqueadeo igitur circa hũc principatum Lycurgus ſtuduit, ut ea de re uaticinium è Delphis reportarit, quod ῥήτραν uocant. Id eſt huiuſmodi: Διὸς συλλανίω καὶ ἀθηνᾶς συλλανίας ἱερὸν ἱδρυσάμενος, φυλὰς φυλάξαντα, καὶ ὠβὰς ὠβάξαντα, τριάκοντα γερουσίαν σὺν ἀρχαγέταις καταστήσαντα. ὥρας ἐξ ὥρας ἀπελλάζειν, μεταξὺ βαβύκας τε καὶ κνακιῶνος ὅπως εἰσφέρειν τε καὶ ἀφίστασθαι γαμωδᾶν γοριαν ἦμεν καὶ κράτος. In his φυλὰς φυλάξαι, & ὠβὰς ὠβάξαι, multitudinis in partes diuiſionem diſtributionémq; ſignificat, quarum alias φυλὰς, alias ὠβὰς appellauit. 13
ἀρχαγέται uerò reges dicuntur: ἀπελλάζειν autem eſt cõcionari. Nam publicæ inſtitutionis principium ac cauſam in Pythium oraculum retulit. Sed βαβύκαν & κνακιῶνα, nunc Oenuntem uocãt. At Ariſtoteles Gnationem fluuium, Babycam uerò pontem aſſerit. Inter hos autem conciones agebant, cùm neque atria eſſent, neque alius ullus apparatus. Quare & hæc exiſtimabat ad bene conſulendum pertinere: contrà ea obeſſe, quæ nugaces & molles redderent inani elatione mentes coeuntium: quandoquidem in ſtatuis & picturis, aut theatrorum proſceniis, aut curiarum tectis curioſius elaboratis inſpiciendis conciõates occupantur. Ex reliqua uerò coacta multitudine ſententiam dicere nemini permittebatur: quam autem ſeniores regéſque tuliſſent, decernendi populus ius habebat. Poſtero tamen tempore multis nunc remouendo, 14
nunc addendo peruertentibus, uiolantibúſque ſententias, Polydorus & Theopompus reges, hæc Rhetræ adſcripſere: Quæ autem populus praue rogarit, ab his ſeniores & Archagetas ſegreges eſſe: hoc eſt, non approbare, ſed omnino & diſcedere, & populum dimittere, tanquam ſententiam in deterius & uertentem & commutantẽ. Atque hoc ipſum decretum, numinis oraculum eſſe ciuitati perſuaſerunt, quod hiſce fermè uerbis Tyrtæus teſtatur:

Pythius hæc loquitur, ſunt hæc oracula Phœbi,
Diſcite ueridici Delphica uerba Dei.
Conſilij teneant reges, & iuris habenas,
Quîs curæ eſt Spartæ conſpicienda domus.
Grandæuíque ſenes, & qui de plebe creati,
Sanctarum legum ciuibus inſtar erunt.

Quãquam hoc pacto inſtitutionem 15
ciuilem Lycurgus miſcuiſſet, tamen qui poſt eum ſequuti ſunt, cùm effrenem adhuc & ualidam nimis Oligarchiam (ea uerò eſt in qua pauci dominãtur) ferocémque ac feruidam uiderent, ut ait Plato, quaſi frenum iniecerunt ei Ephororum poteſtatem, annis maximè à Lycurgo centum & triginta, primùm Elato Ephoro conſtituto, Theopompo regnãte: quem aiunt cùm ab uxore ſibi probro obiiceretur, quòd eſſet humilius regnum filiis traditurus, quàm ipſe accepiſſet: eò igitur maius, reſpondiſſe, quò diuturnius. Nam inſolentia cum inuidia ſublata, periculũ nullũ erat. Quo factum

Sapientia ex reip. forma, quã per capita ſcribit.

1. Senatus.

factũ eſt, ne id accideret quod Meſſeniis Argiuíſque aduerſus reges ſuos, qui nihil ad popularem manſuetudinem demittere ſe uoluiſſent, tumultuantibus. Et tum maximè Lycurgi ſapientia prouidentiáque perſpicua ac manifeſta fuit, quoties ad Meſſeniorum atque Argiuorum, qui & cognati, & uicini populi regéſque exiſterent, ſedi-
16 tiones & rerumpublicarum ærumnas oculos conuertiſſent. Hi nanque ubi ab initio pari per cætera poteſtate eſſent, & ſortibus tantùm anteire illos uiderentur, tum haud diu ſecundis rebus uſi ſunt, ſed regum iniuria potius, quàm quòd turbæ obedirent, præſentem rerum ſtatum perturbantes, demonſtrarunt eum diuino profecto Spartiatis bono & commodo fuiſſe, quiquis rempub. apud ipſos primus conſtituiſſet. Sed de his poſtea. Secundum uerò Lycurgi inſtitutum ac generoſiſſimum, eſt agri diuiſio. Nam cùm inæqualitas nimia, & grauis eſſet, plurimíque inopes, & egeni urbem perturbarent: diuitiæ autem in paucos prorſus confluxiſſent, contumeliam, inuidiam, malignitatem, delicias, ac hiſce antiquiores maioréſque reipub. morbos, diuitias ac pauperiem eiecturus, perſuaſit, ut ſolum omne in medio poſitum à principio diuiderent, & æquali ſortitione paríque ſubſtantia inuicem omnes uiuerent: primatum uerò uirtute arriperent, quaſi nihil præſtaret alter alteri, ſuperiórue eſſet, niſi quantùm rerum turpium uituperatio, & honeſtarum laus diſcernat. Aggreſ-
17 ſus igitur quod dixerat facere, diſtribuit reliquam quidem Laconicam uerſus municipia, ad ſortes triginta millia: quæ uerò ad oppidum Spartæ ipſi adiaceret, ad nouem millia. Tot enim Spartiatarũ ſortes extiterũt. Aliqui autẽ dicũt Lycurgum ſex millia diſtribuiſſe, ſed tria millia poſtea Polydorum addidiſſe. Alij uerò ex nouem millibus dimidium Polydoro, & dimidium Lycurgo adſcribunt. Sors autem cuiuſlibet tanta fuit, ut redditum ferret, uiro quidem frumenti ſeptuaginta medimnos, fœminæ uerò duodecim: & ex liquidis item fructibus pro ratione copiam ſuppeteret. Nam tantùm alimenti abundè is fore arbitratus eſt, quod & ad bonam corporis ualetudinem, & habitudinem ſatis eſſet, alia uerò re nulla indigerent. Narratur autem eum poſteriori tempore, cùm ex peregrinatione per regionem ipſam nuperrimè demeſſam iter aliquando faciens, uideret aceruos ſimiles & æquales, ſubriſiſſe, dixiſſéque ad aſtantes: Quàm omnis Laconica multorum fratrum uidetur eſſe, qui
18 eam modò diuiſerint. Aggreſſus, & res mobiles diuidere, quò inæqualitatem omnẽ & excellentiam tolleret: quoniam intuebatur eos iniquè ferre manifeſtam ablationem, alia uſus uia, è medio ſuſtulit hanc plus habẽdi cupiditatem. Nam ubi primùm nummum omnem aureum, & argẽteum irritum reddidiſſet, ferreum ſolum utendũ imperauit: fecítque ut ex uaſto pondere, & magnitudine ualeret parum, ita ut decem minarum ſumma, magna domi penu, & iumentis ad agendum egeret. Hoc autẽ fuſo, plurima iniuriarũ genera ex Lacedæmone ſunt eiecta. Quis enim aut furari uoluiſſet, aut corrumpere muneribus, aut alium priuare, aut rapere quod neque occultare poterat, neque cum uoluptate poſſidere, neque etiam facilè conuertere? Aceto enim (ut fertur) igniti ferri aciem extinguẽs, abſtulit ad alias res & uſum & uim, quo-
19 niam infirmum, & inutile redderetur. Poſt hoc autem eas artes, quæ inutiles ſuperuacaneæq; eſſent, ex urbe deiecit. Veruntamen deiiciente etiam nemine, plurimæ cum publico nummo excidiſſent, cùm res non haberentur in pretio: ferreus enim nummus Græcis aliis cõmunis non erat, neq; pretium habebat, quippe qui ridiculo eſſet. Itaq; ex peregrinis & pretioſis mercibus nihil eo licebat emi. Neq; onus aliquod negotiatores in portus inuehebant, neq; rhetor in Laconicam ad docendum ibat, neq; mendicus uates, neque ſcortorum enutritor, neq; qui aurea, neq; qui argentea ornamenta laboraret, ceu nummus illic non eſſet: ſed ſic paulatim deſertæ, ab his à quibus exuſcitarẽtur alerentúrq; deliciæ, ultro defecere: neq; iis qui multa adepti eſſent, plus quicquam commodi aderat, cùm opibus locus in publico nõ eſſet, ſed domi occluſæ otioſæq; tenerentur. Quã ob rem expedita neceſſariáque uaſa hæc, lectuli, & ſellæ, &

Cõparatione cõſiliũ Lycurgi in creando. ſenatu tollit.

2. Agrorum diuiſio.

Animi fortitudo.

Induſtria & prouidentia mirabilis.

*Vide Suid. menſæ apud eos optima fiebant, *Cothónque Laconicus militiæ (ut ait Critias) maxímè probabatur. Nam quas aquas bibere cogebantur, uiſúſque abhorrebat, illius poculi colore occultabantur: & cùm turbidæ intus colliderentur, ad oráſque ſubſiderent, puriores ori admouebãtur. Horum uerò author fuerat legumlator. Nam cùm inutilium rerum artifices expulſi eſſent, in neceſſariis ipſis decorem artis oſtendebãt.

3. Sublatus priuatus luxus, unde cõtinentiam tẽperantiámq; noſſe licet. Præterea cùm magis animo uolutaſſet, & aduerſus delicias bellum aggredi, & diuitiarum deſiderium auferre, inſtitutum tertium, pulcherrimúmque induxit, conuiuiorum apparatum, quò ſimul cœnatum conuenientes ad communia & ordinata obſonia ac cibos, nequaquam domi diſcumberent, aut ſuperſtrata pretioſa menſáſque magnificè inſtructas, inter opificum & coquorum manus ſub noctem ueluti uoraces animantes impingueſcerent, atque unà corpora moréſque corrumperent, ad omnem libidinem ſatietatémq; reſoluti: ac per id & multo ſomno, & calidis balneis, prolixáque quiete, & quodammodo languore quotidiano indigerẽt. Permagna igitur ea res fuit, ſed longè maior, quòd communi illo cœnandi inſtituto, & facilitate uictus id effecerit, ut neque furto diuitiæ, nec (ut Theophraſtus inquit) honore dignæ, ſed omnino ne diuitiæ quidem haberentur. Nam neque uſus, neque fructus, neque facies omnino, aut oſtentatio erat magni apparatus, cùm unà cum paupere opulentus ad cœnam iret. Itaque celebratum illud emanauit, In una omnium quæ ſub ſole ſunt urbium Sparta, ſeruari diuitiarum deum & cæcum, & iacentem, & ueluti picturam inanimatam ac immobilem. Neque enim antea cœnatos domi, ad cõuiuia uentre pleno licebat ire, ſed diligenter reliqui eum áſſeruantes, qui minus ſecum aut biberet, aut ederet, obiurgabant tanquam intemperantem communémque ad uictum laſſeſcentem. Quare uel ob hoc maximè inſtitutum, locupletes dicuntur aduerſus Lycurgum exarſiſſe, & in eum uniuerſi clamoribus ac tumultu inſurrexiſſe. Demum uerò pulſatus à multis è foro curſu elabitur, & alios ante omnes in templũ defugit. Sed unus quidam adoleſcens aliàs non ignauus, uerùm & acer & feruidus Alcander inſtans ac perſequens, eius oculũ, cùm retro uerteretur, baculo feriens eruit. At Lycurgus nil remiſſior eo dolore redditus eſt, quin aduerſa fronte ſeſe conſtituẽs, faciem ciuibus cruentam erutúmque oculum oſtendit. Pudore maximo & mœrore intuentes affecti ſunt, adeò ut ei Alcandrum traderent, & ad ſuam uſque domum Lycurgum ipſum ſimul indignantes deducerẽt. Lycurgus autem illos quidem laudatos dimiſit: Alcandrum uerò ubi domum introduxiſſet, mali ei nihil neque fecit, neque dixit, ſed dimiſſis conſuetis miniſtris, qui ſibi famulabantur, illum miniſtrare iuſſit. Hic autem, qui nequaquam eſſet obtuſus, ſilentio imperata exequebatur, ſimúlque Lycurgo aſſiſtens ac ſimul uiuens, in perſpicienda manſuetudine, & eius animi affectu, & uitæ ſeueritate, & in perferendis laboribus conſtantia, & ipſe mirifico in eum uirum amore eſt redditus, & ad familiares amicóſque dicebat, Lycurgum neque durum, neque elatum eſſe, ſed ſolùm manſuetum, atque aduerſus alios mitem. Sic igitur ille cruciatus eſt, & huiuſmodi pœnam ſubiit, ut ex improbo & temerario iuuene in uirum exactiſſimum continenſiſſimúmque euaderet. In huius autem ærumnæ monumẽtum, Mineruæ phanum Lycurgus ſtatuit, quam Optiletin appellauit: nam oculos illius regionis Dores ὀπτίλους uocant. Aliqui tamen, quorum eſt Dioſcorides, qui Laconicam rempublicam conſcripſit, Lycurgum oculum percuſſum aſſerunt, non autem luſcum factum, ac phanum ipſum deæ ſtatuiſſe in ferendas recuperatæ ualetudinis gratias. Baculum tamen ferre Spartiatæ in concionibus poſt eam calamitatem deſtitere. Conuiuia uerò Cretenſes ἀνδρεῖα, Lacedæmonij φιδίτια appellant, ſiue quòd φιλίας, id eſt, amicitiæ & humanitatis ea ſint, π pro λ accipientes: ſiue quòd ad tenuitatem, καὶ φαιδὸν, hoc eſt, parſimoniam conſueſcerent. Nihil autem prohibet etiam primam extrinſecus literam adiectam eſſe, ut aliqui dicunt, Editia à diæta, καὶ ἐδωδῆς, quæ uictum ſignificat, nomen trahere. Conueniebant autem

A ui legis amplificat pulchrè prudentiam.

Teſtimoniũ publicum.

Inclinatio fortunæ, ubi animi cõſtãtia notatur.

autem quindeni, ac paulò hiſce uel pauciores, uel plures: ferebant ſinguli farinæ medimnum ſingulis menſibus, uini choas octo, caſei quinque minas, ficuum quinque ſemis minas, præterea obſonij gratia, perparum quiddam nummorum: ad hæc uerò ſi quis ſacrificaſſet, primitias, aut ſi uenatus eſſet, partem prædæ in conuiuium mittebat. Licebat nanque domi cœnare, quando uel ſacrificiis quiſpiam eſſet, uel uenatione retardatus: cæteros adeſſe oportebat, ac maiorem in modum ea conuiuia diligenter obſeruabant. Itaque Agis rex, cùm debellatis Athenienſibus ab exercitu reuertiſſet, & apud uxorem cœnare uellet, portionéſque poſtularet, eas tribuni militum mittere noluere. Poſtridie uerò cùm ſacrificium quod præbuerat, præ ira haud ſoluiſſet, ipſum mulctauere. Ad eà autem cõuiuia ibant pueri, ueluti ad ſcholas pudicitiæ ducerentur, & ſermones ciuiles audiebant, & liberales præceptores intuebantur: iocarique ipſi, & comiter ſine ſcurrilitate cauillari, & huiuſmodi cauillos non iniquè ferre aſſueſcebant. In primis enim Laconici moris uidetur eſſe, iocoſas obiurgationes ferre poſſe. Ei uerò qui minus poſſet, licebat recuſare, & alter ab huiuſcemodi ioco deſiſtebat. Ingredientium uerò unicuique natu maximus portas oſtendẽs, per haſce, inquit, uerbum non egreditur. Qui autem ſe conuiuij participem fieri uolebat, ſic probabatur: Singuli *apomagdaliam in manum ſumẽtes, miniſtro uas ſuper capite ferente, ſilentio quaſi calculum immittebant, qui probaret ſimpliciter: qui uerò reprobaret, manu uehementer imprimens: nam quæ apomagdalia preſſa fuerat, perforati calculi uim habebat. Quòd ſi uel unam ex his hoc pacto preſſam offenderent, nõ admittebant ingredientem, quippe qui uellent omnes inuicem ſine offenſa congredi. Qui uerò ſic reprobaretur, Excadatum (ſic dicere nobis liceat) uocabant, quòd caduus eſſet, in quod ἀποκαγδάλιας mittebant. Ex obſoniis autem nigrũ ius maximè apud eos probatum eſt, ut neque carne ſeniores indigerent, ſed eam adoleſcentibus cedentes ipſi iure conſtituto ueſcerẽtur. Fertur autem quidam ex Ponti regibus emiſſe iuris gratia coquum Laconicum, deinde iure deguſtato moleſtè affectum, ac tũc ei dixiſſe coquum: O rex, hoc certè iure homines in Eurota loti, pro obſonio utũtur. Vbi uerò modicè biberunt, domum abeunt abſque facula. Nõ enim licet ire præuio lumine, neque hanc, neque ullam aliam uiam, quò aſſueſcant etiam in tenebris atque noctu audacter, & intrepidè proficiſci. Conuiuia igitur hunc habent ordinem. Leges uerò ſcriptas nullas Lycurgus tulit, atque una ex his quæ ῥήτρα appellantur, hæc eſt. Nam quæ ſumma maximáque ad reipublicæ felicitatem, & uirtutem iudicauit, ea moribus ciuium, & inſtituto uitæ penitus inſita, immota futura cẽſuit, & firmum propoſitum, certiſſimum neceſſitatis uinculum habitura: tum diſciplinam qua iunioribus ſingulis etiam ſtudioſè excolendis utebatur, legiſlatoris uim & locum expleturam. Parua igitur iſta, cuiuſmodi pecuniarum contractus ſunt, & quæ prout uſus tulit, aliter alitérque pro tempore inciduñt, ſatius duxit, nec ſcripta neceſſitate ulla, nec moribus ciuium immotis comprehendi, ſed creſcere decreſcere pro rerum opportunitate ſinebat, prout cõſenſus doctorum ſtatuiſſet: totũ enim uniuerſæ legitimæ inſtitutionis munus, in diſciplinam reiecit. Legũ igitur una fuit, ut dictũ eſt, ſcriptis legibus non uti. Altera uerò contra ſumptus immodicos, ut quælibet domus culmen quidem ſecuri, ianuas uerò ſerra duntaxat, & nullo alio inſtrumẽto elaboratas haberet. Quod enim poſteris temporibus Epaminundã dixiſſe ferunt in ſua menſa, tale prandium haud eſſe proditioni obnoxium: hoc Lycurgus primùm excogitauit, huiuſmodi domuum delicias, ſumptuoſóſque apparatus nõ admittere: neq; profectò quiſquã eſt adeò incultus & rudis, qui in facilem & plebeiam domũ importet fulcra argenteis inſtructa pedibus, ſtrata purpurea, calices aureos, & reliquũ hiſce congruum luxum: uerùm neceſſe fuerit æquale congruere, & conſimile eſſe domui quidem fulcrũ, fulcro autem ueſtem ſtragulam, huic uerò reliquam magnificentiã. Ex qua quidem conſuetudine aiunt Leontychidem illum ſeniorem cùm cœnaret

*Maſſulã panis inter digitos poſt conuiuiũ ſubacti & cõglobati intelligo.

Tertij capitis reliquã expõnit, ex quibus prudentia.

Obiter huius diſciplinæ exemplum.

Legibus ſcriptis cur non uſus Lycurgus.

Corinthi, ſuſpexiſſétque tecti domus fabricam pretioſam atque laqueatam, hoſpitē rogaſſe, an apud eos ligna quadrata naſcerētur. Tertiam autem legem Lycurgi fuiſſe prædicant, quæ in eoſdem hoſteis militare prohiberet, ne ſæpius repugnādo conſuefacti, bellicoſi redderentur. Qua in re Ageſilaum regem maximè poſteriori tempore accuſant, utpote qui continuis & frequentibus in Bœotiam incurſibus ac bellis, Thebanos reſiſtere Lacedæmoniis edocuerit. Quare ſaucium Antalcidas eum intuens, pulchram tuæ doctrinæ mercedē, inquit, à Thebanis recipis, qui nolētes ipſos, « neq; ſcientes, pugnandi peritiam docuiſti. Itaque huiuſmodi ſanctiones παίδας nomi- «

Diſciplina mulebris. Ariſt. 7. Polit. cap. 17.

nauit, quaſi ex deo decretæ, & oracula quædā eſſent. Diſciplinam uerò cùm pulcherrimum opus legislatoris iudicaſſet, iam tum ſtatim à principio, quæ ad connubia & 30
ſobolem procreandam pertinerent, omnia diligens conſiderauit. Non enim (ut ait Ariſtoteles) aggreſſus mulieres pudicas efficere, deſtitit ob frequentem uirorum militiam, qua omnem illi relinquere poteſtatem cogebātur, ob idque magis quàm par eſſet eis obſequebantur, heráſque appellabant, quò minus multam licentiam illam muliebrémque inſolentiam refrenaret: quin & harum curam habuit diligentem. Enimuero uirginum corpora curſibus, & luctationibus iactibúſque diſcorum atque iaculorum exercuit, ut quemadmodum germinum radix acre in acribus terris principium ſumens melius germinat, ita & hæ partus robuſtè tolerantes, honeſtè ſimul & facilè aduerſus dolores repugnarent. Itaque delicias remouens, & cibum ſubducens, & omnem fœmineum morem, aſſuefecit puellas non minus quàm pueros, & uerſari nudas, & quibuſdā in ſacris ſaltare & canere, præſentibus ſimul ſpectātibúſq; iuuenibus. Interdū etiam comiter in ſingulos aptéq; obiurgationibus uſæ, carpebāt 31
ſi qui deliquiſſent: ac rurſus in eos qui digni eſſent, præconia cantu compoſita dictātes, magnam ambitionē adoleſcentibus, & probitatis ardorem ingerebant. Nam qui laudatus probitatis extitiſſet, & inter uirgines illuſtris habitus, abibat exultās laudibus. Quæ uerò cum ioco, & faceta obiurgatione reprehenſiones fierent, nihilo erant ipſis ſeriis caſtigationibúſque obtuſiores, utpote quod ad ſpectaculū, cum aliis unà ciuibus, tum reges, tum ſeniores prōficiſcebātur. Nudatio illa uirginum nihil habebat turpe, uerecundia enim aderat, petulantia aberat: ſed ſimplicem quandā conſuetudinem, & robuſtitatis ſtudiū efficiebat: atque elatione animi quādam fœmineum ingenium deguſtabat, perinde ac nō minus ſibi, & uirtutis, & ambitionis cōſortium adeſſet. Vnde & dicere illis ſentiréq; licebat, qualia & de Gorgone uxore Leonidę narrantur. Nam peregrina quidā (ut uidetur) ad eam dicente, Solæ uos Lacenæ uiris im- «
peratis: Solæ enim, inquit, uiros parimus. Hæc igitur ad nuptias alliciebant, pompæ 32
dico uirginum & æmulationes, & ludi in iuuenum conſpectu, qui non geometricis, ſed cupidineis, ut ait Plato, neceſſitatibus agebantur. Præterea ignominiam quandā iis, qui nubere noluiſſēt, Lycurgus addidit. Arcebātur enim in gymnicis ludis à ſpectaculo, per hyemem uerò principes iubebāt eos in orbem nudos forum circumire. Ita uerò circumeuntes canebant in ſe compoſitum carmen quoddam, quo ſignificabatur eos iure pati, quoniam legibus non parērent. Honore autem & obſequio, quo à iuuenibus afficiebantur ſeniores, priuabantur. Quam ob rem dictum illud in Dercyllidam, refutauit nemo, tametſi probatus ille dux extitiſſet. Superuenienti enim ſibi, quidam ex iuuentute ſubſellium haud ceſſit, inquiens: Neque enim mihi tu, «

Contrahendi nuptias mos.

qui cederet genuiſti. Nubebant autem raptu, neque paruas, neque ad coniugium «
immaturas, ſed adultas ac nubiles aſſumētes. Raptam uerò, ea quæ pronuba dicitur, 33
accipiens, capitis quidem crines prorſus ad cutem adradebat. Virili autem amictu calceamentiſque inſtructam, in torum ſolam declinabat, ſine lumine. At ſponſus non ebrius, neque deliciis emollitus, ſed ſobrius, ut ſemper, poſteaquàm in Phiditiis cœnatus eſſet, ingreſſus, ac ſponſæ cingulum ſoluēs, eam ſublatam in lectū transferebat, ibíq; ſecum moratus haud diu, honeſtè abibat, ubi cum aliis iunioribus cōſuecuerat,

rat, dormiturus: idémque in poſterum agebat, cum æqualibus quidem diem trahens, ſimúlq; quieſcens: ad ſponſam uerò quadā cum religione clàm pergens, & uerecundus & timidus, ne quis ex intimis ſe intueretur. Simul enim & ſponſa moliebatur, agebátque, quò tempeſtiuè & clàm inuicē conuenirent. Et hoc nō breui tempore gerebant, ſed quoad etiam aliquibus filij naſcerentur, priuſquā interdiu ſuas uxores a-
34 ſpicerent. Huiuſmodi uerò cōgreſſio non temperantiæ modò atq; pudicitiæ exercitatio quædam erat, uerùm & uerecundos corporibus, & perpetuo quodam amore nouos recentéſque ad concubitum ducebat: neque ſatietate eos capi, neque inuerecundis congreſſibus à mutuo affectu refrigeſcere, quin potius, ut reliquias ſemper aliquas & fomentum cupidinis, & gratiæ inuicem relinquere ſinebat. Tantum autem & ordinis & pudoris iugali copulæ cùm adhibuiſſet, nihilo tamen minus nouam, inanémq; ac muliebrem de uxorum pudicitia ſuſpicionē amouit, id honeſtū decernens, ſi contumeliā & incōtinentiā omnem à cōnubio arceret. Filiorū autē & ſobolis ſocietatem dignis hominibus permiſit, eos deridēs, qui hæc, ueluti quæ admiſceri
35 conſortiúmue admittere nequeant, cædibus & bellis miſcerent. Licebat enim ſenio- *Nemo adulter apud Spartiatas.*
ri uiro iunioris uxoris, ſi quem ex iunioribus honeſtum ac probum diligeret, probarétque, illum ad uxorē adducere, & ubi eam generoſo illius ſemine compleſſet, ſuum ipſorum quod natū eſſet efficere. Licebat itidem probo uiro, qui fœcūdam aliquam pudicámque mulierem alteri nuptam admiraretur, marito illius ſuadere, ut cum ea ipſe congrederetur, tanquam in ſolo fertili bonos filios ſaturus atque facturus, bonorū item germanos illos cognatóſque futuros. Primùm etenim non proprios patrum, ſed communes ciuitatis filios Lycurgus exiſtimabat. Quare non ex uulgaribus quibuſdam natos, ſed ex optimis potius ciues eſſe uolebat. Deinde plurimam & fatuitatem ſimul & faſtum in aliorum inſtitutis intuebatur, qui hiſce in rebus
36 elaboraſſent. Illi nanque canes & equas, aut gratia aut mercede dominis perſuaſis, optimis, & præclaris illius generis animalibus ſupponunt: uxores autem tanquam præſidio occluſas ſeruant, ex ſeipſis duxtaxat eas parere uolentes, ſiue amentes ſint, ſiue confecti ſenio, ſiue ægroti: quaſi filij mali non naſcantur ex iis qui primi adepti ſunt & nutriunt, ſi ex malis naſcantur, & contrà probi ſi talem ortum ſortiantur. Hæc autem ita ſe habentia, cùm natura, tum moribus tantùm tunc aberant ab ea quæ poſtea ſecuta dicitur leuitate mulierum, ut omnino incredibile apud ipſos adulterium fuerit. Celebratúrque cuiuſdam Geradæ dictum, hominis Spartiatæ admodum uetuſtiſſimi, qui ab hoſpite rogatus quid apud eos adulteri patiantur, reſpondiſſe dicitur, O hoſpes, nemo apud nos ſit adulter. Subdente autem illo, Sin uerò fieret? Taurum, inquit Geradas, perſoluet adeò magnum, ut à Taygeto ſeſe inflectens, ex Eurota bibat. Hoſpite uerò admirante dicentéque, qui poſſit fieri tam ua-
37 ſtus bos? ridens Geradas, Quonam, inquit, pacto adulter queat Spartæ fieri? Hæc igi- *Partus nutriēdi mos apud Spartiatas.*
tur de nuptiis traduntur. Partus autē nutriendi ius genitori non erat, ſed cum quē-
dam in locum deportabat, quem Leſchen uocant, ubi ſedentes hi qui ex tribulibus maximi natu eſſent, ſi quidem infantem animaduerterent effectum pulchrè ac robuſtum, educari iubebant, ſortē illi ex nouem millibus diſtribuentes: ſin autē ignauum ac deformem, ad Apothetas appellatas exponēdum demittebant, locum ſecus Taygetum præcipitem ac præruptum, perinde quaſi eius uita, qui minus pulchra ſtatim ab initio, & ad bonam corporis compoſitionem, & ad robuſtitatē natura productus eſſet, neque ſibi utilis, neque reipub. foret. Vnde non aqua infantes, ſed uino mulieres abluebant, experimentum quoddam ipſorum habitudinis facientes. Dicitur enim comitiali morbo infantes, aut alij ægrotationi obnoxios, admoto mero debilitari ac
38 reſolui: qui autem eſſet firmæ ualetudinis, magis acuere & firmare habitum. Erat autem circa nutrices artificioſa quædam diligentia, ut nullis adhibitis infantiæ pannis, infantes enutrientes ipſos, tum membris, tum ſpecie liberales ac uenuſtos facerent:

item & faciles,& nihil delicatioris cibi appetentes,& tenebras minimè formidantes, & ad omnem ſolitudinem intrepidos, & difficultatis illiberalis atque uagituum expertes conſtituerent. Proinde quidam etiam exterorum alumnas Laconicas filiis emebant.Et Amylcam,quæ Alcibiadem Athenienſem lactaret, Lacænam fuiſſe tradunt.Verùm huic(ut inquit Plato) præfecit Pericles pædagogum Zopyrum, qui ab cæteris ſeruis differret nihil. At Spartiatarum filiis Lycurgus,neque emptitios, neq; mercenarios præeſſe pædagogos uoluit,neque ut cuilibet liceret filium pro uoluntate,uel educare,uel inſtituere, ſed omnes ſtatim cùm ſeptimum annum exegiſſent, ipſe aſſumens,diſtribuebat in greges, eos unà ſocios atque contubernales conſuefaciebat inuicem ſimul ludere, & ſimul exerceri. Principem uerò eis præficiebat eum, 39
qui & prudentia cæteris ſociis præſtaret, & pugnando eſſet acerrimus: Hunc intuebantur, huic imperanti obediebant, hunc plectentem libenter perferebant. Itaque diſciplina erat quædam obediendi exercitatio.Seniores autem eos ludentes obſeruabant,& frequentiſſimè dimicationes quaſdam ac contentiones ſuggerentes,non ſuperuacaneè diſcebant,quale eſſet cuiuſque ingenium, qui auderet, neque in certaminibus pugnam abnueret.Atqui literas pro neceſſitate diſcebant. Reliqua omnis diſciplina ad rectè obtemperandum, laboréſque tolerandos, & prælio uincendum parabatur. Quare progreſſu ætatis eam iis exercitationem intendebant,ut ad cutem uſque ſeipſos tonderent,& diſcalciatos incedere, ac frequentius nudos ludere cõſuefacerent. Emenſo autem duodecimo ætatis anno,ſine tunica iam degebant,pallium unum in annum capientes. Erántque corporibus ſqualidi,& qui neque balneas,neque unguenta ſcirent, præter paucos quoſdam anni dies, quibus huius indulgentiæ participes fiebant. Cubabant autem ſecundum alas & turmas in toris ex arundine 40
conſtructis,quam ipſi ſecus Eurotam naſcentem conuehebãt, ſummitates manibus non ferro confringentes. Per hyemis uerò tempus eos qui lycophones appellantur, ſibi ſubiiciebant, toríſque immiſcebant: uidebatur enim ea materia calidi habere quiddam. Iam uerò prouectioribus ipſis, ſenes qui probos iuuenes adamarent, unà uerſabantur, mentémque adhibebant, adeóque unà ad gymnaſia proficiſcebantur, illíſque tum pugnantibus, tum iocoſis obiurgationibus inter ſeſe utentibus, non ab re intererant,ſed ut qui omnes quodammodo exiſtimarentur eſſe omnium & patres,& pædagogi,& præfecti: proindéque neque tempus,neque locum ullum omittendum uacuum præceptoris inſtitutis atque ſtudiis. Circa delinquentem præterea & Pædonomus ex honeſtis & bonis uiris cõſtituebatur,ac ipſis per turmas præficiebant ex iis,qui Irenes dicebantur,continentiſſimum ſemper & bellaciſſimum.Irenas 41
uerò uocant eos,qui in annum iam ſecundum è pueris exceſſere: Melirenas autẽ,natu grandiores inter pueros. Hic igitur Iren,ubi annum uigeſimum attigerit,& præeſt iis,qui in pugnis ſubiecti ſunt, & per ſingulas familias iis miniſtris in cœna utitur.Præſcribit autem firmioribus,ut ligna ferant, minoribus uerò olera: quæ illi per furtum afferunt,alij ad hortos euntes,alij ad uirorum conuiuia clàm ingreſſi callidè & aſſeruanter. Si quis autem fuerit deprehenſus, multis uerberibus flagro afficitur, quaſi negligenter,ineptéque furari uideatur.Furãtur autem ex cibariis quicquid ualeant. Sicque aptè diſcunt inſidias dormientibus tendere, aut negligẽtius obſeruantibus. At ſi fuerit deprehẽſus,mulctatur tum uerberibus,tum fame.Perquam ſuauis enim iis eſt cœna,ut ſua induſtria inediæ occurrentes, & audere, callidéque rem gerere cogantur.Et hoc quidem caſtigati uictus opus erat.Corporum uerò incremen- 42
tum obiter parari dicunt.Fertur enim in longum,quandoquidem ipſe ſpiritus non retardetur,aut laboret præ alimẽti copia,in profundum & latitudinem preſſus:corporis uerò leuitate expeditè faciléque creſcẽtis,ſuperiora petit. Id autem pulchrè uidetur facere. Nam graciles habitus & macilenti, artuum agilitati facilius cedunt, tumentes uerò & pingues onere ſuo reluctantur: quemadmodum etiam mulieres, quæ

quæ cùm grauidæ ſunt,repurgantur,graciles quidem infantes gignunt,ſed uenuſtos & aſpectu gratos ob leuitatem materiæ,quæ ab eo facilius quod formam imprimit, coercetur. Sedenim cauſam rei huius conſiderare, fas omnibus eſto. Adeò uerò & diligenter & attentè pueri furantur,ut narretur quendam,cùm uulpis catulum ſurripuiſſet, palliolóque inuoluiſſet, eius uentre unguibus & dentibus à beſtia diſcerpto,omnia latendi gratia tolerantem obiiſſe.Quod uel ex huius tempeſtatis puberi-
43 bus credi licet, quorũ multos in ara Augurij cæſos uerberibus mori uidimus. Cùm autem Iren cœnans diſcumbit,imperat alij ex pueris ut canat,alij ut quæſtionem aliquam proponat,accurata reſpõſione indigentem: ut,qui ſit optimus inter uiros, uel quænam ſit huiuſce actio: qua quidem ex re conſuefiebant, ſtatim ab initio & honeſta iudicare,& de ciuibus diligenter inquirere. Si quis enim quæſitus,quinam eſſet bonus ciuis, aut quis minus probatus eſſet, hæſiſſet reſpondendo, animi ſignum eſſe arbitrabãtur degeneris,& qui nulla uirtutis laude tangeretur. Oportebat autem reſponſionem & breuem eſſe, & celerem,cauſa & demonſtratione concludentem: quam ob rem qui minus ritè uel negligentius reſpondiſſet,plectebatur,morſum capiens ab Irene in pollicem.Sæpenumero quoque,ſenioribus, principibúſq; præſentibus,pueros Iren puniebat, documẽtum præbens,an rectè & ut decet puniret:neque dum eos puniret,prohibebatur. Cùm uerò pueri abiiſſent,pœnas dabat,ſi aſperius q̃
44 deceret,in illos animaduertiſſet, aut contrà ſi remiſsè & leuiter.Fiebant autem amatores unà puerorum famæ,infamiæq; participes.Itaque dicitur aliquãdo uocem minus ingenuam in pugna puero emittente,eius amatorem à principibus mulctatum eſſe.Cùm autem amoris uis ita apud eos uigeret,ut & præclaras probáſque mulieres, ipſas etiam uirgines amarent, riuales tamen fieri non licebat, qui eoſdem amaſſent, quin potius eorum amatores mutuæ amicitiæ initium faciebant, perſeuerabántque pari ſtudio,ut quem amarent,optimũ redderent. Docebant etiam pueros ea uti oratione,quæ grauitatem haberet iucunditati admiſtam,ac ſententiæ plurimùm breui ſermone complecteretur.Enimuero ferreum nummũ Lycurgus ſtatuit magno põdere minimam uim habere, ut dictum eſt:at orationis nummum contrà ex inculta & breui dictione ſententiis affluere plurimùm effecit,qui multo ſilentio pueros gra-
45 uiter ſcitéque reſpondere molitus ſit. Quemadmodum enim illorum ſemen, qui ſe ad coitum intemperantes præſtant,infœcundum ut plurimùm & ſine fructu eſt, ſic & loquendi intemperantia orationem inanem & ſtolidam reddit.Proinde Agis rex, cùm Atticus quidam in Laconicos enſes cauillaretur, quòd parui eſſent, diceréque facilè eos abſorberi ab circulatoribus in theatris poſſe: Atqui uix enchiridiis etiã ad-
" ſequimur,inquit,hoſtem. Ego uerò & Laconicam orationem intueor, quæ breuis uidetur eſſe, maximas res complecti, & auditorum mentem attingere. Etenim Ly- *Lycurgus oratione breuis.*
curgus ipſe & breuis oratione uidetur eſſe,& per dicteria locutus,ſiquidem & ex cõmentariis coniectari licet: ueluti reſponſum illud in eum eſt, qui ut popularem in
" urbe principatum faceret, eum rogabat: Tu enim,inquit, primus tua in domo hu-
" iuſmodi principatum facito. Et illud de ſacrificiis,ad percontantẽ quid parua adeò
46 ac uilia ſtatuiſſet:Ne unquam,ait,Deum uenerari deſiſtamus.Et item illud de athletarũ certaminibus: hæc enim ſola exercere ciues prohibebat, in quibus manus haud
" intenderetur. Feruntur & eius ex epiſtolis huiuſmodi ad ciues reſponſiones: Quo-
" nam pacto hoſtium impetum repellere poſſimus? ſi pauperes ſitis, manſeritis, alter
" altero plus non poſſideatis. Et rurſum de muris:Nequaquam ea urbs minus circun-
" data muro fuerit, ſi quis eam uiris fortibus,non lateribus cinxerit. Hiſce igitur huiuſmodíque epiſtolis,neque fidem derogare,neque item adhibere facile eſt. Quantæ, uerò dicendi prolixitas calumniæ foret,dicteria iſta indicare poſſunt. Leonidas rex
" intempeſtiuè quodam de rebus non inutilibus uerba faciente:O hoſpes,inquit,non
" opportunè quo oportet uteris. Charilaus uerò fratris Lycurgi filius rogatus de pau-

citate legum ipſius,inquit: Eos qui non multis utuntur uerbis, neque multis legi- «
bus indigere. Archidamidas autem quibuſdam Hecatæum ſophiſtam accuſantibus, «
quòd in conuiuium ſuſceptus nihil dixiſſet: Qui rationẽ dicendi tenet,inquit,etiam «
tempus tenet. Quas uerò ex commentariis dixi acres ſententias gratiæ coniunctas, 47
huiuſmodi ſunt. Demaratus improbo quodam intempeſtiuis in eum interrogatio- «
nibus cauillante,ac idem ſæpius iam rogante,quis optimus eſſet Spartiatarum: Qui «
tibi diſſimilimus ſit,inquit. Agis autem,quodam Helienſes laudibus efferente; quòd «
pulchrè Olympia iuſtéque egerẽt: Ecquid magni,inquit,Helienſes faciũt,ſi ex annis «
quinque diem unum iuſtitia utũtur? Theopompus uerò cùm hoſpes quidam ſuam «
in eum beneuolentiam oſtentaret, dicerétque à ciuibus ſuis Philolaconem,hoc eſt, «
Laconum ſtudioſum appellari: Pulchrum,inquit,fuerit Philopoliten,id eſt,ciuitatis «
amatorem uocari. Pliſtonax autem Pauſaniæ filius,rhetore quodam Athenienſi im- «
peritos Lacedæmonios appellãte: Rectè dicis, inquit,ſoli enim Græcorum nos nil à «
uobis mali didicimus. Achidamidas uerò roganti cuidam,quot ſunt Spartiatę: Tot, 48
inquit,ô hoſpes,qui malos ſufficiant arcere. Licet etiam ex iis,quæ iocosè ab ipſis di- «
cuntur,morem ipſorũ coniectare. Conſueuere nanque oratione ſuperuacanea nun-
quam uti,neque pati, ut uox efflueret ulla,quæ quoquo modo alicuius contempla-
tionis dignam ſententiam minus haberet. Enimuero cùm quidam ad eum audien-
dum exhortaretur,qui luſciniam imitaretur: Ipſam, inquit,audiui illam. Alius ue- «
rò cùm titulum hunc legiſſet:

Hos auſos quondam tyrannum extinguere Mauors
In portis Selinus ſuſtulit alta tuis.

Iure,inquit,hi uiri interiere,oportuit enim ſinere,dũ totus conflagraſſet. Adoleſcens «
autem pollicenti cuidam ſe gallos ei daturum,qui ad necem uſque pugnent: Ne tu «
quidem,inquit,des iſtos mihi,ſed eos potius qui pugnando necent. Alius uerò qui- 49
dam homines animam agẽtes ſellis ſedere uidens, Abſit,inquit, ut hîc ſedeam, unde «
ſeniori aſſurgere fas non eſt. Dicteriorum igitur forma erat huiuſmodi. Quare non «
abſurdè inquiunt aliqui, facilius eſſe philoſophari, quàm ſtudere Laconum ſermo-
nem exactè imitari. Diſciplina uerò canendi,& carmina,non minus in ſtudio erat,q̃ *Diſciplina Spartiarum in cantionibus.*
dicẽdi æmulatio ac nitor. Verùm & modulis ſtimulus quidam inerat ad iram concita-
ndũ, & ad impetum quaſi furẽtem quendam atq; ſtrenuum inducendũ. Ac dictio
erat facilis & uirilis,de rebus honeſtis ſeueríſq;: nam laudationes eorũ erant ut plũri-
mùm,qui præclarè pro Sparta occubuiſſẽt: & illorũ uituperationes,qui metu id age-
re detrectaſſent, quaſi triſtẽ uitã miſerámq; uixiſſent. Erat præterea exhortatio quę-
dam & excitatio pro ætatum dignitate ad uirtutem, quarũ unum quoddam exem- 50
pli cauſa non ab re fuerit in medium referre. Tribus enim choris pro tribus ætatibus
in celebritatibus conſtitutis,unus quidẽ ſenectutis incipiens canebat, Nos olim fui-
mus robuſti iuuenes. Adultæ uerò ætatis alter ſubſequens inquiebat: Nos autem
ſumus, quòd ſi uelis periculum facito. At pueritiæ tertius: Nos autem erimus mul-
tis profectò meliores. Nempe ſi quis Laconicis poematis animum intenderit, quo-
rum aliqua ad noſtram uſque ſeruantur ætatem, & ſenſim progredientes numeros
aſſeruauerit, quibus in congreſſu aduerſus hoſtes ad tibiam utebantur, non abſurdè
& Terpandrum,& Pindarum muſicæ fortitudinem coniunxiſſe cenſuerit. Ille nan-
que ſic de Lacedæmoniis cecinit:

Hîc iuuenum cuſpis uiret & dulciſſima Muſa,
Iudiciúmque patens. Pindarus uerò ait:
Hîc & conſiliis ſenes,
Et qui decernant prælio,
Belligerûm iuuenum ſunt chori:
Hîc arma Muſas addecent.

Iſtos enim

51 Iſtos enim & muſica ſimul eruditiſſimos,& bellicoſiſſimos extitiſſe iudicant. Nam
ueluti Laconicus ille poeta inquit,

Serpſit & in ferrum citharæ ſonus ipſe canoræ.

Etenim rex cùm prælium initurus eſſet,ſacra Muſis antè perſoluebat,utpote, qui di-
ſciplinæ,ut uidetur,iudiciorúmq; admonitas uellet,quò & faciles ac promptæ peri-
culis adeſſent,& facinora præliantium memoratu digna redderent. Interdũ uerò re-
miſſo iuuenibus duriſſimo uitæ inſtituto,minimè prohibebãt, ut & coma ſeſe & ar-
mis & palliis exornarent: qua re gaudebant illi quidẽ non ſecus atque equis exultã-
tibus & ſeſe efferentibus ad certamina. Itaque comam nutriẽtes continuò ex pube-
rtate,maximè in obeundis periculis,operam dabant,ut & nitida coma & diſcrimina-
ta uideretur,quoddam Lycurgi dictum de coma celebrantes, Ea pulchros uenuſtio-
52 res fieri,deformes autem ferociores. Præterea inter militandũ exercitationibus mol- *Diſciplina militaris.*
lioribus utebantur,ac reliquum uictũ,neque ſeuerum adeò, neque aſtrictum iunio-
ribus præbebant. Itaque ſolis illis in omni genere exercitationis bellicæ, bellũ ipſum
quies eſt. Iam uerò inſtructa ſimul ipſorum acie hoſtibúſque præſentibus, rex ſimul
& capram,quam illi chimæram dicunt, iugulabat, & omnes coronari mandabat, &
tibicines Caſtorio modulo ad tibias uti iubebat, ſimul etiam claſſicũ pæana exordi-
tur. Itaque illorum aſpectus & pulcher erat & formidabilis,qui & numero ad tibiam
incederent, neque phalangis ordinem miſcerent,neque animis turbarẽtur, ſed mã-
ſuetè & hilariter à modulo in diſcrimen ducerentur. Videtur enim neque metum,
neque furorem nimium in illis oriri poſſe, qui ita ſe habuerint, ſed firmam potius &
conſtantem animi magnitudinem ſpei audentiæque admiſtam, perinde atque im-
53 mortali Deo præſente ſimul ac fauente. Ibat autem rex aduerſus hoſtes coronatum
hominem ſecum habens, qui certamine uictor extitiſſet. Ac ferunt quendam cùm
grandis ſibi pecunia in Olympiis traderetur,eam accipere noluiſſe,ſed labore pluri-
mo aduerſarium luctando ſuperaſſe. Quare dixit ei: Quid tibi, ô Lacon, ex uictoria
lucri comparaſti? Et illum arridentem reſpondiſſe, Ante regem cõſtitutus præliabor
aduerſus hoſtes. Cùm autem uertiſſent in fugã hoſtem, uiciſſẽntque, adhuc inſeque-
bantur, quoad omnino uictoria hoſtium fuga confirmata eſſet: dein continuò redi-
bant, neque generoſum, neque græcanicum eſſe ducentes, illos cædere & necare, qui
declinarent, cederent, abirent: erátque nõ ſolùm & honeſtum hoc & maximi animi
opus, uerumetiã utile: illi nanque qui aduerſus eos dimicarent, cùm non eſſent igna-
ri à Lacedæmoniis illos qui pugnando reſiſterent, enecari, cedentibus uerò parci, fu-
54 gere, quàm manere conducibilius putabant. Lycurgum autẽ ipſum Hippias ſophi-
ſta narrat, & bellicoſiſſimũ extitiſſe, ac multa militia expertũ. Philoſtephanus uerò
equitum etiam diſtributiones in Vlamos Lycurgo adſcribit: Vlamũ uerò, ut ille cõ-
ſtituit, complecti equites quinquaginta, inſtructum quadrato ordine. At Demetrius
Phalereus tradit, nullam prorſus rem bellicam Lycurgum attigiſſe, ſed in pace cõſti-
tuiſſe rempublicam. Videtur autem Olympicarum feriarum excogitatio, miti inge-
nio uiri manſuetíque fuiſſe. Atque dicunt quidam (ueluti Hermippus meminit) Ly-
curgum, neque affuiſſe ab initio, neque ſocium extitiſſe in iis, quæ ſunt ab Iphito cõ-
ſtituta, ſed interfuiſſe, aliqua ex cauſa profectum atque ſpectantem. Audiſſe autem
uocem tanquam hominis alicuius à tergo illum increpantis admirantíſque, quòd
ciues non exhortaretur ſimul cum aliis celebritatis participes fieri. Conuerſum au-
tem Lycurgum, cùm qui locutus fuerat, nuſquam appareret, numen fuiſſe arbitra-
tum, ſic ad Iphitum cõceſſiſſe, communíque ſtudio feſtiuitatem illuſtriorem & fir-
55 miorem cõſtituiſſe. Diſciplina uerò quoad pubertatis annos euaſiſſent, perdurabat.
Nemini enim permittebatur pro arbitrio uiuere, ſed in urbe, ueluti in caſtris, preſcri-
ptum habebãt uictum, & exercitationem circa publica negotia. Atque omnino exi-
ſtimantes non ſibi pueros natos eſſe, ſed patriæ, eos ſedulò (ni quid aliud facere impe-

ratum foret)inſpectabant,ac frugi aliquid edocebant,aut ipſi à ſenioribus diſcebãt. Etenim hæc una ex omnibus,quas ſuis ciuibus Lycurgus fabricauit, & pulcherrima beatiſſimáque res fuit, copia & ubertas otij,quibus omnino prohibuit quicquã uulgarium artium attingere. Pecuniarum autem ſtudium,quòd laborioſam congeriem moleſtámq; contineret,nulla in re neceſſarium erat,idq; ob eam gratiam,quòd diuitiæ prorſus abiectæ eſſent,ac nullo in pretio haberentur. Mancipia uerò eorum colebant ſolum,dictóſque redditus perſoluebant. Cùm Athenis quidã intereſſet iudiciorum tempore,audirétq; otij mulctæ quendam obnoxium mœſtũ incedere,atque ab amicis deduci,qui & ipſi rem ægrè & iniquè ferrent,orauit qui ei aderant,quis ille eſſet qui liberalem ſubiiſſet mulctam. Seruile adeò exiſtimabãt ineptã occupationem circa opificia,pecuniáſque parandas. Quare cùm exceſſiſſent nummi,exceſſerunt & iudicia itidem,neque plus cuiquam minúsue aderat:æqualitas erat in abundantia,& in uilitate ſatietas. Tripudia & feſtiuitates,epulæ atque ſtudia circa uenationes,circa gymnaſia,circa publicos conuentus atque colloquia,modò ni fortè militiæ uacarẽt, per omne iis tempus agebantur. Atqui iuniores ante trigeſimũ ætatis annum in forum nullo modo deſcendebant,ſed per cognatos & amatores neceſſaria tranſigebãt. Senioribus autem turpe erat, ſi frequentius circa huiuſmodi ſtudia uiderentur, ſed maiorem diei partem in gymnaſiis, & in his quæ Leſchæ nominantur,uerſabantur. In hæc enim loca decorè & modeſtè conueniẽtes,ſermones inter ſe cõferebant, nulliúſque rei memoria tangebãtur,quæ uel ad rem pecuniariam,uel ad ignobilẽ uſum ſpectaret:ſed plurimùm illud erat huiuſmodi conuentus opus,ut uel honeſta laudarent,uel turpia uituperarent: ídque cum otio & riſu, qui comiter ad correptionem emendationémque deduceret. Neque enim Lycurgus ipſe ſeuerus immodicè fuit: quin & riſus ſtatuam ab illo erectam Soſibius tradit, quippe qui iocum, quaſi laboris & aſperioris uictus condimentum,aliquando iniiceret in conuiuiis & huiuſmodi conuentibus. Ad id uerò prorſus aſſuefecit ciues,ut neque uellent, nec ſcirent priuatim uiuere,ſed ueluti apes,ad rem cõmunem confererentur ſemper,& unà omnes circum principem agerent,ſicque ab ſeipſis fermè afflatu quodam diuino & honoris ſtudio ſeparati,toti ſe patriæ dederẽt,ut licet etiam ex dictis quibuſdam hoc propoſitum coniectare. Pædaretus enim non electus in numerum trecentorum, abibat ſerena fronte,ueluti geſtiens quòd meliores ſeſe trecentos haberet ciuitas. Polyſtratidas autẽ legatione fungens unà cum reliquis ad regis prætores, illis interrogantibus utrum priuatim adſint,an publicè miſſi: inquit, Si quidem adipiſcamur,publicè: ſi minus adipiſcamur,priuatim. Argileonis uerò Braſydæ mater, cùm ex Amphipoli quidam Lacedæmonem petẽtes,ad eam eſſent ingreſſi, quæſiuit,honeſténe Braſydas ac pro Spartę dignitate occubuiſſet. Illis autem uirum efferentibus,ſimul atq; dicentibus, Spartam talem alium non habere: Ne dicite,inquit,ô hoſpites,honeſtus enim uir fuit & bonus Braſydas, ſed multos Lacedæmon habet illo meliores. Seniores, ut dictum eſt,Lycurgus conſtituit primũ ex iis qui cõſilij participes extitiſſent, poſtea uerò in demortui locũ ſtatuit eum aſſumi,qui uirtute cæteris præſtare iudicatus eſſet, ex illis ſcilicet qui annum ſexageſimũ tranſegiſſent. Atq; ex omnibus humanis certaminibus hoc maximum uiſum eſt,& apprimè expetendũ: nõ enim qui inter celeres celerrimus, aut inter robuſtos robuſtiſſimus, ſed qui inter bonos & continentes, & optimus & continentiſſimus iudicatus eſſet, habere oportebat totius uitæ uirtutis palmam atque inſignia,utputa,qui haberet totum (ut ita dicam) principatum in repub. cui quidem ipſi poteſtas eſſet & mortis & ignominiæ, & omnino eorum omnium quæ maxima dicuntur. Delectus uerò fiebat hoc pacto. Concione coacta uiri electi in proximam domum occludebãtur,neque uidentes quenquã ex concione, neque à quoquam uiſi,ſed clamorem duntaxat audientes concionantiũ,clamore, ut cætera,competitores iudicabant,nõ unà omnibus,ſed ſingulis pro ſorte admiſſis,ac ſilentio

56 57 58 59

Deligendi ſenatoris forma quæ Spartanis.

ſilentio per concionem euntibus. Qui igitur occluſi eſſent, habentes tabellas per ſingulos clamoris magnitudinem ſignabant,ignari cuinam is clamor ſuffragaretur, præterquam ut primus uel ſecundus uel tertius, uel quotuſcunque maximè eorum, qui admiſſi eſſent. Cui uerò primus clamor ac maximus ſuffragaretur,hunc denuntiabant. Coronatus autem ille deos immortales circuibat, hunc iuuenes plurimi ſequebantur uirum admirantes,ſummiſque laudibus efferentes. Mulieres etiam nonnullæ uirtutis eius præconia concinebant,uitámque beatam eſſe prædicabant. Præterea ſinguli neceſſarij cœnam ei apponentes inquiebant,hac mẽſa honorari à ciuitate. Peracto autẽ circuitu in conuiuium abibat,& reliqua pro conſuetudine fiebant. Altera uerò portione ſibi appoſita,eam tollebat, ſeruabátq;. Ac poſt cœnam cùm ad fores Phiditij domeſticæ adeſſent mulieres,quã ipſe maximè honorare uellet, appellabat,cui portionẽ illam tradens aiebat,præmium hoc, quod ipſe accepiſſet,ei dare: quare & illa in honore habita,ab aliis mulieribus deducebatur. Atqui humãdi etiam munus optimè Lycurgus ipſe conſtituit. Primùm nãque omni ſuperſtitione ſublata,haud prohibuit,tum cadauera in urbe ſepelire,tum etiã ſecus templa monumenta habere,iuniores huiuſmodi conſpectibus familiares & innutritos ſtatuens. Itaque neq; turbabãtur, neque horreſcebant mortẽ,uti ea polluerentur, qui uel cadauer tetigiſſent,uel per ſepulchra tranſiiſſent. Deinde nihil cum mortuo ſepeliri permittebant, ſed condentes corpus puniceo amictu & oliuæ fronde circundabãt. Neque licebat mortui nomen inſcribere, niſi aut uiri aut fœminæ,qui piè in bello præclaréq; periiſſent. Lugendi uerò tempus breue præfiniuit,dies undecim: duodecimo autem poſt celebratum Cereri ſacrificiũ,ſoluere luctũ oportebat. Nihil enim otioſum erat, nihil remiſſum,ſed rebus omnibus neceſſariis,aliquam uirtutis æmulationem atque deſiderium,aut uitij uituperationem admiſcebat,urbémq; refarciebat exemplorum copia,quibus neceſſe erat,ut qui ſemper adeſſent,eáque cum lacte biberẽt, perpetuo profectu agerentur, formarentúrque ad honeſtatem. Vnde neque peregrinari uolẽtibus uagarí que permittebat,utpote qui colligentes peregrinos mores & ineptè uiuentium peregrinationes, ac rerumpublicarum differentiam, conueherent. Quin etiam eos qui nulli in urbem uſui conuenirent atque confluerent,depellebat,non ut ait Thucydides,quòd metueret,ne reipub. gerendæ modum imitarentur, & aliquid quod ad uirtutem accederet ediſcerent:ob eam rem potius, ne mali cuiuſquam doctores forent. Simul nanque neceſſe eſt cum peregrinis corporibus etiam ſermones ingredi. Noui autẽ ſermones iudicia noua afferunt,è quibus neceſſe eſt perturbationes oriri plurimas,atque uoluntates ad præſentem reipub. ſtatum, ueluti ad harmoniam diſſonantes. Quapropter magis oportere arbitrabantur aſſeruare, ne urbs improbis moribus compleretur,quàm morbidis corporibus extrinſecus aduenientibus. Itaque in his nullum eſt aut iniuſtitiæ,aut cupidæ prærogatiuæ ueſtigium,quam aliqui Lycurgi legibus crimini dant,tanquam abundè inſtructæ ſint ad fortitudinem, parum autem ad iuſtitiam. Cryptia uerò quam ipſi uocãt, ea uerò à latendo dicitur, ſiquidem & hoc tãquam unum ex Lycurgi inſtitutis eſſe Ariſtoteles tradidit, talem huic uiro famam pariat fortaſſe,qualem & Platoni de republica. Erat autẽ huiuſmodi. Hi qui iunioribus præfecti erant,illos poſt temporis multũ,qui maximè prudentes uiderentut,in regionem aliò emittebant, gladios ſecum alimentúmq; neceſſariũ, aliud uerò habentes nihil. Illi autem locis incognitis interdiu diſſeminati ſeſe abdebant,atque quieſcebant. Noctu autem in uias deſcendentes,quem hominem ex mãcipiis cepiſſent, obtruncabant. Sæpe etiam per agros proficiſcentes, robuſtiſſimos eorum ac fortiſſimos enecabãt,quemadmodum & Thucydides in Peloponnenſium tradit hiſtoria, eos qui à Spartiatis fortitudine cæteris præſtare iudicati eſſent, corona inſignitos eſſe, tanquam liberos factos,deorúmque immortalium templa circuiſſe: paulò uerò pòſt omnes ſupra duo millia periiſſe,ut neque tunc,neque poſtea

Funeralia.

60 61 62 63

quisquam dicere potuerit, quonam pacto interierint. Aristoteles autem maximè in- 64
quit & Ephoros cùm in magistratum constituuntur, mancipiis primùm bellum de-
nuntiare, quo ea interficere fas sit: & in cæteris quoque asperè & durè illis utebãtur.
Itaque cogentes huiusmodi seruos permultum potare merum, agebãt in conuiuia:
sic enim iunioribus demonstrabant cuiusmodi esset ebrietas, iubebántque carmina
canere, ac tripudiis exerceri ignobilibus & ridiculi plenis: à liberis autem aliis ab-
stinere. Aiúntque ob eam rem posteriore tempore, cùm Thebani in Laconiam du-
xissent exercitum, & quæ mancipia ceperant, canere iuberent Terpãdri, Alcmanís-
que, & Speudontis Laconis poemata, noluisse, quòd dicerent, id nolle dominium.
Quamobrem non malè differentiam illi inspexere, qui aiunt, apud Lacedæmonios, 65
& liberum maximè liberum esse, & seruum etiam seruum maximé. Atqui huiusmo-
di atrocitatibus manus dedisse maximè Spartiatas existimo, post magnũ illum mo-
tum quo mancipia cum Messeniis conspirasse, & malis plurimis regionem affecisse
& maximum in discrimen urbem attulisse perhibent. Non enim Lycurgo ipse qui-
dem adscripserim execrabile adeò Cryptiæ facinus, ex reliqua eius mansuetudine &
iustitia coniectans item ingenium, cui numen quoque ipsum testimonium attulit.
Amplificat à cõsilio, pietatem & magnanimitatẽ. Cùm autem ea quæ maximè necessaria & optima Lycurgus constituisset, in consue-
tudinem recepta iam essent, abundéque respub. mutata uideretur, & quę seipsam fer-
re, ac suis se uiribus conseruare posset: ut ait Plato, Deum lætitiam cepisse ex mun-
do formato, peragentíque primum motum: eodem & ille modo delectatus, conten-
túsque decore ac magnitudine institutionis publicæ, quæ & exerceretur, suúmque
cursum peragret, cupiit quoad humana prouidentia prẽstari posset, & immortalem
eam relinquere, immotámque apud posteros. Itaque omnibus ad concionem cõuo- 66
catis, cætera quidem, inquit, mediocriter se habere, & ad ciuitatis felicitatem, uirtu-
témque abundè: quod autem & primarium esset & maximum, non illis edere prius
posse, quàm Phœbi oraculum adierit. Opus igitur esse eos constitutis legibus insiste-
re, nihilque immutare, neque mouere, quoad ex Delphis ipse reuerterit: tunc enim
sese quicquid Deo uisum fuerit, facturũ. Cunctis uerò cõsentientibus, & ut iret iubẽ-
tibus, is iuramẽta suscipiens ab regibus & senioribus primùm, deinde ab reliquis ci-
uibus, insistẽdi, utendíque constitutis legibus ad ipsius usq; reditum, Delphos petiit.
Cùm uerò ad oraculum peruenisset, & sacra Deo persoluisset, rogauit, an & pię leges,
& satis ad ciuitatis felicitatẽ uirtutémq; latæ essent. Respondente uerò numine, & le- 67
ges piè latas esse, & ciuitatẽ clarissimam usq; fore, ubi Lycurgi legibus uteretur, uati-
ciniũ scripsit, & Spartam misit. Ipse autem facto iterum numini sacrificio, amicos,
natúmq; complexus, statuit nequaquam amplius remittere ciuibus iusiurãdum, sed
suam illic ultro finire uitam, eam ætatem natus, qua & uiuere iam & quiescere uolẽ-
tibus tẽpestiuum est: quandoquidẽ & res suæ satis ad felicitatẽ habere uiderẽtur. Er-
Obitus, unde admirandus patriæ amor. go sese ipse interimens diem obiit, ratus iis quidẽ decere ciuiles uiros operam dare,
quò neq; eorũ mors uirtute ciuili uacet, neq; uitæ finis otiosus sit: sed in uirtutis par-
te ac potius actionis cõstituatur. Sibi nanq; qui suo studio & industria pulcherrima
facinora cõfecisset, obitum esse indubitatæ felicitatis consummationem, & ciuibus
suis earum rerum quas illustres in uita bonásq; pararat, mortem relictum iri asserua-
tricem, utpote, qui ad illius usq; reditum cõstitutis uti legibus se iureiurando obno-
Ab euẽtu sapientiã ostendit. xios fecissent. Neque eum sua fefellit opinio, usqueadeo illa urbs Græciæ præstitit, & 68
tranquillitate & gloria, in quingentesimum usque annum usa Lycurgi legibus, quas
nemo è quatuordecim post illum regibus, qui ad Agim usq; Archidami filiũ extitis-
sent, mouere ausus est. Nã Ephororũ constitutio non remissio fuit, sed ciuilis institu-
tionis intẽtio: & quæ cùm à populo instructa uideretur, effecit optimatũ principatũ
acriorẽ. Agide uerò regnante, influxit Spartam nũmus primúm. Post nummum ue-
rò insatiabilis cupiditas, diuitiarúmq; desiderium per Alexandrum incessit: quin per

Lysandrum

Lysandrum potius, qui cùm ipse pecunijs esset insuperabilis, inferst patriam & di-
uitiarum studijs & delicijs. Is enim & aurum & argentum ex bello intulit, & Lycur-
gi leges antiquauit: quibus antea dominãtibus, non ciuitatis institutionem Sparta,
69 sed exercitati magis sapientísque uiri uitam habebat. Quin potius ueluti poetæ fa-
bulantur, Herculem cum pelle & clauа terrarum orbem peragrasse, ad iniquos im-
manésque tyrannos puniendos atque plectendos: ita & ea urbs una, scutica & pallio
Græcię libenti uolentíque imperitans, dominatus iniustos ac tyrannos in rebusp.
sustulit, bella diiudicauit, seditiones persæpe restinxit ac sedauit, sæpe ne uno quidẽ
ad id peragẽdum clypeo moto, sed uno legato misso, cui extemplo omnes ad impe-
rata obtemperabant, ceu apes apparente duce & concurrentes illi simúlq; instructæ;
Cõfutationes eorũ quæ detrahere gloriæ uidentur. usqueadeo bonis institutis atque iustitia urbs illa florebat. Quamobrẽ ipse quidem
uehemẽter eos admiror, qui tum dicere soliti sunt, scisse Lacedæmonios imperan-
tibus parẽre, imperare autem ignorasse. Tum etiam regis Theopompi dictum lau-
» dare, qui dicẽte quodam, eò seruari Spartam, quòd reges imperare didicerint: Quin
70 propterea, inquit, potius, quòd ciues imperio parẽt. Non enim parẽre illis patiuntur,
qui nesciunt imperare: sed ut obediant subditi, disciplinæ principis est. Nam qui re-
ctè ducit, ut rectè sequatur efficit. Atque sicuti equestris artis effectus est mansuetum
præstare & obsequentem equum, sic & regiæ disciplinæ munus, obedientes efficere.
Lacedæmonij uerò non obedientes reliquos, sed percupidos reddebant, ut à se regi,
& sibi obedire uellent. Petebant enim qui ad eos mitterent, non naues, nõ pecunias
ab ipsis, neque milites, sed Spartiatam unum ducem, quem accipientes, & honora-
bant & uerebantur: ueluti Gylippum Siculi: Brasydam Chalcidenses: Lysandrũ uerò
& Callicratidem & Agesilaum omnes qui Asiam incolunt, ac illos conciliatores u-
bique moderatorésque populorum & principum nominabant. Ad totam uerò Spar-
tiatarum urbem, tanquam ad pædagogum aut doctorem honestæ uitæ cõpositæq;
71 disciplinæ aspectabant. Ad quod quidem Stratonicus facetè cauillari uisus, statuens
Athenienses, iubénsque & mysteria & pompas agere: Elienses uerò ludos edere, tan-
quam hoc pulcherrimè facientes: Lacedæmonios uerò, si hi peccauerint, cædere. Et
hoc ridiculi gratia dictum est. Socraticus uerò Antisthenes cùm Thebanos ex con-
fecto in Leuctris prælio permultùm elatos intueretur, nil eos à pueris differre inquit,
Quid Lycurgo maximè propositũ in legibus ferẽdis, unde sanctus uiri patet. qui in eo exultent si pædagogum occiderint. Neq; tamen hoc præcipuum institu-
tum tunc Lycurgo fuerat, ut Spartam plurimis imperantem relinqueret, sed quem-
admodum unius uiri uitam, sic & totius ciuitatis felicitatem existimans ex uirtute
effici, & ad eam sectandam ciuium consensu, ad hoc ordinauit simul conciliauítq;,
72 ut & liberales & frugi & continentes plurimum tempus perseuerarent. Hoc etiam
Plato ipse reipub. argumentum sumpsit, & Diogenes, & Zeno, & omnes deniq; qui-
cunque hisce de rebus quicquam dicere aggressi laudabiliter sunt, qui quidẽ literas
& libros solùm reliquerunt: hic autem non literas & libros, sed eam rempub. quam
re imitari nemo queat, in lucem attulit: & cùm ijs, qui sapientis illã quæ dicitur for-
mam, uitámque figmentum esse, nec usquam in terris existere putant, totam ciuita-
tem intentam philosophiæ demonstrasset, planè omnes gloria superauit, qui unquã
inter Græcos rempub. constituerunt. Quam quidem ob rem & Aristoteles ait, mino-
ribus Lacedæmonẽ, quàm par esset, prosequi Lycurgũ honoribus, tametsi maximis
eum prosequuntur. Nam & templum ei condidere, & singulis annis, ut Deo, sacra
faciebant. Dicitur autem cùm eius reliquiæ domum ueherentur, de cælo tactas esse.
Hoc uerò non facilè alteri cuiquam ex illustribus præterquam Euripidi accidisse, &
73 mortuo, & condito in Macedonia secus Arethusam. Itaq; argumentum ac testimo-
nium magnum iis est, qui sunt Euripidis studiosi, illi soli post mortẽ contigisse, quæ
prius dijs immortalibus dilectissimo piissimóque Lycurgo contigissent. Lycurgum
autem obiisse alij Cirrhæ ferunt, sed Appollothemis Elin delatum dicit. Timæus ue-

rò & Aristoxenus in Creta uita defunctum aiunt, eiúsque sepulchrum Aristoxenus à Cretensibus ostendi apud Pergamiam, iuxta uiam quam ἑξήλιον uocant. Filium quoq; unicum reliquisse Antiorum dicitur, quo sine sobole mortuo, genus defecit. Amici uerò ac familiares successionem quandam atque conuentum qui in multa tempora perdurauit, constituêre: & dies quibus conueniebant, Lycurgidas appellarunt. Aristocrates autẽ Hipparchi filius inquit, Lycurgi hospites, cùm is in Creta diem obiisset, corpus exussisse, & cinerem in mare dispersisse: hoc enim ipse precatus fuerat, quippe qui cauisset, ne quando fortasse reliquiis eius delatis Lacedæmonem, & ob id iuramentis ciues soluti, quasi ipso reuerso rempub. mutarent. Hæc igitur de Lycurgo perhibentur.

Numa Pompilius.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

Tempus.

EST autem & de Numæ regis temporib. quibus extiterit, acris dissensio, tametsi in hunc ab initio stemmata referri planè uideantur. Sed Clodius quidam in temporum Breuiario (sic enim fermè liber inscriptus est) asseuerat priscas illas inscriptiones in Celticis urbis cladibus periisse: quę uerò nunc uidentur, falsò per eos compositas, qui gratificari studuerint his, qui uetustas gentes, illustrissimásque familias, quas nulla necessitate contingerent, occupassent. Cùm igitur narretur Numam Pythagoræ auditorem fuisse, alij quidem omnino putant nihil græcę disciplinæ Numam attigisse, sed natura satis suopte instructum ingenio ad uirtutem fuisse: aut certè Pythagora meliori, barbaro scilicet cuipiam institutionem regis adscribẽdam uolunt. Alij uerò Pythagoram post Numæ etiam tempora extitisse, & ferè quinque seculis posteriorem esse: sed Pythagoram Spartiatam qui stadium in Olympia uicisset, Olympiade sextadecima, cuius anno tertio Numa in regnum cõstitutus est, circa Italiam errabundum, Numæque congressum simul regnum constituisse: quare nonnulla ex Laconibus, Romanis institutis, doctore Pythagora, admista sunt. Præterea Numa fuit Sabinus genere, Sabini uerò Lacedæmoniorum se coloniam fuisse uolunt. Tempora igitur diligentius exequi perdifficile est, & ea maximè quæ ex uictoribus Olympiæ ducuntur, quorum descriptionem aiunt serò Hippiam Eliensem edidisse, nullo subnixum necessario ad fidem argumento. Quæ autem nos de Numa memoratu digna accepimus, in medium referemus, congruum sumentes initium. Septimum iam & trigesimum annum regi Romulo Roma incolebatur. Quinto uerò mensis die, quem Nonas Capratinas nunc uocant, sacrificium quoddã publicum pro urbe sacrificabat Romulus ad paludem, quæ Capræ appellatur, aderátque & senatus & populus frequens. Repẽtè uerò magna cohorta in aere tempestate, ac nimbo terram operiente, fragore simul ac tonitribus reliqua multitudo perterrita in fugam passim uertitur: Romulus uerò è medio euanuit, neq; ipse postea, neq; mortui corpus inuentũ. Grauis suspicio Patritios attigit, emanauítq; aduersus eos rumor in ciuitatem, quòd iam antea regnũ grauiter molestéq; ferentes, uolentésq; principatum in se trãsferre, regem interemerint. Etenim uidebatur iam Romulus & asperius eis & imperiosius uti. Sed hanc suspicionẽ obsequiis sustulerunt, honorib. diuiuis Romulum perinde ac non mortuũ, sed meliora sortitũ fata prosequẽtes. Atq; Proculus uir illustris iureiurãdo affirmauit, uidisse Romulũ in cælum cum armis sublimẽ ferri, eiúsq; uocẽ audisse, qua se Quirinum iuberet nominari. Alterũ uerò ciuitatem de rege creando certamen seditióque uersabat. Nondum enim aduenæ ueteribus ciuibus satis con-

Genus.

Narratio.

coniuncti permixtíque erãt. Quinetiam ipsa plebs inter se fluctuabat, ac Patritij ipsi ob eam contentionem suspecti erant: regnari tamen omnes uolebant. Contentio uerò atque certamen non erat pro uiro solum, uerumetiam utro ex genere rex sumendus esset. Etenim qui cum Romulo primi urbem condidere, indignum ducebãt, Sabinos, qui ad urbis agrique portionem admissi essent, coronari, enitíque ut eis imperarent, à quibus ea suscepissent. Sabinis quoque ratio quædã erat haud absurda: quòniam Tatio rege ipsorum mortuo, nulla in Romulum seditione sunt usi, sed eum solum imperare permisere, cùm dignum duceret sui rursum corporis principem creari. Neque enim inferiores se ad eos accessisse, sed adiectione sua illos quoque multitudine roborasse, ac secum ad ciuitatis dignitatẽ & amplitudinem promouisse. Has igitur ob res illi certabant. Sed ne aliqua perturbatio ob suspensam gubernationem imperij ex eo certamine oriretur, statuêre patres, cùm ipsi centum & quinquaginta essent, ut seorsim quisque cum regalib. insignib. & legitima diis sacra persolueret, & ius diceret sex horas noctis & sex diei Quirino. Etenim hæc temporum diuisio propè utrinque distributa, potestatísque permutatio, ad amouendam populi inuidiam, qui eodem die ac nocte, eundem ex rege priuatum intueretur, recte habere patrib. uisa est. Hunc autem principatus modum, interregnum Romani uocant. Sed quanquã ita ciuiliter & quietè regnare uiderentur, contumelias tamen turbulentósq; clamores effugere non poterant, perinde atque in paucorum dominatum res transferrent, & in sese statum reipub. traducerent, régnari autem nollent. Ex qua quidem re dissidentes hæ partes inuicem consensere, ut altera ex altera regem declararet. Sic enim maximè quiescere contentionem posse, & qui declaratus esset æqualem utrisque fore. Nam & áltetos, ut qui se elegissent, amaturum: alteris autem ut cognatis, beneuolum futurum. Itaque permittentib. Sabinis regis electionem prioribus Romanis, uisum iis est Sabinum potius eligendum seipsis authoribus, quàm Romanum illis designantibus. Quam ob rem inter se consultantes designant ex Sabinis regẽ Numam Pompilium: qui uir tametsi non ex iis fuisset qui in urbem recepti sunt, ita tamen uirtute omnib. probatus erat, ut studiosius etiam Sabini, quàm eligẽtes ipsi, audito nomine regem admitterent. Expositis igitur populo quæ decreta sunt, communi sententia legatos ex utraque parte primarios ad uirum mittũt, qui ut ueniret ac regnum acciperet precarentur. Erat Numa illustri inter Sabinos urbe Curibus, ex qua se Romani simul cùm receptis Sabinis Quirites appellarũt, Pomponij uiri spectati filius, è quatuor fratribus natu minimus, eo, diuina sorte quadam, die natus, quo Romulus urbem condidit. Is uerò est XIIII. Cal. Maias. Cùm autem esset ingenio ad omnem uirtutem accommodatus, seipsum magis etiam per disciplinarum laborem philosophiámque excoluit, non animi detestandas perturbationes modò, sed laudatam quoque inter barbaros uim & habendi cupiditatem ab se amouens, ac ueram fortitudinem libidines in seipso ratione superaturam existimans. Hinc uerò omnes domo delicias simulatque magnificos sumptus pellens, & omnibus se cùm ciuibus tum peregrinis integerrimum iudicem & consultorem utendum præstans, per otium autem non ad uoluptates ac delicias, non ad quæstus, sed ad deorum immortalium cultum, & ad ipsorum naturam ac uim, quantùm ratione poterat cognoscendam semetipso utens, magnum adeò nomen atque gloriam adeptus est, ut Tatius qui simul cum Romulo Romæ regnabat, ex unica filia quam habebat Tatia, generum illum sibi asciuerit. Neque is tamen eo connubio elatus migrauit ad socerum, sed patrem iam seniorem fouens & nutriens in Sabinis mansit, simúlque Tatia priuati uiri quietem, quam Romæ honorem gloriámque patris gratia maluit. Itaque tertiodecimo pòst nuptias anno ea diem obiisse dicitur. Numa uerò concilia urbis deserens, frequentius in agris morabatur, peragrabátque libenter solus, & in deorum lucis, & in sacris pratis, ac in desertis locis uitam de-

oblatis imperij causæ, discordia ciuilis, & uiri uirtus.

Interregni.

Æstimatio.

Familia.

Ingenium. studium.

Vita philosophica.

gens. Vnde uel maximè quod de dea fertur, initium sumpsit, quòd Numa ille non solicitudine quadam animi & errore, hominum societatem reliquerit, sed quòd honestius consortium degustarit, diuinúmque coniugium meruerit, ac Aegeriæ deæ scilicet amanti congressus, ac unà degens, felix uir & diuinarum rerum peritissimus factus esset. Quòd autem hæc multis uetustissimísque similia fabulis uidentur, quas Phryges de Atte & Bythinide, de Herodoto & Endymione Arcades, ac de aliis multis, qui felices quidem extitissent, diísque chari haberentur, libentissimè receperunt, obscurum certè non est: ac dictat fermè ratio immortalem Deum non equos, non aues, sed homines amare, atque uelle iis qui bonitate præstant, congredi, neque grauiter ferre, neque aspernari mirabilis alicuius uiri sapientísque cõgressum. Sed quòd illa Deo dæmoníque sit cum humano corpore atque uenústate uel coniunctio uel gratia, id iam perdifficile est creditu. Quanquam uidentur Aegyptij non absurda uti partitione, qui aiunt, Mulieri quidem spiritum dei appropinquare posse, & quędam sobolis principia ingignere: uiro autem nullum esse corporis cum Deo neque commistionem, neque congressum. Ignorãt autem, mistum, cui miscetur, communionem uicissim æqualem reddere. At charitatem esse Deo cum homine, & ex hac amorem illum qui dicitur gigni ad morum uirtutísque diligentiam, curam & studium, decorum certè fuerit. Neque errant hoc pacto, qui Phorbantem, Hyacinthum, Admetum, ab Appolline amatos fabulantur: quemadmodum item & Sicyonium Hippolytum fingunt, cui quoties ex Sicyone Cirrham adnauigasset, oraculũ memorant Pythiã reddidisse, ueluti Deo sentiente & promere gaudente huiusmodi heroicum:

Hippolyti rursus charum caput æquora findit.

Pindari uerò & eius carminum amatorem fuisse Pana, fabulãtur. Reddidit item honorem quędam & Archilocho & Hesiodo post mortem per Musas numen. Sophocli uerò adhuc uiuo Aesculapium hospitio susceptum fama est, multas in hanc usq; diem coniecturas seruãs. Cui etiam alius deus, ut fertur, sepulturam mortuo præbuit. Dignúm ne igitur fuerit, qui hæc concesserint, iisdem derogare, si & Zaleuco, & Minoi, & Zoroastræ, & Numæ, & Lycurgo regna gubernantibus componentibúsque respub. eodem modo numen congrederetur? An his quidem Deos etiam ultro congredi consentaneum est, ut quò ea quæ essent optima & docerent & admonerent: poetis uerò & Lyricis querulis illis, si quidem hisce tandem uterentur, ad iocum uti? Quòd si quis secus statuat illud Bacchylidis, per nos lata est uia. Nec illud quidẽ absurdum est, quod de Lycurgo & Numa aliísque similibus uiris narratur, qui ut infrenes difficiléque multitudines coercerent, tantísque rebuspub. commutationes commodè inferrent, æstimationem à numine sibi commenti sunt, quæ ipsis illis quorum gratia fingebatur, saluti esset. Sedenim cùm annum iam Numa quadragesimum ætatis ageret, uenere legati Roma, qui eum ad suscipiendum regnum hortabantur. Verba fecere Proculus & Velesus, quorum alterum regem à populo creandum expectatio prius fuerat, Proculo quidem Romuli, Veleso uerò Tatij partibus fauentibus. Ergo hi paucis Numam allocuti sunt. Putabant enim huiusmodi nuntium gratissimũ illi fore. At erat planè opus non mediocre, sed quod & uerbis multis & precibus indigeret, inducere atque transferre uiri sententiam, qui in quiete pacéque uixisset, ad eius principatum urbis capessendum, quæ quodammodo & bello nata & aucta esset. Itaque tum eius patre, tum Martio, qui unus ex cognatis esset, præsentibus, aiebat: Vt omnis quidem humanæ uitæ mutatio periculosa est. Cui uerò neque rerum necessariarum quicquam deest, neque præsentium aliquid querimonia dignum sit, hunc aliud nihil nisi amentia à consuetis studiis & immutat & transfert: quibus etsi nihil aliud insit, eò tamen quòd certa sunt, incertis præstant. At ne regiæ res obscuræ sunt quidem, si quis ex Romuli cladibus coniecturam traxerit, quòd & ipse sinistra suspitione non caruerit, perinde quasi collegæ Tatio insidias struxisset: sinistram & patribus

Illud de Aegeria niititur exemplis defendere.

Sitne dijs cũ hominib. cõgressus.

Vide suid.

Aetas quãdo imperium oblatum.

Ad imperãdum quo pacto & quibus de causis accesserit.

bus comparauit, tanquam ab eis interemptus. Atq; Romulum hi deorum sobolem rumoribus celebrant, & diuinum quoddam eius alimentum & salutẽ incredibilem ipsius adhuc infantis narrant. Mihi autẽ & genus mortale est, & educatio eruditióq;
13 ab hominibus, quos ipsi nostis. Quæ uerò de illius uiri moribus laudes referuntur, quem porrò regnaturũ petitis, sunt & multa quies, & philosophiæ studiũ: quod quid aliud est, quàm amor pacis, rerúmq; à bello uacantium, & hominum in deorum ueneratione, ac mutua beneuolentia in unum coeuntium, per cætera uel agriculturæ, uel pascuis indulgentiũ, acerrimus sanè, & nobiscum unà connutritus? Vobis autem Romani, permultos Romulus fortassis inuictos reliquit hostes, ad quos arcendos, & ardentis animi urbs rege robusto indiget. Multa præterea tum bellandi consuetudo, tum etiam alacritas populo ob secundas res inest. Neminiq; obscurum est, & incrementa illum, & ut cæteris imperitet, desiderare. Itaq; ridiculo ille futurus aliis sit, qui Deos colere, iudicium uenerari, uim autem & bellum odio insequi, eam urbem do-
14 cere uoluerit, cui militari duce magis quã rege sit opus. Huiusmodi uerbis iure Numa regnum abnuẽte, tum Romani omni studio etiam atq; etiã rogabãt orabántq;, ne rursum eos in seditionẽ ac ciuile bellum misceret, cùm alter nemo esset, in quem ambæ factiones consentirent. Tum etiam & pater & Martius, secedentibus illis, priuãtim instantes Numæ persuadebant, ut magnum atq; diuinum munus susciperet. Quòd si ipse neq; diuitiarum egeas, quoniam tuo contentus sis: neq; imperij, neque ditionis gloriam ambias, quoniam eam meliorem ex uirtute possideas: at ipsum regnandi munus Dei ministeriũ ducens, qui profectò erigit, neque iacere tantam in te iustitiam otiosãmque esse patitur, ne fuge: neq; cuita imperium, quod prudenti uiro ad prælaras & magnas res obeundas præstiterit locum; ubi & deorũ immortalium cultus magnifici sunt, & ad religionem homines mansuescũt: facillimè enim simúlque celerrimè hi à principe ad honestiorem sententiam traducũtur. Romani & Ta-
15 tium qui aduena esset, imperatorẽ amplexi sunt, & Romuli memoriam diuinis honoribus prosequũtur. Quis autem scit, si & uictorem populum satietas belli ceperit & triumphis prædáque referti, mitem ducem & iusti amicum in quiete pacéque desiderant? Quòd si etiam nunc prorsus feruidi sunt, furentéq; ad bellum, nónne melius fuerit aliorsum eorum impetum uertere, cùm habeas manu tenueris, ac patriæ te omníque Sabinorum genti, aduersus florentem & præpotentem urbem, beneuolentiæ & amicitiæ uinculum præstare? Accedebant ad hæc, ut fertur, & secũda signa, & ciuium studium atque desiderium, qui audita legatione, illũ ire, regnúmq; capessere, ad ciues beneuolentia charitatéq; iungendos, precabãtur. Vbi ergo rem probasset, diis immortalibus sacra faciẽs, se Romã contulit. Cui aduenienti senatus obuiã populúsq; fit, mirifico illius uiri & incredibili desiderio. Dignis eum mulieres lau-
dibus insequuntur, sacrificia in templis fiunt, lætitia & gaudio complentur omnes,
16 quasi non regem, sed regnum potius urbs susceperit. Sed posteaquam eum in forum cõstituẽre, Spurius Vectius qui per id temporis fortè interrex fuit, decretum ciuibus exhibuit, & omnes suffragium tulere. Cùm autem insignia imperij sibi afferrentur, ea seruari iubens, inquit deum esse consulendũ, quasi sibi regnum confirmaret. Auguribus igitur sacerdotibúsq; assumptis, Capitolium ascendit (id Tarpeium collem tunc Romani appellabant) ubi qui auguribus præerat, illum uelato capite ad meridiem uertẽs, ipse autem retro manẽs, & eius caput dextra manu tenens, precatus est, & contrà quamlongissimè prospectum oculi ferebant, quæ à diis immortalibus auspicia signáue mitterentur, circumlustrabat. Silentium summum tanta in multitudine forum tenebat, cunctis euentum obseruantibus, & de futuro suspensis: ac mox
17 cùm bonæ aues dextræque apparuissent, insignia ei tradiderunt. Sic autem regali assumpta ueste, descendit Numa ex arce in multitudinem: tunc & uoces & acclamationes omnium erant, perinde ut piissimum diísq; charissimum regem suscepissent.

Imperij quæ auspicia ergà ingressus.

Dijs rex approbatur.

Qua arte ciues sibi deuinxit.

Itaque assumpto imperio, Numa omnium primùm trecentorum illorum turmas, quibus ad corporis tutelam Romulus usque utens Celeres eos appellauit, dissoluit: neque enim dignum putabat, aut credentibus minus credere, aut non credentibus imperare. Secundo autem loco, Iouis Martísque sacerdotibus à Romulo constitutis, tertium ipse Romuli cõstituit, quem Flaminem Quirinalem nominauit. Vocabantur antea quoque sacerdotes constituti Flamines, ab ijs qui circum caluaria sunt pileis, quibus ad tegenda capita utuntur, quasi Pilamenes quidam essent, ut tradunt, cùm longè magis tunc quàm hodie, Græcis nominibus Latini admistis uterentur. Etenim lænas quibus reges induebantur, Iuba chlænas esse ait: & qui Iouis tẽplo ministrat pubescentem puerum Camillum dici, quo modo Græcorum aliqui Mercurium ab obsequio Camillum appellarunt. Cùm hæc Numa ad populi beneuolentiã gratiámque constituisset, ilico aggreditur urbem, ceu ferrum, ex dura & bellicosa molliorem reddere atque iustiorem. Quam enim Plato exæstuantem ciuitatem tumentémque appellat, planè illa tunc erat, quippe quæ statim ab initio audenti elatione quadam proteruáque audacia eorum constitisset, qui audacissimi simul & bellicosissimi undique confluentes illuc commigrassent: frequenti præterea militia bellísque continuis ad alimentum potentiæ, incrementúmque usa esset, ac ueluti ea quę altius sunt defixa, magis ipsa agitatione firmantur, ex periculis inualescere irroborarique uideretur. Sic autem elatum & asperum ingenio populum non minimi neque ignobilis negotij esse ratus, si ad pacem traducere atque transferre posset, diuinũ auxilium implorauit sacrificijs plurimis & ludis & tripudijs, quæ simul cum grauitate gratam consuetudinem benignámque uoluptatem habentia ipsemet celebrauit, constituítque, regens atque deliniens animorum ferocitatem ac bellandi studium. Interdum etiam diuinis quosdam metris annuntiauit, & uisus numinum monstrosos, atrocésque clamores subigebat, demissamq; eorum mẽtem religione reddebat.

Lib. 2. de leg.

Sapientiæ qualis, & unde accepta, & quanta ea in rep. mutata.

Quibus quidem ex rebus potissimùm ille uir sapientiæ nomen eruditionísque, tanquam Pythagoræ congressus, adeptus est. Nam quemadmodum illi ad sapientiam, ita & huic circa gubernandam rempub. magna pars in numinis affinitate, congressu & studio uersabatur. Præterea dicitur fastum exteriorem & cultum eodem Pythagoræ instituto sumpsisse. Etenim ille uidetur & aquilam quibusdam uocibus excantãs, supernéque uolantem deducens, mansuefacere solitus, & femur aureum subostendere, dum in Olympijs per celebritatem transitum faceret: aliáque monstrosa eius inuenta renuntiantur, contra quæ scripsit Timon Phliasius:

Pythagorámque magum flagrantem nomine famæ
Obserua, blandis assuetum fallere uerbis.

Valer. Max. de simulata relig.

Sed Numæ figmentum, deæ, uel montanæ cuiusdam Nymphæ amor, secretúsq; ad eum congressus erat, ut dictum est, & cõmunia cum Musis consortia. Plurima enim ex uaticinijs in eas referebat: quarum præcipuè unam & insigniter Romanos uenerari docuit, hanc Tacitam appellauit, quo uidetur Pythagoricam ἡσυχίαν, quam taciturnitatem & mysterium dicunt, reuelare & colere uoluisse. Quæ de deorum immortalium simulachris etiam Numa statuit, quam simillima sunt prorsus Pythagoræ documentis. Nam primum principium ille, neque sensui neq; perturbationi subiectum, sed mentem inuisibilẽ & increatam esse censuit. Hic autẽ Romanos prohibuit existimare imaginẽ Dei, aut hominis speciem, aut animalis habere formã. Nec fuit apud eos neq; picta neq; ficta Dei prius species: sed in prioribus centũ & septuaginta annis templa quidem ædificabãt, sacráq; tuguria erigebant, simulachrũ uerò nullũ corporeũ faciebãt, perinde atq; nefas esset deterioribus meliora assimilare, neque aliter q̃ intelligẽtia percipi deus possit. Sacra quoq; à Numa instituta, ritum sanctimoniámq; Pythagoræ uehementer attingunt. Erãt enim sine sanguine, eorúmq; plurima ex farina & libo rebúsque uilissimis composita. Præterea peregrinis alijs coniecturis nituntur, qui Numam Pythagoræ familiarem fuisse uolũt. Quarum una est, quòd Romani suæ reipub. Pythagorã adscripserint, sicuti Epicharmus comicus quadam in oratione ad Antenorem tradidit, uetustissimus quidem ille uir, & Pythagoricæ particeps disciplinæ. Alij uerò dicunt, cùm quatuor Numa filios habuisset, Mamercum unum propter Pythagoræ filium appellauisse. Ab illo autem & Aemyliorum familiam, admistam patritiis, nominatam ferunt, sic rege blandiloquium illius uiri, quod αἰμύλιον uocant, & in dicendo gratiam appellante. Ipsi etiam audiuimus Romæ è multis narrantibus, ut Romanis aliquando oraculo reddito de illius uiri erigenda apud se statua, qui prudentissimus Græcorum & fortissimus extitisset, duas in foro æneas imagines statuisse, Alcibiadis alteram, alteram uerò Pythagoræ. Hæc igitur concertationib. refertissima, & prolixius exequi, & ut uera admittere, iuuenilis est pertinaciæ. Numæ autem Pontificum ordinem constitutionémque attri-

Festus lib. 8. Varro lib. 1. de ling. lat.

buunt, aiúntque eum horum unum primum extitisse. Vocatos autem pontifices alij dicunt, quoniam deos colunt, potentię illos ac omnium dominos. alij uerò inquiũt, nomen effectum esse ad potentum profligationem, tanquã iubente legum latore sacerdotes obire potentia sacra: si uerò quid maioris impedimenti fuerit, haud calumniante. Plurimi uerò, quod nomen rideri solet, maximè probant atque confirmant, haud aliud pontifices quàm à pontibus faciundis esse uocitatos, à sanctissimis & uetustissimis sacrificijs, quæ ad pontem fierent. Esse autem eam obseruationem & structuram, ut aliud quicquam ex immotis maximè patrísque sacris, sacerdotibus delegatam. Nefas enim & execrabile apud Romanos existimari, lignei põtis dissolutionem. Fertur autem lignis oraculi iussũ, omni prorsus ferro amoto, compingi solere: lapideus enim pons diu postea extructus est ab Aemilio quęstore. Quinetiã ligneum post Numæ tempora factum & absolutũ dicunt à Martio rege, qui Numę ex filia nepos fuit. Maximus uerò ex pontificibus ueluti interpretis & prænũtiatoris, quin hierophantæ potius ordinem & locum tenet, qui quidem non solùm res quæ publicè fiunt, curat, sed & priuatim sacrificantes obseruat, impendimentóque est ne quis legitima transgrediatur, docétque qua quispiam re ad uenerationem deorum, aut ad postulandam ueniam indigeret. Erat & sacrarum uirginum custos, quas Vestales appellant. Nam Numæ etiam Vestalium uirginum sacerdotium, ac prorsus ignis perpetui, quem hæ tuentur, & cultum & honorem adscribunt, siue ut puram & incorruptam ignis substantiam inuiolatis item integrísque corporibus illis commendaret, siue quod sterile & infœcundum esset, scitè uirginitati adiũgeret. Nempe enim & in Græcia ubi perpetuus seruatur ignis, ut Pythiæ & Athenis, non uirgines, sed mulieres solutæ coniugio, eiusce rei curam & diligentiã habent. Quòd si fortè quandoque ignis deficiat, ueluti Athenis Aristone imperãte sacram lucernam extinctam aiunt, & apud Delphos templo à Medis incenso, & Romæ tum Mithridatici, tum ciuilis belli temporibus simul cum ara & ignis periit, dicunt nequaquam decere ex altero igne accipi, sed nouum & peregrinum elici oportere, accensa ex sole flamma pura & immaculata. Accendúntque maximè uasis, quæ struuntur quidem ex latere isosceli trianguli recti: ea cauata, respiciunt in unum ex circunferentia centrum. Cùm igitur soli aduersa opponantur, ita ut undique accensi radij cogantur connectantúrque ad centrum, & ipsum discernant aerem attenuatum, & eorum quæ opposita fomenta sunt, leuissimas aridissimásque partes celeriter accendit ex obiecto corpus, & ictum igneum radio assumente. Itaque nihil aliud à sacris uirginib. quàm inextinguibilem ignem asseruari quidam putant. Aliqui uerò quædam inquiunt sacra esse, quæ aliis uidere non licet, abdita: de quibus quæcunque & audire & dicere fas est, in Camilli uita perscripta sunt. Primùm igitur Geganiam & Bereniam à Numa sacratas aiunt, deinde Camiliam & Tarpeiam: postea uerò Seruio alias duas numero illi addente, eam in hæc usque tempora multitudinem durasse. His autẽ uirginibus anno-

Cic. Tusc. 4

rum triginta ab rege caſtitas præſcripta eſt:ac primum quidem decennium quæ facienda ſunt diſcunt,ſecundum uerò quę didicere faciunt,reliquũ autem decennium hæ alias edocent:tum demum uolenti permittitur poſt id tempus & nubere, & ad aliam uitam uerti,ſolutæ iam ſacerdotio. Dicuntúrque haud multæ hanc licentiam libenter amplexæ, neque iis quæ eam amplexæ fuerint, ſecundas res contigiſſe, ſed pœnitentia & mœrore reliquum uitæ tempus agentes, perhibentur alias in deorum metum religionémque iniicere, ut ad ſenium & ad mortem uſque pudicitiam uirginitatémq; obſeruent.Illis autẽ magnos honores reddidit: quorum is eſt, ut etiam uiuo patre teſtamentum condere,ac cætera gerere ſine curatore queãt, quemadmodum & trium filiorum matres.Cum faſcibus, cùm prodeunt, deducuntur.Et ſi caſu in quenquam inciderint cùm ad lethum agitur,necari eum nõ licet:uerùm deierare uirginem oportet,ſe non ultro,ſed fortè,non autem dedita opera & de induſtria obuiam factam.Qui autem occurrerit cùm ipſæ feretro uehuntur,moritur.Atque aliorum criminum cauſa puniuntur uirgines uerberibus: interdum & nudam pontifex maximus,quæ deliquerit, obtenſo linteo,in abditiore obſcurioréque loco eam plectit.Sed quæ uirginitatem prodiderit,uiua ad portam,quam Collinam uocant, defoditur:quo quidem in loco ſupercilium eſt intra urbem terreſtre,porrò ſe intendẽs, quod latinorum idiomate uocatur tumulus.Hîc ſtructa eſt ſubterranea domus haud magna, in quam è loco ſuperiore deſcenditur. Iacet in ea ſtratus lectulus & lucerna ardens,primitiæque rerum earum, quæ neceſſariæ ſunt ad uictum, breues quædam, panis,aqua in uaſe,lac & oleum,quaſi caueat ipſa domus,ne fame eius corpus intereat,quæ maximis expiationibus dedicata ſit.Ipſam uerò pœnæ obnoxiã feretro impoſitam & exterius obtectam loríſque ligatam, quò neque uox queat etiam audiri, per forum uehunt. Silentio accedunt omnes, eámque ſine uoce graui cum mœrore quodam tranſmittunt. Neque aliud ſpectaculum horribilius eſt,neque alium diem ciuitas mœſtiorem agit.Cùm uerò ad locum feretrum delatum fuerit, ſolutis à miniſtris uinculis,ſacerdotum princeps precatus arcana quædam,ſublatíſq; ad deos manibus,ante ſupplicium educit eam capite opertam, conſtituítque in ſcalis in domicilium deferentibus. Deinde ipſe cum aliis ſacerdotibus auertitur. Cùm autem illa deſcenderit,& ſcalæ tollũtur, & multa deſuper iniecta humo domicilium operitur, adeò ut is locus reliquo tumulo æqualis fiat. Sic quidem quæ ſacram uirginitatem prodidere puniuntur. Verùm dicitur Numa Veſtæ templum rotundum condidiſſe, ubi perpetuus ignis ſeruaretur,imitatus non terræ figuram,quaſi lar focúſque ſit,ſed totius mundi potius,cuius medium Pythagorici putant ignis ſedem,& id larem uocant & monadem.Terram uerò neque immobilem,neque in medio globi poſitam, ſed eſſe circum ignem in gyrum ſuſpenſam. Hæc autem & Platonem iam cùm ſenior eſſet,de terra ſenſiſſe aiunt, nempe quòd in altera regione conſiſteret, mediam uerò & abſolutiſsimam meliori cuidam elemento competere. Pontifices autem & patrios humandi ritus quærentibus declarant, à Numa edocti nihil huiuſmodi piaculum ducere:quinetiam deos manes legitimis ritibus uenerari,ut qui ea quæ maximè noſtra ſunt, ſuſcipiant: & eam præcipuè quam Libitinam appellant huiuſmodi ueneratione coli,quæ dea ſit eorũ quæ mortuis iuſta præſtantur inſpectrix, ſiue Proſerpinam illam, ſiue (ut Romanorum diſertiſſimi arbitrantur) Venerem crediderimus,in unam dei uim,quæ ad ortum obitúmque pertinent, haud ineptè referentes. Numa quoque & lugendi modum pro ætatibus temporibúſque ſtatuit.Puerum non lugeri trimo minorem,neque etiam natu grandiorem plures menſium quàm uixiſſet annos,ad decem uſque.Et prolixiore fletu ætatẽ lugere nullam: ſed longiſſimum luctus tempus eſſe menſium decem, quandiu & mortuorum uxores uiduitatem ſeruant.Quæ uerò intra id temporis nupſerit, uaccam prægnantem ex Numæ legibus immolat. Sed cùm alia plurima ſacerdotia à Numa inſtituta ſint,duo adhuc in medium

Feneſt. tit. 6. Ouid. 6. faſt. Gell. lib. 1. c. 12. Plutarc. problem. 62.

27

28

29

30

31

dium referam,alterum Saliorum,Fœcialium alterum,quæ uiri pietatem maximè oſtendunt.Enimuero Fœciales quidam pacis cuſtodes,&(ut mea fert opinio)ab re ipſa nomen capientes,controuerſias uerbo ſedabant, cùm non permitterent prius militare,quàm omnis iudicij ſpes abſciſſa eſſet. Etenim pacem Græci uocant, quando uerbo,non ui inter ſe utentes,controuerſias ſoluunt. At Romanorum Fœciales ſæpe ad eos ibant qui iniuriam inferrent,illíſque ſuadebant,ut ſe beneuolè & amicè gererent.Iis autem inimicè ſeſe & pro uoluntate gerentibus,deos teſtati, & multa grauia in eos eorúmque patriam imprecati,niſi iuſtè rem aggrediantur,ſic eis bellum indicebant.Fœcialib.uerò prohibentibus,aut minus comprobantibus, neque militi fas erat, neq; regi Romanorum arma mouere, ſed ab his neceſſe erat initium belli pro iure princeps acciperet,& tum demum cõmuni commodo proſpiceret.Fertur etiam Celticam illam calamitatem urbi cõtigiſſe ob hæc ſacra uiolata. Barbari enim Cluſinos obſidebant, ad quos cùm Fabius Ambuſtus in caſtra miſſus legatus eſſet, quò pro obſeſſis fœdera iniret,& ei ferocius reſponſum fuiſſet,ratus ſe legationis munere iam defunctum,iuueniliter ac temerè auſus eſt pro Cluſinis armis ſumptis,barbarorum bellaciſſimum ad ſingulare certamen prouocare.Secunda igitur pugna uſus,& proſtrauit uirum & ſpoliauit. Qua quidem re cognita, mittunt Romam præconem Celtæ,Fabium accuſantes,quòd præter fœdera,præter fidem,præter indicendi ordinem, bellum eis intulerit. Tunc uerò cùm Fœciales ſenatui hominem illum Celtis dandum ſuaderent,refugit ad plebem Fabius,uſúſque populi fauore,iudicium &repulit & euaſit.Paulò autem pòſt adorti Celtæ totam urbem, præter Capitolium, in prædam uerterunt, atque uaſtarunt.Verùm hæc in Camilli uita diligentius tractata ſunt. Salios autem ſacerdotes ex huiuſmodi cauſa conſtitutos dicitur. Annum iam octauum regnante Numa, morbus peſtifer Italiam occupans, Romam quoque inuaſerat.Mœrentibus uerò cũctis,traditur peltam æneam è cælo delapſam, in Numæ manus decidiſſe.De ea autem mirabilia quædam fertur regem ex Aegeria Muſíſque audiuiſſe.Peltam enim in urbis ſalutem miſſam,oporteréque eam aſſeruari, alijs undecim ad illius figuram magnitudinémque & formam effictis, quò minus ob ſimilitudinem, cæleſtis illa inueniri poſſit. Præterea opus eſſe, Camœnis locum eum & quæ circum locum prata ſunt,ſacrare, quò frequenter ad ſuum congreſſum ueniant. Fontem uerò qui locum rigat,ſacrum uirginibus Veſtalibus conſtituere,quò inde aquam quotidie ſumentes inundent,atque aſpergant templi adytum. His igitur teſtimonium attuliſſe dicunt peſtem ipſam,quæ continuò ceſſauerit.Peltam autem ex eius authoritate atq; imperio effingere artifices cùm certaſſent, diffidentib. deſperantibúſque cæteris,Veturium Mamurium,ex ſummis unum opificibus,uſqueadeò ſimilitudinem effinxiſſe,ſtruxiſſéq; omnes ſimiles, ut neque Numa iam ipſe dignoſceret.Harum autem cuſtodes ac miniſtros conſtituiſſe dicitur Salios ſacerdotes. Salij uerò uocati ſunt,non(ut quidam fabulantur)à uiro Samothrace ſeu Mantineo Salio nomine,qui ſaltationem quę in armis dicitur,edocuerit,ſed ab ipſo potius tripudio ſaltatorio,quòd uehementius robuſtiúſque per urbem euntes ſubſaltant,cùm ad menſem Martium ſacras peltas ſuſcipiunt,induti puniceis tunicis,æneis baltheis latíſque ſuccincti, æneas capitum galeas portantes,paruis gladijs arma pulſantes.Reliquum uerò ſaltationis pedum eſt opus. Mouentur enim ſuauiter, conuerſiones ac mutationes in celeri & crebro numero robuſtè & leuiter reddentes.Eas autem peltas Ancylia propter figuram uocant.Circulus enim non eſt,neque ueluti pelta circunferentiam reddit, ſed exciſuram habet lineæ helicoidis, cuius apices curuaturam habentes,& denſitate in ſe conuerſæ,figuram recuruam faciunt.aut propter ancona,id eſt,cubitum,ad quem circunferuntur.Hæc enim Iuba inquit,cupiens nomen à Græco deducere.Poſſet etiam primùm hoc cognomen ab eo uel motu uel impetu deſcẽdere,qui ἀνίσχω.ſer id eſt, ſupernè factus ſit: ſiue ab ægrotantium curatione, quæ ἄκεσις

Feneſt. tit. 9. Plutarc. problem. 62. Gell. lib. 16. ca. 4.

32

Liuius lib. 5.

Salij ſacerdotes unde dicti.

33

34

35

Feneſt. tit. 7. Ouid. Faſt. 3.

dicitur, & ab ἀχμῶν λύσεως, hoc est, siccitatum solutione: præterea & à tristium amotione, quam ἀνάκωσιν uocant, ex quo Castorem & Pollucem ἄνακας Athenienses appellant, si quidem in græcum eloquium nomen deducendum sit. Mamurio autem artis illius suæ mercedem fuisse perhibent memoriam quandam, per Saliorum carmē simul cum pyrrichi modulo absolutum. Alij Veturium Mamurium qui canebatur, fuisse aiunt: alij uerò ueterem memoriam. Sed posteaquam sacerdotia instituisset, re- 36
giam iuxta templum Vestæ condidit, ubi maiorem temporis partem morabatur aut sacris indulgens, aut sacerdotes docens, aut alicui rerum diuinarum speculationi apud eos uacans. Domum habuit alteram ad collem Quirinalem, cuius etiam nūc locum ostendunt. In profestis autem, & omnino in sacerdotum festis, per urbem præcones præcedebant, qui ut quiescerent, & ab operibus desisterent, iubebāt. Quē admodū enim Pythagoricos dicunt non sinere homines per transitum adorare deos immortales, illósque orare: sed continuò ex ipsa domo mente ad id paratos pergere: ita & Numa decere ciues existimauit, neque audire quicquam rerum diuinarū, neque aspicere per desidiam atque negligentiam: sed uacare à cæteris oportere, mentémque adhibere, perinde ut rei ad pietatem maximæ: ac denique crepitibus, strepitibus, gemitibúsque, & quæcunque huiusmodi necessarios uulgarium artium labores cōsequuntur, uias uacuas cerimoniis præstare. Quorum uestigium quoddam in 37
hanc usque diem seruantes, cùm imperator circa auguria uel sacrificia uersetur, clamant, Hoc age: quæ uox quotquot rei interfuerint, & cōuertit & parat. Erant autem multa illius præcepta Pythagoricis documentis quam similima. Quemadmodum enim monebant illi super chœnice sedendum non esse, neque ignem gladio fodiendum, neque peregrè proficiscentibus retrouertendum, & superis imparia litare, inferis uerò paria, quorum sensum per singula multitudini occultabant: ita quædam Numæ paria instituta arcanam rationem habent: ueluti, diis libandum non esse exuitibus non putatis, nec sacrificandū sine farina, & cùm adorant, in orbem sese uertere oportere, deinde uerò sedere. Ac prima quidem duo uidentur mansuetudinem edocere, quasi ea pietatis pars sit. Adorantium uerò illa uertigo ad mundani circui- 38
tus similitudinem fit: aut fortasse is qui adorat, quoniā templis ad orientem spectantibus auersatur ortum, mutat seipsum, & ad deum conuertit, orbem faciens, & absolutam precem utrinque coniungens. Nisi mediusfidius Aegyptiis rotis simile quiddam mutatio illa habitus significat, docétque, quasi nihil ex humanis rebus stabile & firmum sit, sed utcunque uertat deus reuoluátque uitam nostram, id iucundè ac libenter admitti conueniat. Sedere autem cùm adorarint, auspicium esse dicunt, quo & ratas preces & in bonis perseuerantiam fore significatur. Aiunt & actionum diuisionem quietā esse: quasi igitur priori actioni fine imposito, sedēdum sit apud deos, quò alterius rursum ineundæ ab illis sumatur initium. Potest & hoc quoque cum his quæ diximus congruere, assuefaciente nos legumlatore, non esse deum interpellandum in occupatione & obiter, sed cùm tempus est nobis, & otiosi sumus. Ex huius- 39
modi uerò institutione in rem diuinam adeò urbs ad māsuetudinem & quietem redacta est, & ita Numæ uim admirata, ut & absurdos, ac per id fabulis quamsimillimos rumores admitteret, existimarétque nihil esse neque ab ratione alienum, neque quod, ubi ille uellet, minus fieri posset. Itaque (ut aiunt) cùm nonnullos ciues Numa ad conuiuium inuitasset, uasáque abiecta, & cœnam admodum uilem ac plebeiam apposuisset, iam illis cœnare incipiētibus, ubi sermonem iniecisset, quòd ea dea, cui ipse congrederetur, ad se uenerit, subitò domum pretiosis refertam poculis, & mensam omnifariam obsoniis apparatúque magnifico plenam ostendisse. Verùm omnē id absurditatem excedit, quod de congressu cum Ioue tradunt. Fabulantur enim, in Auentinum collem, cùm neque adhuc urbis pars esset, neq; habitaretur, sed largos fontes opacáque arbusta in se haberet, duos dæmones Picum Faunúmque incedere,

Diuina authoritas Numæ.

per

per cætera quidem satyrorum Titanúmue generi similes, medicaminum autem ui & diuinis in rebus magicæ acrimoniæ: eos dicunt eodem modo Italiam metientes
40 peragrare, ut ij quos Græci Idæos Dactylos appellāt. Hos igitur ab Numa captos ferunt, qui uino & melle fontem ex quo bibere consueuerant, temperarat: captos uerò in multas uerti species, suámque naturam exuere, & monstrosas formas uisúque terribiles prætendere. Sed posteaquam tenaci ineuitabilíque ui se comprehensos sensere, cùm alia futura multa prædixisse, tum eam fulminum lustrationem edocuisse, quæ in hanc usque tempestatem per cepas fit & crines & menides pisciculos. Quidā autem dicunt non eos dæmones lustrationem edocuisse, sed ab illis arte magica Iouem accersitum: quare iratum deum Numæ imperasse, oportere lustrationem capi-
41 tibus fieri. Cùm uerò Numa subdidisset, ceparum? Ioué dixisse, hominum. Cùm Numa rursus inuertens præcepti acerbitatem interrogaret, capillis? respondisse Iouem, animatis. Et tunc Numam, piscículis menidibus, intulisse. Et hæc dicere ab Aegeria edoctum, atque deum quidem postea ἥλιον, id est, propitium abiisse, & locum ab illo Ilicium appellatum, & sic expiationem esse cōsummatam. Hæc igitur fabulosa pleráque ridiculis, ostendunt qua illius tempestatis homines mētes, quáque uenerationē, quam scilicet consuetudo eis indiderat, diuinitatem prosequerentur. Ipsum uerò Numam adeò diuina in re spes suas collocasse perhibent, ut cùm aliquando sibi de hostium aduentu atque incursu nuntiatum esset, subrideret, dicerétque, At ego sacrificio. Primum autem ferunt & Fidei & Termini templum cōdidisse, ac Fidem iusiurandum demonstrasse Romanis maximum, quo etiam nunc utūtur. Termino uerò qui meta quædam est & publicè & priuatim ad agrorum confinia, sacrificāt ani-
42 mantia: & id nunc quidem. Nam apud ueteres incruentum fuerat Numæ sacrificiū, quippe qui sapiētissimè docuisset, decere Terminalem deum nece purum esse, utpote qui pacis custos & iustitiæ testis sit. Videtur & omnino hic rex Romanum solum terminauisse, cùm Romulus noluisset mēsura proprij agri fateri alieni ablationem. Suas enim uinciri uires, si terminum obseruasset: sin minus obseruasset, se iniuriæ argui. At neque latum solum urbi fuerat ab initio, maiorémque eius partem armis sibi Romulus cōpararat. Et id omne Numa iis ciuibus qui pauperie premerentur, distribuit, quò & egestatem, quæ inferendæ iniuriæ causa sit, tolleret, ac populum ipsum ad agriculturam uerteret: sic enim is unà cum solo māsuefieret. Nam nihil ex omnibus studiis acrem adeò pacis celerémque amorem efficit, ut uita rustica, ubi & bellicæ audacię ad defendendā tuendámque rem propriā, robur perdurat & adest, & per
43 iniustitiā cupiditatémque plus assequendi licētia excisa est. Quamobrē cùm & agriculturam Numa sicuti pacis philtrum, immiscuisset ciuibus, magísque ut morum, quàm ut diuitiarum effectricem, eam artem adamasset, in partes agrum omnem diuisit, quas pagos appellauit, & sigillatim qui obseruarent, quíque circūirent statuit. Interdum quoque & ipse inspectans, & ex operibus ciuium mores coniectans, alios ad honores & secreta consilia promouebat, inertes uerò & negligentes uituperans & abiiciēs castigabat atque instituebat. Ex aliis autem eius institutis, multitudinis pro opificiis distributio maximè in admiratione habetur. Nam cùm ciuitas duobus ex populis (ut dictum est) cōstare uideretur, quin diuisa potius foret, ac nullo pacto una esse uellet, neque fieri posset ut factio simultásque deleretur, sed offensiones assiduas & partium contentiones pateretur: cùm animo secum Numa uersasset, solere homines ea corpora, quæ & diuersa natura & dura sunt, perfringendo & diuidendo commiscere, quippe quæ ex paruitate illa cōueniant inter se magis, statuit in partes plures cunctam multitudinem rescindere, ut ex iis in alias contentiones cùm iniecisset, prioreni & magnam illam in minores disseminatam penitus tolleret. Fuit autē pro
44 artibus ea distributio, Tibicinum, aurificum, architectorum, tinctorum, cerdonum, coriariorum, fabrorum, figulorum. Reliquas uerò artes simul colligēs, unum ipsum

Admirāda in coercēda multitudine industria.

ex omnibus corpus reddidit, ſocietates & conuentus, ac deorum honores cuilibet
generi pro dignitate impartiens. Tum primùm illud amouit ex urbe, dici haberíque
alios Sabinos, alios Romanos, & illos Tatij, hoſce Romuli ciues. Itaque ea diuiſio
fuit perpulchra quædam omnium inter ſeſe compoſitio atque commiſtio. Laudatur
etiam ex eius inſtitutis emendatio eius legis, qua patribus filios uendere permittebatur, illos interuertentibus, qui uxores duxiſſent, ſi patre approbante iubentéque nu-
ptiæ factæ eſſent. Graue nanque & iniquum exiſtimauit, eam mulierem ſeruo cõgredi, quæ ut libero nupta eſſet. Præterea cæleſtium rerum ſtudium Numa attigit, non 45
accuratè quidem, ſed neque omnino imperitè tamen: nam Romulo regnante præter
& rationem & ordinem menſibus utebantur, alios quidem neque dierum uiginti,
alios quinque & triginta, alios uerò plurium ſupputantes. Lunæ autem ſolíſque inæ-
qualitatis cognitionem habebant nullam, ſed unum duntaxat obſeruabant, ut dies
Macrob. 1. Saturnal. 13. trecentos & ſexaginta annus cõtineret. Numa uerò inæqualitatis uiciſſitudinem die-
rum undecim fieri colligẽs, ut lunaris trecentos quinquaginta quatuor haberet dies,
ſolaris uerò trecentos ſexaginta quinque, undecim hoſce dies duplicans, adiecit ad
annum in menſe Februario embolemum, hoc eſt, intercalarem, quem Mercedinum
Romani uocant, erátque dierum duorum ac uiginti. Equidem quam his adhibuit,
inæqualitatis medela ea tunc fuit, quæ maioribus olim curationibus indigeret. Mu- 46
tauit & menſium ordinem. Martium enim, qui primus erat, tertium fecit: primum
autem Ianuarium, qui erat undecimus ſub Romulo: duodecimum uerò & ultimum
Februarium, quo nunc ſecundo utuntur. Multi etiam ſunt qui duos hoſce mẽſes ad-
ditos à Numa inquiunt, Ianuarium atque Februarium. Ab initio enim decem men-
Annorum diuerſitas. Pomp. Mela de Aegyptiis. ſium in uſu annum extitiſſe, ueluti quidam ex Barbaris trium, ex Græcis autem qua-
tuor Arcades, ſex Acarnanes menſiũ anno ſunt uſi. Aegyptiis menſtruus annus fuit,
deinde menſium quatuor, ut aiunt: quare qui uel nuperrimè eam regionem incolue-
rint, uetuſtiſſimi uidentur eſſe, annorúmque incredibili multitudine in familiarum
deductionibus differunt, quippe qui menſes in numerum annorum collocẽt. Quòd 47
autem Romani mẽſes decem in annum ordinarint, & non duodecim, coniecturam
affert ultimi appellatio: eum enim Decembrem etiam nunc uocãt. Quòd autẽ Mar-
tius primus in ordine uocabatur, obſcurum non eſt: nam quintum ab illo Quinti-
lem, ſextum Sextilem nominabant, ac reliquos deinceps ſingulos eodem modo.
Nam Ianuario Februarióque ante Martium poſitis, contingebat menſem illum
Quintilem dici quidem, ſeptimum uerò numerari. Præterea uerò non erat à ratione
alienum, Martium qui Marti à Romulo ſacratus ſit, primum nominari: ſecundum
uerò Aprilem, quòd Aphrodites, id eſt, Veneris habeat cognomentum, quo menſe
& deæ ſacrificant, & ad Calendas mulieres myrto coronatæ lauant. Quidam uerò
non ex Aphrodite nominatum Aprilem dicunt, ſed quemadmodum ſimplex ſe no-
men habet, Aprilem menſem uocatum, quoniam uerna temperie arridente, planta-
rum aperiantur germina. Maium quidem à Maia uocant: eſt enim Mercurio ſacer.
Iunium uerò ab anni tempore. Sunt etiam qui hoſce ab ætate maiore & iuniore co- 48
gnominatos dicant. Reliquos autem ſigillatim ab ordine quaſi numerantes nomi-
nauere, Quintilem, Sextilem, Septembrem, Octobrem, Nouembrem, Decembrem.
Poſtea Quintilis à Cæſare qui Pompeium ſuperauit, Iulius: Sextilis uerò ab eo qui
Septembrem & Octobrẽ, Germanicum & Domitianum appellauit. Sueto-nius. Auguſtus cognominatus, ſecundus imperauit, nomen accepit. Reliquos autem de-
inceps duos Domitianus ſuis ſibi cognomentis aſciuit, neque id diu, ſed qui rurſum
illo iugulato ſua reſumpſerunt nomina: itaque alter September, alter October ap-
pellantur. Soli poſtremi duo appellationem ab ordine, ſicuti ab initio habuere,
ſeruarunt. Qui uerò à Numa additi mutatíue ſunt, Februarius quidem, ueluti lu-
ſtrationis expiationíſque menſis quidã ſit: etenim ipſa dictio hoc propriè ſignificat,
ac nouo tunc ſacrificant germine, & Lupercaliorum celebritatem, quæ plurimùm
luſtrationi

luſtrationi eſt proxima, peragunt. Ianuarius autem qui primus eſt, ab Iano dicitur.
49 Martium uerò quaſi à Marte cognominatus ſit, eò è prima ſede tranſtulit Numa (ut
arbitror) quoniam in omnibus uellet rem urbanam bellicæ in honore præferri. Ia-
nus enim apud ueteſtiſſimos illos ſiue genius ſiue rex fuerit, dicitur ferum & ſylue-
ſtrem cultum in urbanum ciuilémque mutaſſe, proindéque ipſum bifrontem fin-
gunt, tanquam alteram ex altera & formam diſpoſitionémque reddiderit. Eſt & eius
templũ Romæ duabus portis, quod belli ianuam uocant. Legitimũ enim eſt ipſum
aperiri, cùm bellum ſit, in pace autem claudi: quod certè difficile aut etiam rarò fa-
ctum, cùm aliquo bello ſemper imperium ſuſpenſum teneatur. Nam cùm propter
eius magnitudinem barbaris nationibus undíque circunfuſum ac ſeptum eſſet, his
repugnare cogebatur. Veruntámen Auguſto Cæſare imperante, poſt Antonij profli-
gationem clauſum eſt, & antea M. Attilio & T. Manlio conſulibus, haud multùm *Liuius 1.*
50 temporis: deinde continuò ingruẽte irrumpentéque bello apertum eſt. At Numa re-
gẽ neque ullum diem apertum uiſum, ſed tris & quadraginta annos continuos clau-
ſum manſit, uſqueadeo bellicas res undique prorſus abſtulit, amouit, perdidit. Non
enim Romanorum populus modò regis iuſtitia & modeſtia, ad manſuetudinem ac *Sapientiæ Numæ uis quãta.*
pacis amorem traductus eſt, uerùm etiam urbes uicinas, quaſi aliqua inde ſe aura ſa-
lubríue ſpiritu ferẽte, mutationis principium cepit, & in omnes deſiderium influxit
tranquille placatéque uiuendi, & colendæ terræ, & nutriendorum in quiete pignorũ,
uenerandorúmque deorum. Feſtiuitates autem & cõuiuia, & eorum qui ſecure ſe in-
uicem adirent, miſtímque uerſarentur, hoſpitalitates, ac benignæ exceptiones, Italiã
tenebant, perinde atque è fonte Numæ ſapientiæ in omnes honeſta iuſtáque influe-
51 rẽt, & illius animi ſerenitas in uniuerſos diffunderetur. Quapropter & ſuperlationes
poeticas ad eius temporis ſtatum congruiſſe dicunt:

Hîc ſitus & facto conſumit aranea nido
Ancipites gladios, & longo cuſpide pila,
Nec tuba terribili ſomnos interſtrepit ore.

Nam neque bellum, neque ſeditio, neque tumultus rege Numa in repub. fuiſſe tradi-
tur. At neque aduerſus eum ullæ uel inimicitiæ uel inuidia, ſeu ob regnãdi cupidita-
tem inſidiæ, uirorum conſpiratio. Sed ſiue deorum metus, qui uiri curam habere ui- *Tanti ſucceſſus cauſæ.*
derentur, ſiue uirtutis uerecundia, ſiue diuina fortuna quędam, omni uitio illibatam
purámque hominum uitam ſub illo ſeruans, perſpicuum exemplum ædidit, atque
coniecturam Platonicæ illius uocis, quam ille non paruo temporis curriculo iunior
de repub. emittere auſus eſt: Vnam malorum quietem eſſe ſolutionémque hominibus, *ὀπτάσια.*
ſi ex diuina quadam ſorte philoſophico animo regia poteſtas coniungatur, quę
52 uirtutem uitij uictricem ſuperiorémque conſtituat. Sapiens enim ipſe profectò bea-
tus eſt: beati etiam illi ſunt qui uerba ex ore ſapientis profluentia audiunt. Ferè enim
neque ulla ui ſibi, neque minis aduerſus multitudinem opus eſt. Ipſi etiam manife-
ſto in exemplo, & in clara uita principis uirtutem intuentes, & ultrò continentiæ ac
ſapiẽtię ſtudent, & cum iuſtitia & moderatione ad probatam ac beatam uitam amí-
cè inter ſeſe ac concorditer cõformantur, ubi totius pugnæ auxiliíque pulcherrimus
finis eſt: atque is omnium auguſtiſſimus eſt, qui hanc uitam & hunc affectum ſubdi-
tis inſerere quiuerit. Hæc igitur Numa longè melius quàm alius quiſquam uidetur
conſpexiſſe. Quos autem filios is habuerit, quáſque uxores duxerit, diſſentiunt rerum *Liberi.*
geſtarum ſcriptores. Alij nanque neque aliam eum uxorem quàm Tatiam accepiſſe,
53 neque alterum filium, præter unam filiam Pamphiliam, habuiſſe dicunt. Alij præter
hanc, filios quatuor ei adſcribunt: Pomponem, Pinum, Calpum, Mamercum: quorũ
quemlibet ſucceſſionẽ familiæ honeſtúque generis reliquiſſe. Fluxiſſe nanque à Pom-
pone Pomponios, à Pino uerò Pinarios, à Calpo uerò Calpurnios, à Mamerco autem
Mamercios: quos ob hãc rem & reges cognominatos eſſe. Tertij autem ſunt qui hos

reprehendant, utpote quos familiis gratificatos inquiunt, & his non uera ſucceſſionis ab Numa inſignia addidiſſe. Pompiliam uerò non ex Tatia natam, ſed ex altera uxore Lucretia, quam non priuatus, ſed iam rex duxerat. Omnes autem conſentiunt Pompiliam Martio nuptam. Martius uerò ex illo Martio natus eſt, qui Numam ad regnum ſuſcipiendum induxit. Etenim ſecum unà migrauit Romam, & ordine ſenatorio ornatus eſt, ac poſt obitum Numæ cùm in regni diſceptationem cum Hoſtilio ueniſſet, ſuperatus ſe uita priuauit. Eius uerò filius Martius cui Pompilia nupta 54
erat, Romæ commoratus Martium Ancum genuit, qui poſt Tullum Hoſtilium regnauit. Hoc, ut fertur, quinquenni relicto diem obiit Numa, non celeri, neque repentino obitu, ſed ſenſim ſenio ac leni deficiens morbo, ut ſcripſit Piſo. Obiit autem nõ longè octogenario maior. Oſtenderunt ex ſepultura uitæ eius deſiderium. Nam tum

Obitus non diſſimilis uitæ ſuperiori.

Honor quis mortuo habitus.

ſocij & amici populi publicis ſimul concurſibus & coronis ad inferias conuenere, tũ Patritij lectum ſuſtulerunt, tum deorum immortalium ſacerdotes & præſentes fuere & deduxerunt, tum denique reliqua turba miſtis fœminis ac pueris, non ut regis ſenioris exequiis aſſiſtẽtes, ſed ueluti ex clariſſimis aliquem, quem in ætatis flore deſiderarint, ſinguli ſepeliſſent, cum eiulatu & fletibus ſunt ſecuti. Atqui cadauer igni 55
haud dedẽre, quoniam is cauiſſet, ut dicitur: ſed duabus arcis lapideis factis, eum ſub Ianiculo cõdidere, quarum altera habebat corpus, altera libros ſacros, quos ipſe ſcripſerat, quemadmodum tabulas Græci legum conditores conſueuerunt. Cùm autem adhuc uiuus ſacerdotes quæ ſcripſerat edocuiſſet, & eis habitum omnium mentémque impreſſiſſet, iuſſit ſacros libros cum corpore ſepeliri, quaſi non rectè inanimis literis arcana ferrentur. Qua quidem ſententia aiunt, neque Pythagoricos literis commentaria præceptáque mandare, ſed ipſorum memoriam atque diſciplinã ſine ſcriptis dignis uiris inſerere. Cúmque eorum traditio præceptorum, quæ in Geometria ambigua ſecretáque dicuntur, cuipiam indigno ædita eſſet, portendere ſignificaréque dicebant, ut magno quodam & communi malo ac pernicie, numen admiſſum ſcelus atque impietatem ulciſceretur. Itaque magna his uenia danda eſt, qui eodem tempore Pythagoræ Numam in tanta rerum ſimilitudine congreſſum eſſe contendunt. Antias autem tradit duodecim libros de iure pontificio, duodecim uerò alios 56

Monimenta relicta.

Græcos de diſciplina ſapientiæ, in arcam repoſitos eſſe. Cùm autem quadringẽti ferè anni præteriiſſent, P. Cornelio, & M. Bebio conſulibus, magno imbrium facto impetu, tumulóque diruto, arcas ui inundationis excuſſas, decidentibúſque operculis, alteram quidem uiſam inanem prorſus, neque partẽ ullam, neque reliquias corporis habuiſſe: in altera uerò cùm libri mueti eſſent, eos legiſſe dicitur Petilius, qui per id temporis Prætor erat, ad Senatúmque retuliſſe, nõ uideri ſibi neque fas neque piũ, ut quæ in libris ſcripta eſſent, audirentur à multitudine, proindéque delatos illos in

Sententia.

comitium igni tradidiſſe. Nempe iuſtos omneis ac probos uiros maior inde poſt obitum laus ſequitur. Inuidia nanque non diu ſuperſtes eſt, ante pleroſque etiam ea interit. Prætérea illius gloriam, regum poſteriorũ calamitates clariorem illuſtriorémque fecere. Nam cùm quinque poſt illum regnauerint, poſtremus ex imperio excidẽs 57

Gloria regum cæterorũ cõparatione.

in exilio conſenuit. E reliquis uerò quatuor, nemo naturali morte defunctus eſt, ſed tres inſidiis circunuenti necati ſunt. Hoſtilius uerò Tullus qui Numæ ſucceſſit in regnum, & plurima ex illius honeſtis facinoribus, in primíſque ac potiſſimùm pietatẽ in deos, irriſionibus & contumeliis inſectatus, uti rem inertem & muliebrem, ciues ad bellum uertit. Neque ipſe igitur audacibus hiſce ac ſtultis facinoribus inſtitit, ſed graui & uario morbo mutata mente, in deorum metum atque religionem conuerſus eſt, quæ nulla tamen ſimilitudine ad Numæ pietatem accederet. Quinetiam eo magis alios huiuſmodi morbo infecit, quòd fulmine ictus conflagrauit, ut fertur.

Valer. Max. lib. 3. cap. 4.

Idem lib. 9. ca. 1. Verg. 6. Aeneid.

NVMAE ATQVE LYCVRGI COMPARATIO.

58 SEd poſteaquam Numæ & Lycurgi uitam expoſuimus, hiſce in medio poſitis, etſi difficile opus ſit, non tamen piguerit ipſorum differentias colligere. Nam quæ his communia pariáque ſunt, ex ipſis rebus apparent: ueluti uirorum continentia, pietas, ciuilitas, diſciplina, ut uterque initium unum legum condendarum à diis ſumpſerit. Quibus autem priuatim bonis uterque præſtiterit, primùm Numa quidem accepit imperium, Lycurgus uerò tradidit. Et alter cepit id haud petens, alter cùm poſſideret reſtituit. Ac Numam quidem ex priuato & peregrino, dominum alij ſibi conſtituêre: at Lycurgus ex rege ſeſe priuatum fecit. Pulchrum eſt certè regnum ſibi iuſtitia comparaſſe, pulchrum eſt etiam iuſtitiam regno prętuliſſe. Virtus enim illuſtrem adeò illum reddidit, ut dignus imperio habitus ſit: hunc uerò ita magnum effecit, ut imperium cõtempſerit. Quod autem ſecundum eſt, quemadmodum harmonici lyras ſolent, Lycurgus diſſolutam & deliciis deditam Spartam intendit: Numa uerò Romæ uehe-

Communes uirtutes.

Diuerſa facta præclara utriuſque.

59 mentiam intentionémque remiſit. Difficultas quidem operis Lycurgo additur: non enim thoraces exuere, enſéſque deponere ciuibus ſuadebat, ſed aurum argentúmque dimittere, & ſtrata pretioſa, ac menſas eiicere: neque à bellis celebritatum ſacrificiorúmque cauſa deſiſtere, ſed cœnis compotationibúſque omiſſis, in armis & palæſtris laborari & exerceri. Quapropter gratia & ueneratione quadam alter omnia ſuadendo perfecit, alter autem inter pericula atque ictus uix obtinuit. Manſueta igitur benignáque Muſa Numæ, qui ad pacem & iuſtitiam ciues ex intemperantibus & feruidis traduxit ac leniuit. Si uerò quod de mancipiis dicitur, inter Lycurgi inſtituta quis ponere nos coegerit, ſæuiſſimum illud quidem & iniquiſſimum facinus, longè Numam prudentiorem & humaniorem legumlatorem extitiſſe dicemus, qui dum etiam manifeſtè ſeruos cum heris ſimul in Saturnalibus epulari conſuefeciſſet, liberi

60 honoris iis guſtum præbuit. Etenim unum ex Numæ inſtituris eſſe dicunt, quòd ad annuas fruges perfruendas, eos quibus unà operariis eſſet uſus, aſſumeret. Quidam autem monumentum id ſeruari fabulantur Saturnalis illius æqualitatis, quaſi nemo ſeruus, nemo herus, ſed cognati omnes & æquè digni putarẽtur. Omnino autem uidetur ad frugalitatem uterque & continentiam multitudinem æquè egiſſe. Ex aliis autem uirtutibus Lycurgus fortitudinem magis, Numa uerò iuſtitiã uidetur coluiſſe, non ob aliã cauſam, niſi quòd ob propoſitarum utrique rerumpub. diſſimilem uel naturam uel conſuetudinem, diſſimili ſtudio opus fuit. Nam neque Numa rem bellicam præ metu diſſoluit, ſed ne ſui iniuriam inferrent: neque Lycurgus ad iniuſtitiã bellicoſos homines inſtruxit, ſed ne iniuriam paterentur. Ambo apud ſuos ciues, & quod nimis eſſet auferendo, & quod parũ ſupplendo, magnis uti mutationibus cõacti ſunt. Atqui diſtributionis in ordines, diuiſioníſqne rerumpub. & popularis nimis

61 Numæ mutatio, & plurimùm multitudini grata, qui ex aurificibus, tibicinibus, ac cerdonibus, promiſcuum quendam & uarium admodum populum reddiderit. At Lycurgi auſtera & ſenatoria, quæ in ſeruorum & accolarum manus conuerterit uulgares artes, ciues autem ipſos ad clypeum & haſtam coegerit, belli opifices, Martíſque miniſtros: aliud uerò neque ſciẽtes neque meditantes quàm parẽre principibus, ex hoſtibus uictoriam reportare. Nam neque rei pecuniariæ ſtudere liberis hominibus licebat, quò liberi prorſus per omnia eſſent: ſed quod ad res parandas pertineret, ſeruis ac mancipiis datum erat, ueluti cœnæ & opſonij miniſterium. Numa uerò nihil huiuſmodi diſcernit, ſed militares auiditates abſtulit: alium uerò quæſtum haud uetuit, neque huiuſmodi amouit inęqualitatem, ſed ad ſummum uſque diuitiis pro-

Seuerius Lycurgi inſtitutum, ſed æquius.

62 gredi permiſit. Et pauperum curam, quorũ magna multitudo conflaretur, & in urbẽ influeret, nullam habuit: cùm ſtatim ab initio decuiſſet, cùm nõdum magna impa-

ritas esset, sed par substantia, & similes ciues inter se forent, eos sicuti Lycurgus, & instruere aduersus immodicum appetitum, & ea cauere detrimenta quæ non minima secuta sunt, sed quę plurimorũ maximorúmque malorum, quæcunque inuecta sunt, semẽ principiúmque præbuerint. Soli autem distributio neque facta Lycurgo uituperationem affert, neque Numæ non facta. Alteri enim ipsa æqualitas sedem fundamentúmque reip. præstabat: hæc autem quoniam sortitio recens esset, nullam aliam diuisionem inducere cogebat, neque mouere primam distributionem, quæ, uti consentaneum est, suis locis maneret. Cùm connubiorum educandorúmq; liberorũ illa communio, utriq; uiro uxoriæ pudicitiæ suspicionem ritè ac ciuiliter amouisset, non per omnia in eandem rem consenserũt: sed Romanus quidem uir, cùm satis sibi filij educati essent, alterius suasionibus qui filiis indigeret, uxorem, cuius dedendæ recipiendæq; ius haberet, cedebat. At Lacon, quæ domi apud se esset, manente etiã con- 63
nubio in antiquo iure, uxorem ei impertiebat, qui ad sobolem suscipiendam suasisset. Multi quoque, ut dictum est, uel exhortando rogandóque eos ultro accersebant, è quibus putassent maximè formosos pueros ac probos nasci. Quæ igitur alia discretio institutionum huiusmodi, nisi fortis in hisce ac uehemens erga nuptam æquanimitas? quæ profectò & perturbant plurimos, atque ad uiuendum inter dolores ac zelotypias admodum incendunt & stimulant. In illis autem Numæ tanquam erubescens & pudibunda * humilitas quædam ueluti uelamen desponsionem cõiugij obtendit, & eam communionem intolerabilem fatetur. Præterea & custodia uirginum 64
Numæ, magis ad muliebre ingenium atque uerecundiam, cohibita est: At Lycurgi uirgo omnino etiam aperta, & fœmina, de se poetis dicẽdum præstitit. Nam & φαινομηρίδας à patentibus femoribus eas appellant, ut Ibicus: & ἀνδρομανεῖς, quòd uiros insaniant, ut Euripides inquiens: Domos aperto cum iuuẽta femore Peplis solutæ destruunt eæ funditus. Nempe enim tunicæ uirginalis pinnæ, cõsutæ nõ erant ab inferiori parte, sed aperiebantur, simúlque nudabant totum femur incessu. Quam quidem rem perspicuè dixit Sophocles hisce uersibus:

Cõtraria facta ex causis defendũtur contrariis.

In disciplina sexus muliebris lõgè Numa præstat.

** ἀτυφία.*

Καὶ ταὶ νέορτιν ἅστ' ἄστολος χιτὼν
θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν, πτύσσεται Ἑρμιόναν.

Quapropter & audaciores dicũtur esse, & in ipsos uiros in primis uiriles, utpote quæ tum negotiis domesticis prorsus dominentur, tum in publicis & sententiam dicant de maximis rebus, & authoritatem habeant. Numa uerò eam nuptis apud uiros di- 65
gnitatem honorémque seruauit, quam à Romulo habuissent, cùm raptæ delenirentur obsequiis: sed pudoris iis plurimùm adiecit, curiositatem remouit, sobrietatem docuit, tacere, & abstemias prorsus esse, neq; de necessariis rebus, absente uiro, quicquam loqui eas assuefecit. Fertur igitur cùm mulier aliquando propriam causam in foro dixisset, misisse Senatum deos consultum, quidnam ciuitati ea res portenderet. Atque obedientiæ quidem ac mansuetudinis earum permagna est coniectura, malarum memoria. Nam sicut apud nos historici primos scribunt, qui uel ciuilem necem perpetrarint, uel bellum fratribus intulerint, uel patrem matrémue necarint: ita Romani memoriæ tradiderunt, Spurium Coruinũ primũ extitisse, qui post urbem cõditam ducentesimo trigesimo anno, cum uxore diuortiũ fecerit, cùm nihil prius huiusmodi factum esset. Prima quoque Pinarij uxor Talea nomine, Tarquinio su- 66
perbo regnante, aduersus Gitaniam eius socrum iurgium fecit: usqueadeo honestè ac decorè, quę ad nuptias pertinerent, ab legumlatore constituta fuerant. Quę autem de ætate nubili ambo tradiderunt, reliquæ uirginum institutioni congruunt. Nam & Lycurgus maturas illas & uirorum appetentes desponsat, quò congressus expetente iam tum natura, gratiæ sit beneuolentiæque principium magis, quàm odij ac metus aduersus illos, si ante tempus uiolentur: tum etiam corporibus robur insit ad conceptus partúsque dolores perferendos, perinde atque ob aliud nihil illis nubentibus, quàm

Nubẽdi tempus diuersum, et utriusque ratio.

quàm ad sobolẽ procreandã. At Romani duodẽnes & iuniores etiã illas nuptui tradunt, sic enim maximè & corpus & indolẽ purã & illibatã uiro pręstari posse. Itaque liquidum atque perspectum est, illam quidẽ ad procreationem prolis magis sequi
67 naturam, sed hæc ad uitæ cõtuberniũ moribus formandis accõmodatior est. Atqui de liberorum gubernationibus & cõsiliis & institutionibus & societatibus, præterea & circa cœnas & gymnasia & ipsorũ iocos, diligentioribus tum studiis tũ ordinibus, Lycurgus præstãtiorem legem quouis alio legũlatore tulit, nihil parentũ aut desideriis aut necessitatibus indulgens, ut pro uoto liberos instituerent, siue quis filiũ uellet agricolari, siue fabricare nauim, aut fabrũ docere, aut tibicinẽ: ceu non ad aliquẽ unũ finem agi ab initio iuuenes deberent, ac moribus iisdẽ uti, sed ueluti uectores in nauim alius alio ex usu atque sententia uenientes, in periculis solùm priuati metus causa, in cõmune consulunt, aliàs uerò quilibet rem suam attendit. Ac plurimis quidem legũlatoribus indignũ est crimini dare, si quid aut ignorantia aut imbecillitate omiserint: Viro autẽ sapienti, qui populi nuper constituti & ad nihil reluctãtis imperiũ suscepisset, cui rei prius studendũ fuit, quàm filiis educandis, exercendísq; iuuenibus, quò neq; diuersi, neq; turbulenti moribus fierent, sed ad unũ aliquod cõmune uirtu-
68 tis uestigiũ statim ab initio compositi formatíq; inuicẽ congruerent? Quod certè cùm in aliis rebus plurimis, tum in conseruandis legibus Lycurgo profuit: minimus enim iusiurãdi metus extitisset, nisi disciplina & institutione ingeniis puerorũ leges ueluti infudisset, & cum alimento unà affectum reip. conciliasset. Quo factum est, ut supra quingentesimũ annũ ualidissima illius cõstitutionis & maxima perdurarint, quippe cui ueluti color uehemens & acer inustus esset. Qui uerò ciuilis cõstitutionis finis fuerat, ut in pace & amicitia Roma existeret, extemplo cum Numa unà defecit: ac post illius obitũ, ubi iam templo, quod ipse clausum usque tenuerat, ad bellum, quasi illic detrusum esset, sedandũ placandúmque, utrinq; patefecissent ianuas, sanguine atque cadaueribus Italiã cõpleuere. Et ne parũ quidẽ temporis pulcherrimus status iustissimúsq; permansit, utpote qui disciplina careret, qua mutuo beneuolentiæ fœdere de-
69 uinciretur. Quid igitur, quispiã dixerit, nonne ad summũ usq; in melius Roma rebus bellicis processit? Quæstio est prolixa responsione egens, ad eos præsertim homines, qui summũ bonũ in diuitiis & deliciis & imperio magis, quàm in salute & mansuetudine, & in ea quæ cum iustitia sit frugalitate, & ponat & locet. Quinetiã id Lycurgo opitulari uideatur, quòd Romani, ubi statũ quẽ sub Numa habuerant, immutassent, mirificè rebus excreuerunt: Lacedæmonij uerò quamprimũ Lycurgi sanctionẽ excessere, è maximis humillimi sunt effecti, Græcorúmq; amisso imperio, periclitati sunt propriũ quoq; solum amittere. Sed illud in Numa magnum est & diuinũ profectò, quòd peregrinus accersitus in regnũ fuerit, & omnia suadendo immutarit, & urbi quæ nondũ conspirarat, dominatus sit: neque aut armis aut ulla eum ui uti oportuerit, ut Lycurgus aduersus populi optimates egit: sed sapientia tantùm & iustitia cunctos coegerit atque composuerit.

Educandis liberis & uictu præscribẽdo, Lycurgus melior multò. Aristot. 8. polit.

Ab euentu probat.

Vis disciplinæ quanta; perspicuum exemplum.

Obiectio.

Felicitas Numæ maior, aut certè gratia.

Solon.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 DIdymus grammaticus in commentario * tabularum Solonis ad Asclepiadem, Philoclis cuiusdam sententiam posuit, in qua Solonem, præter aliorum opinionem quicunque Solonis meminerunt, Euphorione patre natũ affirmare uidetur. Ex Ecestide enim ipsum genitum omnes uno ore consentiunt, qui uir quidem medium ciuium ordinẽ obtinuit, generis uerò nobilitate ciuitatis facilè prin-

** ἀξόνων. uide Suidam.*

Genus.

ceps. A Codro enim originem ſanguinis habuit. Matrem autẽ Solonis tradidit Heraclides Ponticus cõſobrinam Piſiſtrati matris fuiſse. Fuit autem inter eos amicitia, tum propinquitate, tum maximè ex uitæ conſuetudine, quibus ferunt quidam Solonem uehementer Piſiſtratum adamaſſe. Qua ex re factum eſt, ut cùm poſteriori tempore de republica in diſſenſionem ueniſſent, nihil durum, nihil immite eorum inimicitiæ importaret, ſed eadem amicitiæ iura in eorum ſemper animis inuiolata manerent. Tantùm apud eos prioris amicitiæ recordatio & gratia ualuit, ut incenſam adulto & corroborato igni facem perpetuò ſeruarent. Solon igitur cùm eius pater, ut tradidit Hermippus, ad humanitatem ac beneficentiã propenſus patrimonium minuiſſet, nec unquam tamen deeſſent, qui eum ſuis opibus ſuſtentare uellent, ſed ne ab aliis acciperet, pudor quidam deterreret, ut qui ex ea familia natus eſſet, quæ ſubuenire aliis conſueuerat, adhuc admodum iuuenis ad mercaturam ſe contulit. Sunt tamen nonnulli qui Solonem dicant peregrinationem huiuſmodi ſuſcepiſſe periclitãdi atque uidendi magis, quàm lucri cupiditate impulſum. Sapientiæ enim fertur aprimè ſtudioſus fuiſſe, quippe qui cùm grandior iam natu foret, dicere ſolitus eſt, ſe multa quotidie diſcentem ſeneſcere. Diuitias autem minimè mirabatur Solon, ſed aiebat nihil differre eum, qui uim magnam auri atque argenti, agri iugera, mulos item equos & iumenta poſſideret, ab eo cui hæc ſola eſſent, ſcilicet ut uentri, ut lateri, ut pedibus ſit bene: cuíque ſit amaſius & amaſia, modò huc accedat uigor corporis, tum occaſio ſe addat, quæ concentum harum rerum faciunt. Et alio in loco: Pecunias quidẽ habere deſidero, per iniuriam autem parare nolim: omnino enim in poſterum pœna conſequitur. Prohibet autem nihil bonum uirum egregium ciuem nec affluentiæ rerum nimiè luxorioſéque ſtudere, nec opportunitatem neceſſitatémque contemnere. Temporibus autem illis, ut inquit Heſiodus, nullum opus ignominia erat, nec ullus artis delectus atque diſcrimen. Mercatura uerò ad barbarorum neceſſitudines regúmque amicitias comparãdas plurimùm ualere putabatur: ex eadẽ quoque homines multarum & maximarum rerum uſum experientiámque percipere, è quibus nonnullos conditores maximarum urbium extitiſſe, ut Maſſalias primus, qui à Celtis iuxta Rhodanum maximè obſeruatur. Thaletem quoque, & mathematicũ Hippocratem exercuiſſe mercaturam ferunt. Platoni etiã olei in Aegypto exportationem, peregrinationis uiaticum ſuppetiiſſe. Solon igitur, ut profuſior & ſumptuoſior, & mollior eſſet in uictu, útque liberius ac licentius in ſuis poematis de uoluptatibus loquéretur quàm philoſophum deceret, ex illa mercatoria uitæ ratione accepiſſe dicitur, quæ cùm ex multis ac magnis periculis recipit ſeſe, animi quietem remiſſionémque repoſcit. Quòd autem tenuior, quàm locupletior eſſe uoluerit, ex his eius uerſibus perſpicuum eſt:

Tempus.

Patrimoniũ.

Studiũ ex fortuna comparatũ partim, partim ex natura.

Defendit cõditionẽ exẽplis.

Ariſtot. Polit. lib. 4.

Multi ditantur improbi, Probi autẽ pauperes fiunt: Verùm nõ permutabimus Diuitiis uirtutẽ quidem, Quoniã hoc ſtabile eſt perpetuum, Illud mutatur tempore, Aliàs aliter ſeſéq; habet. Eius uerò poeſis ab initio nihil graue aut ſeriũ habuit, ſed iocis potius (ut uidetur) referta fuit, ut facilè circũfluere atque abundare otio uideretur. Poſteriori autem tempore ſentẽtiis eam philoſophicis reſperſit. Suis quoque poematis ciuilium rerum permultas complexus eſt, nec id tam hiſtoriæ & memoriæ gratia fecit, quàm ut hortationes quaſdam, admonitiones, obiurgationéſque Athenienſibus adhiberet. Plerique autẽ affirmant Solonem tentaſſe leges edere uerſibus. Harum etiam principium huiuſmodi proferunt:

Doctrinæ genus.

Legibus his oro primùm rex Iuppiter adſit,
Fortunámque ferat felix, noménque ſecundet.

Eam autem moralis philoſophiæ partem, qua ciuilis ratio ac diſciplina continetur, ut plurimi tunc philoſophorum, potiſſimùm ſecutus eſt. Sed in phyſicis uehementer ſimplex fuit atque uetuſtus, quantùm ex iis eius ſcriptis facilè percipi poteſt:

Nube

Nube niues tenues & grando gignitur atra;
Et tonitrus alto fulgur ab axe ciet.
Flatibus aſſiduis miſcentur & æquora, quæ ſi
Non moueas, iuſtum nil magis eſſe queat.

Atque omnino Thaletis ſapientia tantùm eo tempore uiſa eſt contemplatione terminos neceſſitatis excedere. Cæteri autem philoſophi ex ciuili uirtute ſapientiæ nomen traxerunt. Dicitur autem in Delphis unà fuiſſe, ac iterum Corinthi, cùm eò ferè omnes communi Periandri accitu conueniſſent, conuiuióque ab eo excepti forent. Maximè autem eorum gloriam & authoritatem tripodis circundatio auxit, qui quaſi circuitu, conſuetudine, & quadam pro cõſuetudine ſubmiſſione per ſingulos iuit. Dicitur enim Cois piſcatorium rete trahentibus, Mileſios hoſpites iactum emiſſe ſic immanifeſtum: itaque aureum tripodem reti tractũ apparuiſſe, quem ferunt Helenã cùm è Troia nauigaret, quodam oraculo admonitã in his locis depoſuiſſe. Primùm igitur inter hoſpites & piſcatores de tripode cõtrouerſia exorta eſt. Deinde ſuſcipientibus ciuitatibus cauſam, quæ uſque ad bellum proceſſerat, utriſque à Pythia reſponſum eſt, ſapientiſſimo tripodem dari oportere. Primùm ad Thaletem Mileſiũ miſſus eſt, permittentibus Cois illi uni, ac largientibus id, cuius gratia cum uniuerſis Mileſiis antea bellum geſſerant. Cùm uerò Thales ſe ſapientiorem Biantem eſſe affirmaſſet, ad eum eſt delatus, ab eóque rurſus ad aliũ, ut ad præſtantiorem ſapientia uirum ueniſſe dicitur. Poſtea circumiens, atque ita per manus reuocatus, ad Thaletem ſecũdò peruenit. Ad poſtremum ex Mileto exportatus, Thebáſque aduectus, Iſmenio Apollini conſecrarus eſt. Verùm Theophraſtus aliter ſentit. Ait enim primùm in Prienam Biãti eſſe delatum, ſecundò in Miletum Thaleti iuſſu Biantis eſſe miſſum, ſicq; per omnes uadens, ad Biantem iterum reuertiſſe, tandem in Delphos eſſe aduectum.

Sapientũ cõgreſſus.

Hæc ſunt igitur omniũ ferè ſermone celebrata. In hoc tantùm diſſentiunt, quòd alij munus pro tripode, ij quidem phialam à Cræſo miſſam Bathidis poculum relictum fuiſſe aſſeuerant. Priuatim uerò Anacharſis Soloníſque, ac rurſus Thaletis cõgreſſus quidam & colloquia huiuſmodi fuiſſe memorantur. Anacharſis enim Athenas Solonis domum acceſſiſſe fertur, oſtiúmque pulſaſſe, nuntiaſséque ſe peregrinum eſſe, coniungendæque cum eo amicitiæ atque hoſpitalitatis gratia adueniſſe. Reſpondẽte Solone, domi cõmodiorẽ eſſe amicitiæ firmandæ locum. Tum igitur Anacharſim dixiſſe ferunt: Domi amicitiã nobiſcũ & hoſpitalitatẽ ineas. Sic Solon eius ingeniũ admiratus, humaniter ac benignè hominẽ accepiſſe, eúmq; apud ſe poſtea quoddã tempus habuiſſe, cùm iam publica negotia tractare, & leges deſcribere aggreſſus eſſet. Quæ res cùm apud Anacharſim percrebuiſſet, impenſam Solonis, operam & ſtudium uehementer irriſiſſe, quippe qui exiſtimaret ſe iniurias ciuium ac cupiditates literis cõercere poſſe, quæ nihil ab aranearum telis differrent: ſed quemadmodum illæ, ſic hæ ex captis debiles atque imbecillos detinent, à potentibus autem atque locupletibus rumpuntur. Ad hæc Solonem reſpondiſſe dicunt: Conuentiones tamen & pacta homines ſeruare ſolere, quæ tranſgredi ex contrahentibus nemini cõducat: eodem modo ſe ita ciuibus leges accommodare, ut eas ſeruare, quàm non, utilius & ſalutarius omnibus eſſe uideatur. Verùm hæc nõ eum, quem Solon ſperarat, ſed quẽ Anacharſis cõiecerat, exitum habuerunt. Illud etiam, inquit Anacharſis, ſe maximè admirari, cùm concioni intereſſet, quòd apud Græcos homines ſapientes dicerent, ſtulti uerò iudicarent. Ad Thaletem uerò in Miletum Solon cùm ueniſſet, admiratũ eſſe, quòd ille nuptias & filiorum procreationem penitus contempſiſſet. Thaletem autem tunc quidem tacuiſſe, ſed paucis diebus interpoſitis, peregrinum quẽdã ſubornaſſe, qui ſe Athenis nuper decimo poſt diſceſſum die adueniſſe diceret, qui rogatus à Solone núquid noui Athenis eſſet, ut doctus erat, nihil aliud reſpõdiſſe, niſi quòd adoleſcẽtis cuiuſdam efferretur funus, ac ciuitas tota cõſecuta eſſet, quòd eius

Lucian. περὶ γυμνασίων.

pater in uirtute atque existimatione inter ciues primas obtineret, quem tunc minimè affuisse, sed iandiu ab urbe abfuisse dicerent. Væ illi misero Solonem dixisse. Sed quomodo ille uocabatur? Audiui (respondisse) nomẽ, sed memoria excidit, nisi quòd ob eius iustitiam ac sapientiam, omnibus esset in ore. Sic singulis responsis, Solonem in metum magis cõiecisse. Postremò iam turbato animo ac solicito, ipsum peregrino nomen subiecisse, contendisséque ab eo num illi ciui Soloni nomen esset. Annuente autẽ homine, cœpisse Solonẽ caput cædere, atque alia facere & dicere, quæ ab hominibus afflictis & calamitate aliqua perfunctis fieri solent. Tum Thaletem ridentem 11
his hominem aggressum ferunt: Hęc me, ô Solon, à nuptiis & à procreãdis liberis dehortantur, quæ te hominem fortissimum & constantissimum infringunt. Sed bono animo, spe optima confirmatus sis, nec huiusmodi te uerba commoueant, non enim uera sunt. Hæc Hermippus memoriæ mandata affirmat à Patęco quodam, qui Aesopi animam habuisse dicitur. Demisso igitur animo atque abiecto est, qui amittendi metu, rerum possessionem refugit: sic enim nec diuitiis ullus, nec gloria nec sapientia parta perfruatur, si ea quotidie auferri posse pertimescat. Etenim uirtutẽ ipsam, qua nulla possessio maior, nulla iucundior, uidemus morbis quibusdam ac medicamẽtis interdum auferri solere. Ipse autem Thales nihil magis ob hoc metu liberatus est, ni fortasse nulla neque amicorum, neque familiarium, neque patriæ charitate tangebatur: uerùm Cybistum (ut aiunt) ex sorore natũ sibi in filium adoptauit. Nec enim erat 12
cius animus omnino ab humanitate remotus, sed ut ad sentiendum, contemplandũ ac memorãdum optimè à natura institutus erat, ita in amore facilis & perhumanus. Infunditur enim semper aliquod externum, & naturali quadã ratione ingeritur iis, quibus priuatum aut domesticum nihil est, & ueluti in domum atque agrum uacuũ legitimis hęredibus serui alieni atque inquilini inuadunt & possidẽt, atque unà cum amore curam quoque & metum earum rerum grato animo induunt. Ex quo intueri licet homines natura duriores de coniugibus ac liberis differentes, eosdem tamen in ancillarum filiis ac pellicibus ita animo esse fracto, ut quòd desiderium eorum ferre non queant, in morbũ sæpissimè incidant, moriantúrque, & uoces humiles & effœminatas emittant. Alij ex canum atque equorum interitu turpiter & fœdè ad doloré se habuerunt. Alij cùm filios gnauos & probos amisissent, suum casum moderatè tu- 13
lere, nec sunt ob id ad aliquam turpitudinem deformitatémque prolapsi, sed reliquã uitam constanter sapientérque uixerunt: infirmitas enim ac debilitas, non amor & charitas, infinitos atq; immensos dolores & metus affert hominibus qui minus exercitati ratione, fortunę impetum ferre didicerunt, quibus nec re optata, etiam si adsit, perfrui licet, quòd amittendi in posterum metu, animo semper solicito sint atque suspenso. Decet autem nec pauperie sibi cõtra pecuniarum amissionem remediũ quærere, nec amicorum contemptu præsidium contra priuationem parare, nec filiorum inopia orbitati prospicere, sed omnia ratione consilióq; moderari. Sed hæc ad præsens satis superque esse uidẽtur. Cùm uerò Atheniẽsibus ex graui diuturnóque bello, quod cum Megarensibus pro Salaminiorum insula gesserãt, fatigatis, capitale apud eos esse cœpisset, si quis legem de uindicanda insula ferre auderet, eam labem atque ignominiam grauissimè tulit Solon. Cúmque intueretur plurimam iuuentutem ma- 14
ximè ad bellum spectare, sed ducẽ ei & authorẽ deesse: nam ipsam ne aggrederetur, legis metu deterreri: furere se simulauit, eáque fama ex eius domo tota urbe uehemẽter inualuit, Solonem desipere. Ipse interim cùm elegiam clàm edidicisset, exercuisséque, quò memoriter recitare posset, cœno fœdatus repentè domo prosiliẽs, magno uulgi concursu & frequentia in forum descendit, & præconis lapidem conscendens, elegiam adhibitis modis & numeris recitauit, cuius initium huiusmodi est:

I pse quidem præco chara Salamine relicta
Aduenio, uersus concio nostra feret.

Hoc

Nũ procreãdi liberi, aduersus Thaletem, pro Solone.

Solon furorẽ simulat.

Hoc carmen Salamis inscriptum est, cuius sunt singuli uersus multo lepore, uenustate, urbanitate referti. Cúmque iam cantui finem imposuisset Solon, approbantibus 15
eius amicis, ac collaudantibus, in primísque Pisistrato ciues impellẽte atque adhortante, Solonis authoritati parẽre, legem abrogari: rursus in bellum incubuerunt, eíq; Solonem ducem præfecerunt. Ex his igitur quæ maximè popularia sunt huiusmodi fuisse ferunt: Solonẽ cum Pisistrato in Coliadem nauigasse, ubi cùm mulieres omnes *De Coliadis Veneris templo, Strabo lib. 9.*
offendisset sacra Cereri patrio ritu persoluentes, hominem fidum qui transfugam se simularet Salaminem misisse, monentem Megarenses, si primarias Athenienſiũ fœminas uellent capere, in Coliadem quamceleriter nauigarent. Cùm uerò hæc Megarensibus placerent, eò uiros classe emiserunt. Quos ubi conspexit Solon ab insula eò *Stratagemã elegans Solõnis.*
contendere, mulieres longè abire iussit: ex iuuenibus impuberes deligens, earum uestitu, mitris & calciamentis ornauit, gladiósque paruos, quibus cominus uti possent, accipientes occultos habere, atque ita instructos ludere in littore, & choreas ducere
16 imperauit, quoad hostes descenderent, & capiendi nauigij facultatẽ præberent. Quibus ita dispositis, aspectu decepti Megarenses, cùm sẽ propius admouissent, exilientes ueluti in mulieres subitò inuaserunt: certatim illi ne quis effugeret, sed omnes caperentur, contendebant: mox instructa classe inuadẽtes insulam, in ditionem Atheniensium redegerunt. Alij uerò dicunt hæc non eo pacto quo diximus esse gesta, sed ex Delphis huiusmodi oraculum allatum esse:

D uctores supplex heroas uenerabere sacris,
Quos ager Æsopi gremio complexus amœno
C ondit, & occidui prospectant lumina solis. Solonem uerò noctu Salaminẽ nauigio adductum, heroibus Periphemo & Cichri hostias mactasse: deinde quingẽtos ex Athenienſibus sequi uolentes accepisse, facto antè decreto, ut si insulam caperent, in rep. principes essẽt. Sic cum plurimis piscatoriis nauiculis, & una triginta remorum consecuta, post promontorium quoddam ad Eubœam uersum in insidiis se
17 collocauit. Quod cùm Megarenses qui Salamine erant, ex quodam rumore hominũ non certo accepisent, ipsos tumultu & trepidatione ad arma cucurrisse, naue etiam instructam ad speculandum misisse, qua appropinquante Solonem esse potitum, Megarensibúsque in uincula coniectis, delectos Athenienſium in eam imposuisse, iussisséque, ut quamoccultissimè posſent ad urbẽ cursum arriperent: ipsum uerò cum reliquis copiis aggressum, cum Megarensibus pedestri certamine manus conseruisse: quibus adhuc pugnantibus, eos qui naui aduecti erant, oblata occasione adortos, urbem cepisse. Hæc ita gesta esse res testari uidetur. Nauis enim quædam Attica primùm silentio nauigauit: deinde ubi uocibus & bellico clamore se intulerũt, uir quidam armatus maximo clamore ad Sciradium tumulum à terra ingruentibus, citato
18 cursu se obuiam tulit. Extat autem fanum Solonis iuxta littus positum: fudit enim eo in loco Megarẽses, & quos reliquos fecit pugnæ calamitas, inito fœdere missos fecit. Verùm Megarensibus etiam acrius incumbentibus, multis illatis acceptísque in bello cladibus, compositores & iudices Lacedæmonios fecerunt. Qua in causa multi aiunt Homeri æstimationem uehementer Soloni suffragatam esse. Nam cùm in nauium catalogum uersum quendam ipse coniecisset, in iudicio recitasse:

B is senis Salamine Aiax cum nauibus ibat,
C ecropidum quò castra loco posuere phalanges. Ipsi autem Athenienses hæc pro uanis ac fictis ducunt: uerùm aiunt Solonem ipsum ostẽdisse iudicibus, Philæũ & Erisacem Aiacis filios ab Athenienſibus ciuitate donatos insulam ipsis tradidisse, habitasséque hunc quidem Brauronem, illum autẽ Melitam, Atticæ regionis locos.
19 Curiam quoque Phillaidarum Athenis esse Philæi nomine appellatam, ex qua Pisistratus fuit. Magis etiam Megarẽses arguere uolentem de corporibus defunctorum, defensioni suæ fidem sumpsisse, quòd in sepeliendis corporibus Salaminij, non Me-

garensium,sed Athenienſiũ morem ſeruarent.In ſepeliendo enim Megarenſes mortuos ad orientem conuertunt: Athenienſes autem uerſus occidentem. Inſtat contrà Hereas Megarenſis, aítque Megarenſes etiam mortuorum corpora ad occidentem uerſa humi mandare.Illud præterea maius adiungit, Athenienſium ſingulos ſingula ſepulchra habere: Megarenſes tres & quatuor uno ſepeliri. At Soloni dicitur Pythica quædam oracula permagno adiumento fuiſſe,in quibus Ionia Salamis uocitata eſt.Hanc cauſam delecti iudices iudicarunt, quinque uiri Spartiatæ, Critolidas, Amonpharetus,Hipſechidas, Anaxilas, Cleomenes. Ex his igitur Solonis gloria & 20
magnitudo magis illuſtrata eſt. Quinetiam permaximum inter Græcos nomen & admirationem conſecutus eſt ex illa oratione,quam pro Delphis habuit: qua ſuaſit occurrendum eſſe, nec Cyrrhæos contemnendum,qui templum fatidicum uiolaſſent: ſed eius dei gratia Delphos ſubleuandos eſſe. Ab eo enim impulſi Amphictyones bellum ſuſceperũt,quod cùm alij permulti,tum Ariſtoteles in Pythiæ uictorum deſcriptione ſentire uidetur, qui hoc Solonis ſententia & authoritate factum dicit. Haud tamen eſt ei bello Solon imperator præpoſitus, ut Hermippus ex Euantis Samij teſtimonio affirmat: neque enim hoc Aeſchines orator approbat, & in Delphicis monumentis Alcmæonis ducis eſt,non Solonis, nomen inſcriptum.Cylonis autem piaculum ſolicitam iandiu ciuitatem tenuerat, ex quo ſocij Cyloniæ coniurationis Megaclis oratione adducti, iudicio ſe commiſerunt. Quos cùm ſimulachri 21
*σεμνὰς θεὰς ueſtem ſecum adduxiſſent,eáque ſe inuoluiſſent, ubi ad ipſas * Erines uentum eſſet, ueſtíſque ſponte laceraretur, Megacles unà cum collegis comprehendere aggreſſus eſt, quaſi dea ſupplices renuente, quorum partim foris lapidibus obruerunt, partim cùm ad aras confugiſſent,ibi iugularunt.Illi tantùm dimiſſi ſunt,qui ab eorum uxoribus ſupplices opem implorarunt. Ex hoc impiatorum nomen ſubeuntes, odio atque inuidiæ fuerunt. Ex illa autem Cylonis factione qui reliqui fuerant, cùm rurſus eorum corroboratæ eſſent opes, à Megadis ſucceſſoribus capitali ſemper odio diſſiderunt.Eo autem tempore plurimùm inualuerat ea ſeditio, & ad ultimum penè diſcrimẽ perducta erat.Itaque diſſidente etiam plebe, Solon cùm iam permultùm authoritate ualeret, ad eos motus ſedandos unà cum principibus Athenienſium proceſſit in medium,& partim obſecrando,partim commonefaciendo, iis qui piaculoſi dicebantur perſuaſit,ut de ea re iudicio decerni uellent. Trecentis igitur optimati- 22
bus delectis iudicibus, accuſatore Myrone Phiei filio damnati ſunt, ſeceſſerúntque qui uita ſupererant.Defunctorum autẽ corpora effoſſa extra fines exportata ſunt.Hos motus atque perturbationes obſeruantibus Megarenſibus, Niſeam & Salaminem rurſus Athenienſes amiſerunt,& metus quidam ex ſuperſtitione & oſtenta ſolicitam ciuitatem habebant,uatéſque in ſacris pollutiones & piacula apparere, & expianda nuntiabant.Sic Epimenides Pheſtius ex Creta Athenas uenit accerſitus ab Atheniẽſibus,quem ſeptimum quidam ex iis qui Periandrum reiiciunt,inter ſapientes annumerant. Exiſtimabatur autem hic circa res diuinas permultùm religione ſapientiáque ea præſtare,quæ afflatu numinis myſteriíſque concipitur:idcirco Balthæ Nymphæ filium,& Curetam nouum, per id temporis homines uocitabant. Cùm igitur ſe 23
contuliſſet Athenas, in Solonis amicitiam receptus, in multis illi adiutor fuit ad legum condendarum rationem. Nam & expeditiora ſacrificia fecit, & circa luctum mitiora, cùm ſacra quædam ad exequias adiunxiſſet,omnem horridum autẽ ac barbaricum morem,quo prius mulieres utebantur, ſuſtuliſſet: & quod permaximũ fuit, placationibus expiationibúſq; ac ſtatuarum collocationibus ad myſteria ac religionem urbem inſtituens,iuſtitiæque obnoxiam & ad concordiam proniorem propenſiorémque reddidit. Dicitur etiam cùm Munichiã uidiſſet,ac diu locum ipſum contemplatus eſſet,dixiſſe, Quanta cæcitate ſunt homines rerum futurarum: Athenienſes enim ſuis dentibus eſuros eſſe locum,ſi quot ex eo impenderẽt mala ciuitati, proſpicerent.

Herod. lib.5.

Suid in dictione, κυρῖτες.

De Munichia Strabo lib.8.

ſpicerent.Simile autem quidam & Thaletem coniectaſſe ferunt:ſe enim ipſum quodam in loco Mileſij agri uili ac contempto, mortuum ſepeliri iuſſiſſe, cùm prædice-
24 ret in eo forum aliquando Mileſiorum futurum.Epimenides igitur magna in admiratione habitus,opes multas & honores largiẽtibus Athenienſibus, nec aliud quàm ſacra olea ramos poſcens atque accipiens, diſceſſit.Athenę autem,Cylonia turbatione reſtincta, ſummotíſque piaculoſis,in antiquam rurſus dẽ rep.ſeditionẽ ac diſcordiam reciderunt, quótque diſcrimina regio habebat, tot in partes diuiſa ciuitas eſt.Erat enim Diacriorum genus maximè populare, Pedieorum autẽ paucorum adminiſtrationi uehementer ſtudebat.Tertij uerò Parali medium quendam ac miſtum regendi modũ complexi,& utriſque impedimẽto erant, & ne altera pars in rep.uinceret, prohibebant. Eodem tempore exorta uehementi pauperum aduerſus diuites concertatione,ciuitas undique laborabat. His tot ciuitatis incommodis ac fluctibus
25 ſola tyrannis remedium petebatur. Omnis enim plebs premebatur à diuitibus magnitudine æris alieni. Aut enim illis agrum colebant, ſextam fructuum partem ſoluentes,& ἑκτημόριοι ac mercenarij nuncupabantur: aut uerſuram facientes nexum inibant.Atque horum alij ſeruiebant,alij ad exteras regiones uendendi emittebantur: Permulti autẽ proprios liberos cogebãtur uẽdere (nulla enim prohibebat lex) & exilio creditorũ crudelitatẽ effugere. Sed plurimi eorũ ac robuſtiſſimi & ipſi rem innouare aggreſſi ſunt,& cæteros ſolicitabant rem nõ cõtemnere,ſed unũ principẽ hominem fidum creare,aſſerere eos, qui quòd ad diem nõ ſatisfeciſſent, bonis exciderent ſuis,agrum diuidere,atque omnino remp.immutare.Hoc ex Atheniẽſibus hi qui altius perſpiciebant intuentes, Solonem ſolùm ab omni errati ſuſpicione remotũ, nec *Opinio.*
diuitibus iniuriæ ſocium, nec pauperum neceſſitati obnoxium, hortati eum ſunt ut
26 remp.capeſſeret, & eas tantas diſſenſiones comprimeret. Phanias Leſbius Solonem *Induſtria in componenda repub.*
ſcribit in utroſque fraude eſſe uſum pro ſalute communi. Egenis enim clàm diuiſionem agrorum,locupletibus uerò tabularum ſtabilitatẽ pollicitum eſſe. At Solon ipſe ait ab initio remp.attigiſſe,etſi horum cupiditatẽ & illorũ inſolentiam noſſet. Creatus eſt autem * prætor poſt Philombrotum: ei componendarum diſcordiarum & le- *ἄρχοντι
gum ferẽdarum commiſſa poteſtas eſt, diuitibus cum ſummo ſtudio ut locupletem hominem,pauperibus ut probum uirum acceptantibus. Fertur autem eus quædam
- celebrata uox, Aequalitatem minimè bellum efficere, ídque opulentis inopibúſque *Sententiã*
- placere, cùm hi quidem menſura ac numero, illi uirtutẽ & dignitate æquum ſe ha-
- bituros eſſe opinentur. Vnde cùm utrique in ſpem permagnam adducti eſſent, qui factionibus præerant,Soloni plurimùm inſtabant,tyrannidem ultrò offerentes, ſuadentéſque ut audentius ciuitatem in ditionem acciperet, oblata potiundi facultate.
27 Multi autem è medio ordine ciues, honeſtam ac legitimam ciuitatis mutationem intuentes, difficultatis plurimùm ac laboris eſſe habituram, non recuſabant unum iuſtiſſimum ac ſapientiſſimum uirum ſummæ rei præfieere.Nonnulli etiam tradunt Pythicum oracului huiuſmodi fuiſſe:

Puppe gubernator media ſtans dirige curſus,
Subſidio multi uenient, ne differ Athenis.

Maximè uerò eius neceſſarij hominem obiurgabant, quòd ob nomẽ tyrannidis imperium recuſaret, quaſi non dominantis uirtute, regni dignitatem ſtatim ſit aſſecuturum,neque id prius Eubœenſibus uſu uenerit,qui Tynnondæ,& nũc Mitylenæis, qui Pythaco tyrannidem permiſerunt.Horũ nihil Solonem de ſententia dimoue-
- re potuit,ſed amicis ita reſpondiſſe dicitur: Amœnum eſſe tyrannidẽ locum,uerùm *Scitè & grauiter dictum.*
28 exitum non habere. Ad Phocum autem in carmine quodam ita ſcribit:

Quòd charæ placuit patriæque & legibus olim
Parcere,uíque ſimul diráque tyrannide ceſſi,
Nominis infamiam metuens,nunc nulla remordent

Facta animum, præstátque reor sic uincere posse.

Ex quo manifestum est ante conditas leges permagnam illi gloriam accessisse. Ea uerò quæ in eum multi, quia oblatam tyrannidem respueret, ridentes dixerunt, ita conscripsit ipse:

Cerebro Solon caret, caret ille pectore,
Munera deorum quoniam oblata respuit,
Prædámque leuis nactus, non traxit retia.
Mens excidit prorsus, prosúsque animus abest,
Regnum cepisset potius & tantas opes
Diem uel unum, cædi pòst instar utris
Sese pateretur ac uniuersum genus. Hæc de seipso loquentem multitudinem

Grauitas non philosophica solùm, sed ciuilis etiam.

imperitam introduxit. Atqui tametsi tyrannidem respuisset, haud tamen in gerendis negotiis & administranda repub. dissolutum se præbuit, nec potétibus & factiosis ob ignauiam ac mollitiem sibi concedendum putauit, nec in ferendis legibus eorum qui eum delegerant, uoluptati est obsecutus, sed ut optimum sibi factu uidebatur, medicinam & innouationem rerum omnium minimè probauit, metuens ne si omnia penitus irrita fecisset, turbata ciuitate imbecillior fieret, quàm ut eam rursus constituere, & in optimum statum uindicare posset. Quibus autem dictis existimabat ciues sibi obtemperantes, & ad subeundam necessitatem paratos efficere, ea ipse quoque faciebat (ut ipse affirmat) uim simul iustitiámque coaptans. Quare cùm posteriori tempore quęsitum esset ab eo, num optimas leges Athenié sibus descripsisset: Quibus ipsi obtemperant, inquit, optimas. Quòd autem iuniores dicere soliti sunt, Athenienses mitibus nominibus & mansuetis rerum iustitiam obtexisse, urbanéque minuendo uim atque atrocitatem mitigasse, meretrices socias, tributũ coordinationem ciuitatis, custodes autem præsidia ciuitatũ, carcerem uerò domũ nuncupantes, Solonis authoritate primùm constitutũ est, qui remissionem æris alieni σεισάχθειαν, id est, oneris leuationem appellauit. Hoc enim primùm ab eo in rep. cõstitutũ est, cùm

Negotiorum ratione quomodo temperarit.

debita decreto rescidissent, nec in posterum cuipiam licere corpore obligato pecuniã fœnerari permisissent. Etsi quidam prodiderint literis, in quibus est Androtion, non debitorum remissione, sed fœnoris mediocritate leuatos pauperes, satis sibi factum putasse, illámque humanitatem, quam consecutum & mensuræ incremẽtum, & numismati maior æstimatio fuit, σεισάλθειαν uocasse. Centum enim drachmarum minam constituit, cùm antè septuaginta & trium foret. Quare cùm numero quidem æquum 31
solueretur, pretio uerò minus, soluentibus utilitatis uel plurimùm attulit, detrimenti autem accipiẽtibus nihil. Plurimi item sunt qui dicant, abolitionem omnium tabularũ σεισάχθειαν fuisse, atque cum his poemata magis conuenire uidentur: gloriatur enim in illis Solon, se prioris agri multis locis fixos terminos sustulisse, & quod primum seruiens esset, nũc liberum. Cõstitutis autẽ ciuibus ad exportãdas pecunias, ab eo munere peregrinos reiecit, qui Atticè loqui nescirẽt, quippe qui sæpissimè aberrarent: qui autẽ seruitute indigna premebantur, ait se libertate donasse. Ex hac re plurimùm turbationis ac molestiæ Solon cepisse dicitur: ut enim aggressus est æs alienum rescindere, cùm &uerba idonea, & honestũ principiũ quęreret, cum amicis cõmunicasse, quorũ fidei putabat se tutò posse cõmittere. Ferũtur autẽ hi quorũ consilio usus

Prudentia.

est, Conon, Clinia, & Hipponicus, inquiens se agrum minimè mouere, sed debita rescindere statuisse. Illi autem pręueniẽtes statim pręoccupantésque, multas pecunias, 32
à diuitibus fœnore acceperunt, agrúmque ex illis permaximum emerunt. Sic postea cognito decreto, cùm illi fruerentur possessionibus, pecunias autem minus dissoluerent, maximã Soloni infamiam ac calumniã inusserunt, quasi non ipse iniuria affectus, sed particeps iniuriæ extitisset. Verùm eo crimine statim quinque talẽtis se liberauit: tantùm enim sibi deberi inuentum est, quod debitum statim per legẽ remisit.

Quidam

Quidam uerò quindecim fuisse dicunt, quorum unus Polyzelus est Rhodius. At eius amici χρεωκόπιδαι ex debiti decisione perpetuò nuncupati sunt. Fuit autem eius ratio *Vulgi ingenium.*
cùm grata nemini, tum diuitibus permolesta, quòd tabulas irritas fecisset: inopibus etiam molestior, quòd sperantibus agrum non diuisisset, neque omnino, ut Lycur-
33 gus, æquales inter se ac similes uiuere coegisset. Verùm ille cùm undecimus ab Hercule foret, multósque Lacedæmoniis imperasset annos, amplissimis amicitiis plurimùm, opibus & authoritate ualeret, his munitis quæ sibi reip. causa optimè suppetere esset opinatus, ui tamen magis, quàm suasionibus usus, ut oculus sibi effoderetur, rem omnium maximam & efficacissimam ad salutem & concordiam ciuitatis peregit, neminem ex ciuibus pauperem nec diuitem esse. Hoc Solon, qui & ordine medius erat, & reip. popularis, minimè est assecutus: nihil autem est ausus ultra præsentes facultates suas, cùm ex sola uoluntate ciuium, qui illi se commiserant, ad rem gerendam esset excitatus. Quòd autem multos offendisset spe & opinione deceptos, ipse ostendit his uersibus:

Quàm blandi fuerant olim, nunc æstuat ira
Omnibus, atque, hostem ueluti, me torua tuentur.
At si alius si quis tali sit munere functus
Imperij, haud uulgum potuit cohibere furentem,
Antea turbato, quàm lac subduceret illi.

34 Veruntamen cognita statim utilitate, omissa priuata calumnia, supplicationes publicè statuerunt, id sacrificium σεισάχθειαν uocitantes. Solonem uerò moderatorem reipub. & legumlatorem designarunt, nec illi alia quidẽ, alia minimè, sed omnia, magistratus, concionem, forum, senatúmque permiserunt, eorundémque singulis pretium & numerũ & tempus præfiniendi, tum quod sibi uisum fuerit abrogandi probandíque potestatem. Primùm igitur omnium Draconis leges, præterquam quæ de *Leges.*
cæde erant, omnes propter asperitatem magnitudinémque pœnarum, abrogandas curauit. Vna enim ferè omnib. mors pœna definita erat, ut etiam qui otij damnati essent, capite mulctarentur: & eis qui olera aut fructus furripuissent: idem supplicium sacrilegis, quod *speculatorib. & homicidis constitutum esset. Ob quam causam il- **Προσύλοις.*
lud Demadis laudatur in primis, qui Draconem non atramento, sed sanguine leges
35 descripsisse dixit. Ipse autem Dracon rogatus, quamobrem plurimas iniuriarũ capite plectendas statuisset: respondisse dicitur, se parua quidem delicta morte digna censere, magnis autẽ maiorem pœnã inuenire non posse. Secundò, Solon cùm magistra- *Magistratus.*
tus omnes, ut erant, locupletib. relinquere uellet, reliquã autem reipub. gubernandæ *Ordines.*
partẽ permiscere, ad quã antè plebs aspirare non poterat, ad ciuiũ census se contulit, & qui in siccis atq; humidis quingentis censi essent, in primo ordine locauit, & πεντακοσιομεδίμνους uocauit, id est, quingentorũ medimnorũ. In secundo autẽ eos qui equos alere possent, aut trecẽtis censi forent, & hos ἱππάδα πλέοντας ab equis nuncupauit. ζευγῖται uerò tertij census homines uocati sunt, qui tricenorũ utriusq; censum explerent. Reliqui θῆτες, id est, debitores aut mercenarij sunt appellati, quibus nullũ magistratum adire fas erat: sed cõcionis habendæ & iudicandi munus in repub. tantũ obibãt: quod ab initio nihil, in posterum autem maximum uisum est: plurimæ enim cõtro-
36 uersiarum deferebantur ad iudices. Et quęcunq; iudiciis magistratuũ subiecit, de iisdem in forũ adeundi uolẽtibus potestatem fecit. Dicitur etiã, cùm leges obscuriores tulisset, & quæ multos contrarios sensus reciperẽt, uim iudiciorũ auxisse. Cùm enim non possent ius suum legib. obtinere, ad iudices necesse erat semper confugere, & omnem cõtrouersiam ad eos deferre, qui quodammodo interpretandis legibus præesse uiderentur. Portendit autem ipse sibi hoc pacto adæquationem legum:

Quantáque sat fuerat populo permissa potestas,
Nec detractus enim, nec datus ullus honos.

Aſthi diuitiis magnis opibúſque ſuperbi,
Quis ego ſupra æquum munera nulla dedi:
Sed ualida amborum muniui pectora parma,
Vincier & neutrum,uincere néue tuli. Magis etiam cùm putaret ſubueni- 37
Actionet. endũ eſſe imbecillę multitudini,omnibus licere ſtatuit de iniuria alteri illata ſupplicium ſumere.Nam ſiue quis uerberib.cæſus, ſiue læſus alíter,ſiue ei uis eſſet illata, licebat alteri cuicunq;,cui facultas &uolũtas foret,rei nomẽ deferre,& iudicio iniuriã perſequi. Aſſuefaciebat enim rectè ciues legumlator, ueluti unius corporis incõmoda æquè ſentire,eſſq; pariter angi.Huic legi conſonare eius uerba memorãt.Rogatus enim quæ ciuitas optimè habitaretur:Illa,inquit, in qua nulla affecti iniuria nõ mi- "
nus,quàm affecti,reos peragunt,ulciſcuntúrq; eos qui intulerunt.Cùm autẽ in Areo- "
pago ſenatũ conſtituiſſet ex anniuerſariis magiſtratib. ipſe quoq; quòd cũ magiſtratu tunc eſſet,in eo concilio fuit. At cùm plebẽ ob debitorum abolitionẽ, inflatam & cõfidentẽ uideret, ſecundum ſenatum adiunxit,ex ſingula tribu,quæ quatuor erãt, centum deligens uiros, quos præire conſilio multitudini ſtatuit,nec permittere ſine 38
præconſulto de aliqua re ad populum ferri.Superiorem autẽ ſenatum,ſpeculatorẽ rerum omniũ ac legum cuſtodẽ uoluit eſſe,ratus fore,ut duobus ſenatib. ueluti anchoris firmata ciuitas, minus ſalo ac fluctibus iactaretur, magíſq; ſe ob eã cauſam ſedatã & quietam plebem habiturũ.Vulgatior igitur fama eſt,Areopagitarũ conciliũ (ut diximus)à Solone eſſe conſtitutũ.Quæ opinio ea re maximè cõprobari uidetur,quòd
de Areopagitis à Dracone nulla uſquam mentio facta eſt. Quin apparet eũ de rebus
περὶ ἐφετῶν uide Suid. capitalib. cum Ephetis ſemper communicaſſe. In tertiadecima autẽ Solonis tabula, octaua lege,ita ipſis nominibus perſcriptum eſt:Quicunque ignominia affecti erant "
ante Solonis magiſtratum,eis honores capere licere, præterquam qui ab Areopago, "
aut ab Ephetis,aut in Pritaneo homicidij,aut iugulationis, aut appetendæ tyrãnidis "
damnati à regib.eſſent,cùm ea lex lata eſt. Ex his igitur rurſus uidetur etiam ante So- 39
Anticipatio. lonis magiſtratũ Areopagitas extitiſſe. Qui enim fuiſſent ante Solonẽ in Areopago damnati,ſi Solõ primus ad Areopagitas iudicia detuliſſet?ni iam fortaſſe ex ſcriptorũ defectu obſcuritas quędã exiſtit,ut qui eis criminib.damnati fuiſſent, de quib.Areopagitę & Ephetæ prætores iudicarẽt, quo tẽpore hęc lex lata eſt, prohibiti eſſent honorib.reliquis omnib.honore donatis.Sed hæc ipſe uideris. Ex aliis autem eius legib.illa præcipuè incredibilis atq; in primis admiranda eſt, quæ honorib. abdicat cum qui orta ſeditione neutram factionem ſecutus ſit. Voluit quidem, ut uidetur, neminem cùm priuatas rationes in tuto locaſſet, nulla communi cura ac ſolicitudine contineri,gloriantem quòd aliorum incommodis difficultatibúſque minimè angeretur:uerùm optimis ac iuſtiſſimis uiris eſſe propoſitum,cum aliis pariter periculo ſe cõmittere,atq; opem afflictis rebus ferre magis, quàm abſq; periculo quietum exMatrimonia. itum uictoriæ expectare. Illa uerò abſurda atq; ridiculoſa uidetur, quæ permittebat 40
orbæ,ſi qui lege cognationis eam obtinuiſſet,factúſq; eſſet dominus, ad rem autem uenereã eſſet minus idoneus, mariti propinquos admittere. Atqui hanc rectè ſe habere quidam putant, cõtra eos qui coire ipſi nequeunt, pecuniarum autem gratia uQuid ἐπίκλη- ρος ſit, uide Budæum. xores*cognationis lege accipiunt,& lege contra naturam nituntur. Intuentes enim eum qui cum libitum puellæ,quam lege cognationis ſibi uendicant,cõcumbere ſit, aut miſſam facient,aut cum dedecore & ignominia retinebunt, cupiditatíſq; pecuniarũ & contumeliæ pœnas dabunt.Illud etiã probatur,ut non cũ omnibus coiret uxor,ſed ex mariti neceſſariis unũ ſibi deligeret,ne alienũ eſſet quod naſceretur, & generis neceſſitatẽ attingeret. Ad hoc idem illud ſpectat, ut ſponſa cum uiro occluderetur, unáq; cotoneo malo pro bellariis ueſceretur, útque ter in menſe omnino congrederetur uir cum uxore. Nam ſi minus liberi naſcerentur, fore putabat ut huiuſ- 41
modi honor ac benignitas uiri aduerſus pudicam mulierem,permultas frequenter collectas

collectas indignationes tolleret, nec ſineret penitus odio abalienari animos. Ex cæ- Dos.
teris autem matrimoniis dotes ſuſtulit, tres tantùm ueſtes, & quædam paruo empta uaſa,aliud præterea nihil,nuptã ſecum importare iubens. Voluit enim uiri uxoríſq; conſortium non pretio ac mercede,ſed liberorum charitate,gratia, beneuolentiáq; coniungi.Dionyſium enim tyrannum cùm rogaretur à matre,ut quandã ex ciuibus "
in matrimonium acciperet,reſpondiſſe ferunt:Ciuitatis quidem leges abrogari à ty- "
ranno,naturæ autem leges cogi nullo modo poſſe,ſi præter ætatem uxori ſe iunxerit: Hanc autem abſurditatem ac deformitatem ſibi in ciuitatem minimè inducendam uideri,nec permittendum ut affinitates alieno tempore fierent, & quæ neque gratiæ
42 quippiam,nec officij,nec finem nuptiarum eſſent habituræ.Itaque in ſenem, puellã ducentem, à diligente principe aut legumlatore id iure optimo dici queat, quod in "
Philoctetem dictum memoratur:Quàm bene igitur nubere potes miſer,ac habitans "
in thalamo diuitis uetulæ,ut perdices ex concubitu pinguem te comperiens, tranſi- "
bis ad uirginem ſponſam uiri indigentem.Hæc igitur ſatis ad præſens. Illa uerò Solonis lex laudatur præcipuè,quæ prohibet in defunctos maledicta cõiicere. Nam & pium eſt,eos ſacros ducere qui à uita diſceſſerint:& iuſtum,his qui eſſe deſierunt,abſtinere, & ciuilium inimicitiarum aliquando modum ſtatuere,nec in infinitũ progredi ſinere.In uiuum autem ſi qui ſacris in locis, uel in iudicio, uel apud magiſtra- Iniuriarũ actio. tus,aut cùm certaminum ſpectaculũ inſtaret, maledictis eſſet inuectus, is priuatim illi tres drachmas,ærario duas alias ſoluere cogebatur. Nuſquam enim iram continere,imperiti eſt hominis atque intemperantis: ubique uerò,difficillimum, quibuſ-
43 dam etiam impoſſibile eſſe uidetur.Decet autem in ferendis legibus poſſibilitatis & facultatis rationem habere,ſi quis uelit utiliter in paucos, quàm ſine utilitate in multos animaduertere.Illa etiam lex qua teſtamentis proſpexit, authoritatis plurimùm Teſtamenta. habuit in ciuitate, & ſummo in honore fuit. Antea enim non licebat aliò deriuare hæreditates, uerùm pecunias ſimul & domum in defuncti familia manere oportebat.Solon autem cùm permiſiſſet pro uoluntate cuiuſq;,ni ſupereſſent filij,hæredem conſtitui,uiſus eſt amicitiam propinquitati,& gratiã neceſſitati præferre, pecuniáſque poſſeſſionem eſſe habentium ſtatuiſſe. Non tamen temerè ac nullo habito reſpectũ,huiuſmodi licentiam permiſit: at ſi non morbo ingraueſcente, aut medicamentorum ui impellente,aut uinculis & cruciatu coactus,aut coniugis ſuaſionib. ac blanditiis eſſet adductus. Exiſtimabat enim,& quidem rectè & ſapienter, præter de-
44 cus aliquid honeſtatémque ſuaderi,nihil à ui ac neceſſitate differre. In eodem uerò cum neceſſitate fraudem, in quo dolorem cum uoluptate in cõparatione iungebat, quæ omnia pariter hominem à mente ac ratione diſtraherent. Egreſſionib. quoque Luctus. mulierum,ac fletib.& celebritatib. lege proſpexit,ut omnem immodeſtiam intemperantiámq; cohiberet,exire cum tribus tantùm ueſtibus iubens,nec cibũ ac potum pluſquam oboli aſportare,nec*calathum cubito maiorem habere,nec noctu iter ſu- *κάνηστα. ſcipere,niſi prælato lumine in uehiculo deferretur.Lacerationes uerò ſe cædentium, & quæ luctum prouocare ſolent, ploratus quoque & lamentationes flebiles, in alieno funere penitus ſuſtulit: nec immolari bouem permiſit, nec pluribus quàm tribus ueſtibus uti:nec ad aliena monumenta accedere, niſi quo tempore efferretur funus, quorum plurima ne fiant,noſtris quoque legibus prohibentur: niſi quòd noſtris legibus illud additum eſt,ut qui hæc faciũt, à cenſoribus mundi mulierbis, ut molles atque effœminati homines,& his perturbationibus ac delictis, quæ circa hæc gene-
45 ra ſunt,obnoxij,damnẽtur.Cùm autẽ intueretur urbem refertam hominibus, qui in Atticam quotidie licentiæ atq; impunitatis gratia confluebant,maximam uerò agri partẽ incultam infructuoſámq; eſſe,& qui nauigationi rebúſq; maritimis intenti eſſent,nihil iis importare conſueſſe, qui nihil cõtrà auferre poſſent, ad artes ciues tra- Artes. duxit. Lege etiã ſanxit,filium haud patri neceſſaria uitæ ſubſidia debere, à quo nullã

artem accepisset. Lycurgo enim datum laudi meritò est, ut cùm urbem uacuam haberet ab omni peregrinorum & conuenarũ cœtu ac commercio, amplam etiam regionem ac bis totidem suppetentẽ, ut Euripides inquit: seruorum præterea multitudinem Lacedæmoni circunfusam, quamoptimũ factu erat haud otiosam dimittere, sed opere fatigare, & labore assiduo humiliorem efficere, ciues ab omnibus illiberalibus artificiis & quæstibus remouere, contineréq; in armis, & eam unam illis artem discendam atq; exercendam proponere. At Solon leges rebus magis, quàm res legi- 46
bus accõmodauit, regionísque situm & naturã contemplatus, quæ uix laborantib. ac agrum colentibus ad uictũ sufficeret, otiosam autem multitudinem alere nõ posset, artibus honorem habendum statuit. Areopagitis quoq; negotiũ dedit, ut unde cuiq; necessaria forent, prospicerent, de inertibus ac desidiosis supplicium sumerent. In eo autem uehementiorẽ se præbuit, ut qui è meretricibus nati essent, parentes alere non tenerentur, ut Heraclides Ponticus scriptum reliquit. Qui enim in congressione & commercio mulieris decorum non seruat, is facilè declarat, se non liberorum gratia ad eam rem impelli, sed uoluptati potius indulgere. Itaq; mercede se priuat, nec sibi ius parentis in liberos reliquum facit, quibus ipsa procreatione dedecus & ignominiã attulit. Omnino tamen Solonis leges de rebus uenereis, deformitatis plurimùm 47
continere uidentur. Mœchũ enim interimere fas esse deprehendenti uoluit. Si autem raptę liberę mulieri uim attulisset, eum decem drachmis mulctauit: sin prostituisset, uiginti drachmarum pœna statuit teneri: præterquam eas quæ palàm uenirent, dico autem meretrices. Nanq; illæ manifestè se permittunt his qui pretium afferũt. Sustulit autem ius uendendi filias & sorores, nisi qui cum uiro coeuntẽ uirginem deprehendisset. In eadem uerò re punienda nunc se seuerũ & immitem, nunc clementẽ & facilem præbere, eíq; quancunq; fors attulit pœnam definire, à ratione profectò admodum dissonare uidetur: ni iam quòd nummi penuria in ciuitate tum foret, pecuniarias pœnas reddebat penuria ipsa grauiores. Ad pretia quidẽ æstimationésq; sacrorũ pecus computabat, & pro medimno drachmam habebat. Ei qui Isthmia deuicisset, 48
centũ drachmas dari placuit: Olympia uerò, quingentas. Qui uerò attulisset lupum, quinq; drachmas iussit accipere: lupam autem, tantũmodo unam, ut Phalereus Demetrius tradit: hoc bouis pretiũ, illud pecudis esse statuens. Quas enim in sextadecima tabula æstimationes eximiis uictimis præfiniuit, consentaneũ est multiplices extitisse: attamen eæ quoq; præ illis quibus nunc utimur, exiles parcéq; sunt. Vetusta est autem cõsuetudo Atheniẽsibus bellũ cum lupis gerere: pascuo uerò agro indulgere, quàm agriculturæ, satius esse ducunt. Est etiam opinio quorũdam, nomina tribuum non ab Iouis filiis tribus, sed à generibus, in quæ diuisæ uitæ ab initio sunt, nomina accepisse: bellicum quidem ἱππεῖς ab armis: operis intentum ἐργάδας: duarum autem reliquarum, hos quidem qui agrum colebant, ab agricultura γεωργούς: illos qui rei pecuariæ operam dabant αἰγικορεῖς à capris, cognomenta traxisse. Sed cùm nec perennibus fluuiis, nec lacubus quibusdã, nec uberibus fontib. regio abundaret, sed plerique 49
Atticorum puteis uterentur manufactis, lege statuit, ut ubicunque puteus publicus esset, eo intra ἱππικὸν homines uterentur: (est autem Hippicum quatuor stadiorum distantia) qui autem abessent longius, propriam sibi aquam exquirerent. Sin autem effodientes decem palmarum profunditate haud inuenissent aquam, tunc accipere à uicino liceret sex hydrias, bis diebus singulis. Indigentiæ enim ac necessitati subueniendum, inertiæ uerò ac desidiæ minimè opitulandum putabat. Definiuit etiam plantationis prudentissimè mensuras: cùm qui in agro quiduis aliud plãtaret, quinque pedibus à uicino abesse iussisset: qui uerò ficum uel oleam, nouem. Longius enim hæ arbores protendunt radicem, nec sine detrimento cæteris plantis propius admoueri possunt, uerùm nutrimentum auferunt, & quibusdam humorem nociuum trãsmittunt. Scrobes autem & fossas effodiendi uolentibus potestatem fecit, modò 50
quantùm

Athenienſiũ ciuilupis bel ligerandi uetus mos.

Hippicum quid.

Vide digeſt. finium regũd. leg. ult.

quantùm fossæ fastigium foret, tantùm abesset ab alieno. Quicunque autem apum aluearia conderet, hunc ab alterius antè conditis trecentis pedibus abire, Solonis lege iubebatur. Ex fructibus autem oleum solum ad peregrinos exportari licebat, alio- *Exportatio rum.*
rum nullum ius erat asportandi: & in eum qui exportaret, sanxit etiam magistratum execrationes facere, aut ipsum ærario centum drachmas dissoluere. Ac prima quidẽ tabula ea est, in qua lex huiusmodi continetur. Nec illis ullam omnino fidem adhibendam quis dixerit, qui aiunt superiore ætate ficos etiam exportare nõ licuisse. Idq; ex eo maximè perspicuum esse, quòd hi qui ficus exportãtes ostendendo detulissent, sycophantę apud ueteres dicerentur. Noxæ etiam quadrupedum legem tulit, qua ca- *Noxæ dedi tio.*
nem qui quippiam morsu affecisset, trunco quatuor pedum alligatum dedi iussit, 51
commentum ad securitatem elegans. Est autem de illa quoque dubium, qua ex peregrinis, nisi qui perpetuo exilio patria pulsus esset, aut qui ad artem aliquam exercendam cum tota domo diísq; penatibus Athenas migrasset, neminem ciuitate donat. Hoc autem feciſſe dicitur, non ut cæteros deterreret, sed ut eos repub. promissa Athenas alliceret, & simul existimantem eos ciuitati fidos futuros, & qui necessitate patriam amisissent, & qui sua sponte & uoluntate reliquissent. Illud etiam propriũ Solonis institutum putatur, quo* in ærario epulum præbuit, quod παρεστᾶτ ipse quasi *ὅτι πρὸς τὸ δεῖπνον. accubare uocauit. Non enim eundem permittebat cibari eo loco sæpius. Si is autem cui sorte obuenerat recusasset, plectebatur, quòd illud plus æquo appetentis esset, hoc superbi & fastidiosi nimis & communia contemnentis putaret. Statuit autem in cẽtum annos leges omnes ratas haberi, quæ in ligneis tabulis descriptæ sunt, quos ἄξονας appellauit, quorum paruę quidem reliquię in Prytaneo ad nostram usq; memoriam peruenerunt: eos ut Aristoteles tradit κύρβεις nuncupabant. Et Cratinus comicus quo- 52
dam in loco de Solone & Dracone ait: Quibus nunc iam legumina & ficus cyrbibus siccant? Quidam uerò opinantur, in quibus sacra tantùm solenniáque continentur, κύρβεις: ἄξονας autem reliquos appellari. Communi igitur iureiurando adstrinxit se senatus, Solonis leges ratas habiturum: priuatim etiam unusquisque prætorum in foro ad lapidem addito iuramento, se, si quid contra eas constitutiones committat, auream statuam pondere se æquantem in Delphis positurum esse dixit. His igitur peractis, cùm animaduertisset Solon disproportionem mensium, & commutationem uarietatémque lunę, quæ neque in occasu, neque in ortu cum sole conueniret, sed eadem plerunque die & assequeretur solem & præteriret eum, statuit tricesimam & ultimam appellari, eiúsque partem ante congressum lunæ cum sole, finito mẽsi, & quę supereſſet, uenienti atque instanti mensi deberi arbitratus est, ut qui antea id (sicut
53 apparet) Homerum audisset dicentem, desinentis mensis atque instantis. Quæ uerò *Ἰλιαδ. ξ.* deinceps sequeretur dies, eam νουμηνίαν, id est, Calendas appellauit: nec uicesimo die mensem finiuit, reliquúmque sequenti adiunxit, sed auferens atque dissoluens usque ad trigesimũ, quatenus luna lucem retineret, annumerauit. Latis igitur legibus cùm se quotidie quidam adirent qui laudarent, uel improbarent, aut etiam consulerent scriptis adiicere aliquid aut detrahere: permulti autem adessent qui peterent responderéntque, iubentes ut quo pacto singula se haberent, eorúmque sententiam edoceret, atque declararet, perspiciens hæc & negare absurdum esse, & facere inuidiosum futurum, statuit his se difficultatibus liberare, offensionémq; ciuium & calumniam effugere. In magnis enim rebus administrandis difficillimum est (ut ipse inquit) omnibus posse placere. Itaque quò erroris sui causam tegeret, sortitus nauis administrationem abnauigauit, cùm impetrasset ab Athenienſibus, ut ab urbe sibi decem
54 annos abesse liceret. Sperabat enim eo tempore, leges usu & consuetudine ciuibus gratiores fieri. Primùm igitur in Aegyptum applicuit, ibíque aliquandiu moram traxit, ut ipse primùm affirmat:

- Ostia qua Nili resonant uicina Canopi.

Quoddam etiam tempus apud Psenophem Heliopolitam, & Sonchem Saitam eloquentissimos & sapientissimos sacerdotum, philosophiæ operam dedit, à quibus Atlanticum sermonem audiuit, ut à Platone scribitur, eúmque est carminibus græcis conatus exprimere. Deinde in Cyprum delatus, à Philocypro quodam eius loci rege honorificentissimè exceptus est, qui paruam ciuitatem à Demophoonte Thesei filio conditam habitatámque tenebat, in locis munitis quidem, uerùm difficilibus & incultis positam. Suasit igitur illi Solon, ut nactus amœniorem locum, ciuitatem 55
eò traduceret, eámque iucundiorem & maiorem pararet: & ipse ad eam rem adiutorem se præbuit, & unà ciuitatem optimè & ad disciplinam, & ad securitatem instituit. Quæ res habitatores complures Philocypro comparauit, & cæteros reges ad æmulationem concitauit. Quare cùm Soloni gratiam referre uellet, urbem ante id
De Solis uide Steph. tempus Epenam appellatam, ab eo Solos nuncupauit. & ipse Solon huius conditæ urbis mentionem fecit. In elegiis enim Philocyprum uocans, ita alloquitur:

T ot nunc sceptra Solis tenes per secula felix
R egens, háncque urbem tum genus hocce colis.
M e Cypris antiquo celeri cum puppe remittat,
L ittore quæ uiolis frondea serta gerit.
E t mihi pòst tanto nomen pro munere grates
S oluat, & in patriam diua secundet iter.

Eius autem cum Crœso congressum & colloquium, quidam ut ficta temporibus arguere uidentur. Ego autem famam adeò celebratam & tot grauissimis testibus comprobatam, & quæ in primis Solonis moribus conuenire, & eius animi magnitudine & sapientia digna esse uidetur, annalibus quibusdam Canonibus nuncupatis permittendam non arbitror, quos infiniti penè usque in hanc diem emendare conati, repugnantias eorum tollere ullo modo nequierunt. Soloni igitur cùm rogatu Crœsi in Sardos se contulisset, idem quod terrestri homini cùm ad mare primùm descédit, euenisse ferunt. Ille enim ut quisque se obtulit fluuius, mare esse ratus est: ita Soloni per aulam transeunti, multósque ornatu luxúque regio instructos intuenti, & cum magnificentia quadam & maiestate, magnáque stipatos turba seruorũ & comitum incedentes, singuli Crœsus uidebantur, quoad ad eum perductus esset, ut quicquid esset in lapidibus pretiosum, quicquid coloris in uestibus, quicquid ex auro artificiosè laboratum, quicquid ornatus aut magnificẽtiæ aliquid præ se ferret, quicquid denique optandum foret, id omne regem circunstare uisum est, ut spectaculum splendidissimum, summa uarietate ornatissimum, Soloni ostenderetur. Postea uerò quàm 57
Solon harum aspectu rerum nihil commotus est, neque inquit aliquid eorum quæ
Contemptus rerum. Crœsus expectabat, ut facilè appareret prudentibus, eum illa omnia, ut uilia abiectáque cõtemnere, iussit ei Crœsus suos thesauros aperiri, & cæteram suppellectilem & magnificentiam regiam nihil roganti ostẽdi neque appetenti. Cœperat enim ipse secum ingenium Solonis agnoscere. Ad postremum rursus cùm perfectis omnibus
Sapientia. ad eum reuertisset, rogasséque illum Crœsus, num quem alium hominem se beatiorem uidisset: tum Solon, Tellum se suum ciuem uidisse respondit. Vt uerò exposuit illi Tellum optimum uirum fuisse, filiósque probatissimos habuisse, & eum integerrimè sanctissiméque uixisse, strenuè pugnantem pro patria, parta pugnæ gloria interisse, putauit Crœsus urbanitatis penitus illum & humanitatis expertem, si non magna ui auri atque argẽti felicitatem metiretur: sed plebei hominis & priuati uitam, uel interitum potius, tantis opibus imperij anteponendam putaret. Veruntamen ab eo rursus contẽdit, num post Tellum alium beatiorem nosset. Iterum Cleobem & Bitoné dixit, uiros cùm mirifico inter se amore, tum in matrem summa obseruantia: qui tardantibus bobus, ipsi iugum currus subeuntes, ad Iunonis templum matrem traxerunt lætam, & ab omnibus ciuibus felicem habitam. Deinde cùm peractis 58

actis sacrificiis epulati accubuissent, post diem nunquam aſsurrexerunt amplius, sed defuncti uita, uisi sunt in tanta gloria & expectatione, mortem omnium dolorum & molestiarum expertem & uacuam oppetisse. At nos, inquit, Crœsus ira incensus, nullum in numerum beatorum reponis? Et Solon cùm nec blanditiis & assentationibus delinire hominem uellet, nec ulterius prouocare, O rex, inquit, Lydorum, nos quidem Græcos homines ad alia quæ nobis Deus ipse mediocria concessit bona, & sapientię cuiusdam fiducia (ut uidetur) optimè confirmatę, & popularis magis quàm regiæ, nec admodum ob mediocritatem splendidæ, participes fecit: quæ cùm perspiciat uitam hominum uariis fortunæ motibus assiduè agitari, præsentibus bonis efferri non sinit, nec felicitatem cuiusquam admirari, quæ tẽporum mutationi subiecta sit. Consequentis enim temporis uarietas ex incerto unicuique subit. Cui autem 59
felicitatem suam Deus ad finem perduxerit, eum nos felicem opinamur. Viuentis uerò adhuc felicitas ac periclitantis in uita, ut decertantis denuntiatio uictoriæ & corona, instabilis incertáque est. Post hæc Solon statim confecto sermone discessit, cùm turbasset magis oratio Crœsum, quam admonuisset. Per id temporis Aesopus historicus fortè Sardis aderat eò accersitus à Crœso, magnísque honoribus affectus, Solonis causa uehementer indoluit, qui ita inhumanè à rege esset acceptus: cúmque solaretur illum, dicerétque regum consuetudine aut quamminimè aut quammaximè uti oportere: Imò, respondit, mehercule aut quamminimè aut quamoptimé. Sic 60
igitur tunc Crœsus Solonem despexit. Postea uerò quàm cum Cyro collata acie, prælio superatus est, & amissa urbe captiuus incendióque destinatus, pyram instructam alligatus conscendisset, spectantibus Persis ac Cyro, quantùm maxima potuit uoce ter, ô Solon, exclamauit. Admiratus igitur Cyrus, misit qui rogaret, quisnam homi- *Val. Max. li. 7. cap. 2.*
num aut deorum is esset Solon, quem in dubiis casibus solum imploraret. At Crœsus nihil dissimulans: Vnus est, inquit, ex Græciæ sapientib. quem ego accersiui non audiendi aliquid discendiue studio eorum quib. maximè indigebam, sed ut mihi spectator adesset, testísque eius felicitatis abiret, in qua amittenda plus calamitatis erat, quàm in consequenda boni. Verbo enim & opinione bonum erat, re autem uera ea commutata, omnes eius iucunditates ad intolerabiles dolores & calamitosas ærum-
61 nas reciderunt. At qui is uir ex illis secundissimis rebus, hæc omnia miserrima futura coniiciens, considerari uitæ exitum iubebat, nec inflatum opinionibus incertis petulanter & temerè exultare. Quæ ubi ad Cyrum perlata sunt, ut qui & sapientior esset quàm Crœsus, & Solonis monitum ex præsentibus exemplis comprobatum esse perspiceret, non solùm Crœsum missum fecit, sed summo etiam honore quoad uixit, apud se habuit. Ex quo uisus est Solon eadem oratione alterum seruasse è regibus, cautiorem & prudentiorem alterum reddidisse. At post Solonis discessum Athenis interciues grauissimæ seditiones excitatæ sunt, ac Pediorum factioni Lycurgus, Paralorũ autem Megacles Alcmeonis filius præfuit: Diacriorum autem Pisistratus, in qua debitorum turba continebatur, quæ uehementer diuitibus inimica infestáque erat. Quare stabat quidem adhuc ciuitas seruandis institutis Solonis & legibus, sed rerum nouarum immutandæque ciuitatis statum cupido incesserat, suis rationibus melius consultum iri ea mutatione singulis opinantibus, & aduersæ factionis superandę spę
62 optima confirmatis. His igitur malis difficultatibúsque turbata ciuitate, Solon reuersus Athenas, ad honorem sui, factorúmque uerecundiam conuertit omnes. Sed ne in repub. eo, quo solitus erat studio & assiduitate, uersaretur, infirmæ uires affectáque iam ætas prohibebat, sed priuatim principes factionum adiens, à seditione abducere ac pacare nitebatur. Quam ad rem Pisistratus uidebatur apprimè Soloni assentiri. Etenim in sermonib. collocutionibúsque, affabilitatis & humanitatis plurimùm habebat eius oratio: apparebátque eum pauperum causæ impensè fauere, ad inimicitias autem clementem ac moderatum esse, & quæ illi à natura minus inerát,

his assimulatis, facilè putabatur eos quibus illa insita atq; innata erāt, uirtute ac pro-
bitate superare. Itaq; ostendebat se æquitatis amātissimū studiosissimúmq;, & præ-
sentis status mutationē grauissimè esse laturum, obuiámq; iturum, si quis studio no-
Sagacitas. uarum rerum eum mouere esset aggressus. His igitur moribus decipiebat ciues. So- 63
lonem tamen simulatum eius ingenium diu latêre non potuit, eíque insidię Pisistra-
ti primùm patuêre, haud tamen odio eum prosecutus est, sed leniendo admonēdóq;
conabatur hominē ex ea mente depellere: ipsóq; Pisistrato sæpe dixit, & aliis multis
audiētibus, si quis ex eius animo expelleret amorem principatus, & dominādi cupi-
ditatē sanaret, neminē esse eo melius ad uirtutē natura institutum, neq; probiorē ci-
uē. Cùm autē cœpisset Thespis tragœdiā edere, ea res ob nouitatē multitudinis stu-
dia in se conuertit. Nondum enim in æmulationē certaménq; ciuium uenerat. Tum
Solon innata quadam audiendi discendíq; cupiditate, quotidie magna ætate ingra-
uescente, liberali otio & disciplinæ, & mehercule potationib. & musicæ indulgens,
Thespi spectatorē prębuit, cùm is tragœdiam, ut mos ueteribus erat, ipse ageret. Post 64
id autē spectaculū cùm Thespim appellasset, rogauit, num puderet eum tot præsen-
tibus atq; audientibus talia emētiri. Cúmq; ille diceret, haud absurdū esse eiusmodi
res per iocum dicere ac facere: baculo uehementer terram percutiens, At, inquit, ta-
lem disciplinam qui laudamus & ueneramur, in contractibus mox sentiemus. Vbi
autem Pisistratus, illatis sibiipsi uulneribus, curru delatus descendit in forum, mul-
titudinísque animos concitauit, cùm diceret ea se ab inimicis per insidias accepisse,
multósque sibi rei indignitatem ægrè ferentes clamitantésque comparauit, ad eum
accedens Solon assisténsque, Non rectè, inquit, ô fili Hippocratis, Homericū Vlys-
sem assimulas: eis enim ad ciues decipiendos abuteris, quibus ille seipsum cædens,
hostes deceperat. Iámque erat Pisistrati gratia in prælium descensura multitudo, & 65
populus in concionē conuenerat, Aristone decernente, ut quinquaginta armati, qui
ab armis quibus utebantur Corynephori dicebantur, Pisistrato darentur ad custo-
Constantia. diam corporis, assurgens Solon contradixit, permulta his similia in medium referēs,
quæ pòst carminibus edidit:

Aspicite in linguam & blandi fallentia cunctos
Verba uiri,* qui nos uulpinis passibus ambit,
Frigidus at nobis pectora sanguis agit.

** ὑμῶν εἰς ἴχνος, legisse uidetur, & σαίνει pro βαίνει.*

Sed cùm animaduertisset pauperes ad gratiam Pisistrati propensos, rem aggredi tu-
multu & trepidatione: diuites contrà metu perculsos diffugere, abiit, inquiens se il-
lis prudentiorem, his fortiorem esse: prudentiorem quidem his qui rem hanc haud
prospicerent, fortiorem uerò illis qui tyrannidi quam prospicerent, quò minus ob-
starent, metu prohiberentur. Comprobato autem in plebe decreto, haud ultrà soli- 66
cita fuit multitudo de paucis Corynephoris Pisistrato decernendis. Sed cùm quot
uellet nutriret, secúmque palàm haberet, paruifecit, quoad arce potitus est. Quare
turbata ciuitate, Megacles statim cum Alcmeonidis fugit. At Solon (erat enim iam
ualde senex) nec adiutores habebat, attamen in forum procedens, sua oratione par-
tim ciuium amentiam & segnitiem obiurgauit, partim incitare atque adhortari co-
natus est, ne libertatē abiicerēt. Illud etiam celebratū addidit: Facilius certè illis antè
fuisse tyrannidē surgentē opprimere, nunc autē maius gloriosiúsq; futurū, cōfirma-
tam iam ac corroboratā euertere ac delere. Vbi uerò sibi ob metum nemo mentem
adhibuit, digressus è loco domū se cōtulit, accipiénsq; arma in Angiportu ante fores
deposuit: Ego, inquiens, quoad à me fieri potuit, patriæ ac legibus opem tuli: ex eóq;
in posterum quieuit. Adhortantibúsque ad fugam amicis, nunquam parêre in ani- 67
mum induxit, sed carminibus editis uehementer in Athenienses inuectus est:

Tristia commissæ luitis si præmia noxæ,
Ne uos in superos concitet ira deos:

Vestra uiros auxit quoniam custodia dudum,
Subdita qui uobis sub iuga colla premunt.

Post hæc multis cōmonefacientibus mortē sibi à tyranno impendere, quærentibús-
que, qua re fretus ita pro salute desidiosus esset, Senectute respondit. Verùm Pisistra-
tus rerum potitus, ita Solonem obseruauit, ita in honore habuit, adeò benignum in
eum & mansuetū se præbuit, ut & accerseret, & sibi etiā in consilium adhiberet, per-
multáq; ex eius authoritate gereret: etenim plurimas Solonis leges seruauit, iisq; ipse
68 ante alios parēs, amicos parêre cogebat. Nā cædis in Areopagū accersitus, modestè
& tēperatè in ius uenit se defensurus,* sed causam accusator destituit. Leges etiā ipse
tulit, è quibus est illa, quę iubet, ut qui oculos in bello amisisset, publicè alerētur. At-
qui hoc antea, quo tempore Thersippus cæcatus est, decretum à Solone, Pisistratum
imitatum esse tradit Heraclides. Scribit etiam Theophrastus, otij legem Pisistrati, nō
Solonis fuisse, qua & regionem cultiorem, & pacatiorem ciuitatem reddidit. At So-
lon cùm Atlanticum sermonem, quem ex sapientibus Sai, urbe Aegypti, acceperat,
rem multæ operæ multíque laboris Atheniensibus maximè cōducibilem scriberet,
ab incœpto destitit, non occupationibus, ut inquit Plato, sed senectute potius impe-
ditus & uoluminis magnitudinem reformidans. Otio enim illum tunc abundasse
declarant huiusmodi uoces:

** οὐχ ὑπήκουσε κατήγορος.*

περὶ Σαΐως, uide Strab. & Stephanum.

Senecta & obitus.

Dum propero ad senium, discere multa libet,
Gratáque sunt Veneris nobis & dulcia Bacchi,
Quæque uiris Musæ munera læta ferunt.

69 Vt autem amœnæ & fertilis regionis solum desertum quodammodo & incultū Pla-
to, qui Soloni erat propinquitate coniunctus, Atlanticam illam materiam excolere
atque exornare cupiens, magnis quibusdam quasi uestibulis & circuitibus, & aulis
circundedit eius initium, qualibus nec oratio, nec sermo, neque fabula, neque poesis
ulla reperitur: sed cùm serò admodum cœpisset, opus id mors uiri anteuertit. Quātò
igitur plus scripta attulerant uoluptatis, tantò plus eorū quæ supererāt desiderij reli-
ctum. Vt enim Atheniensium ciuitas Olympiæum, sic Platonis sapientia inter mul-
ta præclara & eximia hoc tantum opus imperfectum reliquit. Vixit Solon pòst ini-
tium Pisistrati tyrannidis, ut Pōticus Heraclides prodidit, multùm temporis: ut au-
70 tem Phanias Ephesius scribit, minus duobus annis. Comij enim temporibus Pisistra-
tus inuasit tyrannidem. Hegesistrati autem ætate, qui pòst Comium regnauit, affir-
mat Phanias diem Solonem obiisse. Eius autem cineris circa Salaminem dissipatio
ac dispersio, absurditate rei incredibilis, admodúmq; fabulosa esse uidetur. Id autem
cùm alij homines authoritate dignissimi literis prodiderunt, tum Aristoteles Philo-
sophus in primis scriptis suis comprobauit.

Vide Platonē in Atlantico, uersu ultimo.

De tēplo Iouis Olympij, Plin. lib. 36. cap. 16.

Publicola.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 CVM igitur his moribus prędictus fuisset Solon, nō immeritò, ut mi-
hi uideor, cum eo Publicolam comparamus, cui hoc posterius no-
men honoris gratia Pop. Rom. inuenit. Antea enim Publio Vale-
rio ei nomen fuerat, quod à progenitore Valerio uidetur inditum,
qui uir unus ex ueteribus illis maximè author fuit, ut Romani ac
Sabini, cùm antè hostes fuissent, in unum populum coirent. Ille e-
nim in primis suadēdo regum sedauit discordias, & ad eiusmodi fœderis pactionem
induxit. Huius igitur, ut accepimus, Valerius ex genere necessarius, cùm adhuc Ro-
ma esset sub regibus, diuitiis & eloquentia claruit: quarum cùm altera rectè sem-

Nomen. Genus. Liuius lib. 2. Decad. 1.

per & liberè pro æquitate iustitiáque uteretur, quippe qua liberaliter humanéque
supplicibus opem ferret, haud dubiè uidebatur, si res traduceretur ad popularẽ prin-
cipatum, primas in repub. partes habiturus. Cum autẽ Tarquinius Superbus regno, 2
non uirtute, sed impietate & scelere parto, non regio more, sed tyranni, cõtumelio-
séque uteretur, eíque infensus odio populus, atque ægreferens ad defectionem spe-
ctaret, cui rei Lucretiæ, quæ sibi ui accepta mortem cõsciuisset, contumelia occasio-
Val. Max. lib. 4. cap. 4. nem attulerat: Lucius Brutus cùm in nouandis rebus adiecisset animũ, ad Valerium
primùm rem detulit, eóque adiutore acerrimo fretus, reges exegit. Et quãdiu opinio
fuit, populum pro rege consulẽ unum esse creaturum, quietus fuit Valerius, eò quòd
Bruto magis deberi consulatum existimaret, qui author & princeps recuperandæ li-
bertatis fuerat. Cùm uerò in unius dominio offenderẽtur animi multitudinis, uide-
rentúrque omnes diuisum imperium libentius laturi, & duos cõsules poscerent, spe-
rantem Valerium post Brutũ creatum iri se, collegámque illi in consulatu futurum,
fefellit opinio. Creatus est enim pro Valerio, inuito Bruto, Lucretiæ maritus Colla- 3
tinus Tarquinius, haud quidẽ Valerio uirtute superior: sed patritij metu regum, qui
multa extrà moliebantur quotidie, ciuitatémque blanditiis delinibant, statuerunt
quaminfestissimo illis hosti, ut in hoc nunquam concessuro, consulatum mandare.
Hac re Valerius uehementer permotus, si quòd nulla priuata iniuria à regibus esset
affectus, non putaretur omnia patriæ causa facturus, senatu se abdicauit, patrocinia
renũtiauit, & à negotiis publicis penitus se remouit, ut rumor & cura solicitos mul-
tos haberet, metuentes ne ob iram additus regibus, res omnes, & ciuitatem simul nu-
tantem euerteret. Postea uerò quàm Brutus aliorum quoque suspicione offensus,
statuit cæsis hostiis iureiurando Senatum astringere, diémq; præfiniuit, Valerius læ-
ta admodum fronte descendit in forum: ubi cùm iurasset primus, se animo semper
infracto in Tarquinios, propugnatorémque libertatis acerrimũ futurum, uolupta-
tem senatui, & spem optimam consulibus attulit, statímque iusiurandum opera cõ-
Liuius lib. 2. Decad. 1. secuta sunt. Legati enim uenerant à Tarquinio cum literis, mandatísque mitibus, & 4
ad demulcendos multitudinis animos accommodatis, quibus sperabat multos, cùm
ex regis uerbis ducerentur, posse corrumpi, si uideretur moderatè rogando, spiritus
illos regios, & contumaciam posuisse. Censentibus autem consulibus legatos in cõ-
cionem producendos esse, non permisit Valerius, sed institit uehemẽter, prohibuít-
que hominibus pauperibus, & bellum magis quàm tyrannidem formidantibus, no-
uitatis initium & occasionem dari. Post hæc legati iterum à rege aderant, illum re-
gnum remittere, à bello discedere, bona tantùm amicis suis ac familiaribus repete-
re, quibus exilium sustentare possent. Inclinantibus iam multis, & Collatino maxi-
mè suadente, Brutus uir acer & uehemens ad iram, in forum excurrit, proditorem
collegam, materiam & adiumentum tyrannidis per gratiam largiri clamitans, qui-
bus indignissimum esset uiaticum fugæ decernere. Conuenientibus ad hoc ciuibus, 5
Caius Minutius homo priuatus in concione orationem habuit, Brutum admonuit,
Romanósque adhortatus est, prouidendum esse, ut bona pro se magis contra tyran-
nos, quàm pro illis contra se pugnarent. Visum est tamen Romanis parta libertate
pro qua dimicarent, bonorum gratia pacem abiiciendam non esse, sed ea unà cum
tyrannis exigenda. Erat autem Tarquinius de bonis recuperandis minimè solicitus
sed ea petitione experiri populi animos uolebat, & simul proditioni occasionem
parare, quam legati clàm struebant, bonorum prætextu moram trahentes, hæc se
uendere, illa asseruare, mittere alia affirmantes, quoad duas domus corruperũt * Vi-
telliorum, Aquiliorum uerò tres, qui omnes patrueles Collatini cõsulis erant. Priua- 6
tim etiam Vitelliis alia cum Bruto necessitudo fuit: eorum enim sororem Brutus in
matrimonio habebat. Iámque sibi ex ea filij plures erant, adolescentes duo, Titus Ti-
beriúsque: quos cùm Vitellij haberent necessitudine in familiaritatem cõiunctos, in
societatem

* οἴκους δύο τῶν καλῶν κἀγαθῶν νομιζομένων, τῶν Ἀκυλλίων, τρεῖς ἔχοντας βουλευτὰς, καὶ δύο τῶν Οὐιτελλίων.

societatem quoque consilij assumpserunt, suadentes ut se in genus magnũ Tarqui-
niorum, & spes regias darent, dementiam & duritiam patris effugerent, seueritatem
eius in improbos duritiam appellantes: stultitię enimuero (qua per simulationẽ pro-
pter tyrannorum metum diu tectus latuerat) cognomẽtum ne in posterum quidem
effugit. Compulsis autem in suam sententiam adolescentibus, & in colloquium ad-
ductis, placuit communi sententia iureiurando magno & horrendo omnes adigere,
iugulato homine sanguinem libare, exta eius attingẽtes. Horum gratia in Aquilio-
7 rum domum conuenerunt. Fuit autem domus in qua hæc transigenda erant, deserta
& subobscura. Latuit igitur eos seruus quidã, cui Vindicio nomen fuit, qui ibi se oc-
cultarat, nõ ex industria, nec quòd ea tractari sensisset, sed cùm intus foret, illis ingre-
di festinantibus, timens se ostendere, substitit, & capsa quadã quæ fortè aderat, se pro-
texit: quare prospexit res omnes, & consilia eorũ excepit. Decreuerunt autẽ consules
obtruncare, reges noctu in urbem arripere: & hæc per literas legatis traditas Tarqui-
nio significabant. Etenim legati cùm ad Tarquinios proficiscerentur, & apud Aqui-
lios cœnatũ esset, tunc coniurationi aderat. Quibus confectis, abeuntibus illis, Vin-
dicius clàm domum egressus, quid consilij in his rebus caperet, non satis sciebat: du-
bitabat enim, nec fas esse ducebat, apud Brutum patrem filios accusare, aut apud Col-
8 latinum auunculum, sororis filios. Priuatum autem neminem Romanũ tantis in re-
bus satis fidei habiturum arbitratus, rem omnem quoad potuit occultã habuit. Im-
pulsus autem conscientia tandem ad Valerium rem detulit, adductus maximè faci-
litate & humanitate uiri, quod ad eum indigentibus facilis esset aditus, eiúsque sem-
per domus aperta, aures omniũ sermonibus & querimoniis paterẽt, ut nec unquam
tenuis cuiusquã colloquiũ aut necessitatem repudiarit. Vt igitur ad eum Vindicius
uenit, atque omnia patefecit, Marco eius fratre solo & uxore præsentibus, stupore af-
fectus ac metu Valerius, nõ ultrà hominem dimisit, sed cùm domi occlusisset, custo-
diendi fores negotium uxori dedit, fratrem domum regiam circunsedentem, episto-
larum curam, ne intercideret, iussit habere, & seruos si fieri posset, obseruare. Ipse au-
tem cum magno clientum, atque amicorum seruorúmque comitatu, qui illi assiduè
9 præsto erant, ad Aquiliorum domũ contẽdit, ipsis absentibus. Quare ex improuiso,
nemine præsente, impulsis foribus domũ ingressus, in literas incidit ibi à legatis re-
lictas. Quibus cùm esset intentus, Aquilij citato cursu aduẽtantes, consertis ad fores
manibus, nitebantur literas auferre. Hi uerò repugnabant, iactísque ad collum uesti-
bus, ui ac magno cum labore impulsi, impellentésque per uicos in forum pertraxe-
runt. Eadem fermè circum regiam gerebantur. Nam Marcus aliis deprehensis lite-
ris, quæ ad legatos delatæ erant, ex regia familia quotquot potuit comprehensos in
forum pertraxit: ubi compresso à cõsulibus tumultu, Vindicius Valerij iussu do-
mo est productus, constitutáque accusatione, literæ apertæ & recitatæ sunt, nec illi
contradicere quicquam sunt ausi: mœstitia uerò & silentium omnes habebat: pauci
tamen uolentes Bruto gratificari, exilij apud eum mẽtionem habebant, Collatinúsq;
ipse spem illis clementiæ suis lachrymis afferebat, quas Valerius confirmare tacitur-
10 nitate sua uidebatur. Tum Brutus nomine filios singulatim appellans, Age, inquit,
Tite, age Tiberi, cur non accusationi respondetis? Vt autem ter rogati nihil respon-
dissent, ad lictores, conuersus, Vestrum iam, inquit, reliquum est opus: qui statim cõ-
prehensos iuuenes nudantes, actísque in tergum manibus, uirgis ceciderũt: ubi cùm
alij oculos auerterẽt, nec atrocitatem tantam aspicere aut tolerare possent, pater im-
motos oculos tenuisse dicitur, nec misericordia quicquã de tristitia uultus & seueri-
tate remisisse, sed filiorũ supplicij spectatorẽ se præbuisse, quoad lictores securi caput
à ceruicibus abstulerunt. Inde reliquis in potestatem collegæ traditis, assurgens abiit,
re eiusmodi à se gesta, quæ nec uolẽtibus laudandi pro dignitate, nec uituperãdi cui-
quam locũ reliquisset. Aut enim eius uirtutis celsitudo sedatum animũ præbuit, aut

calamitatis magnitudo ſenſum doloris eripuit,quorũ neutrum neque parum,neque humani eſt ingenij, ſed aut diuinitatis cuiuſdã,aut immanitatis. Aequius eſt autem 11
pro uiri gloria probare iudiciũ eius, q̃ uirtuti diffidere. Romani enim haud tantam rem geſſiſſe in condenda urbe Romulũ opinantur,quantam Brutum in recuperãda libertate cõſtituendáque repub. Igitur poſt eius è foro diſceſſum,diu ex rebus ab eo peractis, ſtupor ſimul & horror inter omnes ac ſilentium fuit. At Aquilij mollitie Collatini cõfirmati,petierunt ad reſpondendũ tẽpus,Vindiciũ ſeruum ſibi reddi iubentes,nec apud accuſatores aſſeruari.Inclinante ad hæc conſule,dimittentéque hac conditione concionem,Valerius turbæ permiſtum hominem non poterat dimittere,neque populum dimiſſis proditoribus abire ſinebat. Ad poſtremum itaque cùm iniecisſet in hos manus,Brutum implorabat, Collatinum clamitans rem indignam facere,ſi impoſita collegę neceſſitate occidendi liberos,æquum ipſe duceret fœminis per gratiã proditores patriæ & hoſtes concedere.Quibus permoto uehementer con- 12
ſule,& comprehendi Vindiciũ iubente, lictores repulſa turba ceperunt hominem, conantibúſque eripere incuſſerunt uerbera. At amici Valerij repugnantes aderant, populúſque Brutum adeſſe iubebat: qui cùm iterum rediiſſet in cõcionem,omnibus audire iuſſis,iudicem ſe inquit idoneum de nece liberorum fuiſſe: de cæteris autem liberis iam ciuibus ſuffragium permittere:dicat igitur ſi quis uelit,& populo perſuadeat. Atqui nihil ultrà uerbis opus erat,quin omnium ſuffragiis condemnati, ſecuri percuſſi ſunt.Collatinus autem,qui iam antea ob neceſſitudinem & familiaritatem, quæ illi cum regibus intercedebat,in ſuſpicionem uenerat,iam quoque nominis inuidia, plebi,cuius animi à Tarquinio uehementer abhorrebãt,infeſtus erat. Vbi uerò hæc ita inciderunt,omnibus omnino odio atq; acerbitati fuit.Ita conſulatu ſe abdicans,ciuitate exceſſit. Sic rurſus de ſubrogando conſule comitiis habitis,Valerius 13
in Collatini locum ſuffectus eſt,promptitudinis in rẽpub. gratia. Qui cùm dignum putaret,Vindicium gratiam aliquam reportare,eum ſuo decreto libertate & ciuitate donauit, & ferẽdi ſuffragij in quacunque uellet tribu,poteſtate. Aliis autem libertis obeundi ſuffragij munus ad popularem gratiam longè pòſt Appius cõceſſit. Manumiſſioni autem,ob eum Vindicium,uſque ad noſtram ætatem, Vindictæ nomen
Digreſſio. manſit.Poſt hęc bona regum diripienda plebi ſunt data,domus autem & atrium dirutum.Ager Tarquiniorum conſecratus Marti,Martius deinde campus eſt habitus. Fortè ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe maturæ meſſis, quẽ campi fructum, quòd ob conſecrationem religioſum putarent conſumere, concurſu facto deſectã cum ſtramento ſegetem,additis eodem cæſis arboribus,in Tyberim coniecerunt,inculúmque penitus infœcundúmq; Deo locum dimiſerunt. Frumẽti autem acerui in uadis 14
hæſitantis fluminis ſederunt,cæteris deinde conſequentibus exitu prohibitis, & circùm applicantibus ſe, uirium permultũ & firmamenti congeries cœpit quotidie aucta à flumine.Materiem enim multam deferebat,quæ nutrimentũ & impedimẽtum afferebat: ipſæ uerò illiſiones ſolum minimè mouebant, ſed leuiter prementes,eò omnia comportabant.Ex magnitudine autem & firmitate alia ſuperaddita moles eſt, quæ ex ſuperuenientibus incrementum accipiens,nunc inſula ſacra intra urbem eſt, templáq; deorum in ea,& porticus ſunt,Latinorũ lingua,media duorum pontiũ dicta.Hoc tamen aiunt quidã non tunc eueniſſe,quo tẽpore Tarquinij ager conſecratus eſt,ſed poſterioribus temporibus,cùm Tarquinia finitimũ ei loco agrũ reliquit. Fuit autem Tarquinia ſacra uirgo una ex ueſtalibus, quæ hoc facto maximos honores conſecuta eſt:in quibus ille fuit honos,quòd ex omnibus fœminis, eius ſolius teſtimoniũ receptum eſſet.Permiſſam uerò ſibi nubendi licentiam repudiauit.Verùm 15
hæc ita ſe habuiſſe fabulosè dicũtur.Tarquiniũ igitur fruſtratũ ſpe recuperandi proditione regni,Hetrurij pro parte exceperũt,& magna ui & copiis reducere aggreſſi ſunt.Contrà Romanas copias eduxerunt cõſules,ſacríſq; in locis cõſederũt,quorum

hunc

hunc Arſium lucum,alterum Aeſuuiũ appellant. Iámque manus conferre incipientibus,Aruns Tarquinij filius,& Brutus Romanus conſul,non temerè aut fortuitu in ſe incidentes,ſed odio & ira inceſi,hic ut in patriæ hoſtem, ille ut in authorem exilij ſui,citatis equis,furore magis quàm ratione & conſilio concurrerunt, alterníſq; ictibus transfixi moribundi ad terrã ceciderunt. Tam crudele autem pugnæ initium nõ mitior exitus conſecutus eſt,ſed paribus affecto cladibus utroque exercitu imbri pu-
16 gna dirempta eſt. Dubius igitur animi erat Valerius,cùm finis ſibi prælij eſſet incognitus,uideréque animos militũ,ſuorum cædibus concidiſſe,inimicorũ autẽ detrimentis elatos eſſe,ſic confuſa & permiſta ex multitudine ſtrages erat. Ad hæc,utriſq; ſua quæ in conſpectu erant,angorem magis afferebant,q̃ opinatę res hoſtium uictoriam confirmabant.Cùm ita igitur pugnatũ eſſet,ſuperueniunt tenebræ:quieſcentibúſque exercitibus, cõmotum eſſe lucum, uocémq; ex eo maximã editam ferunt his uerbis, Vno plures cecidiſſe Hetruſcorũ in acie, q̃ Romanorũ. Diuina certè illa fuit *val.Max. lib.1.cap.6.*
uox.Statim nanq; Romanis animi creuerunt: Hetruſcos autem tantus terror inceſſit,ut egreſſi caſtris diſſiparentur. Qui uerò relicti ſunt,nõ multò pauciores q̃ quinq;
17 millia hominũ,inuadentibus Romanis capti ſunt,& cætera omnia direpta.Cùm uerò cadauera enumeraſſent,undecim millia & trecenta ex hoſtiũ acie,ex Romanis autem uno pauciora ſunt inuenta.Ferũt hoc prælio pridie Calẽd. Martias fuiſſe. Triũphauit uerò ex eo Valerius primus ex conſulibus, curru quadriiugo inuectus: Quæ res pulcherrimũ & magnificẽtiſſimum ſpectaculũ plebi, ſine ulla inuidia præbuit, & ſine offenſione intuentium. Non enim erat eius rei tanta æmulatio,nec gloria,ut in multos annos permaneret.Honores à Valerio collegæ habiti ſunt, funúſq; eius quãto cum potuit apparatu fecit,funebrémq; orationẽ de eius laudibus dixit,quæ adeò grata iucundáq; Romanis fuit,ut ex eo conſuetudo manſerit,ut qui ſtrenuè pugnãdo obiiſſet,ab optimatibus laudaretur.Dicitur etiam funebribus Græcorum orationibus illam uetuſtiorem fuiſſe:niſi iam fortè antea Solon huius rei author extitit,ut
18 Anaximenes orator tradit.Verùm ob eam rem maior inuidia Valerio cõflata eſt: ſiquidem Brutus,quem patrẽ libertatis exiſtimarat populus, haud dignum putaſſet ſe ſolum regnare,ſed ſocium ſibi imperij adiũxiſſet:hic autem,aiebat,cùm ad ſe omnia tranſtulerit,non Bruti conſulatũ,nihil ad eum pertinentẽ, ſed Tarquinij tyrãnidem ſortitus eſt.Quid opus eſt igitur Brutũ quidem uerbis extollere,re autẽ Tarquinium æmulari,& ex tam magna domo cum faſcibus ſolũ deſcendere,quanta illa regis non erat,quam demolitus fuerat?Etenim reuera Valerius inſolẽtius aliquantũ,prętérque morem habitabat ſub domũ Veliam nuncupatã imminentẽ foro, & deſuper omnia deſpectantẽ,difficili acceſſu atq; arduo,ut eo deſcendẽte ipſe aſpectus põpæ magnifi-
19 cus ex loco edito apparens, regiam dignitatem & faſtũ præ ſe ferret. Quãrùm igitur referat,hominẽ in magiſtratu & in maximis ampliſſimiſq; muneribus locatũ, aures habere,quę loquendi libertatẽ, ueróſq; ſermones pro aſſentatione admittant, perſpicuè in Valerio licet intueri. Cùm enim è ſermonibus amicorũ accepiſſet, ſe improbari iudicio multitudinis,neq; pertinax in eo fuit, neque ſe admoneri ægrè tulit,ſed ſtatim noctu adhibitis fabris,domũ demolitus eſt, ac funditus totã euertit.Quare cũ *val.Max. lib.4.cap.1.*
primũ illuxiſſet,conſurgentes Romani,aſpicientéſque,uiri animi magnitudinẽ diligere,admiraríque,& domus demolitionẽ indignè ferre,eius ſpeciem & magnitudinem deſiderare,quæ quaſi humana quadam ſorte iniuſtè ob inuidiam interiſſet. Augebat rei indignitatem conſul, qui ueluti eiectus domo apud alios habitabat. Exceperant enim Valerium eius amici,quoad populus illi locum ædificãdę domus dedit, domúmq; multò illa priore celſiorem ædificauit,ubi nunc phanũ,quod uicũ publi-
20 cum uocant,ſitũ eſt.Sed cùm ſtatuiſſet,cùm ſeipſum,tum conſulatũ ex formidoloſo placidum reddere,& gratũ multitudini,ſecures à baculis ſeiunxit, ſubmiſíſq; populo faſcibus,in concionem proceſſit:qua quidem re popularem dignitatem reducere,

atque augere uisus est: idque à consulibus postea obseruatum, usque ad nostrã peruenit memoriam. Verùm non ut multitudini uisum est, seipsum depressit Valerius, sed ea moderatione ab inuidia se, & offensione populi liberauit. Sibi autẽ pòst ex illa re tantùm opum comparauit, quantũ sibi licentiæ abstulisse uidebatur. Incendit enim in se studia uulgi, & sibi obsequentiora effecit, ut cum uoluptate ei se summitterent, eius dicto imperióque parerent. Vnde Publicola etiam, id est, publica edens, ex eo est appellatus: quod nomẽ in posterum, dimisso priore, usurpatum est: quare eodem & nos deinceps in hominis uita describẽda utemur. Permisit enim uolẽtibus subrogãdi ei collegæ potestatẽ. Ante uerò subrogationẽ, cùm futuri incertus esset, metueretque ne inuidia aliqua, aut temeritate aduersarij in se excitarentur, potestatẽ consulis, quam solus obtinebat, in optimis & maximis rebus administrãdis locandam statuit. Primùm enim patrum numerum diminutũ expleuit. Alij enim prius regis cædibus sublati erant, alij in prælio nuper interierant. Qui uerò ab eo adscripti sunt, sexaginta quatuor & centum fuisse tradunt. Latæ deinde ab eo leges, quarum plurimũ roboris plebi adiecit ea, qua permisit reis à consulibus prouocationem ad populum. Secũdò, qua statuit capitale esse, si quis iniussu populi magistratũ adiret. Tertiò, qua pauperibus prospexit, & ciuium uectigalia sustulit: hac enim eos multò promptiores reddidit ad artificia quæstúsque obeundos. Qua uerò in eos animaduertit, qui minus cõsulibus paruissent, adeò popularis fuit, ut pro plebe magis, quàm pro patritiis lata uideretur: quinque enim boum & duarum ouium pretium mulcta fuit: erat uerò pretium ouis oboli decem, bouis autem centum. Cùm enim nondum nummorum usus apud Romanos per id temporis frequens esset, pecudibus & iumentis plectebantur fontes. Ex quo inualuit, ut patrimonia à pecudibus usq; in hanc diem peculia dicantur: In uetustissimis quoque nũmis, bouis aut pecudis, aut suis signum inciſum appareat: Ipsis quoque Romanorum filiis, Suillus, Bubulcus, Caprarius item & Porcius cognomenta fuerint. Sic cùm in his legũlator popularis, moderatúsque fuisset, in ea modestia supplicia etiam auxit. Statuit enim lege, fas esse tyrãnidem appetentem indemnatum opprimere: percussorem autem à crimine cædis alienum esse: & purum, si probationes iniurię attulisset. Cùm enim fieri non posset, ut qui rem eiusmodi aggrederetur, lateret omnes: possibile autẽ factu uideretur, uel non latentẽ, tamen superiorem, iudiciorũ uim per potentiã præuenire atq; effugere: præoccupandi iudicium (quod plerunque uiolentia tollitur) & opprimendi iniurium cuilibet ualẽti liberam fecit potestatem. In quæstoria etiam lege ferenda maximam est laudem consecutus. Vbi enim opus erat ad bellum pecunias pro facultatibus ciues conferre, cùm neque ipse id munus obire uellet, & ab eo obeundo amicos dehortaretur, nec omnino publicas pecunias in priuatam domum inferri æquum duceret, ærarium Saturni ædem constituit, quæ hodie etiam manet. Concessit autẽ populo, ut quæstores duos creare posset: creatíq; sunt primi P. Veturius, & Marcus Minutius, & pecunię permultę coactæ: centũ enim & triginta millia in ærariũ redacta sunt, orphanis ac uiduis remisso tributo. His ita dispositis, comitiis deinde habitis, collegam sibi Lucretium Lucretiæ patrem subrogauit, cui quòd senior esset, primo loco cedens, fasces tradidit: qui honor ab eo primùm obseruatus, semper postea hodiéque senibus habetur. Sed intra paucos dies Lucretius moritur. Itaque habitis iterum comitiis, suffectus in eius locum est M. Horatius, ísque reliquum consulatus tempus Valerio collega fuit. Tarquinio in Hetruria secundum Romanis bellum moliente, magnum signum extitisse dicitur. Cùm enim regnaret adhuc Romæ Tarquinius, templúmque Iouis Capitolini ferè iam ad finem perduxisset, siue uaticinio admonitus, siue quòd ei aliter uisum esset, currum supernè fictilem Thuscis quibusdam ex Veiorum gente figulis fingẽdum mandarat, nec ita multò pòst regno exactus est. Cùm autem Thusci currum illum confectum in fornacem intulissent, aliud longè euenit, quàm luto in

Nomen. 22 22 23 24 Digressio. 25

to in ignem immisso accidere consentaneum est: condensari enim atque coire expressa humiditate solet, tunc autem relaxatũ est & intumuit, eóq; magnitũdinis cõcepto robore duritiáq; increuit, ut uix sublato fornacis culmine, deiectísque parietibus ullo modo efferri posset. Cùm uerò ceciniſſent uates eiusmodi currum iis, apud quos asseruaretur, felicitatem & imperiũ diuinitus portendere, statuerunt Veij Romanis flagitantibus haud remittendũ esse, respondérúntq; currum ad Tarquiniũ, nõ ad eos qui Tarquinium eiecissent, pertinere. Paucis pòst diebus equestres apud illos ludi agebãtur. Hìc cùm alia spectaculo & studio digna ex more affuerunt, tum quòd currum uictorem cùm extra hippodromum auriga impelleret tilia coronatus, perterriti equi nulla manifesta causa, sed fatali quadã sorte aut fortuna, cum auriga insidente, citato omni celeritate cursu, Romam uersus ferebantur. Vbi uerò nulla eius annitentis ui retineri aut retardari possent, impetu raptum, atque asportatum usque ad Capitolium, ibi hominem iuxta portam deiecerunt, quam Rhatumeniam nunc uocant. Hoc facto Veij stupore ac metu perculsi, figulis currum restituendum curarunt. Templum quidem Capitolini Iouis, Tarquinius Demarati filius Sabino bello ædificaturum se uouerat: Tarquinius autem Superbus ędificauit, filius uel nepos eius qui uouerat: consecrationem uerò non obiit: parum enim adhuc absolutioni deerat, quo tempore tyrãnide excidit. Cùm igitur templum omnibus partibus absolutum esset, decoráque omnia & ornamẽta adhibita, consecrandi eius Publicolam maxima libido incessit: sed plerique ex patritiis, ob alios eius honores maximos, quos ex legibus ferendis, & imperiis militaribus cõsecutus fuerat, inuidia atque æmulatione accensi, hunc, præsertim alienum, minimè illi addendum existimabant. Itaque Horatio collegæ eius suaserunt, ut Publicolæ de cõsecratione non cederet. Belli igitur necessitate Publicolæ incumbente, Horatium consecrationi suffragiis destinatũ in Capitoliũ duxerunt, qui præsente Valerio, haud utique obtinuissent. Alij referunt, cùm essent Valerius Horatiúsque sortiti, uter dedicaret, expeditionẽ Valerio inuito, sorte Horatio consecrationem obuenisse. Verùm quo pacto se habuerit res, ex his quæ in ipsa consecratione euenerunt, coniectari licet. Idibus igitur Septẽbribus, quo tẽpore luna plena est, congregatis in Capitolio Romanis maxima frequentia, indicto silentio, postem ex more tenenti Horatio, & dedicationis solénia quædam uerba proferenti iam, frater Publicolæ Marcus, cùm iampridem iuxta portas mansisset, obseruato tempore, fœdum nuntium incussit: O consul, inquiens, filius tuus ex morbo in castris interiit. Quæ res omnibus mœrori fuit. At Horatius nihil commotus, Cadauer igitur, inquit, quò uultis proiicite: ego enim minimè luctum admitto: & sic postem tenens consecrationem peregit, & dedicauit templum. Erat autem id nuntium haud uerum, sed id Marcus fuerat ementitus, quo Horatium ab eo munere deterreret. Mirificè igitur constantem se præbuit, siue quia non crederet factum, confectámque rem breui cognosceret, siue quia tantũ roboris animo inesset, ut credita re non moueretur. Videtur autem secundum quoque templum simili fortuna fuisse. Primùm enim, ut diximus, à Tarquinio exædificatum dedicauit Horatius, bellis autem ciuilibus igni consumptum est. At secundum instaurauit quidem Sylla, dedicationi autem Catulus inscriptus, Sylla morte intercepto. Hoc autem rursus in Vitellij seditionibus euersum ac dirutum. Tertiũ Vespasianus ea qua in cæteris felicitate usus, de integro reficere aggressus, opus perfecit. Sed instructi deinde à se tẽpli euersionem non uidit, sed tanto Syllæ fortuna præstitit, quòd illum mors ante cõsecrationem eripuit, hic ante desolationem decessit: unà enim cum Vespasiani interitu inflammatum Capitolium incẽsúmque est. Hoc autem quartum à Domitiano perfectum & consecratum est. Dicitur autem Tarquinius in fundamenta templi quadraginta millia argenti librarum impendisse. Huius uerò quod nostris temporibus Romæ est, priuati hominis ampliſſimæ opes, si quis ratiocinetur, ne ad deauratio-

Eutropius lib. 1. de gestis Rom. Appian. lib. 1. de bell. ciuil. 26 27 28 29

nem quidem ſufficerent,cùm duodecim millia talentorum impenſa exceſſerit. Columnæ eius templi ex * Penteleſio lapide exciſæ ſunt,craſſitudinémque habent optimè longitudini congruentem. Vidimus quidem ipſas olim Athenis: ſed rurſus Romæ extenuatæ atque expolitæ, non tantùm ex ſculptura ornatus acceperunt, quantùm menſurarum conuenientiæ amiſerunt, cum ſuo decore & ſpecie uacuæ atque exinanitæ appareant. Si quis igitur Capitolij ſumptuoſitatem miratur, is ſi unam in Domitiani domo porticum,aut baſilicam, aut balneum, aut concubinarum cœnationem uidiſſet,profectò quale eſt illud Epicharmi contra prodigum dictum : Non beneficus tu quidé,morbo afficeris,dilapidare gaudes : tale aliquid in Domitianum uſurpet : Non religioſus tu quidem, aut honoris cupidus, morbo afficeris, ædificare gaudes,& ut Midas ille, aurea tibi omnia & lapidea eſſe cupis. Sed de his ſatis. Tarquinius igitur poſt magnum illud prælium, in quo filium cum Bruto pugnantem amiſerat, Cluſium ſupplex ad Laertem Porſenam confugit, qui per id temporis & uiribus & uirtute cæteris Italiæ regibus lógiſſimè præſtare putabatur. Hic ſe illi pollicitus eſt opem laturum,ac primùm Romam de recipiendo Tarquinio legatos miſit: quod ubi denegatum eſt à Romanis,indicto antè bello, denuntiatóque tempore ac loco in quem inuaſurus eſſet,Romã magno cum exercitu aduenit. Publicola ſecundò,cum Tito Lucretio conſul eſt deſignatus. Romam autẽ rediens cùm primùm Porſenam animi magnitudine ac elatione uellet ſuperare, cùm iam diuitiis ualeret plurimũ,Sigliuriam urbem exædificauit maximis ſumptibus, eóq; ſeptingentos deduxit colonos,ut oſtenderet ſe nulla belli cura aut metu contineri. Attamen ab hoſtibus impetu acerrimo facto,reiecta ſunt à Porſena præſidia Romanorum : quibus in fugam conuerſis,parum abfuit,quin inſequentem hoſtẽ ac permiſtum unà in urbem recepiſſent. Sed Publicola cum ſubſidio pro portis occurrit, & iuxta fluuiũ cõmiſſa pugna,diu hoſtium impetũ ſuſtinuit,quoad multis acceptis uulneribus è pugna reportatus eſt:quod ipſum cùm eius quoque collegæ Lucretio accidiſſet, animi Romanorum uehementer conciderunt,fugáque ad urbem facta,ſalutẽ quæſierunt. Impellentibus autem per ligneum pontem hoſtibus, magnum periculũ urbi, ne caperetur,impendebat. Itaque primus Cocles Horatius,cúmque eo duo,Hermenius & * Lucretius,ambo clari genere,ad aditum pontis ſe offerentes,impetum hoſtium ſuo corpore exceperunt. Horatio uerò,quòd alterum oculum in bello amiſiſſet,cognomentum Cocles eſt inditũ. Quidam tamen id ex ſimitate naſi tractũ autumant,quia ſub ipſa fronte ita depreſſus demiſsúſque erat,ut nullum ferè inter oculos diſcrimen extaret,ipſáque ſupercilia cõmiſta inuicẽ confuſáque forent. Idcirco uolẽtibus eum pleriſque Cyclopem appellare,delapſa loquẽdi conſuetudo obtinuit, ut iam Cocles à plurimis diceretur. Hic igitur ſtans pro ponte acriter arcebat hoſtem, quoad ſocij poſt ſe pontem interrumpunt:ſic armatus in Tyberim deſiliens,Tyrrheno telo ſauciús in nate,incolumis ad alteram fluminis partem tranauit. Eius uirtutem Publicola admiratus,ſtatim Romanis perſuaſit,ut pro domeſticis copiis quantùm alicui in die ſatis eſſet ad uictum,tãtùm ei quiſque conferret, deinde agri quantũ uno die circumarauit,datũ,ſtatuáque eius ærea in æde Vulcani poſita. Sic detrimẽtum corporis acceptum ex uulnere,ex quo claudus poſtea fuit,his rebus ſolabatur. Imminente igitur urbi Porſena infeſta obſidione, frumenti cum ſumma caritate inopia Romanos inuaſit. Ad hęc,alius Thuſcorum exercitus ſeparatim in agrum Romanorum impetum fecit. Interim Publicola tertiò conſul,Porſenæ quidem intrepidè reſiſtẽdum eſſe,& urbem ſeruandam putauit. Intentus uerò in occaſione,repentè egreſſus urbem, repentino tumultu Thuſcos adortus eſt, ex quibus in fugam uerſis quinque millia hominum occídit. De Mutio autem multæ ſunt uariæq; ſententię,quarum eam nos ſequemur,quæ probabilior uidebitur. Erat Romæ adoleſcens nobilis, omni uirtute præditus,& clarus,maximè in rebus bellicis : hic cùm ſtatuiſſet Porſenam occidere,

*π. γγέλιον.

De Epicharmo Diogen. Laer. lib. 8. & Suid.

* Liuius habet, Laertius.

Val. Max. lib. 3. cap. 3.

Thuſco

Thuſco habitu indutus,Thuſcóque ſermone fretus,penetrauit in hoſtium caſtra, ac prope regis tunc ſedentis tribunal conſtitit. Sed cùm regem non probè noſſet, ſciſcitari autem,quis Porſena eſſet, timeret, unum ex his qui iuxtà ſedebant,quem regem eſſe putabat, pro rege obtrúcat : quo facto comprehenſus à ſatellitibus ad Porſenam eſt ductus,& eius facti cauſa interrogatus. Hic incenſo ad futurum ſacrificium foculo,dextram iniicit,quam cùm torreret, truci & horrido ore atq; uultu Porſenam intuebatur,tantiſper dum rex attonitus miraculo,ab altaribus iuuenem amoueri iuberet: cúmque à ſede ſua enſem illi porrigeret,ille læua extẽta(unde etiam dicitur Scæuolæ cognomentum traxiſſe,nam σκαιὸν Græcè læuum & ſiniſtrum ſignificat)recepit, & aiebat, ſe à Porſena, cuius metum ipſe dudum exuiſſet omnem uicíſſétque, nunc uirtute ſuperari:ea igitur ſe illi per gratiam indicare uelle, quæ nulla neceſſitate, aut ſupplicio coactus indicaſſet. Trecenti enim,inquit,Romani in tuis caſtris errant,qui eoſdem in te animos gerunt,occaſionem temporis obſeruantes:mihi autẽ ſorte euenit,ut rem primus aggrederer:nec fortunę tamen ſuccenſeo,quòd meo errore ſeruatus ſit uir probus,& dignus qui amicus magis Pop. Rom. habeatur,quàm hoſtis. His uerbis Porſena fidem habuit, & ad pacem uehemẽter cœpit aſpirare, pacis conditionibus ultrò Romanis oblatis, non tam (ut mihi quidem uidetur)metu trecentorum permotus,quàm uirtute Romanorum,& animi magnitudine adductus. Hunc uirũ Mutium Scæuolam nuncupatum ab omnibus, Athenodorus Sando, in iis quæ ad Octauiam ſcripſit Cæſaris ſororem, tradit Opſigonum etiam eſſe nuncupatum. At Publicola nõ magis grauem hoſtem Porſenam fore opinatus, quàm ut dignum etiã Romanorum amicitia iudicaret, non refugit apud ipſum inter Tarquinium & Romanos iudiciũ fieri: ſed ſpe optima fretus ſæpe in colloquio hortatus eſt, ut Tarquinium nequitioſiſſimum hominem,& iure pulſum regno, argueret. Reſpondẽte autem Tarquinio aſperius, nullius iudicio ſe, miniméq; omnium Porſenæ commiſſurum, ſiquidem factam ſocietatem immutari. quod reſponſum Porſena ægrè ferens, & ſimul filio Arunte,ſtudio Romanorum obſecrãte, bellum compoſuit, agro à Romanis quantùm Thuſcis abſtulerant,captiuíſque reſtitutis,ac receptis trãſfugis. Horum gratia decem prætextati,totidémque uirgines ex patritio genere obſides dati, in quibus, & Valeria Publicolæ filia fuit. His conditionibus compoſita pace, ſublatóq; à Porſena omni bellico apparatu, per fidem uirgines Romanorum lauãdi gratia deſcendunt,quà ripa fluminis æqualitate ſua placidum amnem & quietè fluentem reddebat. Vbi cùm uiderent cuſtodem neminem adeſſe,nec aliter ſe niſi natantes euadere poſſe, aggreſſæ ſunt natando magnos fluctus, & profundos uortices ſuperare. Quidam dicunt ex his unam Chlœliam equo fluuium tranaſſe, aliáſque ad id facinus adhortatam eſſe. Cùm autem ad Publicolam incolumes ueniſſent, haud admiratus eſt, neque factum probauit: ſed uehemẽter indoluit, ſi deterior quàm Porſena in ſeruanda fide appareret,& Romanorum fraudem,uirginum audacia tueretur: quare illas comprehendi, & ad Porſenam iterum reduci iuſſit. Hæc cùm antè agi ſenſiſſent Tarquinij familiares,inſidias ducentibus locarunt, & in ipſo trãſitu eos adorti ſunt. Contrà ſtantibus autem illis, & ſe acriter defendentibus, Publicolæ filia Valeria per medios pugnantes effugit, quàm tres ſeruuli conſecuti ex eo periculo ſeruarunt: aliæ permiſtæ militibus non ſine magno periculo fuerunt. Quæ cùm apud Aruntem Porſenæ filium increbuiſſent,ſumma celeritate eò cum auxilio decurrit,atque hoſtibus fuſis Romanos tutatus eſt. Aſt ubi uirgines ad Porſenam perductæ eſſent, quæna fugæ author & hortatrix extitiſſet,ſcrutabatur. Audito autem Chlœliæ nomine,in eã miti atque alacri fronte conuerſus eſt:tum iubens unum ex regiis equis pulcherrimè ornatum ad ſe duci, eum dono uirgini dedit. Hoc teſtimonio utuntur hi,qui Chlœliam tantùm aſſeuerant equo fluuium traieciſſe:quod alij tamen non probant:ſed,ut aiunt,regem uirile eius facinus prẽmio decorare uoluiſſe. Poſita autem eſt eius eque-

Val. Max. lib. 2. cap. 2. Sueto. de uiris illuſt.

ſtris ſtatua, qua ſacra uia ad palatium itur, quam quidam non Chlœliæ, ſed Valeriæ eſſe aiunt. Deinde Porſena diſcedens, alio opere ſui animi magnitudinem Romanis oſtendit: iuſſis enim Thuſcis arma tantùm accipere, aliud præterea nihil ſecum exportare, caſtra opulenta multo & uario commeatu Romanis reliquit. Itaq; mos uſque ad noſtram memoriam manet, ut cùm publicè auctionantur, prima quæq; Porſenæ bona per præconem denuntiant, honorémque uiri celebrant beneficij memoria ſempiterna. Statua etiam Porſenæ iuxta curiam poſita eſt ærea. Poſt hæc Sabinis 39
diſcurſionibus agrum uaſtantibus, M. Valerius Publicolæ frater, & Poſthumius Tubertus conſules creati ſunt. Cúmque res maximè gererentur ſententia & authoritate Publicolæ, duobus præliis à Marco bene pugnatum cum Sabinis eſt, quorum ſecundo nemo Romanus cecidit, tredecímque millibus hoſtium captis triumphauit, eíq; in honorem uirtutis, domus publicis impenſis in palatio ædificata eſt. Cúmque cæ-
Plin. lib. 36. cap. 15. terarum ædium fores intrò aperiendo impellerentur, huius domus tantùm extra fores aperiendi uſus erat, ut ex hac honoris conceſſione appareret quotidie domus ea publicè aliquid admiſſura. Græcas uerò domos eo pacto more Comico, ſuperiori ætate huiuſmodi ferunt, ut intus fores ſuas pulſare ſint ſoliti, quo ſonitu ante fores ſtantibus aut accedentibus ſignificarent illas aperiri, ne illis impulſis in anguſtũ de-
prehenderentur imprudenter, aut incurrerent. Poſteriori anno Publicola quartò cõ- 40
ſul deſignatus eſt, expectatióque belli erat Sabinis Latiníſque inſurgentibus, & ſi-
* *δεισιδαιμονία* mul * religio quædam urbem inuaſerat. Omnes enim grauidæ mulieres imperfectos pueros ædebant, nec ullus partus ad finem exactis menſibus perduci poterat. Vnde Publicola cùm ex libris Sibyllinis Orcum placaſſet, inſtauratíſque quæ ex Pythico quondam oraculo acceperant certaminibus, ſpes ciuitatis ad rem diuinam erexiſſet, toto animo ad ſedandos metus, qui ab hominibus impendebant, ſe conuertit. Ma-
Liui. lib. 2. dec. 1. gna enim belli moles, magníque motus ab hoſtibus parari ferebantur. Erat igitur in Sabinis Appius Claudius, uir quidem diuitiis & corporis uiribus clarus, probitatis uerò exiſtimatione, & eloquentia regionis illius facilè princeps: qui quidem, quod
cæteris magnis uiris euenire ſolet, ne in inuidiam uocaretur, euitare non potuit. Ca- 41
put autem eius inuidiæ atque atrocitatis erat, quòd pacis author fuiſſet, rémque Romanam uiribus auxiſſe diceretur, quò ſibi aditum ad occupãdum patriam muniret. Hic cùm accepiſſet eam famam haud inuitâ multitudine efferri, uehementérque à turbatoribus belli premeretur, nec par factioni eſſet, formidans iudiciũ, collecta magna & clientum, & amicorum manu ad tutelam ſui corporis, ſeditionem concitauit: quæ res mora ac dilatio belli Sabinis fuit. Hæc Publicola non ſolùm cognoſcere ſtudebat, uerùm eos magis magíſque incendere, factioni adiutor eſſe, certos uiros etiã ad Claudium mittere, qui hæc ex ſe illi nũtiarent: Publicolam, illum uirum probum & iuſtum ducere, nec ſe, licèt iniuria prouocatum, ullo tamen malo ciues illius uelle ulciſci: quòd ſi ſaluti ſuæ conſulere in animo eſſet, Romam migraret, & inimicorum ſe inuidia liberaret, à ſe publico honore, pro illius uirtute, & populi Romani dignitate acceptum iri. Hæc Claudio ſæpius cogitanti, ex inſtantibus neceſſitatibus opti- 42
mum factu uiſum eſt. Sic hortatus amicos, illis alios ſibi adiungentibus, quinq; millia domorum unà cum coniugibus ac liberis inde abducens, quod genus in Sabinis minimè turbulentum, ſed mitis quietęque uitæ ſtudioſum, Romam traduxit: quibus Publicola humaniſſimè acceptis, ad omnia iura ciuitatis, & mũnera eõſequenda adiutorem ſe promptiſſimum præbuit. Omnibus eius opera ciuitas, & ædes datæ, agérque trãs Anienem ſingulis duo iugera, Claudio uerò quinq; & uiginti tradita. Idem quoque inter patres lectus. Hoc illi reipub. adminiſtrandæ initium fuit, in quo uir prudens cognitus, haud multò pòſt in principum dignitatem peruenit, plurimúmque opibus, & potentia ualuit, genus etiam Claudiorum Romæ nulla re deterius reliquit. At rem Sabinorum ita diuiſam eorum ſeceſſione, non ſinebant populares ſe- 43
ditioſíque

ditioſíque ciues in otio, & pace quieſcere, uerùm angebãtur indies magis, indignati ſi Claudius quæ præſens obtinere nequiſſet, ea exul & hoſtis tranſigeret, Romanis, quos ſumma iniuria laceſſiuerant, ſupplicium luerent. Magno igitur exercitu ex Sabinis profecti iuxta Fidenas conſederunt, & in conſpectu urbis in inſidiis locarũt in locis circunclauſis, & concauis duo millia militum, qui cùm primùm illuxiſſet, palàm cum paucis equitibus prædam acturi erant. His erat mandatũ, ut impetu ad urbem facto, retrocederent terga dantes, quoad intra inſidias Romanum adduxiſſent exercitum. Quibus eodem die ad Publicolam per transfugas delatis, ſtatim contra illorũ fallacias ſuas ipſe uires oppoſuit, copias diſtribuit. Gener ipſius * Galbus Poſt- **Græcũ exẽplar habet Βόλβιος, Liuius, Albus.*
humius tria millia peditum agens, ante lucem occupatis tumulis ſub quibus ſubſi-
derant Sabini, eos præſidio obtinuit. Collega autem Lucretius relictus in urbe cum 44
copiarum parte leuiſſima & fortiſſima, ut Sabinos equites auertentes prædam adorirentur, ipſe cum reliquo exercitu inimicos undique circundedit. Ac fortè in aurora obortis nebulis, Poſthumius eos qui in inſidiis erant, ab ipſis tumulis infeſtare telis cœpit: aduerſus uerò equites qui præierant, Lucretius ſuos emiſit: Publicola hoſtium caſtra aggreſſus eſt. Sabinorum igitur res ſumma clade, & exitio undique petebatur: qui autem cedendo pugnabant, ſtatim Romani obtruncauerunt, cùm res multò aliter ac rati fuerant, cecidiſſet. Nam cùm aliis alij ſaluti ſe futuros putarent, manendi pugnandíque curam abiecerunt. Atque hi quidem dum effuſi è caſtris ad eos, qui in inſidiis erant, illi rurſus ad caſtra curſu ferebantur, in eos ad quos confugiebant inciderunt, eóſque ope egentes inuenere, à quibus ipſi auxilium expectabant. Verùm ne interirent omnes, quibuſdam Fidenatum ciuitas quæ propè aderat, ſaluti fuit, atque his in primis, qui captis caſtris effugerent: qui uerò errore aliò lapſi Fidenis aberrarũt, interempti ſunt omnes, aut captiui abducti. Hanc rem (etſi Romani omnes res magnas in fatum authorem referre ſint ſoliti) tam fauſtè felicitérq; ſolius conſulis uirtute geſtam prædicabant. Atque etiam ex iis, qui conſeruerant manus audire tum primum erat, Publicolam claudos, cæcos & modò non uinctos hoſtes ſuis enſibus obie-
ciſſe, ut illis pro arbitrio uterẽtur. At populus Romanus ex hoſtium ſpoliis & capti- 45
uis, maximis opibus, & copiis locupletatus eſt. Sic Publicola habito triumpho, deſignatis poſt ſe conſulibus urbem tradens, ut ſtatutum eſt hominibus paulò pòſt è uita diſceſſit, cùm per omnem uitam integerrimè ſanctiſſiméque uixiſſet. Populus uerò Romanus, uelut ſi nihil in eum pro dignitate contuliſſet dum uiueret, ſed omnem ei gratiam adhuc deberet, publicum honorem funeri decreuit, ac quadrantem in id funus ornandum contribuit. Mulieres quoque ſuo priuatim iudicio permotæ, annũ integrum ſummo honore & deſiderio uirum luxerũt. Sepultus eſt autem, & hoc decernentibus ciuibus, intra urbem iuxta Veliam, ciúſque ſepulchri tota familia particeps eſt facta. Noſtra autem ætate nemo ex eo genere iſtic ſepelitur: uerùm ſi quis moriatur, cadauer eò ferunt atque deponunt, ubi quidam facem flagrantem fermè ſubiicit, mox retrahit, declarans hoc pacto licere quidẽ ſepelire iſtic, ſed honori parcendum: quo facto, cadauer inde rurſum auferunt.

PVBLICOLAE ET SOLONIS COMPARATIO.

NVm igitur in his uiris comparandis priuatim aliquid ſupereſt? nec ad 46
unguem in his quæ memoriæ mandata ſunt, alter ſorte quadam alterum eſt imitatus, alter eſt teſtis alterius? Intuere enim eam Solonis ad Græſum de felicitate legem magis, quàm Tello, Publicolę conuenire. Tellum enim, quem ipſe mortis opportunitate uirtutéque & filiorum probitate felicem dicit, neque filios fuiſſe uſquã inter claros uiros à poetis memoratur, neque eiuſdem magiſtratus ullus, aut imperium glorioſum fuit: at Publicola &

uiuus opibus,& gloria ob uirtutem, Romanorum princeps eſt habitus, & poſt mortem inter clariſſimas familias & genera,Publicolæ, Meſſalæ,ac Valerij ſexcentos iam per annos,pręclaræ originis gloria reponuntur.Tellus rurſus ab hoſtibus ut uir ſtrenuus in acie manendo,pugnandóque mortem occubuit.Contrà Publicola interemptis hoſtibus, quod profectò felicius eſt quàm mori, patriam ſua uirtute uictricem aſpiciens, conſul atque imperator triumpho honoribuſq; auctus, optabilem ac beatum Solonis opinione exitum conſecutus eſt. Ac etiam iis quæ de uitæ tempore in Mimnermo refutando tradit, 47

Ne mihi ſupremo deſint in funere fletus,

Turbáque amicorum mœſta fluat lachrymis,

Publicolam felicem teſtatur.Moriens enim non modò amicis,& neceſſariis luctus & lachrymas,ſed etiam triſte deſiderium ſuę ciuitati reliquit.Nam eum Romanę mulieres non aliter gemitu proſecutæ ſunt,ac ſi filium uel fratrem, uel communem parentem omnium amiſiſſent.Diuitias quidem habere cupio, inquit Solon : per iniuriam conſequi poſſideréq; nolim, conſequitur enim ſupplicium. Publicola uerò nõ 48
modò in parandis diuitiis ab iniuria abfuit,uerumetiam eas in pauperibus iuuandis ſubleuandíſque conſumpſit : ut ſi ſapientiſſimus omnium Solon eſt habitus,feliciſſimus Publicola iure exiſtimari poſſit.Quæ enim bona ille uelut maxima optarat,ea conſequi, & conſeruare uſque ad finem Publicolæ contigit. Sic Solon Publicolam, ille rurſus Solonem illuſtrauit: & exemplum homini rempublicam moderanti præclariſſimum ad imitandum expoſuit, cùm cõſulatum detracto faſtu mitem, & mãſuetum cõſtituens, ab inuidia atque offenſione hominum uindicaſſet. E legibus autem Solonis permultas Publicola ad uſum ſuum traduxit. Nam in cõſtituendis magiſtratibus poteſtatem plebi reliquit,& crimen deprecãtibus prouocationem ad populum,ut Solon ad iudices,dedit.Quòd ſi Senatum non cõſtituit ut Solon, at Senatorum numerum auxit, ac fermè duplicauit. Quæſtorum quoque conſtitutio inde 49
accerſita eſt, ne conſul, ſi uir acer & ſtrenuus eſſet, his occupationibus à cura rerum maiorum abduceretur:nec ſi improbus,rebus pecuniiſque permiſſis, occaſionem ſibi ad inferendam iniuriam oblatam eſſe exiſtimaret. Quod autem ad odium tyrannorum ſpectat, uehementior nempe Publicola: ſiquidem deprehenſo in tyrannide affectãda pœnam conſtituit. Solon autem de indemnato permiſit ſupplicium ſumi. In quo uerò Solon rectè ac iure gloriari ſolitus eſt,tyrannidem ſibi omnium ciuium conſenſu,& uoluntate delatam reſpuiſſe,haud eſt id quidẽ cum Publicolæ facto ullo modo comparandum, qui nactus tyrannicum principatum, moderatiorem effecit ac populariorem, nec his quibus iure poterat, uſus eſt. Atqui id quidem ſenſiſſe Solon uidetur cùm dixit, ita populùm optimè imperia principis obire, ſi nec ſolutus nimis & liber eſſet, nec ſeruilem in modum depreſſus. Propria autem Solonis remiſ- 50
ſio æris alieni fuit,qua nihil ad retinendam confirmandámque ciuium libertatẽ pręſentius ac efficacius eſſe potuit.Nihil enim legum æquabilitas proderat,ad quã pauperes prohibebat æs alienum accedere, ſed in quo maximè liberi eſſe uidebantur, in eo maximè ſeruiebant, quòd diuites in rebus iudicandis, in gerendis magiſtratibus, in ſententiis dicendis, eorum nutu ac libidine niterentur. At illud certè præclarius, cùm reſciſſionem æris alieni ſeditio ſemper conſecuta ſit, illa tãtùm ut occulto quodam,ſed ualido ueneno fretus, inſtantem ſeditionem ſopiuit, conceptámque in rebus labem atque ignominiam uirtute,& authoritate ſua ſuperauit.Verùm illa maxima reipub.poteſtate permiſſa, facilè Publicola uincitur à Solone. Parebatur enim ei ab omnibus ipſe uerò parebat nemini,ac per ſeipſum nullis adhibitis,plurima & maxima in repub. geſſit. Ipſo tamen fine alter felicior ac beatior. Suam enim ipſe rempub.Solon ſublatam,& euerſam uiuus aſpexit:Publicolæ autem reſpublica,uſque ad 51
ciuilis belli tempora ſuum decus, & ſpeciem ſeruauit. Hîc enim latis ſtatim legibus, eiſque

eiſque in lignis ac literis ſine interprete,aut miniſtro derelictis,Athenis diſceſſit: ille manens cum poteſtate in gerenda repub.eam firmauit,& tutiſſimum in locum conſtituit.Ille Piſiſtratum cùm præuidiſſet,non potuit prohibere,ſed ab ipſa eſt tyrannide inſurgente uictus: hic regnum tot iam annos opibus, & potentia præſidens eiecit atque ſuſtulit:uirtute quidem Soloni,& uolũtate par, fortuna uerò & uiribus ad per-
52 ficiẽdum ſuperior. Quod uerò ad rationem bellicam ſpectat, nec quæ aduerſus Megarenſes geſta ſunt,Daimachus Platæenſis Soloni adſcribit,ut à nobis ſuperius dictũ eſt. At Publicola & ipſe manu dimicans,& cum imperio, plurima & maxima bella confecit.Quinetiam,& in rebus ciuilibus ille per iocum quodammodo ſimulatione inſaniæ de Salamine ſententiam dixit : hic autem maximarum rerum ſuſcepto periculo,non dubitauit in Tarquinium inſurgere. Idem cùm coniurationem detexiſſet, ſumendi ſupplicij,& ne euaderent improbi,prohibendi in primis author extitit.Nec corpora ſolùm tyrannorum de ciuitate eiecit,uerumetiam ſpes omnis tyrannidis in poſterum ſuſtulit. Sic rebus certamen atque impetum quendã animi, & concitationem ad reſiſtendum flagitantibus,acri, præſentíque ſe animo offerens, haud deterior uiſus eſt,quàm inermis in colloquio & congreſſu,cedendo & ſuadendo. Quibus rebus Porſenam uirum metuendum & inuictum, placatum reddidit atque amicum. Atenim dixerit fortaſſe aliquis,à Solone Salaminem Atheniẽſibus amiſſam, reſtitutam eſſe,Publicolam uerò Romanos parto iam antè agro cedere coegiſſe.Verùm de-
53 cet ſemper præſentium temporum rationem habere. Qui enim rempublicam gerit, dubius quo pacto cuncta tranſigi queant, ſæpe parte remiſſa, uniuerſa conſeruauit, paruáque iactura facta,maiora conſecutus eſt: quod Publicolæ tunc uſuuenit. Cùm enim ceſſiſſet alieno agro,ſalutem & incolumitatem peperit ciuitati, & quibus magnum fuerat urbem retinere,in eorum poteſtatem ſua opera obſidentium caſtra uenerunt, permiſſóque hoſti iudicio, uictor ea quoq; uictoriæ addidit, quibus amiſſis, optabilis fuiſſet uictoria.Nam exiſtimatione uirtutis & probitatis,quã ſibi pręter cęteros in cõſulatu pararat, præſens bellũ deleuit, & belli apparatũ Romanis ſummiſit.

uſtinus etiã Piſiſtrato tribuit bella Megarenſis uictoriam.

Alcibiades.

DONATO ACCIAIOLO INTERPRETE.

1 ALCIBIADIS genus,ſi maiorum illius memoria repetatur, paternum quidem ab Aiace,maternum uerò ab Alcmæonide,quem ex Dinomacha genitum aiunt, originem traxiſſe uidetur. Ferunt autem patrem ipſius Cliniam,trireme ſuis ſumptibus, ſtipendiiſq; parata, cùm aliquando Athenienſes prope Artemiſium cum hoſtibus decertaſſent,ingentem ex eo prælio gloriã reportaſſe.Deinde in ea pugna,quæ apud Coroniam cum Bœotiis commiſſa eſt,dum ſtrenui militis, & optimi imperatoris operam nauaret,dignam uirtute ſua mortem oppetiiſſe,atque poſt eius interitum, Periclem & Ariphronem Alcibiadis tutores fuiſſe relictos,uiros
2 ea tempeſtate præclaros,& magna cum * Clinia propinquitate coniunctos. Tradunt * *Xanthippo.*
inſuper, quod mea ſententia ueriſſimum eſt,amicitiam Socratis ad charitatem & gloriam conſequendam, non mediocrem occaſionem Alcibiadi præbuiſſe. Nam Demoſthenis mater,tum Lamachi,Theramenis,aliorúmque multorum,qui ea tempeſtate honoribus,& rerum geſtarum gloria floruerunt,neque cognita nobis eſt,neque cuiuſquam literis celebrata.Alcibiadis uerò nutricem quoque genere Lacænam,nomine Amyclam,& Zopyrum pædagogum fuiſſe accepimus,quia eorũ nomina gra-

Nobilitas ex generis celebritate rebus geſtis maiorũ & conuictoribus.

Pulchritudo. uissimi authores, Antisthenes atque Plato, literarum memoria prodiderunt. Verùm de pulchritudine Alcibiadis quanta, aut qualia à probatissimis scriptoribus, qui ei æquales fuerunt, prædicentur, nemo (ut ego arbitror) mediocriter doctus ignorat. Itaque aliis omissis, illud tantùm dicere ausim, sua tempestate omnibus Athenien-
Iustin. lib. 5. sibus, & dignitate oris, & totius corporis forma, unum Alcibiadem præstitisse. Neq; enim 3
illam Euripidis sententiam probandam putem, quia asserit, adultam hominis ætatem esse pulcherrimam. Hoc tamen Alcibiadi præcipuè est largita natura, sibíque cum paucis fuit commune, quòd non modò in pueritia, aut adolescentia, sed etiam in omni ætatis gradu, maximum semper decorem, ac formosam hominis speciem præ-
Facundia. tulit. Addunt præterea quandam ei in dicendo affuisse balbutiẽ, quæ uoci illius splẽdorem, & sermoni gratiam afferre uidebatur. Aristophanes itaque in his in quibus
** Pro, Cernis Theorum. δλῆς Θέολον, ὀρῆς Θέορον.* mordet Theorum, sic Alcibiadem balbutientem inducit: * Celnis Theolum caput adulatoris habentem? Et Archippus filium Alcibiadis mordens, Ambulat, inquit, dif
Ingenium. fluens uestem trahendo, & ut maximè patri similis esse uideatur, frangit nescio quo pacto ceruicem balbutítque. Naturam uerò Alcibiadis ferocem ac audacem fuisse, tum maximis cupiditatibus affectibúsque subiectam, ex uarietate, & dissimilitudine rerum quas postea gessit, facilè intelligi licet. Vir enim quieti otióque infestus, con-
4
tentionísque supra modum amator, nihil sibi in uita expetẽdum, aut magnopere laborandum putabat, nisi ut dominatu famáque, & rerum gestarũ gloria cæteris mortalibus antecelleret: quod sanè ei à primis incunabulis, ut ex commentariolis pueri-
Flagrãtissimi ingenij specimina prima ætate quædã narrat lis eius institutionis percipi potest, insitũ fuisse uidetur. Etenim cùm aliquãdo in palæstra cum puero quodam luctaretur, iámque aduersarius eum ad terrã deprimeret, uolens Alcibiades quocunque pacto hanc ignominiam euitare, manum illius cepit, dentibúsque momordit. Dimittente autem puero Alcibiadem, atque clamante, tanquam mulieres eum mordere: An, inquit ille, mulierum, & nõ leonum potius, morsus Alcibiadis sunt? Præterea cùm aliquando more puerorum astragalis cum suis æqualibus luderet, séque ad iactum pararet, quòd sors ad eum iaciendi peruenerat, fortè currus per eam uiam, ubi illi ludebant onustus agebatur. Conuersus ad aurigam
5
Alcibiades, primùm rogare cœpit, ut quousque ipse lusisset, currum cohiberet: deinde cùm homo agrestis puerum aspernaretur, currúmq; permitteret ob rusticitatem suo more labi, cedentibus aliis pueris, solus Alcibiades hac (ut sibi uidebatur) iniuria lacessitus, sese ante currum extensum supinúmque proiecit, aurigam iubẽs eo pacto si uellet ulterius pertransire. At ille pueri audacia multorúmque clamore conterri-
Amor ad discendum. tus, qui tollere Alcibiadem properabant, currum extemplo cohibuit, iumentáq; retraxit. Verùm post hęc Alcibiades cùm omissis puerilibus ludis, ad liberales disciplinas animum conuertisset, nihil sibi erat potius, quàm ut mágistrorum præceptis monitísque pareret, eorum doctrina imbueretur, ac in ea omnia diligenter incumberet, quæ uidebantur ad assequendam eruditionem, & excolendum ingenium pertinere. Artem modulandi tantùm illiberalem, & ingenuo adolescente indignam fugiebat, magísque tibiarum cantum, quàm alium sonum aspernari uidebatur. Lyram enim
6
neque sermonem eius auferre dicebat, qui illa uteretur, neque uultum deturpare: tibias uerò & sodalium colloquia tollere, & tantam homini deformitatem afferre, ut tibicen quãdocunq; os canendo buccáisq; inflaret, uix ab iis etiam dignosceretur, qui intima ei essent familiaritate coniuncti, Canant, inquit, Thebanorũ liberi, loqui enim nesciũt: nobis autẽ (sic enim patres nostri dicere solent) Palladem, quæ fistulam fregit, & Apollinem, qui & modulatorem fistulæ excoriauit, adesse sine inuidia sinãt. Hos Alcibiadis sermones ioco partim, partim seriò habitos, ubi inter omnes adolescentes fama uulgauit, cunctis eius sententiam, ut generosam & egregiam cõprobantibus, tãtæ turbitudini tibicines haberi sunt cœpti, ut quamprimũ ex omni ingenuorum cœtu cõmuni cõsensu fusæ ac fugatæ tibiæ sint. Scribitur in accusationibus An-
7
tiphontis,

tiphontis, Alcibiadem aliquando, cùm esset adolescens, clàm domo egressum se ad amatorem Democratem contulisse, confestímque Ariphronem uoluisse eum, quia non reperiretur, publico præconio indagare, prohibuisse Periclem. Si enim, inquit, ô Ariphron, ignorãtibus nobis Alcibiades mortem oppetiit, una saltem die eius interitum diuulgari oportet: si uerò saluus atq; incolumis est, cur adolescentis uitam infami præconio notandam censes? Addit etiam ipse Antiphon, in palæstra Sibyrtij ab Alcibiade quẽdam comitum baculo cæsum interemptúmq; fuisse. Verùm hæc cùm ab inimicissimo homine, qui potius infamiam Alcibiadis, quàm ueritatem historiæ perquirebat, mandata memoriæ sint, neq; persuaderi nobis, neq; credi facilè possunt.
8 Iam uerò cùm pleriq; homines, quorũ opes & diuitiæ ea tempestate insignes erãt, Al- *Vide Platonis Alcib. 1.*
cibiadis amore turpiter deperirẽt, Socrates philosophus uir doctus in primis huius adolescentis misericordia motus, statuit egregiam illius indolem, quæ tãquam præclara arbos amplissimos fructus paritura uidebatur, quantùm in se esset, malis amoribus auocare, & ad optimam disciplinam rectámque uiuendi rationem traducere. Atque eò magis id sibi faciendum putauit, quòd Alcibiadem non alienũ ab hac sententia, ut suspicabatur, inuenit. Nam etsi opulentia, uoluntates multorum, adulationes, & alia mala penè inuicta Alcibiadi aduersarentur, ingenium tamen adolescẽtis, quod in eo uehementer uigebat, breui singularem modestiam Socratis, uirtutémq; *Occasio qua pulpita ad philosophiã, sed parũ constanter.*
cognouit. Itaq; discendi studio, & sapientiæ amore pellectus, extemplo cunctis amatoribus adulatoribúsq; repulsis, ad Socraticam disciplinam animũ uertit, atq; omnibus posthabitis rebus, cœpit illius familiaritatem inire, sermonibus interesse, neque à
9 latere sapientissimi uiri unquam discedere. Cernebat enim Socratem nõ gratiã puerorum, ut alij amatores, aut illecebras blandæ uoluptatis consectari, sed modestiam & uirtutẽ quærere, atq; in eo præcipuè laborare, ut hi qui eruditi aut uellent, aut possent, omni corruptela insolentiáq; depulsa, bonis moribus imbuerentur. Demissa est igitur superbia galli, ut ille poeta inquit, & alæ ad terram depressæ. Alcibiades enim putans Socratis disciplinã quasi munus esse deorum, ad instruendos eruditionósque iuuenes missum, seipsum despiciebat, illum admirabatur, uirtutẽ amabat, uel imaginem potius, ut inquit Plato, gerebat amoris. Verùm pleriq; Athenien sium illud admirari præcipuè uidebantur, quod cùm Alcibiades nũc cum Socrate simul cœnaret, nunc in palæstra luctaretur, nunc in eodem tentorio moraretur, reliquos amatores, qui quotidie eius uestigia sequebantur, negligeret atq; contemneret, & erga nõnul-
10 los supra modum insolentia uteretur, ueluti aduersus Anytum euenisse aiunt. Is quibusdam hospitibus ad cœnam inuitatis, Alcibiadem quoque, cuius amore non mediocriter deperibat, precibus multis rogauit, ut interesse huic conuiuio uellet. Aspernatus hominem Alcibiades, domum discessit, ibíque ebrius factus post cœnam cùm ad Anytum reuertisset, per aulæ ostium, in eo enim constiterat abacus constipatus poculis aureis argenteísq; refertus, capta opportunitate seruos celeriter iussit, ut eorũ dimidiã partem subriperent, domúmq; perferrent: quo facto Alcibiades confestim eos subsecutus fugã arripuit. Accusantibus uerò cunctis, qui in cõuiuio aderant, impudentiam ac insolentiã Alcibiadis, solus Anytus, Non modò non impudentem, inquit, sed humanum etiam atq; liberalem Alcibiadẽ esse asseuero, qui cùm sibi liceret
11 omnem hãc supellectilem suo arbitratu capere, dimidiã nobis partem reliquit. Sic se grauem Alcibiades omnibus amatoribus difficilémq; præbebat, præterquam cuidã aduenę, & inquilino homini, qui ut gratiã Alcibiadis beneuolentiámq; iniret, omne suum patrimoniũ uendidit, centũ ex eo collectas stateras ad Alcibiadẽ detulit, multis precibus rogans ut acciperet. Ridens Alcibiades, ne amatoris munificentiã aspernari uideretur, accepta pecunia cùm hunc hominem domum perduxisset, post cœnã aurum ei restituit, iussitq; ut sequenti die in forum accedens, publicanorũ pretium, qui uectigalia ciuitatis empturi à præsidibus erant, in auctione suo pretio superaret.

Renuentem hominem ac tergiuersantem ob magnitudinem rei,quæ uires suas longè uidebatur excedere, Alcibiades nunc minis, nunc adhortationibus compulit, ut huic suæ cupiditati obsequeretur: nam cum publicanis iandiu Alcibiadi priuatim simultates intercedebant. Aduena igitur summo mane in forum profectus, publica- 12
norum pretio unum adiecit talẽtum. Hanc peregrini hominis audaciam,ueluti nouam & inopinatam admirantes publicani grauitérque ferentes,clamitare cœperunt, ut uades aduena iste præberet,quasi eum inuenire non posse arbitrarentur.Horũ clamore aduena,qui suas uires non ignorabat,supra modum absterritus,fugam iam arripere uidebatur,cùm Alcibiades ad magistratũ conuersus,Meus,inquit, est amicus, me(si uobis libet)pro familiari meo uadem accipite.Publicani,qui nouis emptionibus soliti erant ueteres semper dissoluere,Alcibiadis fallacia cognita,quæ in summũ discrimen fidem fortunásque eorum coniiciebat, non mediocriter animo defecere. Nullum igitur remediũ nisi hunc hominem de medio summouerent, suis rebus esse cernentes,eum orare hortaríque cœperunt,ut pecunia accepta illinc abiret.Prohibẽ- 13
te uerò Alcibiade minus quàm talentum accipere, nõ prius discessit, quàm publicani,ut Alcibiades uoluit,integrum talentum dederunt.Atq; eo pacto Alcibiades sine ullo suo incommodo peregrino, & familiari homini profuit. Verùm ea tempestate Socrates in erudiẽdo Alcibiade studium adhibens & diligentiam, multis etiam nobilibus aduersantibus uiris, adolescentem sic ad modestiam & temperantiam concitabat,sic ab omni turpitudine deterrebat, ut ille plerunque multis cum lachrymis se salutémque suam Socrati commendaret, nihílque in uita expetendum arbitraretur, nisi quod esset cum uirtute, & honestate cõiunctum. Interdum uerò etsi erga Socratem solum reuerentiam quandam seruare uideretur,tamen superantibus cupiditatibus,rationem continere non poterat,quin à sapientissimo digrediens uiro, ad uarias illecebras, & omnis generis uoluptates dilaberetur. Vnde illud Cleantis memoriæ 14
proditum aiunt:Alcibiadem,inquit,ex auribus tantùm à Socrate, ab aliis uerò amatoribus ex multis corporis locis,quæ honestè nominari non possunt,solitum esse deprehendi.Erat enim ei ingenium,ut Thucydides indicare uidetur, ad incontinentiã & luxuriam,atque ea,omnia quę uoluptatem pariunt,uehementer procliue,id quod ex inęqualitate uictus potuit iudicari.Sed inter multos Alcibiadis amatores reperiebantur nonnulli,qui uanis adulationibus ante tempus aures adolescentis implentes, asserebant ipsum esse uirum ad omnia summa natum, neminémque Athenien sium, aut animi magnitudine, aut eloquentia, aut ingenio, cum Alcibiade conferendum. Itaque si ad rempublicam gerendam accesserit, nõ modò alios oratores & duces, sed ipsum etiam illum de quo tanta fama apud omnes gentes haberetur, gloria atq; potentia superaturum esse Periclem. Verùm ut ferrum antea mollitum igne, densari 15
deinde frigore solet, sic ingenium Alcibiadis uariis blandimentis in uoluptates delitiásque prolapsum,cohiberi sapientia Socratis, & ad frugalitatem reuocari uidebatur.Nam & hortari adolescentem,& monere, etiam liberius accusare non desistebat, multis uerbis ostendens nullam in eo prudentiam,nullam modestiam,nullum denique uestigium esse uirtutis. Itaq; eum, qui omnem suæ uitæ cursum in mollitie corporis,atque in animi libidine collocaret,non esse hominem,sed monstrum potius,& immane quoddã animal appellãdum. His utebatur Socrates ad immoderatam adolescentis audaciam ac insolentiam comprimendam,quæ ea ætate quanta in Alcibia-
Ferocitas. de esset, ex his quæ superius exposita sunt, & aliis quæ adduci in medium possunt, facilè intelligi licet.Ferunt enim hunc adolescentem, cùm statuisset grammaticæ ope- 16
ram dare,nactum esse magistrum quendam nõ satis eruditum. Ab hoc primùm Homeri poemata petens,cùm ille negasset se Homeri quicquam habere,non tulit ignorantiam hominis Alcibiades,sed pugno eum percutiens,abiit. Ad alterũ deinde profectus,cùm ille Homeri librum habere à se emendatum dixisset: Et tu,inquit, grammaticam

maticam doces,cùm sis aptus ad poetam tam egregium corrigendum? Tradunt insuper Alcibiadem aliquando cùm Periclem alloqui uellet,domum illius profectum, antequam aulam ingrederetur,responsum tulisse, eum esse magnopere occupatum: secum enim agitare quonam pacto rationẽ Athenien sibus redderet.Discedens Alci- *Indoles.*
biades,Nũm,inquit, satius esset Periclem cogitare atq; perquirere, quomodo ratio-
17 nes non reddat?Post hęc Alcibiades ad bellicas laudes animum uertens,unà cum So- *Hactenus ingenij specimina,nũcres gestas adolescentis tradit.*
crate,in quo maximam semper spem suæ uitæ collocarat,ad Potidæam urbem in exercitũ Athenien sium uenit: paulóq; deinde acerrima cõserta pugna,etsi ambo egregiè felicitérque certassent, tamen parum abfuit quin Alcibiades extremam suæ uitæ perniciem eo die inuenerit. Vulneratus enim in prælio se ulterius tutari nõ poterat, cùm Socrates extemplo accurrens hostes summouit, Alcibiadémque seruauit.Qua- *Militia.*
propter duces exercitus præmium Socrati iusta ratione debebant.Sed cùm gloriæ, & dignitati Alcibiadis plurimùm fauere uideretur, cupiens Socrates potius honestam illius ambitionem in rebus generosis atque preclaris augeri,quàm sibi honorem tribui,ante omnes egregium testimoniũ de Alcibiadis fortitudine tulit, atque eos du-
18 ces multis est uerbis hortatus,ut corona eum integrísque armis donarent. Nec multo tempore pòst, cùm Athenienses in ea pugna, quæ apud Delum commissa est, re malè gesta, citato gradu arripuissent fugam, Socratem in magno periculo constitutum,quòd à tergo multa edita cæde urgebant hostes, Alcibiades solus protexit. Sed *Fortitudo.*
ante hoc tempus nonnulla sunt ab Alcibiade perpetrata, quæ ad hanc historiam nostram pertinere uidentur. Hipponicum enim Calliæ patrem, cuius magna Athenis ob diuitias, & nobilitatem generis, authoritas atque potentia erat, Alcibiades non odio,non iniuria, aut iusta ulla causa lacessitus,sed lusu quodam cum sodalibus inito, pugno percussit. Quod ubi editum in populum est, & multorum sermonibus diuulgatum, grauiter ferentibus cunctis clarissimi ac præstantissimi ciuis iniuriam, Alcibiades pauore confectus postridie summo mane domum Hipponici proficiscitur,ostiúmque ingressus, ubi in conspectum illius uenit, deposita raptim ueste, corpus nudum uerberandum homini obtulit, multis precibus rogans, ut debitis uberibus cæderet. Hic autem iniuriæ confestim oblitus, non modò ueniam Alcibiadi
19 præbuit, sed ut plerique etiam asserunt, in uxorem illi Hyparetam filiã dedit: quanquam nonnulli non Hipponicum,sed Calliam fuisse tradunt,qui dederit filiam, addúntque eam Alcibiadi cum decem talentis in coniugium esse locatam, ipsúmque deinde cùm Hypareta liberos peperisset, alia decem, quasi hæc antea pepigissent, à Callia patre extorsisse talenta.Calliam uerò post hęc ad alias huiusmodi fallacias euitandas,patrimonij fortunarúmque suarum,si fortè sibi sine prole mori contingeret, populũ Athenien sem instituisse hæredẽ.Verum cùm Hypareta,quæ & uirtutibus,& *Incontinẽtia.*
bonis moribus fuerat à primis incunabilis instituta, multas contumelias quotidie ab Alcibiade pateretur (erat enim ille scortis tum peregrinis, tum urbanis palàm manifestéq; deditus) nõ potuit egregia mulier hác uiuendi rationẽ à sua natura alienã ul-
20 terius tolerare.Itaq; Alcibiadis domo excedẽs,ad fratrẽ,quẽ unicum suis rebus putabat esse refugiũ,primũ se contulit:Deinde cùm Alcibiades hunc eius discessum,& omnia alia quæ ad illã pertinebant,aspernari uideretur, rogabat ut ipsimet, quemadmodum leges iubebãt,apud magistratũ repudij libellũ deponere liceret. Vixq; ad eũ locũ ubi magistratus cogebatur,peruenerat, cùm superueniẽs Alcibiades, spectantibus cunctis coniugẽ rapuit,eámq; nemine repugnante, medio foro domũ perduxit. Hæc deinde mulier usq; ad extremũ uitæ diẽ cum Alcibiade uiro permãsit. Defuncta est autẽ sub idẽ propè tẽpus, quo Alcibiades cum sua classe Ephesum nauigauit. Verùm Alcibiadis uiolẽtia, qua in cõiuge rapiẽda usus fuisse uidetur, neq; iniusta à po-
21 pulo Athenien si habita est,neq; ab humanitate aliena. Tradũt enim hunc magistratum ea ratione institutũ fuisse Athenis,ut essent,qui cõtentionibus discordiísq; sub-

latis,uxorē uiro publica authoritate adhibita,uirúmq; uxori cōciliare niterentur. Illud uerò ab his, quæ sunt à nobis superius enarrata, nō admodum alienum fuisse uidetur. Dicunt enim Alcibiadem inusitata magnitudine canem, quem minis septuaginta emerat, absciſſa cauda per urbē dimisisse. Hoc cùm multis stultum atq; ineptū uisum negotium esset, monentibus eum amicis, ac sermones, qui de eo circunferebantur enarrantibus, ridens Alcibiades sic inquit: Res, ut ego intendera, ex uoto succeſſit: hāc enim Atheniēsibus præbere uolui loquēdi materiā, ut eos à peioribus, quæ de me dicere audiréq; soliti sunt, nouis his rebus auerterē. Primū uerò aditū ad rem publicā gubernandam (ut alia omittamus) ex nummorū largitione, non consilio aut arte, sed sorte casúq; facta, assequutū Alcibiadem aiunt. Volunt enim hūc transeuntem prope locū quendā, ubi ingēs Athenienſiū multitudo magno cum strepitu clamitabat, cùm percepisset quasdā ibi erogatas esse pecunias, indéque huius tumultus causam prouenire, eò celeriter esse profectū, atq; nummos magna cum liberalitate populo Athenienſi fuisse largitū: exceptum deinde plausu populari, coturnicē, quā habebat sub pallio, inconsideratè ob immoderatā lætitiā dimisisse: ad cuius uolatum, cunctis qui ibi aderāt magis, q̄ antea, cōclamātibus, nitentibúsq; certatim auiculam gratia Alcibiadis capere, tandē ab Antiocho captam dicunt, ac Alcibiadi restitutam, summámq; inde familiaritatē inter eos fuisse exortā. Cæterùm cùm opulētia, genus, amicorū copia, aliáq; permulta, quæ sine ullo labore fautores ei quamplurimos cōparabant, ad dignitatē in repub. acquirendam Alcibiadi uehementer cōferrent, tamē nihil erat, quo ipse mallet apud populum Athenienſem, quàm eloquētia & dicendi ratione ualere. Nec uidebatur hæc in eo uana esse cupiditas. Quāta enim dicendi uis in Alcibiade fuerit, & Comici ipsi testantur, & Demosthenes ac Theophrastus locupletissimi sunt authores, quorū alter in ea oratione, quam contra Midiam habuit, uehementissimum oratorem Alcibiadem uocat: alter uerò cùm in multis aliis, tum in inueniēdi facultate eum magnopere extollit, tantúmq; ei tribuit in hoc genere laudis, ut cunctis Athenienſibus anteponendū censeat. Erat autem Alcibiades optimus nō modò rerum inuentor, quæ causæ suę conferrent, sed eorum etiam uerborū fabricator atq; magister, quæ cum ipsis sententiis cōueniren t, & ad persuadendum accōmodata uiderentur. Interdū uerò non succedente uerborū copia, ut res exigere uidebātur, resumere eā quæ antea dixerat cōsueuit, ut sine ulla intermissione integra oratio sequeretur. Sed inter alia, quæ de Alcibiade referūtur, & illud quoq; compertum habemus, cum in alēdis equis, quibus postea in Olympia uteretur, tantam curā operámq; posuisse, ut tēporibus suis, uel regum uel priuatorū fuerit nemo, qui maxima illa quinquennali celebritate ludorū, ad Olympum septem, ut Alcibiades, quadrigas perduxerit. Thucydides uerò, qui & Athenienſis fuit, & rerum gestarū scriptor egregius, secundū & quartū in certaminibus illis uictorē fuisse Alcibiadē refert. Euripides uerò tertium adiecit omnem eius gloriæ splendorem excelluisse. Sic enim inquit:

Formosa proles Cliniæ te nunc canam,
Quam illo superbam præmiis uidit die,
Graiorum Olympia clarus cùm uiceras,
Et mox paratas tres quadrigarum tibi
Victorias labentium cursu, rotis.
Iam uoce præco tunc ad astra te tulit,
Bis cinctum oliuæ fronde pallentis caput.
O gloriam tantam efferentem, quod tibi
Profectò soli, nemini certantium
Euenirēt Graiorum Olympia rotis.

Huic uictoriæ Alcibiadis magnū decus attuliſſe uidētur honores illi ab Athenienſium hostibus magnificè liberalitérq; tributi. Ephesij enim tentorium ad eum elegāter ornatum, Chij uictimas sacrificiis, ac pabulum

Leuitas.

Ad rempub. promouendā casus, opes, nobilitas, & eloquentia.

Magnificētia

22 23 24 25

bulum equis, Lesbij uinum, & ea omnia quæ ad celebrādum conuiuium pertinebāt, grato animo obtulerunt. Verùm paulò pòst hāc gloriam ex uictoria Olympica partam, labefactauit aliquantulùm calumnia quædā, in infamiam Alcibiadis liuore, & maleuolentia diuulgata. Ferunt enim ea tempestate fuisse Athenis Diomedem quēdam Alcibiadi familiarem, qui cupidus Olympicæ uictoriæ cōsequendæ, eum rogauit, ut publicum currum quem Argis esse perceperat, sui causa emeret: sciebat enim Alcibiadem factione gratiáq; apud Argiuos uehementer pollere. His auditis Alcibiadem aiunt currum ab Argiuis emptum, sibi postea adiudicasse, nulla Diomedis ratione habita, sed eo neglecto atq; repulso, querente clamantéq;, hoc improbi hominis dolum, non familiaris uiri officium esse. Dicūt præterea, ut ex oratione Isocratis pro Alcibiade scripta intelligi licet, de hac re quoddam fuisse iudicium constitutum, in quo Tisias, non (ut pleriq; putant) Diomedes, aduersarius extitit. Postea uerò quàm Alcibiades exacta iam prope adolescentia, se ad gubernādam rempub. contulit, extemplo cursum aliorum oratorum ac ducum, qui summū in ciuitate gradum occupare properabant, sic ingenio, audaciáque sua repressit, ut nemo ea tempestate Athenis esset, quem illi æquè ac Alcibiadem formidarent. Ausus est enim nunc aduersus Phæacum Erasistrati filium, nunc contra Niciam uirum opulentum, & præclarum in militia ducem, acerrimas contentiones certamináque suscipere: Erat autē Nicias maior natu quàm Alcibiades, Phæacus uerò propè æqualis, ac tum primò, ut ille, dignitatis fundāmēta iacere uidebatur, eíque nobilitas generis, aliáq; permulta, ut Alcibiadi, adiumento & præsidio erāt. In coronis autem ciuium, & familiari quotidianóque sermone elegans admodum Phæacus habebatur & perpolitus, in dicendo uerò orator parum uehemens. Vnde Eupolis optimum in loquendo, debilem in dicendo Phæacum ipsum appellat. Fuerunt autem nonnulli, qui cùm multa de Alcibiade, & Phæaco scripta reliquissent, illud quoque memoriæ prodiderunt, Alcibiadem aliquando uasa aurea atque argentea, quæ Athenienſes in pompis supplicationibúsque ferebant, retinuisse quædam, hísque deinde in quotidianis conuiuiis sic uti solitum esse, ac si propria supellectili uteretur. Erat autem ea tempestate Hyperbolus Perithœdes, cuius ut improbi, & flagitiosi hominis, Thucydides meminit. Is cùm studiosè colligeret ea, quæ in alterius infamiam dicerētur, Comicis qui audaciſſimè tēporibus illis mores hominum increpabant, magnam subministrabat uituperādi materiam. In eo præterea gloriari plurimùm uidebatur, quòd gloriam negligeret atque contemneret: quam quidem rem nonnulli audaciam & fortitudinem, ego uerò impudentiam, & socordiam appellandam censeo. Hoc igitur ministro populus Athenienſis sæpenumerò utebatur ad eos diuulgandos sermones, qui principum reipub. & potentiſſimorum ciuium crimina, uituperationes ac infamiam continerent. Eo igitur tempore ab Hyperbolo multitudinē persuasam cuidā principum reipub. Ostracum parare, fama uulgauerat. Illud uerò est exilij genus, quo populus Athenienſis potentes ac præstantes gloria uiros de ciuitate expellere consueuit, inuidiæ magis solatium, quàm timori remedium quęrens. Alcibiadem hæ insidię, quas uni illorum triū machinabatur Hyperbolus, minimè latuerunt. Itaque periculo cognito, Niciam, uel (ut nonnulli alij uolunt) Phæacum allocutus, omni simultate postpoſita, in eius amicitiam rediit, illiúsque potentia suis uiribus addita tantùm ualuit, ut Ostraci nota in authorem conuersa, Hyperbolum Athenis expulerit, nihil minus eo tempore, quàm tale exilium, formidantem. Nemo enim sordidus, neque ignobilis, aut insignis infamia uir, ut Plato comicus inquit, cùm Hyperboli meminisset, consueuit huiusce modi pœnam subire. Digna est igitur ille suis moribus, indigna uerò ignobilitate sua, & seruili cōditione perpessus, cùm Ostraca nobiliſſimorū ciuium, nō sordidorū hominum causa instituta uideātur. Sed hæc in aliis locis sunt à nobis latius pertractata. Alcibiadē uerò ea tempestate glorię Niciæ ac potentiæ inuidentem, quam cernebat non

In repub. multis formidabilis. Cùm summis contentio.

Thucy. lib. 7.

Vide in uita Aristidis.

Actus.

Aemulatio grauis.

sine magna hostium admiratione,& suorum ciuium beneuolẽtia supra modum augeri,die noctúque assiduè angebant curę,atque animum ambitione ardentem,uariis semper consiliis incitabant ad ea omnia machinanda,quibus & authoritatem auferre Niciæ, & dignitatem suam amplificare posset. Contraxerat autem summam cum Lacedæmoniis familiaritatem:quia de Spartiatis,quos Athenienses in insula ceperãt Pylo, bene ac præclarè paulò antè meruerat. Verùm cùm postea authore Nicia, pax 30
data Lacedęmoniis esset,& captiui libertati restituti,obscurato quodammodo Alcibiadis nomine, magnam est Nicias apud Lacedæmonios authoritatem, omnésque Græcos beneuolentiam consecutus.Itaque crebri afferebantur sermones, quibus Periclem excitasse,Niciam sustulisse bellum dicebant, multíque hoc fœdus inter Athenienses Lacedæmoniósque initum,Niceam pacem uocabãt. Hæc igitur Alcibiadem æmulatione,& gloriæ cupiditate incensum adeò uehementer urebant,ut nihil aliud agitare moliríque uideretur,quàm ut hanc pacem, quæ tantam famam Niciæ pepererat,perturbaret,& Niciam ipsum à Lacedæmoniorũ gratia beneuolentiáque auerteret . Ad hoc autem agẽdum, Argiuorum res & animi à Lacædemoniis alienati,occasionem ei, & quasi ansas præbebãt. Percipiens enim Argiuos non satis Lacedæmo- 31
niorum fidei credere,atque ideo alias spectare respublicas,quas arbitrarentur sine ulla exceptione suis rebus præsidio fore, occultè principes Argiuorum hortari cœpit,

Impietas in patriam.

ut relictis Lacedæmoniis ad Athenienses se uertant, sibíque persuadeant, Athenienses,quos iam pacis cum Lacedæmoniis factæ pœniteret, illis posthabitis, non modò Argiuos in amicitiam,sed in societatem etiam si uelint,recepturos. Et fortè Lacedæmonij per id tempus icto cum Bœotiis fœdere, & Panacto, quem antea locum integrum florentémque acceperant, deleto penè ac deserto, Athenienſibus restituto, sic eorum animos irritauerant, ut iam inuisum Lacedæmoniorum nomen, suspectúmque Athenis esset. Alcibiades hanc nouandarum rerum occasionem nactus, quotidie alia atque alia discordiarum semina per ciuitatem serebat:Niciam iam apertè palámque accusans,quòd hostium partem, quam delere sine ullo discrimine potuerat, sponte sua intactam dimisisset : partem uerò captam in populi Athenienſis manibus constitutam,non reipublicæ causa, sed ut Lacedæmoniorum beneuolentiam iniret, reddendam liberaliter censuisset. Adiiciebat præterea,in dicendis conditionibus pa- 32
cis,Lacedæmoniorum gratia,dignitatis Athenienſium adeò oblitum fuisse Niciam, ut non modò æquo, sed etiam libenti animo passus sit Lacedæmonios, insciis Athenienſibus,cum Bœotiis uel Corinthiis societatem posse contrahere : Athenienses inuitis Lacedæmoniis non posse. Dum hæc Alcibiades apud populum ira ac indignatione accẽsum, contra Niciam machinabatur, fortè Lacedæmoniorum legati Athenas uenerunt,gratos(ut ipsi dicebant)ac beneuolos afferentes sermones: uulgauerant enim,se non modò confirmandi nuperrimè ictum fœdus,sed societatem etiam faciẽdi,si Athenienses uelint, plenam potestatem habere. Primùm igitur hi oratores adeuntes senatum, cùm gratissimis uerbis exposuissent mãdata, sic benigna cunctis audientibus uisa sunt,ut magnam gratiam apud senatores, qui frequentes eo die conuenerant, suæ reipublicæ comparauerint. Sequenti die cùm alloqui populum uellent, 33

Astus.

metuens Alcibiades ne eadem oratione auribus multitudinis blandientes,omnia sua consilia multo tempore agitata,uno momento peruerterẽt, argutam fallaciã machinatus,clàm ad eos accessit cõmemoratísque primùm multis amicitiæ causis, quæ sibi cum Lacedæmoniis intercedebant : deinde,Quid,inquit,uiri Spartiatæ,huius ciuitatis nostrorúmq; hominũ mores,uestras aures latent? An ignoratis quantũ inter senatum populúmq; Athenienſem intersit?Hesterno die cùm frequenti senatu tam grata támq; benigna exposuistis mãdata, extemplo prudentissimorum hominum mentes, quę modesta oratione persuaderi facilè solent,ut uestris sermonibus acquiescerẽt cõpulistis : nunc si apud populum,qui temeritate & insolẽtia quadã loquentium uerba metitur,

» metitur,eundem dicendi modum seruabitis,in tantam superbiam eorum animos ef-
» feretis,ut frustra deinde à uobis, & ab iis omnibus qui uestræ causæ fauent, laboran-
34 dum esse uideatur. Iam enim percrebuit,uos sic supplices,sic demissos ad hãc urbem
» cõfugere, ut iam imperitæ multitudini persuasum sit, Lacedæmoniorum rempubli-
» cam,nisi Athenienſium societate fulciatur,saluam esse non posse.Agite igitur sapiẽ-
» tia uestra, & consilio amicissimi hominis, qui minimè huius populi nãturam igno-
» rat,credite:populum adeuntes non sic alloquimini ac si mãdata libera, & cum omni
» potestate permissa uestro arbitrio sint,ut coram senatu pridie egistis:sed hãc amplis-
» simam authoritatem prudenti consilio tegite , ut senatus deinde populum minimè
» uestris uerbis elatum,in hanc societatem,quam uterque nostrum intendit, perduce-
» re sine labore cõnatúque possit. Hæc cum dixisset, iureiurando adactos, ut ea omnia
silentio comprimerent,dimisit,multa de Nicia adiiciens,quibus & fidem eripuit illi,
& sibi apud eos gratiã comparauit, admirantes eximiam quandam ac propè singu-
35 larem eloquentiam Alcibiadis.Postero die congregata concione, uenientes Lacedæ-
moniorum legati,amicissimè ab Alcibiade humanissimẽque rogãtur,ut ea quæ uellent,dicerent. Extemplo illi exposuerunt mandata,remissa sanè ac frigida,longéque ab expectatione populi, & ea fama quæ uulgata erat, aliena,summam authoritatem quam habebant tegentes, ut Alcibiadis consilium sequerentur. At uerò Alcibiades, postquam illi finem dicendi fecerunt,non ut is qui legatos fefellisset, sed tanquã dolo fallaciáque deceptus, increpare eos cœpit, duplices, infidos, mutabiles appellans, neque sancti quicquam in uerbis suis integríque habentes. Hinc populus, illinc se- *Perfidia.*
natus indignabatur, atque hanc legatorum uarietatem, quasi derisionem quandam esse putabant. Niciam uerò stupor simulátque mœstitia occupauerat, admirantem hanc inopinatam legatorum permutationem, ignorantémque dolum & fallaciam
36 Alcibiadis. Reiectis igitur ob hæc Lacedæmoniorum legatis, bellum subitò magnũ *Astus ex sententia cessit.*
exarsit. Nam post legatorum discessum, extemplo Alcibiades dux militiæ frequenti senatu populóque electus, primùm sagaci consilio nitendum putauit, ut Peloponnesum uariis factionibus laborantem aduersus Lacedæmonios, quoad per eum fieri posset,concitaret.Erant enim Argiui,Elij,Mãtinenses, aliíque populi Lacedæmoniis finitimi, ad spem nouarum rerum erecti : quos si in huius belli societatem traxisset, magnum momentum rebus in Peloponneso gerẽdis,allaturum se esse cernebat.Hos igitur multis modis rationibúsque aggressus, tandem compulit, ut armis arreptis simul cum Athenienſibus eandem belli fortunam experiri uellent, sibíque persuaderent hanc expeditionem aduersus Lacedæmonios susceptam,non minus ad se,quàm
37 ad Athenienſium rempub. pertinere. Quibus rebus effectum est, ut bellum deinde communi consilio excitatum, sic prope Spartam, & longè ab Athenienſium finibus gereretur, ut periculosum Lacedæmoniis foret, eo in loco cum hostibus decertare, magísque eis extremum patriæ malum formidandum in aduerso prælio, quàm mediocre commodum sperandum in uictoria esset. Verùm inter hæc, mille uiri exnobilitate,republica Argiua occupata,& populari statu deiecto, cùm aduersus Lacedæmonios prælium commisissent, fusi fugatíque magna accepta clade in urbem pellũtur,ibíque iterum aduersus armatam multitudinem, cui ad capienda arma animum fecerat Lacedæmoniorum uictoria, decertandum fore uidebatur, cùm superueniens Alcibiades multitudinis patrocinio, statum popularem in ciuitatem restituit. Post hæc Alcibiades populum Argiuum,de quo tam bene paulò antè meruerat,extemplo suis adhortationibus compulit, ut ab Argis nouis mœnibus ductis, quasi duobus brachiis iungerent mari urbem, quò facilius & ciuitatem tueri ab Lacedæmoniis, &
38 tutius ipsi iuuari ab Athenienſibus possent.Cùm uerò idem Patrenſibus suaderet, dixisse quendam ferunt : Sibi deinde si hoc egerint, caucant Patræ : illa enim mœnia ansas fore prædico, quibus Athenienses pro suo arbitratu nostram capiant urbem.

Ad hęc Alcibiades: Fortè, inquit, ô amice, euenire potest quod dicis, & ex pedibus Patræ à nobis, at uerò ex capite à Lacedæmoniis occupari posse uidentur. Verùm si minus hoc præsidij genus illis placeret, hortabatur saltem, ut amicitia Athenienſium quasi uallo quodam muniti, statum suum firmarent, Rempublicam tuerentur, * atque pro maiori amoris indicio communem uiuendi rationem susciperent. Quibus adhortationibus persuasi Patrenses, ne aspernari liberalitatem Athenienſium uiderẽtur, Alcibiadis uoto consilióque parentes, pro more patriæ iureiurando promittunt, frumenta, uineta, oliueta, agros deinde Atticos sic se in posterum habituros, ac si ea omnia sibi suæque reipublicæ essent communia. Sed dum hæc summa cura ac diligentia gerebantur, interim tamen Alcibiadem aiunt, nimiùm cedentem cupiditatibus suis, solitũ esse nunc Veneri & Baccho frequentius indulgere, nunc egregiè stratis lectis in triremibus pernoctare, nũc purpureis ac pretiosis uestibus uti, multa denique, quæ luxum, & pompam immodicam præ se ferebant, ingenti ambitione studióque perquirere. Quinetiam dicunt inter alia, quæ de illo referuntur, clypeum aureum, non patrio ullo insigni, sed Cupidine fulminifero inscriptum, solitum esse gestare. Quibus facilè apparebat, animum uiri multis corruptelis à primis incunabulis deprauatum, ad uarias deinde illecebras, & omnia oblectamenta, quæ turpem uoluptatem pariunt, fuisse procliuem. Verùm nonnulli præstantes uiri, & ciues in republica principes, hanc licentiam Alcibiadis supra morem, & cõsuetudinem urbis elatam, non hominis in libera ciuitate uiuentis, sed tyrannidem affectantis indiciũ esse putabant. At populi animus qualis erga eum esset, probè Aristophanes his uerbis ostendit, cùm de Alcibiade loqueretur: Desiderat, inquit, populus atque odit, uideréque rursus hominem cupit. Ampliúsque suspicione grauans, Leonẽ in republica nutrire non decet: aut si nutriatur, eius deinde libidini seruiẽdum est. Sed ex altera parte largitiones, ludorum sumptus, & ingens erga rempublicã magnificentia, qua maiorum suorum gloriam superabat, eloquentia insuper, rei militaris disciplina, genus, forma, aliáque permúlta, quibus Alcibiadem mirificè natura instruxerat, eam sibi gratiam apud populum uendicabãt, ut multi impura illius facinora, & liberum uiuendi modum æquo animo tolerarent, hæc non flagitia, sed adolescentiæ ludos, atq; feruentis ætatis lasciuiam nuncupantes, ueluti ea quæ de pictore Agatarcho, & Taurea illo aduersæ choreæ principe referũtur: quorum alterum Alcibiades ui domi detentum, donec suas pingeret ædes, postea cum donis dimisit: alterum uerò, cùm se in chorea superasset, uictoria lętitiáque elatum pugno percussit. Item quòd Meliam captiuam extraxit, & cõgressus ex ea puerulum sustulit. Illud autem permultos offendit, quòd Athenienſibus de interficiendis Meliis, qui capti in prælio fuerant, consultantibus, præter opinionẽ omnium Alcibiades censuit, ut de qualibet ætate supplicium sumeretur. Cùm autem Aristophon Nemeam pinxisset, quæ ulnis Alcibiadem gestaret, cum admiratione plebs spectatum concurrebat. Sed hos Alcibiadis mores, & impuram uiuendi rationem, imperiti homines modestis nominibus excusantes, æquius fortasse quàm decuit, tolerabant. Prudentes uerò ac insignes nobilitate uiri, & incontinentiam eius iniquo ferebãt animo, & insuetam liberæ ciuitati audaciam, ueluti speciem quandam tyrannidis perhorrebant. Vnde illud Archestrati non abhorrens memoriæ proditum est: Duos, inquit, Alcibiades, quasi unum designans tyrannum, neque Attica, neque Græcia tulit. Et Timon ille, quem antiqui scriptores, ob naturæ asperitatem, inhumanum ac inhospitalem appellant, Alcibiadi aliquando à concione redeunti obuiam factus, Macte, inquit, uirtute adolescens, authoritate tuam potẽtiam auge: magnam enim huic reipublicæ perniciem augebis. Hæc Timonis uerba quibusdam ueluti insana deridentibus, quibusdam grauiter ferentibus, prudentes uiros, qui audacissimi adolescentis & ingenium, & animum formidabãt, perturbarũt. Sic igitur ob naturæ uarietatem, alia atque alia de Alcibiade habebatur opinio.

* Est nõ paulò diuersa sententia in exẽplari græco.

Crudelitas.

De Nemeæ fœminæ pictura, uide Vlm. sed eam tribuit Niciæ.

opinio. Verùm cùm Athenienſes, uiuente adhuc Pericle, magis etiam post eius interitum, amplificandi imperij cupidi, de subigenda Sicilia cogitarent, primùm ex alienis discordiis (ut plerunque fit) occasionem nacti, defensionem eorum suscipiendam
43 putarunt, qui Syracusanorum uim tolerare non poterant. Itaq; pedetẽtim missis antè auxiliis, amicitia deinde ac societate cum illis inita, eum iam aditum sibi in Sicilia patefecerant, ut appareret populum Athenienſem fundamenta maioris militiæ iacere, maiúsque moliri in animo bellum. Hanc populi cupiditatem Alcibiades suæ quoque libidini, & ambitioni congruentem, quoad per eum fieri poterat, accẽdebat, rationibus multis ostendens hanc expeditionem ingens imperium, perpetuam gloriam Athenienſium reipublicæ parituram. Audendum aliquando ulterius progredi, nec pedetentim ut antea, sed totis uiribus aggrediendam Siciliam esse. Ipse uerò longè etiam maiora, quàm uerbis proferebat, mente concipiẽs, non Siciliam, ut plerique finem belli, sed alterius expeditionis initium, adeóque (si diis placeat) commeatum fore putabat. Iámque ea occupata prouincia, Carthaginem deinde, ac Libyam,
44 tum Italiam, Peloponnesúmque animo destinabat. At Nicias longè aliter sentiens, magno conatu his cõsiliis aduersabatur, huius expeditionis difficultatem, Syracusanorum potentiam, uicina bella in medium afferens. Sed æquiori animo uerba Alcibiadis audiebantur à cuncta penè ciuitate, quę tanta huius belli cupiditate flagrabat, ut eam in manibus exploratam uictoriam habere uideretur. Sedebant enim in theatris ac palæstris seniores uiri, & alij iuuentutem ad hãc expeditionem multis adhortationibus concitabant: alij Siciliæ formam, sitúmque Carthaginis describebant: alij narrabant exempla maiorum, qui rebus præclarè ac magnificè gestis amplissimam gloriam suis posteris reliquissent. Fuere tamen duo præstantes uiri, Socrates philosophus, & Meton astrologus, qui longè à superiori sententia alieni, ille quidem solito fortasse dæmone, genióque admonitus, hic uerò aut ratione, aut uaticinio quodam compulsus, ciues terrebant, monebántque, ut ab hoc tanquam funesto ac pernicio-
45 so abstinerent bello. Quinetiam Metonem dicunt solicitum de periculo filij proficiscentis ad bellum, quasi præsagientem calamitatem futuram, insaniam simulasse: alij quadam nocte domum propriam combussisse, atque deinde sua fortuna in concione deplorata, sic populum ad misericordiam commouisse, ut præter consuetudinem filium suum receperit beneficio populi, ab omni militia ac expeditione exemptum. Cæterùm omnium animis in bellum Syracusanum conuersis, Athenienſes nihil ultrà differendum rati, duces militiæ Niciam, Alcibiadem, ac Lamachum elegerunt. Renuentem uerò Niciam ac tergiuersantem propter collegarum societatẽ, populus Athenienſis publica authoritate adhibita coegit, imperium ut acciperet, existimans Lamachi ac Alcibiadis ferocitatem cohiberi tarditate Niciæ, ac temperari mo-
46 destia posse. Lamachus enim etsi iam ad senectutem uergebat, erat tamen in periculis adeundis longè audacior, quàm ætas sua postulare uideretur. In medio deinde apparatu belli, tentantem rursus Niciam hanc expeditionem turbare, Alcibiades contrà enitens superauit, peruicítque, ut populus Athenienſis totius administrationem futuri belli, ad duces quos nuper elegerat magna cum authoritate deferret. Deinde post paucos dies, satis iam omnibus comparatis ad bellum, cùm soluere à Pyræo pro suo arbitratu possent, noua repentè religio ciuitatem inuasit, nuntiantibus cunctis festa Cereris, quę appellantur Adonia (eo enim tempore celebrãtur) multa fœda horrendáq; portendere, & matronis passim per urbem similia cadaueribus, quæ ducuntur ad rogum, spectra obuersari, ipsas ante sepulchra procumbere magno cum gemi-
47 tu, more lugentum, & funera celebrantum. Adiiciebant præterea, Mercurij statuas, quarum Athenis magna copia erat, ex omnibus locis ciuitatis una nocte fuisse deiectas, capitibúsque perfractis, ad terram prostratas iacere. Perturbata igitur ciuitate, atq; in id solum intenta, ut authores huius facinoris reperiret, incerti rumores famã

Egestanos & Leontinos intelligit Thucyd. lib. 6.

Thucyd. 6.

uulgarunt,hoc Syracuſanorum,quòd coloni eſſent, gratia fuiſſe à Corinthiis perpetratum,quòd ſperarent à preſenti bello populum Athenienſem aut retardare aliquādiu,cura religionis iniecta,aut auertere penitus poſſe. Quibus nec aſſentiri Atheniēſes uidebantur, nec ulla ratione adduci, ut crederent Corinthiorum fraude uiolatos eſſe Mercurios:ſed potius ex flagitioſorum iuuenum corruptela,qui conſueſſent cōiuratione inita in ludis,& conuiuiis conuenire,hoc impium facinus prodire arbitrabantur.Et fortè per eos dies capti ſunt aduenæ ac ſerui nōnulli,qui coram ſenatu po- 48
Impietatis inſimulatus Alcibiades.
pulóque adducti, huius facinoris culpam in Alcibiadem conferebant, aſſerētes eum habere ſodalium cœtum, qui domi cōgregarentur, ueluti in ſcena hiſtriones, ad ſacra Cereris imitanda, & ea referenda myſteria, quæ magna cum reuerentia celebrari ab Athenienſibus ſolent. Addebant præterea, eos inter ſe ceremoniarum munera eſſe partitos,Polytionem quendam eſſe eum,qui ſacras teneret tedas,& Theodorum preconem uocitari, & Alcibiadem ueluti ſacrorum antiſtitem reliquos ſodales arcana myſteriáque docere. Hæc ſunt, quæ præcipuè à Theſſalo accuſatore in Alcibiadem, ueluti impium & execrandum hominem,ſcripta eſſe comperimus. At uerò Alcibiadis inimici, Androcles preſertim,qui huic uel maximè infenſus erat,hāc nocendi occaſionem nacti,cùm ubiq; & ueteres illius mores,& anteactam uitam non contentā mediocritate ciuili ad fidem præſentium criminum retuliſſent,ſic populum ad iram ac odium cōcitarunt,ut fautores illius,nō ſuſtinentes aduerſariorum uim,primùm de omittenda Alcibiadis cauſa cogitarent. Deinde cernentes nautas,remiges,omnes 49
denique milites, tum domeſticos, tum peregrinos aduerſus Alcibiadis inimicos palàm manifeſtéq; inſurgere, animum rurſus quem propè abiecerant, receperunt. Omnes enim auxiliares,ſed præcipuè milites Argiui,& mille pedites Mantinēſes, ſe ad hanc militiam ueniſſe dicebant, ut Alcibiadem terra marique, aut nullum alium ducem ſequerentur. Hæc cùm uiderent Alcibiadis aduerſarij, ueriti ne multitudo in expectatione belli erecta,horum uocibus,quorum opera niſi bello poſthabito carere non poterant, ad tollendum iudicium flecteretur, nouis conſiliis uirum aggrediuntur.Inſtruunt oratores nonnullos,qui etſi aduerſus Alcibiadem occultas inimicitias exercerent,non tamen minori odio,quàm aperti inimici eum habebāt. Hi po- 50
pulum adeuntes ueluti ciues,quibus curæ eſſet reipub. ſalus, multis uerbis oſtendūt, quàm indignum Athenienſium prudentia ſit, ſimul & claſſem ingentem parare, & multitudinem penè immenſam cùm ex urbanis, tùm ex ſociorum copiis collectam, ad bellum armare grauiſſimum fortaſſe omnium, quæ unquam ea reſpublica geſſerit,& eodem tempore tanti exercitus ducem reum conſtitui,iudicio diſtineri, ac populum Athenienſem, qui animo Europam Aphricámque concipiat, in audiendis accuſationibus fruſtra tempus terere. Nauigandum igitur eſſe, quod bene ac feliciter eueniat, & in aliud tempus iudicium differendum. Confecto enim bello, cùm Alcibiades per otium adeſſe ſuæ cauſæ poterit, iudicium conſtituant, rem cauſámque cognoſcant, & opportuno reipub. tempore ſecundum leges ſententiam ferant. Non latuerunt ingenium Alcibiadis hæ inſidiæ, quas inimici, ſub amoris ſpecie, 51
apud imperitam multitudinē in ſuum caput machinabātur. Itaque precibus,querelis, omni denique contentionis genere eniti ad populum cœpit,ut de hac accuſatione antè profectionem ſuam decerneretur: indignum eſſe clamitans,ſub reditū ſuum integram cauſam reſeruare, & in magnam expeditionem ducem mittere, quem omnes Græci accuſatorum criminibus obnoxium putent. Quam authoritatem in exercitu habiturum eum credant, quem milites ignorent, an ut imperatorem, an ut reum ſequantur? Hanc igitur cauſam,inimicorum odio atq; inuidia extitatam ante omnia cognoſcant,ac ſi Alcibiadē(ut inimici uolunt)nocentem inuenerint,ei ſecūdum leges pœnas conſtituāt: ſin uerò manifeſtè cognouerint ſe longè ab hoc ſcelere eſſe alienum,tum in lucem proferāt innocentiā ſuam, ut fidenti animo proficiſcatur

ad

ad bellum.Non enim decere populum Athenienſem,neq; reip.expedire,nequemaximis rebus quas gerere tantis conatibus parent, utile eſſe,ſic ducem Atheniēſem in expeditionem accedere,ut magis domeſticos hoſtes,qui poſt tergum relinquantur, quàm externos qui aduerſa fronte dimicaturi ſint,formidandos putet.Poſt longam contentionem re integra in aliud tempus reſeruata,quia præſenti bello moram allatura uidebatur,triumuiri iubente ſenatu populóq; Athenienſi claſſem conſcendunt: nec multò poſtea,tempus idoneum ad traiiciendū in Siciliam nacti,dato profectionis ſigno cum magna ſpectantium uoluptate à Pyræo ſoluunt,ducentes ſecum non multò minus quàm centum & quadraginta triremes,centum & quinque millia peditum,tum ſagittarios ac funditores leuis armaturæ mille & trecentos, tormentorū
53 præterea ac machinārum expugnandis urbibus copiam ingentē. Secundo uento ad Italiam delati,Rhegyum quod ex propinquo Siciliam ſpectat,primo aduentu occuparunt.Deinde conſultantibus inter ſe de adminiſtratione imminētis belli, Alcibiades ſuadente Lamacho,repugnante uerò Nicia, ingenti celeritate in Siciliam traiecit,ac nulla interpoſita mora Catinam(id eſt,oppidum non admodum longè à Syracuſis ſitum)prius occupauit,quàm oppidani,aut ſuis præſidiis urbem tueri,aut accerſire aliunde ſubſidia poſſent. Hoc initio proſperè felicitérque ſecuto, iam ad reliqua peragenda milites Alcibiadis ſeſe parabant, exiſtimantes omnia quæcunque forent,illo,non alio duce,ſuperare & conſequi poſſe, cùm triſti nuntio allatum eſt, eum Athenas ad iudicium reuocari. Nam poſt diſceſſum illius maiori parte (ut plerunque fit)meliorem uincente,inimici omni contentione adhibita, populum concitarunt ad eam conſpirationem prius inueniendam, deinde extirpādam, quam au-
54 thore principéque Alcibiade factam eſſe dicebant.Itaque cœptum eſt de coniuratis, qui inſimulabantur modicè primùm agitari,deinde creſcēte odio atque inuidia, tāta extemplo rabies ciuitatem inuaſit,ut in quoſcunq; amicos ac ſodales Alcibiadis, ſine ullo diſcrimine ſæuitum ſit. Nulla enim ſeruata iudicij forma, alij necabantur, alij trudebantur in carcerem,nec quiſquam erat tam innocens,qui ſi in tenuē ſuſpicionem huius criminis incidiſſet,furētis populi manus poſſet effugere.Eos uerò qui primùm hāc culpam in Alcibiadem contulerunt, Thucydides prætermiſit. Phrynichus autem Comicus,aliíque nonnulli Dioclidem ac Teucrum fuiſſe teſtātur, ut ex Phrynichi ſcriptis intelligi licet:Te,inquit,amiciſſime Mercuri,integrum atque incolumem ſerua,ne ſi cecideris,& amico infamiæ ſis, & Dioclidi præbeas facultatem
55 nocendi.Cauebo,inquit,ne Teucer aduena poſſit obeſſe colono.Sed iam ſatis cōpertum habemus neminem fuiſſe inter eos,qui Alcibiadem oppugnabāt, ſic ſibiipſi cōſtantem, ut aliquid unquam ſtabile aduerſus eum firmúmq; protulerit, quin potius omnia ficta pro arbitrio crimina & cōmentitia uidebātur. Rogatus quidā accuſatorum,quonam pacto eum qui Mercurij ſtatuam percuſſerat,conſpexiſſet: reſpondit, ſe beneficio lunæ percuſſoris uultum,ſacrilegíq; nouiſſe. Verùm cùm luna noua,qua tenebræ uigere præcipuè ſolent,id facinus perpetratū eſſe conſtaret, ſatis perceptum fuit à prudentiſſimis uiris,eum & pugnantia ſecū loqui,& maleuolentia ad accuſandum Alcibiadē,nō ueritate cōpelli. Populus tamen ſic Alcibiadi erat infeſtus, ut nō argumenta,non teſtes,non deniq; hominē ullum,qui illius ſalutem ac innocentiam tueretur,audire æquo animo poſſet:accuſatores cōtrà, atq; eorum crimina in abſen-
56 tis perniciem fabricata,& libenter admitteret,& ſuis ſententiis cōprobaret. Quibus rebus effectū eſt,ut amici Alcibiadis leui etiam ſuſpicione notati, furētis populi rabiem metuentes,alij occultis in locis ſe abderent, alij ſaluté adipiſcerentur fuga, nōnulli priuſquam opinabantur oppreſſi in carcerē truderentur.Inter quos fuiſſe aiunt Andocidē quendam uirum genere ac maiorū gloria clarū,cuius originem in Vlyſſem authorē Hellanicus hiſtoricus refert.Hunc populus Atheniēſis,quia ipſe multitudinem aſpernabatur,ut inimicū iam multò antea oderat.Creditum uerò facilè eſt,

eum in hac causa esse nocentẽ,quia Mercurij statua quædã ampla atq; magnifica domui eius propinqua,cæteris diiectis atque perfractis,sola penè intacta permanserat. Huic statuæ Andocidẽ ad euitandũ suspicionẽ peperciſſe dicebant:unde nomen deinde,quod hodie quoq; seruat,sortita esse uidetur,& à posterioribus,titulo indicãte, Andocidis Mercurius uocitata.Huic igitur Andocidi iussu populi in carcerẽ truso, 57
Timæus quidam nobilitate impar,prudẽtia uerò audaciáq; superior, in eodem carcere constitutus persuasit,ut ipse unà secum aliíq; nõnulli nocẽtes se esse confiterentur: manifestanti enim seipsum,dicebat secundũ legem impunitatem cõstitui. Itaq; satius esse paucos optimos ac præstãtes uiros,quibus præcipuè formidandũ erat, mẽtiendo saluti suæ consulere,q̃ cum plerisque hominibus sordidis per inuidiam fœdè turpitérq; necari.Hoc suadente Timæo cùm assentiretur Andocides,in mediũ prodiens confessione sua ipse aliíque nonnulli à populo liberantur. Fuerũt autem ab eo & proprij serui,ut maiorẽ fidem suis uerbis acquireret,& plerique alij socij facinoris nominati, de quibus omnibus,præter eos qui fugam arripuere, sumptũ supplicium est.Post hæc populus Atheniẽsis in Alcibiadẽ ira ac indignatione cõuersa, quosdam 58
Salaminia, quod genus nauigij sit, uide Suid. elegit,qui salaminiam ad Alcibiadẽ mitterent,modestè alloquerentur, multis rationibus suadentes,ut ad dissoluendum iudicium, & diluenda crimina,quæ sibi inferebantur,Athenas rediret. Metuebant enim quod erat magnopere formidandum, ne si uis ei afferretur,homo ferox ac turbulentus aliquam seditionem in exercitu concitaret.Idq; si tentare Alcibiades uoluisset,facilè in hostili terra potuisset efficere. Nam sua sponte milites postquam perceperunt populi Atheniẽsis edictum,passim per exercitũ fremebant,clamabántque,neminẽ esse Atheniẽsium præter unũ Alcibiadem, cuius ductu auspicióq; bellũ Syracusanũ cõfici posset: eo abeunte finiendã militiam esse,nec ulterius in ea prouincia tẽpus esse terendũ. Cernebãt enim Lamachũ uirum impigrũ,& in rebus gerendis ferocẽ,prohiberi authoritate Niciæ,quò minus sua audacia uteretur.Niciæ uerò in bello gerendo tarditatẽ quandam esse innatã,quam so- 59
lus Alcibiades potuisset sua uirtute,atq; ingenio excitare. Discedẽs igitur Alcibiades ira atq; indignatione accẽsus,Messanã primùm,quæ certam defectionẽ parauerat, ex manibus Athenienſiũ abstulit,clàm Syracusanis rem omnem aperiens, ac detegens eos,qui tradere urbẽ populo Athenienſi decreuerãt. Deinde cùm in Thurios peruenisset,deceptis custodibus,è triremę,qua Athenas ducebatur,repentè prosiliit,ac celeriter se è prospectu nautarũ eripiens,cùm certo in loco delituisset, facilè persequẽtium manus effugit. At uerò post hæc raganti cuidã,num patriam suspectã haberet, respondisse aiunt,se patriæ plurimũ credere,uitæ autem discrimen,ne matri quidem suæ cõmittendũ putare:fieri enim ignorantia posse,ut nigrũ pro albo ferat lapillum. Nec multò postea cùm percepisset,se una uoce à populo Atheniẽsi morte damnatũ: At ego,inquit,ostendã illis Alcibiadẽ uiuere. Accusationẽ uerò sic se habuisse aiunt. 60
Thessalus Cimonis,Alcibiadẽ Cliniæ in iudiciũ uocat,quoniã contra ius fãsq; Cererem uiolauit,cùm in propria domo sodalium cœtũ haberet, quorũ alij præconis tedarúmq; ministri,alij discipulorũ officio fungerentur,ipse ueluti sacrorũ antistes arcana mysteriáq; doceret,atq; hæc omnia faceret cõtra edicta & leges,quæ olim fuerunt ab Eumolpidis & Eleusinæ sacerdotibus cõstitutæ. Athenienses igitur publicatis Alcibiadis bonis,eóq; absente damnato,ne aliquid,quod aduersus illũ fieri posset, intactũ relinquerent,decreuerunt ut omnes ministri ministræq; sacrorũ, Alcibiadẽ ueluti impium ac nefandũ hominem execrarẽtur.Earum unam decreto populi imperióq; neglecto,dixisse aiunt,supplicationum ad se, nõ execrationum officia pertinere.Inter hæc Alcibiades ex Thuriis in Peloponẽsum profectus, se Argos contule- 61
rat,atque inde cùm à patria suísque inimicis omnia mala expectanda esse arbitraretur,fortunam tentandã ratus,ad Lacedæmonios miserat qui dicerent,si publica præstita fide sibi adeundi Spartam potestatem fecerint,allaturum se multa,quæ ad communem

Exilium.

munem utilitatem magnopere pertinerẽt.Facta potestate, Alcibiades etsi antea Lacedæmoniis uehementer fuisset infestus,tamen mutata fortuna rerũ, comiter hospitalitérq; susceptus,primùm eos de bello Syracusano consultantes multis rationibus compulit,ut Gilippum ducẽ ad ferẽdã Syracusanis opem, contra Athenienſiũ exercitum mitterẽt:deinde,ut illinc aduersus Atheniẽses propinquũ mouerent bellum: postremò,ut Deceliam urbem,quo nihil pernicioſius afferri Athenienſibus potuit,
62 mœnibus circundarent,præsidiisq; munirent.His atq; aliis permultis breui tempore factum est,ut Lacedæmonij non modò in publicis rebus,sed in iis etiam quæ ad priuatum uiuendi usum pertinerent, Alcibiadis ingeniũ admirarẽtur. Nam cùm uiderent ipsum ad tondendã usq; ad cutem barbã more laconico tõsores adhibere,& frigidis balneis uti,& duro pane nigróque iure uesci,uix adduci poterant, ut crederent eum esse uirum,quem acceperant in omni deliciarum genere fuisse uersatũ.Sed tanta inerat Alcibiadi comitas,atque ad omnia naturalis ingenij dexteritas, ut facilè diuersis contrariisque hominum moribus,quod alij se assequi posse diffidunt,suum uiuendi modum accõmodare uideretur,ceu Chamæleon quidam,quem aiunt,albedine tãtùm excepta, ad omnes colores suscipiẽdos aptũ esse natura. Erat enim in Lacedæmonia homo grauis,seuerus, & quod apud Spartiatas plurimi fit, pugnator egregius.In Ionia,iners,mollis,ac multis uoluptatibus deditus.In Thracia quoque nunc
63 potando,nunc equitando,incredibili arte barbarorum mores imitabatur.Cum Tissapherne uerò Satrapa diu uersatus,adeò fastu,pompáque,& ornatu omnium rerum cunctos alios excedebat,ut Persicam magnificentiam,qua illi plurimùm ualent, suis deliciis superaret. Hæc cùm ageret Alcibiades, non mores in alios mores uertebat, sed natura utens,interioribus cupiditatibus tectis, semper ad eorum cõsuetudinem, quibus cùm uersabatur,suum accommodabat ingenium. Itaq; si quis ex eo uiuendi modo,quem ille apud Lacedæmonios præferebat,metiri hominem uoluisset,non filium Achillis(ut ille Poeta inquit)sed uirũ Spartiatã sub disciplina Lycurgi à primis incunabulis institutũ Alcibiadem esse dixisset.At uerò ex altera parte,si idẽ potuisset occultum illius ingenium,abditámq; naturam diligẽtius intueri, eam profectò sententiam protulisset,quàm de Helena,quæ in funere matris nimiùm suis percerat comis,ille poeta retulit:Mulier est,inquit,quæ semper fuit,pristinũ ingeniũ seruãs,
64 pristinámq; naturã.Post hęc cùm Agis Lacedæmoniorum rex in expeditionem esset profectus,ferunt Timæam illius coniugẽ adulationibus Alcibiadis,blanditiisq; pellectam,primũ familiariter secum fuisse uersatã,deinde impudentia simul cum amore crescente,eò temeritatis atque insaniæ processisse,ut cùm infantẽ peperisset,ipsum etsi foris Leotychidem,domi tamen præsentibus ancillis,Alcibiadem uocitaret,atq; eius filium esse fateretur.Alcibiadem quoq; ioco dixisse aiunt,non à se quæsitam familiaritatem Timææ,quò aut cõtumelia quenquã afficeret,aut uoluptate frueretur, sed ut liberos,qui deinde Lacedæmoniorum reges futuri essent,procrearet.Hæc cùm multorum sermonibus deferrentur ad Agidem,tradunt hominem non tam accusatorum criminibus,qui suspicionem de Alcibiade faciebant, quam tẽpore esse adduc-
65 tum,ut uiolatam uxoris pudicitiam crederet.Nam antea rex ingẽti terræmotu perculsus,relicta in urbe coniuge, decem continuos abfuerat menses. Post hoc tempus natũ Leotychidẽ, suum filiũ esse negauit, ex quo aiunt illum ueluti à regio sanguine alienum,successione regni à posterioribus fuisse exclusum. Verùm inter hęc cùm Athenienses, re malè gesta,ingentẽ cladem in Sicilia recepissent,extemplo Chij,Lesbij,Cyziceni,ad spem nouarũ rerũ erecti,uno eodémq; tẽpore Spartã miserunt, qui dicerent se defectionem à populo Atheniẽsi facturos,si Lacedæmoniorum præsidiis fulciantur.Lacedæmonij uerò his libenter auditis, primùm una uoce in hanc sentẽtiam ferebãtur, ut censerent optimum esse Bœotios Lesbiis,Pharnabazum Cyzicenis auxilium ferre. Deinde authore Alcibiade cõsilio permutato, Chiis primùm to-

Incredibilis ingenij uarietas.

Defectio ad hostes.

tis uiribus ſubueniẽdum rati claſſem parant, eámq; magnis copiis refertã ad tutandum Chium proficiſci iubent. Alcibiades in hãc expeditionem profectus,nũc egregiam operã in bello nauando,nunc Lacedæmoniorũ ducibus conſulendo,tanto detrimento Athenienſibus fuit,ut penè totam Ioniam ad defectionem compulerit. Dum hæc in Ionia geruntur,interim Agis tum ob inuidiam,quæ animum eius urebat,tum ob uiolatæ uxoris iniuriam, dies noctéſque nihil aliud agitare uidebatur, niſi ut ruina Alcibiadis odium ſuum reſtingueret. Et iam Spartiatæ nobiliores, qui aliquam dignitatem in repub. obtinebant,eodem pacto,ut Agis, inuidere gloriæ illius,ac rebus proſperè geſtis inceperant. Itaque perniciem ei communi cõſilio machinantes,ad præfectos claſſis in Ioniam mittunt,qui iuſſu regum Alcibiadẽ de me- *Prouidentia.* dio tollant. Sed callido ingenio uir,cùm illatæ iniuriæ,& quanta inuidia gloriam ſequeretur, non immemor eſſet, ſemper Lacedæmoniorum fidem ſuſpectam habens, in bello gerendo eorum mãdatis obtemperabat,uitam tamen aliáque ſibi chara, neque illorum fidei, neque arbitrio cõmittebat. Cæterùm cognitis iis,quæ ſibi parabãtur inſidiis,extemplo ad Thiſſaphernem Satrapen,ueluti ad ſalutis ſuæ patronũ cõfugiẽs,barbarum calliditate ingenij,cuius ille erat ſupra modum amator, ſibi in primis conciliauit. Nulla enim erat natura tam aſpera,tam difficilis,tam ab humanitate aliena,quam Alcibiades non ſibi beneuolam redderet. Itaque Tiſſaphernes etſi homo ſuperbus eſſet atque immanis, & ſupra omnes Perſas Græcorũ generi inimicus, *Gratia.* comitate tamen Alcibiadis ſagacitatéq; pellectus,ſic eũ diligebat,ut non minus hominem colere,quàm ab eodem colli uideretur. Quinetiã hortum quendã omnium ſuorum pulcherrimum,in quo & fontes perennes erant, & prata ſalubria,& umbracula regiis ornamentis inſtructa,appellari Alcibiadem iuſſit. Hæc cùm ita eſſent, Alcibiades, poſteaquã uidit ſe gratia apud Thiſſaphernem, authoritatéq; plurimùm poſſe,& amicitiam Lacedæmoniorum cùm ob priuatum odium regis, tum ob cõmunem ciuitatis inuidiam,in perpetuam maleuolentiã eſſe cõuerſam, ſuadere barbaro cœpit,ne Lacedæmonios tantis uiribus,quãtis antea iuuerat,aduerſus Athenienſes foueret,ſed paulatim pecuniam ſubminiſtrando, diſcordiarum materiam aleret, bellum quoad poſſet nutriret: fore enim ut ambæ reſpub. diuturnitate belli afflictæ, ſupplices deinde ad regem ſuum humiléſque confugiant. Tiſſaphernes admirãs ingenium ac prudentiam Alcibiadis,ſine ulla exceptione in bello gerendo eius conſilia ſequebatur. Græci autem ſtupebant,quòd cùm eſſet Alcibiades tãta cum ignominia pulſus Athenis,induſtria tamẽ & calliditate ingenij, eam authoritatem apud exteras gentes aſſecutus foret,ut nõ modò Athenienſibus, ſed etiam Lacedæmoniis nõ *Vulgi incertitudo.* mediocri formidini eſſet. Athenis uerò paſſim per urbem querebantur ciues, quòd fortem uirum & egregium ducem,alieno reipub. tempore,de ciuitate expuliſſent,odio magis atque inuidia, quàm merito ullo, perniciem ei machinati, paulò pòſt in ceruicem patriæ rediturum. Nam etſi per id tempus in Samo res Athenienſium, nec proſperæ ſatis,nec aduerſæ admodum eſſent,præfectis claſſis in id ſolùm intentis, ut recuperarent nonnulla quæ paulò antè defecerant loca, & alia quæ defectionem factura uidebantur,in fide retinerent, tamen magna eos inceſſerat cura, quòd crebris nuntiis rumoribúſque acceperãt, Tiſſaphernẽ centũ quinquaginta triremes in Phœnicia paratas habere,quę ſi aduerſus Athenas(ut fama erat)à barbaro mitterẽtur,iam actum iri de libertate credebant. Alcibiades Athenienſium formidine cognita,celeriter ad præfectos miſit in Samum, qui dicerent, priuatis ſimultatibus ſe potiorem ſemper habuiſſe rempub. Nunc cùm ſeruare eam poſſit,paratum eſſe Tiſſaphernem, qui grauiſſimus hoſtis immineat,ab eorum ceruicibus remouere, ſi ex altera parte optimates Athenis,ut uiros fortes decet,rempub. capeſſentes,imperitæ multitudinis *Thucy. lib. 8.* potentiã deprimant. Aſſentientibus cunctis nobilibus,qui res Athenienſium in Samo regebant,ſuaſionibus conſiliiſque Alcibiadis, unus tantùm Phrynicus ſuſpicatus

tus id quod erat, Alcibiadem hæc omnia moliri non tam ut paucorum potentiã in urbe conſtituat,quàm ut inter Senatum & plebem contentionem inducat,aduerſari aliis cœpit,& huic conſilio quacunque ratione obuiam ire. Itaque Aſtyochũ,quem Tiſſaphernes ſuę claſſi præfecerat,occultè monuit, ut ab Alcibiadis dolis inſidiiſque caueret: ſed duplicata utrinq; fallacia deceptus eſt proditor, cùm proditorem deci- *Fallacia fallaciam.*
71 peret. Timens enim Aſtyochus potentiam Alcibiadis,quem ſciebat gratia & authoritate apud Tiſſaphernẽ plurimùm poſſe, omnia quæ ſibi à Phrynicho fuerãt delata, homini patefecit. Alcibiades his cognitis,extemplo miſit in Samum monitũ præfectos claſſis, ut à Phrynichi perfidia caueant: opera enim illius, omnia conſilia, quæ pro ſalute Athenarum agitentur,perturbari atque euerti. Hæc ubi relata ſunt Athenienſium ducibus,adeò grauiter in Phrynichum exarſerunt,ut cõmuni cõſilio conſpirarent ad hominem, ueluti hoſtem & proditorem patriæ,perſequendum. Phrynichus ſibi uehementer metuens,antequã oppimeretur aliorum inſidiis,experiri conſtituit an ſuperiori fraudi noua fraude poſſet occurrere. Itaque rurſus ad Aſtyochum *Calliditas.* miſit, qui primùm apud eum quererẽtur, quòd ea omnia quæ fidei ſuæ commiſerat, contra ius fáſque prodita Alcibiadi eſſent: deinde operam ſuam magis,quàm unquã antea, pollicerentur: ſe etiam paratum eſſe dicentes in manibus ſuis, ſi uelit, claſſem
72 atque exercitum Athenienſium tradere. Verùm hæc quoque fraus cùm ab Aſtyocho relata Alcibiadi eſſet, euentum quem Phrynichus animo deſtinauerat, habere non potuit. Nam ubi Phrynichus iterum ab Aſtyocho ſuas inſidias detectas ſenſit, metuens ſecundam Alcibiadis accuſationem, celeriter ut præoccuparet Athenienſium animos, duces conuenit, monétque ut militem in armis habeant: ſibi enim compertũ eſſe,hoſtes paulò pòſt cum omnibus copiis affuturos, eo conſilio ut Athenienſium exercitum, quem illi imparatum atque inermẽ reperire confidunt, ingenti impetu aggrediantur,atque ſi fieri poſſit euertant. Sub idem propè tempus ad eoſdem duces literæ ab Alcibiade afferuntur, quæ Phrynichum proditionis inſimulabant, monebántque ut à fallacia hominis qui tradere exercitum hoſtibus ſimul cum claſſe parauerat,diligenter cauerent. His literis non crediderunt præfecti claſſis, exiſtimantes ea commentitia eſſe crimina, & ab Alcibiade in perniciem Phrynichi fabricata. Dicunt tamen cùm paulò poſtea ſeruus quidam Hermonis Phrynichum per-
73 emiſſet,cenſuiſſe Athenienſes eum ob proditionem iure necatũ, & interfectori Hermoni ac ſociis eius, ueluti benemeritis de repub. uiris, prẽmia detuliſſe. Poſt hęc amici Alcibiadis, qui in Samo claſſem habebant, ſuperiores facti, extemplo Piſandrum Athenas mittunt, qui primores ciuitatis conueniat, atque eos doceat, Tiſſaphernem Alcibiadis opera amicũ ſibi ac ſocium fore, ſi illi populari ſtatu deiecto, reipub. gubernationẽ ſuſceperint. Verùm Piſandri aduentu quadringenti uiri occupata repub. præter expectationem eorum, qui uerſabantur in Samo, ſegnius quàm antea gerebant bellum, & Alcibiadis rebus parum fauebant, ſiue non audentes maioré motum in urbe concire, ſiue arbitrantes ſe Lacedæmonios, qui paucorum ſtatum ſemper ad-
74 iuuerant, magis pacatos habituros. Sic igitur ſe habentibus rebus, urbana multitudo nonnullorum ſupplicio conterrita, qui fuerãt quadringentorum iuſſu necati, quietem actura uidebatur. Hi uerò qui apud Samum in exercitu erant, grauiter ferentes hæc, quæ gerebantur Athenis, nulla interiecta mora, repetere cum omni claſſe Pyræum ſtatuunt, Alcibiade antea duce exercitus appellato, monitóq; ut omnibus rebus omiſſis, ad delendam paucorum tyrannidem Athenas ueniret. Cæterùm Alcibiades, etſi eorum beneficio dux fuiſſet tot nauium, tantíque exercitus declaratus, tamen non tam cupiditati illorum, quàm ſaluti patriæ conſulendum ratus, prudentia ſua à pernicioſo incepto multitudinem reuocauit. Vnde aiunt cõſenſu omniũ fuiſ- *Meritum de patria commẽdat Thucyd.*
ſe poſtea iudicatum, cõſilio atque opera Alcibiadis eo tempore ciuitatem ſeruatam. Nam ſi ut conſtituerant, claſſem Athenas & omnem exercitum reduxiſſent, primùm

Helleſpontum,inſulas,Ioniam denique omni præſidio nudatam arbitrio hoſtiũ reliquiſſent:deinde in urbem,quo nihil funeſtius euenire poterat, ciuile introduxiſsét bellum.Hæc ne fierent Alcibiades propè ſolus prohibuiſſe uidetur,non modò ſimul totum exercitum leniendo,ſed etiã unumquenq; militem ſeorſum uocando, rogãdóque,ne dum paucorum potentiam delere ſtudent, eodem conatu ciuitatem euertant.Thraſybulus quoque,quem aiunt inter omnes Athenienſes magnitudine uocis plurimùm ualuiſſe,una cum Alcibiade clamãdo,increpandóque multitudinem leniebat.Nec multò poſtea Alcibiades Phœniſſas naues,quæ à Perſarum rege in Lacedæmoniorum auxilium mittebantur,calliditate ſua cohibuit, ne ulterius progrederentur,Tiſſapherni ſuadens,ut permitteret Græcos cum Græcis dimicantes ſibi mutuò internecionem parare.Nemini enim dubium eſſe, quin Lacedæmonij illius potentia fulti,Athenienſium uires euertant: debellatis Athenienſibus, Lacedæmonios non ſolùm reliquis Græcis,ſed etiam Perſarum regi formidandos fore. Tiſſaphernes his rationibus perſuaſus,propè Aſpendũ claſſem continuit.Quod ubi Athenis nuntiatum eſt,tãtam repentè gratiam apud multitudinem Alcibiadi cõparauit, ut eum extemplo quadringentorum ſtatu deleto,in urbe recipiendum cenſerẽt.Verùm Alcibiades,ne uideretur miſericordia quadam,& beneficio plebis fuiſſe in patriã reuocatus,ſtatuit reditum ſuum aliquantò differre,ut ſi fieri poſſit, maiori cum gloria reuertatur.Itaque paucis nauibus ex Samo profectus, ingenti celeritate in Choam traiecit.Ibi audiens Mindarum Spartiatam Athenienſes cum omni claſſe inſectantem, uerſus Helleſpontum nauigare,extemplo decem & octo triremibus Lacedæmoniorum ueſtigia ſubſecutus,cùm Abydum propè ueniſſet, offendit utrãque claſſem uehemẽti certamine occupatã.Viſus primùm Alcibiades, Lacedæmoniis ſpem, Athenienſibus formidinem attulit.Poſtea uerò quàm Athenienſes notum conſpexere ſignum in puppi prætoriæ nauis ſublatũ,continuò animum,quem propè abiecerant, receperunt.Redintegrato acrius prælio,Alcibiades ea parte,qua Lacedæmonij ſuperiores uidebantur,tãto impetu hoſtes inuadit,ut illi prius fermè,quàm pugna conſereretur,ſuis uiribus diffidentes fugam arriperẽt.Nam in proximũ littus,ubi Pharnabazus cum pedeſtribus cõſederat copiis,raptim auerterũt claſſem.Inſtabat à tergo Alcibiades,nouiſſimũ quenque aggrediẽs. Nec prius à perſequendo hoſte diſceſſum eſt,q̃ Athenienſes multis tum uado, tum ſicco littore interceptis, multis etiam ferro necatis,integram uictoriã reportarunt. Captæ triginta hoſtium naues: & nonnullæ quas Athenienſes paulò antè amiſerãt,recuperatæ.Trophæum quoq; pro memoria huius uictoriæ conſtitutũ.His rebus proſperè geſtis, Alcibiades nullam moràm interponendã putauit,quin ad Tiſſapherné rediret,ſecum ferens egregia munera, ac pretioſam ſupellectilem ex hoſtiũ ſpoliis diligẽter collectã. Verùm cùm Lacedæmonij ante conſertam pugnam de Tiſſapherne cum Perſarũ rege queſti magnopere eſſent, quòd magis cõſilio Alcibiadis, q̃ mandatis ſuis obtemperãs, hoſtium rebus faueret: Tiſſaphernes ad hanc ſuſpicionẽ purgandã,uenientem opportunè Alcibiadem capi extemplo iuſſit,& in carcerẽ condi,nihil minus eo tẽpore,q̃ talem iniuriã expectãté. Cæterũ poſt paucos dies Alcibiades occaſionẽ nactus,deceptis cuſtodibus,qui excubandi diligentiã remiſerant,fugam arripiens,ad Clazomenios ſe contulit.Ibi ut Tiſſapherné calumniis oneraret,paſſim uulgauit ſe eius beneficio eſſe dimiſſum . Profectus deinde in Athenienſiũ exercitũ,cùm cognouiſſet Pharnabazũ ac Mindarũ cum omnibus copiis ſub Cyzico conſediſſe,extẽplo milites ad prælium accẽdens,multis rationibus compulit,ut illi neceſſariũ eſſe putarent,aut nauali,aut terreſtri pugna cum hoſtibus decertare . Deficiẽte enim pecunia,cõmeatu,& omni copia neceſſariarũ rerum,aut dimicare cogebãtur,aut cum magno detrimẽto abire. Alcibiades igitur in locum,quẽ Proconeſum appellant,cum milite omni deſcendens,iuſſit primũ parua nauigia fortibus uiris referta,à magnis nauibus circũdari:deinde præfectos diligẽter curare,

Alterũ in patriam beneficium.

Tertium.

Prudẽtia imperatoria.

curare,ut hoc pacto inſtructa claſſe,quanto maximè cum ſilentio poſſent, aduerſus hoſtes progrederẽtur. Et fortè ingẽs imber grandine miſtus,quo nihil aptius ad fallendum hoſtiũ proſpectũ euenire poterat,opportunè cecidit.Primùm Athenienſes, occupante omnia tẽpeſtate,bene gerendæ rei ſpem propè abiecerant,deinde hortãte iubentéq; Alcibiade,ne tantã occaſionẽ prętermitterent,recreati animo ire ad hoſtes pergunt:Nec multò poſtea mira ſerenitate coorta,claſſem hoſtiũ ante portũ Cyzicenorum conſpiciunt, quæ uidebatur ſoluentis ac abeuntis ſpeciẽ præ ſe ferre. Veritus Alcibiades ne hoſtes conſpecta multitudine ſuarũ nauium, milites in terrã exponerent,& continenti applicarent claſſem,extemplo prefectos iuſſit à tergo ſua ueſtigia pedetentim ſequi,ita ut à ſuis poſtremis nauibus mediocri interuallo abeſſent. Ipſe quadraginta triremibus celeriter ante omnes progreſſus,hoſtẽ ad pugnã elicit.Lacedæmonij paucitate contẽpta,fidenti animo prælium ineunt,nondum alia conſpecta claſſe,aut ſtrepitu nautico exaudito.Poſtea uerò q̃ alias atq; alias ſuperuenientes cõſpexere naues,tantus repentè terror,pauórq; omnes occupauit,ut non modò primũ impetum,ſed ne conſpectũ quidem aduenientis claſſis ſuſtinerent.Itaq; in proximũ littus effuſam arripuere fugam.Alcibiades centum nauibus ſubſecutus,copiis in terram expoſitis,magnã fugientiũ partem excepit.Mindarũ deinde ac Pharnabazũ,qui præſto cum copiis terreſtribus aderãt,auxilium ſuis laturi, eodem impetu aggreſſus fudit,fugauítque: nec prius uictoriæ modus impoſitus,quàm Mindarus fortiter pugnans cecidit,& Pharnabazus citato gradu fugam arripuit,Cyzico in poteſtatẽ hoſtium derelicto : ingens enim hominum copia & prælio cæſa, magna inſuper capta. Nauium uerò ne una quidem ex tanto numero euadere potuit. Atheniẽſes hac tam ingenti uictoria parta,non ſolùm confirmãſſe in Helleſponto imperium uidebãtur, ſed etiam ex altero mari Lacedęmoniorum uim ac potentiam depuliſſe.Statim poſt hæc,capta eſt epiſtola quædam Laconicis literis ſcripta, qua uicti paucis uerbis calamitatem ſuſceptam Ephoris nuntiabant· Perdita ſunt bona, Mindarus interiit, eſuriunt qui ſuperfuerunt uiri. Vos quid ulterius agendum ſit,conſulite. Poſt hæc milites Alcibiadis ſibi aſſumentes huius uictoriæ laudem, ſocietatem aliorum militum, qui Thraſylli regebantur imperio,tolerare non poterant.Nã Athenienſes non multò antea eodem Thraſyllo duce apud Epheſum tam ingentem ſuſceperant cladem, ut ab Epheſiis ſit eo in loco,ubi conflixere,trophæum in eum conſtitutum. Hæc exprobrabant illis Alcibiadis milites, uirtutem ſuam ac ſui ducis prudentiam extollẽtes,eorum ignauiam increpantes,aſſerentéſq; Alcibiadem nũquam fuiſſe prælio ſuperatum,illos uerò ductu auſpicióque Thraſylli ſæpius fuſos fugatóſque. Sic igitur inſolentia horum militum eouſque proceſſit,ut neque in acie,neque in caſtris communem cum Thraſylli exercitu gerere militiam uellent . Cæterùm cùm Pharnabazus reparato exercitu Abydenorum fines eſſet ingreſſus, Alcibiades ad arcẽdum populationibus hoſtem,cum Thraſyllo obuiam factus,cõſerta pugna hominem in fugam uertit, & cum omni exercitu perſecutus uſque ad noctem fugiẽtium agmen, ingenti edita cæde, militem in caſtra reduxit.Ibi utriuſque ducis milites,quòd communi opera rem feliciter geſſerant,inuicem gratulãtes,ſumma lætitia uictoriam celebrarunt,breuíque tanta concordia coaluerunt omnium animi,ut priſtinæ contentiones beneuolentiam peperiſſe uiderentur. Poſtero die Alcibiades inſigni erecto trophæo , in regionem Pharnabazi exercitum ducit , ac latè depopulatus agros omneis, magna cum captiuorũ copia, & omnis generis præda in caſtra reuertitur, dimiſſis antea ſinè ullo pretio cunctis,quos ceperat, ſacerdotibus. Cùm uerò Chalcidonij ſpem prodendæ urbis Alcibiadi attuliſſent , extemplo ille ad eos profectus , ut authoribus defectionis animum faceret ad expellendum de ciuitate Lacedæmoniorum præſidium, propè mœnia cum exercitu conſtitit . Certior deinde factus,Chalcidonios quæcunque pretio digna haberent, ſub aduentum ſuum ad Bithynios de-

Magni ſucceſſus.

Cauti imperatoris exẽpla.

tuliſſe,parte copiarum ad obſidendam urbem relicta,ipſe in fines Bithyniorum reliquum exercitum ducit,præmiſſo antea caduceatore, ut niſi omnia quæ à Chalcidoniis habuere,ad ſe detulerint,infeſtum agmen in ſuo agro expectent.Metu conterriti Bithynij,extemplo paruerunt mandatis,amicitia prius cum Alcibiade ac ſocietate inita.Paulò pòſt Alcibiades ad oppugnādam Chalcidonem reuerſus, cùm ex ea parte,qua mari abluitur,aggrederetur urbem,interim Pharnabazus ut obſidionem ſolueret,cum exercitu uenit,ſtatímque cum Hippocrate urbis præfecto ſuis copiis iunctis pugnandi poteſtatem fecit: nec Alcibiade detrectāte certamen,ad pugnam deuenere. Certatum aliquandiu ancipiti prælio, demum ſuperato Hippocrate, cùm 85
Pharnabazus impetum hoſtium ſuſtinere non poſſet, citato gradu fugam arripuit. Alcibiades poſt hanc uictoriam prefectis Athenienſium ad obſidionem relictis,ipſe in Helleſpontum traiecit, pecuniam qua maximè indigebant, undique coacturus. Accidit autem ut per occaſionem,cui nunquam deerat,Selybriam caperet.Nam authores quidā dedendæ urbis cum Alcibiade conuenere, ut cùm media nocte ignem conſpexiſſet, citatum agmen ad portas duceret. Veriti deinde ne unus coniuratorum qui mentem in contrarium uerterat,omnia patefaceret, ante cōſtitutum tempus ignem extollunt. Alcibiades conſpecto ſigno triginta tantùm uiris aſſumptis, nondum enim exercitum armauerat,quanta maxima celeritate poteſt ad urbem cōtendit, iubens alios raptim ſequi. Viginti alij acceſſerant uiri, cùm Alcibiades pa- 86
Repentinum in rebus periculoſis cōſilium. tefacta porta, urbem ingreditur. Interim proditione detecta, Selybriani obuiam denſo agmine ueniebant, parati omni ratione confligere, ut hoſtem de ciuitate expellerent. Hos ubi appropinquare Alcibiades ſenſit, cùm pugnam inire tam paucis militibus temerarium eſſe cenſeret, & pedem referre nimiùm turpe uideretur uſque ad illam diem duci inuicto, extemplo nouo conſilio Selybrianos aggreſſus, caduceatorem miſit, qui tuba ſilentio facto ſuo nomine eos moneret, ne prius aduerſus Athenienſes arma hoſtilia ferant, quàm animum, conſiliúmque Alcibiadis norint. Hoc mandato ſic repreſſi ſunt Selybrianorum conatus, ac ſi omnes Alcibiadis copiæ adfuiſſent in urbe. Protracti deinde Alcibiadis opera utrinque ſermones quouſque armatus exercitus ad urbem peruenit, tum metu uictis Selybrianis, cùm fidem Alcibiadis implorarent, liberaliter data eſt pax, & Thracibus imperatum, qui frequentes in exercitu Alcibiadis erant, iandiu ſua ſponte huius imperatoris ſigna ſecuti, ne urbem diriperent.Paucos dies ibi Alcibiades commoratus,ac- 87
cepta pecunia præſidióque impoſito, cum omnibus copiis Chalcidonem reuertitur. Hanc urbem interim Athenienſium duces ad deditionem compulerant, ac fœdere cum Pharnabazo inito conditiones dixerant pacis, ut Chalcidonij certa pecunia perſoluta, in poteſtate Athenienſiū eſſent,& omnis Pharnabazi regio integra ab iniuriis ſeruaretur, ac per eam Athenienſium legati quandocunque mitterentur ad regem,commeare liberè poſſent.Alcibiadis aduentu fide ultro citróque data,iureiurando fœdus confirmant. Sic igitur cum Pharnabazo compoſitis rebus, cùm Athenienſes ex ea parte magno belli onere leuati uiderētur, præter expectationem percipiunt Byzantios nouādarum rerum occaſionem nactos defeciſſe. Quod ubi ad Alcibiadem perlatum eſt, extēplo ille non ignarus quantùm momenti ad res gerendas in celeritate collocatū foret,diu noctúque non intermiſſio curſu,ad recuperandum Byzantium proficiſcitur. Primo aduentu oppidani celerius, quàm arbitrabantur, 88
oppreſſi,ut in re trepida fit, pauentes per urbem diſcurrunt,deinde alij alios hortantes conſtituunt inter ſe,quo quiſque loco ciuitatem defenderet. Alcibiades econtrà ſic terra maríque Byzantiū obſidet,ut nulli aditus,neque exitus eſſent,qui non firmiter ſuis præſidiis tenerentur. Itaque breui tempore factum eſt,ut oppidani debilitati commeatus inopia,famem tolerare non poſſent,nec ſatis ſcirent in tanta penuria rerum quid ſibi agendum aut parandum foret. Erant ea tempeſtate Byzātij ciues duo,

Ana xi-

Anaxilaus atq; Lycurgus, qui magis cupiditate ſeruandæ patriæ, quàm ſpe ulla priuatæ utilitatis allecti, de prodenda urbe cum Alcibiade conuenere, tali prius inito conſilio. Ambo enim proficiſcentes in forum,tum ad ea ciuitatis loca,ubi aliqua ciuium frequentia erat, paſſim uulgarunt ſe compertum habere Alcibiadem ad comprimendas populorum ſeditiones, quæ magni ponderis eſſent, in Ioniam reuocari.
89 Res à multitudine facilè credita,quia eodem die Alcibiades uelis in altum datis,ingenti celeritate uerſus Ioniam nauigauit.Sequenti nocte quanto maximè cum ſileni- *Strategemà egregium.*
tio potuit, ad occupandam urbem reuerſus, cùm iam compoſita omnia ad proditionem eſſent, ipſe cum parte copiarum in terram deſcendit,ex altera parte præfecti claſſis (ita enim conuenerant)portum ingreſſi magno clamore urbem inuadunt: ſimul enim & oppidanis metum,& authoribus dedendæ urbis ad recipiendum Alcibiadem animum faciebant. Primo tumultu Byzantij & externi milites, Peloponneſiaci, Bœotij, ac Megarenſes facto agmine ad portum occurrunt, & hoſtes iam
90 deſcendentes in terram ingenti impetu in naues compellunt. Iámque ſperabant defendi Byzantium poſſe, non ſatis gnari eorum quæ gerebantur à tergo, cùm nuntiatum eſt Alcibiadem cum armato exercitu urbem ingreſſum, extemplo multitudo omnis relicto portu in ciuitatem regreditur, ad arcendum hoſtem, & opem ſi quam poſſet iam propè captæ urbi ferendam. Primo cōgreſſu atrox committitur prælium, Alcibiade dextrum, Theramene ſiniſtrum regente cornu, ſtetítque aliquandiu oppidanorum immota acies. Tandem urgente uehementius Alcibiade hoſtes in fugam uertuntur. Alcibiades urbe uictoriáque potitus, curam adhibuit ut omnes Byzantij à cæde, ac eorum bona à direptione militum ſeruarentur. Sic enim antea cum Anaxilao Lycurgóque conuenerat. Quod quidem ad diluendum proditionis crimen,ipſis deinde non parum profuiſſe uidetur. Nam cùm hi poſt hanc deditionem, Lacedæmonem profecti in iudicium uocarentur, Anaxilaum dixiſſe aiunt, nullum
91 turpe facinus à ſe perpetratum. Etenim cùm Byzantius, inquit, non Lacedæmonius eſſem, & patriam meam,non Spartam,terra maríque obſeſſam uiderem,cernerémque præterea omni frumento quod reperiebatur in urbe, à Bœotiis, Peloponneſiacíſque conſumpto, reliquam multitudinem fame perire, ſuccurrendum Byzantiorum filiis duxi.Itaque non hoſtibus ciuitatem prodidi, ſed ab hoſtium cæde, incendio,ac omnibus malis quæ uicti à uictoribus perpeti ſolent, patriam liberaui, optimatum Lacedæmoniorum ſecutus exemplum, quibus ſemper maximæ curæ fuit, quacunque ratione ciuitatem ſeruare. His auditis, Lacedæmonij Anaxilaum atque Lycurgum omni ſupplicio abſolutos dimiſere. Cæterùm Alcibiades tot rebus terra maríque feliciter geſtis, cùm iam reuiſendæ patriæ incredibili cupiditate traheretur, nihil ultrà differendum ratus, claſſem conſcendit, multis hoſtium ſpo-
92 liis ac omni armorum genere exornatam. Nam præter ingentem captiuorum co- *Glorioſus in patriá reditus. Iuſtinus li.5*
piam, ſupra ducenta nauium roſtra, quæ partim à ſe captæ, partim deletæ prælio fuerant, ſecum habuiſſe Alcibiadem tradunt. Verùm Duris Samius qui originem ſuam in Alcibiadem refert, Callipidem quoque hiſtrionem fuiſſe in naui illius ſcribit,enſe, haſta, cæteríſque armis, quibus uti in certaminibus ſolent, peregregiè inſtructum: & Chryſogonum quendam Pythionicen modulatorem, qui tanta arte remigum manus dirigebat, ut cùm illi remorum pulſum cum Chryſogoni cantu coniungerent, iucundam audientibus redderent harmoniam. Addit etiam, prætoriam nauim, qua Alcibiades uehebatur, ueluti ex bacchanalibus redeuntem, cum purpureis uelis portum ingreſſam. Hæc ego affirmare non auſim, cùm neque Theopompus, neque Ephorus, neque Xenophon, qui grauiſſimi authores fue-
93 re, harum rerum quicquam meminerint. Præterea nec tempus illud poſtulare uidebatur, ut Alcibiades ab exilio ueniens Pyræum cum tanta pompa ingrederetur, & Athenienſium inuidiam concitaret, quam ille etiam in tam ſecunda pro-

ſperáque fortuna magnopere ſuſpectam habebat. Nam cùm portum intraſſet, non prius in terram deſcendere uoluit, quàm ſedens in puppi Euryptolemum nepotem & familiares permultos conſpexit hortantes, ut fidenti animo in urbem ueniret. Inter hæc multitudo omnis obuiam effuſa ſtudio uiſendi Alcibiadem poſt tot victorias partas, certatim extra ciuitatem exierat: tum ex tanto interuallo primùm conſpectus, ora omnium in ſe oculóſque conuertit: itaque ipſum uenientem, cæteris præfectis omiſſis, alij ſalutabant, alij oſculabantur, alij ei deferebant coronas. Senes qui appropinquare non poterant, procul aſpicientes uirum iunioribus oſtendebant. Erant etiam qui præſentem felicitatem cum præteritis calamitatibus conferentes, præ nimio gaudio lachrymas tenere non poſſent. Multi quoque reperiebantur, qui cùm ſermonibus ſuis res anteactas repeterent, palàm faterentur, indignè iniuriam à populo factam, magnóque id damno fuiſſe dicerent, quòd Syracuſano bello nec opera nec conſilio talis uiri uſa reſpub. eſſet. Quid enim Alcibiades ſua uirtute potuiſſet efficere, manifeſtè ex illius geſtis poſſe deprehendi, qui cùm Atheniensium rempub. ſpoliatam imperio maris, terra uerò uix ſuburbana tenentem inuenerit, extemplo cum magna hoſtium clade, non modò in priſtinam potentiam reuocauerit, ſed etiam gloria ac magnitudine rerum geſtarum claram florentémque reddiderit. Nam plebiſcitum quo reuocabatur ab exilio, confirmatum erat prius, Critia Callæſchro ferente, cuius rei ille ipſe in elegiis meminit, beneficij eius Alcibiadem ſubmonens:

Primus ab exilio quod te reuocabat Athenas
Decretum, gaudens expoſui populo,
Intactáque fuit hæc tibi lingua fide.

Gratia ciuiũ noua.

94

Sic igitur Alcibiades frequenti multitudine conſtipatus, media urbe in forum per- 95
uenit. Ibi aduocata concione, leniter primùm de exilio queſtus, omnium calamitatum, quas fuerat antè perpeſſus, in ſuam malam fortunam malúmque fatum contulit culpam. Deinde cùm expoſuiſſet, quo ſtatu res hoſtium eſſent, ita de bello, quod gerendum erat, magno elatóque animo diſſeruit, ut Athenienſes eum ingenti aſſenſu uniuerſæ concionis coronis aureis coronarent, præſentémque terra marique ducem exercitus declararent, decernerétque, ut omnibus ſibi reſtitutis bonis, diræ execrationes in ſuum caput iuſſu populi factæ, ab Eumolpidis & præconibus reuocarentur. Quod cùm cæteri feciſſent, Theodorus antiſtes, Haud ego uerò, inquit, nam nec execraui, ſi nihil incommodat urbi. Sed in communi lætitia ciuitatis fuere nonnulli religioſi uiri, quos non tam reditus Alcibiadis, quàm tempus reuerſionis offendit: nam eo die, quo ille portũ intrauit, feſta πλωτηρια, quæ coli Athenis magna cum religione ſolent, celebrabantur, quibus templi ornamentum omne deponunt, pauimenta tegunt, & tali die ab omni opere uacandum cenſent. Cæterùm Alcibiades 96
cunctis ex ſententia ſuccedentibus rebus, triremibus centum comparatis, ad bellum paulò pòſt nauigare decreuerat, cùm repentè occaſio quædam honeſtæ gloriæ conſequendæ illi oblata, aliquandiu retardauit profectionis conſilium. Nam ex eo tempore quo Decelia urbs mœnibus fuerat à Lacedæmoniis circundata, ſic deinde tranſitus in Eleuſinam præſidiis hoſtium tenebantur, ut Athenienſes ad celebranda myſteria ſine ornatu aut ceremonia ulla pompam mari deferendam curarint. Etenim ſacrificia, choreæ, aliáque permulta quæ fieri terreſtri itinere ſolita erãt, omittebãtur. Alcibiades rem quæ ad deorum cultum & gloriam hominum magnopere pertineret, aggrediendam ratus, ſtatuit per medios hoſtes pompam perducere. Cernebat enim aut otioſè tranſeundum eſſe, ſi Agis Lacedæmoniorum rex certamen detrectaret, aut ſacram pugnam & acceptam deæ in conſpectu patriæ cõſerendam, in qua eſſet omneis ciues uirtutis ſuæ teſtes habiturus. Primum igitur cùm Eumol- 97
pidas & præcones conſilij ſui conſcios feciſſet, quoſdam ſpeculatores in uerticibus montium,

Noua authoritas.

montium, quà proficiſcendum erat, collocauit, quoſdam etiam ſacrum agmen ad omnes aditus exitúſque explorandos præcedere iuſſit. Ipſe deinde ſacerdotes miniſtróſque ſacrorum, armatis copiis ſeptos, ducere cum ſilentio cœpit. Spectaculum egregium & deo dignum pompa illa ac multitudo partim armis, partim ſolennibus ornamentis inſtructa præ ſe ferebat. Cùm uerò hoſtium nemo obuiam eſſet progreſſus, Alcibiades ſacrificiis & his omnibus quæ ad celebranda myſteria pertinebant, ritè peractis, ſacrum agmen incolume reduxit in urbem. Hæc res proſperè felicitérque ſecuta, Alcibiadem in tantam elationem ac ſuperbiam extulit, ut iam ille palàm iactaret, hunc exercitum, qui tandiu ſuo auſpicio militauerat, ſe duce in-
98 ſuperabilem eſſe. Erant autem ea tempeſtate Athenis multi egeni & calamitoſi homines, qui rerum nouarum cupidi, Alcibiadem hortarentur, ut decretis legibúſq; ſublatis rempub. occuparet, ſuo arbitratu ciuitatem regeret, nec inimicorum inuidiam, quam multò antè ſua gloria uicerat, formidaret. Ipſe uerò, etſi hanc multitudinem incredibili ſtudio ad ſe confluentem quacunque ratione foueret, atque his omnibus quorum opes in ciuitate inſignes erant, occupandæ libertatis ſuſpicionem iniiceret, tamen quam mentem erga tyrannidem habuerit, non ſatis compertum habemus. Illud autem non ignorare uidemur, eo tempore principes ciuitatis ambitionem uiri ac audaciam formidantes, omni ſtudio contendiſſe, ut ille collegis in imperio quos uellet acceptis, quam primùm urbem excedens cum omnibus copiis proficiſceretur ad bellum. Hæc cùm eſſent, Alcibiades idoneam nauigandi tempeſtatem nactus, cum centum nauium claſſe à Pyræo ſoluens, continuato curſu Andrum petiit. Ibi fugato Lacedæmoniorum præſidio, cùm urbem quæ expugnari poſſe uidebatur, non cepiſſet, inimici Athenis criminandi materiam nacti, huic ſua ſponte Alcibiadem peperciſſe dicebant. Res ab Atheniensib. facilè credita, quia tanta de calliditate illius habebatur opinio, ut omnia ab eo minus proſperè geſta, non fortunæ, ſed culpæ potius tribuenda putarent. Itaque cùm ante ipſius diſceſſum ſibi in animum induxiſſent, Alcibiadem primo aduentu alteram ſaltem Ioniam occupaturum: ubi audiebant ſegnius cuncta ſuccedere, grauiter indignantes aduerſus uirum, huius tarditatis culpam in perfidiam hominis conferebant, non ſatis memores in quantis difficultatibus Alcibiades uerſaretur, præſertim ob pecuniarum inopiam, qua interdum cogebatur relicta claſſe, cum paucis triremibus prædatum exire, ut exercitum alere, & ſuppeditare militibus ſtipendia poſſet. Hoſtes uerò non ſolùm domeſticis opibus fulti, ſed etiam à Perſarum rege commeatu pecu-
100 niáque adiuti, maiori facilitate agebant bellum. Harum rerum Athenienſes obliti, ſic abſenti Alcibiadi ſuccenſebant, ut priſtinam maleuolentiam renouare uiderentur. Et fortè per id tempus prope Epheſum ſuſcepta clades, inimicis illius animũ fecit ad impellendam multitudinem, ut Alcibiadi abrepto imperio, ducem exercitus cõmutaret. Nam cùm Lyſander Lacedemonię claſſis præfectus ex pecunia, quam à Cyro ſuſceperat, abũdè ſuis militibus ſtipendia perſoluiſſet, nempe beſſem drachmæ pro ſemidrachma, Alcibiades quoq; ſtipendiariis ſuis quacunque ratione ſuccurrendum ratus, ad pecuniam colligendam cum paucis nauibus in Cariam proficiſcitur. Relictus eſt autem præfectus claſſis Antiochus quidam, uir in re naritima ac in nauticis miniſteriis uehemẽter peritus, ſed diſciplinæ militaris penitus expers. Hunc in diſceſſu ſuo magnopere monuiſſe Alcibiades dicitur, ne abſente ſe manus cum hoſte conſereret. Is uerò paulò pòſt, illius conſilio neglecto, cum duabus trire-
101 mibus Epheſum nauigauit. Ibi Lyſandrum, qui in eo portu cõſtiterat, nũc audaciam ſuam iactando, nunc Lacedæmoniorum ignauiam increpando, prælio laceſſebat. Lyſander primùm cum paucis triremibus, deinde cum claſſe obuiam factus, cùm abeuntem Antiochum ſequeretur, reliquas Athenienſium naues offendit properantes fugienti Antiocho auxilium ferre. Primo congreſſu facta utrinque poteſta-

Perfidiæ turpis ſuis inſimulatur.

Opinio.

te pugnandi, ad prælium deuenere. Certatum aliquandiu ancipiti marte, demum Athenienſes re malè geſta, in fugam auerterunt claſſem. Lyſander multis hoſtium nauibus, magna quoque captiuorum copia potitus, ut magnificentius uictoriam celebraret, trophæum conſtituit. Hæc ubi ad Alcibiadem perlata ſunt, extemplo ille omnibus rebus omiſſis, citato curſu Samum repetit. Ibi collectis nauibus quæ ex Epheſina ſuperfuerant clade, & ſuę claſſi adiunctis, confeſtim ad laceſſendum hoſtem progreditur, nullam pugnandi moram facturus, ſi ille quoq; dimicare iuſta acie uelit. Cęterum Lyſander recenti uictoria parta, non ſępius fortunam tentandam ratus, 102
ſe claſſémque ſuam in loca tuta receperat. Erat autem ea tempeſtate in exercitu Alcibiadis, Thraſybulus quidam Thraſonis filius, uir domi ac militiæ clarus, ſed Alcibiadi uehementer infeſtus. Is Athenas profectus, cùm aduocata concione, quo ſtatu res Athenienſium eſſent expoſuiſſet, multis calumniis Alcibiadem onerauit. Nam paulò ante ſuſceptam cladem diſceſſiſſe eum arguebat, cuidam ex compotatoribus ſuis ignobili ac inquilino homini claſſe relicta. Profectum deinde in Cariam nõ tam ut pecuniam legeret pro alendo exercitu, & ſtipendiis militibus perſoluendis, quàm ut uoluptati atque libidini inſeruiret, & reipub. cura poſthabita, pellicibus, quarum ſibi magna copia erat, operam daret. Itaque diſceſſu ſuo hoſtibus qui haud procul abeſſent, manifeſtam occaſionem oblatam, ut Athenienſium claſſem inuaderent. Sic igitur ſua culpa rem malè geſtam, claſſem diſſipatam, exercitum qui ſupererat li- 103
centia laſciuiáque corruptum. Adiiciebat præterea eum habere in Thracia locum quendam mœnibus aggeribúſque munitum, quem ille ſibi, ac ſi patriæ ſuæ diffideret, refugium comparaſſet. His Athenienſes uehementer commoti, abſenti Alcibiadi imperium abrogarunt, aliis ducibus qui exercitui claſsíq; præeſſent, in eius locum ſuffectis. Alcibiades poſteaquam populi Athenienſis decretum cognouit, multitudinis iram & inimicorum maleuolentiam metuẽs, ſuis nauibus ac militibus, qui in omni fortuna rerum ſua ueſtigia ſequebantur, collectis, in Thraciam nauigauit. Ibi cum populis qui ſine rege uiuebant, bellum gerens, cùm in agros eorum nihil tale opinantium crebras excurſiones feciſſet, breui omnis generis præda etiam ſuum militem locupletauit, multóſque Græcos qui captiui Barbaris ſeruiebant, ab eorũ manibus liberauit. Inter hæc Tydeus, Adimantus, ac Menander Athenienſium duces 104
prope Lampſacum profecti, contra portum, ut decernerent nauali certamine, uel ſi detrectaret hoſtis pugnam, timoris confeſſionẽ exprimerent, inſtructa nauium acie, ſtetere. Sed poſtquam Lyſander à pugna ſuos continebat, Athenienſes ad Capræ flumina unde profecti erant redierunt. Ibi cùm nullo imperio, nulla militari diſciplina militem coercerent, & mare importuoſum eſſet, facilè hoſtibus bene gerendę rei occaſionem præbebant. Hanc negligentiam obſeruãs Alcibiades, qui ab iis locis haud procul aberat, terreſtri itinere ad præfectos Athenienſium uenit, atque eos docuit, quanto in periculo ipſi unà cum exercitu uerſarentur, quouſque eo in loco continerent claſſem, ubi nec portus nec oppida eſſent, quæ hoſtibus impedimento, ſuis præſidio forent. Accedere etiam ad hæc, quòd eorum milites commeatum longè peten- 105
tes in terram deſcenderent, uagi per agros ſine ullo ordine militari diſcurrerent, naues in nudis littoribus relinquentes, hoſtium arbitrio manifeſtè expoſitas. Hæc dicentem monentémque Alcibiadem, ut ex Capre fluuiis Seſtum abirent, duces Athenienſium neglexere, affirmãtes ſibi nunc adminiſtrationem belli, non Alcibiadi eſſe commiſſam. Quinetiam Tydeus contumeliis primùm, deinde minis acceptum, abire celeriter iuſſit. Diſcedens Alcibiades paulò pòſt nonnullis familiaribus ab exercitu uenientibus, Niſi, inquit, cõſilium meum ſpreuiſſent duces, breui Lacedæmonios coegiſſem aut prælio decertare, aut magna ſuarum nauium parte amiſſa, turpiter fugam arripere. Verùm hæc alij iactantis hominis uerba eſſe dicebant, alij contrà uehementer probabant, cernentes quanto adiumento Alcibiades Athenienſibus

Imperiũ abrogatur turſus.

Beneficiũ in patriam ingratam.

eſſe

eſſe poſſet, ſi Thracum tumultuariam manum, quam in armis paratam habebat, ter-
106 reſtri itinere in Lacedæmonios conuertiſſet. Cæterùm extemplo poſt hæc quale fuiſſet conſilium Alcibiadis, re ipſa & experientia patuit. Nam ex Athenienſium claſſe magna hominum copia frumentatum egreſſa, cùm in agris paſſim uagaretur, Lyſander intentus in omnes occaſiones gerendæ rei, ingenti celeritate hoſtes inuadit, nihil minus eo die, quàm Lacedæmoniorum aduentum expectantes: itaq; fuga magis, quàm pugna fuit. Naues paulò minus quàm ducẽtę, hominum tria millia capta, quos omnes Lyſander necari iuſſit. Conon tantùm cum octo triremibus ex illo tumultu ſaluus euaſit. Nec multò interiecto tempore, poſt hãc uictoriam partam, Lyſander occupatis Athenis, longa mœnia dirui, & omnes Athenienſium naues cremari iuſſit. Alcibiades uerò poſtquam Lacedæmonios longè terra marique dominantes conſpexit, eorum potentiam ſimul & maleuolentiam metuens, ſtatuit in Bi-
107 thyniam proficiſci. Verùm Thraces cùm percepiſſent magnam auri uim ſecum Alcibiadem ferre, inito conſilio uirum aggrediuntur, omníque ei erepta pecunia, ipſum fugientem aſſequi non potuerunt. Pulſus undique Alcibiades, cùm multa incommoda ac fortunæ permutationes illius animum tranſuerſum agerent, tandem omnibus conſiliis rationibúſque ſubductis, ad Artaxerxem Perſarum regem confugiendum putauit, ratus non minus gratum aduentum ſuum ei futurum, quàm olim Themiſtocles Xerxi fuerat regi, præſertim cùm ad ineundam principum gratiam non deterior Themiſtocle uideretur, & cauſam pro liberanda patria honeſtiorem haberet. Aditum uerò ad regem facilè per Pharnabazum, cum quo antea inierat fœdus, ſe habiturum ſperabat. Itaque cùm in Phrygiam ad eum ueniſſet, comiter hoſpitalitérque ſuſceptus, barbarum facundè alloquendo, ſibi in primis conciliauit.
108 Athenienſes per id tempus libertate amiſſa, & triginta uiris per Lyſandrum Lacedęmonióſque conceſſa, ſera tandem pœnitentia cepit, quòd abrogato Alcibiadi imperio, aliis prefectis adminiſtrationem belli detuliſſent. Itaque ab Alcibiade minus erratum fuiſſe dicebant, cùm miniſtri culpa nonnullas amiſerit naues, quàm à ſeipſis, qui alieniſſimo reipub. tempore, egregium in militia ducem patriæ ſuæ abſtulerint: illam cuiuſdam calamitatis quæ breui inſtaurari potuiſſet, hãc uniuerſi interitus ciuitatis cauſam eſſe habendam. Sic igitur ſimul coeuntes in foro, cùm priuatam ſuæ cuiuſque domus, tum publicam fortunam ciuitatis deplorabant: cunctis tamen ſpes quædam relinquebatur inanis atq; incerta, quòd Alcibiade uiuo non penitus actum
109 de libertate credebant. Antea enim Lacedæmoniorum potentiam ſua uirtute depreſſiſſe dicebant, & nunc etiam æquo animo laturum non eſſe, ut ſe incolumi tanta cum ignominia Lacedæmonij trigintáque tyranni Athenis dominentur. Nec mirandum erat eo tempore imperitam multitudinem uanis cogitationibus laborantem, omnem ſpem recuperandæ libertatis in Alcibiade poſuiſſe, cùm contrà triginta uiri neminem magis, quàm Alcibiadem metuentes, eum ſolum eſſe arbitrarentur, qui præſentem ciuitatis ſtatum perturbare ac delere poſſet. Itaque hoc metu curáque ſoliciti, ubinam ille gẽtium eſſet, quid præcipuè ageret aut moliretur, ingenti ſtudio perquirebant. Cęterũ Critias unus ex triginta tyrannis, huic timori quacunq; ratione ſuccurrendum ratus, Lyſandrum docuit Lacedæmonios Græciæ principatum retinere nõ poſſe, nec præſentem Athenienſium ſtatum firmare, donec tur-
110 bulẽtiſſimus homo & acerrimus populi concitator Alcibiades in uita ſuperſit. Hæc Critiæ uerba parum Lyſandri animum mouebant, niſi ſuperueniſſent à Lacedęmoniis literæ iubentes, ut Alcibiadem de medio tolleret. Hoc autem quærebant Lacedæmonij, ſiue quia hunc hominem triginta uiri magnopere formidarent, iampridem ingenium illius in maximis rebus experti: ſiue quia tempus ueniſſe arbitrarentur, in quo grauem pro illata Agidi iniuria, ab Alcibiade pœnam expeterent. Lyſander iis acceptis literis, extemplò ad Pharnabazum in Aſiam mittit, qui eum horten-

tur,ut hanc rem quæ in ſua poteſtate collocata foret,quanta maxima celeritate poſſet,aggrediatur.Barbarus nullam moram interponendam ratus, Mageo fratri & Suſametri patruo negotium dat,ut Alcibiadem, quem unà cum Timandra ſcorto in quodam oppido Phrygiæ eſſe perceperat, interficiendum curent. Sunt autem nonnulli,qui antequam is opprimeretur,quadam nocte uiſam ei Timandram per ſomnium aiunt,uultum ſibi muliebribus lineamentis coloribúſque pingentem. Alij uerò non Timandram,ſed Mageum fuiſſe dicunt, quem ille cernere uidebatur capite ſibi abſciſſo,reliquum corpus igne cremare.Verùm ij quibus necandi Alcibiadis negotium commiſſum erat,mandata impigrè exequentes,cùm ad eum locum ubi ille morabatur,multis cum ſatellitibus peruenissent, primo aduentu non ſunt auſi Alcibiadem aggredi, ſed totius circuitum domus ita cuſtodiis complexi ſunt, ut nemo inde elabi poſſet. Deinde cùm undique parietibus applicuiſſent ignem, Alcibiades re inopinata turbatus, cumulum raptim ex ueſtibus & omni genere ſupellectilis factum ſuper ignem proiecit,tum chlamyde læuo brachio obuoluta, dextra enſem tenens,antequam flamma ulterius conualeſceret,per medios hoſtes erupit. At barbari non audentes aut ei uenienti obuiam progredi,aut cominus manum conſerere, procul telis uirum petebant. Itaque abundante miſſilium copia, cùm ille ulterius ſuſtinere non poſſet,tandem uulneribus multis cõfoſſus occubuit. Hic exitus Alcibiadis Athenienſis fuit, cui poſtea Timandra funus ſatis amplum atque magnificum pro ſuis facultatibus faciẽdum curauit. Huius filiam fuiſſe dicunt Laidem quam Corinthiam appellabant, Sunt autem nonnulli qui non à Pharnabazi militibus Lacedæmoniorum gratia interemptum, ſed à quibuſdam familiaribus cubantem cum eorum ſorore prius inuentum,deinde unà cum muliere eo pacto quo enarrauimus,necatum Alcibiadem tradunt.

Val. Max. li. 1.cap. 5.

M.Coriolanus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

** Liuius,Cn. Martius. Genus. Iulius Front. de aquæduct. lib. 1.*

MARTIORVM familia Romæ complures ex patritiis illuſtres edidit uiros,ex quibus etiam *Martius Caius nomine nepos extitit, qui poſt Tullum regnauit Hoſtiliũ. Martij quoque fuere Publius ac Quintius, qui maximum pulcherrimúmque Romæ aquæductum fecere.Itémque Cenſorius,quem Romanus populus Cenſorem ſecundò creauit:quo ſuadente, legem decretúmq; tulere, ne cui bis eundem ambire magiſtratum liceret. Caius uerò Martius de quo iſta conſcripſimus,orbatus patre,ſub uidua educatus matre,declarauit uniuerſis, orbitatem, tametſi alia etiã habeat incommoda, haud tamen impedimento fieri, quin excellentiſſimus quiſpiam uirtute uir euadat,cùm alioqui ipſa ſe ignobilibus criminandam carpendámq; præbeat,quòd eos cura & indulgentia deſtitutos, corrumpi ſinat. Hic quoque teſtimonio uir adeſt,ſi qua ingenua præſtánſq; doctrinæ indiga fuerit natura,illam(quemadmodum malũ colendi ſtudiũ generoſa nacta tellus) utilia ſimul & noxia parturire.In omnib.nanq; conſilio gerendis, eius fortitudinem, tolerantiã, & ingentes ad uirtutis opera motus indicauit.Intẽperantes item gerens animos,nec uſquã in contentione cedentes, neque hominum ſocietati ſe facilem,neque idoneum tribuebat.Cúmque illum illecebris,laboribus, & pecuniis infractum admirarentur hominem,modeſtum quidem,fortem ac iuſtum appellabãt, uerùm ciuilibus in negotiis inuiſum, minúſque gratioſum, & nobilitatis ſtudioſum iniquo animo ferebãt. Quem uerò alium homini fructum benigna Muſarum affert conſuetudo,quàm ſtudio

Educatio.

Animi natura.

Muſarũ conſortij quis fructus.

ſtudio ac diſciplina manſuefactam naturam,mediũ ratione certa ſuſcipere, & quod nimis eſt abiicere?Ea igitur tempeſtate rebus maximè bellicis,&diſciplina militari, 3 Romana plurimùm florebat gloria. Teſtimonio eſt ipſam uirtutem unico fortitudinis nomine appellatam,ídque quo propriè fortitudinem uocant,cõmune generis eſſe uocabulum. Cæterùm Martius belli artibus, & decertandi ſtudio uehementer affectus, ab ineunte ſtatim pueritia arma tractare manibus cœpit. Qua in re cognatos armorum uſus præſto ſibi ac promptos induſtria uendicaturus, nullũ eorum quæ comparaſſet opus fore exiſtimans, ad omne pugnæ genus adeò corpus exercuit, ut curſu peragilis,in capiendo atq; pugnando ineluctabile pondus habuerit. Quiſquis igitur ſecum de animi præſtantia aut uirtute contendiſſet, ſuperatus, ingens corporis robur indomitum quidem, ac nulli ceſſurum labori,cauſam eſſe dicebat. Poſt exactum Roma Tarquinium regẽ,adoleſcentulus adhuc prima meruit ſtipendia, quo tempore Tarquinio poſt uarios prælíorum conflictus, tanquam extremam iactanti aleam, plurimi ſeſe Latinorum aliorúmq; Italorum ſocios aſciuere, ut eum non ſua magis gratia Romam reducerent, quàm ut creſcentem rem Romanam metu ac inuidia deprimerẽt.In eo bello quod multos excepit euentus,Martius ſpectante dictatore,ſtrenuè dimicauit. Is enim cùm Romanum cominus ſuccumbentem uidiſſet, 4 haud cunctatus,eo protecto irruentem confodit hoſtem: quamobrẽ poſt uictoriam in primis illum Imperator quercea donauit corona.Cuicunque enim ciuem ſeruaſſe cõtigerat,hæc ex lege corona dabatur:ſiue propter Arcadas is præcipuè quercui redditur honos,quos Glandiphagos diuinum appellare ſolet oraculum:ſiue quòd facilem militi fructum, tum ócyus, tum paſſim quercus exhibebat: ſiue id conueniens ſeruati ciuis exiſtat præmium,quoniã Ioui,in cuius tutela ſunt ciuitates, ſacra quercus eſt.Eſt præterea quercus inter ſylueſtres quidem arbores fructu longè belliſſima atque fertiliſſima, inter mitigatas autem ualidiſſima. Ab ea quoq; cibus erant glan- 5 des,potus mulſum, obſonium paſtæ ex ea feræ atque alites. Inde quoque magnum uenatoribus inſtrumentum uiſcus extat. In ea pugna Caſtorem ac Pollucem apparuiſſe traditur, ſtatímque poſt pugnam ſudantibus equis uictoriam in foro nuntiaſſe,ubi nunc ædificatum illis penes fontem templum eſt.Quapropter ea uictorię dies idibus Quintilibus Caſtori ac Polluci ſacra ſolenníſque ducitur. Cæterùm immaturus honos ac dignitas annis collata iuuenilibus, ſi leuia parúmque ſplendida nacta ſit ingenia,ſolet ipſam ſitim ac faſtiditam quamprimùm cupiditatem explere, continuóque reſtinguere. Graues & conſtantes animos auget, illuſtrátque dignitas, qui perinde ac aura inſpirante ad honeſta concitantur opera.Eos enim non tanquam recepta mercede, ſed quaſi dato pignore, ne gloriam deſerant, uerecundia continet, 6 pudétque ni propriis ſe geſtis extollant. Hoc pacto ſtimulatus Martius, ipſe ſibi fortitudinis æmulationem propoſuit, ínque nouis ſemper gerendis ardens egregiis addebat egregia,exuuiáſque cumulabat exuuiis,ſempérque nouiſſimos cum prioribus duces pro ſuæ uirtutis teſtimonio & cumulandis honoribus,habebat. Quamobrem cùm multa per id tempus decertarint bella Romani,è nullo ſine corona aut præmio diſceſſiſſe Martius uiſus eſt. Cæteris quidem finis uirtutis erat gloria, huic uerò gloriæ finis materna exiſtebat lætitia. Id nanque ingenti tum honori, tum felicitati ducebat, ut matri eius audire laudes, & ſe coronis ſpectare prædítum contingeret, ac ipſius præ gaudio lachrymantis adſtringeretur amplexibus. Hunc quoque Epaminondas affectum declaraſſe traditur. Is enim ſuam maximi fecit felicitatem, quòd res geſtas in Leuctris, ac uictoriam, ſuperſtites adhuc pater matérque ſpectaſſent: enimuero ille utroque lætè ac cõmiter uſus eſt parente. Martius tametſi paternam ſe matri debere reuerentiam putaret,uſquequaque tamen Volumniæ honori ac lætitiæ haud ſatis eſſe potuit: cuius uoluntate atque precibus uxorem duxit, ex qua procreatis liberis, cum matre ſimul habitauit. Inde cùm is in ciuitate ma-

** Liuius lib. 8. dec. 1.*

Magnitudo & conſtãtia animi nullã uulgari gloria contenti.

Iuſtinus lib. 6. Val. Max. li. 3. cap. 2.

gnam ex uirtute gloriam & poteſtatem comparaſſet, diuitibus contra plebem fauẽte ſenatu, quæ multa à fœneratorib. grauiſſima perpeti uidebatur, coorta ſeditio eſt. Hi enim qui parum poſſidebant, aut pignoris aut uenditionis nomine omnib. fortunis exuebantur: qui uerò omnino inopes erant, carceri deducebantur: quanquam plures uulnerum cicatrices, quas ipſi pro patria laborantes inter militandum acceperant, corporib. oſtẽderent. Poſtremò cùm aduerſum Sabinos bellum ſuſcepiſſent, Marco Valerio imperatore pro illis ex ſenatuſconſulto ſponſore interueniente, diuites ſeſe modeſtius habituros polliciti ſunt. Poſtquam autem eo bello egregiè ac 8
proſperè confecto, uictores hoſtium rediere, nihilo cum illis mitius aut clementius à fœneratorib. actum eſt, ſenatúſque meminiſſe conuentorum diſſimulãs, rurſus eos in uincula duci, & bonis ſpoliari permiſit. Quocirca ſeuiſſimus in ciuitate tumultus, & inteſtinæ ſeditiones erant. Quæ res cùm minimè lateret hoſtes, incurſionib. factis agrum igni uaſtabant. Cúmque conſules eos qui per ætatem ferre arma poterant, nominatim citarent, neminem eis audiſſe conſtat. Subinde inter primores diſcordia fluctuabat. Exiſtimabant nõnulli diſtrictum illum nimis rigorem aduerſus inopes, aliquantùm oportere remitti, & agere mitius. Cæteri, quorum & Martius erat, reluctabantur, non æris magnitudinem, uerùm tentamen & ſuperbiæ popularis initium animo uerſans, quòd adeò temerè contra leges inſurgatur, idcirco ut reſipiſcant ſedandos reſtinguendóſque: Cuius rei gratia cùm intra paucos dies ſæpenumero ſenatus cogeretur, nec ullus propterea rebus afferretur exitus, congregati repentè pauperes ſe mutuò irritarunt. Inde relicta urbe, in ſacrum montem trans amnem Anienem ſeceſſerunt, ubi quietè reſidendo, uiolentum quidem nihil aut ſeditioſum agentes, ſe à diuitibus urbe eiectos diu clamitabant, aerem, aquam, & ſepulturæ locum ubique ſibi præbituram Italiam, nihil amplius & Romam habitantes ſe aſſequi, quàm pro diuitibus militando uulnera & mortes excipiant. Ea res pauoré iniecit patrib. Grandæuos itaq; qui placabiliores & plebi chariores erant, oratores mittere placuit. Prior orſus Menenius Agrippa, multa cùm plebem orando, tum pro patribus incuſando, denique ſermone circuito uulgatam illam narraſſe fabulam traditur: Omnia, inquit, hominis membra olim aduerſus uentrem conſpiraſſe, eúmque, quòd ſolus nihil impertiens otioſus in corpore ſederet, incuſaſſe, cùm interea cætera ad eius explendos appetitus, & labores maximos & miniſteria perferant. Eorum uerò fatuitatem uentrem irriſiſſe: ignorare enim, quòd cùm in ſe uniuerſum ſuſcipiat nutrimentum, cæteris tamen à ſe diſtributum rurſus emittat. Eadem, inquit, rurſus pro uobis ratio ſenatus eſt: quæ enim pro debita rerum diſpenſatione apud eum conſilia ſunt, nobis omnib. ac noſtro uſui & emolumento refert atque diſtribuit. Ea re conciliati à ſenatu impetrant, ut uiros quinque deligerent, quorum qui opus haberent, uti patrocinio poſſent: eos nunc Tribunos plebis uocant. Primos igitur creauerunt Iunium Brutum, & Sicinium Bellutum, quos ſeceſſionis duces habuerant. Coacta unum in corpus ciuitate, ſtatim repetitis armis, populus ſeſe ducibus ad belli uſus promptiſſimos tradiderunt. Ea res Martio minimè collibuit, quoniam inualeſcente plebe, optimatum dignitas diminuta uideretur. Cùm id quoque pluribus ex patritiis haud 11
ſanè placere cerneret, eos tamen ne dimicando pro patria, ſe à plebeis uincere ſinerent, exhortabatur, ne potentia magis quàm uirtute præcellere illis uiderentur. Aduerſus Volſcorum gentem Romani tum belligerabant. Ibi Coriolorum erat oppidũ longè dignitate præſtantiſſimum, quod cùm conſul Cominius admoto exercitu circunſediſſet, reliqui Volſci terrore perculſi, ſimul undique in Romanos ſubſidium contrahebant, ut pro muris dimicaturi, duobus ex locis in Romanũ facerent impetum. Cominius uerò conſul diuiſis bifariam copiis, ipſe quidem in aduentantes extrinſecus Volſcos fertur obuius: Titum autem Lartium Romanum ciuem & excellentiſſimum uirum, ad urbis obſidionem reliquit. Oppidani diminuto obſidentium

Liu. lib. 2. dec. 1. Appianus li. 1 bell. ciuil.

Tribuni plebis.

ſidentium numero erumpunt, primúmque commiſſa pugna uincebant, & iam
12 Romanos in caſtra fugabant. Tum Martius cum paucorum manu prorumpens, proſtratis qui ſecum conſeri auſi eſſent, & repreſſo aliorum impetu, ingenti clamore Romanos reuocabat. Erat enim qualem Cato militem optabat, non manu tantùm, aut ictu, uerùm & uocis ſono, & uultus aſpectu hoſti terribilis, omninóque inſuperabilis. Conglobatis igitur circa ſe plurimis, pauidi retroceſſere hoſtes: quibus haud contentus Martius perſequitur, & palantes ad portas uſque fugat: ubi cùm crebra è muro miſſilia coniicerentur, perſequi deſtitere Romani. Vt uerò refertam armatis hoſtibus urbem unà cum profugiẽtibus ingredi nullus auderet, ac ne in animum quidem induceret, is tamen tum hortando, tum incitando inſtabat, fortunam exclamans fugantibus magis, quàm fugientibus urbem reſeraſſe. Paucis inde cõſectantibus, repulſo hoſte, ſuperatas ſaltu portas irrumpit, cùm nemo primùm obſtare, aut illũ irruen-
13 tem excipere prorſus auderet. Poſtea ubi modicos admodum interius repugnantes, aut opem ferentes, & immiſtos hoſtibus ſuos aſpexit, geſtis manuum, pedum agilitate, & animi audacia intra mœnia traditur incredibile confeciſſe certamen. Quos inuadebat, uicti iacebant, alios ad extrema urbis compulerat, feſſi ac deſperati quidã arma proiecerãt. Quare ingens Martio oblata eſt occaſio, exteriores intrò Romanos admittendi. Sic igitur redacto in poteſtatem oppido, ubi ad diripiendum & exportandum intẽtos cerneret plurimos, moleſtè ferens uociferabat, Indignum ſe exiſtimare, ut dum conſul ac ciues alicubi fortaſſe collato cum hoſtibus marte dimicent, hi diripientes obambulent, & prædæ gratia diſcrimẽ effugiant. Quos ubi ſibi nequaquam obtemperantes animaduertit, delectis qui conſectari uolebãt, quà exercitum ire ſenſerat, proficiſcitur: interdum commilitonum animos accendere, & ne cederẽt exhortari: deos interdum orare, ne poſterior ad pugnam, uerùm in tempore aduen-
14 taret, ubi coniunctus ſuis ciuibus, diſcrimẽ depellere poſſet. Mos tunc Romanis erat, ut in acie conſtituti priuſquam clypeos reciperẽt, togáſque circuncingerent, tribus aut quatuor audientibus, unà ſine ſcriptis teſtaméta conficerent, hæredémque nuncuparent. Ea in hoſtium conſpectu actitantes Martius offendit milites. Qui, ut primùm cum paucis cruore reſperſus ac ſudore plenus uiſus eſt, turbari nonnulli cœpere. Poſtquam autem gratulabundus ad conſulem procurriſſet, iunctíſque dextris captum nuntiaſſet oppidum, Cominius eum ſalutatum amplexus eſt. Cæteris rem proſperè geſtam tum coniectantibus, tum audientibus, ingens adiecta fiducia, & iam ſignum ad conſerendas manus dari magnis uociferationibus orabãt. Rogante deinde Cominium Martio, quemnam in modum hoſtilia eſſent diſpoſita arma, & quonam in loco bellaciſſima locata acies: Exiſtimare ſe, inquit, medias Antiatum fortiſ-
15 ſimas eſſe cohortes, qui nullam ob rem, ſuam remittant audaciam. Peto igitur ac deprecor, inquit Martius, cõtra iſtos nos in acie uiros colloca: quod conſul, eius promptitudinem admiratus, fecit. Cùm primis pilorum iactibus curſu Martius erupiſſet, nuſquam reſiſtere in fronte Volſci. At cui ſe parti phalangis immiſcuerat, illico diſcindebat. Multi in eum poſt hæc ſe conuertunt, armis utrinque uirum circunueniẽtes. Cui metuens conſul, quos habebat circa ſe fortiſſimos ſubſidio immiſit. Atrox itaque circa Martium pugna committitur, ubi cæſis breui cõpluribus, dum à Romanis uiolentius incumbitur, funduntur hoſtes. In quibus perſequendis intẽti Martium orant, ut is labore ac uulneribus æger, ſeſe in caſtra recipiat. Ille, haud eſt, in- *Vox militis magnanimi.*
quit, languere uictoris: continuóque fugientes inſectatus eſt: reliquis dehinc uictus exercitus, deſideratis captíſque plurimis. Poſtera die præſente Martio congregatíſque cæteris, tribunal conſul aſcendens, cùm pro re bene geſta meritas ſuperis laudes reddidiſſet, conuerſus ad Martium, mirum in modum eum collaudauit, cùm rerum ſuarum partim ipſe cõſul in prælio ſpectator affuiſſet, partim ipſe Martius teſtimo- *Val. Max. lib. 4. cap. 3.*
16 nium attuliſſet. Poſtmodũ cùm ex omnibus tum rebus, tum equis, tum captiuis, de-

cem ſibi priuſquã in alios præda diuideretur, deligere iuberetur, prętereą ad eximię fortitudinis præmium inſigni donaretur equo, id Romanis approbãtibus uniuerſis, procedens in medium Martius, Conſulis inquit laudibus exultare ſe, equúmque ſuſcipere: alia uerò non decus, ſed mercedem ducere, proinde illa ſe mittere, & ſua quẽadmodum unuſquiſque ſorte contentum fore. Præcipuè uerò unicam, inquit, peto ac obſecro gratiã. Hoſpes mihi & amicus in Volſcis erat, uir æquitate & modeſtia clarus, is modò captus, ex locuplete ſolutóque ſeruus factus eſt: ei cùm magna malorum moles ingruat, unum ne uenundetur amouiſſe ſat erit. Hæc ubi dicta ſunt ingens Martio clamor obiicitur, pluréſque profectò inuictum magis pecuniis animũ, quàm bellicam eius fortitudinẽ ſunt admirati. Qui enim ob eius honores inuidia aut æmulatione flagrabant, hi uel eò amplioribus dignum iudicabant, quòd oblata contemneret, magiſque qua res huiuſcemodi paruipendebat, quàm qua meruerat, uirtutem amabant. Modeſtus enim diuitiarum, quàm armorum, præſtãtior uſus eſt: maiúſque opibus non egere, quàm ipſis uti, ornamentum affert. Vbi ſedatus militum clamor eſt & tumultus, Cominius excipiens, Commilitones, inquit, hiſce rebus inuitum donare uirum non licet, demus uerò quod illi datum adimi non poſſit, Coriolani huic cognomen decernamus, niſi prius id iam illi res geſtæ uendicarũt: hinc Coriolanum tertium nomen aſſecutus eſt. Quæ res declarat, proprium ei nomen extitiſſe Caio: alterum uerò Martium, familiæ aut commune generis fuiſſe: poſteriori tempore hoc tertium obtigiſſe. Nam à rebus geſtis, aut forma, aut uirtute, aut fortuna, quemadmodum & apud Græcos, huiuſmodi indi ſolebant cognomenta. A geſtis quidẽ denominari liquet, ſicuti Sotera & Callinicum: à forma, ut Phyſconem Cirippúmque: à uirtute, ut Euergetem & Philadelphum: à fortunæ felicitate, ut Eudæmona, ſicuti Battus Secundus uocatus eſt. Quibuſdam etiã regibus appellationem præbuit mordacitas, quemadmodum Antigono quidem Doſonem, Ptolemæo uerò Lamyrum. Quo genere uſos plurimùm Romanos conſtat, ſicut quẽdam Metellorum nominauere Vitatum, quoniam cùm hulcus haberet, diutius frontem uitta ligatus obambulabat. Alterum, quòd paucis poſt patris obitum diebus, funebribus ludis, gladiatorũ munus exhibuerit, Celerem uocauerũt, celeritatem ac maturitatem apparatus admirati. Nonnullos adhuc è naſcendi ſorte nuncupant, ut Proculũ, qui abſente patre natus eſt: Poſthumũ, qui patre mortuo: Vopiſcum, cùm ex gemellis alteri ſuperſtiti eſſe contigerit. Ex corporis quoque habitudine denominationes ritè imponi ſolẽt, ut nõ modò Sylli, Nigri, Rufi, uerumetiam Cęci & Claudij: neque enim cęcitatẽ aut aliam quamuis corporis calamitatem per contumeliam arbitrabãtur obiectam, quin eam perinde ac propria audiebant nomina. Hæc tamen ad aliud magis ſcribendi genus attinerent. Finito bello ſeditionem turbuléti rurſus ſuſcitauere ciues, nullam nouam tamen aut iuſtam habentes criminationẽm, uerùm ex prioribus diſcordiis ac diſſenſionibus, malorum occaſionem contra nobiles nacti. Incultis enim ac inſeminatis maxima parte agris, cùm nec aliunde commeatum conuectari belli tempeſtas ſiuiſſet, acris annonæ charitas ciuitatem inuaſit, cuius etſi magna uiguiſſet affluẽtia, nulla tamẽ pecuniæ facultas plebi ſuppetebat. Quod ubi ſeditionis authores uident, uerbis aſperis criminari diuites, quòd inueteratæ memores inimicitiæ eis famem inducerent. Interea ab Veliternis uenere legati, qui urbẽ tradẽtes eò demitti coloniã orabant. Cùm enim peſtilens ciuitati morbus ingruiſſet, tantam hominum ſtragem ac perniciem ediderat, ut ex uniuerſis uix pars decima reliqua ſupereſſet. In tẽpore igitur Veliternorum neceſſitatem adeſſe prudentiores autumabant, quoniam dubiis in rebus cùm factioſorum tumultus increſceret, leuamine indigebant, ſeditionémque pariter diſſipatum iri, & ciuitatem perinde ac morboſa & turbulenta quadã redundantia expiandam eſſe ſperabant. Eorum igitur qui ad eam mitterentur coloniam, delectu habito, conſules expeditionem reliquis in Volſcos edixerunt, inteſtinis hoc pacto

Continentia.

Pietas in hoſpitem.

Nomen à re geſta impoſitum.

De nominum impoſitione Plin. lib. 18. cap. 3. Macrob Sat. lib. 1. cap. 6.

17

18

19

20

pacto tumultibus quietem excogitãtes, ut cùm diuites ac tenuiores, plebęſque & patritij inter communia ſimul arma, caſtra, & belli diſcrimina uerſarentur, mitioribus
21 inuicem componerentur animis. At Sicinius & Brutus turbulenti ſanè homines magis inſurrexere clamoribus, rem crudeliſſimam manſuetæ coloniæ nomine mandari, quòd mẽdici homines tanquam ad pernicioſam uoraginem in urbem, aere morbido & inhumatis refertã cadaueribus, deducerẽtur, alienos & lethaleis quidẽ ac peſtiferos habitaturi lares. Et quaſi abundè non ſit quoſdam inedia periiſſe, alios peſtilentiæ obiectare, inſuper ne ullum calamitatis genus ciuitati deſit, quæ locupletum ſeruitio oppreſſa fatiſcitur, ſuſceptum ultrò bellum adiiciũt. Plebs huiuſcemodi uerbis inſtigata, neque conſulum delectum inibat, & coloniam detrectabat. Quare ſenatus anceps, cùm palàm his plebis ducibus aduerſantem Martium cerneret, qui tumore & elatis iam plenus animis magna patribus admiratione habebatur, coloniã
22 emittit, grauem ſorte delectis mulctam, niſi excedant, interminans. Aliis uerò militiam detrectãtibus, Martius aſſumptis tum clientibus, tum cęteris quos inducere potuit, in Antiatem agrum incurſionibus factis, annonæ plurimùm & magnam pecorum & captiuorum prædam cõparans, nulla ſibi prorſus re deſumpta, militibus cuncta ſecum agentibus ac ferentibus, Romam rediit. Quibus indè locupletatis, reliqui pœnitentes inuidere Martio, inimicari, eius gloriam ac poteſtatem perinde ac contra plebem augeretur, moleſtè ferre. Paulò pòſt autem petente conſulatum Martio, multi in eum proni erant, & plebem pudor prohibebat, uirum genere ac uirtute primarium, poſt talia ac tanta beneficia, dignitatis expertem dimittere. Mos erat magiſtratum petentibus, prehenſos dextra ciues benignis orare uerbis, & abſque interiore tunica in forum opertos ueſte deſcendere, ſiue ut eo habitu ad ſupplicandum humiliores accederent, ſiue ut qui cicatrices haberent, manifeſtè ſigna fortitudinis aperi-
23 rent. Nec uerò ob plebis ſuſpicionem ita recinctos, & abſque intima tunica ſupplices ire cogebãtur: non enim dignitates argento, aut ullo corruptelarum genere tum imparticbantur. Diu ſiquidem poſt emptio & uenditio illa ſera prorupit, & inter concionis ſuffragia ſeſe argentum immiſcuit. Hinc iudiciorum, hinc exercituum corruptela unius dominio ſubiecit urbem. Auro captiua ſeruiunt arma: ut ſapienter dixiſſe uideatur, qui Romanum populum ex eo tum primò periiſſe inquit, qui primus epulum ei largitionémque dedit. Ea quidem peſtis haud cõtinuò patens, cæterùm clandeſtina proſerpens, Romam paulatim inuaſit. Non enim ſcimus quiſnam prior Romæ populo aut iudici largitionem dederit. Primus autem Athenis pecuniam iudicibus contuliſſe traditur Anytus Anthemeonis filius, cùm circa Peloponneſiaci fermè
24 belli exitum proditionis Pyli cauſam diceret. Tum incorruptũ adhuc genus aureum Romano obſeruabatur foro. Cæterùm cùm Martius plures oſtẽderet cicatrices, quas aſſiduè per annos treis ac decem egregius bellator acceperat, uniuerſi illius uirtutẽ tacita ueneratione proſequebantur, déque eo conſule deſignando mutuos inter ſe faciebant ſermones. Inſtãte comitiorum die, Martius magna ſenatorum frequẽtia ſtipatus, honorificè forum ingreſſus eſt. Tum manifeſtè declaratum eſt, nulla in re tantùm ſtudij, curæ atque ſolicitudinis, quantũ in Martio geſſiſſe patritios. Quę res multitudinis beneuolentiam, in odium inuidiámque conuertit: quippe timuerant, ſi uir tantæ inter nobiles dignitatis, maximè rei optimatum inclinatus, conſulatũ aſſequeretur, ne popularem omnino tolleret libertatẽ. Ea cogitatione denegato Martio cõſulatu, alij deſignãtur. Id ęgrè ſenatus tulit, quòd ipſe magis quàm Martius ea laceſſitus contumelia uidebatur. Martius neque modeſtè, neque ęquanimiter illum perpeſ-
25 ſus caſum, plurimùm iracundiæ ac contumelioſæ indignationis aperuit, ut qui magnos ſpiritus, & excelſos foueret animos. Non erat ille uir qui grauitatem ſimul cum manſuetudine, quibus in rebus ciuilis maximè uirtus conſtat, ſtudiorum ratione aut diſciplina temperatã haberet, ignarus ei qui adminiſtrator in repub. futurus eſt, fu-

Mos magiſtratus petentium.

giendam esse magnopere pertinaciam, quam Plato sociam solitudinis appellabat, & hominum societates comiter celebrãdas, acceptâsq; placidè sufferendas iniurias, quæ res multis solet esse ludibrio. At simplex usqueadeò austerúsq; perstans, uniuersos superare, ac nemini cedere, omnino fortitudinis officium esse censebat, cùm tamen id ex animi mollitie & imbecillitate proficiscereturː à quo dum graui laborat ægritudine, furor ex eo facto, perinde ac quodã ex hulcere, æstuabat. Perturbatus igi- 26
tur & acerbissimè infensus plebi discessit. Qui uerò in urbe & ætate & generis splẽdore florebant, ei uiro mirum in modum cùm semper affecti, tum uerò eo tempore prẽsto aderant, simúlque & dolendo, & indignè ferendo, ad nullum honestum facinus ipsius animum incendebant. Eis nanque beneuolus in re militari dux erat atque prẽceptor, & dũ aliquod strenuè opus perfecissent, adiecto sine liuore stimulo, ipsos ad uirtutem & gloriam concitabat. Magna interea uis empta frumenti Romam ex Italia conuecta est, non minor ex Syracusis, quam tyrãnus Gelo dono miserat: ea re plurimis spes iniecta est, & alimentorum penuria simul, & dissensione ciuitatem liberatum iri. Frequenti igitur curiæ confestim circunfusa extrinsecus multitudo exitũ expectabat annonæ, cùm liberalem eis futuram auctionem, tum impertiendã sine pretio largitionẽ sperantes. Erant siquidem qui ea de re ad senatũ referebant. At surgens 27
Martius, eos qui ad uendicandam plebis gratiam orauerant, uehementer carpsit, factiosos homines & reipub. proditores appellans, qui pestifera temeritatis ac insolentiæ semina, & sibiipsis noxia fouerent in plebem: quæ dum ex initio germinabant, haud neglexisse consilij prudẽtiæque fuisset, ne facerent: hisce principiis potestatem plebis inualescere, & terrori iam esse, quoniam quæcũque iis collibuerint, facilè impetrant, & ad nullum facinus obeundum inuiti cogi queunt: eos nusquam obtemperare consulibus, sed indomitos esse, & patronos suos uocare principes. Nam quid est aliud, inquit, pro distribuendis populo largitionib. suffragia decretúmque sedentes ferre, quod in popularib. Græci principatibus factitant, quàm ad communem perniciem eorum contumaciam alere? Non enim pro detrectata sæpenumero militia, & destituta per secessionẽ patria, & incusato senatu, gratiã accepisse, uerùm se per metũ impunè dimissos esse, & uos hæc per adulationẽ tribuẽtes indulsisse, iactabũt: quibus cõfisi, nullum aut superbiæ suæ, aut seditionis finem facturi sunt. Cùm igitur hoc ue- 28
hemens quidam furor existat, circunspectè aganius, inquit, & tribunitiam illis potestatem auferamus, cõsularis perniciem dignitatis, seditionísque ciuilis causam, quæ non una iam, ut olim, uerùm scissa atque disiuncta, concors nunquam unanimísque futura est, nósque non nisi mutuis perturbatos odiis disceptationibúsque languẽtes esse sinet. Talia permulta dictitans Martius, iuuentutẽ & uniuersos fermè diuites miro concitatos instinctu, in suam traxit sententiam, solum hunc esse uirum clamãtes, qui ciuitatem nullis uinci blandimentis pateretur. Nonnulli tamen grãdiores natu, cùm euentum prospicerẽt, obsistebant, hinc enim boni nihil exoriturũ: quod ipsum sanè usu ueniebat. Tribuni nanq; qui aderãt, ubi uictricẽ Martij sententiã intellexissent, ingenti clamore procurrebant, turbámque ad opitulandũ sibi concitabant. Inde dũ Martij uerba in senatu habita repeterentur, turbulentissima facta concione, ne 29
uulgus ira præceps contra senatum impetum faceret, uix tẽperatum est. Horum culpam malorum in Martium tribuni referentes, eum causam dicturum missis lictoribus citant, quos ille per cõtumeliam habitos à se repulit. Inde tribuni cum ædilibus, ut Martium traherent profecti, uirum capiunt. Conglobati uerò patritij, fugatis tribunis, ædilibus incussere uerbera. Nox rixã diremit. Illucescente die, consules ut percitum ira populum in forum undique concurrentẽ uident, ciuitati timere cœperũt. Quare coacto senatu, de placãda multitudine aut oratione benigna, aut utilibus decretis agitatum: tunc enim contentioni dignitatis minimè locum esse, nec si saperẽt, eo tempore pro gloria decertandum. Id sæuum ancépsq; tempus clemẽtiam magis, & guber-

& gubernandi humanitatem exposcere. Ea tenuit sentẽtia. Progressi igitur ad populum consules benignissimam orationem habuerunt, nunc obiecta placidè refellentes, nunc inter monendum modestissimis utentes morsibus, tum de annonæ pretio
30 nihil utique cum illis se disceptaturos. Talibus uerbis mitigatus est populus: quem cùm tribuni leniter ac moderatè audiendo placari cernerent, assurgentes, senatui tẽperatè quidem agenti æquum esse aiebant cedere populum. At Martium causam dicere iubẽt, ut quem non nisi ad perturbandam rempub. populúmque destruendum, irritasse patres constaret, qui citatus parẽre cõtempserit, ædilibúsque denique in foro per contumeliam uerberatis, intestinum, quantùm in eo fuisset, bellum exuscitarit, ciuésque ad arma compulerit. Ea uerò idcirco dicebãt, ut uel præter naturam ferocem Martij animum humilem summissúmque redderent, aut si uti his moribus pergeret, inexorabilem aduersus illum iram exercerent: id enim futurum sperabant, probè siquidem hominis norant ingenium. Stetit itaq; ut crimina dilueret Martius, quietem ac silentium tenente populo. Cúmque supplex expectaretur oratio, odiosa non solùm dicendi licentia, & maiori orsus est conuitio, uerùm & sono uocis & uul-
31 tus dispositione intrepidus extitit, ita ut eos aspernari & paruifacere uideretur. Quapropter exasperatus populus, se illius uerba grauiter & molestè pati haud dissimulãter tulit. Audacissimus tribũnorum Sicinius parũper habito cum collegis colloquio, postmodum proclamans in medium, tribunos mortis damnasse Martium pronuntiat: deinde ædilibus, ut statim correptum è saxo ad ima prouoluerent, edixit: quem cùm ædiles arripuissent, id plurimis & plebeis etiam hominibus, tum horroris, tum superbiæ plenum uisum est facinus. Patritios ingẽs dolor incessit, qui si quid opis afferre possint, clamore ac strepitu eminus adorti sunt. Hi contrà, quisquis manus admouerat arcentes, promiscuum inter se tenebant Martium: nonnulli protẽsis ad populum palmis orabant. Postquam in tanto strepitu & tam deformi rerum facie nihil uerba, nihil clamor efficiebant, amici ac necessarij tribunorũ, cùm non sine multorum cæde nobilium exigi ad necem Martiũ posse uiderent, eos inducebant, ut pœnæ nouitate & acerbitate sublata, non indemnatum occiderẽt, sed de eo populi suf-
32 fragia ferri sinerent. Tum desistens ab incepto Sicinius, patritios rogabat, quamobrẽ uolenti populo Martium digna luere supplicia, ipsi tantopere illum conarentur eripere? Contrà illi Sicinium rogabant, quid excellentissimum Romanum ciuem, causa indicta, ad immanissimum támque nefarium pertraherent cruciatum? Tum Sicinius, Ne hanc dissensionis ac seditionis cum populo causam allegetis, inquit, dabitur ei quod deprecamini, fiet de hominẽ iudiciũ. Tibi autem prædicimus, inquit, Marti, tertio ut adsis foro, quo te nihil aduersum leges perpetrasse, ciuibus iudicium de te per suffragia laturis, persuadeas. Ita soluto ac recepto Martio à patritiis, summa cum alacritate discessum est. Medio autem tertij fori tempore (nona enim die, quam nundinas uocant, Romani fora cõstituunt) magnam propulsandi spem iudicij præbebat susceptum in Antiates bellum, quod quia aliquandiu uidebatur duraturum, futurum sperabant, ut tabescente & ob belli negotia elanguescente prorsus ira, pacatior redderetur populus. Sed postquam finito mox bello rediere, patritij crebros con-
33 uentus agere, & cõsilia capere, quo pacto nec Martio deessent, nec factiosi rursus homines turbulentas populi disceptationes innouarent. Appius igitur Claudius plebi uehementer infestus, & labefactari rempub. & senatoriam destrui dignitatem obtestabatur, si contra nobilitatem in populi potestatem suffragia fieri paterentur. Cõtrà seniores populo gratiores, mite ac humanũ ex licentia futurum uulgus asseuerabant. Nec enim illis senatum esse contemptui, sed cùm se floccipẽdi putent, authoritatem iudicandi sibi honori ac solatio ducentes, simulatq; suffragia cœperint, omnem deposituros iracundiam. Martius itaq; cùm magno in se studio, tum metu plebis ancipitem cernens senatum, tribunos rogat, cuius eum criminis reum arguãt, aut qua de

re cauſam dicturum accerſant ad populũ. Perduellionis actionem eſſe aiunt, ſéque illum regnum affectaſſe demonſtraturos inquiunt. Tum ſurgés, Iam eo, inquit, cauſam dicturus ad populũ, nec ullum iudicij aut ſupplicij genus, ſi cõuincar, detrectabo: modò hoc accuſate, nihil apud concionẽ ementiti. Eis id cõſtanter aſſerentibus, ipſa de re conſtitutum eſt iudicium. Populi deinde facto conuentu, non decuriæ, uerùm tribus in ſuffragia ire cogebãtur. Primúmque mendicam ac inertem turbam, & cui nullum honeſtatis inerat ſtudium, antequam locupletes aſſuetos bello clarioréſque ciues, ſuffragia ferre iuſſerunt. Deinde cùm in eum minimè probarentur obiecta, affectati regni crimẽ omittitur. Is rurſus memoria repetitus eſt ſermo, quem Martius habuerat in ſenatu, cùm facili uenundari pretio inhibebat annonam, & tribunitiam populo poteſtatem intercipere ſuadebat. Dehinc nouum agi crimen cœptum, quòd captam ex Antiatum agro prædam in ærarium nõ retuliſſet, uerùm ſuis diuiſiſſet militibus. Quæ res Martium uehementer perturbaſſe traditur, quòd cùm in eam ex inſperato incidiſſet, nõ facilè ad perſuadendam multitudinem extemporalis ſuppetebat oratio, ſed eo callaudare iam milites incipiente, ingens tumultus exoritur: plures nanque eam detrectarant militiam. Demum euntibus in ſuffragia tribubus, tres illum perpetuo mulctarunt exilio. Quod ubi promulgatum eſſet, populus magis profecto, quàm ſuperatis ullo unquam bello hoſtibus, alacer exultánſque abiit. Senatus uerò dolore ac triſtitia grauiter angi, iámque pœnitere & ægrè ferre, quòd non omnia pertentaſſet, & aſpera cuncta ſubiiſſet, inſolentémque adeò plebem, tantáque abutentem licentia, contempſiſſet potius quàm pertimuiſſet. Qua in re ad eos internoſcendos, non opus erat ueſte aut aliis dignitatis inſignibus, ſed confeſtim quiſquis exultabat, plebeum, quiſquis mœrebat, patritium eſſe conſtabat. Ipſe autem Martius nihilo aut habitu, aut inceſſu, aut facie contriſtatus, aut humilis, ſolus inter tot afflictos mœroris expers uidebatur, non illum conſilio aut uirtute caſum æquo ferens animo, uerùm indignatione & grauiſſima perculſus moleſtia, quod à triſtitia proficiſci plerique ignorant, quæ ſimulac in furorem uerſa uehementer excanduit, humilitatem ſocordiámque propulſat. Eapropter qui iracundi furentéſue ſunt, efficaces ſtrenuíque iudicantur, quemadmodum & calidus, quem febris occupat, animus, quippe utpote altius intendente pulſu attollitur. Quam diſpoſitionem ex tempore Martius declarauit. Siquidem domum ingreſſus, ut matrem coniugémque plangore ac ululatu lamentantes ſalutauit, modeſtè præſentem ferre caſum monuit. Mox frequenti cum patritiorum comitatu ſeſe ad portas proripuit. Inde nihil uel capiens uel poſtulans, tribus aut quatuor conſectantibus famulis exceſſit. Paulò pòſt cùm in agro uerſaretur, multa ſecum, qualia furor miniſtrabat, agitans conſilia, non honeſtum aut uirile, aliáſue utile quicquam, ſed quo pacto in Romanos graſſaretur cogitabat, ut in eos graue & finitimum aliquod bellum accenderet. Primùm itaque cum Volſcis experiri collibuit, quos & corporibus & opibus pollere ſciebat. Acceptas autem nuper belli clades non tantùm eorum uires attriuiſſe, quantùm diſceptandi cupiditatem irritaſſe putabat. Cæterùm ex Antio erat oppido uir ob diuitias ac fortitudinem & generis ſplendorem, regiam in Volſcis nactus dignitatem, *Tullus Amphidius nomine, huic ſe magis, quàm Romanorum quempiam, inuiſum eſſe compertum habebat Martius. Multoties enim æmulatione iactabundi, ut fortiſſimi iuuenes ſolent, belli gloria & inuidia ſtimulati, alternis ſe minis prouocauerant: quæ res præter publicas, priuatas etiam inter eos auxerat inimicitias. At uerò cùm excelſos in Tullo (qui quoniam Volſcus erat, Romanos etiam occaſionem cauſámque præbẽtes, aliqua clade cupiebat affligere) animos eſſe ſciret, certiſſimum ei reliquit teſtimoniũ, quiſquis aduerſus iram reluctari difficile eſſe dixit, quæ perſæpe id quod uult uel morte emptũ perſequitur. Accepta igitur ueſte qua ignotus (quemadmodũ Vlyſſes) deliteſceret, hoſtilem commigrat in urbem, obuiam

Fortuna aduerſa.

**Accius Tullius, Liuius habet.*

euntibus

euntibus inde plurimis nulli cognitus (erat enim tenebræ) Tulli domum adiit, & ingreſſus repẽtè ad focum, operto capite tacitus quietúſque conſedit. Admirantes domeſtici, haud depellere uirũ audebant: erat enim quædam in eo cùm ob habitũ, tum ob ſilentium maieſtas. Tullo autem cœnanti rei nouitatem denuntiant. Tullus ad eũ contendit, quíſq; ſit, aut cuius rei gratia uenerit, percontatur. Ita retectus Martius parumper immoratus, Si me nondum agnoſcis Tulle, inquit, aut cernens dubitas, me mei accuſatorem fortuna cõſtituit: Caius ſum Martius, qui plurima Volſcis mala intuli, nec ea me negare Coriolani cognomẽ ſinit. Haud enim aliud mihi ex illis laboribus multíſque periculis præmium, quàm hoc inſigne uobiſcum inimicitiæ nomen cõparaui: quod cùm mihi adimi nequeat, cęteris ſpoliatus omnibus, cùm liuore plebis ac inſolentia, tum optimatũ ac nobilium mollitie ac perfidia, exul extrudor, tuorum penatum ſupplex adſum, non ſalutem aut liberationem expetiturus. quid enim mortem reformidans horſum deferrem? at uolens ab his qui me è patria extorrem deiecere, digna recipere ſupplicia, iámq; ab eis, quòd te mihi dominum conſtituo, magna ex parte recipiens. Si quis igitur de inuadendis hoſtibus tibi animus adeſt, eia uir generoſe, meis ad id calamitatibus utere, & infelices caſus meos cõmunem Volſcorũ felicitatẽ face. Eò enim pro uobis fortius, quàm aduerſum uos, belligerabo, quò animoſius qui rem hoſtium nouere, quàm qui ignorant, bellare ſolent. Quòd ſi inceptare non audes, feſſúſq; ſubſiſtis, nec mihi ulla uiuendi cupiditas ſupereſt, nec tibi me ſeruare conducit, hactenus quidem inuiſum ac inimicum hominem, nunc uerò inutilem & omnis prorſus commoditatis expertem. Hęc cùm Tullus audiſſet, mirum in modũ lætatus, iuncta dextra, Surge, inquit, & confide Marti: nobis enim dum te exhibes, ingẽs bonum præſtas, ſed maiora profectò ex Volſcis ſperare licet. Tum Martium in cœna hoſpitaliter habuit. Poſteris inde diebus inter ſe de bello conſilia conferunt. Ingẽtes interim ob Martij damnationem inter primores plebeióſque diſſenſiones Romam perturbabant. Multa præterea tum uates, tum ſacerdotes, tum priuati homines non contemnenda prodigia nuntiabant, ex quibus unũ huiuſmodi commendatum eſt memoriæ. Titus Latinus erat uir haud lõgè clarus, modeſtus alioqui, nihil alieni curioſus negotij, non arrogans, miniméq; ſuperſtitioſus. Hic in ſomnis Iouem ſibi adſtantem cernere exiſtimauit, referre ſenatui iubentem, quòd malũ triſtiſſimúmque ſibi pompę præſultorem præmiſiſſet. Quod cùm primùm uidiſſet, non magnopere curaſſe dicebat: uerùm ubi iterum ac tertiò idẽ uiſum cõtempſiſſet, optimi filij interitum conſpexiſſe, & ſubita membrorum debilitate eſſe correptum. Hæc cùm lectica delatus ſenatui ſimulatq; annuntiaſſet, illico corporis priſtinum ſenſiſſe uigorem traditur, exurgénſq; ſuis abiiſſe pedibus. Quare admirati ſenatores, magnã inueſtigandæ rei curam ac diligentiam habuere. Ea uerò erat huiuſmodi. Quidã ſuũ ſeruum, cæteris ſeruis cæſum in foro uerberibus trucidandũ tradiderat: cui dum plagas incutiunt, eúmque ſæuis modis & uariis pœnarum doloribus afficiunt, põpa fortè ſubſequitur. Qui aderant, triſte ſpectaculum & indecoros motus grauiter ferebãt, diſcedebat tamen nemo, ſolummodo in amarulẽtum adeò tortorem maledicta atq; conuitia gerebãtur. Erat quippe plurima in ſeruos tum temporis humanitas, ob præcipua illorum miniſteria & uictus communionem. Maxima uerò hæc peccãti ſeruo inferebatur pœna, ut plauſtri lignum cui temo affigitur, ſpectante uicinia ferens, circumageretur: quod ubi factum erat, infidus à domeſticis & uicinis exiſtimatus, furcifer appellabatur: quod enim Græci ὑποστέλλω ἡ φέρνμαι, hoc Romani furcam nominant. Cùm igitur Latinus uiſa renuntiaſſet, ſenatus dubius inquirebat, quiſnam triſtis ille malúſq; præſultor pompam anteceſſiſſet: hîc nonnulli indigniſſimos eius ſerui cruciatus memoria repetiuerunt, quem in foro plagis affectum poſtea necauerãt. Comprobãtibus itaq; pontificibus, ſumptum eſt de domino ſupplicium, deóq; inſtauratum eſt ſolenni cum pompa ſpectaculum. Numa quidem cùm aliarum rerum, tum

Liu. lib. 2. dec. 1.

pontificij iuris prudentiſſimus expoſitor, hoc Romanis ad ſummum religionis ornamentum inſtituiſſe uidetur, ut cùm principes aut ſacerdotes rem diuinam faciũt, præco ingenti uoce præcedens clamet, Hoc age: animos ſacrificio ſcilicet adhiberi iubens, ne ullis interiectis operibus, quæ plurima humanis in rebus ui & neceſſitate quodammodo fieri cõtingit, diuinus auerteretur cultus. Sacrificia uerò, ludos & ſpectacula, non hac tãtummodo, ſed puſilla quoque de cauſa inſtaurare Romanis mos eſt. nam olim Thenſam ducentibus equis, cùm unus eorum attonitus reſiliſſet, auriga habenas manu ſiniſtra corripuit, quocirca eam denuo pompam inſtaurari decretum. Inferioribus temporibus unicum trigeſies actum accepimus ſacrificium, quòd aliquis ſemper aut error aut ſcrupulus interceſſiſſet. Talis diuinis in rebus Romana religio eſt. Martius autem ac Tullus obnixè cum Volſcorum primoribus clandeſtina ferebant colloquia, inſtigabántque ut Romanis, * quando mutua fluctuarent ſeditione, bellum inferrent. At hi moleſtè eam orationem admittebant, quoniam annuæ illis cum Romanis indictæ fuerant induciæ. Belli tamen cauſam poſtmodum præbuere Romani, qui ob cuiuſpiam ſuſpicionem calumniæ, in ipſo ſpectaculo per præconem indixere, ut urbe Volſci ante ſolis occaſum excederent. Id quidam Martij dolo ac fraude peractum aſſerunt, qui ſubornatum quendam ſenatui nuntiatum miſerat, Volſcis Romanos inter ſpectandum adoriri, urbémque incendere conſilium eſſe. Id igitur de excedendo ſenatuſconſultum, omnium in ſe Volſcorum uehementiſſimum conflauit odium. Tullus atrocius rem uerbis attollens, inſtigatos demum induxit, ut urbes & quãtum agri bello eis ademptum erat, à Romanis per legatos repeterent. Auditis Romani legatis, iniquè ferentes reſponderunt, priores quidẽ Volſcos arma ſumpſiſſe, poſteriores ea Romanos depoſituros. Tullus aduocata publicè concione, ubi decretum bellum eſſet, acciri Martium conſulit, eíque depoſitis inimicitiis fidem haberi, ut quod prius bellando non uaſtarit, id nunc propugnando ſummopere iuuet. Accitus Martius habita ad populum concione, non minus orando grauis, quàm armis potens, plurimúmque ſapientia & animi magnitudine præſtans habitus, unà cum Tullo dux belli & imperator dictus eſt. Timẽs igitur ne dum Volſci neceſſaria bello tardius pararent ſibi bene gerendæ rei ſurriperetur occaſio, iuſſis principibus & in ciuitate potentioribus cętera comparare atque inſtituere, ipſe nullo militiæ ordine expeditiſſimos ſecum trahens, ex inſperato Romanum repentè inuaſit agrum: unde tantam prædæ uim abſtulit, ut cùm agendo, tum ferendo atque uehendo Volſcorum laſſaretur exercitus. Is uerò nihili faciebat quòd prædam abundè conuectaret, latéque uaſtaret agros: cuius uerò gratia ea gerebat, permagni exiſtimabat, quod erat, ut carpẽdos plebi obiectaret patritios. Nam cùm aliorum uniuerſa dirueret, ſolos nobilium agros ſumma ope ſeruabat intactos, ac eorum nihil ſinebat intercipi. Quapropter turbulentiſſimæ inter eos incuſationes & iurgia excandebant. Hi quidem plebeios iniquiſſimè uirum fortem eieciſſe criminabantur: hi contrà patritios recrudeſcentibus inimicitiis concitaſſe Martium querebantur, & afflictis bello cæteris, eos ſpectatores ſedere, ac æris fortunarúmque ſuarum cuſtodes nactos, extra belli aleam eſſe. Tum Martius uehementiſſimam ſe rem confeciſſe ratus, quòd ad contemnendos hoſtes audacior iam Volſcus eſſet, prædam tutus abduxit. Vt uerò non minus maturè quàm animosè coactæ ſunt ingentes Volſcorum copiæ, partim urbibus præſidio relinqui, partim belligerare Romanis cenſuerunt. Martio autem alterius optionem imperij ipſi deferẽte Tullo, ille Martium cùm ſe nuſquam inferiorem uirtute, tum uerò meliore ſemper belli fortuna uſum affirmãs, ducem foris eſſe ſtatuit, ſe interim ciuitatum cuſtodem futurum, & exercitui cõmeatus & neceſſaria ſuppeditaturum. Quibus rebus acrior factus Martius, in primis Circæũ Romanorum coloniam petit, cui ultro in eius poteſtate ſe dedenti, uiolentum nihil intulit. Inde Latinorum depopulatur fines, ubi pro Latinis ſociis pugnaturos Romanos

Vide ſuprà in uita Numæ Pompilij.

ἐφ' ἑσπέραν.

nos opinabatur. At hi quanquam à Romanis multoties ſubſidium imploraſſent, tamen ad id ferendum ſegnior erat populus: conſules uerò extremo iam conſulatus tempore pugnæ periculum detrectabant, eapropter uacui Latini remiſſi. Martius ad eorum urbes caſtris admotis, Tolerinos, inde Vicanos, Pedanos, Bolanóſque contrà ferentes arma ui cepit. Corpora in ſeruitutem redacta, bona eorum direpta ſunt. Qui ad eum inclinabantur, eos magna cura protexit, & ne quicquam detrimenti eo uel inuito paterentur, ab illorum agro quam longiſſimè caſtra dimouit. Poſtea Bola ſtadiis circiter C. Roma diſtante potitus, omnibus ferme uſque ad innoxiam ætatem cæſis, ingentem nactus eſt prædam. Tum Volſci qui ad ciuitatum præſidia diſpoſiti erant, quam primùm cum armis deferuntur ad Martium, hunc unum imperatorem ſolum ſuúmque agnoſcere dictitantes: itaque inclytum eius nomen & gloria admirabili uirtute per uniuerſam ferebatur Italiam, unius tralatione corporis tam inexpectatam rebus allatam eſſe nouitatem. Romana res nullum ſeruabat ornamentum, nulla belli cura, quotidianæ diſcordiæ, ſeditioſæque contentiones, donec obſidione cingi Lauinij urbem nuntiatum eſt. Ibi auita deorum templa Romanis erant, inde primordia generis, quoniam id primùm Aeneas oppidum condiderat, ducebant. Tum mirum in modum populi repentina mutatio, abſurdum uerò ac incredibile patritiorum conſilium apparuit. Solicitus enim de reducendo in patriam Martio, cùm ſumma ui damnationem eius reſcinderet, patres habito ſuper plebis uoluntate conſilio, id prorſus inhibuere, ſiue ut omnino infeſti populi uotis obſiſterent, ſiue quòd plebis gratia reuocari uirum nolebant, ſiue quòd iam illi graues infenſíque eſſent, ut qui cùm non ab cunctis iniuria laceſſitus eſſet, uniuerſos tamen offenderat, & hoſtem ſe patriæ declararat, in qua & potentiſſimos & præſtantiſſimos condoluiſſe ciues, ſecúmque pariter uiolatos ſciebat. Lata de illius reditu rogatione, abſque ſenatuſconſulto in ferẽda lege ac ſuffragiis inanis erat plebis authoritas. Id ubi Martius accepit, acrior ira ſubiit, omiſsáque obſidione furore ſtimulatus ad urbem ire pergit, & ad * Cloelias foſſas quadraginta ab urbe ſtadiis caſtra locauit. Tũ uiſus terribilior, & quanquam ingentes antea tumultus attulliſſet, omnis tamen in præſentia ſedata diſſenſio. Nemo enim aut princeps, aut conſularis audebat de Martij reditu refragari. Cernere erat mulierbres concurſus in urbe, in deorum templis, ſeniorum lachrymas, ſupplicéſque precatus, cuncta pertrepida, nuſquam ſalutis aut conſilij locus. Tum prudentiſſimum plebis de conciliando Martio conſilium extitiſſe intelligebát, incuſando omnino patres, qui dum placato opus erat, odium irámque magis incitarent. Legatos igitur ad Martium mittere placuit, qui reditum ei dantes in patriam, inſtantis belli periculum ſolui exorarent. Miſſi autem à ſenatu æquales Martij. Hi cùm primùm Martio occurrerent, ſeſe ab eo tum familiari, tum amico, ingenti alacritate ſuſceptum iri putabant: quod ſecus eſt factum: nam per hoſtium caſtra deducti, cùm inter confertiſſimam turbam intolerabili grauitate ſedentem offendunt. Circunſtantibus Volſcorum primoribus, legatos cauſam aduentus iuſſit exponere: quam ubi miti (ut decebat) & humana plurimùm oratione expoſuiſſent, Martius reſpondit, pro ſe quidem ex acceptis iniuriis, acerbè iratéque: pro Volſcis ut imperator, urbes & quantùm agri ademiſſent, reddi iubens, Volſcóſque ſicut & Latinos ciuitate donari. Nullum enim niſi qui æquis iuſtíſque conditionibus fiat, firmum ac ſtabilem belli finem eſſe. Ipſis ea de re conſultandi triginta dierum ſpatium dedit. Abeuntibus legatis, inde ex agro caſtra mouit. Hinc Volſci qui eius potentiæ grauius inuidebant, primum crimen nacti ſunt, ex quibus & Tullus erat, priuatim quidem nullis à Martio laceſſitus iniuriis: uerùm qui humanorum morbus animorum eſt, obſcurata penitus fama ſeſe Volſcis eſſe contemptui mœſtus uidebat, qui omnia ſibi Martium eſſe putabant, reliquóſque, non niſi quantùm honoris & potentiæ Martius erogaret, uſurpare dignum iudicabant. Hinc prima crimi-

* *Liuius habet Cluilias.*

nationum causa occultis in illum modis disseminari cœpta. Hinc conspirantes in
eum Volsci succensebant, ipsúmque (quia castra mouisset) proditionis insimula-
bant. Nec uerò prodita hosti mœnia esse, uel arma: sed temporis opportunitatem,
cuius ea uis, eáque natura esset, ut superiora illa uel conseruare, uel in perniciem da-
re posset. Non minus quàm triginta dierum spatium hosti dedisse, in quibus nihi-
lo maius rebus gerendis momentum accessisset. Quanquam id temporis interual- 53
lum Martius non otiosus, nec segnis exigens, socios Romanorum inuadens, ferro
igníque uastasset. Nam septem ingentes & populosas cepit urbes, quibus nullum
Romani ferre subsidium prorsus audebant, adeò cunctorum animos terror affece-
rat, & resolutorum ac rigentium more membrorum, fractæ uires ad bellum erant.
Instante die dicta Martius cum toto rursus affuit exercitu. Missi denuo legati orare,
ut ira posita, ex agro Volscos educeret, quæque utriusque magis in rem uiderentur,
diceret facerétque: nihil metu cessuros Romanos esse: quòd si quid æquum Volscus
aut humanum postulet, facturos se omnia, modò arma deponat. Ad hæc nihil Mar-
tius, ut Volscorum imperatorem se respondere aiebat, uerùm uti adhuc Romanum
ciuem: proinde monere se, oraréque, ut æquiora sanioráque consulerent, & si eius
postulata comprobarent, tertio id die reuersi indicarent: sin minus, nullam amplius
frustraneis in castra mandatis migrandi ueniam eis fore pernoscerent. Senatus ubi 54
re infecta redeuntes accepit legatos, perinde ac sæua ciuitatem tempestas ac procel-
la uexaret, tanquam ad extremam anchoram, ad numinis opem implorandam con-
fugit. Vniuersos nanque sacerdotes, aruspices, ædituos, uates, & ex uetusto Romano-
rum ritu augures, solitis pro cuiusque sacerdotio ornatos insignibus, ad Martium ire
decernunt, oraréque ac deprecari, ut cum suis demum rediens in gratiam ciuibus,
impium adeò bellum abducat. Hisce uiris intra castra susceptis, nihilo mitius aut
placabilius egit aut respondit quicquam, sed eadem quæ antea, aut imperata face-
rent, aut bellum susciperent. Reuersis inde sacerdotibus, sedatis in urbe motibus, dis-
ponendas esse censuerunt per muros uigilum stationes, qui subeuntes propulsarent
hostes. Suam dehinc in tempore ac fortunæ inconstantia spem collocabant, omnis
salutaris remedij consiliíque expertes. Cunctam igitur ciuitatem turbatio, pauor, & 55
dirus occupat rumor, quoad, quod ab Homero persæpe dictum est, tale aliquid ob-
uenit, quod nequaquam multitudinis animo sedet. Is enim magnis in rebus & mi-
nimè usitatis, hunc in modum inquit, clamátque:

Olli pectoribus posuit dea candida Pallas,
Atsuperûm quisquam mentem conuertit, & indit
Famam animis populi. Item & alio in loco:
Cogitat ut mentem diuorum iussa monebant.

Quæ tanquam impossibilia & haud sanè credenda fabulamenta, sunt qui paruifa-
ciant, cùm tamen ea conuenientia quidẽ, & ab humanæ consuetudinis ratione pro-
fecta, Homerus cecinerit: quippe cùm multoties ita dicat,

Iliad. 1. Astego consilium hoc animis ingentibus orsus. Item:
Sic ait, at tristis multùm turbatur Achilles,
Ambiguas forti uersans sub pectore curas. Et rursus:
Iliad. 3. - At nihil illa
Spasit honesta animo uersanti Bellerophonti.

In magnis siquidem admirandísque rebus, quæ impetu & inflammato quodam in- 56
digere uideantur instinctu, non adeò delectum nostrum eleuari, sed moueri excita-
ríque uoluntatem facit. Nec uerò ullos nobis appetitus, uerùm appetituum duces in-
gerit imagines, quibus cùm ad inuitum minimè opus cogat, fiducia certa spéque si-
mul adiecta, recusanti præstant initium. Aut enim à nostrarum causis actionum atq;
principiis, tollenda prorsus diuina sunt, aut quonã alio modo opem adiumẽtúmque
ferunt

ferunt hominibus? Nec enim dij nobis corpus effingunt, nec ad res gerendas manus
nobis & pedes componunt ac promouent, sed efficaces animi uires atque delectum,
quibusdam primùm imaginibus & cogitationibus excitant, aut contrà auertunt ac
reprimunt sistúntque. Romæ autem matronæ uaria deorum templa tenebant, pluri-
57 mę tamen, & longè quidem clariores, Capitolini Iouis aram supplices adorabant. In
quibus & Valeria soror Publicolæ, qui Romanis ingentia persæpe tum foris, tum in-
tus attulerat adiumenta. Publicola iam mortem obierat, quemadmodum in eius uita
conscripsimus. Valeriæ autem uita nõ dedecus, sed summam potius stirpi suæ glo-
riam addebat. Ea igitur repentè quo superius dixi modo concita, & non sine numi-
ne publicæ calamitatis cogitatione tacta, exurgit, secúmque cæteras trahens, ad Vo-
lumniam Martij genitricem cõtendit, cuius domum ingressa, eam cum nuru seden-
tem, paruósq; sinu nepotes fouẽtem inuenit. Circunfusis igitur mulieribus, Volum- *Liuius & Valer. Max. aliter, Volumniam uxorẽ, Vetturiã matrẽ fuisse scribunt.*
» nia, inquit, túque Vergilia, nullo senatusconsulto, aut principum edicto nos matro-
» næ matronas adimus, sed Deus nostras (ut arbitror) miseratus preces, hoc iniecit ani-
» mis, ut horsùm tum pro nostra ciuiúmque salute, tum pro uestra gloria obsecraturæ
» ueniremus, clariori profectò, si animum induxeritis, futura, quàm Sabinæ conciliã-
58 tis ex bello & amicitiam & pacem maritis ac parentibus uendicarunt. Eia supplices
» unà ad Martium pergite, ad quem uerum iustúmque de patria perferte testimoniũ,
» quòd ipsa licet multis oppressa miseriis, nihil tamen ob iram graue uobis aut infestũ
» intulit: quin illi uos restituit incolumes, tametsi nullam inde sit assecutura clemen-
» tiam. Ea orante Valeria, reliquæ acclamauere mulieres. Tum Volumnia ita respon-
» dens: Et publicarum, inquit, matronæ calamitatum æqua nobis portio est, & priua-
» tis affligimur malis, quæ cùm Martij gloriã & uirtutem amiserimus, hostilibus ma-
» gis armis circunseptum, quàm saluum aut liberum eius corpus aspicimus. Ingens ue-
» rò uobis calamitas incumbit, si adeò patriæ uires relanguescunt, ut suam in nobis
» spem collocarit. Enimuero nescia sum quanti nos faciet, qui adeò patriam aspernę-
» tur, ut nihili faciat, quã sæpe antea matri & uxori & liberis anteposuit. Verumenim-
» uero ad illum nos deducite, ut si nihil aliud, saltem pro patria supplices expiremus.
59 Tum pueros ac Vergiliam unà cum reliquis secum mulieribus ducẽs, castra Volsco- *Valer. lib. 5. cap. 4. Liu. lib. 2. decad. 1.*
rum adiit. Earum miseranda facies hosti reuerentiã iniecit atque silẽtium. Hic Mar-
tius in suggesto inter Volscorum proceres sedens, ubi eas aduentare mulieres uidit,
admiratione est captus: cúmque in primis uenientem uxorem nosceret, immoto &
obstinato persistere animo uoluit, uerùm consternatus affectu, & ad ipsarum confu-
sus intuitum, haud tulit ut se sedentem adirent, sed pernici deuolans gradu, obuiam
prodiit. Et matre primò diutissimẽque salutata, inde uxore ac filiis, nullo iam pacto
frenare lachrymas poterat. Vt uerò dulces incepti sunt amplexus, uirũ parentis amo-
re perinde ac secũdo fluminis cursu deferri uidisses. Cæterùm cùm inchoantem iam
uerba matrẽ intelligeret, acceptis Volscorũ primoribus, Volumniã talia orantẽ audi-
» uit: Etsi fili taceamus, ipse tum uestę tum miseri corporis apparatu cernis, qualẽ do-
60 mesticæ rei cõditionẽ tuum nobis eõfecerit exiliũ. Existima uerò quàm cæteris longè
» mulieribus infeliciores accesserimus, quibus dulcissimũ aspectũ fecit fortuna terribi-
» lem: te mihi filiũ, huic uerò maritũ, patriæ muros obsidentẽ aspicimus. Et quod cæ-
» teris calamitatis & malorũ solet esse solatiũ, deos orare, omnino nobis ablatũ est: ne-
» que enim uel patriæ uictoriã, uel tibi salutẽ implorare à diis fas est: sed quæ atrociora
» quispiã nobis imprecaretur hostis, ea nostris insunt precibus. Vxorẽ enim ac liberos,
» aut patria, aut te orbati necesse est. Ego uerò dum hoc uiuẽti mihi bellũ fortuna diiu-
» dicet, haud morabor, tẽque nisi positis inimicitiis ad pacẽ atque concordiã concilia-
» uero, ita ut utriq; potius beneficum, quàm alteri pernicioſum te reddas, hoc tibi per-
» suade, sicq; cõfirmatus & paratus accede, ut nõ antè hostiles patriæ manus conseras,
» quàm cæsam calcaueris parẽtẽ. Nec enim ea mihi expectãda dies est, qua filiũ, aut in

triumpho tractum à ciuibus, aut de patria triumphantem aſpiciam. Quòd ſi pro cõ- 61
ſeruanda patria profligari à te Volſcos exorarem, graue fili, iniquúmque tibi fateor
immineret conſilium. Nam neque ciues perdere bonum eſt, neque tuæ commiſſos
fidei perdere iuſtum. Nunc malorum finem imploramus, ſimúlque populis utriſque
ſalutem. Quæ res maximam Volſcis gloriam comparabit, quòd cùm ingentia nobis
bona & uictores quidem tribuerint, non minus iucundam ipſi pacem & amicitiam
ſint conſecuturi. Quæ ſi effecta fuerint, tu tantorum profectò dux eris & cauſa bono-
rum: ſin ea infecta permanſerint, utrique noxam in te ſolum criménque reiicient.
Cúmque incertus belli ſit euentus, hoc certi ſecum affert, ut ſi quidem uincas, imma-
niſſimus patriæ uaſtator appellandus ſis: ſin uictus ſuccumbas, ob tuam uidearis ira-
cundiam, benefactoribus & amicis ingentium origo malorũ extitiſſe. Hæc dum ora-
ret Volumnia, nullum reſpondens uerbum Martius, intentis excipiebat auribus. Vt 62
uerò deſierat, cùm is diuturnum teneret ſilentium, rurſus Volumnia: Quid ſiles, in-
quit, nate? num iræ receptarúmque iniuriarum memoriæ omnia cõcedere ſatius ar-
bitraris? an deprecanti talia matri largiri pulcherrimum munificentiæ genus nõ eſt?
Magníue eſſe uiri putas acceptorum meminiſſe malorum? Suſcepta autem à parenti-
bus beneficia eorum cultui ac uenerationi reddere, num excelſo ac bono digniſſimũ
uiro munus eſſe non cenſes? Cæterùm gratiam habere, tuerique magis, quàm tu, de-
buit nemo: cùm tamen per acerbiſſimam adeò ingratitudinem eas, & cùm per-
magnas iam patriæ pœnas exegeris acceperíſque, nullas adhuc matri grates retuliſti.
Erat uerò æquiſſimum atque ſanctiſſimum, ut abs te uel nulla ingruente neceſſitate,
tam honeſta támque iuſta poſtulans impetrarem. Quòd cùm in meam te uerbis ſen-
tentiam deflectere nequeam, extremæ iam parco ſpei. Hæc effata, cum uxore ſimul 63
Pietas in matrem. ac liberis pedibus aduoluta procumbit. Tum conclamans Martius: Quibus, inquit,
me afficis mater? & iacentem ſuſtulit, & preſſa dextra, ait: Viciſti, patriæ quidem
proſperam nimis, pernicioſam autem mihi uictoriam. Abs te tantùm ſuperatus ab-
ſcedam. Inde ſolus matri ac uxori pauca locutus, eas remiſit in urbem. Deinde ſimu-
latque nox abiit, Volſcos abduxit, haud equidem omnes eodem quo prius ſtudio,
aut paribus diſpoſitos ſententiis. Hi nanque uirum & geſtam rem improbare, illi
uerò quibus ad pacem inclinabatur animus, incuſare neutrum. Alij quanquam id æ-
grè perferrent factum, haud tamen Martium improbum malignúmue opinari ho-
minem, quoniam tantis fractus neceſſitatibus conceſſiſſet. Contradicente igitur ne-
mine, uniuerſi uirtutem magis, quàm imperium & poteſtatem eius admirantes, ip-
ſum ſunt conſectati. Romanos autem quantus belli terror ac periculum cunctos op- 64
preſſerit, ex eo ſoluto facilè cognoſci licet. Populus enim ſimulatque mouere caſtra
Volſcos conſpicatur, reſeratis deorum templis, coronati perinde ac parta uictoria,
paſſim immolabant. Præcipuè uerò in compenſandis honore mulieribus, ſenatus
populúſque lætitiam declarauit, quas ſalutis initium extitiſſe, egregiè tum arbitra-
bantur, tum prædicabant. Decretum igitur eſt à ſenatu, ut quicquid illæ uel ad gra-
tiam, uel ad decus repoſcerent, id cõſules effectum darent. Hę uerò aliud nihil, quàm
fortunæ muliebris templum ædificari popoſcerunt, ſumptum ſe collaturas, ſacrifi-
cia & diuinos honores publicè ciuitas dedicaret. Patres earum magnificentia col-
laudata, ædem publica poſuerunt impenſa. Illæ collata nihilominus Fortunæ ſimu-
lachrum pecunia compararunt. Quod dum cõſecraretur, ita locutum Romani me-
moriæ prodiderunt: Grata me diis lege, ritéque me matronæ, dicaſtis. Eam ſecundò 65
uocem auditam eſſe rumor eſt. Ardua hæc quidem, & quæ ægrè credamus: attamen è
ſimulachris ſudorem, lachrymas & cruentas apparuiſſe ſtillas, aut uoces auditas, ne-
quaquam impoſſibile: ligna enim & lapides plerunque oriundam ex humore pu-
tredinem contrahunt, ſubinde multos ex ſe colores emittentia, uariáſque ex aere tin-
cturas ſuſcipientia. Quæ res quò minus deorum immortalium prodigia ſint, nihil
impedi-

impedimento eſſe arbitramur. Parte etiam aliqua ſciſſa uiolentius aut diſiuncta pe-
nitus, genitui aut ſuſpirio perſimilem queunt edere ſimulachra ſonitum. Ex inani-
mis autem articulatam uocem, manifeſta uerba, abſolutámque aut integram for-
mari orationem prorſus eſſet abſurdum, niſi animam, & deum abſque corporis in-
ſtrumentis certa partium ratione compactis, ſonum edere nonnunquam loquíque
66 conſtaret. At cùm uerisimili nos teſtimonio multoties urgeat hiſtoria, id profectò
eſt, quod innatus affectus & ægritudo quædam, ſimilem ſenſibus rerum apparen-
tiam, imaginante animo, inducit: quemadmodum in ſomnis audire non audiendo,
& aſpicere non aſpiciendo uidemur. Haud igitur mortalium tollenda religio eſt.
At qui beneuolentia & pietate ita diuinis afficiuntur, ut ne quid ex his deponere aut
diminuere queant, horum fidei permagnum momentum addit, quòd miram Dei
» uim eſſe cognoſcunt. Nec uerò pro noſtra, diuina penſanda potentia eſt, quæ nullo
» pacto humanæ, uel natura, uel motu, uel arte, uel uiribus æquiparanda eſt. Si quid
» nobis impoſſibile efficiat, aut nobis inexcogitatum excogitet, abſonum uideri non
» debet, eò quòd cùm omnibus in rebus plurimùm ſuperet nos, tum uerò in operibus
67 maximè diſpar & diſſimilis exiſtat. Veruenimuero (ut placet Heracleto) diuina plu-
rimùm ob incredulitatem ignota deliteſcunt. Vt uerò Antium Martius rediit, Tul-
lus in ipſum grauiſſimo ſtimulatus odio, ei confeſtim necis molitur inſidias, ueritus
ne ſi in præſentia effugerit, non alia ſibi præſtaretur occaſio. Conſpirantes igitur &
inſtructos in illum complures incitans, rationem Volſcis reddere, & magiſtratu ſe-
ſe abdicare iuſſit. Martius adhuc imperante Tullo, qui maxima inter ciues ſuos pol-
lebat potentia, priuatorum ſortem obire metuens, imperio ſe abdicaturum, ſi Vol-
ſci edicerent, aiebat. Illud enim ſeſe iubentibus uniuerſis ſubiiſſe, neque nunc recuſa-
re, ſi uelint Antiates, rationem quoque imperij reddere. Aduocata concione, impi-
gri aderant factioſi homines plebem inſtigantes. Aſſurgente poſtmodum Martio,
ingens tumultus ob præcipuam eius reuerentiam compreſſus, ut intrepidè diceret, ſi-
68 uit. Antiates quoque primores & qui pace magis lætabantur, aperta dabant ſigna ſe
comiter audituros, & iuſtam prolaturos ſententiam. At uiri excuſationem Tullus ex-
timuit: erat enim in dicendo grauiſſimus, & magnam in cauſa dicẽda gratiam prio-
ra illi geſta comparauerant: quin eius hominis gratiæ magnitudinem, certiſſimo te-
ſtimonio ipſum declarabat crimen. Nec enim aliàs tantas accepiſſe conqueri potuiſ-
ſent iniurias, quòd ſcilicet in ſuam poteſtatem redacta Roma non eſſet, niſi ut illam
ſibi propè ſubiiceret, Martij uirtus effeciſſet. Vlterius itaque immorari, aut tentan-
dos eſſe multitudinis animos, audaciſſimi nequaquam cenſuere complices, & ne
orans audiretur, ingentes ſuſtulere clamores: Haud paruifaciendum, non negligen-
69 dum, hunc proditorem Volſcis dominantem principatu ſe abdicare nolle. Tum ſi-
mul adorti, opem ferente nemine, uirum trucidant. Id autem facinus non omnibus
collibuiſſe mox declaratum eſt. Ad eius enim corpus honorificè humandum è ciui-
tatibus concurſum eſt. Illius ſepulchrum, tanquam præſtantiſſimi & bellatoris &
ducis, armis & ſpoliis exornatum. Romani illius audita morte, nullum aliud uel ho-
noris uel odij ſignum aperuere. Poſtulantibus matronis ut eum decem lugere men-
ſes liceret, conceſſum: qui mos lugendi patrem, filium ac fratrem erat. Id enim lon-
giſſimi ſpatium luctus ab Numa Pompilio inſtitutum erat, quemadmodum, cùm
res illius ſcribebamus, expoſuimus. Inde Volſcorum res eueſtigio Martium deſidera-
uere. Primùm nanque inter eos atque Sicanos tum ſocios tum amicos de imperio or-
ta ſeditio, ad uulnera uſque cædéſque prouecta eſt. Poſthac prælio à Romanis ſupe-
rati, in quo & Tullus occubuit, & ſuarum flore copiarum internecioni dedito, tur-
piſſimum percuſſere fœdus, ubi ex propria libertate delapſi, parêre, & ſe imperata fa-
cturos adſtipulati ſunt.

COMPARATIO ALCIBIADIS ET MARTII CORIOLANI.

CAeterùm expositis omnibus rebus, quæ uisæ sunt nobis cognitione atque memoria dignæ, nunc operæpretium esse existimo, Martij & Alcibiadis mores, naturæ atque totius uitæ cursum breuibus uerbis conferre. At si primùm res bellicas conspicere uolumus, reperiemus pariter ab utrisque, cùm duces exercitus essent, multa præclara atque egregia facinora edita: nisi quis Alcibiadem in eo anteferẽdum putet, quòd plures quàm Martius uictorias consecutus, in cunctis certaminibus, quibus terra marique hostes superauit, sic consilio, disciplina atque ordine militari omnia gessit, ut nihil ab eo prætermissum esse appareat, quod à peritissimo duce expetendum foret. Illud autem pariter ambobus tribuendum puto, quòd eorum præsentia res semper florere augerique uidebantur, absentia uerò aut debilitari, aut corruere. At popularem uiuendi modum adulationibus blanditiisque refertum, quibus ille ad aucupandam gratiam multitudinis sæpius fortasse, quàm decuit utebatur, in Alcibiade plerique reprehendunt: in Martio econtrà superbiam arrogantiámque redarguunt, quam ad paucorum semper potentiá conuersam, odiosam fuisse dicũt Populo Ro. Nos uerò ut neutrum in his laudandum, sic hominem multitudini blandientem, minus quàm eandem aspernantem, uituperandum censemus. Turpe est enim adulationibus imperitam multitudinem capere, ut opes quammaximas consequaris: at populum deprimere, in eum insurgere, uim quoque afferre, ut potentia uehementer excellas, non solùm turpe est, sed etiam iniustum. Habitus est autem Martius moribus integer, ac in omni uita constans: Alcibiades econtrà uersutus, callidus, & in fallendis hominibus author egregius. Vnde illius dolum, quo Lacedæmoniorum legatos decepit, quemadmodum tradit Thucyd. amicitiam labefactauit, pacem dissoluit, omnes uituperant: quanquam excitato postea sua opera bello, potentiorem rempub. reddidit, Mantinensium ac Argiuorum societate adiuncta. Martium quoque apud Dionysium historicum in maxima illa celebritate ludorum, qui Romæ instaurabantur, cùm falsis calumniis populorum animos concitasset, authorem fuisse comperio, ut graue inter Romanos & Volscos oriretur bellum. Causa uerò, qua Martius arma hostilia in patriam uertit, turpior longè, quàm Alcibiadis fuisse uidetur. Non enim cõtentione discordiáque ciuili, sed ira ac indignatione quadam, à qua non est cur quisquam (ut inquit Dion) gratiam speret, prouocatus, tum patriam, tum multas Italiæ urbes, quæ nullam in eum culpam contraxerant, fœdè turpitérque afflixit. Atqui Alcibiades multis iniuriis lacessitus, suis ciuibus inferens bellum, maximarum calamitatum causa fuit: pœnitentibus tamen postea non modò ignoscebat, sed etiam periclitantibus sæpe adiumento ac præsidio erat, & communicando, & monẽdo, & fauendo, planéque quod Aristides fecisse contra Themistoclem fertur, hoc ille contra cæteros patriæ duces. Martius præterea ciuitatem in primis totam uexauit, cùm non à tota iniuriam suscepisset, sed maxima atque optima ciuium pars in eadem causa, in qua ipse fuisset, & contentionis & periculi uersaretur. Deinde multis legationibus missis, supplicationibúsque decretis, ut unius hominis iram lenirent, sic se implacabilem præbuit, ut bellum susceperit uideretur non quò in urbem rediret, sed ut funditus ciuitatem euerteret. Præter hæc Martius optimè de se meritos Volscos, qui eum exulantem susceperant, dignitatem ei detulerant, imperium ac totius belli administrationem commiserant, in medio cursu secũdarum rerum deseruit: Alcibiades uerò ab Argis Lacedæmonem ueniens, priuatus in urbe, priuatus etiam in exercitu mansit. Et cùm egregiam operam in bello nauasset, prouocatus Lacedæmoniorum insidiis, animum simul cum causa permutauit. Itaque ad Tissaphernem se contulit eo consilio tantùm, ut barbarum qui grauissimus hostis impendebat, ab Athenien-

Lib. 7. & 8.

Val. lib. 6. cap. 5.

sium

nensium ceruicibus remoueret, ac urbem Athenarum, in quam redire magnopere cupiebat, integram incolumémque seruaret. Sed plerique homines qui utriusque mores considerant, Alcibiadem aiunt nimiùm cedentem cupiditatibus suis, pecuniam ex corruptelis solitum esse accipere, eámq; deindè ad uoluptatem libidinémque conferre. Martij contrà integritatem ac animi moderationem sic suis laudibus efferunt, ut ipsum plerunque ab iis etiam pecuniis, quæ & honestè ei deferebantur, & iustè accipi poterant, abstinuisse dicant. Itaque in controuersiis de ære alieno, & nexorum causis iudicandis, non lucri spe aut cupiditate alicuius commodi consequendi, sed arrogantia & asperitate naturæ difficilis Martius & molestus multis habebatur, & quod Antipater in epistola quadam de Aristotelis obitu scribit, potuisse uirum etiam parêre, hoc Coriolanus minimè callebat. Itaque hi etiam de quibus ille bene meruerat, hominis morositatem, cuius (ut inquit Plato) comes solitudo est, iniquo animo tolerabant. Alcibiades uerò sibi omnes homines quibus cum uersabatur, incredibili arte conciliabat, & in rebus gerendis id assequi uidebatur, ut quod arduum apud mortales putant, gratiam simul cum gloria iungeret. Quinetiam cùm magnis calamitatibus interdum rempub. affecisset, sua tamen affabilitate sic Athenien sium animos capiebat, ut illi iniuriarum plerunque obliti, imperium ei magna cum authoritate deferrent. Martius uerò honorem quærens ob multa fortitudinis opera suæ uirtuti congruentem, assequi non modò non potuit, sed repulsam quoque cum ingenti ignominia tulit. Sic igitur illum gratia hominem sequebatur: hunc admirabantur omnes, amare non poterant. Illud autem uerè dici potest, Martium cùm esset Romanorum dux, semper Romanæ reipub. obfuisse, profuisse nunquam: Alcibiadem uerò & militem & ducem copiis Athenien sium, maxima suæ patriæ commoda attulisse. Alcibiades præterea præsens semper aduersarios superabat, absens inimicorum calumniis criminibúsque obrutus sine controuersia uincebatur. Martium & præsentem damnarunt Romani, præsentem quoque Volsci iniuria necauerunt: quanquam ipse causam succensendi æquam illis præbuisse uidetur, cùm id bellum quod publicè susceperat, à mulieribus persuasus priuatim deposuit. Illud præterea non rectè à Martio factum esse uidetur, quòd potius pietate matris, quàm ciuitatis, cuius illa quoque pars erat, misericordia motus, patriæ suæ ignoscendum putauit: nam oratorum precibus, sacerdotum supplicationibus spretis, qui suis insignibus uelati, supplices in castra accesserant, totius denique Pop. Ro. luctu gemitúque neglecto, unius mulieris lachrymis cessit, ac si patria illius causa, non per seipsam seruari mereretur. Patriæ igitur suæ pepercit, neque à Romanis persuasus, contra quos arma susceperat, neque persuadens Volscis, pro quibus gerebat bellum. Horum omnium natura hominis insolens, & supra modum in rebus gerendis elata, causa fuisse uidetur: quæ quidem multitudini per seipsam molesta, cùm ei honorum libido cupiditásque accedit, intolerabilis fieri solet. Itaque huiuscemodi uiri cùm in petendis magistratibus à populo repelluntur, dolent, indignantur, ferre non possunt, nec satis meminisse uidentur, non tam illos præferri qui uirtute prudentiáque excellunt, quàm eos posthaberi, qui neque populum rogandum, neque multitudinem colendam censent, ut olim Metello, Aristidi, & Epaminondæ euenisse aiunt: quanquam hi à populo sæpe reiecti, non admodum suæ reipub. succensebant, sed illatæ iniuriæ postea pœnitentem magis, quàm unquam antea, amplexabantur, nitebantúrque in omnibus rebus gerendis, ut uiros optimos decet, bene de ciuitate mereri. Quid enim stultius, quàm multitudinem aspernantem grauiter ferre, si à multitudine negligatur? Alcibiades igitur cernens populum sæpe gratia flecti, precibus cedere, affabilitate capi, cùm in obseruanda multitudine studium ac diligentiam adhiberet, mirandum non erat si postea honoratus gaudebat, posthabitus autem iniquo animo iniuriam tolerabat. Martium uerò siue nolentem, siue

Cic. pro Mur. De Metell. Val. lib. 7. ca. 5. de cæteris uide post Plutarch.

neſcientem colere eos, qui ſuæ ambitioni obſequi poterant, minus grauiter ferre decuit repulſam ſua propè culpa contractam. Atque hæc ſunt quæ in eo uiro reprehendenda eſſe putamus. Reliqua omnia ſplendida in Martio & ſumma laude digna cōperio, ſed præſertim pecuniarū abſtinentiam, ac uitæ integritatem: quibus non cum Alcibiade, qui in his nec continentiæ unquam, nec honeſtatis rationem habuit, ſed cum optimo quoque Græcorum conferri poſſe uidetur.

Themiſtocles.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

Genus obſcurum.

THemiſtocli initia generis parum ſanè glorioſa fuere. Patre enim ipſum Neocle haud claro quidem homine, ex populo Phrearrio, tribúque Leontide, ex non iuſta matre natum perhibent, eámque Threiciam genere, Abrotonum nuncupatam. Sed magnum Græcis (ut mihi uerè uideor dicere) Themiſtoclem peperit. Phanias autem Themiſtoclis matrem tradit non Threiciam, ſed Cariam: neque Abrotono, ſed Euterpę nomen fuiſſe. Neanthes quoque Halicarnaſſum Cariæ ciuitatem patriam illi adſcribit. Quare in Cynoſarges coeuntibus nothis (id eſt autem extra urbem Herculis gymnaſium, quod ne is quidem legitimus deus, ſed degener extitiſſet, ob matrem quæ mortalis erat) perſuaſit ingenuis quibuſdam adoleſcentibus, ut in Cynoſarges deſcenderent, atque unà ſecum inungerentur: qua re uidetur nothorum ac legitimorum diſcrimen callidè ſuſtuliſſe. Quòd uerò Lycomedas generis propinquitate attigerit, ex eo maximè apparet, quòd Phlyæ πλησίεων, id eſt, initiandi locus, quod erat Lycomedarum commune, à barbaris antea incenſum ipſe inſtaurauit, & picturis illuſtrauit, ut Simonides tradit. Adhuc etiam puer uehemens admodum, animi plenus atque ſpiritus fuiſſe dicitur. Cúmque foret natura prudens, elato animo, magna ſemper atque eximia ſpectabat. Nam cùm ei in diſciplinis percipiendis quieſcere, ac animum relaxare licebat, non ut reliqui ſolent pueri, ludis & inertiæ ſe dedebat, ſed excogitandis orationibus quibuſdam, componendíſque aſſiduè uerſabatur. Erant autem eæ uel accuſationes cuiuſdam, uel puerorum defenſiones. Vnde & magiſtrum dicere ſolitum quandoque ferunt: Nihil equidem te paruum, ô puer, ſed certè magnum aliquod aut bonum aut malum futurum auguror. Nam ad ingenuas diſciplinas illas, quæ ad gratiam & liberalem educationem quæruntur, perdiſcendas, tardo, bebetíque ingenio fuit. Quibus autem ad prudentiam & rem gerendam informantur hominum mentes, eas certum eſt non eſſe ab eo ſupra ætatem, naturæ bonitate confiſo, deſpectas. Ex quo effectum eſt, ut cùm poſteriori tempore in iis diſceptationibus, quas liberales & urbanas uocitant, irrideretur ab eruditis, grauius atque aſperius ſe defendere cogeretur, cùm diceret, ſe lyra canere, & pſalterio uti neſcire, ueruntamen ciuitatem paruam & obſcuram, maximam ac clariſſimam poſſe reddere. Etſi enim Steſimbrotus affirmet Themiſtoclem Anaxagoræ audiendi ſtudioſum fuiſſe, & Meliſſo quoque phyſico operam dediſſe, temporibus tamen errauit. Contra Periclem enim Themiſtocle natu multò iuniorem Samios obſidentem, Meliſſus pro Samiis imperator pugnauit, atqui is cum Anaxagora uerſatus eſt. Magis igitur Mneſiphilo credendum uidetur, qui Themiſtoclem Phrearij auditorem fuiſſe aſſeuerat, qui neque orator fuit, neque phyſicus: ſed eam ſapientiam quam uocant, re autem uera bellicam facultatem, & quandam rerum gerendarum prudentiam & cognitionem profeſſus eſt, Solonis ſectam quadam quaſi ſucceſſione ſecutus, quam poſteriores cùm ad uim iudiciariam

Ingenii uehemens, prudēs, ſublime.

Diſciplina.

iudiciariam adiunxiſſent, & à negotiis ad uſum dicendi orationéſque traduxiſſent, Sophiſtæ habiti & nuncupati ſunt. Sed ad hunc, cùm iam rempub. gerere aggreſſus eſſet, ferunt ſe contuliſſe. In ipſius autem iuuentutis primordiis, naturæ tantùm muneribus adiutus, eloquētiæ uerò penitus & eruditionis expers, nec ſatis ſibi conſtare, nec in iiſdem ſemper conſiſtere uiſus eſt, cùm natura ipſa in agēdo magnas in utranque partem mutationes induceret, & ad deterius ſæpe ferretur, ut ipſum in poſterum fateri non puduit, aſperos inquiens & immites pullos in optimos equos euadere, cùm idonea illis diſciplina & inſtitutio adhibetur. In quibus autem aliqui fingendo diſſentiunt, à patre illum repudiatum eſſe, & uoluntarium matris interitum ex filij ignominia conflatum, ea & falſa uidentur, & contrariæ quoque authoritates adſunt. Dicunt enim patrem, cùm eum à capeſſenda repub. deterreret, uetuſtas illi triremes abiectas in littore & contemptas oſtendere conſueſſe, quaſi eodem modo à multitudine populi ſtudioſi homines, cùm inutiles ſunt, tractarentur. Celeriter autem & audacter uiſus eſt rempub. incenſus cupiditate gloriæ, attigiſſe. Qua ſtatim ab initio, cùm uendicare ſibi ſtuderet principatum, duras inimicitias ſibi potentum & principum ciuitatis conflauit. Maximè uerò Ariſtidem Lyſimachi filium contraria in repub. ſententia aduerſarium habuit, etſi uidetur Themiſtoclis cum eo ſimultas iuuenile initium habuiſſe. Amabat uterque Teſileam Chiam genere, mulierem ſanè forma præſtantem, ut Ariſton philoſophus tradit. Ex hac poſtea in repub. perpetua inter eos diſſenſio manſit: quanquam uitæ ac morum diſſimilitudo, non parum eam auxiſſe uidetur. Nam Ariſtides cùm uir probus foret & natura mitis & manſuetus, nec ad gratiam aut gloriam inanem rempub. gereret, ſed ſecuritati ciuium, habita honeſtatis & iuſtitię ratione, conſuleret, cogebatur cum Themiſtocle, qui ſtudio nouarum rerum populum aſſiduè concitabat, in certamen contentionémque deſcendere, eiúſque creſcentem potentiam cohibere. Dicitur enim adeò inflammatus ad gloriam, adeò rerum maximarum ambitione honoris cupidus extitiſſe, ut quo tempore ſuperatis in Marathone Barbaris, Miltiadis ducis gloria celebrata eſt, iuuenis adhuc cùm ad ſe rediens diutius omnia uolutaret animo, & nocturnis uigiliis indulſiſſet, conſueta conuiuia repudiaſſe. Rogantibus uerò admirantibúſque eius uitæ mutationem, reſpondiſſe, Miltiadis trophæum ſibi ſomnos adimere. Cùm igitur cęteri exiſtimarēt à Barbaris in Marathone re malè geſta, bellum ſe in poſterum ſuſtuliſſe, Themiſtocles eam rem maiorum certaminum initium ducebat eſſe, ad eáque obeunda pro Græcia uniuerſa ſe tanquam in palæſtram unxit, aſſiduéque ciuitatem exercuit, quam longiſſimè futura proſpiciens. Cúmque mos eſſet Athenienſibus, magnos ex argentifodinis prouentus in plebem diuidere, ſolus in populum adiens ſuadere auſus eſt, ut ea diuiſio tolleretur, & eæ pecuniæ in triremes ad bellum Aeginenſe parandas atq; ædificandas conferrentur. Nam id in primis tota Græcia maximum maximéque atrox fuit, Aeginetæque nauali potentia mare quondam tenuere. Quare Themiſtocles, cùm non Darium, aut Perſas formidandos diceret (longè enim hi aberant, nec magnum de ſe metum præſentes iniecerant) ſed iræ in Aeginetas, & contentionis ciuium opportunitatem nactus, ad parandas triremes leuiter eos & facilè impulit. Centū enim ex illis pecuniis triremes ædificatæ, pòſt cum Xerxe nauali prælio dimicarunt. Ex hoc paulatim deducēdo, ad rem maritimam ciuitatem traduxit, ut cùm pedeſtrib. copiis haud pares Barbaris forent, maritimis uiribus eorum impetus coercerent. Itaque ex fortibus ſtrenuiſque militibus, & qui digni Græciæ imperio putarentur, nauticos homines, ut inquit Plato, & maritimos fecit, & maleuolis occaſionem ad reprehendendum reliquit, cùm dicerent Themiſtoclem haſta & ſcuto ciuibus ſuis adempto, Athenienſium populum ad nautarum opera & remigum traduxiſſe. Eáque omnia, uicta Miltiadis repugnantis authoritate, ex ſententia geſſit, ut Steſimbrotus affirmat. Quòd ſi his geſtis de uera ac ſyncera gerendæ reipub. ratione

Studium gloriæ ingens.

Prouidentia.

Facti æſtimatio.

deflexit, altius perſcrutantium ſit iudicium. Quòd autem tum Græcorum ſalus ex re maritima conſeruata ſit, quódque Athenienſium ciuitatē dirutam funditus & euerſam triremes uindicarunt, cùm alia, tum Xerxes ipſe teſtimonio eſſe poteſt. Integro enim terreſtri exercitu, nulla prælij offenſione, poſt illam naualem cladem in fugam conuerſus eſt, quippe cui minus ad decernendum prælio ſuppeterent uires: ac Mardonium magis ut perſecutionem Græcorum retardaret, quàm ut eos ſubigeret, ut mihi quidem uidetur, dimiſit. Illius uerò in parandis pecuniis ſtudium & diligentiam, alij liberalitatis & beneficentiæ laudibus deprecantur. Nam munificum quidem uirum & ſplēdidum, ad ipſas peregrinorum & hoſpitum inuitationes, ſumptu permaximo aiunt indigere. Alij in deteriorem partem parcitatis atque exilitatis cōmemoratione traducunt, quippe quem ferunt etiam cibaria ſibi muneri miſſa uendere conſueſſe. Cùm autem à Philide nutritore equorum dono poſtulaſſet equum, ac ille ſe largiturum negaſſet, minatus eſt ille, ſe domum eius cōtinuò ligneum equum facturum: obſcurè uidelicet per ænigma minatus propinquorum crimina & accuſationes in hominem ſe coniecturum. At ſplendoris & gloriæ cupiditate mortales omneis exuperauit, qui cùm iuuenis adhuc eſſet & obſcurus, dicitur Epiclem cithariſtam, qui tum colebatur ſummo ſtudio ab Athenienſibus, rogaſſe ut apud ſe artem exerceret, cupiens domum ſuam à multis quæri & frequentari. Et Olympiam cùm ueniſſet, cœnarúmq; & tabernaculorum apparatu ac cætero luxu magnificentiáque cum Cimone certaret, inuidiam in ſe Græcorum & offenſionem concitauit: illum enim iuniorem & ampliſſima familia natum, eas res omneis decere arbitrabantur: is uerò uixdum ſatis notus, ſed qui uideretur minus ſuppetentibus facultatibus præter dignitatem efferri, oſtentationis ac iactantiæ ſubiit nomen. Vicit autem fabellas tragœdis ſuppeditando, cùm magna iam ſtudia eius certaminis atque ambitiones forent, tabulámque fixit, in qua erat ſcriptū: Themiſtocles Phrearius exhibuit, Phrynichus docuit, Adimantus præfuit. Attamē gratus multitudini fuit, tum quòd uniuſcuiuſque nomen memoriter referret, tum quòd in iure dicendo conſeruandáque rerum contractarum fide, triſtem & ſeuerum iudicem ſe præberet, ut fuit illud in Simonidem Chium, qui ab eo, cùm ſub ſe militaret, præter æquum quiddam poſtulauit: Nam neque tu, inquit, bonus poeta eſſes, ſi modos & numeros in canendo contemneres: neq; ipſe bonus prætor, ſi gratiam cuiuſquam legibus anteferrem. Ac rurſus in eundem Simonidem cauillis inuectus, inſanire illum dixit, cùm Corinthios obiurgaret, magnam incolentes urbem, ipſe ſtatuas ex membris ſuis expreſſas fingi pateretur, qui ita aſpectu eſſet fœdo ac deformi. At poſtremùm auctus magnis opibus & gratia populari, exortis inter eum Ariſtidémque ſeditionibus, oſtraco ciuitate eiecit. Cùm uerò iam Medi deſcenſus imminere ciuitati putaretur, Athenienſéſque de imperatore ad id bellum deligendo cōſilium iniiſſent, ferunt reliquos omnes periculi metu perculſos, munus imperij ſponte recuſaſſe: Epicidem tantùm Ephemidæ filium popularem hominem, & dicendi facultate & copia præditum, ſed luxurioſum & nequam & quæſtui pecuniario deditum, imperij cupidinem inuaſiſſe: cúmq; id iam tum obtenturus ſuffragiis omnium putaretur, Themiſtoclem ueritum, ne ille demandato ſibi imperio, Athenienſium res euerteret, pecuniis de ambitione Epicidem deiecisſe. Laudatur autem eius illud in primis, quod in interpretem dicitur fecisſe. Miſſis enim à rege legatis, maris & terræ imperium flagitantibus, illum publico decreto comprehenſum iuſſit interimi, quòd Græcorum lingua ad Barbarorum nutum & imperium uteretur. Eſt etiam præclarum illud in Arthmium Zelitem, quem Athenienſes liberóſque eius & genus omne authoritate Themiſtoclis, infamia notauerunt, quòd ex Medis aurum in Græciam intuliſſet. Sed omnium maximum atque illuſtriſſimum, quòd bello tota Græcia compoſito, ciuitates inter ſe pace amicitiáque coniunxiſſet, perſuaſis omnibus hoſte imminente, domeſticas ſimultates in

De liberalitate dubium.

Æmulus.

Ambitus laudabilis.

aliud

aliud eſſe tempus differendas: quam ad rem conficiendam Chileum Arcadem adiutorem dicitur habuiſſe. Inito autem imperio ſtatim ciues aggreſſus eſt in naues compellere, ſuaſítque relicta urbe quamlongiſſimè à Græcia claſſibus hoſtem exciperent: cuius ſententiæ multis reclamantibus, in Tempe unà cum Lacedæmoniis expeditiones eduxit, ut pro Theſſalia dimicaret, quòd nondum ad Medos inclinare uideretur. Poſtea uerò quàm inde re infecta abierunt, ac Theſſalis regis ſocietatem ſecutis, uſque Bœotiam Medicæ amicitiæ contagio occupauit, magis tum apud Athenienſes Themiſtoclis ad rem maritimam adhortantis ualuit authoritas. Itaque miſſus eſt in Artemiſium, nauibus eius loci anguſtias præſidio habiturus, quo in loco Eurybiadi Græcis, maximéque Lacedæmoniis imperium demandantibus, Atheniēſibus uerò, quòd reliquos ſimul omnes nauium numero anteirent, indignum putātibus aliis concedere, Themiſtocles cognito periculo, ipſe imperium Eurybiadi tradidit, leniuítque Athenienſium animos, affirmans ſi ad bellum ſtrenuos ſe uiros oſtenderent, Græcorum in ſe ſtudia & uoluntates in poſterum conturſuros eſſe. Qua una re apparet, eum unum omnium maximè authorem ſalutis Græcis extitiſſe, effeciſſéque ut Athenienſes fortitudine hoſtes, manſuetudine autem & facilitate ſocios uiciſſe uiderentur. Sed cùm iam Barbarorum claſſe ſe ad Aphetas inferente, perterritus multitudine nauium quæ in fronte erant, ac aliis ducentis ſupra Sciathon circùm annauigare nuntiatis, decreuiſſet Eurybiades intra Græciæ fines reductis copiis, in Peloponneſúmque appulſis, terreſtrem exercitum nauib. undique circundare, quòd inexpugnabiles regis maritimas uires duceret: eo metu ac formidine permoti Euboei, ne eos deſererent Græci, atque hoſti proderēt, inito clàm cum Themiſtocle colloquio, magnam ad eum pecuniam uim per Pelaguntem mittunt, quibus acceptis (ut ſcribit Herodotus) eas Eurybiadi tradidit. Ex ciuibus uerò ſibi aduerſante Architele, qui in prætoria nauī Trierarchus erat, quíque deficientibus ad nautarum ſumptum pecuniis, ad reditum properabat, in eum infenſos iam antè ciues magis Themiſtocles concitauit, adeò ut impetu facto, cœnam ei diriperēt: qua iniuria permoto homine, & indignè ferente: panem illi & carnem in ciſta, ſummiſſo argenti talēto in cœnam miſit, iubens & in præſenti cœnare, & prima luce triremium curam ſuſcipere: quod ſi recuſaſſet facere, ſe ciuibus delaturum quòd argentum ab hoſtibus miſſum conditum apud ſe haberet. Hæc ex Phaniæ Leſbij monumentis accepimus. Quæ autē tunc in ipſis anguſtiis aduerſus Barbaros naualibus prælíis geſta ſunt, haud magnum ad ſummam belli momentum habuerunt, ſed ipſa experientia permultùm Græcis profuere, qui in ipſis periculis edocti re ipſa didicerunt, neque multitudinem nauium, neque luxus & apparatus, neque ſignorum fulgorem, neque clamores iactabundos, neque barbarica tripudia quicquam formidoloſum habere uiris fortibus, & peritè audactérque prælium ineuntibus: uerùm his omnibus cōtemptis, in ipſa corpora inuadendum eſſe, & cum ipſis conſertis manibus decernendum. Quam ſententiā Pindarus in Artemiſij prælio ſecutus uidetur, cùm diceret Athenienſium liberos manifeſta libertatis fundamenta iecisſe: Vincendi enim initium fiducia eſt. Eſt autem Artemiſium Eubœæ ſupra Heſtiēam littus ad boream uerſum, cui Olizonum gens è regione oppoſita eſt, quæ ſub Philoctete quondam fuit, templúmque in ea haud magnum Artemidis Προσηόας, id eſt, orientalis nuncupatæ, & locus circùm arboribus cōſitus, columnæq; ibidem ex albo lapide erectæ. Lapis autem ipſe manu attritus contracto croceo colore, odorem quoq; exhalat croci perſimilem. In earum una elegum carmen huiuſmodi erat inciſum:

Induſtria mirabilis, & patriæ ſalutaris.

princip. li. 8.

I nnumeros Aſiæ populos ex finibus actos,
C ecropidum ſoboles fudit in hoc pelago:
A c ubi Medorum bello cecidere cohortes,
H æc Phœbe ſtatuit uirgo trophæa tibi.

Extat & in littore ingens tumulus, atrum ab imo puluerem ueluti igni aduſtum e- 18
mittens, in quo claſſis reliquias & cadauera cremaſſe uidentur. Igitur ut primùm de
Thermopylarum pugna nuntium in Artemiſiũ eſt allatum, Leonidam oppreſſum,
& terreſtri tranſitu Xerxem eſſe potitum, in Græciam ſeſe receperunt, Athenienſibus
ſuper omnia conſtitutis, & ob uirtutem & rerum geſtarũ gloriam ad præclara omnia
obeunda animo ſemper paratis. Themiſtocles uerò regionem nauibus ambiens, quà
intuebatur deſcenſum aut præfugium hoſtibus futurum, grãdibus literis in ſaxa quę
partim ibi circa naualia fortefortuna inuenerat, partim quò uenire aquatum uide-
bantur conſtituerat, inciſis, Ionibus per literas mandabat, ut ſi fieri poſſet, ad ſe, reli-
ctis Barbaris, progenitores ſuos, qui periculum pro eorum libertate ſuſcepiſſent, cõ- 19
cederent: aut ſi minus id facerent, Barbaris in prælio cladi ac detrimento forent. His
ſperabat ſe aut impulſurum Iones ad defectionem, aut turbationem allaturum, Io-
nibus Barbaro in ſuſpicionem adductis. At Xerxe Phocidem per Dorida cum exer-
citu inuadente, Phocenſiúmq; urbes incendio deuaſtante, haud reſtiterũt Græci: nec
Athenienſibus quidem rogãtibus, in Bœotiam pro Attico agro hoſtibus obuiã ire,
ut ipſi in Artemiſium mari opem tulerant. Cùm nemo igitur eorum precibus & gra-
tia moueretur, ſed ad Peloponneſum omnes intenderent animũ, & intra Iſthmum
copias omnes cogere properarent, ab alteróque mari ad alterum murum perducere,
proditos Athenienſes & deſtitutos ab omnibus ira ſimul ac mœſtitia cepit. Sed cùm
minus decreuiſſent cum tanta ui hominum ac multitudine cõfligere, id tantùm ad
præſens neceſſarium erat, relicta ciuitate naues conſcendere. A qua re uehementer
multitudinis animi abhorrebãt, quaſi nihil uictoria, nihil ſalute opus eſſet, deorum
Callidi tas. immortalium templis, patrúmq; monumẽtis amiſſis. Hic igitur Themiſtocles cùm 20
populum humanis conſiliis in ſententiam ſuam traducere poſſe diffideret, ut in tra-
gœdia attollens machinam, ſignis diuinis, prodigiiſque & oraculis ſolicitare cœpit,
ſignum ex dracone nactus, qui uidetur illis diebus ex templo euanuiſſe. Sacerdotéſ-
que ubi inuenere intactas primitias, quas per diem ei appoſuerant, in populum nun-
tiarunt, rumore à Themiſtocle diſſipato, deam urbem exceſſiſſe, & ad mare ſe illis
ducem præbuiſſe. Oraculo autem rurſus populum mouere aggreſſus eſt: Lignea, in-
quit, mœnia, nihil aliud ſignificare quàm naues, atque id circo Salaminem diuinam
non timidam neque infelicem à deo nuncupari, ut quæ ex magno Græcorum ſucceſ-
ſu cognomen in poſterum eſſet habitura. Sed cùm Themiſtoclis ſententia ualuiſſet,
decernit urbem Palladi, quæ tutelæ Athenienſium præerat, commendare, iuuentu-
tem omnem in triremes imponere, liberos uerò & coniuges, mancipiáque, ut facul-
Herod. lib. 7. & 8. Iuſtinus lib. 2. Oroſ. lib. 2. tas eſſet, per ſe quenque ſeruare. Comprobato decreto, plurimi Athenienſium pa- 21
rentes & uxores in Trœzenem exportarunt, perhumanè excipientibus Trœzeniis.
Decreuerunt enim ut hi publicè alerentur, duobus obolis ſingulo elargitis: pueríſque
facta poteſtas, ut undecunque libêret poma acciperent, & pro his magiſtris merces
perſoluta eſt. Huius author decreti Nicagoras fuiſſe traditur. Cùm uerò publicæ pe-
cuniæ Athenienſes deficerent, ſcribit Ariſtoteles Areopagi ſenatum cuique munus
militiæ obeunti octo drachmis traditis, cauſam complendi triremes uel potiſſimam
fuiſſe. At Clidemus hoc quoque à Themiſtocle geſtum aſſeuerat. Deſcendentibus e-
nim in Pyræum Athenienſibus, ait ex Palladio Gorgonis uerticẽ amiſſum eſſe, The-
miſtoclem uerò perquirere ac perſcrutari omnia ſimulantem, uim argenti permaxi-
mam inueniſſe in ipſis theſauris reconditam, quo in medium prolato, naues conſcẽ-
dentibus abundè uiaticum ſuppetiuiſſe. Enauigante autem ciuitate, aliis miſerabile 22
id ſpectaculum, aliis admirationi eorũ animi magnitudo fuit, cùm parẽtes quidem
aliò dimitterẽt, ipſi autẽ inflexos ſe præſtarẽt ad luctus & lachrymas parẽtum, ac cõ-
plexus in inſulam diſcedentium, multíque ex ciuib. infirmis uiribus affectáque iam
ætate relicti, digni miſericordia uiderẽtur. Erat etiam quædã quæ ſpectantes flectere
poſſet

poſſet animi dulcedo ex cicuribus animantibus, cùm clamore & deſiderio ad littus
undique confluentibus, eorũ nutritoribus naues conſcendentibus. In quibus memo-
ratur Xanthippi Periclis patris canis, quòd abeuntis domini deſiderium & ſolitudi-
nem ferre non poſſet, in mare inſiluiſſe, natando triremem aſſecutus in Salaminẽ eſſe
delatus, ibíque expirans continuò interiiſſe: quo in loco etiam his temporibus, Canis
23 tumulum uocant, ubi ſepulchrum eius fuiſſe traditur. Iam uerò ea magna & præclara
Themiſtoclis uidentur eſſe, quòd cùm ſenſiſſet ciues Ariſtidem deſiderare, metu ſo- *Charitas patriæ maior, quàm priuata ſimultas.*
licitos, ne ſe ob iram in barbari amicitiã daret, réſque Græcorũ euerteret (uictus enim
à Themiſtocle factione ante initium belli, cõpulſus in decẽnale exilium fuerat) de-
cernit his licere qui ad tempus exulaſſent ab exilio redire, & cum aliis ſimul ciuibus
liberè dicere ac ſentire quæ Græciæ in primis conducerent. Poſtea uerò quàm Eury-
biades ob Spartæ dignitatẽ claſſi præpoſitus imperator, ad periculum ignauus & ti-
midus decreuit ad Iſthmum claſſem reducere, quò Peloponnenſium exercitus terre-
ſtris coierat, cõtradixit Themiſtocles, quo tẽpore celebrata illa dixiſſe proditum eſt.
Cùm enim dixiſſet Eurybiades: ô Themiſtocles, in certaminibus qui intempeſtiuè
» aſſurgunt, alapis cædi ſolent. Ita eſt, inquit Themiſtocles, ſed nec hi qui deſerunt or-
24 dinem, coronantur. Tum eo baculum ut cẽderet attollente, Cæde, inquit Themiſto-
cles, uerum audias. Hîc eius manſuetudinem Eurybiades admiratus, dicendi quod
uellet poteſtatem fecit: qui cùm ad priorem orationẽ ſe reuocaſſet, aſſurgens aliquis,
Hominem, inquit, ciuitate orbatũ non rectè eos qui haberent, ad deſerendas patrias
» adhortari. Tum Themiſtocles ad eum conuerſa oratione: Nos, ô homo, inquit, ne-
» quiſſime, domos & mœnia reliquimus, indignum eſſe ducẽtes, inanimatorum cauſa
» ſeruitutem ſubire: ciuitatem uerò nobis ducentæ triremes maximam Græcorum ci-
» uitatum præſtant, quæ nunc nobis præſidio adſunt, ſalutem per eas retinere uolenti-
» bus: quòd ſi nos ob ignauiã prodideritis, ſtatim ſentiet aliquis ex Græcis, Athenien-
25 ſes liberam ciuitatem, & agrum amiſſo haud deteriorẽ poſſidere. Hæc loquente The-
miſtocle, Eurybiadem ad ſe redeuntem uehemens formido inceſſit, ne cæteros Græ-
cos deſererent Athenienſes atque diſcederent. Ad Eretricum autem ab eo ſententia
» diſſidentem, Etiam uobis, inquit, de bello eſt ſermo, qui inſtar * Theutidũ gladium * *Sepiarum.*
» quidem habetis, cor uerò nullum geritis? Produnt quidam authores Themiſtocli de
rebus ex ſuperiori nauis tabulato diſſerenti, noctuam uiſam ad dextram nauium par-
tem uolatu delatam malo inſidiſſe: quo omine in eius ſententiam ierunt omnes, de- *Herod. lib. 8.*
certaturíque nauali prælio parabantur. Sed ubi hoſtium claſſis ad Phalericum dela-
ta in Atticam circunſtantia occupauit littora, & rex ipſe cum pedeſtribus copiis de-
ſcendit ad mare, exercitúſq; omnis coactis in unum uiribus apparuit, Themiſtoclis
ſtatim exciderũt monita, & rurſus Peloponnenſes ad Iſthmum ſpectare cœperunt,
26 & ſi quis aliter ſentiret aut diceret, grauiter ferre. Decretum eſt igitur ab his proxima
nocte diſcedere, gubernatoribúſq; imperata nauigatio. Hîc Themiſtocles angi ue-
hementer animo, ſi Græci ab anguſtiis abductis præſidiis, per ciuitates diſſoluantur.
Itaque inito ſecum conſilio, quo pacto impedimentum aliquod moliretur Græcis,
per Sicinum negotium conficit. Fuit autem Sicinus captiuus quidam genere Perſa, *Commẽtum callidum.*
Themiſtocli in primis charus, quem liberis pædagogum præfecerat. Hunc ad Per-
ſas cum mandatis mittit, ut Themiſtocles Athenienſium dux regis amicitiam patriæ
libertati præferens, primus omnium illi nuntiet, Græcos ad fugam inclinatos eſſe:
proinde admonet, ne fugiendi illis præbeat facultatem, ſed dum eos confuſio & tre-
pidatio habet, à terreſtribus copiis longè ſeiunctos adoriatur, & maritimas uires op-
27 primat. Hæc Xerxes ut ab amico homine dicta accipiens, lætitiáque plenus, poſtre-
mò id nauium ducibus ſignificauit, & alias quidem complere imperauit, ducentas
autem tranſitum paſſim circumeuntes claudere, inſuláſque præſidio aſſeruare, ne
quis ex hoſtibus poſſit euadere. Hæc Ariſtides Lyſimachi filius ut primùm agi ſen-

sit, ad Themistoclis tabernaculum uenit; etsi illi esset infensus, ab eo, ut antè diximus, in exilium pulsus. Obuiam prodeunti Themistocli consilium barbari de circuitione nauium aperit. Ille & uirtutem uiri, & probitatem iam antè perspectam & cognitam habens, & eius tum præsentia maximè lætatus, quæ per Sicinum egerat, cuncta enarrat, hortatúrque ut Græcos obiurgando absterreat, studeátque unà secum efficere, ut in angustiis prælium conseratur. Aristides igitur laudato Themistocle, alios duces & Trierarchos adiens, ad prælium excitare atque incendere conabatur. Nondum fidem adhibentibus illis, ecce una Tenedia triremis transfuga, quam 28
Panætius nauarchus habebat, circuitionis nuntia interuenit. Quare ira simul & necessitas Græcos ad periculum impulit. Prima autem luce in locum editum Xerxes conscendens despiciebat Græcorum classem, atque omnem prælij apparatum, ut Phanodemus author est, supra Heraeleum, quâ insula ab Attica angusto freto disiungitur: ut uerò Acestodorus, in finibus Megarensis agri, in loca quæ Cornua uocant, sede aurea constituta, scribísque permultis adhibitis & negotio illis dato, quæ in prælio gererentur, singula conscriberent. At Themistocli ad prætoriam nauem hostias mactanti, tres eximia forma captiui adolescentes producti sunt, ueste splendida & auro insignes: hi Sandauces regis sororis & Autarcti filij dicebantur esse: quos Euphrantides uates intuitus, ubi magna & clara è sacris flamma refulsit, & simul sternutatio ab dextera signum dedit, Themistoclem manu apprehendens, iussit adolescentes primitias, uotis nuncupatis, Omestæ Dionysio immolari, sic salutem cum uictoria Græcis fore. Obstupescente autem Themistocle responsum magnum 29
atque horrendum, ut in magnis certaminibus ac rebus perditis euenire solet, multitudo ex improuisis ac repentinis magis, quàm consultis & cogitatis, ad spem salutis erecta, una simul uoce deum inuocauit, captiuíque ad aram cõstitutis, uatis iussu sacrificium peregerunt. Hæc Phanias Lesbius uir in philosophia clarus, nec in historiarum monumentis rudis aut imperitus, literis prodidit. De numero autem barbaricarum nauium Aeschylus poeta, ut sciens atque affirmans in tragœdia Persis, scribit his uersibus:

Xerxi (etenim noui) mille fuere rátes.
At quæ fuga naues præstarent celeri aliis,
Septem ducentæ, sic fama frequens tenet.

Atticarum uerò nauium quæ centum & octoginta erant numero, unaquæque uiros decem & octo ex tabulatis pugnãtes habuit, quorum sagittarij quatuor, reliqui gra- 30
uis armaturæ milites. Videtur autem Themistocles haud deterius occasionem temporis nouisse atque obseruasse, quàm locum, ne antè triremes suas opponeret barbaricis, quàm tempus per freta secundum uentum & fluctum impellere solitum adesset, qui græcas, quòd demissiores humiliorésque forent, nihil læsit: barbaras uerò, insurgentes puppibus, & tabulatis altis, & onustis, dum inferrentur, auertit, & Græcis nauibus latera præbuit, Themistoclis iussu ut prudentis ducis, celeriter ingruentibus: & simul quòd eodem tẽpore Ariamenes Xerxis nauarchus inuaserat, qui cùm nauem magnam haberet, ueluti è turri sagittis telísque infestabat, uir fortis & inter regis fratres probitate maximè iustitiáque insignis. Hunc igitur Amenias Decelensis & Sosicles Pediensis unà se inferentes, ut naues in se inciderunt, ac diuersis proris catenísque iniectis hæserunt, illum suæ triremi imminentem, subeuntes, ac lanceis instantes, in pontum deturbant: cuius corpus iactatum fluctibus dignoscens Artemisia, ad Xerxem detulit. In eiusmodi fortuna pugnæ flammam magno lumine ab 31
Eleusine illuxisse ferũt: sonitum quoque & uocem toto Thriasio agro ad mare usque exauditam esse, uelut ex hominibus multis mysticum Iacchum educẽtibus. Ex multitudine uerò uocum referri à terra paulatim nebulá, & in triremes rursus reuerti decideréque uisam. Alij imagines & simulachra affirmant ab Aegina apparuisse armatorum

Prouidentia militaris.

De loco & tempore ad pugnam eligendo.

torum hominum, manus pro græcis nauibus attollentium, quos Aeacidas esse coniecerant, à quibus ante pugnã precibus & uotis implorarãt opem. Primus igitur Lycomedes Athenensis trierarchus nauem capit, cuius insignia resciſſa, postea laurigero Apollini consecrauit. Alij uerò barbaros, quorum multitudini pares erant, eò quòd parte nauium in angustiam se inferrent, & in se inuicem incurrarent, uesperi cùm usque ad id tempus restitissent, in fugam compulerunt, ut Simonides tradidit, pulcherrima ac celeberrima parta uictoria, qua nullum maritimũ clarius opus, neque à Græcis, neque à barbaris gestum memoratur, fortitudine quidem communi ac *Gloria bellica.*
32 promptitudine pugnantium, sed consilio prudentiáque Themistoclis. Post prælium Xerxes re malè gesta, adhuc animo plurimùm meditatus, aggressus est pedestres copias Salaminem contra Græcos traducere, præcluso aggeribus trãsitu, qui medij inter Atticam & insulam erant. Sed Themistocles Aristidem tentandi gratia compellauit, statuisse se deductis in Hellespontum nauibus pontem soluere, ut (inquiens) in Europa Asiam capiamus. Quod cùm improbaret Aristides, dicerétque, nũc quidem cum barbaro luxuria diffluenti cõseruimus prælium: quòd si in Græcia occluserimus hominem tot uiribus fretum, & metu periculi in necessitatem compulsum, haud ultrà sub tabernaculo aureo sedens otiosum se pugnæ spectatorem præbebit, sed audebit omnia, & ob periculum omnibus præsto se offerens, quę prolapsa contemptáque sunt, corriget atque emendabit, & omnino de summa rerum sanius cõsilium capiet. Non igitur nobis hic pons, ô Themistocles, euerrendus est, sed alio si fieri posset con-
33 structo, homo ex Europa celeriter exigendus. Si ergo hæc tibi, inquit Themistocles, uidentur conducere, iam illud nobis omnibus cogitandum est ac prouidendum, ut ex Græcia quam celerrimè discedat. Itaque eo probato cõsilio, per Arnacem ex regis *Aliud commentum.*
eunuchis inter captiuos inuentum, regi nuntiat, Græcos parta mari uictoria, in Hellespontum quà iunctus erat nauigare, pontémque soluere decreuisse: proinde Themistocles de regis salute solicitus, ad mare statim maturare admonet, ac trãsire, quoad ipse sociorũ persecutionem moraretur. His auditis barbarus, ac metu correptus, continuò ad discessum properauit. Ac Themistoclis Aristidísque prudentia in Mardonio maximè manifesta fuit: siquidem exigua manu, si cum Xerxis copiis contulisses, inito prælio, de rebus omnibus in discrimen circa Platæas uenerunt. Quo prælio
34 ex ciuitatibus Aeginetas potitos pugnãdi laude, affirmat Herodotus. At Themistocli, etsi ob metum inuidiæ recusanti, primas partes detulerũt omnes. Cùm in Isthmũ se recepissent principes, lato ab ara suffragio, se quisque uirtute primum, secundum uerò Themistoclem censuerunt. Lacedæmonij quoque Spartá eum deducentes, Eurybiadi præmium fortitudinis dederũt lauream, sapientiæ autẽ Themistocli, eúmq; præcipuo totius urbis curru donarunt, & Sparta abeuntem, trecentæ naues à Spartiatis missæ usque ad montes consecutæ sunt. Dicitur Olympiæ instãte celebritate, cùm eò profectus Themistocles in stadium processisset, contemptis certaminibus omnes *Ingens ob res gestas gloria.*
oculis in illum esse conuersos, in eóque spectando diem totum consumpsisse, & eum cum plausu & admiratione ostẽdisse peregrinis & aduenis. Quare ipse lætus ad amicos dixisse fertur, tum suorum laborum, quos pro Græcia susceperisset, fructum se amplissimum reportare. Permagna enim illi gloriæ cupido natura insita erat, si ex iis,
35 quæ de illo monumentis literarum produntur, coniectare licet. Classi enim præfectus neque priuatim neque publicè ullum obiit munus, sed quæ instabant, in eam diẽ, qua nauigaturus erat, omnia distulit, ut multa simul conficiens, & uarios ad colloquium admittens homines, plurimùm opibus & potẽtia præstare putaretur. Cùm ad interfectorum cadauera ad mare uisenda accessisset, ut armillas passim & torques abiectos aspexit, præteriens ipse, amico qui eum sequebatur, Collige tibi, inquit: tu enim nequaquam Themistocles es. Ad Antiphanem formosum olim adolescẽtem, qui eum antè superbè admodum & fastidiosè accepisset, sed tũc ob eius gloriam obseruaret,

Vide Apophthegmata Plutarchi. seruaret, O adolescens, dixit, ô adolescens, serò quidem, sed tamen utrique resipuimus. Dicere etiam solitum ferunt, se neque honoribus ab Atheniensibus affici, neque apud eos in admiratione esse: sed procella uexatos, imminente periculo, ad se ueluti platanum subterfugere: reddita autem serenitate, euellere atque deiicere. Seriphio cuidam in iurgio respondit, cùm ille dixisset, non eum sua, sed patriæ glo- 36
Dicta sapiẽter. ria splendorem assecutum: Vera, inquit, hercule narras: ueruntamen nec si ego Seriphius, ignobilis: nec tu si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses. Alio quodam ex ducibus, quòd aliquod in rempublicam beneficium contulisse uideretur, elato, & præ Themistocle se efferente, quòd suas cum Themistoclis rebus gestis conferendas esse diceret, respondit: *O perosum diem cum festo aliquando certasse, dicentem se negotiis ac laboribus permaximis refertum esse, in illo autem paratis rebus omnes per otium frui. Ad hæc festum respondisse: Vera loqueris, sed nisi fuissem, tu nunquam extitisses. Ita si tum ipse à uobis abfuissem, ubi nunc uos omnes essetis? Filium autem quòd matri, & per hanc ipsi quoque patri * in deliciis foret, salsè urbanéque notans, inquit plurimùm illum potentia Græcis omnibus antecellere: nam Græcis Athenienses, Atheniensibus seipsum, ipsi uerò illius matrem, matri uerò filium imperare. Cùm uerò in omnibus præcipuum sibi quoddã uendicare cuperet, agrúm- 37
que uenalem proscriberet, per præconem nuntiari iussit, probum illi esse uicinum.

** ὑστραίαν.*
** ἐντρυφῶντα.*

Val. lib. 7. de sapiẽtum dictis. Ex his qui filiam in uxorem petebant, frugi ac modestum antepos uit locupleti, inquiens se uirum pecuniis indigentem magis, quàm uiro pecunias quærere. Atque in ipsis quæ Apophthegmata illi uocant, salsis uidelicet & dicacibus, eiusmodi fuisse memoratur. Fusis igitur fugatísque barbaris, opportunitatem nactus, instaurandæ urbi ac muro circundandæ animum statim adiecit, cùm antea, ne impediretur, pecuniis, ut Theopompus tradit, cum Ephoris transegisset: ut autem plurimi sentire uidentur, dolo fretus, simulata legatione Spartam profectus esset. Cúmque quererentur Spartiatæ oppidum ab illis muro circundari, accusante Poliarcho ab Æginetis eò de industria misso, inficias iuit, iubens certos homines Athenas sciscitatum mitti, ut & tempus unà ex ea cunctatione adiiceret operi faciundo, & hi qui missi essent pro se obsides sub iure Atheniensium forent: nec eum fefellit opinio. Re 38
enim cognita ut erat, Lacedæmonij nulla eum iniuria effecerunt, sed dissimulata ira incolumem dimiserunt. Ex eo tempore Pyræum, quòd perspexisset eius loci ingenium & opportunitatem, ædificare cœpit, atque animos ad rem maritimam ciuitatis disposuit atque accommodauit, contrariam quodammodo ueteribus Atheniensium regibus regendæ ciuitatis rationem secutus. Illi enim, ut fertur, cùm in eo uehementer elaborassent, ut ciues à mari abducerent, assuefacerént que, omissa nauigatione, arboribus regionem conserere, fabulæ locum dederunt: Neptunum de agro cum Pallade disceptantem, cùm illa oleam ostendisset iudicibus, ab ea esse superatum. Themistocles autem non, ut Aristophanes comicus ait, ad urbem Pyræum adiunxit, sed ad Pyræum urbem, & ad mare terram aptauit: quæ res populi opes contra nobilitatem auxit, eúmque audacia & contumacia compleuit, ad nautas & remiges gubernatorésque translatis uiribus. Idcirco & Pulpitum, quod in Pnyce situm 39
est, ad mare spectabat, quod pòst triginta tyrãni uersus continentem conuerterunt, rati ex maritimo imperio popularem potentiam conflari, agro autem intentos homines paucorum imperio minus se infensos habituros. At Themistocles ad nauti-
Cic. li. 3. offic. cam maritimámque potentiam maius quiddam excogitauit. Postea enim quàm Xerxe abeunte in Pegasas hyemandi gratia, Græcorum classis subducta est, Atheniensibus ad concionem uocatis, inquit se habere consilium reipublicæ salutare, sed id sciri non opus esse. Iubentibus autem Atheniensibus cum Aristide tantùm communicari, ac si ille probaret, negotium confici. Dato igitur illi in consilium Aristide, huic Themistocles, excogitasse se inquit, Græcorum classem incendere: quod ille

ille cùm audisset, in concionem magna expectatione uenit, dixitque, ea re quam Themistocles diceret, nullam sibi neque utiliorem, neque iniustiorem uideri: qua-
40 re Athenienses iusserunt Themistoclem ab incepto desistere. Cúmque Amphictyonicis conuentibus Lacedæmonij niterentur ciuitates, quæ cum Medo societatẽ inierant, eo cõcilio prohibere, ueritus ne Thessalis & Argiuis ac Thebanis eiectis, ad Lacedæmonios delatis suffragiis, res eorum arbitrio gereretur, patrocinium ciuitatum suscepit, Pylagorarúmque mentes immutauit, cùm docuisset, unam & triginta fuisse ciuitates, earúmq; plurimas tenues, quę Medico bello cõspirassent. Proinde indignũ esse reliqua Græcia à fœderis societate reiecta, ad duas uel tres maximas ciuitates cõcilium deferri. Ex hoc igitur maximè Lacedæmonios offensos habuit, idcirco honoribus prætulerunt Cimonem, eúmque in repub. Themistocli aduersarium excitarũt. Premebatur etiam per id temporis inuidia sociorum, quòd is insulas obiẽs nauibus, ab his pecunias coegisset, ut cõstat ex iis quæ scribit Herodotus, apud Andrum, cùm *Lib. 8.*
41 argẽtum peteret, dicta ab eo & audita. Duos enim, inquit, ad uos adduco deos, uim, ac suasionem. At hi contrà duos apud se quoque permagnos esse deos respõderũt, paupertatẽ ac impossibilitatem, à quibus prohiberi se illi pecunias dare. Timocreon uerò Rhodius poeta quodam carmine in Themistoclem grauiter & uehemẽter inuectus, ait illum pecuniis adductum alios quidem fugitiuos reducere, se uerò, hospitem & amicum propter pecuniam prodere. Est autem carmen huiusmodi:

Inuidia conflata ob auaritiam.

Si tu Pausaniam Xanthippum Leutychidámque
Laudes, Aristides meritò quem sacra tulerunt
Mœnia Cecropidum, nobis laudetur ubique,
Latonæ quoniam meritò est inimicus & hostis;
Improbus, ac mendax, iniustus proditor idem
Hospitij, qui iura sacri contempsit, & amens
Ialysum, uilis pretij dulcedine captus,
Timocreonta lares uetuit remeasse paternos.
At tribus acceptis argenti impunè talentis,
Aduocat hos, illos patria deturbat iniquè:
Et conducta Isthmi quæstum fecisse taberna,
Hospitibúsque suis gelidas apponere carnes
Ausus, ridiculè hi positis epulantur, & ipsum
Inde horam uotis nullam superesse precati.

42 Multò etiam procacius ac petulantius post eius fugam ac damnationem in Themistoclis uitam inuasit Timocreon, edito carmine, cuius est initium:

Musa hoc Graiugenũm carmen uulgato per ora,
Vt decet & fas est.

Dicitur autem Medicæ Timocreon amicitiæ inuidia, à Themistocle cõflata, damnatione in exilium esse compulsus. Vbi igitur eandẽ Themistocles infamiam subiit, hæc in illum coniecit. Iam uerò ciuibus ob inuidiam atq; obtrectationem ad eius calumniam inclinantibus, coactus est paulò grauius agere, eiúsque rebus gestis sæpius cõmemoratis in cõcione, ipsis præsentibus inuidis, atque obtrectatoribus dicere: Quid beneficia eiusdem in uos sæpe locata fastiditis? Offendit autem uehementer multitudinis animos, cùm Dianæ templum dedicauit, quam Aristobulam, id est, optimè consulentem appellauit, ut qui optimè ciuitatis Græcorúmq; saluti cõsuluisset. Secus autem domum in Melita templũ ædificauit, quò nũc
43 populi corpora morte damnatorũ proiiciũt: uestes quoq; & laqueos eorũ qui suspẽdio interierunt, eodem efferunt. Fuit in Aristobulæ tẽplo Themistoclis signum, idq; ad nostram usque permãsit ætatem, ac uidetur non animo tantùm, uerùm etiam ore ipso ac uultu heroicus extitisse. Testularũ igitur illum suffragiis è ciuitate eiecerunt, eiúsque dignitatem ac nimias opes depresserunt, ut soliti erãt facere in omnes, quo-

Inclinatio fortunæ.
Val. lib. 5. de ingratis.

rum potentiam grauem & minimè ferēdam putarent,& popularem æquabilitatem
mensurámque excedētem. Nec enim eiusmodi exilium animaduersio erat, sed leni-
tio,leuatióque inuidiæ,quæ claros uiros,& depressos semper & sordidatos esse cupit,
& in huiusmodi ignominiam,ueluti flatu quodam odium omne & acerbitatem cō-
tendit. Exacto igitur urbe Themistocle, & Argis moram trahente, Pausaniæ cōsue- 44
tudo,& commercium aduersariis eius accusandi occasionem præbuit, & à Leobote
Alcmeonis filio,tribu Agrauleta, proditionis est accusatus, accusationi fauentibus
Spartiatis. Pausanias igitur cùm proditionē instituerat,ab initio celauit Themisto-
clem,etsi inter eos amicitia esset. Vt autē uidit hominem ciuitate iectū, & exilium
suum iniquè ferentem,in spem uenit posse hominem ad eius cōsilij societatē com-
pellere. Itaque regis literas illi aperuit,eúmq; in Græcos,ut improbos ac nequam ho-
mines concitare conatus est. Ille repudiatis Pausaniæ precibus, participem se scele-
ris eius fieri negauit. Verùm ea consilia occulta perpetuò habuit, nec proditionem
indicauit, siue eum desiturū opinatus, siue aliter deprehendi posse, qui nulla ratione
ad res adeò dubias & incertas raperetur. Sic igitur Pausania capitis damnato, epis- 45
tolæ quædam his de rebus adinuentæ in suspicionem Themistoclem adduxerunt, La-
cedæmoniis infamiam dissipantibus,eiusque nomen inuidi detulerunt,cùm is abes-
set,& priora crimina deprecari per literas niteretur. Cùm enim aduersarij in eum ca-
lumniam coniecissent,scripsit ciuibus,se quidem dominādi aliis fortasse gratia, ser-
uiendi uerò nunquam adduci potuisse,ut seipsum Græciámque uniuersam barbaris
atque hostibus proderet. Attamen populus delatorum impulsu, homines certos ad
eum comprehendendum misit,ut in iudicium adductus Græcorū sententiis damna-
retur. Quibus præcognitis Themistocles transmisit Cercyram, quæ ciuitas sibi be-
neficio deuincta erat. Arbiter enim Cercyreis & Corinthiis controuersiarum datus,
sopiuit inimicitias,cùm uiginti talentis mulctasset Corinthios,iussissétq; Leucadem
communem utriusque coloniam in medium ponere. Inde in continentem fuga pro- 46
fectus, Athenienſibus ac Lacedæmoniis persequentibus,coniecit se in spes dubias &
incertas,ad Admetum Molossorum regem se conferens: qui cùm ab Athenienſibus
quiddam petisset,à Themistocle,cùm in repub. floreret,irrisus,uehementer homini
semper infensus fuit,putabatúrq; iniurias, si assequi posset, haud dubiè persecuturus
esse. In ea autem fuga & persecutione ciuilem magis & recentē inuidiam, quàm ue-
teré regis iram metuens, huic se credidit, supplicémque Admeto præbuit,proprium
quendam regionis morem secutus. Arrepto enim Admeti paruulo filio, cum eo in
sacrarium,quod summa colebatur religione,se coniecit,quod supplicādi genus ma-
ximum ac ferme solum nunquam repudiandum Molossi opinabantur. Sunt igitur
quidam qui affirment Phthiam regis uxorem hoc Themistocli subiecisse, & cum eo
in sacrarium perduxisse filium. Alij ab Admeto hoc ipsum edoctum Themistoclem 47
ferunt,ut expoſcentibus Athenienſibus & Lacedæmoniis se excusaret,& ne suppli-
cem dederet, religione diceret impediri. Illuc autē ad ipsum uxorem & liberos clàm
Athenis Epicrates Acarneus misit, quem huius gratia postea Cimon in iudicium
accersitum capitis damnauit,ut Stesimbrotus affirmat. Sic nescio quo pacto horum
oblitus, aut oblitum Themistoclem faciens,in Siciliam ait delatum esse, & ab Hie-
rone tyranno in matrimonium filiam contendisse,pollicitum sibi in ditionem Græ-
cos subacturum: recusante uerò Hierone,in Asiam nauigasse. Hæc parum consenta-
nea uidentur esse. Tradit enim Theophrastus in libris quos de regno inscripsit,cùm
equos ad certamen in Olympiam Hieron misisset,tabernaculúmque magnificentis-
simè instructum statuisset,Themistoclem aduocata concione Græcis suasisse, taber-
naculúmque tyranni diripiendum esse,equósque certamine prohibendos. At Thu- 48
Lib. i. cydides addit,ipsum ex Pydna ad alterum mare omnibus ignotum nautis descēdis-
se,quoad oneraria naue,qua uehebatur,in Naxum uento delata, quæ tum obsidione
ab

ab Atheniēsibus premebatur: quo loco metu perterritū domino nauis se ac guberna-
tori aperuit,ac partim precibus & obsecratione,partim minitādo,falsò se illos Athe-
nienſibus delaturum, quòd non imprudentes, sed corrupti pecuniis ipsum excepis-
sent;coegit eos præueuectos insulam in Asiam nauigare. Ex eius autē bonis permul-
ta clàm per amicos exportata in Asiam secum detulit. Quæ uerò prolata in medium
ac publicata sunt, Theopompus centum talenta, Theophrastus octoginta numero
fuisse perhibet,cùm minus tribus talentis habuisset in bonis, priusquam rempub. at-
tigisset. Cùm uerò in Cymam prouectus, à multis sescapiendi gratiā,maximéque ab
Ergotele & Pithodoro obseruari sensit(erat enim uenario maximè quęstuosa his,qui
nullum quæstus à se genus alienum putant,propositis ducentis per prēconem à rege
talentis ei,qui hominem ad se comprehensum perduceret) Aegas igitur,quod oppi-
dum Aeolicum,clàm omnibus fugit,præter Nicogenem hospitem suum fugæ con-
scium, qui Aeoles cunctos diuitiis & copiis anteibat, & Asiæ potentibus & factio-
sis perquam familiariter utebatur. Apud hunc latens paucos dies diuersatus est. Pau- 49
lò pòst cùm semel esset cœnatus, peracto sacrificio quodam, Olbius filiorū Nicoge-
nis pædagogus insanus ac numine afflatus,huiusmodi cum clamore effudit uersum:

Nocti uocem,nocti consilia,nocti uictoriam dato. Post hæc Themistocles per
quietem uidere uisus est draconem sibi uentri obuolutum, ac surreptantem se collo
attollere,mox cùm primùm faciem attigisset,in aquilam uersum, ab hac circunfusis
alis sublatum se in aerem,deinde quamlongissimè asportatum: postremò oblato au-
reo baculo,persimili his quos caduceatores ferre solēt, sese innixum, metu omnium
ac solicitudine liberatū esse: Emittitur igitur à Nicogene,cùm huiusmodi fraudem
esset machinatus. Barbarorum natio plurima,maximéque Persarū,uehementer mu-
lierum pudicitiam suspectam habet, in eáque re admodum agrestis est ac difficilis.
50 Non enim coniuges modò,uerumetiam auro emptas & pellices curiosè asseruāt, &
ne ab aliquo extero uideantur, soliciti sunt, sic domi assiduè occlusas habēt: In itine-
ribus obeundis sub tabernaculis clausis undique in uehiculis feruntur. Sic igitur in-
structum currum ingressus Themistocles latus est, iusis comitibus dicere omnibus
occurrentibus, rogantibúsque, se Græcam mulierem ex Ionia ad quendam ex regis
principibus ducere. Thucydides igitur & Charon Lampsacenus tradunt post Xerxis *Lib. i.*
obitum,ad eius filium,Themistoclem esse profectum. Ephorus autem & Dimon ac
Clitarchus & item Heraclides, aliíque complures, ad ipsum Xerxem uenisse asseue-
rant. Verùm annales magis Thucydides sequi uidetur, etsi non exquisitè admodum
51 & diligenter editi sunt. Themistocles igitur ereptus periculo ad regémq; profectus,
in Artabanum tribunum militum incidit primū. Cumque diceret se Grēcum esse,&
cum rege magnis de rebus cōmunicare uelle,& quæ ille uehementer expetereret: at il-
le,O hospes,inquit,hominum inter se leges plurimùm differūt,aliáq; apud alios ho-
nesta habētur: sed omnibus pulchrum domestica instituta seruare ac retinere. Vobis
igitur propositum est libertatem atque æqualitatem maximè admirari: nobis uerò
cùm multæ atque pulcherrimæ sint leges,illa omniū honestissima est, obseruare re-
gem, simulachrúmque dei omnia seruantis adorare. Si igitur nostris legibus parēre
uolueris, regémq; adoraueris, fas erit tibi intueri regem,atque alloqui: sin autem ti-
bi alia mens est,internuntiis tibi cum rege utendum erit: nō enim patrium est regi,
52 hominem minus adorātem audire. Hæc ubi audiuit Themistocles, Ego,ô Artabane, *Grauis fortu-*
inquit,gloriam huc & potēriam regis aucturus accessi: itaque & ipse obtēperabo ue- *na inimico*
stris legibus,posteaquā amico propitióq; Persis deo ita uidetur, & mea opera plures *patriæ supplī*
etiam ex his,qui nunc regnant, uestrum adorabūt regem. Quare nihil est cur hoc ser- *cē esse cogit.*
mones nostros remoretur,quos cum eo colloeuturi sumus. Tum Artabanus: Quem
te ex Græcis adesse dicemus? nam haud priuatum quendā & obscurū hęc mens te esse
declarat. Ad hoc inquit Themistocles: Nemo Artabane,ante regē audiet. Hæc à Pha-

nia ſic prodita ſunt. Eratoſthenes autem in libro de diuitiis tradidit, per mulierē Eretriacam, qua tribunus utebatur, congreſſum hunc & colloquium inter eos eſſe cōſtitutum. Poſteaquam igitur introductus eſt, atque adorato rege ſilentium egit, per in- 53
Vt ſeſe inſinuarit hoſti. terpretē quiſnam eſſet rogatus Themiſtocles, Atheniēſis ô rex, inquit, adſum, exiliū « à Græcis & perſecutionē perpeſſus: cui cùm multa à Perſis mala, tum maiores etiam » gratiæ debētur, cùm Græcos à perſecutione auocarim, tum cùm liberata Græcia & « in tuto conſtituta, ineundi aliquā à uobis gratiam facultatem prēberet. Mihi omnia « præſentibus malis conueniētia adſunt. Nā & paratus acceſſi tibi gratias debere, ſi in- « iurias remiſeris: ſin minus, iram exorare. Tu autē cùm aduerſarios meos teſtes bene- « ficiorū habeas, quibus ego Perſas affecerim, mea fortuna ad illuſtrandā uirtutē tuam « magis, quàm ad explendam iracundiam fruere: hinc enim ſupplicem tibi hominem « & amicum ſeruabis, inde hoſtem Græcis infeſtiſſimū occīdes. His dictis Themiſto- 54
cles orationi ſuæ diuinitatis fidem adiunxit, cùm illud apud Nicogenem ſomnium, & oraculum Dodonæi Iouis in medium protuliſſet, à quo iuſſus ad dei gentilem accedere, augurari ſe diceret ad illum potiſſimùm mitti: magnū enim utrunque & eſſe & haberi regem. Perſa audita Themiſtoclis oratione, nihil tùm illi reſpōdit, etſi illius animi elationem ac magnitudinem uehementer eſſet admiratus: ſed conuerſus ad amicos, ut maxima functus felicitate beatū ſe eſſe profeſſus eſt, tum precatus Arima-
Numen Perſicum. nium, ut id hoſtibus ſuis in mentem poneret, ut à ſe eiuſmodi uiros expellerent, diis ſacrificia peregiſſe dicitur, ac pocula ad potum cōuerſum ſtatim popoſciſſe. Ad hæc noctu ter inter dormiendum præ gaudio exclamaſſe, Habeo Athenienſem Themi- 55
ſtoclem. Ac prima luce aduocatis amicis, ipſum ad ſe introduci iuſſit, omni iam ſpe clementiæ deſtitutum, quòd intueretur regios ianitores, ſibi, audito præſentis nomine uehementer infenſos eſſe, maledictis etiam laceſſiſſe. Accedebat etiam Roxanes tribunus militū, qui ubi ad eum peruenit Themiſtocles, aſſidente rege, aliiſque conticentibus ſuſpirans ſummiſſa uoce, O Græce, inquit, uariè ſerpens, huc te regis genius perduxit. Veruntamen cùm in conſpectum ueniſſet, ac regem rurſus adoraſſet, contrà ſaluratus ac benignis & perhumanis ab eo uerbis exceptus eſt, cùm diceret ſe iam ducenta illi talenta debere. Illum enim ſeipſum agentem fas eſſe accipere præmium, quod ei qui duxiſſet deberi per præconem edixerat. Sed multò his plura pollicitus eſt, bonóque illum animo eſſe, & quæ uellet de Græcis rebus, audacter & liberè eloqui iuſſit. Ad hæc Themiſtocles, ſermones reſpondit hominum aulæis uari- 56
coloribus perſimiles eſſe. Etenim ut in illis cùm extenduntur, ita & in his formas figuráſque apparēre, cōtractis autē abſcondi eaſdem atque corrumpi: quare ſibi tempore opus eſſe. Cùm ea ſimilitudine admodum lætatus rex eſſet, tempúſq; eum ſibi quantum uellet ſumere iuſſiſſet, annuum tēpus flagitauit: in quo quantū erat, percepta Perſarum lingua, per ſeipſum cum rege nullo interprete in colloquiū uenit, exiſtimantibus his qui aberant illum de rebus Græcorum cum rege commētatum eſſe. Verùm cùm & circa aulā, & circa amicos regis permulta conſilio eius immutata eſſent, magnam ſibi à potētibus conflauit inuidiam, ut qui de illis apud regem liberius loqui auſus foret. Nam honores ei à rege habiti, permultū à cæterorum hoſpitū ho-
Inſtaurata fortuna. noribus differebāt. Venationes enim & domeſtica quoq; ſtudia cum rege ſibi cōmunia erant. Quare & regis matrē adiit, & in eius ſe familiaritatē inſinuauit. Magorum 57
quoq; ſermonibus iuſſu regis interfuit. Poſtea uerò quàm Demaratus Spartiata munus à rege petere iuſſus, petiit ut ſibi fas eſſet tiara ſublata in capite, regio more, per Sardos incedere: Mitropauſtes regis patruelis apprehenſa Demarati manu, Hæc, inquit, tiara haud cerebrū quod uelatura ſit, habet: nec tu Iupiter propterea fores, etiā ſi fulmen acciperes. Cùm uerò rex ex ea petitione ira incenſus Demaratum repudiaſſet, nec cum illo unquam rediturus in gratiam putaretur, Themiſtoclis precibus placatus ac delinitus eſt. Ac ferunt poſteriores reges, quorum temporibus commercia

cia inter Perſas Græcóſque frequentiora fuerunt, quotieſcunque petentes ex Græco homine impetrare quid uellent, nuntiis ac literis polliceri ſolitos, illum apud ſe *Gratia apud regem.*
58 magis, quàm Themiſtoclem ualiturum. Ipſe autem Themiſtocles dicitur, cùm iam permultùm opibus & gratia ualeret, à multíſque ſummo ſtudio coleretur, ſplēdidiſ- «
» ſimè apparata menſa præſentibus filiis, Interieramus dixiſſe, ô filij, niſi interiiſſemus. Tres etiā ciuitates plurimi tradunt illi à rege dono eſſe datas, quæ ad panē uinúmque atque obſonium ſumptus ſuppeterent, Magneſiam & Lampſacū, ac Myuntem. His alias prēterea duas, Cyzicenus Neanthes & Phanias addūt, Percotam & Palæſcepſim, ad ueſtem ac ſupellectilem, ac cæterum cultum & ornatū. Poſt hæc cùm ad res Græcas cōficiēdas ad mare deſcenderet, Epixies uir genere Perſa, ſuperioris Phrygiæ præfectus, diu illi paratas tetēdit inſidias, Piſidis quibuſdam dato negotio, ut illum cùm in urbe Leonis capite nuncupata diuerſaretur, obtruncarent. At illi fertur meridiano tempore dormienti, deorum mater per ſomnium ſe offerens, O Themiſtocles, ex-
59 clamaſſe, effuge Leonum caput, ne ipſe in leonem incurras. Ego uerò pro hoc abs te beneficio Mneſiptolemam miniſtram mihi legi efflagito. Turbatus igitur Themiſtocles ac animi dubius, precatus eſt deam: dimiſſáq; priore uia, quæ Leophoron dicitur, ac alia profectus, cùm locū illum declinaſſet, ac iam tenebræ eſſent, tabernaculo mutato caſtra poſuit. Ex iumentis enim tentorium ferentibus unum in flumen decidit: quare Themiſtoclis famuli aulæa madida extenſa ſiccabant. At Piſidæ accincti gladiis oblatam ſibi occaſionem rati, eò ſe intulerunt, ac aulæa quæ ſiccabantur, uiſu decepti ad lunam, Themiſtoclis tentorium eſſe opinati ſunt, ſéque illum intus quieſcentem inuenturos. Vt autem ad locum propius profecti aulæa deiecerunt, cuſtodes qui aderant, in eos impetum faciunt ac comprehendunt. Sic eo periculo liberatus Themiſtocles, deæque uiſionem uehementer admiratus, in Magneſia templum
60 ædificauit Dindymenæ matri, ac filiam Mneſiptolemam illi ſacerdotem legit. Cùm uerò ueniſſet Sardos, ac per otium templorum apparatum ac donorū multitudinem cōtemplatus eſſet, aſpexit in Matris deūm templo puellæ ſimulachrum ex ære, quam Hydrophoram uocant, duorum cubitorum magnitudine, quam ipſe curandis aquis præfectus Athenis, deprehenſis his qui aquam aliò traductam ſubduxerāt, ex eorum ſupplicio confici, & in templo collocari iuſſit. Siue igitur indolens ſigni captiuitatem, ſiue Athenienſibus oſtentare cupiens, quantùm apud regē iam gratia & authoritate ualeret, cum Lydiæ præfecto ſermonem contulit, ab eóque contēdit pluribus, ut ſignū illud ſibi Athenas exportandū permitteret. Tum incenſus barbarus rémque indignè ferens, inquit ſe de his regem per epiſtolā certiorem facturū. Themiſtocles uerò metu perterritus ad mulieres confugiens, pellicibus donis muneribúſq; affectis, illum ab ira ad manſuetudinem & clemētiam reuocauit: iámque barbarorum inui-
61 diam reformidans, cæteris in rebus in poſterum cautiorem ſe præbuit. Non enim Aſiam pererrans, ut Theopōpus affirmat, ſed Magneſiā incolēs, magnis auctus muneribus iiſdémq;, quibus Perſarum principes, functus honoribus, permultū tēporis liberam ab omni metu uitam ac ſolicitudine uixit, cùm rex Aſiaticis turbationibus impeditus, uel minima Græcarū rerum cura contineretur. Sed poſteaquā Aegyptus fauentibus Athenienſibus defecit à rege, & Græcorum triremes Cimone duce, ſubacto mari, uſque Cyprum Ciliciámque inuaſerunt, iuſſit illum Græcis occurrere, ad eorúmque uires, quæ quotidie in regis perniciem magis inualeſcebant, reprimendas accedere. Iámque potentiæ commotæ erant, ducéſque ad bellum cum exercitu miſſi, cùm de illis Themiſtocli à rege nuntium eſt allatum, iubente ad bellum Græ-
62 cis inferendum ſe conferre, ac illi promiſſa perſoluere. Hîc illum nec ira concitauit *Pietas in patriam.* in ciues ſuos, nec tanti honores atque opes ad bello patriam laceſſendam impulerūt, fortaſſe quidem ratus opus maius, quàm à ſe cōfici poſſet, magnis præſertim tum ducibus abundante Græcia, & Cimonis gloria inter Græcos præclariſſimis rebus geſtis

maximè floreſcente. Plurimùm uerò prioris laudis uerecundia adductus, ex illis moribus conſilium cepit, uitæ honeſtum ac decorum finem imponere. Itaque cùm peractis ſacrificiis in unum conuocaſſet amicos, manúque apprehendiſſet (ut uulgatior fama tenet) epoto taurino ſanguine, quemadmodum opinátur quidam, ueneno infuſo, in Magneſia mortem oppetiit, cùm quintũ iam & ſexageſimum ætatis ſuæ abſoluiſſet annum, eiúſque ætatis plurimùm in adminiſtrãda repub. & militaribus imperiis contriuiſſet. Regem uero cùm & mortis cauſam ſimul & modũ accepiſſet, magis tum hominem admiratum ferunt, eiúſque poſtea amicis & familiaribus perpetuò benigniſſimè & humaniſſimè uſum eſſe. Reliquit autẽ Themiſtocles ex Archippa Lyſandri, ex tribu Alopecia, Archeptolim & Polyeuctum & Cleophantum, cuius & Plato philoſophus, ut optimi quidem equitis, ſed cæteris in rebus ignari atque hebetis, mentionem facit. Sed ex natu grandioribus Neocles equi morſu interiit. Dioclem uerò Lyſander auus ſibi in filium adoptauit. Filiæ illi cõplures fuerũt, quarum Mneſiptolemam ex ſecunda uxore natam Archeptolis ex alia matre frater in matrimonio habuit. Italiã uerò Pãthides Chius duxit uxorẽ *, Sabarim Nicomedes Athenienſis*, Nicomatem Phraſides Themiſtocles ex uxore nepos: qui cùm poſt illius obitum in Magneſiam nauigaſſet, eam cum fratribus affinitatem contraxit, minimam uerò omnium filiarum natu Aſiam educauit. Sepulchrũ uiri in foro Magnetum illuſtriſſimum extat. Sed de reliquiis minimè Andocidæ fidem habẽdam puto, qui ad amicum ſcribens ait, illas deprehenſas Athenienſes proieciſſe: mẽdacio enim potentes & factioſos aduerſus populum incitare conatur. Philarchus quoque ueluti in tragœdia machinam, hiſtoriam ferè attollit, productis Neocle quodam & Demopoli Themiſtoclis liberis, uim & tempeſtatem affectuum ſuſcitare cupit, quod quidem ab eo fictum quiuis facilè intueri poteſt. At Diodorus hiſtoricus in his, quæ de monumentis ſcripſit, opinione magis adductus, quàm cognitione aliqua ſcientiáue fretus, tradidit ab eo, quod iuxta Alcimum eſt, promõtorio iuxta Pyræum portum, extare atque eminere, ueluti quendam cubitum, atque intus, quà mare trãquillum eſt, fundamentum eximia magnitudine eſſe, nec procul inde quiddam in ſimilitudinem aræ, hoc ſepulchrum Themiſtoclis fuiſſe. Opinantur autem & Platonem comicum hoc idem ſentire his uerſibus:

Tua tumba aptè eſt erecta, mercatoribus
Vbique ſalutabitur nauigantibus,
Venientibus abeuntibus ſemper uiris.
Sæpe etiam nauium certamen tuebitur.

His uerò qui à Themiſtocle originem traxerãt, honores quidam in Magneſia uſque ad noſtram memoriã habebantur, quibus functus eſt Themiſtocles Atheniẽſis, quo ego apud Ammonium philoſophum familiariſſimè amiciſſiméque ſum uſus,

Val. lib. 5. cap. 6.

Obitus.

63

Liberi.

* Σύσσευν.

*Νικομάχην

64

65

Camillus.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

FVRIVS Camillus, de quo multa magnáque extãt ſcripta, ea re uehementer admirandus uidetur, quòd plurima & maxima imperãdo clara facinora geſſerit, & Dictatura quinquies, triumpho quater potitus ſit, ac ſecundus Romæ conditor habitus fuerit. Conſulatum uerò nunquam attigit. Huius rei cauſa fuit ciuilis perturbatio, quòd populo aduerſus Senatum de creandis conſulibus diſcrepante, tribuni militares, qui exercitui præeſſent, deſignabãtur, qui etſi omnia authoritate conſulari adminiſtrarent, tamen minus moleſtè magiſtratus, propter multitudinem

1

Liuius lib. 5. Decad. 1.

tudinẽ ferebatur. Nam & ſex uiros, & nõ duos rebus præfeciſſe, leuabat moleſtiã illorum, qui principatum paucorum graui animo tulerãt. Per ea tempora cùm magnopere rerum geſtarum gloria Camillus floreret, iniquum ducebat inuito populo conſulem deſignari, etſi interea reſpub. comitia conſularia egiſſet. In aliis autem multis uariiſque magiſtratibus talem ſeſe præbuit, quanuis unus imperaret, ut authoritas publica, gloria uerò priuata eſſet: quãquam collegas in magiſtratu haberet, quorum alterius modeſtia, quia ſine inuidia imperabat, alterius prudentia, quia primas partes omnium conſenſu obtinebat, cauſa erat. Nõdum enim tunc magno militum apparatu circa domum exiſtente, ipſe per ſeipſum ad gloriam primò emerſit. Nam in magno prælio, quod gerebatur aduerſus * Secanos & Volſcos, ſub dictatore Poſthumio * Tuberto merens, cùm exercitũ perequitaret, & uulnus in coxa accepiſſet, haud dolore uictus eſt, ſed euulſo è corpore telo, fortiter cum fortiſſimis hoſtium pugnando

2

* αὐχένες. * Tuderto. Geſta.

3 erumpentium impetum retruſit, & terga uertere coegit. Deinde alia munera obiuit, & Cẽſuram magiſtratum magna eo tempore ſortitus eſt authoritate. Memoriæ traditur, cùm ipſe hoc munere fungeretur, pulchro facinori operam impẽdiſſe. Ferunt enim cùm rationibus perſuaſiſſe; tum pœna homines minando deterruiſſe, ut minus uiduarum mulierum nuptiæ deuitarentur, quarum profectò propter bella magnus erat numerus. Magno planè emolumento illud fuit, quòd eius opera orphani, qui prius immunes erant, ad uectigalia pendenda coercerentur. Hoc acciderat, quia ob aſſiduam rem militarẽ reſpublica magnis impenſis uexabatur, & maximè Veiorum eos ſolicitabat obſeſſio. Hos quidam Venetanos uocãt. Nam hæc urbs Thuſciæ propugnaculũ erat, & armis militibuſq; æquè ac Roma potens. Opum enim ac deliciarũ ſplendore clariſſima, fæpenumero egregiè cum Romanis pro gloria & imperio

4 dimicauerat. Verùm ea tẽpeſtate ingenti uexatione bellorũ feſſa atq; attrita, nõ amplius de imperij excellẽtia certabat, ſed altis muris longíſq; ac duris oppidani urbem cingẽtes, & multa armorum & frumenti, telorúmq; ui, ac uniuerſi deniq; apparatus complentes, intrepido animo longam ferebant obſidionem, quę non minus & laboriоſa & moleſta obſidentibus, quàm obſeſſis fuit. Conſueti enim Romani hyemare domi, nec multũ æſtiuo tempore militare, tunc primùm à tribunis coacti ſunt propugnacula ſtruere, & caſtra in hoſtili agro ſub ipſa æſtate atq; hyeme uallo foſſaque concludere. Iam ferè ſeptimo belli anno finiẽte, tanquã duces accuſandi eſſent, quòd molliter obſidionem agere uiderentur, remotis primis ducibus noui tribuni militares ad bellum deſignati ſunt, quorum tunc ſecundò unus Camillus erat: cui cùm obtigiſſet in Falerios & Capenates expeditionem ducere, nihil eo tẽpore in ea obſidione peregit: qui tunc, quòd Romanis aliæ inceſſerant curæ, multis iniuriis regionem laceſſentes, & præſertim Tyrrhenum bellum moleſtantes, à Camillo oppreſſi ſunt,

5 & multi in murum contracti in præcipitium dati. Deinde circa paludem Albanam, cùm uehementer bellum inſtaret, ſimilis monſtro res ueniens, quia nihil minus credendum erat inter ea, quæ admiranda & fide indigna uidẽtur, quoniã cõmuni cauſa ac ratione naturali careret, terrorem iniecit. Erat enim tẽpus autumnale, & iam æſtas deſierat, quæ neque imbribus, neque auſtralibus uentis moleſta ac aduerſa fuerat, ſed multæ paludes Italiæ, ac fluuij, fontéſque partim omnino, partim ualde exaruerant. Omnes autem fluuij æquè ac ſemper humiles ac depreſſi per æſtatem fluebant. Palus uerò Albana, quę ex ſemet principium ac finem comparauerat, ſepta montibus altis, nulla de cauſa, niſi aucto ſulphure tumebat, atque cacumina montiũ ſine agitatione ac fluctu elata leniter attingebat. Quod primũ in admiratione paſtores adducebat.

Liuius lib. 5. Decad. 1.

6 Poſtquam autem palus ſeſe non amplius capere poſſet, & magnus aquarum fluxus per agros aratos plantatóſque ad mare eſſet, non ſolùm animi Romanorum ſtupore perculſi ſunt, uerumetiam omnes qui Italiam incolebant, magna illud portendere cenſebant. Plurimus de hac re in caſtris Romanorum, qui contra Veios obſidionem

habebant,rumor exortus est:itaque manifestè illis id,quod de palude acciderat, cognitum est. Verùm ut euenire solet in longa obsid ione,quòd multæ inter hostes cõuersationes oriuntur,factum est,ut Romanus quidam familiaritatem cum quodam ciue cõiunxerit,qui ueterum sermonum peritia pollebat,& plus aliquid, quàm alij, ex uaticinio scire uidebatur. Postquam igitur Romanus accepit elationem paludis, uidítque hunc obsidionem despicientem deridentémque,non hoc tantùm admirádum,inquit,euenisse,sed his multò absurdiora signa sæpe imminere,& hæc illi communicaturum se pollicebatur, si quid remedij in cõmunibus malis adhibere uellet. Cúmque attentas aures homo præbuisset, & mutuo sermone uteretur, tanquam latentia quædam auditurus esset,paulatim Romanus sic fabulans,& illum subducens, ut longius ab urbe abierat,cùm magnis ualeret uiribus, sublimẽ illum rapit, & multis ex castris concurrentibus militibus præbuit.Ille coactus ac uidẽs id quod accidisset, sibi fatale & ineuitabile esse,occulta uaticinia de patria protulit.Inquit enim nõ prius illam capi posse,quàm perfusam paludis Albanæ aquam hostes retro reflecterent,& ne mari promisceretur,obstarẽt. Hæc cùm senatus acciperet,& de re dubitaret, uisum est in rem fore Apollinis consulendi gratia quosdam in Delphum legare. Fuere legati Cossus Licinius, Valerius Potitus, & Fabius Ambustus uiri magni. Vbi cõsoluere,nauibus delati domum rediere,alia uaticinia ferẽtes, quæ quorundã apud Festa Latina nuncupata negligentiam prædixerant,& aquam Albanã arcere à mari quantùm possent,ad pristinúmque meatum reducere iusserant: si autem hoc minus efficere possent, in planitiem per fossas deducere,& in unũ congerere. His relatis ab oratoribus,ea quæ ad rem diuinam pertinebant,sacerdotes absoluerunt,populus autem ad opera facienda secessit,& aquam diuertit.Senatus uerò decimo belli anno depositis primis ducibus dictatorem Camillum creauit. Ille autẽ magistrum equitum dicens Cornelium Scipionẽ,primò uouit, si felicem exitum bellum haberet, magna spectacula se facturum,& tẽplum deæ,quam Matutã matrem Romani uocant,consecraturum.Hæc certè ex sacrificiis quibus colitur,Leucothea uideri potest. Etenim ancillam in templum adducentes alapa pulsant,deinde impellunt, & fratrum filios pro suis in ulnis gerũt,& circa sacrificia currunt.Hęc simulachra sunt earum rerum quæ in infantia,& quæ Nioe pellex passi sunt. Post uota Camillus aduersus Falisc os copias duxit,& hos atq; Capenates,qui auxilio illis erãt,magno prẽlio uicit.Deinde ad Veiorum obsidionem flectit iter:ubi cùm durum asperúmq; promontorium intueretur,cuniculos circa urbem in locis,qui aditum intra muros præberẽt, fodiẽdo parauit,per quos occultè atq; profundè sub terra ad hostes ducerentur. Quapropter cùm spes uiæ inesset,ipse extra pugnã lacessit,& ad muros hostes prouocat. Alij autẽ clàm per cuniculos irrumpentes latenter in arcẽ penetrant, quæ erat iuxta templum Iunonis,quod in urbe & magnitudine & religione pollebat.Ferunt contigisse eo tẽpore ducem Tyrrhenum hîc sacrificiis operam impendere,& augurem inteſtina cõtemplãtem,altéq; exclamantẽ dixisse,Deum dare uictoriam ei,qui sacrificia illa subsequeretur. Quod audientes Romani qui in cuniculis erant, statim pauimẽtum fregerunt,& cum clamore atq; armorum strepitu egredientes,exterritis hostibus ac fugientibus inteſtina rapuerunt,& ad Camillum detulerunt. Sed hæc forsan fabulosa esse uidebuntur.Capta autem urbe,cùm Romani incredibiles diuitias prædãdo agerent ferréntque,Camillus cùm prospiceret ab arce ea quæ gerebãtur, primùm quidẽ collachrymauit, deinde felicẽ se ratus ex præsenti fortuna, manus ad cælum ac deos supinas tendẽs,inquit: Summe Iupiter,cæteríq; omnes dij humanorũ operũ iudices, nõ pro meritis,sed pro rerum necessitate Romanã fortunam aspexistis,* iniquorũ ac nefariorum hostium urbẽ accepimus.Si autẽ & nobis æqua præsentis felicitatis ultio debetur,obsecro omnia quę in urbẽ & exercitum Romanorũ mala conferẽda esse, in meipsum paruo malo terminari.Cũ hæc dixisset,ut mos est Romanis preces agentibus

* μετρίως ἐμοὶ δυσμενῶν ἀνδρῶν καὶ πατρίδων τὰ ἐσχάτων πάλιν.

tibus se ad dexteram uoluere,circunuertẽs cecidit.Turbatis illis qui aderant,cùm resurgeret,inquit: Quàm bene pro meis uotis ac precibus accidit hoc paruum malum
11 in maxima bona fortunę.Direpta urbe,statuit Iunonis statuam Romam,ut uouerat, transferre.Conuenientibus in hoc artificibus,Camillus deæ hostias mactãs cùm precatus esset eam, ut Romanorum curam susciperet, & unà cum aliis diis Romæ habitantibus firma stabilísq; maneret, ferunt simulachrum locutum dixisse, hoc uelle atque asserere.Liuius autem inquit,cùm ipse Camillus deæ statuam cõtrectaret,& precibus eam prouocaret,quosdam ex astantibus respondisse, uelle & approbare, & Romam promptè profectam esse. Qui autem uehementer asserendo rei huic admirandæ fauent,sententiæ suæ suffragatricem habent fortunam urbis, quam ex paruis minimísque principiis ad multùm gloriæ atque potentiæ emersisse sine dea, quæ multis ubique signis apparuerit,impossibile erat. Itaque asserendo ferunt multoties sudorẽ statuam ac suspiria emisisse,quandoque sese auertisse,quandoque expurgasse,de qui-
12 bus multi ex maioribus in historia scripsere. Multa etiam quæ nos accepimus admiratione digna commemorare possemus,quæ non temerè contemni possent. Sed huiusmodi rebus permultùm credere, uel nullam fidem adhibere, propter humanã imbecillitatem,quæ nec terminos,nec imperium sui habet, & fertur quandoque ad superstitionem & superbiam, quandoque ad contemptum sacrorum, & insolentiam rerum diuinarum,periculosum est.Pium autem atque optimum est,ut Nihil nimis. Camillus, siue quòd magno cum labore decimo obsidionis anno urbem hostilẽ occupasset, siue ab iis qui eum beatum dicebant, in tumorem atque animi elationẽ adductus esset,quadrigam albis equis tractam ascendens,aliísque superbè utens,pro legitimo ciuilíque magistratu molestius,& insolentius triumphauit:quo triumphandi genere nullus ex ducibus neque antea,neque exinde usus est. Nam putant sacrum
13 huiusmodi currum regi patríque deorum esse celebratum.In hac igitur re quia nondum lautè luxurioséque uiuere usurpatum erat, necnon quòd legi de dissociádis habitatoribus urbis se opposuerat, apud ciues Camillum quidam calumniis prosequebantur.Rogationem enim tribuni plebis tulerant,populum atque senatum diuisum habitare, & alterum Romæ ductis sortibus, alterum in captiuam urbem coloniam agere,tanquam opulentiores futuri essent,& ex duabus magnis pulchrísque urbibus altera ditata,unà regionem custodirent. Populus cùm iam numero creuisset, munera obibat, & suffragium petens in concione frequentes tumultus agitabat. Senatus atque optimates censentes non diuisionem Romæ, sed perniciem futuram, si populus solus administraret,cùm hoc indigno animo ferrent,ad Camillum refugium habuere. Ille certamen deprimens, occasiones iniiciebat populo atque occupationes,
14 quibus semper legem repellebat. His igitur de causis mœstitia afficiebatur Camillus. Sed apertissimę ingentésque inimicitiæ ei contra populum erant ex spoliorum decimis: quæ non absurdæ fuissent, nisi multitudo iustissimum principium suscepisset. Nam,ut uidetur,Camillus ad Veios expeditionem agens, si urbem caperet, huic deæ decimas uouit.Capta autem direptáque urbe,siue quòd tæderet ciues fatigare impẽsis,siue quòd obliuio quædam ex incumbentibus rebus eum cepisset, uotum per negligentiam habuit: postquam magistratum illum deposuerat,de hac re ad senatum retulit. Augures monebant in sacrificiis deorum iram apparuisse, quæ propitiatione & gratiarum actione placãda esset. Decernente senatu prædam non diuidendam esse quidem(nam difficile erat)sed illos qui in partem prędæ uenerant iureiurando adstrictos decimas in medium afferre,multa molestia uiolentiáque affecti sunt, cùm pauperes essent,& multùm laboribus exhausti fuissent,& ad tantam collationem earum
15 quas compararint possederíntque,cogerentur.His rebus Camillo tumultuante, deficientéque probabiliori excusatione,ad absurdissimam rationem sese applicuit. Nã profitebatur se uoti obliuionem cepisse. Illi illud molestum sibi dicebant, si ea quæ

eſsent hoſtium tunc uouiſset,hunc ea quæ ciues haberent,ſoluerent. Itaque ut quiſque quantùm erat æquum in medium contulerunt,uiſum eſt auream craterẽ in Delphum mittere; ſed parua auri copia erat in urbe. Cùm illi quibus hæc præcipua cura demandata fuerat,de auro inueniendo conſilia agitarent,mulieres inter ſeſe ſua ſponte conſulentes,omnia ornamenta aurea, quibus circa corpus utebantur,in oblationẽ contribuerunt. Aurum fuit pondere octo talentorum. His mulieribus referens ſenatus honorem,pro earum dignitate decreuit,poſt mortem quemadmodum pro uiris, ita pro fœminis in funere laudatiuam orationem haberi. Non enim antea mos erat apud Romanos mulierem mortuam laudare. Parata autem longa ornatáq; naui,tres 16
ex optimatibus in Delphum miſſi ſunt. Hyems erat,& in mari tranquillitas. Sed operepretium audire,quemadmodum illi in maximũ diſcrimen incidentes,ex inſperato ſtatim periculum euaſere. Nam Liparæorum triremes circa Aeoli inſulas deficiente uento,eos manus tendentes orantéſque,tanquam prædones aggrediuntur, & captos eductóſque è mari pro piratis habuerunt, réſque & corpora uenundanda ſub corona expoſuerunt. Sed tandem cùm creditum eſſet uirtuti ac potentiæ unius uiri Timaſithei ducis,dimiſſi ſunt. Hic paratis ſuis nauibus in Delphum miſit,& ut donaria ſuſpenderentur, operam nauauit; quapropter ei Romæ condigni honores relati ſunt. Tribunis plebis rurſus de diuidenda habitatione, & mittenda colonia legem excitãtibus,bello cõtra Faliſcos exorto, quod opportunè cecidit, uiſum eſt primoribus cõmitia ſecundum legem agere. Itaque Camillum cum aliis quinque tribunis militum 17
elegerunt,tanquam res ipſa duce qui dignitate & gloria ac rerum experientia polleret,indigeret. Populo ſanciente, Camillus ſumptis copiis aduerſus Faliſcos impetum fecit,& Falerios urbem ad bellum munitam omnibus rebus bellicis habentes, caſtris circuiuit. Quam non facilem captu, neque eo tempore capiendam putauit, uerùm quærebat ciues in caſtris retinere, atque ad bellum exercere, ne domi in otio uitam agentes, factionibus ſeditionibúſque urbem fœdarent. Rectè enim ſemper Romani hoc(uelut medici)remedio uſi ſunt,ut ciuiles diſcordias ac ſeditiones uitarent, & extra urbem ea mala ad hoſtes conuerterent. Sic certè obſidionem Faleriis deſpicientibus,& ratis undique ſe munitos eſſe,præter eos qui murorum ſtationes tenebant,cæteri omnes per urbem in ueſtibus uerſabantur: filij autem eorum ad ludum itabant, & circa muros deambulare atque ſeſe exercere cogebantur. Nam publico doctore, 18
Græcorum more utebantur Falerij. Volebant enim ab ipſa adoleſcentia filios unà erudiri atque congregari. Hoc modo magiſter ludi inſidias Faleriis tendens per pueros,ſingulis diebus illos primò ſub muris per pomœriũ ſeducebat, deinde ipſos poſtquam deambulando exercuerat, in urbem reducebat. Pòſt paulatim illos ſubducens, audere,tanquam tutò proficiſci liceret,aſſuefecit. Tandem cùm omnes ſecum haberet,ad præcuſtodias Romanorum profectus, iubet illos ad Camillum deducere. Ipſe triſtis grauíſque cùm in medium ſtetiſſet, ſe puerorum magiſtrum eſſe declarauit, & ut illi gratificaretur,curaſſe per pueros inquit, urbem ſibi tradere. Camillo uiſum eſt rem indignã eſſe: unde præſentibus inquit, iniquum eſſe iniuria ac dolo hoſtes uincere. Nam & leges quaſdam belli inter bonos uiros eſſe, nec tam incendium, quàm prauam & ſubdolam gratiam uitandam eſſe. Sancitum enim erat,non aliena iniqui- 19
tate,ſed propria uirtute magnum fortémque ducem oportere militare. Itaque iuſſit hominis ueſtimenta ſcindi,& manus poſt terga uincire,pueris autem uirgas flagellá-
que dari,ut proditorem uerberibus afficientes in urbem agerent. Subitò Falerij poſtquam proditionem magiſtri ludi ſenſerunt,urbe,ut conſentaneum eſt,in tali queſtu ac calamitate occupata, clari homines ac mulieres ad muros portáſque pleno gradu ferebantur:ubi cùm magiſtrum ludi,quem pueri nudum uinctúmque in urbẽ ignominioſè agebant,intuerentur,Camillum ſeruatorem atque deum,patrémque appellabant. Quare non ſolùm parentes ipſi puerorum,uerumetiam cæteri ciues, qui hæc intue-

intuebantur, Camilli æquitatem ingenti beneuolentia admirabantur. Itaque ſtatim congregato ſenatu oratores ad Camillum legauerũt, quos Camillus Romam ad ſe-
20 natum miſit. Illi cùm in ſenatu ſtetiſſent,inquiunt, Quoniam Romani pluris iuſtitiam quàm uictoriam fecere,edoctos ſe eſſe,ut captiui quàm liberi eſſe malint, confitentes non tam ui Romanorum,quàm uirtute ſuperatos eſſe. Senatus ad Camillum illos remittit, ut de hac re pro animi ſui ſententia decerneret. Redactis in ditionem Romanorum Faleriis, factáque pace cum omnibus Faliſcis, Camillus uaſa colligere iuſſit,atque diſceſſit. Milites qui prædatum iri Falerios expectabant, poſtquam Romam uacuis manibus redierunt, Camillum tãquam populus ei odio eſſet, ac pauperum utilitati inuideret,apud alios ciues accuſauerunt. Poſtquam de diuidenda habitatione tribuni plebis legem tulerũt ac decretum, rurſus populum ad ſuffragia accerſunt. Camillus nullius inimicitiis,nullius audacię parcens,primus omnium multitudinem coercuit, ut legem abrogaret. Multitudo cõtra Camillum ira inflamma-
21 batur. Sed cùm laboraret ex filioli calamitate (nam alterum ex filiis morbo confectũ amiſerat)nihil tamen iræ in eum dimiſſum eſt. Quam calamitatem ipſe uir manſuetus atque optimus, haud æquo animo tulit. Sed cùm indicta ſibi accuſatio eſſet, incluſus cum mulieribus,propter luctum domi ſe continebat. Accuſator erat L. Apuleius:criminatio autem de ſpoliorum Tyrrhenorũ expilatione. Nam fama erat portas quaſdam æneas ex Hetruſcis ſpoliis apud eum eſſe inuentas. Populus ira affectus ſtatuebat quacunque ratione contra Camillum decernere. Itaque cùm amicos,& cõmilitones Camillus congregaſſet & collegas, qui non pauci erant, ſummis precibus illos orabat,ne ſe falsò accuſatũ,ac ab inimicis deriſum deſererent. Amici bene prudentérque re inter eos agitata reſponderunt, aduerſus accuſationem eius nullũ præſtare auxilium poſſe. Cúmque iudicium ſententiámque de ſe ferendã haud expecta-
22 re uellet, ductus ira, ſtatuit ex urbe decedere. Familiariter igitur blandéque appellata uxore ac filio,tacitus domum uſque ad portam egreditur. Ibi cùm ſtetiſſet,cõuerſus retro & ad Capitolium manus ſupinas tendens,deos precabatur,ſi innoxius ob inuidiam populi pœnas luens urbe excideret, quamprimùm Romanos pœnitentia capi, & ipſius opera in omnium mortalium aſpectu indigere, atque Camilli deſiderio teneri. Ille igitur quemadmodum Achilles imprecationes uouens aduerſus ciues, ab- Idem.a.
ſens damnatus eſt quindecim millibus aſſium, qui numerus ad argenti rationem conſtituit mille & quingentas drachmas. Nam as erat pecunia,& hic ex decem æreis, As.
denarius uocabatur. Nemo fuit ex Romanis, qui non putaret Camilli preces ſtatim exauditas fuiſſe, & ultionem de iniuria non quidem iucundam, ſed triſtem ac cele-
23 brem,& paſſim diuulgatam ſumptam eſſe. Tanta deorum Romam circũdedit ultio, & tam ignominioſa opportunitas belli inuidiæque ac periculi aduerſus urbẽ apparuit,ſiue quòd talis fortuna immineret,ſiue quòd deorum opus eſſet, qui de ingratitudine contra uirtutem ultionem non retardant. Primùm quidem uiſum eſt ingrediente Iulij menſe,magni indicium mali apparuiſſe, mortem uidelicet cẽſoris. Nam Romani putantes cenſorium magiſtratum ſanctum eſſe, plurimùm illi tribuebant. Secundò, ante Camilli exilium, Marcus Ceditius uir nec clarus nec ſenatorius, ſed manſuetus atque optimus apparens, rem ſolicitudinis plenam ad tribunos militum Liu.lib.5. Decad.1.
retulit. Nam inquit, cùm in præterita nocte iter faceret per uiam, quam nouam uocant, quendam altè ſe appellantem audiuiſſe, reſpicientem uidiſſe neminem, audiſſéque uocem humano ſonitu maiorem,dicẽtem: Agè Marce Cediti,ad principes di-
24 luculo ueniens inquies,breui tempore in urbe Gallos habituros eſſe. Hæc cùm tribuni militum audiſſent,tanquam ridicula ac iocoſa habuerũt. Paulò pòſt ea,quæ in Camillum acta ſunt,euenere. Galli Celtico genere orti,quia domi propter multitudinẽ haud nutriri poſſunt,foris ſedẽ ac uictum quærunt: quorum cùm multæ eſſent myriades, tum iuuenum bellicoſorúmque hominum, tum liberorum mulierúmque,

quas ſecum ducebant,quidam ad Boreum oceanum tranſeuntes,ſuperatis Rhiphæis montibus, extrema Europæ occupabant. Quidam inter Pyrenæos montes, & Alpes ſedem ponentes,prope Senones ac Celticos diu habitabant. Tunc(ut fama eſt)primũ guſtantes uinum ex Italia delatum,ſic illius admiratione ac nouitate ſuauitatis amẽtes facti ſunt omnes,ut collectis armis ſumptíſque filiis, ad Alpes conceſſerint, quæſierintq; eam terram, in qua huiuſmodi fructus oriretur: aliam autem infructuoſam atque immitem arbitrabantur. Primum,qui ad illos uinum detulit,ac in Italiam eos 25
accerſiuit, Aruntem Tyrrhenum fuiſſe ferunt,uirum & ſplendore,& natura præſtantem. Verùm hac laborauit calamitate. Curam geſſerat cuiuſdam pueri orphani, qui & opibus, & præſtantia formæ omnes ciues anteibat: nomen erat huic Lucumoni: hic ab ipſa pueritia ſub Arunte uixerat. Et cùm adoleuiſſet ætas, domum illius haud dimittens, quia uxorem Aruntis deperibat, fingebat cum eo uitam lætè agere uelle. Permultùm temporis horum mutuus amor, & conſuetudo latuit. Sed cùm demum ita ambo amore inflammarẽtur,ut illum non amplius celare poſſent, iuuenis palàm irruit,& mulierem abducit. Ille cùm in ius Lucumonem uocaret,uictus cùm multitudine amicorum Lucumonis,tum pecuniis, uxorem ſuam deſeruit. Hic igitur rumore accepto de Gallis,ad illos ſeceſſit, atque in Italiam exercitum duxit. Illi irruen- 26
tes quamprimùm uniuerſam antiquámq; regionem Tyrrhenorum ſub eorum imperium ab Alpibus uſque ad utraque maria redegere,ut ipſius nominis appellatio teſtatur. Nam mare quidem Boreum Adriaticum,à Tyrrhena urbe Adria,quæ ad Notum inclinatur,illud uerò quod è regione eſt,Tyrrhenum appellant. Per hanc regionem arboribus plenam, multa flumina fluunt, & lætus eſt ager pabulo. Hæc octo & decem pulchras magnáſque urbes habet, & ad quæſtum, & ad uictum ampliſſimas. Has Galli Tyrrhenis eiectis occupauere. Sed hæc multò antè geſta ſunt. Ea autem tẽpeſtate Galli ad Cluſium Tyrrhenam urbem caſtra locauerunt. Cluſini inſtituto refugio ad Romanos, legatos literáſque ad barbaros exorarunt. Legauerunt Romani ex Fabiorum familia tres uiros, qui honore & claritate in urbe inſignes habebantur. Hos Galli ob Romanorum nomen non inhumaniter ſuſcepere. Qui, poſtquam 27
prælium,quod ad muros erat,ceſſatum eſt, in colloquium cum Romanis uenerunt, ſciſcitantibus Romanorum legatis,qua iniuria à Cluſinis laceſſiti eſſent,quòd illorũ urbem obſidione premerent: Brennus Gallorum rex ridẽs, Iniuria nos afficiunt Cluſini,inquit,cùm parum terræ, & regionis incolere poſſint, & quamplurima occupare animus ſit,& nobis aduenis multíſque ac egenis nihil impartiri uelint. In hoc planè,ô Romani,uobis iniuriam intulerunt primùm Albani,& Fidenates,atque Ardeatæ: nunc autem Veiorum ciuitas, atq; Capenates, multíque Faliſcorum Volſcorúmque,aduerſus quos caſtra mouetis, & ſi uobis ex rebus ſuis non impartiuntur, in ſeruitutem agitis,deſtruitis,eorum urbes euertitis,ídque haudquaquam graue,nec iniquum ducitis: ſed antiquam legem iubentem res minorum tribui maiori, abuſque deo incipientem, & ad beſtias uſq; finientem,imitamini. Nam hoc naturæ quodam 28
inſtinctu inſitum eſt,uiuendi gratia,plura habere potentiores inferioribus. Deſinite igitur obſidioni Cluſinorum miſereri, nec doceatis Gallos optimos ac miſericordes amicos fieri illis,qui à Romanis iniuria affecti ſunt. His rebus cognitum eſt, Brenno ſtare ſententiam bellandi. Legati ex colloquio digreſſi,cùm in Cluſium uenìſſent, ſiue ut uires illorum experirentur, ſiue quia bellando ſeſe oſtentare egregium ducerẽt, Cluſinis ad conſerendas contra barbaros manus animos fecere. Impetu facto à Cluſinis cùm prælium iuxta muros miſceretur, unus ex Fabiis Quintus Ambuſtus equo inſidens,ſubditis calcaribus contra egregium forma uirum Gallum multò antè alios præequitantem irruit. Primò cùm ex uelocitate impetus,tum fulgentibus armis faciem tegentibus incognitus fuit. Poſtquam uerò uictor euaſerat,& Gallo ſpolia,tráſfixo pectore gladio,detrahebat,Brennus illum cognoſcẽs,teſtabatur deos,Quintum Ambu-

29 Ambuſtum oratorem prælio ſe admiſcuiſſe, & contra ius gẽtium egiſſe. Quarę cùm receptui canere iuſſiſſet, prælióq; ſubitò diremiſſet, collectis uaſis, Romam uerſus iter intendit. Sed poſtquam Romam exercitum ductauit,ne uideretur Romanos iniuria laceſſere, ac illis nolentibus ſine cauſa bellum mouere, nullis factis incurſionibus,bella indixit. Romæ conuocato ſenatu,multíſque aliis,geſta à Fabio accuſabantur. Sacerdotes facta re diuina iubebant ſenatum ſcelere in unum tranſlato, cæteros religione liberare. Hos Fœciales Numa Pompilius manſuetudine iuſtitiáque rex prę-
ſtantiſſimũs conſtituit,qui pacis cuſtodes,cognitores, atque iudices forent cauſarũ, quæ iuſtum dicerent bellum. Rem ad populum ſenatu referẽte, & ſacerdotibus acta Fabij accuſantibus, multi ex ipſis rem diuinam neglexerunt, ac ludibrio habuerunt,
30 adeò ut Fabium cum fratribus eius tribunum militarẽ etiam deſignarent. Celtę cùm hæc audirent,ferréntque grauiter,nihil contra egerunt, ſed quàm properè ad ipſorũ multitudinem, & ad primarios ipſius exercitus conceſſerunt. Et quanquam uim & animum eorum,qui in medio erant perterrefacerent, qui uiderentur regionem uniuerſam atque urbes celeriter deſtructuri eſſe, nulla in re illos læſerunt, neque ex agris quicquam uaſtatum eſt, ſed propinquis neglectis urbibus Romam proficiſci, & tantùm Romanis bella inferri conclamant, alios autem populos minimè hoſtes cẽſere. Cùm itaque barbari Romam bello infeſtarẽt, tribuni militares Romanos ad pugnã eduxere,qui numero haud tenues,non pauciores quadraginta millibus erant,ſed inſuera armis multitudo tunc primùm arma capeſſerat. Quo tẽpore nec litatò,nec auſpicatò rem gerere in memoria fuit, tantùm turbationis ad res diſponendas ea obſi-
31 dione ſuſceptum eſt. Nam ante pugnam ineundam ac pericula aggrediẽda, deos cõſulere mos fuerat,& in minoribus periculis ſæpius monarchas,quos dictatores appellabant, eligere conſueuerant, non ignorantes quantùm in ſe utilitatis periculoſa tẽpora haberẽt,ſi unus in principatu,una ſententia ac libera, & impuni magiſtratu fungeretur,& in manibus ad res pulchrè ordinandas iudicia retineret. At non parũ profectò rebus obfuit Romanis Camilli ingrata ſeueritas, qui cùm uir grauis eſſet, neq; ad gratiam,neq; blandè magiſtratum gerebat. Cùm igitur prope urbem ſtadiis nonaginta ueniſſent barbari,haud procul à fluuio, qui Allia nuncupatur, qui non longè ab exercitu in Tiberim prorumpebat,conſederunt. Hîc apparẽtibus barbaris,cùm malè pugnatum eſſet,quòd haud ſtructa acie dimicabant,fuſa extemplo acies eſt. Ad ripam fluminis quò ſiniſtrum cornu defugit, à Celtis magna ſtrages facta. Dextrum autem latus inclinans ſuperiorem partem ex planitie ad colles,minus cædis patiebatur. Hinc multi fuga per agros ſaltúſque diſſipati ad urbem rediere. Alij omnes, qui
32 barbarorum manus euaſerant, ad Veios hoſtium urbem fugam arripuere, tanquam Roma capta eſſet,& Romani omnes ibi trucidati. Fuga uerò nocturna fuit. Eo tempore,quo pugna commiſſa eſt,inſtabat æſtiuum ſolſtitium circa pleniluniũ: & ſuperiori die,magna calamitate Fabiana domus perculſa fuerat. Nam trecẽti ex eorum familia in Tyrrheno bello ceciderant. Decretum eſt à ſecundo cõflictu diem Alliacum uſque nunc à flumine nuncupari. De nefaſtis diebus, ſiue opus ſit ſiue non aliquos ponere(Heraclitus Heſiodum quoſdam probos,quoſdam malos facientem redarguit, tanquam non teneret naturam omnium dierum eſſe unam, quod alibi du-
33 bitauit)in hac re aliqua commemorare exempla forſan haud incongruum erit. Tũc quidem Bœotiis inſtante menſe Ἱπποδρομίῳ, at uerò ſecundum Athenienſium appellationẽ, Ἑκατομβαιῶνος, quinto die duas contigit clariſſimas uincere uictorias, quæ Græcos liberos reddidere, unam ſcilicet apud Leuctras, alteram uerò apud Geræſton. Ac prius pluribus ducentis annis quando Lettamyam ac Theſſalos uicerunt, Perſæ mẽſe Βοηδρομιῶνος ſexto die,in Marathonis tertio, apud Platæas & apud Mycalen à Græcis ſuperati ſunt. Et uigeſimoquinto die eiuſdem menſis circa pleniluniũ, Arbelis Athenienſes pugnam Chiam, in qua Chabrias dux erat, uicerunt. In Salamina autem circa

De nefaſtis diebus, Macrob. Satur. lib. 1. cap. 16.

uigesimum diem (ut nos in annalibus legimus) attulit & mẽsis Θαργηλιὼν barbaris manifestum infortunium. Nam Alexander in Granico duces regis eo mense uicit. Et Carthaginenses in Sicilia à Timoleone uicti sunt, uigesimotertio die huius mensis,
* Θαργηλιῶνος. quo tẽpore uidetur * Thargaliõ cepisse Ilium, ut Ephorus & Callisthenes, & Damastes atque Phylarchus in historia scribũt. E conuerso Μεταγειτνιὼν, quem Bœotij Παναμον 34
uocant, non felix Græcis fuit. Nam huius mensis septimo die, in prælio quod gestum est in Cranone, ab Antipatro superati, tãdẽ fugati cęsique sunt, & prius in Chæronea aduersus Philippum pugnantes uicti. Eodem die mẽsis Μεταγειτνιὼνος, per eundem annum, qui cum Archidamo in Italiam traiecerant, à barbaris ibi existentibus necati. Carthaginẽses autem uigesimum primum diem huius mensis, tanquã plurimas maximásque omnium calamitates attulisset, infaustum habent. Sed non me fugit, per ea tempora quibus mysteria agebantur, iterum Thebas ab Alexandro dirutas esse. Et post hæc propugnaculum Macedonum susceperunt Athenienses circa uigesimam diem Βοηδρομιῶνος, quo tempore clàm Bacchi sacrificia peragunt. Romani quoque eodem die, prius quidem à Cimbris uicti, Scipionis exercitũ amisere: sed postea Lucullo copias ducente, Armenios & Tigranem uicerunt. Attalus uerò rex & Pompeius Magnus eorum natalibus diem suum obiere. Sed tamẽ haud in animo est de multis, qui suis periodis usi sunt scribere. Verùm Romanis hæc dies una est dierum nefastorum, & propter eam quolibet mense duæ alteræ ad plus religionis, & labentis superstitionis, ad ea quæ fortè accidunt (ut consuetum est) additæ sunt. Hæc profectò in libris de Romanis causis curiosius digeruntur. Confecto itaque prælio si confestim Galli fugientes Romanos consecuti fuissent, nihil prohibuisset Romam funditus delere, & omnes qui in ea remanserant, capere atque obtruncare: tantùm terroris ex ea calamitate fugientes, tantúmque turbationis ac amentię retro attulerunt. Barbari magnitudinis uictoriæ ignari, conuersi ex uictoria ad diripienda in castris supellectilia, facultatem fugiendi ex urbe multitudini præbuere, & remanentibus præparationis & tutelæ spes iniecta est. Nam relictis cæteris urbis partibus, Romani Capitolium magna 36
ui magnóque præsidio telorum munierunt. Primùm ex sacris quædam in Capitoliũ sustulere. Virgines uerò Vestales rapto ex laribus igne cum sacris fugerũt. Sed à quibusdam memoriæ traditum est, nihil præter æternum ignem esse seruatum. A Numa enim rege, tanquam omnium principium esset ignis, uenerari institutũ est. Nam nobilissimum quoddam ignis existit in ipsa natura, & motio quædam est, uel cum motione totius generatio. Alia uerò materia, quæ calore uacat, otiosè ignauitérque iacẽs & cadaueri similis, ignis uirtutem tãquam animam cupit, & paulatim susceptо igne ad agendum quid, uel patiendum uertitur. Numa Pompilius uir doctus ac sapientissimus, qui in colloquium cum Musis per sapientiam ueniebat, ratione quadam philosophiæ motus, hunc seruari custodiríque perpetua uigilia, ne corrumperetur, uoluit, tanquam æterna uirtus, quæ omniá seruaret, esset. Aliqui ferũt, quemadmodum 37
apud Grẽcos, ante sacras ædes purum ignem posuisse, & quæ sunt intus, omnibus, nisi ipsis uirginibus Vestalibus, esse abscondita. Magna præterea fuit fama Troianũ illud Palladium, quod in Italiam Aeneas asportauerat, ibi residere. Sunt quidam qui de Samothraciis fabulantes ferunt Dardanum Troiam aduectum cùm urbem conderet, sacrificia egisse, atque illud consecrasse: Aeneam uerò in ipsa urbis captiuitate furtim sustulisse, seruauisséque ad id temporis, quo in Italia urbem condidit. Quidã ut multa in hac re scire ostentent, duo inesse non magna dolia ferunt, quorum alterũ apertũ ac uacuum, alterum plenum ac clausum: amborum uerò aspectus tantummodo sanctis uirginibus patere. Sed quidam hos mentiri arbitrantur, quòd puellas multa ex sacris corripiẽtes fertur duo dolia abscondisse sub terra in templo Quirini, unde locus ille adhuc doliorum appellationem retinet. Virgines maiora ac digniora ex sacris su- 38
mentes ultra fluuium fugerunt. Tunc Lucius Albinus uir popularis cùm etiam ipse fugeret,

fugeret, infantes filios, uxorémque, ac necessaria utensilia secum habens, in curru uehebatur, postquam uidit uirgines in sinu deorum sacra inculte ferentes, solásque, ac labore uiæ fatigatas, confestim uxorem cum filiis atque supellectilia terra exponit, & illas currum ingredi, atque in aliquam Græcorum urbem fugere iubet. Indignum fuit Albini non obscuram pietatem atq; honorem erga deos in grauissimis temporibus, sine aliqua memoria præterire. Aliorum sacerdotes deorũ ac seniores, qui consulatu, & triumpho potiti fuerant, non tulerunt urbem relictum iri. Qui cùm sacras splendidásque uestes sumpsissent, præsidente Fabio pontifice maximo, pacem deorũ exposcentes, séque ipsos pro patria fortunæ deuouẽtes, & fortunæ instantes, in eburneis sellis in foro ornati consederunt. Tertio die ab ipsa dimicatione Brennus, cum 39
exercitu ad urbem aduentabat, qui cùm portas offenderet apertas, & nullas in muris stationes dispositas, primùm insidias dolúmque formidauit, admiratus passim in urbe solitudinem. Sed postquam per speculatores rem cognouit, per Collinam portam ingressus Romam occupauit. Anno trecẽtesimo & sexagesimo ac paulò plus ab urbe condita, Roma à Gallis capta, si fidum est aliquam temporum diligentiam seruare in his rebus, quibus illa rerum perturbatio de aliis nouioribus dubitationem iniecit. Capta urbe, ut consentaneum est, celeris de hac re fama per Græciam peragrauit. Heraclides enim Põticus, qui paulò antè, quàm Roma caperetur, obierat, in cõmentariis de anima inquit, uesperi sermonẽ habuisse, quemadmodum Roma græca urbs, quæ iacet ad magnum mare, ab exercitu ultra Hyperboreos montes aduantante ca- 40
peretur. Non admiror planè Heraclidem fabulosum hominem uera oratione de capienda urbe montes Hyperboreos ac magnum mare extulisse. Aristotelem autẽ philosophum certò dixisse ferunt, urbem à Celtis capiendam, seruandam uerò à Lucio. Erat hic Marcus, non Lucius Camillus. Sed hæc coniectura quadam dicta. Cùm igitur Brennus, seruato Capitolio, Romam occupasset, uidissétque inter transeundum per forum, quosdam uiros insigni habitu, & sedere & tacere, magna admiratione captus est, quòd, tanquam nullo reipublicæ uulnere sauciarentur, neque facie, neq; colore mutati sunt, sed cùm essent animo intrepido flexi in scabellis, quę secum contulerant, sese inuicem intuentes silentium agebant. Quare hac rerum nouitate admiratio Gallos habuit, & tanquam de fortioribus dubitarent, diu accessu tactúque abstinuere. Postquam autem quidam fidẽs animi iuxta Papyriũ Marium stetit, manúmque mansuetè extendens, promissam barbam demulsit, Papyrius scipionem in capite feriendo contriuit, barbarus stricto gladio illum necauit, deinde cæteros facto im- 41
petu morti tradiderũt. Et tandem latè uagatur ensis, & à nullo reuocatur pectore ferrum. Postea irati contra eos, qui in Capitolio erant, domos per multos dies spoliant, parietésque eruti, faces tectis illatæ, quòd Capitolium seruãtes eorum imperium negligerent, & iactis telis pugnarent. Quapropter urbem rapina, & incendio miscent, & uirorum ac mulierum senúmque ac puerorum atrox edita cædes, ac multã in medio sine nomine plebem obtruncant. Longa obsidione, opus Gallis erat uictus gratia frumentatum ire. Itaq; diuisi, inter eos aliqui circa Capitolium cum rege assidũt, aliqui regionem peragrantes irruentésq; diuisim uillas depopulantur. Alij bona fortuna elati ducem ordinémque negligentes, sparsíque nullo terrore uagabantur. Plurimi ipsorũ, & maximè ea pars, quæ instructior erat, Ardeam ubi Camillus exulabat, 42
& priuatè otioséque uiuebat, secesserunt. Camillus spe quadam consilia agitabat, nõ de hostibus fugãdis, sed si daretur opportunitas, quomodo Romanis auxilio esse posset. Quapropter cùm perspiceret Ardeatas multitudine quidẽm satis numerosos, sed propter imperitiam mollitiémque imperatorum, minus audaces, primùm ad iuniores orationem habuit: Nõ censendum esse Gallorum fortitudine Romanos perditos fuisse: neque propter ea, quibus in eum non rectè senserunt, illa pati contigisse: neque iudicandum operam esse eorum, qui ad uincendum nihil præbuere, sed putandum

Liuius lib. 5. Dec. 1.

id fortunæ ostentatione accidisse. Quare egregium facinus fore, si unà cum ipso discrimen, barbarorum aduenarúmque bellum à se repellerent, cui uincendi finis idem sit qui igni, nempe si quod uincitur, totum pessum ierit. Itaque si auderēt, habita temporis ratione, tutò uictoriam se præbiturum. His sermonibus perceptis à iuuenibus, ad principes urbis uentum est. Camillus ad senatores Ardeatas concessit. Postquam à 43
senatoribus in sententiam Camilli discessum est, Camillus omnes, quibus ad ferenda arma adoleuerat ætas, intra muros collectos ād pugnam instruit. Nam hæc ignota esse hostibus, qui non longè ab urbe aberāt, meditabatur. Cùm barbari per omnem regionem passim uagarentur, & multam hominum pecudúmque prædam agerent, intrepidè ac petulanter in castris militabant: aduenientе nocte, somno uinóque sepulti, fusi per castra iacebant. De his Camillus per speculatores certior factus, Ardeatas ducens, postquam sub media nocte per ea loca, quæ intererant ab hostibus tacitè pertrāsiuit, uallum magno clamore superat, & undique tubarum sonitu omnia miscet. Illi per crapulam uix è somno à sonitu ac strepitu excitātur: pauci tamen ipso in tumultu expergefacti, sese ad bellum accingentes, tanquā ad stragem suam niterentur, contra Camillum insurgunt: quamplurimi autem ex potentioribus sopore uinóq; grauati cæduntur inermes, quot uerò è uallo noctu fugā corripuere, qui non multi fuerūt, per regionem diffusi sub lucem ab equitibus trucidati. Fama huius rei extemplo 44
diuulgata, multos iam ætate adultos unà collegit, & præsertim Romanos, qui ex pugna, quæ apud Alliam fluuium commissa est, ad Veios confugerant, qui inter seipsos lamentantes dicebāt, fortem Romanis imperatorem fortunam abstulisse, & Ardeatis Camilli res bene gestas ornamento glorieque fuisse, & urbem quæ talis uiri & mater, & nutrix fuit, periisse. Nos uerò imperatoris penuria alienis in urbibus sedentes Italiam deserimus. Eia ad Ardeatas mittentes, uel ipsorum ducem petamus, uel nosipsi sumptis armis ad ipsum ueniamus. Nō enim amplius ipse à Roma exulat, neque nos patriæ in ditionem hostium redactæ, quæ nulla est, ciues sumus. Cùm in unum sententiæ omnium congruerēt, Camillum per oratores summis precibus ducem accersebant. Ille non prius inquit se magistratum accepturū, quàm ciues quibus in Capitolio erant, idipsum legibus decernerent, & se ducem ex consulto dicerent: eos enim censendos patriam seruare, qui si iubeant, uoluntatem ipsorum non grauatim seruaturum: si autem ciues hoc minus agerent, nihil inuitis illis facturum. Camilli religionem probitatémque omnes admirabantur. Sed quomodo hæc in Capitolium denūtiarentur, facultas deerat: nam impossibile arbitrabantur, hostibus urbem habitantibus in arcem mittere nuntium posse. Erat quidam adolescens Pontius Comitius non 45
summo genere, nec tamen obscuris parentibus ortus, uerùm honoris glorieque cupidus: hic sua spōte ad Capitolium iter sine literis, ne si ab hostibus intereeptus esset, Galli mentem consiliúmque Camilli nosterent, ingreditur: qui uili ueste indutus, & sub ea suberum ferēs, aliam uiam intrepidè peregit. Cùm uerò iam uesperi ad urbem appropinquaret, & per pontem à barbaris seruatum iter negaretur, capiti uestem inuoluens, quæ breuis leuisque erat, subero per aquas nando delatus flumen tranauit, & ad urbē ascendit. Et uigiles semper declinās, ducta ex luminibus ac tumultu cōiectura, ad Carmentalem portā, qua plurimùm erat silētij, se cōtulit. Hīc quid ageretur per 46
silētium diu speculatur: nam huic Capitolium maximè, & directò incumbit, & petrā magno circuitu atque asperitate natura ipsa locauit: per eam enim latenter ascendit, & eos, quibus custodia arcis demādata erat, magno labore per locum uacuum petit: quos cùm salutasset, & suum ipsis nomen indicasset, receptus ad principes Romanorum contendit. Qui ad conuocatum senatum ingrediens, statim uictoriam Camilli, quam nondum acceperant, denuntiauit: narrauitque militum sententiā, ac persuasit Camillo dictaturam deferri, cùm illum imperatorē tantùm expeterent omnes ciues Romani, qui essent extra urbem. Illi his auditis, agitato consilio Camillum dictatorē desi-

dēsignant, & Pontium retro eadem uia remittunt. Qui ut prius, bona usus est fortu-
47 na: nam eius transitus hostes latuit. Itaque Romanis qui Roma aberant, nuntiat ea quæ à senatu acceperat. Illi libenti animo Camillum pro Dictatore susciptūr. Camillus iam duo millia militum, itémque plures à sociis coegerat, & ad hostes aggrediēdos præparauerat. Hoc modo secundā Camillus Dictaturam adiit: qui dum ad Veios contendit, militibus occurrit, & à sociis tanquam aduersus hostes iturus esset, plures milites collegit. Quidam ex barbaris qui Romæ erant, cùm fortè transirēt per ea loca, quibus noctu Pontius in Capitolium ascenderat, & sepe uestigia discernerent manuum ac pedum in ascēsu & regressu, sæpe autem attritam semitam atque dilapsus, ad regem hoc referunt. Rex cùm ad locum ueniret prospicerétque, tūc obticuit: ueseperi autem conuocatis his qui leui essent corpore, ac maximè quibusdam ex Celtis,
» quique ad superādos montes idonei, inquit: Viam nobis incognitam hostes ad ipsos
48 ostendunt ea parte qua nec ascensus nec reditus apparet hominibus. Vehemēter eru-
» bescendum est, urbem in ditionem nostram redegisse, & hunc locum tanquam inex-
» pugnabilem negligere, ipsis docentibus hostibus, qua uia arcem aggrediamur. Ea e-
» nim parte qua unus facilè ascendit, nec multis singulatim difficile, quinimò mutuo
» auxilio aditus difficultas leuabitur. Itaq; munera ac honores pro cuiusque meritis re-
» ferentur. Hac à rege habita oratione, multi ex Gallis alacres ad mandata peragenda sese accingunt, & media nocte per petram, ac inuia præruptáque loca taciti in Capitolium ea parte qua ascensus mollior uidebatur, euadunt, & iam arcem stationésque dormientes apparant inuadere. Sed nec ab homine, neque à canibus hostium ingressus perceptus est. Sacri anseres iuxta Iunonis templum inerant, qui antea affluenti cibo pascebantur. Tunc quia uictus caritate laborabāt Romani, neglecti auseres fame
49 uexabantur. Est hoc animal natura pauidum, & sensu auditúque acerrimum. Illi propter famem uigilantes ac tumultuantes, statim Gallorum ingressum percipiunt. Qui cùm inter se clangore & cursu feruntur, omnes à somno Romani expergiscuntur. Barbari quia iam non latebant, tumultuando uiolentius irruunt: Romani arma, quæ fors obtulisset, rapiunt, & clamorem attollunt. Manlius uir consularis, & robore corporis atq; animi magnitudine clarus, omnium primus duobus ex hostibus unà occurrens, alterum eleuantem bipennem cæsa manu obtruncat, alterum umbone percussum in facie retrò perpetram præcipitem dedit. Aliis concurrentibus Romanis, ipse instans in muro, cum his qui ei aderant, quíque concurrerant, cæteros in fugam egit, cùm nondum multi murum superassent, nec quid laude dignum egissent. Cùm ita periculum euasissent Romani, & iam lucescēret, illum qui uigiliis præerat, è mu-
50 ro ad hostes per petram præcipitarunt. Manlio uictori præmium decernitur, & potius dignitati illius, quàm necessitati consultum. Quantùm enim cuilibet diætim ad uictum impartiebatur, illi contulerunt. Nam consueti farris selibras, uini autem quartam partem mensuræ græcæ, quam Cotylam uocant, tribuerunt. Sed Galli, quòd res minus prospera erat, uictu laborabant. Nam Camilli terrore frumentatum ire arcebantur: necnon pestis, cùm inter cadauera, quæ passim proiecta iacebant, & ruinas castra haberent, tum altitudo cineris euaporantis flante uento aerem siccitate tenuitatéq; malum, corpora hominum ex respiratione corruperat. Maximè autem huius rei causa fuit mutatio uictus, quòd ex locis umbrosis, qui ad æstiua agenda læta refugia præbent, necnon accessus ad humilem depressámque regionem, quæ autumnali
51 tempore ingrata est, ueniissent, illorum ualetudinem commouit. Diuturna iam facta Capitolij obsessio, septimum mēsem attigerat. Quare adeò magna hominum pernicies in castris orta est, ut propter cadauerum multitudinem multa corpora sepulchrū desiderarēt. Nec tamen propter hoc melius res obsessorum geritur. Fame enim molestiáq; illi angebantur, quoniā quod Camillus ageret, cognoscere non poterant. Nam ex eo quòd intentius barbari presidia stationésq; ad urbē custodiendā locarant, aditus

in Capitolium negabatur. Quibus rebus sic se habentibus,primùm fortuitu per stationes de cõponenda pace uerba fiunt,deinde optimatum sententia Sulpitius Romanorum tribunus militum ad colloquia cum Brenno profectus, in pactionem uenit, *mille pondo auri pendere,& illos ex urbe regionéq; decedere. Ad hanc rem iureiurando adhibito,& auro delato,Celtæ dum aurũ ponderaretur,cùm adessent, & clàm primùm,apertè deinde lancem premerent atq; grauarent, Romani in eos de hac iniuria queruntur. Brennus ridens ponderi gladium atque cingulum apposuit. Sulpitius cùm interrogaret,quare hoc? Quid aliud,inquit Brennus, nisi dolor uictis? qui sermo in prouerbium usurpatus est. Romanorum autem quidam hoc grauiter ferébant,dicebántq; sumpto auro retro abeundũ & barbarorum expeditionem ferédam. Quidã concedere,nec ad maiorẽ iniuriam prouocare sanius arbitrabantur. Nam habita temporũ ratione,iniuriam tolerandam esse,atq; aurum conferendũ,quanquam non pulchrũ,sed necessariũ. Cùm de his aduersus Celtas altercatio à Romanis oriretur, Camillus ad portas cum exercitu aduentauit. Qui interrogãdo, postquam de re certior factus est,exercitum ut erat sequi iussit. Ipse cum primoribus properãs,statim ad Romanos concedit. Susceptus honorificè & cum silentio pro Dictatoris dignitate,aurum ex uehiculo arripiens seruis contulit,Celtas uehiculum atq; lancem capere & abire imperauit, dicens Romanis patrium morem esse, non auro,sed ferro patriam tueri. Brenno grauiter hoc ferente,dicentéq; iniuria affici,quòd fœdera uiolarentur: Camillus contrà inquit,pactiones non ratas,nec legitimas esse iniussu suo factas,eùm ipse Dictator sit,nec alter supra eum magistratum gerat,qui non habentibus facultatem paciscendi cum hostibus authoritatem præbuerit. Nunc quod uelint dicendum,cùm legitimus dominus adsit, qui ueniam petẽtibus daturus est,atq; supplicium,nisi eos pro iure non egisse pœniteat. His uerbis Brennus tumultuãs bellum acuit. Itaque strictis utrinque gladiis inuicem misti tumultuando per domos & angiportus,ut res poscebat,diuertunt,cùm pro ipso rei militaris ordine loca occupare non possent. Brennus rectè sentiens,statim non cæsis multis,Celtas ad castra deducit. Noctu dato signo ut taciti omnes uasa cõligerẽt,urbem reliquit, & iter sexaginta stadiorum profectus,haud longè Sabina uia cõsedit. Postquã dies illuxit,Camillus egregio cum exercitu Brennum petit, secum Romanos tunc magna audacia fretos habens: & cùm iam diu fortitérque pugnatum esset, multa clade occupatis castris, Gallos fundit fugátque. Fugientium quidam à persequẽtibus cæsi,quosdam uerò & plurimos per agros palantes, uicinæ urbes uillæque occidêre. Sic Romam captam, profectò admirandum: sed mirabilius per septem mẽses sub ditione barbarorum positam,saluam esse factam. Camillus,ut digna res erat,tanquam ille qui amissam recuperasset patriam,& in pristinum statum reduxisset,triumphauit. Qui è Roma cum filiis propter bella secesserant,statim rediere. Illi uerò quos in Capitolio per obsidionem fames penè absumpserat, occurrentes, ex ea præsenti & insperata iucunditate inuicem lachrymantes amplectebantur. Sacerdotes atque templorum ædiles omnia quæ in fuga corripuerant sacra,uel occultando uel secum ferendo, ut illa ab hostibus seruarent,ciuibus qui illorum desiderio uidendorum tenebantur,ostenderunt. Hæc illi læto animo tanquam deos suos Romam redeuntes conspexerunt. Camillus facta re diuina,lustratáque urbe, ac remotis his quæ indigna uidebantur, sacra suis restituit. Famæ templum non immeritò eo loco, ubi diuina uox cecidit Ceditio Marco,qui exercitum barbarum denuntiauit, instruxit, sed magna cum difficultate,multóq; augurum labore. Vrbes gloria Camilli in fidem Romani populi rediere. Verùm cùm opus esset urbem omni ex parte corruptã ædificatione instaurare,animi molestia ad opus faciẽdum multitudinem inuasit, & segnities Romanis inerat,quibus in omniũ rerum difficultate positis,tũc otio ac laboris remissione propter recentia mala potius erat opus,quàm molestia premi atq; grauari,cũ neq; rebus, neq; corporis

Faciũt coron. 112000.

poris uiribus ualidi essent. Sic igitur conuersis ad Veios animis,urbem omnibus rebus ornatam, clàm magistratus illis qui in administranda repub. ad gratiam agunt, tradebant,& seditiosas contra Camillũ uoces libenter audiebant, illum honoris gloriæque suæ causa satis idonea urbe se spoliare uelle; curaréque summo conatu ut diruta loca habitarent, & urbem quam ferè funditus ignis absumpserat, renouaturum esse,ut non solùm dux atque imperator Romanorum,uerumetiã conditor,contempto Romulo,appellaretur. Qua ex re cùm magno inuaderetur terrore senatus,ne tumultus urbani fierẽt,Camillo quanquam inuito in annum Dictaturam prorogauit, etsi mos esset nullo modo ultra sex menses Dictaturam retineri. Senatus uerò blandiendo atque exhortando populũ placabat,& sacra patriáq; sepulchra atq; locos sanctos,quos Romulus,uel Numa,uel quiuis alius regũ ipsis sacrauerat dederátq;,ostendebat,& in primis caput nuper inuentũ in Capitolio dum fundamenta foderẽt,tanquam fatis datum esset locum illum caput Italiæ futurũ, & æternum ignem à uirginibus Vestalibus custoditũ obscurari rursus ac restingui,relicta urbe ad dedecus ipsis accessurum,siue quòd eam ab aduenis habitatã uisuri sint, siue quòd deserta pecoribus pascua sit præbitura. Hæc cùm ad singulos priuatim & publicè multis persuasionibus apud populum agitarentur,rursus à multitudine de instauranda urbe in querelas itum est,& summis precib. actũ, ne ipsos tanquã ex naufragio nudos egenósq; factos,ad reliqua prostratæ urbis molienda coercerent, cùm alterã urbem paratã haberent. Camillus senatus concilium aduocauit,& multa ipse pro repub. exhortando disseruit,multa etiam alij,quibus orationẽ in senatu habere libuit. Tãdem ipse assurgens Lucium Lucretium,qui primò sententiam dicere consueuerat,iussit orationem primùm habere, deinde ut ordine ab aliis sententiæ dicerẽtur. Facto igitur silentio, cùm Lucretius principium dicendi aggressurus esset,fortefortuna centurio ex præsidiis diurnis cum cohortibus reuertens præteribat, qui magna uoce signiferũ appellans,inquit: Signifer,statue signum,hîc pulchrè manebimus. Eodem momento consilium de futuro,ac incertitudo exortæ uocis fuit, quãdo Lucretius deum adorauit, supplicauítq; cum omniũ astantium assensu,ut eum ad id dicendũ afflaret,quod bonum, faustum felíxq; senatui,populóq; Romano foret. Admirãda fuit ex hoc omine permutatio animorum multitudinis de urbe requirenda,quæ sese exhortando ad opera facienda consequebatur, sed non ordine aliquo, aut laboris impartitione, uerùm ut quisq; paratus erat animo,ducebatur ad loca molienda. Itaque urbem ædificiis dirutam,ciuibúsque desolatam, celeri studio ac solicitudine instaurauerunt. Ferunt enim intra annũ muris publicis & priuatis ędibus illam fuisse renouatã. Illi quibus à Camillo negotium datum erat, ut sacras ædes suis locis reædificarent, turbatis omnibus rebus, postquam in ædem Martis uenerunt, circumeuntes palatium,(nam & hoc ut alia ferro ac igne dirutum à barbaris apparebat) eùm operam purgandis locis & moliendis muris impenderent,fortè in baculum Romuli profundissimo in cinere demersum incidunt. Hic ambas cuspides flexas habet: uocatur uerò Lituus, & ipso dũ auibus auguria captant, in designãdis futuri ædificij locis,iaciendísq; fundamentis utuntur,quo & Romulus,qui nihil nisi auspicatò faciebat,usus est. Sed postquàm è conspectu hominum euanuit,sacerdotes baculum sumentes tanquam rem sacram intactum seruauerunt. Cùm hoc ab igne seruatum offendissent,cæteris rebus corruptis,magnam de Roma spem susceperunt, tanquam æternã illi salus futura esset,seruato signo. Nondum his rebus nauata opera erat,cùm unà Secani, Volscíque, ac Latini in agrum Romanum impetum fecere,& Tyrrheni circa Sutrium,quæ societatem cum Romano populo inierat,castra posuerant. Cùm tribuni militum qui belli principatum habebant, apud montem Martium à Latinis ferro famẽq; premerentur,& in discrimine amittendorũ castrorũ positi Romã mitterẽt, Camillus tertiò Dictaturam induit. De hoc bello duplex fama est: sed prius eam quæ uulgatior est,

Dictaturæ magistratus sex mensiũ.

Lituus.

narrandam duximus. Ferunt Latinos, siue ut occasionem belli quærerent, siue ut sic
planè uellent rursus sanguinẽ Romanorum suo admisceri, à Romanis uirgines mu-
lieres petiisse. Dubitantibus Romanis quid agendum esset, cùm nondum horridum
bellum susciperé auderent, nec iam uires recuperassent, timeréntque ne Latini dum
Romana connubia peterent, obsides per insidias quærerent, ancilla nomine Tutula,
uel ut quidam dicũt, Philotida, principes monuit, ut ancillas in morem nobilis spõ-
sæ ornatas, & maximè eas, quæ & pulchritudine & liberali aspectu existerent, cum ea
mitterent, reliqua uerò se curaturam. Principes persuasi, habito electu ancillarũ, pro
rei opportunitate & uoluntate illius, illas & auro & ueste ornatas Latinis, qui nõ pro-
cul urbe considebant, miserunt. Noctu cæterę ancillæ gladios hostibus subduxerunt. 62
Tutula uerò siue Philotida caprificum excelsam ascendens, post terga ueste reiecta,
Romam uersus, quemadmodum cum principibus conuenerat, flammam eleuauit,
quod nemini aliorum ciuium constabat. Quare postquam principes festinãdo mi-
lites ad inuicem exhortátes, & uix in ordinem sese constituentes cõuocauere, magno
cum tumultu illi ad pugnam egrediũtur. Cùm ad uallum uenissent hostium, qui so-
mno se dederant, hoc minus expectantes, castra occupãt, & plurimos ferro trucidãt.
Hæc nunc Iulij, tunc Quintilis nonis gesta sunt, & soléne illud certamen cognomen
illius rei factum est. Primùm enim per urbem congregati ambulátes, multorum no-
mina & patria & communia, magna uoce appellãt, ut Caium, ut Marcum, ut Luciũ,
& his similia, imitantes eam appellationem, qua tunc mutuò compellando ex indu- 63
stria utebantur. Deinde ancillæ magnificè ornatæ circumeundo ludunt in occurren-
tes scommatis, certántque inter se, imaginẽ eius certaminis quod cum Latinis est ha-
bitũ, effingentes. Cùm uerò conuiuantur, umbra fici tegũtur, & diem illũ Capratinas
Nonas appellant, ut putant, propter ficum illam quam ancilla ascendit, ac flammam
extulit. Nam syluestrem ficum, caprificum uocant. Verùm alij horũ plurima in mor-
te Romuli facta dictáq; esse arbitrãtur. Eodẽ enim die ipsum extra portã repẽtè pro-
cellosa caligine circunseptum, uel (ut alij putant) eclipsi solis orta, ab oculis homi-
num euanuisse ferunt, eámque diem ab hoc Nonas Capratinas appellatam: nam αἶγα
capram appellant. Et Romulus apud Paludem Capream orationem ad suos habens
euanuit, ut in commẽtariis rerum ab eo gestarum scriptum est. Plurimi scriptorum
hanc alteram opinionem magis asserunt. Camillus tertiò dictator designatus, cùm 64
accepisset tribunos militum atque exercitum obsidione arceri à Volscis Latinisque,
non solùm ætate florentes, sed quosdam etiam qui iam annis graues erant, ad capien-
da pro patria arma coegit. Cùm igitur longo circuitu ad montem Martium clam
hostibus uenisset, post ipsos castra locauit, & per magnos ignes eius aduentum signi-
ficauit. Romani igitur qui obsidionem patiebantur, audaciores facti, de prouocan-
dis ad pugnam hostibus animo agitabant. Latini uerò Volscíque cùm de hostibus
suspicarentur, sese intra uallum magna lignorum oppositione tuentur, & undique
exercitum obstruunt, statuúntque uallo clausi, Tyrrhenorum atque ea quæ è domo
futura erant auxilia præstolari. Hoc cùm Camillus præsciisset, timens ne id quod fe-
cerat, sibi accideret, ipsis hostibus circundatis, rerum opportunitatem accelerauit.
Præclara res gestæ. Cùm ingens lignorum adstaret aceruus, & magna ex montibus flamina spirarent, 65
parata ingenti pyra, diluculo copiis eductis, iussit quosdam sumptis telis ex una par-
te, sublato clamore, contra hostes ruere: ipse secum ducens eos quibus negotium erat
datum, ignem ea parte ualli proiicere, qua uenti uehementius flarent, opportunita-
tem temporis expectauit. Pugna atque sole uentóque ingenti exortis, dato irruen-
di signo repentè circuncirca flammas iactant in uallum. Itaque statim accensis ma-
gnis undique obicibus ligneis, nulla Latini medela, nullis præparatis rebus extin-
guere ignem potuere. Sed postquam ignis quasi uniuersa castra corripuerat, cùm
iam non amplius uires igneas in angustissimum locum coacti sufferre possent, in ar-

matas

matas acies hostium, quæ pro uallo adstabant, sese præcipites iaciunt: horum pau-
cis fugere licuit. Deprehensos autem intra uallum omnes ignis corripuit, donec Ro- 66
mani, ut res hostium raperent, flammas extinxere. His confectis, relicto in castris Lu-
cio filio, quem custodem captiuorum hominum ac rerum præposuit, ipse in agrum
hostilem incursionem fecit: & Aecanorum urbe capta, reconciliatísque Volscis, sta-
tim copias ad Sutrium ducit. Nondum uerò ea quæ illis acciderant, didicerat, sed exi-
stimans illos à Latinis in rerum discrimine clausos obsidione teneri, auxilia prepara-
bat. Illi uerò iam hostibus urbem tradiderant. Ipsi autem exceptis uestibus cæteris re-
bus omnibus spoliati, cum filiis atque uxoribus fortunam suam deplorantes, Camil-
lo aduentanti occurrũt. Camillus eo aspectu misericordia motus, cùm uideret etiam
Romanos collachrymantes, atque hunc rerum euentum molestè ferentes, Sutrinos
inhærentes Romanis, statuit ultionis abiecta dilatione, eo die repẽtè ad Sutrium iter
67 corripere. Nam existimabat hostes Sutrium urbem ditissimam omnes ingressos, il-
lam sine timore incustoditam habere. Planè uera animo consilia agitauit: non enim
solùm eius aduentus regionem, uerumetiam urbem latuit. Itaque & portas & mu-
ros nullis præsidiis seruatos occupauit: nam illi per domos sparsi, uino ac Veneri in-
dulgebant. Postquàm senserunt urbem ab hostibus iam captum iri, ita uehementer
crapula grauati passim iacebant, ut paucis fugam arripientibus, omnes domi expe-
ctantes, & sese hostibus præbentes, turpiter ferro perirent. Vrbs Sutriorum, quæ bis
uno die capta est, hoc modo Camilli opera hostibus fugatis, à ciuibus recuperata est.
Hic triumphus non minus ei gratiæ atque gloriæ comparauit, quàm primi illi duo.
Nam ciues qui ipsum odio insectabãtur, omnia potius bona quadam fortuna, quàm
uirtute geri dicentes, tunc res gestæ prudentia ac fortitudine Camilli, coegerunt ut
68 uiri gloria extolleretur. Marcus Manlius, qui primus Celtas Capitolium noctu ag-
gredientes ex arce expulerat, unde Capitolinus appellabatur, Camillum inuidia o-
dióque apertissimè persequebatur. Hic cùm putaret se & gloria, & authoritate pri-
mum in repub. esse, & non posset Camillum optima natura uirum gloria superare,
gesta Camilli ad tyrannidem criminando extorquebat, & multitudinem ac præser-
tim ære alieno onustos per factionem sibi conciliabat: nam quosdam in iudiciis cõ-
tra creditores patrocinio tuebatur, quosdam uerò ui eripiebat, & pro legibus con-
tra eos agi non permittebat. Quare breui multorum, quibus res ampla domi non
erat, beneuolentiam sibi conflauerat: qui audacia petulantiáque forum uexantes,
multùm terroris optimatibus iniecerant. Postquàm eorum causa Quintus Capi-
69 tolinus Dictaturam iniit, in carcerem Manlium detrusit. Sed cùm populus in si-
gnum mœroris uestem mutaret, quod usurpatum erat in magnis publicísque cala-
mitatibus, senatus pertimescens ne tumultus in ciuitate oriretur, iussit Manlium
dimitti. Manlius dimissus nihilo modestior erat, sed insolentius factiones seditio-
nésque in urbe agitabat. Itaque Camillum rursus tribunum militarem senatus elegit.
Cùm igitur contra Manlium accusationes adducerentur, magnopere accusatoribus
aspectus obfuit. Nam is locus, quo noctu in Capitolium ascendens Celtas pugnan-
do propulsauit, in conspectu eius dum causam oraret, erat: hic ad misericordiã mo-
uit animos Romanorum. Ipse enim manus illò extendens, lachrymásque effundens,
pugnam illam ante oculos differendo posuit. Quare iudices pendentes reddidit, &
iudicia differenda præbuit, qui ipsum in manifesto crimine deprehensum dimittere
nolebant: neque legibus uti poterant, quòd locum in quo pro repub. fortiter pugna-
70 uerat, ante oculos situm habebant. Camillus cùm rem prudẽter perciperet, iussit mu-
tato loco iuris, ut extra portam ad lucum Petilium iudicia agitarentur. Vnde cùm nõ
esset aspectus ad Capitolium quando de eo iudicia tractarentur, & iudicibus memo-
ria rerum ab illo gestarum animo excidisset, dignum pro meritis suis suppliciũ tulit.
Manlius igitur damnatus in Capitolium deductus est, & per petram deiectus, eundẽ

locum habuit,& pulcherrimæ gloriæ,& ingentis calamitatis monumentū. Romani diruta eius domo,ædem deæ quam Monetam appellant, ibi dedicauerūt, sanxerúntque decreto publico,ne quis in futurum ex patritiis arcem habitaret. Camillus cùm iam maturus æui esset, & quodammodo inuidiam, & odiū suæ felicitati tanta gloria extimesceret, sextò tribunatum militarem renuit. Sed manifestissima erat excusatio 71
corporis mala ualetudo:illis enim diebus in morbū inciderat:nec minus tamen magistratum ei populus præbuit,exclamans,quanquā non equitaret nec arma ferret,tamen in bello esset terrori hostibus. Itaq; tantummodo præsidere uolens, magistratū iniit,& cum uno ex collegis Lucio Furio contra hostes pergit.Hi Prænestini Volscíque erant,qui magno exercitu agros sociorum Romanorum depopulabantur.Cùm igitur non longè ab hostibus castra locauisset,quanquam pugnandum esset,putauit bellum terendum tempore, ut corpus ad conserenda prælia roboraret. Lucius collega eius ingenti gloriæ libidine ad pericula aggredienda summopere tractus, persuasis centurionibus ac turmarum principibus,timens ne inuidia quadam à iunioribus sibi gloria eriperetur,inuito Camillo in aciē copias eduxit. Ipse uerò quòd mala ua- 72
letudine laborabat,in castris cum paucis relictus est. Lucio prælio uelociter temeréque ineunte,cùm Camillus perciperet Romanos in fugam uersos,sese nō continuit, sed ex toro prosiliens, & per fugientes irruēs in hostes, cum seruis ad portas ualli obuiam uadit. Quare statim quidam conuersi illum sequuntur, quidam autem extrà profecti ante eum stantes pugnabant,& sese inuicem hortabantur, non deserendum imperatorem.Tunc hostes sic à persecutione destiterunt.Postridie Camillus eductis copiis,prouocatísque ad pugnam hostibus,egregiè ipsos deuicit, & in fugiētes facto impetu,uallum occupauit, quamplurimósque ferro trucidauit. Post hæc cùm audiuisset ciuitatem Sutrinorum à Tyrrhenis captam, & omnes habitatores qui Romani erant,iugulatos, eos qui minus apti essent ad conserēdas manus, Romam dimisit. Ipse uerò sumptis his,qui ætate & audacia uigebant,cōtra Tyrrhenos,qui urbem occupauerant,irruit:quos cùm uicisset, partim expulit, partim necauit. Camillus Ro- 73
mam rediens, multáque spolia referēs, declarauit prudentissimos esse eos, qui neque imbecillitatem corporis,neque senectutem pertimescerent:sed uel inuitum & ęgrotantem potius,quàm floridos ætate iuuenes,& magistratum summis uiribus ambiētes,principem belli deligerent eum, qui imperator & audacia, & peritia rei militaris clarus esset.Quapropter fama exorta Thusculanos deficere à fide populi Romani,bellum Camillo demandatum est. Camillus cùm sibi cōcessum esset, ut unum ex quinque collegis optaret: prætermissis aliis rogantibus, Lucium Furium præter omnium spem optauit.Hic erat ille, qui nuper præter Camilli sententiam pugnauerat, & rem malè gesserat.Verùm cùm uellet infamiam ac ruborem huius uiri obscurare,eum sibi collegam aduocauit.Thusculani ut malefacta dissimularent, tegerēntque, iam in 74
eos motis à Camillo copiis, ad agros colendos tanquam tempore pacis, homines ad opera facienda egredi iubent: portæ patefactæ adstabant, pueri in ludo literis indulgebant, populus in tabernis officinísque artes suas exercebat, ciues togati foro utebantur, principes tanquam nec bellum expectarent, nec bellandi sententia extitissēt,amicitiam Romanis pollicebantur. Nec tamen Camillus credidit,quòd illi à populo Romano descíscere non instituissent. Verùm cùm miseratus esset eorum pœnitentiam,iussit ut ad senatum uenirent,ac iram eius placarent:quod si factum esset, se in senatus sententiam concessurum, & tanquam eius esset, omnia crimina urbi remissurū.Hæc clara facinora sexto eius militari tribunatu gesta. Post hæc Licinio Sto- 75
lone magnas in urbe seditiones excitante, contra senatum populus summis uiribus annitebatur,constitutis duobus cōsulibus, ut alter popularis crearetur, nō ambo patritij,tribuni plebis creati sunt:nā multitudo comitia consularia haberi nō permiserat. Itaq; cùm res propter cōtumaciā principatus administrarētur magnis seditionib.

quartò

quartò Dictatura,inuito populo,à senatu Camillo demandabatur:sed ipse ad hoc nō satis prompto animo erat,neq; aduersus homines propter multa magnáq; bella contumaces sibi futuros,tanquā pluribus bonis cum his foris, quàm cum patritiis domi rempublicā affecisset,contentiones suscipere uolebat,præsertim cùm per inuidiā electus esset;ut uel populū uincens opprimeret,uel à populo uictus opprimeretur.Itaq; conatus Camillus præsentibus rebus repugnare; cùm perępisset diem quo tribuni plebis legē laturi erant; numerum militum recēsuit, populúmq; ex foro in campum
76 accersiuit,minatúrq; non obedientes magnas pœnas daturos. Tribunis populi ex aduerso Dictatori repugnātibus indicentibúsque pœnam quinq; myriadum argenti, nisi decretum ac legem contra populū èditam abrogaret: siue quòd pœnā exiliúmq; timeret,se iam senectute confecto minimè dignam, siue quòd uires populi immēsas insuperabilésq; superare posse minus confideret, domum concessit; & simulata corporis mala ualetudine,Dictaturam deposuit.Senatus alterum designauit Dictatorē. Ille magistrum equitum ęligens Stolonem principem seditionis, causā fuit ut ea lex quæ magnopere patritios tristitia afficiebat,approbaretur.Hic enim legem tulit,nemini plura quingentis iugeribus habere licere.Tūc quidem Stolon hoc decreto clarus habitus est,sed paulò pòst ipse eo crimine damnatus fuit,quod cæteris prohibue-
77 rat,& secundum eam legem quam ediderat pœnas dedit. Cùm iam controuersiæ de comitiis consularibus deficere inceptarent, quòd grauissimum genus seditionis primas partes in urbe habuerat, & senatui aduersus populum sentienti maximas molestias præbuerat, clari in urbe rumores nuntiantur, Celtas iterum ab Adriatico mari traiicientes multis myriadibus Romam celeriter contēdere. Pariter cum hoc rumore belli opera inceptantur.Nam in regione iam agri ab hostibus uastantur, & quibus non facilè erat Romam confugere, ad montes euasere. Hoc terrore omnis ciuilis seditio sedata.Et cùm omnium sententiæ in unum cōcederent,quintò Camillum uno animo dictātorem deligunt. Hic iam senectute uehementer ingraueścebat, & quasi octogesimum annum attigerat. Qui cùm necessitatem & periculum animaduerteret,neque gloria,ut antea, allectus, neque excusatione usus,sed statim sese accingens
78 militum delectum habuit. Animaduertens uiolentum barbarorum robur positum esse in gladiis, quos barbarico more nulla arte ferebant, & capita humerósque cædebant, galeis ferreis leuibúsque circuitu plures armabat, ut ipso ictu gladij debilitarentur atque frangerentur. Clypeos autem lamina ferrea circundabat, cùm ligni uires sua sponte ad ictus perferendos minus ualidæ essent.Ipse milites docuit,ut longis cominus uenabulis utentes, & ictibus gladiorum hostilium subiicientes, impetus sustinerent.Postquàm Celtæ ad Anienem fluuium castra locauerant, ingēti præda onusti, Camillus eductis copiis in mollibus tumulis undique ferè clausis, statiua habuit,& plurimam partem castrorū celari,paruam uerò aspici posse uoluit, ut cùm ab hostibus tabernacula arduis in locis instructa perspicerentur, timere uiderentur.
79 Hanc opinionem cùm Camillus augendam censeret,nulla illis,quos hostes depopulati fuerant,auxilia tulit, sed uallo sese claudens nihil agebat, usquequo pabuli causa quosdam uagos à castris progressos incessanter ad summam usque ebrietatem gulæ indulgentes cognouit. Tunc cùm iam adhuc nox esset, expeditos præmittens milites,qui barbaris in ordinem constitutis impedimento essent,& egredientes turbarēt, diluculo exercitum eduxit,& latis in campis multos fortésque,non quemadmodum barbari expectabant, paucos atque ignauos, in aciem redegit. Hoc primùm animos Celtarum deterruit, quòd Romani ad bellum eos eliciebant. Deinde quòd expediti milites irruentes prius quàm copię in ordinem redigerentur,ac per turmas diuiderētur,irritarent,& ui ad cōgregatos milites irrumpentes,sine ordine dimicare cogerēt.
80 Tandem Camillo iubente ordines prælium conserere, illi gladios attollentes celeri cursu ferebantur. Isti autem hastis occurrētes, & partes ferreas ictibus supponentes,

ferrum molle illorum ac tenue longúmq; ſuſtinuerunt. Quare ſtatim flectuntur gladij atque duplicantur. Scuta autem hærentibus pilis perforata, & grauata ſunt. Quapropter priuati propriis armis barbari, nitebantur armis illorũ rem gerere, & pila manibus eruere atque auferre. Romani animaduertentes eos inermes eſſe, gladiis utebãtur. Itáque miſerrima orta cæde, eorum qui erant in frontibus, alij per campos fuga diſſipati (nam promõtoria Camillus occupauerat) caſtra quia incuſtodita erãt, quòd magna fiducia pugnatum eſt, non difficulter capta ſunt. Hanc dimicationem tertio fuiſſe anno poſt captam Romam ferunt. Romani qui magno barbarorũ terrore perculſi fuerant, hac uictoria maximam contra Celtas audaciam ſuſcepere, tãquam mala fortuna aduerſante, & non uirtute ac uiribus primò ab illis uicti fuiſſent. Tantus 81
autem tum erat terror, ut lege caueretur, ſacerdotes immunes à militia eſſe, niſi urgeret bellum Gallicum. Hunc itaque finem habuerunt Camilli certamina militaria, cùm in hoc magiſtratu urbem Velitras obiter ſine bello cepit. Erga Camillum in repub. maximo odio afficiebatur populus, qui potens ex uictoria rediens, annitebatur contra legem alterũ ex conſulibus inuito ſenatu populare eligere. Senatus uerò Camillum deponere magiſtratũ non ſinebat, tãquam illo Dictatore maiori authoritate pro principatu optimatũ pugnaturus eſſet. Poſtquàm ſedente Camillo ac in foro iura dicẽte, lictor tribunorũ populi nomine iuſſit Camillũ ſequi, & tanquam illũ ducturus manum corpori adduxit, & maximus clamor ac tumultus forum occupauit, propulſantibus lictorẽ ex ſuggeſto his, qui erant circa Camillum, multitudine autẽ retrò ut traheretur dicente, dubiis præſentibus rebus Camillus magiſtratũ non depoſuit: ſed aſſumptis ſecum his, qui in cõcilio erant, ſenatum petit, & priuſquam dicere aggreſſus eſſet, ad Capitolium conuerſus deos teſtatur, ut ea dicturus ſit, quæ tandẽ bene uertant reipublicæ, & ſi ſeditio ciuilis tollatur, templum Concordiæ ædificaturũ ſe pollicetur. Cùm multæ in ſenatu uariæque contentiones eſſent, quòd in uarias ſen- 82
tentias ciuium mentes trahebantur, tandem in hanc ſententiam itum eſt, ut alter ex conſulibus popularis crearetur. Dictator cùm ad populum hoc nuntiaret, ſtatim (ut æquum erat) populus cum ſenatu reconciliatus eſt, & Camillum plauſu ac clamore domum uſque remittunt. Poſtridie autem congregati decreta tulere, ut Concordiæ, quemadmodum Camillus uouerat in foro & in concione, ingens pro rebus bene geſtis templum moliretur. In celebritatibus quas Latinas uocabant, addita una die, per quatriduum ſolennitates inſtituerũt, & deinde ſtatim Romanos coronas ferre ac rei diuinæ intendere uoluerunt. Comitiis à Camillo habitis, Marcus Aemilius ex patritiis, Lucius Sextus primus ex popularibus, cõſules deſignati. Res geſtæ à Camillo huiuſmodi exitum habuere. Anno deinde ſequenti cùm Roma graui peſte laboraret, ex multitudine innumera uis cecidit, ex principibus uerò plurimi, inter quos Camillus omnium annis grauiſſimus, maturo funere obiit, & plus deſiderij ac luctus quàm cæteri omnes, qui ea tempeſtate peſtilentia ceciderant, Romanis reliquit.

Pericles.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

A prè à Chria orditur.

CAESAREM cùm peregrinos quoſdam Romæ locupletes homines 1
canum & ſimiarum catulos circunferentes gremio, eíſque deditos intueretur, interrogaſſe ferunt, nunquid apud illos mulieres liberos parerent. Sapiens profectò, & digna principe admonitio, qua arguũtur hi, qui præter naturam, eam indulgentiã & charitatem, quæ maximè debetur hominibus, in feras impẽderent. Num igitur

igitur quia canum & ſimiarum catuli & docilitatis aliquid & attentionis in ſe ad res inſpiciendas habere uidentur, idcirco animus noſter adducitur ratione ad eos reprehendendos, qui hoc ad res, nec auribus cuiuſquam nec ſpectatione dignas, contẽptis
2 honeſtis & utilibus ſtudiis, abutãtur? Nam ſenſui quidẽ, qui perturbatione ad omne quod ſe offerat atq; occurrat; mouetur, fortaſſe neceſſarium eſt, id quod obiectũ eſt, ſiue utile, ſiue inutile ſit, cõtemplari: mente autem & ratione unicuique natura eſt datum (ſi uelit) uti & ſeipſum uertere ſemper, & ad id quod uideatur optimũ, facillimè immutare. Quocirca decet contemplationes circa optima occupatas tenere, ne contemplentur ſolùm, uerumetiam contẽplando nutriantur. Vt enim oculis is color eſt cõgruens, cuius ſpecies ipſa & uenuſtas aſpectũ paſcit, ſic oportet ad ea ſpectacula intendere animũ, quæ ſuo & proprio bono uoluptatẽ & delectationem præbẽt. Hæc ſunt in his operibus, quæ à uirtute proficiſcuntur, quę aſpectu ipſo æmulationẽ quandã & ſtimulos ad imitandũ iniiciunt. At cæteris in rebus nõ ſtatim admirationem facti ſequitur, ut ad ipſum opus excitemur, ſed plerunq; etiã cõtrarium euenire
3 ſolet. Opere enim ipſo delectamur, eius authorẽ cõtemnimus ac deſpicimus: quemadmodũ in ſuauiſſimis unguẽtis ac purpuris: iis enim oblectamur, tinctores uerò & unguẽtarios illiberales & ſordidos eſſe ducimus. Ex quo ſapiẽs, illud Antiſthenis, qui cùm audiſſet Iſmeniã optimum eſſe tibicinẽ, At homo nequã eſt, inquit: non enim ſi probus foret, tibicen eſſet. Et Philippus cùm accepiſſet filium ſuauiter quodã in loco
ceciniſſe, urbanè eſt obiurgatus, Nõ te pudet, inquiẽs, q; ita pulchrè canere ſcias? ſatis *philippi dictum in Alexandrum.*
eſt enim regi, canentibus aliis audiẽdi otium ſupereſſe: ac permultùm quidẽ uidetur impartiri Muſis, ſi cæteris his de rebus cõcertãtibus, ipſe ſpectatorẽ ſe præbeat. Ipſum autem per ſe opus explere humilium atque abiectarũ rerum, ex labore illis impenſo
4 deſidiam ſuam ad præclara opera, & inertiam facilè arguit. Nec ullus unquam ingenuus adoleſcens cùm Piſæ Iouem eſſet intuitus, Phidias fieri cõcupiuit, aut Iunonem Argis, Polycletus, nec Anacreon aut Philemon, aut Archilochus, etſi uehemẽter eorum opera ſit admiratus. Nõ enim neceſſarium eſt, etſi admodũ oblectet opus quod iucundum ſit, idcirco ſtatim artificẽ eius probari. Vnde ea nihil ſpectantibus utilitatis afferunt, quibus nihil excitantur ad imitandum, nec adducuntur quidẽ, ut ſimilia facere cõcupiſcant. Verùm uirtus eiuſmodi eſt, ut ipſis ſtatim rebus geſtis ita afficiat homines, ut non modò admirẽtur opera, uerũ in authores quoque ſummo ſtudio ac deſiderio incendantur. Nam in bonis quidem externis, poſſidere tantùm ac perfrui; at in uirtutibus res ipſas geſtas expetimus. Ad hæc illa quidem nobis ab aliis, hæc autem aliis à nobis ſuppeditari uolumus. Honeſtas enim ad ſe allicit, atque ad agendũ ſtatim impellit, nec imitatione ipſa ſpectatorẽ probum, ſed ipſo opere cõſpecto effi-
5 cit, ut anteponenda cæteris iudicetur. Quapropter nobis quoque faciendum eſſe uiſum eſt, ut uitas clarorum hominum (ut cœpimus) mãdaremus literis, & hoc decimo libro Periclis ac Fabij Maximi, qui cum Annibale bellum geſſit, uitam complexi ſumus, qui cùm cæteris uirtutibus inter ſe ſimiles, tum manſuetudine, iuſtitia, patientiáque in tolerandis populi moribus, & in collegarũ inſolentia perferenda, utiliſſimi patriæ extiterunt. An autem rectè coniiciamus, ex ipſis quę de his traduntur, licet iudicare. Pericles enim tribu quidem Acamãtides, curia uerò Cholargeus, familia au- *Genus.*
tem & genere tum paterno, tum materno clarus. Nam Xãthippus, qui in Mycale regis præfectos deúicerat, Agariſtam ex Cliſthenis genere in matrimonio habuit, qui Piſiſtrati filios expulit, & generoſo animo tyrannidem ſuſtulit, leges etiã tulit, opti-
6 méque rempub. temperauit, & ad concordiam, & ad cõſeruationem. Ipſa autem ſtatim per quietẽ ſibi uiſa eſt leonem partu edere, & pòſt paucis diebus Periclẽ peperit, ſpecie quidem corporis haud indecora, capite uerò oblongo, nec cęteris partibus re- *Corporis habitus.*
ſpondenti. Ex quo omnes ferè eius ſtatuæ uelãtur caſſide, quòd uidelicet nollẽt ſculptores ea re hominẽ deformiorem uideri. Et Attici poetæ eum σχοινόκεφαλον, cõtumeliæ

grátia,appellare ſoliti ſunt,quia ἀπὸ ſcyllam interdum uocant. Cratinus igitur,Diſcordia,inquit,& longæuum tempus admiſta inuicẽ,magnum procreant Tyrannũ, quem Cephalegeretã dij nuncupant. Ac rurſus: Venis hoſpitalis ac bone Iupiter. Teleclides uerò interdum difficultate rerum dubiũ, ſedere ipſum ait in ciuitate grauato capite temulentum,nonnunquam ex capite undeclinio tumultum magnũ excitare. Eupolis autem cùm interrogaret de ſingulis oratoribus,qui ab inferis aſcẽdiſſent,poſtquam ultimus nominatus eſt Pericles,dixit: Vtiq; caput inferorũ eduxiſti.

Inſtitutio. Ipſius autem in Muſicis præceptorem Damonem plurimi fuiſſe conſentiunt, cuius 7
nomẽ aiunt correptã prima ſyllaba proferri oportere. Ariſtoteles autẽ affirmat apud Pitoclem Muſicæ operam dediſſe. At Damon uidetur, cùm maximus ſophiſta eſſet, quò multitudinẽ latẽret,uim artis,Muſicæ nomine tegere ſtatuiſſe. Verſabatur autẽ cum Pericle aſſiduè,ut cùm athleta ciuilium rerum gymnaſtes ac magiſter. Haud tamen Damonẽ lyra potuit occultare,ſed ut homo factioſus & dominãdi cupidus, ciuitate eiectus,Comicis materiã prębuit. Plato igitur quendã illum ità rogantẽ induxit: Primùm igitur dic mihi expetẽti atq; optanti,Tu enim,ut aiunt,ô Chiron, Periclem educaſti. Zenonis etiam Eleatis phiſici,ut Parmenides, auditor fuit, qui artem 8
quandam dicendi,quæ ex contradictione in ambiguitatem cõcluderet, edocebat,ut in his Timon Phliaſius inquit: Magna uis in utranq; partem diſputandi,nõ captioſa illa Zenonis omnia reprehendẽtis. Plurimùm uerò Clazomenio Anaxagora præ-
Laert. in Anaxagora. ceptore uſus eſt,qui illi magnificentiam animi,atq; elationem grauiorem ad popularem potentiam capeſſendam iniecit,eiúſque ingenium maximè excitauit, atq; incendit. Hunc eius ætatis homines mentem appellabant,ſiue quòd eius prudẽtiam in contemplanda cognoſcẽdáque rerum natura excellentẽ & ſingularẽ admirarentur, ſiue quòd rerũ principia non in fortuna ac neceſſitate,ſed in mente pura,atq; ſecreta ab omni commiſtione locaſſet,quæ commiſtis cæteris & cõcretis,æquales particulas
Mores. diſtribueret. Hunc uirum cùm in ſumma admiratione Pericles habuiſſet,in eo gene- 9
re doctrinæ,quod ſublime & excelſum uocant,maximè inſtructus, illam animi celſitudinẽ nõ modò in uita,atq; oratione ſeruauit ab omni turbuléta & malitioſa ſcurrilitate ſeiunctam,ſed ore quoq; & uultu ipſo triſtior ac ſeuerior fuit,nulla iucunditate aut uarietate,& qui habitu etiã corporis ab omni animi perturbatione inuictus uideretur,ſono autem uocis & cõformatione maximè placidus atque ſedatus,ac cæteris quæ ſunt huiuſmodi, mirificè perterrebat omnes. Igitur ab imperito quodam & intemperante homine per diem totum conuitiis, ac maledictis laceſſitus in foro, ſilentio pertulit,nocte uerò modeſtè & temperatè domum diſceſſit, cùm eum maledicus ille ſequeretur,& cõtinuè magis maledicendo feruéſceret. Vt autem ad ipſam ianuam uentũ eſt,quod iam tenebræ eſſent,quẽdam ex ſeruis accepto lumine deducere hominẽ,& domũ ſiſtere iuſſit. Verùm Ion poeta dicit morẽ Periclis in congreſſu & conſuetudine ſuperbũ inflatúmq; fuiſſe,eíq; elationi cõtentionẽ & deſpectionem aliorum admiſtam fuiſſe. Laudat autem Cimonis ad omnẽ motum facilitatem. Sed Ionem,qui uirtutẽ tragica quadam diſciplina prædità eſſe, & ſatyricũ quiddam habere uult,omnino omittamus. Eos autẽ qui Periclis grauitatẽ & ſeueritatem elatę opinionis & inflationis nomine criminãtur,hortatur Zeno,ut eiuſmodi ſibi aliquã inflationem pergãt parare,ut ipſa ſimulatione honeſtorum ſibi æmulationẽ quandam latenter ſuggerant. Neq; hos ſolùm ex Anaxagoræ conſuetudine Pericles fructus percepit,uerumetiã ſuperſtitione ſe liberaſſe uidetur, quæ ad res ſublimes metũ iniicit ignorantibus cauſas,& circa diuina ob imperitiam pauidis atq; attonitis,quæ phyſica ratio amouens,ſecurã & ſpes optimas afferentem religionẽ inducit. Dicitur 11
Pericli aliquando arietis caput uno cornu ex agro eſſe delatum, atque Lamponem uatem cùm cornu eſſet intuitus,robuſtum & ſolidum in media fronte ſitum,dixiſſe: Cùm duæ eſſent factiones in ciuitate, Thucydidis unã,Periclis alterã,ad eã peruẽturum

rum eſſe imperium, apud quam eiuſmodi portentũ eſſet. Tum Anaxagoram aperto capite arietis,offendiſſe cerebrum teſtam non cõpleuiſſe,ſed eſſe acutum in formam oui,& ex omni parte coire ad eum locũ,ubi cornu radix eſſet affixa. Qua re Anaxagoram primùm admirationem præſentibus attuliſſe, ſed paulò poſt Lamponẽ, cùm ſublato Thucydide,omnes populi opes ad Periclem delatæ eſſent. Prohibuit autẽ nihil phyſicum ac uatem ueritatem attingere,cùm hic cauſam rei,ille exitum optimè percepiſſet. Huius enim facultatis erat,ex quibuſnam id cauſis ortũ eſſet, & quo pacto ortum eſſet,contemplari: illius uerò cuius gratia,& quid ſignificaret, prædicere.
12 Qui autẽ cauſæ inuentionem abolitionem ſigni aiunt eſſe,non animaduertũt ſe unà cum diuinis coniiciendi quoq; arte reſcindere,fragores diſcorũ,facularum lucẽ,obumbrationes gnomonis,quorũ unumquodq; ex principio quodã & cauſa cuiuſdã rei ſignũ eſt factum. Sed hæc quæ ad huius operis ſcriptionem nõ pertinent, in aliud tempus differantur. Pericles igitur cùm iuuenis foret, uehemẽter populũ uerebatur. Etenim uidebatur Piſiſtrato tyranno,forma quidẽ perſimilis eſſe. Vocis quoq; ipſius ſuauitatem & uolubilitatẽ celeritatémque linguæ,ſenes admodũ propter ſimilitudinem extim eſcebant. Cùm uerò diuitiis,& genere,& opibus amicorũ præſtaret plurimùm,ueritus teſtæ exilium,nulla ex parte rẽpub. attigit, in imperiis militaribus uir fortis & expertus. Itaq; poſt Ariſtidis obitum, & Themiſtoclis fugam,cùm Cimonẽ quotidie ferè procul à Græcia peregrina militia detineret,ſic iã ſeipſum Pericles populo dedit præter eius naturam,quæ minimè popularis erat, diuitum loco, uulgi & pauperum partes ſecutus,metuens ſcilicet inuidiam & ſuſpicionem appetendæ ty-
13 rannidis. Et quòd uideret Cimonẽ maximè optimatibus ſtudere, & ſumma diligẽtia obſeruari à nobilitate,ſe ad populum contulit,ut ſuarũ rerum ſtatũ roboraret,& ſibi contra illum opes & potentiã compararet: ac ſtatim in his, quæ ad uitã & uictũ pertinent,alium ſibi ſtatuit ordinem. Vna enim uia tantũ in urbe,qua ad forũ & iudiciũ itur,utebatur: cœnarúmq; apparatus,& cæteram huiuſmodi omnem uoluptatem & conſuetudinem cõtemſit ac reiecit,ut tam longo tẽpore,quo in repub. uerſatus eſt, nunquã apud amicũ cœnarit,præterquã Euryptolemo nuptias celebrante, uſque ad libationes cùm affuiſſet, ſtatim diſceſſit. Cõuiuia enim ad omnem animi elationem deprimendam ualent,nec facilè eſt in conſuetudine grauitatem & ſeueritatem conſeruare. In uera autem uirtute,quæ maximè apparent, quæque in promptu ſunt, o-
14 mnibus pulcherrima uidẽtur eſſe: & in bonis & probis uiris nihil eſt,quod tam moueat exteris admirationem, quàm congredientibus quotidiana uitæ cõſuetudo. Hic autem populi frequentiã & ſatietatem,quam interuallis explebat,fugiẽs, non omni de re dicebat,neq; accedebat in concionem,uerùm ſeipſum,ueluti ſalaminiam triremem,ut Critolaus ait,ad res maximas & opportuniſſima tempora reſeruabat: cætera per amicos & oratores alios gerebat, quorũ Ephialtem unũ fuiſſe ferũt, qui Areopagitarum potẽtiam ſuſtulit,& magnam(ut inquit Plato) & immoderatam ciuibus libertatem parauit,ex qua populum ueluti equum immitem & indomitum,Comici
15 aiunt imperia recuſare,mordere Eubœam,inſulis inſilire. Ad ipſum porrò uitæ cultum & apparatum,magnitudinéq; animi idoneam orationem,ueluti exædificatum ſibi quoddam organum accõmodans, Anaxagoram frequẽter adhibuit, fuco oratorio philoſophicam diſciplinam uelut permiſcens. Hanc enim mentis altitudinem omni ex parte perfectam & abſolutam(ut diuinus ille inquit Plato)ad ipſam ingenij naturæ bonitatem,comparauit ſibi ex philoſophia: quam commoditatem cù mad ipſam dicendi artem adiunxiſſet,permultùm cæteris oratoribus præſtitit, idcirco & cognomen ei Olympium additum ferunt. Tametſi plerique ex monumentis locíſq; publicis,quibus urbẽ exornauit: alij ex ui & acrimonia,qua præſtitit in adminiſtranda repub. imperiiſque militaribus,Olympiũ ipſum nuncupatum eſſe opinãtur. Nec immeritò quidẽ uidetur ex multis eius uiri maximíſq; ornamentis hanc illi gloriam

Iuuenis æſtimatio.

Authoritas i repub. quibus artibus parta & conſeruata.

Ariſt. Polit. 2.

In Phædro.

Cognomẽ ex rebus præclariſſimè geſtis.

acceſſiſſe. Hoc autem cognomentum ex elóquentia impoſitum declarant poetarum 16
eius ætatis comœdiæ, quorum ſunt illæ tum ſeriò tum ioco in eum uirum coniectæ
Dicendi uis. uoces, quibus illum cùm concionaretur coruſcationes effundere, ciere tonitrua, horrendum in lingua fulmen gerere dixerunt. Eſt etiam illud Thucydidis Mileſij in Periclis uim dicẽdi ſalsè urbanéque dictum. Erat enim Thucydides nobilis uir, qui diu in repub. Pericli eſt aduerſatus. Archidamo enim Lacedæmoniorum rege rogante, uter alteri palæſtra, Periclésne, an ipſe præſtaret: Vbi ego, inquit, hominem pugnãdo deieci, ipſe ſe non cecidiſſe defendens uincit, & cernentes è ſententia deiicit. Verũtamen ad dicendũ timidè accedebat, ut cùm ſuggeſtum eſſet aſcẽſurus, diis uota faceret, ne quod uerbũ ſe imprudẽte aut inuito efflueret, quod ad rem ipſam minus pertinere uideretur. Itaque nihil ab eo, præter decreta quædam, mandatum literis extat.

Monumẽta. Memorãtur autem in hoc ipſo genere perpauca omnino, ut eſt illud quo Aeginam, 17
ueluti Pyræi lippedinem delendam cenſuit, quóq; ſe inquit proſpicere bellũ à Peloponneſo impendẽre ciuitati. Et cùm Sophoclem collegam haberet in prætura, ac ſimul aliquando nauigaſſent, collaudaſsétque Sophocles formoſum puerum: Nõ ſolùm, inquit, ô Sophocles, prætorem decet manus, uerùm etiã oculos continentes habere. Narrat etiam Steſimbrotus, eum cùm laudaret illos, qui in Samo interierãt, dixiſſe, eos ueluti deos immortalitatem eſſe conſecutos: non enim eos oculis, ſed quibus affecti ſunt honoribus intuemur, hiſq; bonis quæ aſſecuti ſunt, immortales eſſe coniicimus. Hęc igitur manere eos, qui mortem pro patria oppetierint. Thucydides

Lib. 2. optimatum quãdam Periclis rempub. ſummatim perſcribit, quæ uerbo quidem reſ-
Principatus in republica. pub. foret, re autem regnum, quòd uir unus in ea principatũ obtineret. Sũt alij quo- 18
que permulti, qui dicant ab eo primùm in mores ciuitatis inductũ, ut ad captas urbes mitterentur coloni: plebi quò æqua ſorte ſpectaculis intereſſet ex publico dãdi, & æra diuidendi authorem fuiſſe: populúmque ob eam quæ tum uigebat adminiſtrandæ reipub. rationẽ malè aſſuetum, intentúmque largitionibus, atque immoderatum factum eſſe, qui antè modeſtus & miniſteriis deditus fuiſſet. Licet autem ex ipſius rebus geſtis cauſam huius mutationis intueri. Ab initio enim (ut diximus) ob Cimonis gloriam, blanditiis populum capere atque pellicere nitebantur: uerùm copiis diuitiíſque inferior, quibus ille pauperes delinierat, cùm cœnam quotidie Atheniẽſium indigẽti cuique præberet, ſenioribus etiam ueſtes, macerias quoque agrorum ſuſtuliſſet, ut ad colligendos fructus uolentibus patẽret aditus: his Pericles populum demulcens, ad publicorum diuiſionem conuertitur, Oetæo Dæmoniade ſuadente, ut Ariſtoteles tradidit. Ac celeriter cũ ad ſpectationes & iudicia, facta largitione, aliiſq; 19
præmiis, & chororũ apparatibus, multitudinem corrupiſſet, eius ope cõtra Areopagi ſenatum utebatur, cuius ipſe expers erat, quòd neq; prætor, neque theſmotheta ſorte lectus eſſet, neq; belli dux. Hi enim magiſtratus uetere inſtituto ſortitò capi ſolebãt, & per eos comprobati in Areopagum aſcendebant. Quare magis Pericles cùm plurimùm iam ualeret in populo, concitata ſeditione eum ſenatũ delere geſtiebat. Itaq; multa ei iudicia per Ephialtem ablata ſunt, & Cimon ut Laconum ſtudioſus, populóque infenſus, in exilium pulſus, qui pulcherrimas uictorias ex barbaris reportaſſet, pecuniiſq; multis & ſpoliis hoſtium urbem locupletaſſet, ut in eius uita ſcripſimus. Adeò munitus erat Pericles opibus & gratia populari. In eiuſmodi exilio, quod Oſtraciſmũ illi uocabant, decennij erat exulibus tempus definitum. Per id tẽporis cùm 20
Lacedæmonij infeſto exercitu Tanagricum agrum inuaſiſſent, occurrẽtibus ſtatim obuiam Athenienſibus, Cimon ab exilio rediens in acie armata conſtitit, hac opera quidem cupiens Laconicam calumniã purgare, ſi unà cum ciuibus ſe periculis obiectaſſet. Periclis amici, facto impetu, eum ut exulẽ expulerũt. Idcirco uidetur Pericles decertaſſe fortiſſimè in eo prælio, ſplendoréq; & gloria exuperaſſe omnes, q; ne corpori ſuo quidem pepercíſſet. Interierunt omnes in acie Cimonis amici, quos in inuidiam

diam Pericles Laconicæ amicitiæ adduxerat: Ac pœnitentia facti Athenienſes & Cimonis deſiderium cepit, réque in finibus Atticæ malè geſta, & grauiore belli expectatione uehementer ſoliciti erant: quæ cùm ſenſiſſet Pericles, impigrè ſe ad leniendos
21 multitudinis animos contulit, ipſéque ſub decreto hominẽ reuocauit. At ille abiens cum ciuitatibus pacem compoſuit: erat enim cum eo Lacedæmoniis neceſſitudo & amicitia, quemadmodum cum Pericle & cæteris hominibus popularibus, maximæ inimicitiæ. Nonnulli tamen aiunt non prius reditum Cimoni à Pericle decretum, q̃ ſecreta fœdera per Elpinicen Cimonis ſororem conſtituta eſſent, ut Cimon cum ducentis nauibus permiſſo ſibi extra urbem militari imperio, ad regis agrum occupandum nauigaret, ciuilium rerum adminiſtrationem Pericles haberet. Viſus eſt autem iam antè Elpinices opera, Pericles multũ de aſperitate ſua in Cimonẽ remiſiſſe, cùm capitis accerſeretur. Erat enim & Pericles eorum unus qui iuſſu plebis Cimonem accuſabant. Itaque cùm eum Elpinice ſupplex adiret, ſubridens, O Elpinice, inquit, uetula es magis, quàm res tantas tranſigere queas: uerũtamen ad eius orationem ſe colligens, repudiata accuſatione ex omnibus accuſatoribus minimè Cimoni infeſtus
22 diſceſſit. Quonam igitur pacto Idomeneo credendum putamus, cùm Periclem accuſet, dicátque ab eo Ephialtem hominem popularem amicum ſuum, & gerẽdæ reipublicæ ſocium ac participem conſiliorum, ob ſuſpicionem atque inuidiã illius gloriæ, dolo eſſe ſublatum? Hæc enim tam uirulenta neſcio unde colligens uiro obiecit, qui quidem haud irreprehenſibilis per omnia fortaſſe fuit: ueruntamen parum cõſentaneum uidetur, hominem magno generoſóque animo præditum, tam tetrum & tam crudele in ſe facinus ſuſcepiſſe. Ephialtem igitur cùm metuendus nobilitati foret, & in exigendis rationibus, perſequẽdiſque populi aduerſariis implacabilis, inimici Ariſtodico Tanagrico percuſſore clàm per inſidias adhibito, oppreſſerunt, ut
23 Ariſtoteles affirmat. Cimon in Cypro imperator diem obiit. Optimates uerò cùm intuerentur Periclem cæteris ciuibus omnibus maximè opibus antecellere, uellentque illi uirum aliquem, præpotentem aduerſę factionis opponere, qui eius licentiam reprimeret, ne ſolus omnino rerum liberè potiretur, Thucydidem ex tribu Alopecia Cimonis affinem conſtituerunt Pericli aduerſaturum: qui cùm bellica quidem gloria inferior eſſet, quàm Cimon, forenſibus uerò ciuilibúſq; negotiis longè ſuperior, frequentiúſque urbem coleret, necnon cum Pericle ad pulpitum in certamen ſæpe deſcenderet, celeriter contrariam factionem ad reſiſtendum ualidam in repub. ſuſcitauit. Non enim nobiles & locupletes homines diſſipari, nec populo admiſceri, ut antè à multitudine dignitate ſua ſpoliatos, ſed ſecernens omnium potentiam iam
24 ualidam & coroboratam, in unum corpus coegit. Subocculta enim quædam ſimultas ab initio fuit, quæ uelut in ferro quandam differentiam plebis ac nobilitatis portenderet: ſed horum diſſenſio & contentio, ut altera ex factionibus plebs, altera pauci manifeſtè dicerentur. Quare tum Pericles cùm populo habenas relaxaſſet, ad popularem gratiam & nutum rempub. gerebat, quotidie celebre aliquod ſpectaculum in urbe inſtruere, præbere epulum, celebritatem inducere, nec imperitis uoluptatibus ciuitatem delinire. Sexaginta autem triremes quotannis emittere, in quibus multi ex ciuibus nauigabant, ſtipendiúmque ſingulis octo minæ erat, qui eas pro meditatione & exercitatione ad nauticã & maritimam diſciplinam perciperent. Ad hæc mille homines in Cherroneſum miſit, eius loci agrum ſibi diuiſuros: in Naxum uerò quingentos, in Andrum dimidiam horum partem, in Thraciam quinque millia colonorum dimiſit, Biſaltarum urbem unà cum ciuibus habitatu-
25 ros: aliam quoque in Italiam coloniam Sybarim, quos Thurios appellarunt. Atque hæc eo conſilio fecit, ut deſidioſo uulgo & ob otium rerum nouarum ſtudio erecto ciuitatem leuaret, proſpicerétq; plebis difficultatibus ac ſocios colonis additis, metu, præſidióque ab innouandis rebus prohiberet. Quod autem ciuitati magnopere uo-

luptati,cæteris autem hominibus terrori,& uniuerſæ Græciæ eorum potentiæ & antiquarum copiarum certiſſimo teſtimonio fuit,id eſt,donariorũ apparatus.Hoc maximè ex Periclis actis,quæ in repub.geſſit,eius inimici atq; obtrectatores reprehẽdere criminaríque,& in concionibus iactare ſoliti ſunt,populum dignitatẽ ſuam malè & flagitiosè tueri , quòd cõmunes Græcorũ opes ex Delo traductas in rem ſuã uerteret.In qua re,quæ honeſtiſſima & probatiſſima inerat ad refellẽdã calumniam cauſa, barbarorum uidelicet metu inde ſublatas, atque in tuto collocatas,eam retulit Pericles.Ac uidetur Græcia maximã contumeliam & ſuperbiſſimã tyrannidem tum per- 26
tuliſſe,cùm ea ſpectante,ex his quæ neceſſariò ad bellum impenderat,* illuſtraremus
auro & ſuperfluis ornamentis urbẽ,ueluti iactabunda & moroſa mulier,lapides pre-
tioſos,ſigna & tabulas admirati,& mille talẽtis exædificatas naues. Docuit igitur Pericles populum non obligari ſociis ad rationem,quòd pro iis bellum gereret, barbaróſque eiiceret, cæteris non equum , non nauem,non peditem,ſed pecunias ſolùm ſoluentibus,quæ non in eorum qui dant, ſed qui accipiunt,poteſtate ſunt,ſiquidem id quod acceperant,ſoluiſſent . Oportet autem ciuitatem rebus omnibus neceſſariis ad bellum optimè inſtructam, eò cætera quæ ſuppetant conferre,quibus paratis gloria immortalis conſequatur, parandis uerò copia largè ſuppetat.Suppetere autem,ſi 27
omnigenus quæſtus,omnigena opportunitas proponatur,omni artificio uariiſque miniſteriis conſtitutis,quæ cùm artem omnẽ excitent, omnémque moueant manũ, mercedem uniuerſæ referunt ciuitati,quippe quæ ex his non ornetur ſolùm, uerùm etiam alatur & ſuſtentetur. Illis enim qui ætate & uiribus prævalebant,ex militia opes parabantur. Indigeſtũ autem uulgum & ignobilem,cùm nec expertem quæſtus eſſe uellet,nec per otium deſidiámque lucrari, ad magnas rerum parandarum acceſſiones, artificioſáſque & multi temporis, multæque operæ indigentes inſtitutiones traduxit,ut ne quid minus hi qui domi forent, quàm qui nauigarẽt, aut in præſidio eſſent,aut militarent,ex publicis bonis ratione aliqua iuuarentur,participéſq; fieret. ubi enim materies erat,lapis,æs,ebur,aurum,ebenũ,cupreſſus:ibi quæ hãc tractant & exercent artes,architecti,fictores,fabri,lapidarij,tinctores, qui aurum & ebur mollirent,pictores quoque,& qui acu intexeret, tornarij, exportatoréſq; horum & baiuli, ut mercatores,nautæ,& gubernatores,qui ad rem maritimam ſpectãt. Et qui ad ter- 28
reſtrem rationem attinent,qui currus facerent, qui ad iugum alerent equos,aurigæ, & qui funes pararent,lapidarij,cerdones,ſtatuarij,& metallorum fabri . Vnaquæque autem ars,ueluti imperator,proprium exercitum ſeruilium &idiotarum hominum uulgus collectum habebat,quorum corpore ad miniſterium ueluti inſtrumẽto uteretur.Itaq; uſus & artificia diuiſerũt,diſſeminarúntq; in omnem ætatẽ atq; ordinem quæſtus & lucri facultatẽ.Surgentibus autẽ & ſe paulatim altius attollẽtibus operibus magnitudine quidem ipſa eximiis,forma uerò & gratia ſingularibus, nec imitatione ab ullo exequẽdis,artificibus quoq; artes ipſas ingenio ſuo & artificio illuſtrare certantibus,maximè admirabilis erat in his conficiendi celeritas.Nam quorũ ſingula uix uidebantur multis ſucceſſionibus atque ætatibus confici poſſe,ea uniuerſa una innouatione reipub.ad finẽ perducebãtur.Atqui per id temporis ferũt Agatharcho ſe efferente celeritate & facilitate pingendi animalia,audientem Zeuxim dixiſſe,Ego uerò in longo tempore.Nam in opere faciũdo promptitudo ac celeritas haud poteſt ſtabilem grauitatem & exquiſitam pulchritudinem rebus adiungere: at labori tempus impenſum,robur ad conſeruationem & perpetuitatem operis affert. Vnde Periclis opera magis admiranda uidentur breui confecta,quæ tandiu eſſent permanſura. Nam ſpecie quidem & pulchritudine ſingula iam tum ab initio uetuſta erant, flore autem ac uigore uſque ad hanc ætatẽ recentia ac noua.Sic in illis quotidie quædam nouitas efflorẽſcit, quæ aſpectum ipſum intactum uetuſtate atque inuiolatum conſeruet,non aliter ac ſi opera ipſa perpetuo quodã ſpiritu atq; animo illis inſito alantur

*Loquitur de Athenienſibus, quibus ſe adnumerare uidetur.

tur & uigeant: His autem omnibus diſponendis moderator Phidias & ſpectator in-
30 terfuit,etſi præclaros artifices opera haberent.Nam quẽ ἐκατόμπεδον παρθενῶνα uocant, Callicrates & Ictinus ædificare cœperunt . Et Eleuſino templo quo initiatur, quod ipſi τελεστήριον nominant, Chorœbus fundamenta iecit, columnáſque inferiores idem erexit,& epiſtyliis iugauit:quo mortuo Metagenes Oxypetius procinctum,& ſuperiores columnas addidit. Adyto faſtigiũ impoſuit Xenocles Cholargeus . At lõgum murum de quo Socrates audiſſe ſe refert,cùm Pericles ſententiam dixit,Callicrates faciendum conduxit.Inuehitur autem in opus Cratinus,ut tardè cunctantérq; abſolutum.Dudum enim,inquit,uerbis Pericles ædificat,opera autem non attingit. At Orcheſtram interiori ſitu multis ſedibus & columnis ornatam,tecto uerò pronã & decliuem,& uno tantùm faſtigio factam(ſimulachrum hoc regij tabernaculi fuiſſe tra-
31 dunt)duce & authore Pericle conditam eſſe ferunt.Idcirco in Thracibus Cratinus in Periclem iocatur,Schinocephalus hic,inquietis,Iupiter accedit Pericles,Orcheſtram in capite gerens,poſtquam Oſtracon præterit. Ambitione quoque impulſus muſicæ certamen in Panathenæis celebrari decreuit . Idem etiam præfectus exhibendis præmiis,ſtatuit quemadmodum & quatenus tibias inflari deceret, aut cantu & cithara uti . Spectabantur uerò & tunc & aliis temporibus in Orcheſtra muſicæ certamina. At arcis ueſtibula quinquennio ædificata ſunt Mneſicle architecto . Fortuna autem admirabilis,quæ circa eam fabricam euenit,indicauit nunquam abfuturã deam, ſed adiumento operi ſemper futurã.Nãque unus ex fabris,qui laborioſiſſimus & promptiſſimus erat, cùm decidiſſet ex alto,languerétque uehementer,deſperata à medicis ſalute,hac re mirificè dolore confecto Pericli dea per quietem ſe offerẽs curationem
32 oſtendit,qua ille uſus hominem ſtatim ad ualetudinem reſtituit . Huius gratia Hygiæ Palladis in arce prope aram ſignum conſtituit, ſicuti antea fuerat,ut fertur. Phidias uerò aureum deæ ſigillum finxit,ciúſque ut fictoris in columna nomen erat inciſum. Omnia enim ferè eius conſilio gerebantur , atque his omnibus, ut diximus, fabris ob Periclis amicitiam præfuit. Atque hoc alteri inuidiam conflauit,in alterum maledicta excitauit,quòd liberæ Pericli mulieres cùm ad opera irent, receptarentur à Phidia . Et Comici hinc argumentum ſumentes grauiter in eius petulantiã inuecti ſunt,iniecta calumnia in Menippi uxorem,hominis Periclis amici, ſecundúmq; poſt eum imperatorem locũ obtinentis:& in Pyrilampi auium nutritiones,cui cùm Pericli amicus foret,crimini eſt datum,quòd pauones mulieribus,quibus cùm Pericles coiret, ſubmitteret. Verùm quis miretur ſatyricos hominẽs, & uitæ hominum obtrectantes,ueluti pernicioſo quodam dæmone inuidia impulſos,in meliores ubique maledicta coniicere, cùm Thaſius Steſimbrotus deteſtandum facinus ac fabu-
33 loſum in filij coniugem contra Perielem conferre non dubitarit?Sic perdifficile ualdéque laborioſum uidetur,ueritatem ipſam hiſtoria cõſequi:quandoquidem & poſteris ex antiquitatis memoria rerum cognitio repetenda eſt, & hi, quibus contigit præſentibus res ipſas geſtas intueri, partim odio & inuidia, partim gratia & aſſentatione ueritatem corrumpunt ac peruertunt.Cùm autem clamitaret Thucydides,dicerétque Periclem pecunias ac prouentus profundere,populum rogauit in cõcione, nunquid uideretur multa expendiſſe:reſpondente uerò,plurima: Sint igitur,inquit, hæc nõ uobis expenſa,uerùm mihi,& in ipſis donis meum tantùm nomen inſcribã. Hæc dicente Pericle,ſiue admirati eius animi magnitudinem, ſiue de operum gloria certarent , reclamarunt,iubentes publicè ſumptũ faceret,nec ulli impenſæ parceret. Ad poſtremum,cùm de decennali exilio cum Thucydidæ in diſcrimẽ certaménque
34 ueniſſet,illum eiecit,& contrariam factionem euertit . Poſtquam igitur ſublata penitus ſeditione, & pacata & in unum redacta ciuitate, in ſeipſum omnino Athenas, compoſitáſque & ualidas Atheniẽſium res,tributa,exercitus,triremes,inſulas, rémq; omnem maritimam, multas item tum ex Græcis, tum ex Barbaris collectas uires,&

De Parthenone templo, Plinius lib. 34.cap.8.

Cic. offic.2.

Plinius lib. 34.cap.8.

imperium ex ſubditis nationibus ſuſcepiſſet,amicitiis quoque regum & ſocietatibus principum ſeptus undique ac munitus eſſet,non eundē ſe,nec ut antè mitē,& manſuetum populo præbuit,nec uerò facilè cōcedere,& frena cupiditatibus, & quaſi flatibus multitudinis relaxare:ſed ex diſſoluta illa & gratioſa populárique ratione,quēadmodum ex florida & molli harmonia,optimum atque regium gubernandæ ciuitatis morem in rēpub.reuocauit,eóque eſt honeſtè ac laudabiliter uſus.Maximè quidem docendo & ſuadendo agebat populum : interdum eo coacto & inuito, utilitati publicæ conſulebat,medicorum conſuetudinem imitatus,qui in uariis ac diuturnis morbis interdum uoluptates quaſdam cautas,interdum ſecationes & medicamenta ad ſalutem adhibent.Cùm enim uaria illi (ut cōſentaneum eſt homini in numeroſo adeò populo tantam molem imperij obtinenti) conflarentur incommoda, ita ſolus omnium inſtitutus erat,ut ea diligētia ſua ſopiret,& tollere poſſet: maximè uerò ſpe ac metu, ut gubernaculis quibuſdam, elatum populum ſibíque præſidentem reprimens,lánguentem uerò ac labentem excitans,oſtēdit ueriſſimum eſſe illud Platonis, oratoriam uim animis hominum imperare,eóſque ad quoſcunque uelit motus impellere:& eius opus permaximum in morum & perturbationum cognitione conſiſtere,quæ ſunt ueluti quidam accentus & uoces animi,ſuaui pulſu & conſonātia indigentes.Cauſa eſt non nuda orationis uis, ſed ut Thucydides inquit, uitæ dignitas, atque exiſtimatio innocentiæ,abſtinentiæque præclara,quibus ille ciuitatē magnam diuitiis & potentia amplificauit,& ad ſummū penè perduxit.Qui cùm uiribus multis regibus ac tyrannis excelleret,quod liberorum gratia quidam faciunt, à patre relictum ſibi patrimonium,nē una quidem drachma cumulauit. Atqui eius potētiam perſpicuè declarat Thucydides,criminosè Comici indicant, cùm Piſiſtratidas iuuenes, eius amicos nuncupent. Ipſum autem iurare iubent,ne tyrānide uti uelit, quòd ei excellentia quædam & magnitudo ſupra popularem ſtatum ineſſe appareret. Teleclides ait Athenienſes illi ciuitatis tributa,ipsáſque ciuitates,has quidem ligare,illas ſoluere,lapidea mœnia tum ędificare,tum rurſus eadem deiicere fœdera,opes,potentiam,diuitias quoque,felicitatémque permiſiſſe: ſanè non occaſione quadam aut gratia repub.florente,ſed quadraginta annos Ephialtis,Leocratis,Myronidis,Cimonis,Tolmidæ,Thucydidíſq; factionibus Athenis præfuit. Poſt cladem & fugā Thucydidis nō minus quindecim annis rem tenuit.Et cùm unus eſſet in annuis imperiis magiſtratus & dignitas, eam aſſecutus, ſeruauit ſe pecuniis inuictum:tametſi à quæſtu pecuniario non abfuit omnino,ſed paternas & iuſtas diuitias,ne eas per deſidiam & inertiam amitteret,neque circa alia occupatus negotij ex illis nimiùm caperet, ad eam rei domeſticæ rationem diſpoſuit,quam facillimam diligentiſſimámque putauit.Annuos enim fructus ſimul omnes uendebat,deinde ſingula neceſſaria ad uictū quotidianum emebat ex foro,ex quo neque iucundus pubeſcentibus liberis erat,neque ſumptuoſus in coniugem . Quare improbant illi uehementer hunc quotidianum diligētiſſimè collectum ſumptum,cùm nihil in adeò magna domo & locuplete redundaret,ſed omnis ſumptus omníſque prouentus ad menſuram, & numerum uocarētur. Is uerò,qui hanc omnem diligentiā in ſe ſuſceperat, unus erat ſeruus frugi Euangelus,homo ſic ut nullus alius idoneus ingenio,aut certè à Pericle ad curam rei domeſticæ ſic inſtitutus . * Quæ omnia ab Anaxagoræ ſapientia abhorrebant: ſiquidem & ipſe rem domeſticam non curauit, & agrum incultum pecori paſcendum dimiſit,magnificentia animi & diuino quodam furore correptus . Non eadem eſt enim propoſita uitæ ratio,contemplatiuo,ciuilíque philoſopho.Verùm hic quidem ſine inſtrumento aliquo & materia externa,mentem ad res pulcherrimas inueſtigādas,perſpiciendáſq; intendit:illi uerò cùm ad uſus humanæ ſocietatis uirtutem ſuam accōmodet,nō ſolùm explendæ ſuæ neceſſitatis, ſed aliorū gratia honeſtarum copiarum ratio eſt habenda : quod Pericles fecit,qui pauperes multos ſuis copiis ſuſtentabat.

Ars reipublicæ moderandæ.

Lib. 2.

Domeſtica diſciplina.

**videtur exemplaria Græca uariare.*

ſtentabat. Ac etiam ferunt Pericle negotiis intento, Anaxagoram deſtitutum omni cura,decrepita iam ætate, ſpontè mortem fame ſibi conſciſcere parauiſſe: eo nuntio permotum Periclem ad eum ſupplicem cucurriſſe, omnéſque preces lachrymis adiunxiſſe,non illius, ſed ſua potius gratia, ſiquidem talem in repub. ſocium conſiliorum amitteret.Expirantem uerò Anaxagoram,O Pericles, dixiſſe, & qui lucerna indigent,infundunt oleum.Sed cùm Lacedæmonij creſcentes Athenienſium res ægrè ferre inciperent,Pericles populi animos excitare,& ad rēs magnas erigere,decernere etiam,ut omnes Græci ubicunque uel in Europa uel in Aſia habitantes hortarentur, Athenas ad colloquium mitterent, de Græciæ templis incenſis à barbaris, déque ſacrificiis quæ diis immortalibus uouerant, quo tempore cum barbaris pugnatum eſt, conſultaturos.Ad hæc, ut firmata pace communi conſenſu tutum omnibus pateret ad nauigandum mare.In hoc uiginti uiri qui quinquageſimum annum exceſſerant, miſſi ſunt,quorum quinque Iones Dorienſéſque, qui Aſiam incolebant, & qui inſulas habitabant uſque ad Leſbum ac Rhodum, accerſitum iere. Quinque obierunt Thraciam & Helleſpontum,uſque Byzantium. Quinque poſt illos Bœotiam, Phoeidem,ac Peloponneſum, inde per Locros ad proximam continentem, in Acarnaniam & Ambraciam miſſi ſunt: reliqui per Eubœam ad Itæos, & ſinum Maleæ, & Phyotas,Achiuos,Theſſalos perrexerunt, ſuadentes Athenas proficiſci, & conſiliis intereſſe ad pacandum innouandúmque Græciam.Nihil autem factum,neque ciuitates coiere,Lacedæmoniis aduerſantibus,ut fertur,primúmque in Peloponneſo deprehenſi cœpti conatus. Hæc addidi, ut prudentiam eius animíque magnitudinem oſtenderem. In imperiis uerò militarib. adminiſtrandíſque bellis maximè eius gloria illuſtris fuit,quòd dubiæ nimium pugnæ periculum non ſponte ſuſciperet,neque eos duces qui adeundis periculis clari eſſent,celebratíque ab omnibus,adamauit,neque ſibi ad imitandum propoſuit, cùm ciuib. quotidie diceret, quantùm in ſe eſſet, immortales eos futuros. Itaque cùm intueretur Tolmidem Tolmei filium ſuperiori felicitate eximiíſq; honoribus ex bellicis rebus quæſitis, nulla oblata opportunitate temporis, in Bœotiam parantem inuadere, ſuadentémque his qui iuuenta maximè florerent, ſpontè militiæ munus obire, iámque ad quinque millia in eam ſententiam traducta,abſque aliis copiis, nitebatur in concione ab incepto, ſuadendo reuocare, uulgatum illud addens,Si minus Pericli parendum putaret,haud temerè faceret, ſapientiſſimum datorem conſiliorum tempus expectans. Tunc igitur illi hæc dicenti parum eſt applauſum,ſed paucis pòſt diebus allatum eſt in urbem nuntium, Tolmidem prælio circa Coroneam ſuperatum concidiſſe, multóſque fortes ciues in ea clade deſideratos eſſe.Quæ res Pericli magnā cum beneuolentia gloriam attulit,ut prudenti uiro & ſaluti ciuium conſulenti . Ex eius imperiis illud laudatur in primis,quo Græcos homines Cherroneſum incolētes ſeruauit . Non enim ſolùm mille Atheniēſium colonis eò deductis ciuitatū animos confirmauit, uerumetiā collem inter duo maria muniēs uallis atq; aggeribus, inſultus Thraeū Cherroneſo imminentiū excepit:graue autē & aſſiduum bellū excluſit,quo regio perpetuò tenebatur,ob barbarorum uicinitatē latrociniis infeſta.In eo uerò plurimū apud exteras gentes cum admiratione celebratus eſt,quòd Peloponeſum circūnauigaſſet,ex Pegis Megaricæ cētum aduectis triremibus.Nō enim ſolùm maritimas urbes, ut Tolmides antè, populatus eſt,ſed etiā longius prouectus à mari cum pedeſtribus copiis quas in nauibus habuit, alios quidē in mœnia repulit metu periculi & terrore perculſos, at in Nemea Sicyoniis excipientib. preliúmq; ſtrenuè conſerētib. fuſis,trophæū ſtatuit.Ex Achaia uerò, quę amica erat, militib. ad ſupplēdas triremes acceptis, in oppoſitā è regione cōtinēte nauigauit, Acheloúmq; tranſuectus, Acarnaniā excurſionibus infeſtā habuit, Oeneadáſq; in mœnia cōpulit.Cúmq; agrum magnis cladibus uaſtaſſet, populatúſque foret, demū ſoluit, cùm magnū terroré iniecisſet hoſtibus, uir bello fortis ac ſtrenuus

Prouidentia militaris.

Rei bellogeſtæ.

ciuibus uisus: nulla enim incidit eo duce ciuibus, ne fortuita quidem belli offensio. Deinde magna classe optiméque ornata & instructa, græcas quidem ciuitates, quarum ope & subsidio iuuabantur, benignè humanéque tractauit. Vicinis autem barbaris nationibus, regibus ac tyrannis ostendit potentiæ molem licentiámque & audaciam quacunque libitum foret nauigantium, maréque totum sub suam ditionem imperiúmque redigentium. Sinopésibus tredecim cum Lamacho reliquit naues, ac milites contra Timesilei tyranni uim: sed illo unà cum sociis & amicis ciecto, decreuit ut sexcenti Athenienses uolentes Sinopem præsidio nauigarent, unáque cum Sinopensib. urbem incolerent, potiti domo & agro quòd antè tyranni habuerant. Cæterum præterea nihil concessit, neque indulsit libidini & cupiditati ciuium, cùm fortuna & uiribus adeò elati animis forent, ut etiam de recipienda Aegypto, uexandísq; regis maritimis ciuitatib. cogitarent. Multos etiam mala illa & infausta Sicilię inuadendæ cupiditas habuit, qua Alcibiades & eius æquales oratores in posterum exarserunt. Erat quoque nonnullis Hetruria & Carthago instar somnij, quas spe & opinione occuparant, magnitudine & nomine imperatoris, prosperéque ad uoluntatem suam fluentibus rebus. Verùm Pericles continuit eiusmodi excursionem, & effrenatam rerum cupiditatem fregit cohibuítque, maximámque copiarũ partem in rerum partarum custodiam & firmamentum contulit, magnum opus ac difficile statuens esse Lacedæmonios arcere, quibus uehemẽtissimè infensus erat. Idq; cùm aliis quampluribus declarauit, tum his potissimùm quæ in sacro bello contigerunt. Cùm enim duxissent Lacedæmonij expeditiones in Delphos, Phocensibus templum obtinentibus, Delphis restituerunt: hic statim illis abeuntibus, trãsmissis eò copiis, rursus Phocenses introduxit. Cúmque Lacedæmonij oraculum quod à Delphis acceperant, in fronte ærei lupi incidissent, acceptum & ipse oraculum in eiusdem lupi dextro latere incîdi iussit. Quòd uerò res Atheniẽsium tota in Græcia optimè ab eo administratæ sint, ipsa facta testimonio sunt. Primùm enim Eubœensibus deficientib. eos cum exercitu inuasit: nec ita multò pòst allato nuntio Megarenses ciuitate exactos, copias hostium in finibus esse Atticæ, duce Plistonacte Lacedæmoniorum rege, Pericles exercitum ad Atticum bellum summa celeritate reduxit, sed prælio abstinuit, prouocantibus multis ac ualidis hostibus. Cùm autem animaduertisset Plistonactem iuuenem admodum Cleandridæ consilio gubernari, quem sibi ob ætatem Ephori imperij socium & custodem adiunxerant, hunc corrumpere pecuniis aggressus, celeriter donis datis muneribúsq; perfecit, ut Attica hostes abduceret. Vbi uerò exercitus abiit & per ciuitates dissolutus est, grauiter cõmoti Lacedæmonij, pecuniis regẽ mulctarunt: quas cùm ob magnitudinem soluendo non esset, ex Lacedæmone seceſſit. Cleãdrides autem fugiens rei capitalis damnatus est. Hic pater Gylippi fuit, qui in Sicilia Athenienses bello superauit: uisáque est illi gentilem quendam morbũ natura cupiditatem quæstus iniecisse, qua ipse quoq; turpiter in scelere deprehensus, Spartáque pulsus, pœnas exilio luit. Sed hęc in Lysãdri uita latius diximus. Pericles cùm in reddenda expeditionis ratione decẽ talenta quendam in usum necessariũ prolata monuisset, populus ritè éque repub. factum cõprobauit, nec solicitus nimis in re obscura perquirẽda fuit. Quidã prodiderũt, in quib. est Theophrastus philosophus, à Pericle decẽ talenta quotannis Spartam mitti solita esse, quibus cùm principes ciuitatis subornaret, sopitũ bellum tenebat, nõ pacem quidẽ mercatus, sed tẽpus, in quo per quietem cõpositis paratísq; rebus, robustius ad bellum incũberet. Quare statim ad eos qui defecerant cõuersus, aduectúsq; in Eubœam quinquaginta nauibus & quinq; millibus militũ, ciuitates in ditionẽ redegit. Ex Chalcidẽsibus, eos quos Hippobotas uocãt, diuitiis & gloria florẽtes exegit. Hestienses uerò omnes cùm ex regione expulisset, Athenienſium coloniã eò deduxit. Iis autẽ seueriſſimè usus est, quòd cùm nauem Atticam cepissent, eius homines obtruncarunt. Posthac factis cũ Lacedæmoniis triginta

ginta annorum induciis, nauigatio in Samum decernitur, in crimen uocatis Samiis, quòd iussi à bello contra Milesios discedere, nõ paruissent. Sed cùm dicatur Aspasiæ gratia permotus Samios oppugnasse, hîc iam tempus admonet ut de illa aliquid perquiramus, quæ ars in ea, aut quæ uis tanta fuerit, ut principes ciuitatis caperet, & à philosophis tantopere laudaretur. Nam fuisse illam Milesiam genere Axiochi filiã, consensu omnium satis patet. Dicitur autẽ Thargeliæ cuiusdam æmulatione, quam unam ex ueteribus Iadibus fuisse ferunt, per insidias ac blanditias in maximorum uirorum amicitiam insinuasse. Etenim Thargelia eximia forma & pulchritudine fuit, ad hæc ualebat plurimùm ui suauitatéque dicendi. Plurimis autem Gręcorum se exposuit: omnes uerò qui cum ea coierunt, cum rege familiaritate cõiunxit, eorúmque freta opibus, semina quædam suffudit ciuitatibus Medicę contagionis. At Aspasiam sunt qui dicant ob eius sapientiam ciuilémque disciplinam summo studio à Pericle obseruatam fuisse: nam & Socrates cum discipulis nonnunquam illam adibat. Mulieres quoque hi qui familiares erant ei in disciplinam tradebant, etsi parum pudicè uitam instituisset: siquidem apud eam puellæ quædam alerẽtur, quæ uulgato corpore quæstum facerent. Ait autem Aeschines Lysiclem ouium uenditorem, & obscura & humili natura hominem, primum Athenienſium Aspasiæ consuetudinẽ habuisse post Periclis obitum. Et in Menexeno Platonis, etsi prima iocosè scripta sunt, tantùm tamen historiæ ineſt, existimatam esse mulierculam ob uim oratoriam cum multis Athenienſium congredi solitam. Apparet igitur hanc Periclis cum Aspasia necessitudinem amatoriã magis fuisse. Erat enim ei coniunx generis coniunctione propinqua, quam Hipponicus antè uxorem habuerat, ex quo Calliã generauit illũ diuitem, ex Pericle uerò Xanthippum & Paralum: deinde cùm ingrata utrique foret consuetudo uitæ, eam haud inuitè alteri in matrimonium dedit, ipse deinde accepit Aspasiam, quam unicè adamauit. Nam & cùm exiret domo & cùm ingrederetur (ut aiũt) eam amplexus osculabatur: & Omphala puella, & Deianira, ac rursus Iuno dicebatur à Comicis. Cratinus autem contrà, pellicem ipsam uocauit his uersibus:

De Aspasia, Suidas.

I unonémque sibi Aspasiam parit & petulantem
P ellicem impudentem.

Videtur & nothum ex hac sustuliſse, de quo inducit Eupolis in Popularibus eum rogantem: Nothus autem mihi uiuit. & Pironidem respondentem, Ac iampridem fuisset uit, ni iam meretricium malum submetuit. Atque ita Aspasiã nomine & gloria claruisse ferunt, ut Cyrus qui de imperio Persarũ cum rege bello decertabat, chariſſimam sibi ex pellicibus Aspasiã nuncupauerit, cùm ei antea Miltæ cognomẽtum fuisset. Erat autem Phocẽsis genere Hermotini filia, quæ Cyro in prælio interempto, ducta ad regem captiua, apud eum plurimùm ualuit. Hæc quidẽ, quæ iam è memoria abierant scriptorum inopia, reiecisse, ac tacita prẽteriisse, fortasse contra humanitatem fuisset. Quę autem in bello contra Samios gesta sunt, decreto Periclis ob Milesios, rogatu Aspasiæ facta dicuntur. Ciuitates enim de Priena bellum gerebant. Victores Samij iubentibus Athenienſibus à bello discedere, & sibi iudicium permittere, non paruerunt. Eò igitur Pericles nauigans, paucorum principatum, cui apud Samios summa rerũ permissa erat, sustulit, ex primoribus acceptis obsidibus quinquaginta, totidémq; pueris, eos in Lemnum misit. Atqui ferunt singulum obsidem pro se talentum obtulisse, multáq; alia eos, qui ad populum rẽpub. deferri nolebant: Pissuthnes etiam uir Persa, beneuolẽtia Samiorum decem millibus aureorum ad illum missis, ueniam ciuitati orabat, nihil tamen Pericles accepit, sed ut decreuerat, de Samiis transegit, constitutáque populari administratione, discessit Athenas. Verùm illi statim defecerunt, obsidibúsque per Pissuthnem sibi furtim restitutis, parabantur ad bellum: ex quo Pericles in eos nec quietẽ agentes, nec metu perterritos, sed erectis animis maritima pugna dimicare paratos, classe contendit. Cõmissa igitur acri pu-

Thucyd. li. 1.

gna circa insulam quam Tragias uocant, uictor Pericles, hoste fuso, quatuor & quadraginta nauibus, septuaginta hostium naues debellauit, in quarum uiginti, milites uehebantur, in ipsáque uictoria & persecutione portu potitus, obsedit Samios. Non tamen illis adeò deciderant animi, quin auderent interdum urbem exire, & pro mœnibus hostem excipere. Sed cùm maior classis ab Athenis accessisset, ex omni aditu clausis Samiis, Pericles acceptis sexaginta triremibus ad Oceanum nauigare cõtendit (ut quidam ferunt) Phœnissis nauibus se obiecturus, quæ in Samum subsidio ferebantur, cum quibus instituerat quam longissimè prælium conserere: ut Stesimbrotus autem affirmat, in Cyprum missus, quod parum cõsentaneum uidetur esse. Sed quocunque id consilio fecerit, parum ei res ex sententia cecidit. Nauigante enim ipso, Melissus Ithagenis filius & philosophus, Samíq; imperator, despecta Athenienſium nauium paucitate, ducúmq; imperitia, suasit ciuib. Atheniẽses insidiis opprimi posse. Itaque conserto prælio, apud Samios uictoria fuit, qui multis ex Athenienſib. captis, permultísque corruptis nauibus, mari potiti sunt, réſque ad bellum necessarias quibus antè carebant, importarunt. Ab ipso etiam Melisso Periclem tradit Aristoteles nauali prælio primùm esse superatum. Samij persecuti contumeliis Athenienses, captiuis noctuam in frontibus inusserunt: nam Samiorum captiuis Athenienses Sæ-
Samæna. mænam inusserant. Est autem Samæna nauis quædam prorata mediocriter, sed concaua, & in uentris similitudinem formata, ut mare percurrere ac celeriter conuerti possit: sic dicta, quòd in Samo reperta primùm, ibíq; à Polycrate tyranno exędificata est. Ad hęc stigmata aiunt illud Aristophanis pertinere: Populus est Samiorum perquam literatus. Pericles igitur cùm primùm sibi de accepta in exercitu clade allatum est, properè auxilium tulit, superatóque Melisso acriter instanti, & in fugam coacto, hostes continuo aggere circundedit, quòd statuisset impęsa ac tempore magis quàm uulneribus, superato hoste, urbem uictoria obtinere. Vbi uerò animaduertit Athenienses, pertæsos moræ, ad prælium maximè spectare, nec eos à se facilè cõtineri posse, diuiso in octo partes omni exercitu, rem traduxit ad sortem, cuíque alba faba obuenisset, epulari, atque in otio esse permisit, cæteris pugnantibus. Idcirco dicitur posteros, dum uoluptatibus operam darent, album illum diem ab alba faba nũcupare solitos. At Euphorion ait, Periclem machinis usum esse, nouitatem secutum, præsente Artemone fabro, qui cùm loripes foret, ob ídque ad opera lectica delatus, inde Periphoreti cognomentũ traxisse. Hęc igitur ex Anacreontis poematis arguit Heraclides Ponticus, in quibus Periphoretus Artemon uocatur, permultis antè quàm ea Samio bello gesta sunt seculis. Addit etiam Artemonem ipsum hominem delicatũ ac mollem in uita fuisse, metúq; fractum atque stupidũ plurimùm temporis domi uixisse, duobus seruis æreum scutum supra eius caput sublatum tenentibus, ne quid in eum desuper caderet: quòd si quo casu cogeretur egredi, lectica tecto adoperta circunlatũ ferri solitum, ob hoc Periphoretum nuncupatum esse. Nono autẽ mense Samij belli, Pericles potitus urbe, mœnia deiecit, ablatísq; nauibus, multis pecuniis mulctauit Samios: quas partim continuò dissoluerunt, partim inita pactione, tempore constituto ad dissoluendum, dederunt obsides. Quæ Duris Samius accusans, tragicis penè uocibus in Athenienſium & Periclis crudelitatem inuehitur, de qua nulla, neq; à Thucydide, neq; ab Ephoro, aut Aristotele mẽtio usquã facta literis extat. Verùm in eo potissimũ uanus & mendax fuisse uidetur, quòd ab eis ait Trierarchos & milites Samiorum in forũ Milesiorum adductos, ibi decẽ dies alligatos tabulis esse detẽtos: cúmq; iam parum admodum uitæ superesset, iussu Periclis esse interemptos, lignis cõfractis capitibus, deinde quorundam corpora abiecta, exequiis & extremo honore sepulturæ caruisse. Duris igitur cùm neque ubi nulla priuata calamitas agitur, etiam ueris in rebus satis fidei habere sit solitus, magis uidetur hoc loco clades patriæ contendisse, ut hanc Athenienſibus crudelitatis notam inureret. Subacta uerò Samo, Pericles

cles ut primùm Athenas rediit, iis qui in bello ceciderãt, honorificẽtissimè funus fa-
57 ciendum curauit. Cúmque ad monumenta pro more eos funebri oratione laudasset, summam de se admirationem præbuit, descendentémque è pulpito aliæ quidẽ mulieres benignè excipientes, coronis ac uittis quemadmodũ uictorem athletam exornabant: at Elpinice accedẽs propius, Hęc admiranda sunt, inquit, Pericles, & coronis » decoráda, qui nos multis & fortibus ciuibus spoliasti: cùm nec Phœnicibus, nec Me- » dis intulisses bellum, ut meus frater Cimon, sed urbem sociam & necessitudine nobis » propinquam sub imperium redacturus esses. Hæc dicente Elpinice, subridens Peri- » cles, dicitur ad eam sedato animo illud Archilochi dixisse: Haud unguenti uetula cùm sis, oblita es. Tradit Ion mirificè elatum fuisse Periclem debellatis Samiis, quòd Agamemnon decem annis barbaram urbem, ipse decem mensibus Ionum primos
58 ac potẽtissimos deuicisset. Neque hoc sibi iniuria assumebat, adeò dubia belli fortuna magnúmq; periculum fuit: siquidem tradit Thucydides parum abfuisse, quin Samiorum ciuitas Athenienſibus imperiũ maris eriperet. Post hæc fluctuante iam Peloponnesiaco bello, suasit populo Corcyræis auxiliũ ferre, cùm ipsi à Corinthiis premerentur, & insulam naualibus maritimísq; rebus ualidam, sociam sibi adiungere, præsertim cùm iam à Peloponneso impendẽre bellũ, & propè instare uideretur. Decretóque à populo auxilio decem tantùm naues misit, Lacedæmonio Cimonis filio duce illis præposito, quasi contumeliæ gratia: multa enim beneuolentia & amicitia
59 Cimonis familiæ cum Lacedæmoniis erat. Vt igitur nullo magno aut præclaro facinore à Lacedæmonio in imperio gesto, ex Lacedæmoniorum amicitia eum in inuidiam magis & offensionem adduceret, paucis eum nauibus præfecit, inuitúmque & coactum extrusit, & ab urbe quotidie Cimonios procul filios habẽdos curauit, ut qui ne ipsis quidem nominibus indigenæ, sed alieni atque aduentitij uiderentur, quòd alteri Lacedæmonio, alteri Thessalo, alteri Eleo nomen esset. Videntur enim omnes matre Arcadica geniti esse. Cùm igitur Pericles ob decem ei datas triremes malè audiret, quòd & parum subsidij expetentibus atque indigentibus misisset, occasionem uerò magnam obtrectatoribus ad obiurgandũ dedisset, alias rursus plures in Corcyram deferendas decreuit, quæ confecto iam prælio, Corcyrã appulsæ sunt. Hanc rem ægrè ferentibus Corinthiis, Athenienséſq; in Lacedæmone accusantibus, accesserũt Megarenses grauiter querentes, præter ius gentium, prætérque Græcorum fœdus, o-
60 mni commeatu se ac portubus Athenienſium prohiberi. Aeginetæ autem quòd sibi malè tractari uidebantur, atque indigna pati, incitabant clàm Lacedæmonios, quòd arguere palàm Athenienses non auderent. Eodem tempore Potidæa ciuitas, quæ sub iure Athenienſium erat, Corinthiorum colonia, ob defectionem obsessa ab Athenienſibus, maturauit bellum. Veruntamen Lacedæmoniis mittentibus Athenas legatos, regéque Archidamo permulta ex criminibus refellente, lenientéque animos sociorum, haud est uisum quidem aliis de causis bellum Athenienſibus esse inferendum, si adducerentur ut decretum contra Megarenses rescinderent, & cum eis in gratiam redirent. Igitur cùm Pericles huic rei maximè aduersaretur, concitatáque multitudine pertinax contra Megarenses in sententia perstitisset, omnem belli inui-
61 diam in se uertit. Ferunt legatos ex Lacedæmoniis profectos Athenas, his de rebus in senatu dixisse, & cùm Pericles legem quandam protulisset quæ tolli tabulam prohiberet, in qua decretum erat inscriptum: Polyarcem quendam ex legatis dixisse, Tu uerò Pericles ne tollas, sed conuertas tabulam: non enim hoc fieri prohibetur lege. Quæ oratio cùm æqua & probabilis uideretur, nihilo magis Periclẽ permouit. Suberat igitur quædam (ut uidetur) priuata in Megarenses simultas. Communi autem causa palàm crimini dabant, sacrum eos lucum cæcidisse. Decernit igitur legatum ad Megarenses, eundémque ad Lacedæmonios, qui apud eos Megarenses accuset. Hoc Periclis decretum mite humanúmque uisum est, & æquitatis plurimùm præ

se ferre. Sed cùm Anthemocritus missus legatus, culpa Megarẽsium, ut ferebatur, interiisset, decernit Carinus hostiles esse inimicitias, nec antè denuntiatas & indictas. Quicunque autem posthac Megarensis in Attica esset deprehensus, capite plecteretur: militésque, cùm iureiurando adigerentur patrio more, adiicerent sacramento, se bis quotannis in Megarensium agros inuasuros. Ad hæc Anthemocritus cùm humi mandaretur iuxta Thriasias portas, quæ nunc Dipylon uocãtur, Megarenses inficias ibant, causámque Anthemocriti necis in Aspasiam Periclémq; transferebant. Nitebantur uerò peruulgatis quibusdam Acharnæi uersibus, qui tum omnibus erant in ore, & in quibus id quodammodo significari uidebatur: 62

Aristoph. in Achar.

Simætham Megaris surreptam quidam ebrij
Iuuenes abigunt: contrà Megarenses turgidi
Ira, duo furantur scorta Aspasiæ,
Belli hoc scilicet fuit grauis exordium.

Ab initio igitur quo pacto res se habuerit, nõ facile est cognoscere. Quòd autem decretum sublatum non sit, Pericle authore unà omnes factũ esse testãtur. Præterquam quòd aliqui dicunt eum magnitudine animi & iudicio & consilio, optima quadam ratione in sententia permansisse, quòd iussum Lacedæmoniorum experimentum inconstantiæ, concessionem uerò confessionem imbecillitatis esse duceret. Alij uerò magis superbia quadam & contumacia ostentandę potentiæ gratia, Lacedæmonios despexisse. Verùm turpissima causa omnium, & quæ plurimos habeat testes, huiusmodi fuisse dicitur. Phidias pictor simulachrum, ut diximus, faciendum conduxerat, amicus Pericli, & summa apud illum gratia & authoritate: ob eum inuidia flagrans, nonnullas in se inimicitias cõcitauit. Quidam multitudinis animos in eo tentare aggressi, quale de Pericle factura esset iudicium, Memnonem quendam ex Phidiæ operariis subornatum supplicem in forum adducunt, petentem impunitatẽ indicij & accusationis in Phidiam. Suscipiente autem populo hominem, constitutáq; in concione accusatione, furti quidem facta mentio non est. Aurum enim ita statim ab initio ad simulachrum accommodarat Phidias, Periclis sententia, ut facilè cùm uellet, demoliri atque expendere posset: quod & Pericles tum fieri iussit: cuius operis gloria Phidiam onerauit inuidia, atque ob id potissimum, quòd cùm in scuto deæ Amazonum pugnam effingeret, sui quoddam simulachrum expressit, calui senis saxum ambabus manibus attollentis. Periclis quoque formam pulcherrimam effinxit, cum Amazone conserentis manus. Habitus autem & figura eiusmodi, ut hastam ante oculos Periclis prætenderet: ídque industria & summo artificio factum, quasi similitudinem occultare uellet, quæ undique apparebat. Phidias igitur coniectus in carcerem, morbo uitam finiuit. Vt uerò alij opinãtur, ueneno, inuidiæ Pericli concitandæ gratia, ab inimicis parato. Index uerò Memnon, Glyconis decreto, immunitate à populo donatus est, mandatáque prætori cura est, ne quid homo detrimẽti caperet. Per id temporis Aspasia lenocinij accusata est ab Hermippo Comico: obiiciebatur enim illi, quòd mulieres liberas cum Pericle coeuntes lecto exciperet. Et Diopithes decretum fecit, ut omnium qui de diis non rectè sentirent, aut de rebus cælestibus nouos sermones inducerent, nomen deferretur, uolens hãc propter Anaxagoram in Periclem suspicionem conferre. Iubente autem populo, delationésq; admittente, sic decretum fit ratum Dracontide decernente, ut rationes pecuniarum à Pericle ad prætores referrentur, iudices autem ab ara ferentes suffragium in ciuitate iudicarent. Agnon uerò ex decreto illud sustulit, & à mille & quadringentis iudicibus iudicium fieri decreuit, cùm quis furti, aut ambitus, aut iniuriarum litẽ existimari uellet. De Aspasia igitur cùm multa deplorasset præter religionem iudicij, lachrymísq; suis & obsecratione iudices ad misericordiam commouisset, impetrauit. Sed cùm de Anaxagora esset solicitus, eum urbe emisit. Vbi uerò ob Phidiam in inuidiã & offensionem 63 64 65 66

sionem populi incidit, iudicium reformidans, impendens bellum & ardens magis incendit, in spem adductus, posse hoc pacto crimina dissipari, & inuidiã lenitum iri, cùm in maximis laboribus periculísq;, ciuitas ei se uniuersa ob illius authoritatẽ atq; opes commissura esset. Causæ igitur quibus Pericles non permisit populum Lacedæmoniis obtemperare, hæ fuisse dicuntur: ueritas autem incerta & obscura est. At Lacedæmonij cùm intelligerent eo sublato æquiores se Athenienses ad omnia esse habituros, iusserunt eos urbem expiare, quòd piaculo iampridẽ, ut Thucydides inquit, Periclis genus esset obnoxium. Verùm ea pertentatio longè contrariũ, quàm illi opinati fuerant, exitũ habuit. Non enim modò suspicionem Pericles & calumniam effugit, uerumetiam maiorem authoritatem & honorem à ciuibus cõsecutus est: quippe quem hostibus odio maximè atque formidini esse opinarẽtur. Quare antequam Archidamus cum Peloponnesiis in Atticam inuasisset, significauit Athenienſibus, ut si Archidamus uastatis cæteris, uetusto iure hospitij ius belli suis agris abstineret, siue ut in urbe occasionem calumnię inimicis & aduersariis daret, se agrum omnem atq; uillas ciuitati dare ac donare. Igitur Lacedæmonij Archidamo duce, in Atticã cum sociis magnò exercitu impetum faciunt: deuastatóque agro in Acharnitas profecti, ibi castra posuerunt, sperantes fore, ut Athenienses ea calamitate permoti haud iniuriam ferrent, sed continuò in pugnam descenderent. Sed Pericli magnum ac periculosum uisum est, cum sexaginta Peloponesiorum millibus (tot enim fuerant qui primùm inuaserant) pro libertate ciuitatis manus conserere: erectos autẽ pugnandi cupiditate, labémq; illã & ignominiam indignè ferentes, leniuit oratione, cùm diceret cæsas arbores celeriter renasci, interemptos autẽ homines recuperare difficillimum esse. Populũ tamen haud uocauit in concionem, ueritus ne quid præter sententiã facere cogeretur: sed quemadmodũ nauis gubernator, spirante uento in pelago, omnibus ritè dispositis rebus, intendens arma artificio suo utitur, despectis lachrymis precibúsque timentiũ & nauseam non ferẽtium: sic ille clausa urbe, præsidiisq; firmata, suo iudicio arbitrióq; rem gerebat, clamores & offensionẽ hominũ paruifaciens, etsi multi ex amicis precibus, ex inimicis minis & increpatione frequẽtes instarent, plerique obscœnis cantibus atque cauillis inueherentur in illius præturam, ut ignauam effœminatámque, & quæ res Athenienſium hostibus proderet. Excitabatur etiam Cleon, fretus ira ciuium in Periclem concitata, ad demulcendum multitudinem se conferens, Hermippi anapæsticos quosdam uersus in eum efferebat: 67 68 69

Constantia.

Videtur esse tale quid, nã uariant exẽplaria.

Non tu Satyrorum rex subibis lanceam?
Aut quid multa grauiter de bello disputas?
Equitis Pericles robur pollicens boni?
Quid mucro quem cos dura bello suscitat,
Cleonis morsu ardente fractus trepidat?

Verùm nihil horum Periclem immutare potuit, sed miti animo ac silentio ignominiam inuidiámque subiens perferebat. Cùm centum nauium classem in Peloponnesum mitteret, haud tamen ipse unà profectus, sed in urbe assiduè manens, ciuitatem in manibus habuit, quoad Peloponnenses motis ex Attica castris abierunt. Et cùm prospicere multitudini statuisset, quos bello uexatos uidebat, rebus diuidendis refecit, agrúmque sortitiones edixit. Electis enim Aeginetis omnibus, diuisit sorte eorum agrum Athenienſibus. Quædam etiam ex hostium detrimentis cõsolatio afflictis rebus afferebatur. Nam classis Peloponnesum circumiens, magnam agri partem uastarat, uillásque & paruas quasdam urbes diripuerat, & ipse Pericles pedestribus copiis facto impetu in agrum Megarensium, omni ex parte populatus est. Sic multis utrinque terra marique illatis, multísque acceptis cladibus, nũquam tam longè Peloponnẽses traxissent bellum, sed celeriter fatigati essent, ut ab initio Pericles prædixerat, nisi diuina aliqua uis humanis consiliis obstitisset. Nã contagiosa lues quæ inua- 70

ſit urbem, ſublato iuuentutis flore, Athenienſium uires uehementer attriuit. Quibus 71
rebus uexatis peſte corporibus, animis omnes in Periclē exaſperati incenſíque erant,
ac ueluti aduerſus medicum, aut patrem, mentis errore ex morbo contracto, inſur-
gebant: ſcilicet perſuaſi ab hoſtibus, peſtem ex confluxione in urbem agreſtis uulgi
eſſe conflatam, multis ſimul ueris tempore, confusè in paruis domibus feruentibúſq;
habitaculis ſub tecto & otioſè uiuere coactis, qui antè puro aeri & aperto aſſueti erāt.
Huiúſq; rei authorem fuiſſe, qui ſuſcepto bello multitudinem ex agro in urbē com-
puliſſet, nec ullo opere tantum numerum hominum exerceret, ſed inſtar pecudum
adinuicem corrumpi ſineret, nec commutare ſe unquam aut reſpirare pateretur. His
igitur, ſanandis hoſtibúſque reprimēdis cùm adieciſſet animum, C. & L. naues com-
pleuit, multíſque & fortibus ciuibus in eas impoſitis, nauigare iam properabat. Ea 72
res cùm optima ſpe confirmaret ciuium animos, non mediocrem hoſtibus formidi-
nem tanta potentiæ mole allatura erat. Iámque paratis inſtructíſque nauibus, ſuam
triremem Pericles conſcenderat, ecce Solis defectio incidit, inductíſque tenebris at-
toniti omnes magno prodigio, animis conciderunt. Cùm igitur gubernatorem per-
territum atque animi dubium intueretur Pericles, ſublatam ad eius faciem oppoſuit
chlamydem, uelatíſque luminibus rogauit, nunquid horrendū aut horridæ alicuius
rei ſignum putaret. Abnuente illo: quid igitur intereſt, inquit, aut quid diſtat hoc ab
illo, niſi quòd maius quiddam eſt chlamyde id, quod nūc tenebras agit? Verùm hæc
in philoſophorum ſcholis diſputantur. Itaque auectus claſſe Pericles, aliud nihil ui-
detur geſſiſſe tanto apparatu dignum: ſed cùm ſacram Epidaurum obſediſſet, ac iam
breui deditionē factura uideretur, de ſpe, magna peſte inualeſcente, deiectus eſt, qua
repentè exorta non ipſos modò Athenienſes, uerumetiā ſi qui modo aliquo ad exer-
citum propius acceſſiſſent, contagione necabātur. Ex hoc infenſos ſibi Athenienſes 73
lenire, ſpéque addita animis, excitare atque erigere nitebatur. Haud tamen ſuſtulit
iram, neque ab incepto furore reuocauit, priuſquā ſumptis in manum ſuffragiis, ab-
dicandi eum imperio, & pecuniis mulctandi permiſſa poteſtas eſt: quam mulctam
quinque & decem talenta qui minimam ſcribunt, quinquaginta qui maximā, fuiſſe
tradunt. Et cauſæ ſcriptus eſt accuſator, ut Idomeneus teſtatur, Cleon: ut autē Theo-
phraſtus, Simmias. Ponticus autem Heraclides Lacratidam fuiſſe aſſeuerat. Publica
igitur inuidia, ipſa ira ueluti aculeo in illum unà cum plaga dimiſſa à multitudine,
celeriter deſitura uidebatur: uerùm premebatur domeſticis incōmodis, quòd neceſ-
ſariis diuturna diſſenſione laborantibus, ex his non paucos peſte amiſiſſet. Nam ma- 74
ximus natu filius eius Xanthippus, & ipſe natura improbus, & uxorem iuuenem &
profuſam nactus, Iſandri Epilyci filij filiam, patris diligentiam & parſimoniam æ-
grè ferebat, quòd ſibi parcè nimis & exiliter ſumptus ſuppeditaret. Mittens igitur ad
quendam ex paternis amicis, Periclis nomine argentum accepit: quo in poſterum re-
petente, Pericles in filium litem reiecit. Quare adoleſcens Xanthippus difficulta-
te maxima circunuentus, in patrem maledicta coniicere, & primùm domeſti-
ca eius ſtudia ad irriſionem efferre, ſermonéſque quos cum ſophiſtis conferebat.
Vt cùm Epithymius Theſſalus equum in Pentathlo iaculo interemiſſet, cum Prota-
gora diem totum conſumeret in perquirendo, utrum iaculum, aut qui iaceret, aut hi
qui præmia ponunt, rectius mortis cauſa iudicandi ſint. Ad hæc & uxoris calūniam 75
à Xanthippo Steſimbrotus ait in multitudinem diuulgatam eſſe, atque omnino in-
ſanabilem uſque ad extremum uitæ hanc adoleſcenti cum patre ſimultatem man-
ſiſſe. In ea enim peſte cùm incidiſſet in morbum Xanthippus, interiit. Defuncta
eſt etiam Periclis ſoror, ex affinibus quoque complurimi, & hi quidem quorum o-
pera in Republica plurimùm iuuabatur. Nunquam tamen fatigatus eſt, ſed illam
Animi in aduerſis fortitudo. animi magnitudinem inuictam ſemper à calamitatibus infractámque conſeruauit: nec eum flere, aut funus ducere, aut ad ſepulturam alicuius neceſſarij accede-

re

re quiſquam aſpexit unquam, priuſquam Paralo eſſet orbatus, qui ei ex legitimis fi-
liis reliquus eſſet. In hoc autem inflexus animo parumper, tolerare tamen ſuo more
76 nitebatur, & ſolitam grauitatem & cōſtantiam retinere. Coronam etiam cùm mor-
tuo filio attuliſſet, aſpectu ipſo doloris magnitudine ſuperatus eſt: nam & flebilē edi-
dit uocem, & uim lachrymarum emiſit, cùm nihil tale unquam in reliqua uita feciſ-
ſet. At ciuitas multos ad bellum duces experta, multóſque oratores, cùm nullus nec
grauitate, nec authoritate idoneus eſſet uiſus, cuius fidei tantū imperiū cōmittendū
foret, Periclémque ipſum ſummo deſiderio ad tribunal prætoriū reuocaret, nicſtus
atq; exanimatus domi iacēs, Alcibiade aliíſque amicis ſuadētibus, eò ſe cōtulit. Ergo
poſtquam plebs ſuam in hunc ingratitudinem repurgaſſet, cōuerſus iterum ad rem-
pub. capeſſendā, prætor deſignatus, author legis de nothis abrogandę fuit, quam ipſe
77 antea tulerat, ne omnino ſucceſſoris inopia, familiæ nomen & genus deficeret. Quæ
uerò ad legem ſpectant, ita ſe habuerunt. Pericles cùm in rep. maximè floreret multis
antè temporibus, filióſque legitimos haberet, ut diximus, legē tulit, Solos Athenien-
ſes haberi, qui ex duobus Athenienſibus nati eſſent. Poſtea uerò quàm rex Aegyptio-
rum quadraginta millia medimnorum frumenti dono Athenienſibus miſit, ut ciui-
bus diuideretur, permultæ ſunt nothis ex ea lege exortæ accuſationes: qui cùm antea
quidem latuiſſent contemptíque eſſent, multi tunc horum delatores extiterunt. Qui
igitur damnati iudicio uenditi ſunt, haud multò pauciores quinque millibus fuerūt.
Reliqui qui Athenienſes iudicati in Repub. manſerūt, quatuordecim millia & qua-
draginta inuēti ſunt. Quare perindignum uidebatur, legem quæ in tot homines ua-
78 luiſſet, nunc ab eo ipſo reſcindi, qui tulerat. Sed præſens fortuna domus Periclis affli-
ctæ, qui ueluti contumaciæ elationíſque ſuæ pœnas luiſſet, flexit Athenienſium ani-
mos, exiſtimantium ipſum numinis iram perpeſſum, humana ope ſubleuādum eſſe.
Itaque conceſſerunt ei, ut filius nothus in genus adſcriberetur, eiuſdémque illi nomē
eſſet. Atqui hunc quidem poſteriori tempore in Arginuſis, cùm nauali prælio deui-
ciſſet Peloponenſes, populus unà cum cæteris ducibus interemit. Ac uidetur tūc qui-
dem peſtis non ui repentina illa ac uehementi Periclem cepiſſe, qua cæteros, ſed quæ
remiſſo quodam & tenui morbo per uarias mutationes prouecta lōgius, ſenſim pau-
latímque conficeret corpus, & uim animi ſuperaret. Itaque Theophraſtus in ſuis li-
bris, quos de morali philoſophia edidit, dubitans, nunquid circa animos uertantur
mores, & acti corporis doloribus à uirtute deſciſcant, tradit Periclem cùm langueret
ex morbo, amico cuidā, qui eum uiſendi gratia adierat, incantationes quaſdā pen-
dentes collo à mulieribus alligatas oſtendiſſe, ut appareat hominem peſſimè animo
79 affectum fuiſſe, cùm eiuſmodi inſanias perferebat. Cúmque iam eſſet morti uicinus, *Obitus præclarus.*
circunſtantes principes ciuitatis atque ex amicis hi qui ſupererant, in mentionem il-
lius uirtutis uenerunt, quanta extitiſſet: metiebantur res geſtas, trophæorum numerū
recenſebant. Nouies enim uictor pro patria trophæum ſtatuerat. Atque hæc quaſi il-
lo nihil audiente, ſed priuato omni ſenſu inter ſe loquebantur. At ille ſui adhuc com-
pos, omnibus adhibuerat mētem, & in medium loquutus, inquit ſe admirari, ſi hæc
in eo maximè laude digna & memoria ducerent, quorū fortuna ſibi partem uel ma-
ximam uendicaret, & quæ multis iam ducibus contigiſſent: quod aut maximum
& pulcherrimum eſſet omnium, ſilentio præterirent. Nemo enim, inquit, Athenien-
ſis propter me nigram induit ueſtem. Vir igitur admiratione dignus, non ſolùm mā- *Iuſtitia & animi moderatio.*
ſuetudine & clemētia, qua ſe turbulentiſſimis temporibus magníſque offenſionibus
præſtitit, uerumetiam ob eam animi ſententiam qua erat: ſiquidem ex ſuis rebus pul-
cherrimum putabat eſſe, in tantis opibus imperij nihil neque inuidiæ unquam, ne-
que iracundiæ conceſſiſſe, neque in aliquem præcipuè inimicum crudelem ſe præſti-
80 tiſſe. Ac mihi quidem uidetur cognomentum illud præclarum ab adoleſcentia ſibi *Nominis ratio.*
inditum, hanc unam rem potiſſimùm, mite eius ingenium ac uitam in imperio ca-

ſtiſſimè integerriméque uerſatâ, uerum atque uacuum ab inuidia reddidiſſe. Quemadmodum deorum genus, quod bonorum nõ malorum cauſa ſit, dignum ducimus rerum omnium poteſtatem atque imperium obtinere: non ut Poetæ nos imperitis opinionibus perturbantes ſuis poematis capiũt, cùm locum quem à diis habitari dicunt, tutam & tranquillam ſedem appellant, ad quam neque uenti neque tenebræ aſpirare queant, ſed iucunda ſerenitate & pura luce, per omne tempus perpetuò illuſtretur: quòd eiuſmodi uitæ ſtatus, immortales & beatos maximè decere uideatur. In 81
ipſos autem deos autumant, deſidiam, odia, inimicitias, iram aliáſque perturbationes frequenter cadere, quæ ne in homines quidem, ut qui modò aliquid ſapiant, poſſunt conuenire. Sed hæc fortaſſis uideri poſſunt alterius diſputationis eſſe. Res ipſa porrò ingẽs ſtatim uiri deſiderium, & profundiſſimum ſenſum ciuibus iniecit. Nam homines offenſi potentia eius, ut qua obſcurarentur, eo ſtatim ſublato à medio, cùm in aliis oratoribus ac ducibus feciſſent periculum, confeſſi ſunt in elatione modeſtiam, in manſuetudine uerò grauitatem natura eſſe nõ poſſe. At illas inuidioſas eius opes, quas monarchiam & tyrannidem appellabant, ſalutare præſidium ciuitati apparuit, tanta pòſt contagio, tótque ſcelera in republica inuaſerunt, quæ ille cohibendo deprimendóque, ne incurabilia libertate fierent, prohibebat.

Fabius Maximus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

Genus. DEſcriptis autem Periclis moribus, quos accepimus, quíque memoratu digni uidebantur, ad Fabiũ oratio traducenda eſt. Ferunt una Nympharum hunc genitũ eſſe. Quidam uerò Herculem apud fluuium Tiberim cum muliere eius loci incola congreſſum habuiſſe aſſerunt, & Fabium uirum optimum, à quo Fabiorum familia Romæ initium habuit, genuiſſe. Quidam autem priſcos huius generis uiros, quòd primùm uenandi per foſſas morem induxerint, à fodiendo Fodios olim appellatos memoriæ tradiderunt: deinde mutatis literis, lapſa loquendi conſuetudo Fabiis cognomen fecit. Cúmque ea familia uiros magnos complurimos produxiſſet, ab * Rylao quodam, qui Maximus ob eius ſplendorem & magnitudinem eſt appellatus, quartus in ordine fuit Fabius Maximus, de quo hæc ſcripturi ſumus. Erat ei cognomentum ex habitu corporis tractum, Verrucoſus, quòd paruam carnis 2
elationem innatã in ſuperioris labij extremitate habebat. Sed & Ouicula, quod paruam pecudem ſignificat, cùm puer eſſet, à mãſuetudine & grauitate morum cognominatus eſt. Verùm ex eo quòd quietem atque taciturnitatem adamabat, & multo cum pudore pueriles uoluptates attingebat, & ſerius ac difficilius diſciplinas percipiebat, ſeſéque familiaribus facilem obſequẽtémque præbebat, in torporis atque inſipientię ſuſpicionem apud eos qui minus familiares illi erant, ueniebat. Pauci enim erant, qui interiorem eius latentémque conſtantiam, & inſitam illi à natura magnanimitatem cognoſcerent. Verùm lapſu temporis, repentè à negotiis gerendis excitatus, id quod facilitatem iudicabant, animi immobilitatem: timorem uerò, cõſilium: ignauiam autem omnibus in rebus, & quòd nihil egregiè præter cætera ſtudebat, cõ-
ſtantiam atque grauitatem eſſe multis declarauit. Nam cùm animaduertiſſet reipub. 3
magnitudinem, bellorúmque multitudinem, corpus ad rem militarem, tanquam ſibi hoc innatum eſſet, exercuit: & eloquentiæ ad populum perſuadendum, quod maximum eſt uitæ ornamẽtum atque decus, ſe contulit. Non enim promptus ad dicendum, neque omnino ineptus natus erat, ingenium nactus non uulgare, ſed peculiare quoddam ac rarum, ſchematibus abundans, & grauitate ſententiarum, quas Thucydidis

Nomen.

* Rutiliano fortè, aut certè Rullo.

Studia.

Ingenium.

cydidis perquam ſimiles fuiſſe aſſerũt. Nam eam habemus orationem laudatiuam, quam pòſt conſulatum in funere filij ad populum habuit. Triumphos quinque egit, ſed primò deuictis Liguribus triũphauit. Nam ab eo in acie ſuperati, multos ex ſuis amittentes ad Alpes ſeſe receperunt, & miſeri ac rebus ſuis ſpoliati ab Italiæ finibus
4 ceſſere. Poſtquam uerò Annibal in Italiam irrupit, & primùm apud Trebiam fluuiũ dimicans uictor euaſit, per Tyrrhenúmque agrum prædando iter fecit, terrorem ingentem atque trepidationem Romanis iniecit. Prodigia partim Romæ conſueta ex fulminibus, partim omnino extranea atq; horrenda cecidere. Nam ex ſcutis ſanguinem emanaſſe, & apud Antium cruentas ſpicas cecidiſſe, & lapidibus ingneis atque ardentibus aere pluiſſe relatum eſt. Cælũ ſupra Falerios ſcindi uiſum, & multas hinc ſcripturas excidiſſe, in quarum una hæc erant ſcripta, Mars ſua tela quatit. Caius uerò Flaminius conſul, uir magni animi, & gloriæ cupidus, magnis ſucceſſibus elatus, quibus fortunæ temeritate, non conſilio potitus erat, nihil ad hæc trepidare: quippe qui cùm à ſenatu reuocaretur, præter collegæ ſententiam, ui facto impetu, Gallos uicerat. Fabium autem prodigia, quanquam multa inſtarent, quòd nulla inerat ratio,
5 minus turbabãt: & cùm paucitatem hoſtium ac rerum penuriam audiuiſſet, Romanos forti animo eſſe adhortabatur, ſuadebátque, ex eo quòd Annibal exercitatũ militem ad plurima bella haberet, minimè cum illo manus conſerendas eſſe: uerùm ſociis præſidia mittẽda, & ſic uires Annibalis (ſtantibus ciuitatibus in fide populi Romani) per ſeipſas tanquam ſplendentem flammam, quæ modicis lenibúſque fomẽtis alitur, infirmandas. Sed Flaminium in ſententiam ſuã trahere Fabius non potuit, dicentem non permiſſurum hoſtes Romæ appropinquare, neque quemadmodum Camillus olim, in urbe pro patria dimicaturum. Itaque iuſſit tribunos militum copias educere. Ipſe cùm in equo inſideret, equo fremẽte, nulla manifeſtè cognita cau-
6 ſa (mirabile dictu) inter currendum corruit in caput. Nec tamen ſententia ſua deſtitit, ſed ut prius conſilium ceperat, Annibali obuiam exercitum ducere, apud lacum Traſimenum in Hetruria copias ſtruxit. Cùm milites prælia conſererent, terræmotus factus eſt, qui multarũ urbiũ magnas partes proſtrauit, auertit curſu rapido amnes, montiúmque ardua loca lapſu ingenti prorui. Quæ prodigia etſi magnopere ſæuirent, nemo tamen pugnãtium illa per tumultum acceperat. Ipſe quidem Flaminius poſtquã multa facinora feciſſet, & Roma & forti uiro digna, cum multis ex optimatibus oppetiit. Aliorũ uerò qui fugæ terga dederãt, ingens eſt edita cædes, nam quindecim millia hominum eo die cæſa, totidémque capta ſunt. Flaminij cadauer, quod propter uirtutem illius tumulo mandare atque honeſtare cupiebat Annibal, inter mortuorum funera haud inuẽtum eſt, & ubi occultum iaceret, omnino Annibalem latuit. Calamitas apud Trebiam ſuſcepta, neque per literas imperatoris, neque per
7 nuntium Romæ rectè cognita fuit, ſed dubia atque incerta opinio mentita eſt. Hãc autem ut primùm Pomponius prætor audiuit, conuocato populo, neque ambages,
- neque captiones memorans, inquit: O uiri Romani, magno prælio uicti ſumus, exer-
- citus proditus, caſtra direpta, Flaminius cõſul in acie cecidit. Conſulite igitur de no-
- ſtra ſalute. Hæc oratio apud tantum populum, quemadmodum mari uis immanis uentorum incumbens, ita torpore quodam mentes omnium occupauit, ita urbẽ perturbauit, ut in tanto errore conſilia hominum rationéſque non ſufficerent. Sed ab omnibus tamen in unam tandem ſententiam itum eſt, dictatorem deſignari oportere, qui fortitudine animi & ſapiẽtia cunctis præſtaret. Hunc uerò unum eſſe Fabium
8 Maximum, uirum huic magiſtratui parem & animi magnitudine, & morum grauitate: tum quia animum ad conſilia, corpus uerò ad robur in adoleſcentia inſtituiſſet, & audaciam cum prudentia temperaſſet. Poſtquam igitur in unum ſententiæ omniũ congruerunt, Fabius dictator deſignatus, magiſtrum equitum * Lucium Minutium dicens, primùm à ſenatu petiit, ut equo uti ſibi dictatori liceret. Nõ enim antea equi-

Liuius lib. 1. Decad. 3.

Liuius lib. 2. Decad. 3.

* Liuius Marcum.

tare dictatori fas erat, ſed per quandam ueterem legem prohibitum fuerat, ſiue quòd maiores uires ineſſe pedeſtribus copiis arbitrarentur, & propter hoc imperatorem in phalãge permanere oportere, nec locum deſerere: ſiue quoniam cùm ad alia omnia, tyrannicã magnáque ſit eius principatus potentia, in hoc uoluerint dictatorem populo inferiorem uideri. Verùm Fabius cùm uellet in primis principatus magnitudinem ac molem oſtendere, ut magis obſequentes ſibi ciues redderet, in unum collectis quatuor & uiginti lictoribus, progreſſus eſt. Alteri ex conſulibus occurrenti per præmiſſum apparitorem iuſſit, ut dimiſſis lictoribus, inſignibúſque magiſtratus depoſitis, ſibi priuatè obuiam incederet. Poſt hæc à diis orſus, cùm populũ edocuiſſet, negligentia ceremoniarum & auſpiciorũ, temeritate & inſolentia conſulis, nõ ignauia militum, cladem eſſe acceptam, oſtendit hoſtem minimè metuendum eſſe, ſed deis honoris propitiationíſque gratia hoſtias eſſe mactandas, non ut mentibus eorũ ſuperſtitionem iniiceret, ſed ut religione uirtutẽ confirmaret, útque ſpe diuinæ opis hoſtilem metum adimeret. Tunc inſpectis multis ex libris Sibyllinis, ubi rerum Romanarum ſecreta recondita erant, ferunt quædã ibi oracula inuenta eſſe, quæ ad fortunas & ad res illas geſtas conferebant, & id quod ibi cognitum erat, non licebat ad alterum loqui. Progreſſus dictator ad plebem, uouit diis omnem eius anni caprarũ, ſuum, ouium, atque boum fœturam, quam Italiæ montes, planitiéſque, ac flumina, & prata, ea in regione educarent, ſe mactaturum, & trecenta triginta tria ſeſtertia, totidémque denarios, adiecta inſuper tertia parte pro muſicis ſpectaculis faciendis, in ipſa impẽſa ſe collaturum. Summa totius eſt, octo myriades drachmarum & drachmæ ter mille quingentæ octoginta tres, & oboli duo. Huius autem numeri ratio-

Ternarij numeri uis.

nem & obſeruantiã haud in promptu eſt dicere, niſi quis ternarij numeri uim in medium proferre uelit, quòd perfectus numerus natura ſit, ac primus imparium numerũm, principiúmque in ſe numeri habeat, primáſque differentias, & cuiuſque numeri elementa commiſta, & inuicem coniuncta cõcipiat. Fabius igitur cùm erexiſſet ad rem diuinam ciuium animos, ad eam in poſterum proniores ut eſſent effecit. Ipſe uerò cùm in ſe uno ſpem omnem uictoriæ locaſſet, ut qui exiſtimaret, deum per uirtutẽ & prudentiam hominibus res ſecundas concedere, ad Annibalem reprimendum ſe conuertit, non eo animo ut dimicare uellet, ſed ut tempore illius uires attritas redderet, & rerum copiam ad inopiam, & exercitus magnitudinem ad tenuitatem reduceret: unde ſemper, quia ſublatus equitatu hoſtis erat ruebátque, ipſe per loca edita

Conſilium.

exercitum ductabat, & poſitis caſtris hoſti imminebat, quoties conſiſteret, conſiſtẽs ipſe quoque: dúmque illa moueret, per montana cum exercitu iter faciebat, & tãtùm ſe Annibali oſtendebat, quantùm ex loci intercapedine ad pugnandum inuitus cogi non poſſet: itaque hoſtibus tanquam pugnaturus eſſet, ea cũctatione terrorem incutiebat. Sic itaque tempora producentem Fabium omnes aſpernabantur, & ſordida de eo in caſtris fama uagante, hoſtes eum magnopere formidantem, nulliúſque pretij eſſe arbitrabantur. Annibal uerò multa audacia uirum eſſe Fabium cenſebat: nam ſolus ille Fabij grauitatem atque ſententiam bellandi cognoſcebat, animaduertebátque multa arte, multa ui, illum ad conſerenda prælia alliciendum eſſe: res Carthaginienſium aliter iniquo loco ſitas, cùm his rebus, quas ad bellũ portauerãt, non dimicando, uti non poſſent, & homines ac res quibus indigerent, minuerentur, fruſtráque conſumerentur. Itaque Annibal omnia tentans, uerſánſque animum huc atque illuc, tanquam fortis athleta ad omne genus doli ac fraudis, impellendi gratia Fabij ad conſerendas manus, ut eum ad illud dimicationis traheret, quod præter ſecuritatem rationémque conſiliorum eius eſſet, uariis modis illum laceſſebat. At Fabium prudentem fortémque uirum nullo modo dolis fallere potuit. Sed Minutius Magiſter equitum, homo ferox & importunus, atque temerarius, & lingua immodicus, qui ſtudium atque auram exercitus quærés, illum inſano impetu & inani ſpe impleuerat,

13 pleuerat, de Fabio turbulentos rumores efferebat. Qui in Fabium per cunctationem maledicta torquebant, Annibalis pedagogum appellabant, Minutium uerò magnũ uirum, & Roma dignum imperatorem prædicabant. Minutius magis in elationem animi atque petulantiam ductus, illum per montes copias ducentem deridebat, tanquam qui nihil aliud quàm locum quereret, unde uelut è theatro, Italiam ferro igníque uaſtari milites uiderẽt. Quin amicos Fabij interrogabat, num Fabius diffiſus ter- *Decimã.*
ris in cælum attolere exercitum uellet, aut caligine & nebulis interiectis, hoſtes effugere. Hæc amicis Fabio nuntiantibus, ſuadẽtibúſque ut potius pericula adiret, quàm infamiam toleraret, reſpondit: Formidoloſior quidem nũc uiderer, ſi dum ſcommata conuitiáque timerem, à meorum ratione conſiliorum diſcederem. Nec uerò tur-
14 pis eſt metus qui pro patriæ ſalute ſuſcipitur. Verùm terror qui ad gloriam hominũ & calumnias, falſóſque rumores attinet, minimè quidem dignus eſt homine huiuſmodi magiſtratum gerẽte, ſed eo qui ſeruit illis, qui ipſum malè imperare ac dominari ſentiunt. Poſt hæc Annibal in errorem incidit. Nam cùm uellet longius à Fabio exercitum ducere, & in planitiem pabulo exuberãtem uenire, iuſſit repentè poſt cœnam à ducibus in Caſinatem agrum duci. Illi ab Latinorũ nominibus, propter barbaricum idioma, abhorrentes, ad Campaniæ fines, ad urbem Caſilinum exercitum Annibalis ducũt. Hanc urbem Holothronus fluuius, quem Vulturnum Romani uocant, per medium fluens dirimit. Hæc regio montibus circũſepta eſt, & ad mare uallis exitum aperit: hîc ob circunfuſum fluuium ſtagna oriuntur, profundiſſimáſque
15 arenas habent, & ad littus procelloſum, ac importuoſum terminatur. Huc cùm Annibal contendiſſet, Fabius cognitis uiarum greſſibus, ad fauces quatuor millia militũ collocauit, alio exercitu ſuper alios colles pulchrè diſpoſito. Ipſe cum leui expeditáque armatura in ultimos hoſtiũ irruens, uniuerſum exercitum diſturbat, & ad octingentos trucidat. Qua ex re Annibal cùm uellet ex hac ualle copias eripere, cognito loci errore ac periculo, duces in crucẽ ſuſtulit: ſed per hoſtes loco munitiſſimos ferro uiam facere diffidebat. Nam cùm trepida undique ad ſuperandos ſaltus exiſterẽt, & omnino erumpendum eſſet, ſtatuit artificioſa calliditate hoſtes circunuenire. Itaque *Aſtutia.*
ad duo millia boum, quos inter cæteram prædam agebant, capi iuſſit, omniúmque ambobus cornibus faces ardentes ex aridis minutiſque uirgis colligari: deinde ortis tenebris, editóque ſigno, boues per loca arcta ad cuſtodias hoſtium, & ad cacumina montiũ ab illis quibus res demandata eſſet concitari: quæ dum illi agebãt, ipſe quod
16 reliquum erat exercitus, per ſilentium ducebat. Boues uerò acti, quouſque ignis paulatim materia exarſit, nullo impetu ferebantur. Quo factum eſt, ut in admirationem paſtores ex montibus proſpicientes, ea flamma quæ ſummis in cornibus fulgebat, traheret, tanquam exercitus ſub uno multarum lampadum ordine progrederetur. Poſtquam uerò exuſtis cornibus ignis carnem tetigerat, & inuſtione uexati capita quaſſabant, ad inuicémque ſeſe igne repleuerant, ſine ordine gradiebantur: uerùm anxij atque exterriti, curſu per montes diſſipati ferebantur, & frontes ſummáſque caudas incenſas habentes, multùm ſyluæ in qua fuga inerat, incẽdiis miſcebant. Quare Romanis qui ad ſaltus inſidendos montium diſpoſiti erant, horrenda ſpectacula præbuerunt: nam faces illi proſpicere uidebantur, tanquam à diſcurrentibus paſſim hominibus comportarentur. Itaque Romani multo terrore effecti, ne ab hoſtibus hinc atque hinc circũuenirentur, ad maiora caſtra recedentes, tumultuando impedimen-
17 ta reliquere. Interea ſummis montium iugis à leui Annibalis armatura occupatis, reliquum exercitus multam prædam agens, intrepidè montes conſcendit. At Fabius ipſis in tenebris dolos præſenſit: nam quidam ex bobus palantes in conſpectum eius prodiere. Quare timens ipſa in nocte inſidias, exercitum in acies redactum, ſilentem tenuit. Poſtquam lux orta eſt, Fabius in ultimos hoſtium irruit, & per aſpera iniquáque loca, magno cum tumultu prælia miſcuit, donec ab Annibale miſſi Hiſpani, ho-

mines leuissimo corpore, celeribúsque plantis, & ad montes superandos aptissimi, clamore in grauem armis statariúmque Romanorum militem irruũt, & magna edita cæde, Fabium ad castra concedere cogunt. Ex ea igitur re increpationes Fabio ac despectio comparata est. Nam cùm antea pugna abstinuisset, ut consilio & prudẽtia Annibalem oppressurus, his ipsis uictus ab eo oppressúsque uidebatur. Cùm autẽ uellet Annibal in eum magis Romanorum iram incendere, ut ad eius agros uentum est, cæteris omnibus clade atque incendio uastatis, iis tantùm abstineri iussit, ac etiã custodes adhibuit, qui inde capere quicquam prohiberẽt. Hæc Romam perlata maiorem Fabio inuidiam concitarunt, in eúmque sunt tribuni plebis in concione uehementer inuecti, maximè adiuuante Metello, qui nõ Fabij inimicitiis, sed quòd necessarius Minutij magistri equitum foret, existimabat Fabij calumnias, honorem illi & gloriam esse allaturas. Nec populum modò Fabius infensum habuit, uerumetiã in iram senatus incurrit, quòd captiuorum cum Annibale pactionẽ uehementer improbaret. Cõuenerat enim cũ eo ut uir pro uiro ex captiuis redderetur. Si qui uerò superessent, ducentæ & quinquaginta in singulos, ab iis qui reciperent, soluerẽtur drachmæ. Facta igitur uiritim captiuorum permutatione, ducẽti & quadraginta ex Romanis apud Annibalem supereſſe inuẽti sunt. Horum pretium decreuit senatus mittendum non esse, sed Fabium maximè accusabat, quòd neque honestè, neque è reip. utilitate, homines qui ob ignauiam prædæ hostibus fuerãt, redemisset: quibus Fabio cognitis, ciuium iram sedato animo tulit. Sed cùm pecunias non haberet, & fallere Annibalem, ac ciuium salutem hosti prodere, nullo modo adduci posset, filium Romam dimisit, eúmque agros uendere iussit, & ex illis redactum argentum ad se in castra deferre. Venditis autem agris cùm celeriter rediisset adolescens, misso ad Annibalem pretio captiuos recepit, è quibus in posterum permultis restituere pretiũ uolentibus, repudiauit Fabius. Post hæc ad sacrificia Romam à sacerdotibus reuocatus, exercitum Minutio tradidit, ea conditione, ut neque hostem exciperet inuadentem, neque cum eo manus consereret. Nec id modò ut imperator mãdauit, sed preces insuper & admonitiones adhibuit. Quæ ille omnia paruifaciens, inuadendis hostibus animum statim adiecit: & magnam copiarum partem ab Annibale frumentatum missam, obseruata occasione adortus, non paucis ex his qui ultimi militabant interemptis, reliquos intra uallum fugere compulit, metúmque omnibus futuræ obsidionis iniecit: collectóque in unum Annibal rursus exercitu, discessu securitati cõsuluit. Quare Minutius immoderatæ elationis & audaciæ repleuit militẽ, ac celeriter Romam maior rebus fama peruasit. Quod cùm accepisset Fabius, Minutij successum inquit se magis formidare, quàm hostem. At plebs gaudio maximo & lætitia cõcurrit in forum. Et Metellus tribunus suggestum conscendens, concionem habuit, qua Minutium summis laudibus efferens, non iam desidiæ & ignauiæ, sed proditionis Fabium accusauit. Permultos quoque ex aliis ciuibus, qui opibus in primis & dignitate præstabant, eius facinoris Fabio adiunxit socios, bellum ab initio traxisse, quo populo poreſtatem suam eriperent, dictatoria tyrannide ciuitatẽ occuparent, quæ res moram & cunctationem conficiens, manendi Annibali facultatem præstaret. Addebat ad hæc, illi alias ex Libya copias affuturas, ut in ditionem Italiam redacturo. Postea uerò quàm Fabius processit in concionem, non apud tribunum se causam suam defensurum ostendit, sed inquit quamcelerrimè sacrificia & supplicationes transigi oportere, ut ipse in exercitum rediens à Minutio pœnas exigeret, quòd contra eius imperium prælium iniisset. Strepitus & reclamatio populi permaxima cõsequuta est, tanquam in mortis periculum Minutius uocaretur. Nam & in uincula coniicere, & indemnatum morte mulctare dictatori fas erat: & Fabij iram ex multa mansuetudine & clementia collectam & concitatam, grauem & implacabilem opinabantur futuram. Itaque cæteris metu silentibus, Metellus tribunitialicẽtia fretus (is enim magistratus

Fides. Valer. Max. lib. 3. cap. 8. & li. 4. ca. 8.

Dictatoria poteſtas.

Tribunitia poteſtas.

gistratus tantummodo, cõstituto Dictatore, suam retinet poteſtatem, reliquis amittentibus) frequens apud populum instabat, & ne Minutij salutem proiicerent, precibus orabat: néue committerent, ut quæ Manlius Torquatus fecisset in filium, eadem is tunc à Fabio pateretur, ut qui ex hoste lauream & gloriam uictoriæ reportasset, seuiri percuteretur: quin illam Fabio poteſtatem adimerent, rerúmque summam Minutio, qui seruare omnia & posset & uellet, committerẽt. Huiusmodi oratione uehementer permoti omnes, haud quidem Fabium, etsi premeretur inuidia ciuium, ad deponendam dictatoriam dignitatem cogere ausi sunt: Minutium uerò illi socium imperij esse decreuerunt, & in bello administrãdo parem Dictatori licentiam poteſtatémque habere, rem ante id tempus Romæ inauditã, sed paulò pòst accepta Cannensi clade denuò factam. Eo enim tempore Marcus Iunius Dictator erat in castris, & ad supplẽdum senatus numerum, qui multis senatoribus in pugna peremptis admodum imminutus erat, alium Dictatorem Fabium Buteonem dixerũt. Verùm hic simulátque Dictaturã iniit, delectíſque uiris compleuit senatum, eodẽ die dimissis lictoribus & reliqua comitũ pompa, admistus uulgo, & in negotiis domesticis tractandis occupatus, ut priuatus in foro uersabatur. Minutio ad parẽ imperij portionẽ designato, opinio erat, Fabiũ tumultuaturum esse, ac uehementer miserum futurum: quod de eo haud rectè iudicatum est: nam non suam calamitatem illorum inscitiam existimans, sapientis Diogenis animum induit, qui quodam ad eum dicente, Hi te irrident: At ego, inquit, minimè irrideor: quippe qui eos solùm irridendos duceret qui uicti cederent, atque eiusmodi rebus turbarentur. Ita Fabius eius fortunam temporis, quantùm in se fuit, sedato placidóque animo tulit, ueram ratus eam philosophorum sententiam, qui arbitrarentur, nec contumelia, nec ignominia bonũ & probum uirum affici posse. Angebat uerò eum reip. causa uehemẽter multitudinis temeritas, quæ se Minutio commisisset homini ambitione elato, & non sanis consiliis ad bellum incumbenti. Itaque ueritus ne ille insanus & opinione inflatus, præueniens aliquid mali reip. importaret, clàm omnibus urbe excedens, in castra se contulit: ubi Minutium offendit adeò elatum & tumidum, ut ne ulterius quidem ullo modo cõtineri posset. Cæterum cùm plus æqua sibi parte imperij arrogaret, hoc minimè Fabius concedẽdum putauit, exercitúmque cum eo partitus est: melius esse ratus, illum parti imperare, quàm præter æquum omnia obtinere. Ac primam & quartã ipse rerũ portionem habuit: secũdam uerò & tertiam illi tradidit, eodem modo diuisis sociorum copiis. Cùm uerò gloriaretur exultarétq; Minutius, quòd summi & maximi imperij columen eius causa multùm de suo splendore & dignitate amisisset, admonuit illum Fabius, Non sibi, si saperet, cum Fabio, sed cum Annibale esse certamẽ arbitraretur: quòd si cum collega certare statuisset, cogitandum tamen esse, quòd uictum, & apud ciues contumeliosè tractatũ, auctus ipse honoribus ac uictor nulla re superasse uideretur, cùm eorum salutem & securitatem cõtempsisset. Ille uerò hæc omnia ironiam ac dissimulantiam senilem putauit, acceptíſque iis copiis quæ sibi sorte obuenerant, priuatim secedẽs castra posuit. Annibal haud ignarus harum rerum, insidias tendebat. Erat tumulus quidam medius inter utraque castra, haud sanè ad occupandum difficilis, castris uerò in eo positis, munitus sufficiénsque ad omnia: hinc subiecta planities, propter nuditatem plana & æqua à longè intuentibus apparebat: quædam tamen haud magnæ fossę & concauitates inerãt. Idcirco Annibal, cùm esset sibi occupandi tumuli oblata facultas, illum occupare neglexerat, sed ut dimicãdi opportunitas in eo esset, in medio illum reliquerat. Vbi autem aspexit Minutium à Fabio seiunctum, noctu milites quosdam per ipsas fossas & cauernas dispersit. Deinde cùm primùm illuxit, haud multos palàm misit ad capiendum tumulum, ut Minutium de loco in certamen detraheret. Nec eum fefellit spes. Nam ab initio Minutius leuem armaturã, nec ita multò pòst milites eò ire iussit. Postremò cùm cerneret An-

Valer. Max. lib. 1. cap. 2. et lib. 5. ca. 8. Liuius lib. 8. Decad. 1.

Animi tolerantia.

Contrà habet Liuius.

nibalem ſubſidium ferre his qui tumulum inſidebant, cum omni exercitu inſtructis ordinibus procedit: congreſſúſque è tumulo tela iaciẽtes acri prælio oppugnare cœpit, paria ab illis inferens, quouſque Annibal dum perſpicuè illum deceptum agnouit, & nuda terga iis qui in inſidiis locati erant oſtendere, ſignum dat. Quo cognito, inſurgentibus undique ſuis, & cum clamore ſe inferentibus, átque ultimos quoſcunque cædentibus, turbatio magna ac metus Romanos inuaſit. Minutius cùm luſtraret oculis omnes duces locum in acie reliquiſſe, & deſperata ſalute in fugam ſeſe uertiſſe, omni animi ſui ferocia cõcidit. Numidæ iam pugna ſuperiores, per planitiem undique diſcurrentes, diſſipatos Romanos trucidabant. Cùm tanta calamitate Romani laborarent, haud equidem id periculum Fabium latuit, ſed ab initio, ut conſentaneum eſt, futura proſpiciens, inſtructum exercitum in armis habebat, & ſtudioſè curabat ea quæ gerebantur cognoſcere, non quidem per exploratores, ſed ipſe è ſpecula, quam pro uallo habebat, omnia contemplans. Vtque animaduertit circunuẽtum undique ac turbatum exercitum, clamórque fugientium ad eius aures peruaſit, percuſſo femore, ſuſpiriíſque ac gemitu, omnibus præſentibus, Proh Hercules, inquit, citius quidem quàm ſperabam, ſed tardius quàm ipſe maturabat, Minutius ſeipſum perdidit. Signis deinde repentè efferri, & copiis ſe conſequi iuſſis, Nunc nunc, ô milites, exclamauit, quicũque M. Minutium memoria tenet, curſum properet. Clarus eſt enim uir, & patriæ ſtudioſus: quòd ſi nunc dum properat hoſtem propellere, ea res minus ex ſententia cecidit, alias erit accuſandi locus. Itaque primùm diſcurrentes Numidas per campum ferociter fundit fugátque. Deinde contra eos qui à tergo Romanos inſectabantur irruens, obuios trucidat. Reliqui priuſquam clauderẽtur à Romanis ſuperuenientibus, paterentúrque, ea quibus illos affecerant declinantes, properè ſe in fugam dederunt. Annibal intuitus ſuorum fugam, Fabiúmque proſpiciens ſtrenuè egregiéque inter Pœnos pugnantem, deſuper aduerſus Minutium in tumulo pugnam cohibuit, & receptui dato ſigno, Carthaginienſes in caſtra reduxit, Romanis quoque tentoria ſua libenter repetentibus. Ferunt Annibalem è pugna diſcedentem, loquentémque de Fabio ad amicos iocando dixiſſe: Nónne ego uobis ſæpius prædixi, hanc nubem, quæ his in montibus ſedebat, tempeſtatem & procellam nobis oblaturam? Confecto prælio, Fabius omnia hoſtium cadauera ſpoliauit atque diſceſſit, nec ſuperbius quicquam eſt aut grauius de collega loquutus. Minutius collecto in unum exercitu, Commilitones, inquit, nihil magnis in rebus aberrare, maius eſt quàm ab homine effici poſſit. Vbi uerò erratum ſit, rectè admonentibus obtemperare, boni uiri, & ſapientis eſt. Ego igitur etſi nonnihil fortunæ ſuccenſeam, fateor tamen magnam me illi gratiam debere. Quæ enim tam longo tempore nondum didiceram, ea me uel parua diei parte edocuit, ut cùm norim meipſum imperandi aliis peritiam non tenere, ſed mihi imperio alterius opus eſſe, ne cum eis de uictoria contendam, à quibus uinci pulcherrimum eſt. Vobis uerò aliis quidem in rebus princeps Dictator eſt, ſed referẽdæ illi gratiæ ducem me futurum profiteor, primúmque ad parendum illi, eiúſque imperia obeundum, me offero. His dictis, imperat aquilas attollant, & ſe omnes conſequantur. Sic cunctos ad Fabium in caſtra perduxit: ingreſſúſque ad tabernaculum contendit, ut omnes in admirationem ſui & dubitationem conuerteret. Hîc poſitis in conſpectu ſignis, Fabium egredientem patrem ſuum magna uoce compellat. Milites quoque, patronos milites ſalutarunt: hæc autem libertorum ad manumiſſores ſalutatio erat. Facto pòſt ſilentio, ſic Minutius Fabium alloquutus eſt: Duas eodem die uictorias conſequutus es. Nam & hoſtem fortitudine, & collegam conſilio & humanitate uicíſti: ac per illam quidem ſeruaſti nos, per hanc uerò nos ab hoſte turpiter, à te uerò honeſtè & ſalubriter uictos docuíſti. Patrem te igitur optimum appello. quo enim digniore te nomine appellem non habeo. Maiores nanque à me tibi, quàm genitori gratiæ debentur: quippe qui ab eo ſolùm

Aquila primum totius legionis ſignum. Vegetius lib. 2. ca. 13. de re militari. Valer. Max. lib. 5. cap. 2.

32 ſolùm procreatus ſim, abs te uerò unà cum tot hominibus ſeruatus. Poſt hæc amplexus Fabium oſculatus eſt. Erat hoc idem facientes milites intueri. Itaque amplexi inuicem iungebant oſcula, ut lætitia ſimul & lachrymis iucundiſſimis caſtra uniuerſa complerentur. Exinde Fabius magiſtratum depoſuit, rurſúſque conſules deſignati. Quorum primi eum bellandi morem ſeruauerunt, quem Fabium ſequutum uidebant, ut nunquam collatis ſignis manus cum Annibale conſererent, ſociíſq; auxilia ferentes, in fide eos & amicitia retinerent. Cæterùm Terentius Varro prouectus ad conſulatum, homo genere ſanè obſcuro, ſed uita ob populi fauorem, dicendíque temerariam licentiam inſigni, uidebatur ſtatim imperitia & temeritate de ſumma rerum aleam eſſe iacturus. Clamitabat enim in concionibus bellum protrahi, quoad Fabiis ducibus ciuitas ſe committat: cæterùm ſe eodem die & hoſtes uiſurum, & ex
33 illis uictoriam reportaturũ. Huiuſmodi uocibus coegit conſcripſítque copias, quantas nunquam antea in quenquam hoſtem Romani conſcripſerant. Octo enim & octoginta hominum millia ad prælium coacta ſunt. Permagnum id Fabio, Romaníſque, qui altius proſpiciebant, uidebatur: quippe quos haud latebat, tanta iuuentute amiſſa, ciuitatem nullum ſalutis remedium in poſterum habituram. Quapropter Fabius collegam Terentij, Paulum Aemilium, uirum bellicis rebus ſtrenuum, ſed multitudini inuiſum, & à negotiis publicis abhorrentem, ex mulcta quadam ad ærarium ei indicta, attollere iacentem atque excitare aggreſſus eſt, ut inſaniæ collegæ occurreret, edocens illi non cum Annibale magis, quàm cum Terentio, pro patria certamen ineundum fore: maturare enim prælium hunc potentiæ hoſtilis
34 ignarum, illum ſuæ imbecillitatis conſcium. Mihi uerò Paule, inquiens, æquius eſt
» credere, quàm Terentio, de rebus Annibalis affirmanti: niſi cum eo hoc anno ma-
» nus conſerantur, aut illi intereundum eſt, aut hinc cum exercitu diſcedendum, cùm
» nunc etiam, cùm uincere atque dominari uideatur, nemo ex hoſtibus ad eius fidem
» confugerit, ex copiis uerò quas ſecum domo eduxerat, ne tertia quidem pars ſuper-
» ſit. Ad hæc Paulum reſpondiſſe ferunt: Mihi quidem ô Fabi, cùm mearum fortu-
» narum ſtatum conſidero, ſatius eſſe uidetur, hoſtium me telis obiicere, quàm in ci-
» uium ſuffragia rurſus incidere. Verùm quando reipublicæ ea conditio eſt, conabor
» efficere, ut abs te potius, quàm à cæteris omnibus aduerſantibus bonus conſul fuiſſe
» iudicer. Hac ſententia confirmatus Paulus exiuit ad bellum. At Terentius cùm rem
ad alternum diei imperium reuocaſſet, prima luce apud Aufidum fluuium, Can-
35 náſque, è regione hoſtium poſitis caſtris, ſignum prælij extulit. Eſt autem id ſignum *Signum prælij.*
purpurea quædam ueſtis militaris, ſupra imperatoris tentorium extenſa, ut inſperata audacia & multitudine hominum, ab initio Carthaginienſes ingens formido inuaderet, cùm ipſi ne dimidiam eorum partem numero explerent. Annibal exercitu armari iuſſo, ipſe cum paucis in equo humilem quendam tumulum conſcendit, ſpeculatúſque eſt hoſtes iam ad pugnam inſtructis ordinibus properantes. Cùm autem quidam Giſcon nomine ex his qui aderant dixiſſet, admirabilem ſibi hoſtium numerum uideri: contrahens frontem Annibal, Hoc aliud certè te admirabilius fugit. Rogitante uerò Giſcone, quidnam id eſſet. Quòd ex hac, inquit, tanta ui hominum nemini Giſconi nomen ſit. Idque cauillum præter expectationem incidens, omnibus riſum mouit, ac deſcendentes è tumulo omnibus exponebant, ut inter multos plurimus concitaretur riſus, nec hi qui Annibali aderant, ullo modo ſe
36 recipere à riſu poſſent. Quare Carthaginienſes cùm perſpicerent imperatorem in periculo iocari, & rem paruifacere, audaciores facti ſunt. In prælio conſerendo Annibal aſtutia militari uſus eſt, primò ex loci ſitu, ut terga ad Notum conuerteret: inſtar enim fulminis ardentis cum fragore incidens, è locis arenoſis & apertis infeſtum attollens puluerem, ſupra Carthaginienſium agmen in Romanos agebat, ut turbati frontes auertere cogerentur: ſecundò ex ordine exercitus. Nam cùm lectos ex

omnibus copiis robuſtiſſimos & bellaciſſimos ex utraque agminis parte locaſſet, ex imbecillioribus compleuit medium, híſque ueluti roſtro ante aciem proiecto, eſt uſus. Optimis imperatum eſt, ut cùm illos Romani repulíſſent, incedentéſque delati, recedente medio, ac ſinum contrahente, intra aciem ueniſſent, ipſi repentè conuerſi ex lateribus illos adorirentur, ac circunfuſi à tergo includerent. Qua una re uidetur magna pars cædis eſſe confecta. Nam ſimulac primùm medium ceſſit, Romanóſque inſequentes excepit, & acies in lunatum agmen commutata eſt, ac lectorum Centuriones * hos quidem in ſcutum, illos in haſtam conuerti iubentes, in nuda atque inermia hoſtium inuaſerunt, omnes qui non præueniendo circuitionem antè euaſerunt, in medio cæſi ſunt. Fertur & equitibus Romanorum caſus inopinatus huiuſmodi incidiſſe. Saucius enim, ut uidetur, Pauli equus illũ deturbauit. Tum ex his qui circùm adſtabant unus & alter relicto equo conſuli opem tulit. Hoc intuentes reliqui equites, rati id omnibus communi iuſſu imperatum eſſe, omnes deſilierunt ex equis, pedeſtríque certamine cum hoſte ſe implicuerunt. Ea re animaduerſa, Annibal, hoc, inquit, mihi optabilius cecidit, quàm ſi ligatos offendiſſẽ. Verùm hæc peregrinæ hiſtoriæ ſcriptores literis prodiderunt. Ex conſulibus Varro cum pauciſſimis aduectus equo, Venuſiam uenit. Paulus autem in ſtrage atque fuga illa confoſſo plurimis telis corpore, uulneri inhærentibus, & animo tanto mœrore æger, ad lapidem quendam conſedit, parato ad necem iugulo, ex hoſtibus percuſſorem operiens. Sed ob uim magnam ſanguinis, quo caput ſimulatque facies fœdata erat, haud à multis dignoſci poterat, ut amici eum & ſerui multi incognitum præterirent. Solus autem Cornelius Lentulus adoleſcens nobilis cùm illum eſſet intuitus, cognouiſſétque, deſiluit ex equo, ad eúmque perducẽs ut uteretur orabat, & ſe ſuis ciuibus duce optimo tum maximè indigentibus, reſeruaret. Ille his precibus obſequi recuſauit, adoleſcentémque coegit rurſus in equum aſcendere. Tum iungens dextram, ac ſimul conſurgens, Nuntia, inquit, ô Lentule, Fabio Maximo, ac unà teſtis eſto, Paulum Aemilium uſque ad extremum in eius conſiliis perſtitiſſe, nec ex his quæ cum eo ſe facturũ conuenerat, quicquam prætergreſſum eſſe, uerùm à Varrone primùm, pòſt ab Annibale ſuperatus eſt. His mandatis Lentulum remiſit. Ipſe cùm inter mortuos ſe abiecíſſet, deceſſit è uita. Ferũt eo prælio Romanorum quinquaginta millia cecidiſſe, uiuorum quatuor millia capta. Relicti uerò ex utroque exercitu poſt conflictum haud pauciores decem millibus. Cæterùm Annibalem tanta re feliciter geſta, adhortãtibus amicis fortunam ducem ſequi, unáque cum hoſtibus fugiẽtibus urbem irrumpere, quinto enim à prælio die, in Capitolio eſſe cœnaturum: quod conſilium quanam ratione auerſatus ſit, non facilè dixerim: ſed fortunæ, aut dei cuiuſpiam opera ac impedimẽto, mora & timor & in hac re accidiſſe uidetur. Quare Barcham Carthaginienſem ira incenſum in Annibalem dixiſſe ferunt: Vincere ſcis Annibal, uictoria uti neſcis. Atqui tanta illius uictoriam mutatio conſequuta eſt, ut cùm ante prælium, non urbem, non forum, non portum ullum Italiæ haberet, difficultatéque atque inopia rei frumentariæ eius exercitus laboraret, nec ab ullius rei certa ſpe orſus, ſed ueluti magnis prædatoriis copiis paſſim uagus & errans bellum inferret, tum parum abeſſet, quin uniuerſam armis Italiam in deditionem ſui imperij coegiſſet. Plurimæ enim ac maximæ nationes ad eum ſpontè confugerunt. Et Capua, quæ aliarum ciuitatum ſplendore & dignitate maxima poſt Romam habebatur, ea ſe dedente potitus eſt. Nec erat modò ea tempeſtate experiri amicos non paruum malum, ut Euripides inquit, uerùm ſapientium quoque ducum periculum facere. Quæ enim Fabij, ante pugnam, ignauia atque ſocordia appellata eſt, poſt prælium ſtatim, non humana ratio, ſed diuina quædam mens ac felicitas fuiſſe uidebatur, tanto interuallo futura proſpexiſſe, quæ uix ea perpeſſis forent credibilia. Quare extẽplo Roma in eũ omnes ſpes reliquas cõtulit, & ad eius uiri conſiliũ non aliter quàm ad templũ, & aram ſanctiſſimam

* τὰς μὲν ἐπ' ἀσπίδα, τὰς δ' ἐπὶ δόρυ. *Vocabula ſunt diſciplinæ militaris. Polyb. et Aelian. de inſtruendis acieb.*

mam ſe recepit. Idque ei prima ac potiſſima manendi cauſa fuit, nec ab eius prudẽtia diſcedendi, ut in Celticis cladibus. Qui enim illis temporibus in quibus nullũ uidebatur periculũ impendẽre ciuitati, timidus diffidénſque eſt habitus, tum cùm omnes in luctus immenſos & inutiles mœrores ſe coniecíſſent, ſolus omniũ gradiebatur per urbem, miti inceſſu, ſerena fronte, humanè ſalutãdo. Muliebribúſq; ſublatis fletibus, prohibitíſq; cõuentibus ad publicũ luctum exeuntiũ, ſuaſit ſenatũ cogi, & magiſtratus ſpe optima confirmauit. Ipſe robur & potentia ciuitatis erat: in eum omnes opes imperij ſpectabãt. Portis præpoſuit qui uulgũ erumpentẽ urbémq; deſerentẽ prohiberent. Fletui locum & tempus definiuit, per domos ad triginta dies flere uolenti fas
42 eſſe ſtatuens. Poſt hæc fletus omnis ſoluendus erat, atq; his omnibus ciuitas expurgãda. Inſtantibus uerò eo tempore Cerealibus, uiſum eſt ſatius eſſe, ſacrificia & pompã omnem omittere, quàm magnitudinem cladis, paucitatẽ hominũ, mœſtitiáq; oſtẽdere: deos enim fortunatorum honoribus lætari. Quę uerò ad placationes deorum & ad tetra prodigia auertenda uates fieri mandauit, cõfecta ſunt. Nam Pictor Fabij neceſſarius ad captanda oracula in Delphos eſt miſſus. Ex Veſtalibus uirginibus duæ in ſtupro deprehenſę ſunt: quarum alteram, ut mos erat, uiuam humi defoderunt, altera ſibimet ipſa mortem conſciuit. Maximè uerò tum manſuetudo & clementia ciuitatis apparuit, cùm Varroni ex fuga redeunti, humili habitu & lugubri, ut conſentaneum eſt hominem re turpiſſimè & infeliciſſimè geſta redire, Senatus & plebs omnis ſalutabunda ad portas obuiam prodiit, optimatéſque ac Senatus principes, inter quos erat Fabius, indicto ſilentio, Varronem collaudarunt, quòd poſt tam acerbam cladem de patriæ ſalute non deſperaſſet, uerùm adeſſet adhuc rebus ſtrenuè gerendis ducem ſe præbiturus, uſurúſque legibus, & ciuibus quibus defendi poſſe urbem confideret. Poſtea uerò quàm Romani acceperũt Annibalem parta uictoria ad
43 reliquam ſubiugandam Italiam eſſe conuerſum, in ſpem bonam erectis animis, duces & exercitus emiſerunt. Horum clariſſimi Fabius Maximus & Claudius Marcellus fuere, contraria in Repub. ſentientes, ſed pari gloria & nomine. Hic enim, ut in eius uita demonſtratum eſt, uir robore & magnitudine animi inuictus ac terribilis: quippe qui & manu ſtrenuus foret, ac natura eiuſmodi præditus, quales Homerus bellicoſos atq; magno animo homines appellat: impetu & audacia, aduerſus Annibalem uirum intrepidũ, pari contrà uultus audacia fretus, prima belli certamina excitauit. Fabius autem prioribus conſiliis perſtabat, ratus nemine cum Annibale prę- *Conſtantia.*
lium ineunte, neque irritante, ipſummet ſibi detrimento fore, eiúſque uires bellando attritum ac debilitatum iri, ut robur athletici corporis laborioſi nimis celeriter
44 amiſſo uigore perit. Idcirco Poſidonius hunc ait ſcutum, illum uerò enſem à Romanis nuncupatum eſſe. Tolerantiam enim Fabij, ac tutè pugnandi morem, audaciæ & promptitudini Marcelli admiſtum, ferunt Romanis ſalutarem fuiſſe. Verùm Annibal huic quidem uelut torrenti rapido & impetuoſo ſæpe occurrens, repreſſit eius uires, & diſiecit: ab hoc autem ſenſim fluente & ſine ſtrepitu ſe aſſiduè inferente, præter ſpem latenter oppreſſus conſumptúſque, in eiuſmodi difficultatem coniectus eſt, ut Marcello pugnante fatigaretur, Fabium prælio abſtinẽtem pertimeſceret. Plurimùm enim temporis cum his bello decertauit, aut præfectis bello imperatoribus, aut proconſulibus conſulibúſue creatis. Nam quinquies uterque conſulatum geſſit.
45 Marcellum uerò quintùm conſulem inſidiis circunuentum oppreſſit. In Fabium cùm omneis dolos atque inſidias ſæpius eſſet expertus, fruſtra omnia egit, præterquàm ſemel, cùm paululùm abfuit, quin eum Punica arte intercepiſſet. Compoſitis enim epiſtolis, quæ ex Metaponti principibus & primoribus allatæ apparebant, eas tranſmiſit ad Fabium. In iis erat ſcriptum, ciuitatem ſi ille adeſſet, deditionem facturam, eius conſilij conſciis & coniuratis illum tantùm aduentare atque propè adeſſe expectantibus. His literis Fabius permotus, accepta copiarum parte, eò pro-

fecturus erat, ſed deterritus ſiniſtris auibus, conſilium immutauit. Nec ita multò pòſt compertum eſt, eas literas ab Annibale dolo ad Fabium perſcriptas, ab eodémque illi inſidias ſecus urbem eſſe locatas. Verùm ab hac fraude Fabium fuiſſe ſeruatum deorum beneuolentia quidam arbitrantur. Defectiones autem ciuitatum ac ſocio- 46
Clementia. rum motus, exiſtimabat Fabius quietè clementérque congreſſibus & colloquiis ſedandos ac ſopiendos, nec omnem ſuſpicionem proſequendam, ſuſpectis penitus
Valer. Max. lib. 7. cap. 3. exulceratis. Cùm animaduertiſſet militem quendam Marſum fortitudine & genere inter ſocios primarium, defectionis accuſari à quibuſdam qui erant in caſtris, nullam in eum fecit animaduerſionem: ſed confeſſus eſt illum illiberaliter, & præter dignitatem eſſe tractatum: ac primùm ſe, inquit, duces uehementer accuſare, qui ad gratiam, non pro meritis, honores impertiantur: ſecundò illum, qui nec uerba fecerit, nec ſe adierit, ſi qua re indigeret. His habitis bellico eum equo donauit, aliiſque militaribus præmiis ornauit. Itaque ex eo tempore hominem ſemper fideliſſimum promptiſsimúmque habuit. Abſurdum enim ducebat, ſi equi & canes ue- 47
natici propter hominum curam atque familiaritatem uictúmque potius, quàm uerberibus aut catenis, difficultatem & acerbitatem feritatémque deponerent: imperantes uerò hominibus, non gratia & manſuetudine rebelles eorum animos ſibi cõciliarent, ſed aſperiores ſe in eos uiolentioréſque præſtarent, quàm in caprificos malóſque ſylueſtres & oleaſtros agricolæ ſoleant, qui hos in oleas, illas in mâlos, alias in ficus colendo moliendóque paulatim transferunt. Alter Lucanus genere per manipularios delatus eſt, quòd à caſtris noctu diſcederet, & ordinem ſæpius deſeruiſſet. Tum Fabius rogauit, quem uirum illum aliis rebus eſſe perſpicerent. Affirmantibus cunctis, haud facilè parem illi militem inueniri poſſe, ac ſimul præclara quædã eius facinora in mediũ referentibus, eius errati cauſam ſcrutatus diligẽtius, inuenit puellæ amore captum hominem, longum ac periculoſum iter à caſtris digreſſum ubique
48 ſuſcipere. Miſſis igitur quibuſdam illo imprudente, comprehenſam mulierculam in tabernaculo occultauit. Tum Lucanum ad ſe uocatũ, priuatim ac benignè eſt allocutus, Neque latuiſti, inquiens, cùm præter patrios mores ac leges extra caſtra ſæpius pernoctares: neq; antè cùm ſtrenuus eras, latêre potuiſti. Delicta igitur tibi ob ea quæ fortiter geſſeras, remittantur: poſthac autem alteri cõmittam cuſtodiam. Admiran-
Liuius lib. 7. Decad. 3. te uerò milite, productam in mediũ mulierem illi tradidit, hæc intercedet, inquiens, te nobiſcum in caſtris eſſe manſurum: túque hoc ipſum opera oſtendes, niſi iam alia turpior exeundi cauſa ſuberat, quam ſimulato puellæ amore, tegere ac occultare uelles. Hæc igitur de hoc memorantur. Tarentinorum autem ciuitatem per proditionẽ antea ab Annibale captam hoc modo recuperauit. Erat in eius caſtris Tarẽtinus quidam adoleſcens, qui Tarenti ſororem habebat ſumma erga ſe fide & obſeruantia.
49 Hanc diligebat uir Brutius, unus ex iis qui relicti ab Annibale, ciuitati præſidebant. Hoc Tarentino conficiendæ rei ſpem attulit, cõmunicatáque re cum Fabio, ſimulatáque ad ſororem fuga, ciuitatem ingreſſus eſt. Primis diebus mulierem Brutius non adijt, exiſtimante illa hæc omnia fratrem latêre: paulò pòſt ſic eam adoleſcens frater alloquitur: Vehemens rumor peruaſit in caſtra, te cum uno ex principibus congredi: quiſnam is eſt? Si enim uir eſt inſigni uirtute & probitate (ut aiunt) bellum omnia permiſcẽs paruifacit genus. Turpe autem nihil, quod ui ac neceſſitate fiat: uerùm felicitas quædam iudicanda eſt, quo tempore parum ius ualeat, uim inferente quamhumaniſſimo uti. Ex hoc Brutium mulier accerſiit, eíque fratrẽ cognitum fecit. Qui cùm approbator uideretur eius amoris eſſe, beneuolentioremque & obſequentiorem
50 barbaro ſororem præberet, eum ſibi magis in fidem confirmauit. Quare iniecta illi ſpe maxima præmiorum, quam Fabius oſtenderat, militis amantis animum leuiter immutauit. Hæc à plurimis ſcriptoribus traduntur. Quidam uerò mulierem à Brutio amatã ferunt non Tarentinam, ſed Brutiam genere, Fabiíque amicam fuiſſe: quæ ut accepit

accepit ſuum ciuem & notum Brutiorum ducem eſſe, rem ad Fabium detulerit, inde habito cum duce colloquio, ſuaſionibus eduxerit hominem atque oppreſſerit. Dum hæc aguntur, Fabius ad fraudem uerſus, quâ amouere longius Annibalem poſſet, militibus qui Rhegij erant per literas mandat, Brutium agrum excurſionibus uaſtent, Cauloniámque euertant. Octo millia militum hi erant, transfugæ plurimi ex iis qui in Sicilia ignominioſè à Marcello habiti erant, nequiſſimi homines, quos ciuitas ſine detrimento & facilè amitteret. Sperabat enim id quod accidit, iis per dolum Annibali proditis, à Tarento illum ſe auerſurum: ſtatim enim Annibal perſe-
51 cuturus eò cum exercitu diſcurrit. Septimo autem die, ex quo Fabius Tarentinos obſederat, habito cum Brutio antè colloquio, cum ſorore adoleſcens ad eum in caſtra ſe contulit, edoctus diligenter locum, quâ præſidens Brutius inuadentes immiſſurus erat. Haud tamen Fabij in re conficienda ſimplex cõſilium fuit, ſed ipſe ad eam partem urbis profectus, ſilẽtio ſubſedit: reliquus autem exercitus adortus terra maríque, magno clamore ac tumultu oppugnare urbem cœpit, quoad illuc concurſu Tarentinorum facto, ad repugnandum iis qui mœnibus imminebant, Brutius ſignum Fabio dedit, inuadendæ urbis opportunitatem adeſſe: ille admotis ſcalis murum conſcendens, urbe potitur. Hîc uidetur Fabius ambitioni nimiùm conceſſiſſe. Nam primos omnium iugulari Brutios iuſſit, ne appareret eum proditione urbem cepiſſe: quem tamen falſum habuit opinio: perfidiæ enim & crudelitatis infamiam ſubiit.
52 Interierunt & plurimi Tarentinorum: triginta millia uenundati ſunt: direptáque ab exercitu urbe, tria millia talentorum relata in ærarium. Vexatis igitur, direptíſque aliis, dicitur ſcriba à Fabio contendiſſe, quidnam de diis fieri iuberet, imaginibus & ſtatuis uidelicet ita nuncupatis. Ad ea Fabius reſpondiſſe: Relinquamus Tarentinis infeſtos deos. Attamen Herculis ſimulachrũ Tarento aſportatum, in Capitolio iuxta æream ſui equeſtrem ſtatuam locauit. Permultúmque in hoc uiſus eſt à Marcello eſſe ſuperatus, & magis illum uirum manſuetudine & humanitate admirabilem reddidit, ut in eius uita ſcripſimus. Annibal uerò fertur in ea perſecutione, quadraginta tantùm ab urbe ſtadiis aberraſſe, dixiſſéque palam omnibus, Eſt certè alter Romanis Annibal: Tarentinorum urbem, ut ceperamus, amiſimus. Ad amicos autem priuatim, Tum primùm dicere ſibi in mentem ueniſſe, ut iampridem perſpexiſſet, difficile ipſis eſſe, nunc autem impoſſibile, præſentibus copiis Italia potiri. Hic ſecundus
53 Fabij triumphus fuit multò clarior priore atque illuſtrior: qui ut bonus athleta, cum Annibale repetito certamine, facilè eius omnia & cõſilia & facta peruertit, cùm iam quemadmodum anſæ & amenta, firmitudine deſtituerentur. Nam pars exercitus luxuria ac deliciis reſoluta erat, pars aſſiduis præliis ueluti defeſſa & fatigata. Marcus quidam Lucius Tarentum obtinebat, quo tempore ad Annibalẽ defecit, qui amiſſa urbe arcem retinuit, quoad Romani eam receperunt. Hic Fabij gloria uehementer angebatur, & ſemel impulſus inuidia atque ambitione, in ſenatu dixiſſe dicitur, Nõ Fabium, ſed ſe, recipiendi Tarenti cauſam extitiſſe. Tum ridens Fabius, Vera, inquit, mehercle narras: nam niſi tu amiſiſſes, ego nunquam recepiſſem. Romani uerò cùm
54 aliis honoribus Fabium affecerunt, tum eius filium conſulem deſignarunt. Cúmque is magiſtratum iniſſet, & quædam ad bellum diſponeret, pater ſiue ætatis uitio, ſiue alia quadam ui morbi, ſiue quòd filium tentare uellet, inuectus equo, per mediã circunſtantium turbam incedebat. Quem cùm uidiſſet iuuenis, non tulit, miſsóque ad eum lictore, patrem deſcẽdere ex equo iuſſit, ac pedibus accedere, ſi quid à magiſtratu petiturus eſſet. Quod imperium cæteri indignè tulerunt, & in Fabium omnes oculos animúmque conuerterant, quem putabãt priori gloria indigna pati. Ipſe autem repentè ex equo deſiliens, æquò citius ad filium properat, eúmque complexus & gratulans: Rectè, inquit, fili, & ſentis & agis: nec latuit te quibus imperes, & quãtam imperij molem ſuſceperis: ſic & nos, & maiores noſtri Romanam ciuitatem exauxi-

Valent aureis coronatis 1800000.

Gratia relata pro rebus benegeſtis. Liuius lib. 4. Decad. 3.

Parentũ ſplẽdor.

mus, patriæ gloriam ſemper parentibus ac liberis præferentes. Et reuera quidem fertur Fabij proauus maxima apud Romanos gloria atque potentia fuiſſe: quinquies enim conſulem eſſe creatum, triumphóſque clariſſimos ex infeſtiſſimis hoſtibus reportaſſe, ac filio conſulatum gerenti legatum fuiſſe ad bellum adminiſtrandum conſtat. In triumpho autem, cùm filius triiugo curru eſſet inuectus, ipſe equo inſidens cum alia turba ſequebatur, in hoc ſibiipſi congratulans, quòd cum filium paterno iure haberet ſubditum, aliorum uerò ciuium maximus & eſſet, & diceretur, legibus tamen ſe & conſule demiſsiorem gereret. Verùm ille uir non his ſolùm admirabilis fuit. Cæterùm Fabius cùm filium amiſiſſet, ut uir ſapiens, & humanus parens, caſum ſuum æquiſſimè tulit. Laudationem uerò, quod munus in funeribus propinqui obeunt, ipſe in foro conſtitutus pro filio dixit, quam poſtea ſcriptam dedit. Sed poſteaquam Cornelius Scipio in Iberiam miſſus, Carthaginienſes multis 56
prælijs ſuperatos è prouincia eiecit, gentibus autem permultis ac maximis ciuitatibus ad imperium Romanorum adiunctis, præclariſſimis rebus geſtis ciuitatem ornauit, beneuolentiam & gloriam, quantam nemo unquam alter, aſſecutus eſt. Conſul deinde factus, cùm proſpiceret populum ſeſe ad Annibalem oppugnandum expetere atque efflagitare, ibi cum Annibale manus conſerere priſcum nimiùm & uetuſtum ducens, excogitauit nauibus Carthaginem petere, & Libycam regionem armis & exercitibus populari, ad ídque populum pro uirili ſua excitare atque impellere nitebatur. Hîc Fabius omni ratione metum incutiens ciuitati, ut quæ ab imperito adoleſcente & improuido, in maximum periculum & ultimum diſcrimen 57
uocaretur, Senatui ne fieret perſuaſit. Populo autem uiſus eſt, ob inuidiam Scipionis gloriæ obtrectare, ueritus ne ſi ille magna aliqua re & præclara geſta, bellum id ſuſtuliſſet omnino, aut ex Italia eieciſſet, iners ipſe & ignauus uideretur, qui tandiu bellum traxiſſet. Ab initio tamen æſtimatus eſt, quòd maximè ſecuritati proſpiceret, magnúmque periculum formidaret, ad repugnandum accedere: cùm uerò intenderet magis, ac longius proueheretur ambitione quadam & pertinacia, Scipionis curſum ad gloriam impedire uelle uidebatur. Siquidem Craſſo Scipionis collegæ perſuaſit, ut obuiam iret, nec permitteret ut Scipioni imperium mandaretur, neque de dignitate illi cederet, ſed ipſe, ſi uideretur, cum exercitu Carthaginem nauigaret. Vt uerò non permiſit ei pecunias ad bellum dari, Scipio coactus ipſe
belli impenſam ſuſcipere, ex Hetruriæ ciuitatibus, quibus cum ſibi priuatim amicitia erat, coegit pecunias. Craſſum autem hominem minimè contentioſum, ſed 58
mitem & manſuetum, & quòd pontifex maximus foret, tum natura ipſa, tum quædam diuina lex facilè domi continuit. Quare rurſus obſiſtere Scipioni alia ratione aggreſſus Fabius, iuuentutem cum eo ad bellum exeuntem prohibuit ac remoratus eſt, in ſenatu & in concionibus clamitans, Scipionem non modò Annibalem fugere, ſed quæ ſupereſſent ex bello copias ex Italia quoque abducere, blandiendóque iuuentutem inani ſpe ducere, eíque ſuadere, parentes, coniuges, ciuitatem relinquere, hoſte inuicto ipſis portis aſſiduò imminenti. Quibus perterriti Romani, eas ſolùm legiones quæ in Sicilia erant, Scipioni ad bellum decreuerunt: trecentos præterea ex his, qui ſub eo in Hiſpania meruerant, quibus fidis utebatur. Hæc igitur Fabius ex ſua natura & conſuetudine in Repub. ſentire uidebatur. Sed poſtea- 59
quam Scipio traiecit in Libyam, & facta ſtatim eius admiranda, & res geſtæ maximæ atque pulcherrimæ, Romam nuntiatæ ſunt, &, quæ famæ teſtimonio forent, ſpolia multa conſecuta ſunt: rex uerò Numidarum captiuus, & duorum caſtrorum eodem tempore incendia, interemptióque multorum cùm hominum & equorum, tum etiam armorum, quæ in illis apparata erant: tum Annibal per legatos à Carthaginienſibus reuocatus eſt, iubentibus ſpes illas imperfectas dimittere, & patriæ auxilium ferre. Ad hæc, Scipio cùm ob eos ſucceſſus omnibus uerſaretur in ore, cenſuit

ſuit Fabius, Scipioni ſucceſſorem eſſe mittendum. In quo cùm cauſam aliam probabilẽ nõ haberet, uulgatũ illud uſurpabat: Periculoſum eſſe, ſpem tanti imperij unius
60 hominis fortunæ cõmittere: difficile autẽ eſſe eundem ſemper ſecũda uti fortuna. Sic ad poſtremum in offenſionem multitudinis incurrit, ut homo moroſus ac inuidus, aut affecta iam ætate timidus, & ſpe bona deſtitutus, ac præter modum Annibalem perhorreſcens. Neque enim eo cum copiis ex Italia diſcedente, etſi confirmatis ciuiũ animis, tempus quietũ atque indubitatum reliquit, ſed tum maximè inquit ciuitatis ſtatum laborare, & in ultimum diſcrimen eſſe adductũ. Grauiorem nanque in Libya pro ipſa Carthagine Annibalem ipſis futurũ, exercitúmq; Scipioni occurſurũ, multorum adhuc ſanguine imperatorũ, Dictatorum, ac conſulum madentem. Quare ciuitas his rurſus uocibus maximè perturbata eſt, ut bello in Libyã ſecedente, belli metus Romæ propior factus putaretur. Verùm Scipio haud multò pòſt tempore, cùm prælio fuſo Annibale, Carthaginis occidẽtis animos & audaciã fregiſſet deiecíſétque, máius ſpe omniũ ciuibus gaudiũ attulit, ac uerè imperiũ Romanorum magno
61 ſalo & fluctibus agitatum, in priſtinum ſtatum & dignitatẽ uindicauit. Sed Fabius haud quidem uſque ad belli exitum uita ſuperfuit, neque audiuit ſuperatum Annibalem, neque patriam magnis & certis ſucceſſibus illuſtratã aſpexit. Quo enim tempore Annibal ex Italia ſoluit, morbo correptus diſceſſit è uita. Epaminondã igitur Thebani, ob inopiam, publico honore funeris proſecuti ſunt: nihil enim eius mortui domi, prẽterquam ueru ferreum, inuentum ferunt. Fabio uerò haud eſt publicum funus à Romanis exhibitum, ſed priuatim ſingulis ad ſepulturam conferentibus, non ut inopię ſubuenirent, ſed ueluti populi parentem ſepultura ornarent, congruentem uitæ honorem in morte, & gloriam conſecutus eſt.

Mors. Valer. Max. lib. 5. cap. 2. Honor mortuo habitus.

PERICLIS ET FABII COMPARATIO.

62 Alia igitur de horum uirorum uitis & moribus ex hiſtoriarum monumẽtis accepimus. Sed cùm multa uterque & præclara, & ciuilis & bellicę diſciplinę exẽpla reliquerit, age ex bellicis rebus illud primùm ſumamus, quòd Pericles populũ fortunatiſſimum ac ſua ætate maximũ, ac maximè potentia opibúſque florentẽ nactus, cõmuni fortuna, & uiribus ciuitatis iure ſecurus & felix per omnẽ uitam fuiſſe uidetur. At Fabius perditiſſimis temporibus & alieniſſimis ciuitatem capeſſens, nõ in bonis ſeruauit incolumẽ, ſed ex malis eripiens, in optimum ſtatum reſtituit. Pericli Cimonis uictoriæ & Myronidis, Leocratíſque trophæa, ad hæc Tolmidis ſucceſſus plurimi ac maximi, dum Reipublicæ præfuit imperator, ciuitatem celebritatibus & conuentibus publicis ornandam magis, quàm recipiendam bello & ſeruandã tradiderunt. Fabius autẽ, cùm
63 fugæ permultæ & clades, multorum etiam interitus, iugulationéſque ducum atque imperatorũ, ad hæc paludes campíque & ſaltus exercituũ cadaueribus referti, flumina præterea uſque ad mare cæde & ſanguine exundantia, ſibi ante oculos uerſarẽtur, atque his ſuo tempore illatis à uiuo adhuc hoſte & incolumi, contemptus omnibus, ad ſubleuandã ciuitatem ſe cõferens, haud funditus euerti ſiuit. Atqui uidebitur fortaſſe haud ita difficile eſſe ciuitatẽ multis afflictam cladibus attollere iacentẽ, & quæ ob neceſſitatem præſertim conſilio prudentis ducis obtemperet, ut populi ſecundis rebus elati, ſibíque præſidentis, quaſi frenis quibuſdam petulantiam & audaciam
64 cohibere. Quod uidetur Pericli de Athenienſibus contigiſſe. Sed quæ Romanis inciderunt & plurima & maxima mala, magno & inuicto animo hominem oſtenderunt, qui neque turbaretur his omnibus, neque à priore mente conſilióque deſciſceret. At Samo quidem à Pericle captæ, Tarenti receptionem licet opponere: Eubœæ uerò, Campaniæ ciuitates. Ipſum poſtea Tarentum Furius & Appius conſules

Qualis uterque fuerit in bello.

obtinuerunt. Ex apparatu uerò pugna non uidetur Fabius cõflixisse, præterquã ea, ex qua primùm triumphauit. Pericles uerò ex terrestribus maritimísque pręliis, nouies ex hostibus trophæũ statuit. Nulla tamen Periclis res gesta memoratur tanta, quanta est à Fabio gesta, cùm ex Annibalis insidiis seruato Minutio, Romanorum exercitũ seruauit incolumẽ. Opus enim magnũ, & cùm fortitudinis, tum prudentiæ humanitatísque fuit. Rursus Pericli non quemadmodum Fabio talis bello error obtigit, cùm 65
per boues ab Annibale astutia superatus est, qui casu & fortuitu in angustiis clausum deprehendit hostem, noctu latentẽ neglexit, & luce uim inferẽtem, & præuenientẽ, concertatorémque superantẽ. Quòd si non præsentia solùm inspicere decet, sed etiã ex futuris optimũ ducem coniicere, bellum profectò, quem Pericles præuiderat, prędixerátque Athenienſibus, exitum habuit. Illi enim plurimis intenti, cupiditate suas opes amiserunt. At Romani contra Fabij sententiam, Scipione Carthaginem misso, omnium rerum potiti sunt, non fortuna quidem, sed sapientia & fortitudine imperatoris, qui hostem fudit. ut huic quidem sapientis consilij patriæ clades testimonio sint, illum malè omnino sensisse successus ipsi arguere uideatur. Pariter autem in duce reprehendendum, præter spem uel detrimentum accepisse, uel strenuè rem gessisse. Sola enim, ut uidetur, inexperientia gignit audaciam, eadémque fiduciam aufert. 66
Qualis in republica. Atque hæc de bellicis rebus satis dixisse sit. Quod autẽ ad remp. spectat, Pericli bellũ uitio maximè datur. dicitur enim ab eo conflatum, & profectũ esse contentione quadam, ne Lacedæmoniis cedere uideretur. Existimo autem neque Fabium ipsum ulla cõcessisse Carthaginienſibus, sed magno & generoso animo, pro imperatoris munere, periculum suscepisse. Verùm Fabij in Minutium mansuetudo & clementia, Periclis cum Cimone & Thucydide dissensionem arguit: qui uiri optimi cùm essent, & optimatũ apprimè studiosi, pulsi ab eo & in exilium conięcti sunt. Sed Pericli potentia maior, maiúsque imperiũ fuit, quibus alios prohibuit duces detrimenti aliquid, re malè consulta, ciuitati inuehere. Tolmides tantùm eum effugiens, ac uiolenter urgẽs, Bœotico bello offendit. Cæteri autẽ illi se dederunt, opúmq; illius magnitudine, 67
se ad eius sententiam accommodarunt. At Fabius cùm ipse per se esset ab omni errato & offensione remotus, potentia in prohibendis cæteris inferior fuisse uidetur. Non enim tot cladibus perfuncti essent Romani, si quãtùm Athenis Pericles, tantùm Romę ualuisset Fabius. Iam uerò in pecuniis magnificentiam, hic nihil à diuitibus accipiendo, ille multa inopibus largiendo, permaximã ostendit, cùm priuatis copiis captiuos redemisset. Nec Fabio quidem ampla res erat, sed sex tantùm talenta. Pericles autem haud facilè fortasse quis diceret quantis opibus, cùm ex sociis & regibus iuuari locupletaríque liceret, à largitionibus se inuictum & incorruptũ seruauit. Iam uerò cum Periclis operum magnitudine, ac templorum ædificiorũmque apparatibus, quibus Athenas Pericles ornauit, quanquã non omnia quidem, quæ ante imperatores Romæ erant, decora & ornamenta cõferenda sunt: præstantem tamen quandam excellentiam ac eximiam eius munificentia, ac liberalitas habere uisa est.

Magnificentia.

Facultates.

Pelopidas.

ANTONIO BECARIA INTERPRETE.

CAto senior quibusdam strenuum hominem audacémque laudantibus, Plurimùm differre inquit, uirtutem magni, uitam non magnificiẽdam putare. & rectè quidem. Nam cùm apud Antigonũ quidam confidenti animo, habitudine tamen corporis haud prospera militaret, interrogatus à rege, quænã esset palloris in eo causa: quandam ægritudinem incognitam respondit. Postquã autem uirtute 1

uirtute affectus rex, ac magnificentia quadam motus, imperauit medicis, ut si qua essent ad salutem remedia, illum curarent: cùm bonæ ualetudini restitutus esset, non eo amplius ardore atque impetu periculis sese certando obiiciebat. Quapropter ad-
2 miratus Antigonus eam animi mutationem, non poterat non accusare. Cui ille, nihil causam dissimulans, Tu me ô rex, inquit, profectò minus audacẽ reddidisti, cùm ex his malis liberaueris, quibus uiuere paruifaciebam. Ideo & uir quidam Sybaritanus eadem Spartanis uidetur obiecisse, inquiens: non multùm laudis reportare, quòd fortiter bello morti sese obiicerent, ob duros eorum labores, ac uiuendi disciplinam & asperitatẽ. At Sybaritis, cùm uirtutis ac gloriæ loco omnibus deliciis ac mollitiei dediti essent, non mirum si uideantur uitam despicere, qui mortem non timent. Lacedæmonij enim & uiuendum libenter, & moriendum, sed utrunque cum uirtute censebant, ut ex hoc epicedio constat:

Hîc cecidere uiri, quîs nec mors, at neque uita,
Sed pulchrum, pulchrè uiuere, obire fuit.

Non enim mortis fuga damnãda est, si sit uita uirtutis ac honestatis studiosa. Neque
3 ulla mortis constantia reprehendenda, si non ex contemptu uitæ proficiscatur. Vnde Homerus semper audacissimos ac pugnacissimos uiros optiméque armatos educit ad pugnam. Græcorum uerò leges, non qui ensem, aut lanceam, sed qui clypeum amittebãt, mulcta dãnabant: docentes oportere militi magis qui non accipiat, quàm qui det incommodum, curæ esse debere, duci præsertim urbis & exercitus. Si enim, ut Iphicrates inquit, pedites quidem manibus similes sunt, equites uerò pedibus, ipsáq; acies pectori & thoraci, capiti autem imperator: non existimandum est si quis se temerè periculis obiecerit, seipsum solùm negligere, sed etiam omniũ, quibus per ipsum salus constat, & contrá. Vnde Callicratidas uir etsi cætera egregius, non tamen sapienter auguri respõdisse uisus est. Nam cùm iuberet, ut sibi à morte caueret, quam
4 sacra portendebant: Non in unius, inquit, morte Spartæ salutem positam esse. Nam cùm pugnaret Callicratidas, unus erat, necnon cùm nauigaret militarétque, sed profectò dux omnium cùm esset, omnémque totius exercitus potentiam suscepisset, neque unus, neque solus erat. Sed melius Antigonus senex, cùm apud Andrum nauali prælio dimicaturus esset, cuidam dicenti, longè plures esse hostium naues: At meipsum, respondit, quot eorum obiicies? magnifaciens profectò, ut decebat, imperij dignitatem, si cum experientia & uirtute locata sit: cuius præcipuum illud est, seruare eum, quo seruato, cætera conseruantur. Itaque pulchrè Timotheus. Cares enim cùm nonnullas in corpore cicatrices Athenienſibus ostentaret, ac clypeum ipsum lancea confossum: Ego uerò, inquit, uehementi pudore affectus sum, quòd cùm obsiderem Samum, prope me conciderit telum, quasi meipso iuueniliter magis uterer, quàm
5 deceret imperatorem, aut ducem tanti exercitus. Vbi enim periculum imperatoris communem omnibus afferret calamitatem, ibi & manu & corpore pro uiribus certandum est. Illi quoque rectè ualeant, qui dicunt oportere optimum imperatorem maximè quidem senectute, aut certè senescẽtem mori. Vbi uerò parua uirtutem imperatoris gloria, certa autem rerum omnium pernicies, si minus illi ex sententia succedat, consequatur, quis militis operam ab imperatore exigat ipsius periculo redemptam? Cùm igitur Pelopidę ac Marcelli uitam scribere instituissem, haud alienũ esse, ut ea prædicerem, existimaui. Hi enim maximè quidem ac pugnacissimi uiri, pro se quisque eorum patriam imperatoria laude extollentes, ambo temerè conciderunt. Aduersúmque grauissimos hostes uterque bellum gerens, alter quidem Annibalem antea inuictum primus, ut aiunt, in fugã uertit: hic uerò Lacedæmonios mari & ter-
6 ra superantes uniuersa, acie deuicit. Ambo seipsos temerè periculis obiicientes uitam amiserunt, & potissimùm eo in tempore, quo maximè eorum uita optatissima fuit. Propterea nos morum similitudinem sequuti, eorum uitas memoriæ commendabi-

Acies ad corpus humanũ collatio.

Genus. Educatio. Ingenium.

mus.Pelopidas igitur Hippoclis filius, ſpectatiſſimo genere natus, ut & Epaminondas magnificè educatus, inter Thebanos maximè pollebat. Cúmq; adhuc adoleſcẽs eſſet, nactus ſplendidiſſimam domum, petentibus quibuſque & potiſſimùm qui mereri uidebantur, opitulari cœpit, ut uerè ſuarum rerum dominus uideretur, non ſeruus. Nam quidam ſunt, ut inquit Ariſtoteles, qui ob eorum cupiditatem, ac animi liberalitatem, minimè diuitiis utuntur, alij uerò per intemperantiam abutuntur: ſeruiúntque hi quidem uoluptatibus ſemper, illi occupationibus tranſigũt uitam. Itaq; cùm plurimi eſſent, qui Pelopidæ gratia & benignitate commoti, eius liberalitate ac munificentia facilè uterẽtur, ſoli ex amicis Epaminondæ nunquã, ut acciperet quicquam, potuit perſuadere. Cuius continentiæ in eo ipſe par erat, quòd & ueſtium tenuitate, & cibi moderatione, tum tolerantia laborum, & in fungendo imperatorio munere, ſynceritate æquè exornatus erat, quemadmodũ Euripides Capaneus: cuius quidem res ampliſſimæ erant, non tamen ob eam rerum copiam inſolẽs aut mollis, quinimò cui fœdũ ac turpe uidebatur pluribus uti ad corporis cultum, quàm hi qui inter Thebanos minimùm poſſiderent. Epaminondas igitur, etſi ex conſuetudine & ex patria hæreditate haud locuples eſſet, longè tamen modeſtiorem illum reddebat philoſophia, quod quidem uiuendi genus uſque ab ineunte ætate ſibi delegerat. Sed Pelopidæ quidem clariſſima uxor erat, geniti etiam liberi, uerùm nihil minus per omnem uitam reipub. ſe dans, facultates negligebat. Et cùm quidã ex eius amicis dicerent, rem neceſſariam ab eo negligi, accumulandarum opum ſtudiũ ſcilicet: Rem ſanè neceſſariam, inquit, huic Nicodemo, oſtendens quendam claudum & cæcum. Erant etiam ambo æquè ad quanuis uirtutem nati, niſi quòd colluctari magis Pelopidas delectabatur, diſcere autem Epaminondas, ac inter otium uerſari. Hic paleſtra & uenatione, ille audienda magis philoſophia clarus euaſit. Cùm uerò plurima ambo conſequuti eſſent, quæ illos ad gloriam dignitatémque euexerũt, nihil tamen dignius laude ac admiratione fuit, quàm quòd inter tot communia certamina, communéſque magiſtratus ac præfecturas, tantam ſeruauerint inter ſe beneuolentiam & fidem, eámque ab initio uſque inuiolatam & incorruptam obtinuerint. Si quis enim Ariſtidis adminiſtrationem & Themiſtoclis, & Cimonis & Periclis, & Niciæ & Alcibiadis principatum inſpexerit, quàm plena diſcordiæ, inuidiæ ac ſeditionis ea dignitatis acceſſio extiterit: uertátque iterum oculos ad Pelopidæ in Epaminondam beneuolentiam & ſtudium, hos certè rectius collegas principatus & imperij appellabit, quàm illos qui continua inter ſe contentione diſſidebant, non magis ut hoſtes, quàm ut ſeipſos ſuperarent. Cauſa enim erat non diſsimulata uirtus, qua non gloriã, non diuitias ex rebus geſtis quærebant, in quibus inſita eſt omnis inuidia ac ſeditio diſcordiáque ciuilis: tum etiam mutua quædam & ſingularis charitas, qua mouebãtur ut eorum patriam maximam ac clariſsimam efficerent. Ex quo euenit, ut unuſquiſque alterius dignitate quaſi priuata lætaretur. Quam quidem amicitiam exiſtimant ab illo ad Mantinæam bello cœpiſſe, quod unà cum Lacedæmoniis geſſerunt, quibus cum tum primùm amicitia & ſocietate aſtricti fuerant, cùm auxilia Thebani miſiſſent. Inſtructi enim inter acies, & unà pugnantes aduerſum Arcades, Lacedæmoniorum cornu, quod poſt eos erat, iam cedente, ambo obuiam hoſtibus ſe cum clypeis obiecerunt. Pelopidas uerò ipſe ſeptem à fronte acceptis uulneribus, cùm inter hoſtium ac ſuorum cadauera concidiſſet, Epaminondas etſi haud uiuentem redimere poſſe exiſtimaret, irruẽs tamen ſolus aduerſum multos ſe cõiecit, ſtatuens mori malle, quàm Pelopidam prolapſum non uindicare. Quo etiã acriter uulnerato, cùm in pectore quidem lãcea, & in brachio enſe eſſet uulneratus, ex altero cornu Ageſipolis Spartanorum rex exiliens, eos præter ſpem ex hoſtium manibus liberauit. Poſtquã uerò Spartani ſe ad Thebanos contuliſſent, ac inter ſe amicitiæ & ſocietatis fœdera iciſſent, uerbo quidem amici erant, re autem ciuitatis audaciam pertimeſcebant, & potiſſi-

Epaminõdæ laus.

7 8 9 10 11

potiſſimùm Iſmenij & Androclidæ ſocietatem & conſuetudinem, in qua erat & Pelopidas, cùm hi quidem urbanitate quadam & populari manſuetudine præſtare uiderentur. Archias igitur & Leontidas, & Philippus, & principatu & diuitiis clari, ſed nihil modeſtum ſentientes, Phœbidæ Laconico perſuaſerũt, ut cum exercitu de improuiſo Thebanam arcem, quę Cadmia nuncupabatur, occuparet, aduerſantémque unumquenque eiiceret de ciuitate, eámque Lacedæmoniis ſubiiceret, occupatum à paucis principatum. Quo perſuaſo, nihil aduertentibus Thebanis, ſtatim ciuitatem inuaſit. Arcem quoque cùm tum fortè ſacra quædam celebrarẽtur, facilè cepit. Iſmenias & ipſe captus eſt, miſſúſque Lacedæmonem: paulò pòſt confectus cæde interiit.

Thebæ à Phœbida occupãte.

12 Pelopidas uerò, & Pherenicus, & Androclides cum plurimis aliis clàm exeũtes, effugerunt. Epaminõdas ipſe ea in regione permanſit, tanquam uir deſpectus, minimé que ad rem aptus ob philoſophiæ ſtudium, ac rerum inopiam impotẽs. Lacedæmonij ubi ea ſenſerunt, Phœbidam à principatu deiectum drachmarum decem myriadibus mulctarunt, nihil minus tamen arcem præſidio tenuerunt. Cęteri igitur Græci eam iniquitatem admirabantur, quòd authorem rei damnaſſent, rem tamen ipſam cõprobare uideretur. Sed Thebanis amiſſa patriæ libertate cùm Archiæ & Leontidæ ſeruirent, nulla ſpes relicta erat conditionis mutandæ, ac eiiciendæ tyrannidis, quam uidebant ob Spartanorum præſidium diu duraturam, neque ullo modo finem habituram, niſi quiſpiam alius eorum potentiam confringeret, cùm uniuerſæ Græ-

13 ciæ terra mariſque principes eſſent. Leontidas quoque ſentiens eos qui effugerant Athenis uerſari, ac omnibus charos eſſe, maximéq; primatum conſuetudine uti, inſidias illis parare nitebatur: miſsíſq; ab eo clàm nonnullis, Androclides dolo interfectus eſt, cæteri uerò euaſerunt. Literæ etiam à Lacedæmoniis miſſæ, iubentes ne Athenienſes eorum rebelles acciperent, neque fauerent, ſed eiicerent, tanquam communes hoſtes à ſociis declaratos. Athenienſes uerò pro patria & ingenita ſibi humanitate Thebanos excuſantes, eos potiſſimùm qui plebi authores fugæ fuerant, decreuerunt, ſi quis Athenienſis per Bœotiam in tyrannos arma ferat, Bœotũ ſe neminem nec audituros nec aſpecturos eſſe: nulla alia iniuria affecerunt. Pelopidas uerò etſi adoleſcens eſſet, ſingulos tamen ex ſuis adibat, habebátque oratione continuè ad eos, quòd neque bonum, neque pium eſſet, ſeruientem patriam non reſpicere, & ſe ſolùm ſeruare, ac lætos uiuere, penderéque ex Athenienſium decretis, ac uereri eos qui ſemper ſe ſubiecerunt, quicunque loquendi & perſuadendi gratia floruerunt: ſed periclitandum eſſe de rebus maximis, proponendum ante oculos exemplum Thraſybuli, eiúſque audaciam ac uirtutem, quemadmodũ ipſe ex Thebis primùm motus Athe-

14 nas tyrannis liberauit, ita ipſi ex Athenis Thebas in priſtinam redigãt libertatẽ. Hęc cùm quotidie diceret, perſuaſi omnes, ad reliquos amicos Thebas clàm mittunt, qui illis eorum animum ac conſilium aperirent: qui etiam facilè aſſenſerũt. Charon uerò qui inter alios clarus erat, etiam domum ſponte obtulit. Hoc idem & Philidas, qui ſcriba effectus erat eorum, qui cum Archia & Philippo præfectis belli militabant. Epaminondas interim iuuenes Thebanos animo & audacia inflammabat: iubebat enim eos in gymnaſiis ac palæſtra cum Lacedæmoniis contẽdere, ac experiri. Deinde ubi uidit eos nemini inferiores eſſe, quinimò facilè ſæpenumero alios ſuperare, incuſabat eorum ignauiam, qui eis ſeruire paterentur, quos tãtùm fortitudine & uiribus antecellerent. Deinde uerò dicta ad facinus die, uiſum eſt exulibus Pherenicum alios conducentem in Thryaſio expectare, & cum paucis poſtea ingredi ciuitatem, ut ſi quid illis mali eueniſſet, ipſi alios omnes tueantur, ne eorum liberi aut parentes maiorem inciderent calamitatem. Suſcepit igitur eam rem primus Pelopidas, deinde

15 Melon, Damoclides, & Theopompus, uiri ſanè primarij, ſummáque inter ſe beneuolentia coniuncti, ſempérque de laude & gloria concertantes. Hi autem cùm eſſent omnino duodecim, amplexi quos relinquebant, premiſſo Charoni nuntio, pro ten-

pore accincti ſequebãtur,uenabula ac canes ad uenandum ſecum trahentes, ne quis obuiam factus poſſet malè ſuſpicari,ſed ut uiderentur ſoliti eam regionem peruagari. Vbi uerò nuntius ad Charonem peruenit, & cæteros in uia eſſe nuntiauit, non tamen Charon,tametſi periculum præ oculis eſſet, de ſententia ceſſit: ſed ut erat uir optimus,ac ſicut fuerat pollicitus,ita ſuæ patuerunt fores. Hippoſthenidas autem uir quidam haud abiiciendus,quinimò & amator patriæ, & exulibus beneuolus, ſed ea animi magnitudine carens,quam & tempus & res ipſa poſtulabat,ſed uelut uertigine correptus,ad tantam belli iam emergentis molem timidè incedebat, uíxq; rationis compos,cùm uideret ob eam rem totum Lacedęmoniorum imperium conquaſſari,paucorum exulum ac priuatorum uiribus, domum abiens, quendam ex amicis ad Melonem & Pelopidam tacitè mittit,iubens eos reuerti, & expectare maiorẽ opportunitatem. Nuntius uerò, cui Chlidoni nomẽ erat,domum petens,ac educens e- 15
quum,in quærendo frẽno præ celeritate animo concitabatur:dum hæſitat mulier,& non habere,ſed uicino datum eſſe reſpondet, iurgia primùm inter ipſos oborta, deinde etiam conuitia,cùm & ipſi & mittentibus infauſtum iter imprecaretur:ita plurimam diei illius partem obiurgando contriuerunt, itérque prorſus tanquam inauſpicatum intermiſit, & aliò ſe conuertit. Tantulùm aberat, quin res magnæ & pulcherrimæ principio ſtatim occaſionẽ amiſiſſent. Sed Pelopidas interim, & qui cum eo erant agreſtibus paludamẽtis induti, cùm iam ad urbem applicuiſſent, adhuc lucente die,diuiſim alij per aliam ciuitatis partem ingreſſi ſunt. Erant tum fortè obortæ nebulæ quædam cum ingenti grandine ac nymbis,quibus plerique domum confugerant, quò facilior latendi fuit facultas. Nullus fuit præterea ex eius rei conſciis, 17
qui eis non patefaceret fores, ac ipſos ad Charonis domum comitaretur, ubi unumquenque conueniendi locus cõſtitutus erat. Additi præterea iam nonnulli eo in numero erant, uſque ad octo & quadraginta. Quæ uerò ad tyrannos attinebãt,ſic ſe habent. Philidas ſcriba,ut diximus,Pelopidæ quidem & ſociis fautor & cõſcius,eadem die cùm Thebani feſta quædam ac ſolennes ludos celebrare conſueuiſſent, ea ex induſtria Philidas Archiæ & ſociis denuntiat,fecítque ut maximè dediti uoluptatibus & temulentiæ,faciliorem prębęrent ad rem inceptandam commoditatem. Nec iam longè ab ebrietate diſtabant, cùm noua quædam nec obſcura quidem de Pelopida ac ſociis afferuntur, quòd ciuitatem clàm introiiſſent. Philidas uerò cùm occupaſſet ſermonem, Archias interim quendam ex eius miniſtris ad Charonem mittit,iubens 18
ad ſe uenire. Interim ea abibat dies, Pelopidáſque, & qui cum eo erant, ſe intus continebant,armati thorace & telo,expectantes opportunitatem. Cùm uerò nuntius ianuam pulſaſſet,ac miniſter domus ad uocem accurriſſet,Charonémque à præſidibus accerſiri perterritus diceret,rem patefactam eſſe,de omnibus actum eſſe,omni prorſus ſpe ſublata uindicandæ libertatis: tamen uiſum fuit primò Charonẽ ad Archiam proficiſci, ſéque illis quàm maiori animo poſſet inuiolatum ac inſuſpectum præbere. Charon uerò etſi uir grauis eſſet, atq; ad omnia pericula audax, uehemẽter tamen ea inexpectata aduocatione pertimuit, ne aliqua proditionis ſuſpicione inuecta, tot ac tanti uiri eius capite perderentur: atq; accerſito ex thalamo filio qui etſi adoleſcẽs eſſet, forma tamen ac corporis fortitudine cæteris eius ætatis præſtabat, Pelopidæ in manus tradidit,ut ſi quem dolum aut proditionem eum innectere ſentiret, in illum primò tanquam in hoſtem uerteret gladium. Plurimis tum ob eam Charonis fidem 19
lachrymæ obortæ,omnéſque eam profectionem moleſtiſſimè tulerunt, quaſi certiſſima res eſſet,ſi iret,apertam incurſurũ necem, adeò manifeſtatæ rei ſuſpicione tenebantur:eúmq; rogabant,ne filium ſibi adiungeret,ſed è medio impendentis mali amoueret, ut ille & patriæ, & patri & amicis omnibus ultrices gereret in poſterũ manus,ſeruatas modò ac ſurreptas à tyrãnorũ faucibus. At ille filiũ minimè ablegãdum cenſebat. Putabat enim nullam honeſtiorẽ ſalutem eſſe ea inuiolata morte, qua unà cum

cum patre atque amicis huiuſmodi moreretur, deóſq; precatus, & amplexus omnes, animúmque addens abiit,diſſimulans fronte & oratione alium ſe Spartanis, quàm eſſet. Eò cùm ueniſſet, Archias & Philidas obuiam facti, Agedũ fare, inquiunt, Charon,audiſtin'tu aliquos modò introiiſſe ciuitatem, & nonnullos iam illis cõſpiraſſe,
20 & latitare inter hæc domicilia? Quibus ille turbatus primùm, mox interrogans quinam eſſent ingreſſi,aut apud quos lateret, ubi nihil adhuc certi Archiam habere uidit,& à cõſcio nemine rem proditam eſſe crederet,Cauete,inquit, ne qua uos inanis fama ſeducat:eam tamen rem perſpiciam accuratius,fortè enim opus eſt huiuſmodi ſuſpicionem non negligere. Hæc quoq; Philidas ipſe qui aderat, cùm laudaſſet, Archiam iterum reducens ad pocula plurimo mero exhilarabat, donec eius animum libidine concitatum in mulieres acriter inflammauit. Vbi uerò Charon domum rediit,omnes inuenit paratiſſimos,non ut qui uictoriam aut ſalutem aliquã ſperarent, ſed ut qui clariſſimè,ſi pereundem fuiſſet, multa cum hoſtium ſtrage perituri eſſent. Aſſalutatíſq; omnibus,Pelopidam à cæteris ſemotum, edocuit de omnibus: reliquis uerò mentitus eſt,ſimulans alia ſe cauſa ab Archia accerſitum,quę nihil ad eam rem
21 pertineret. Itaq; elapſo primo periculo, fortuna ſtatim aliud inuexit. Nuntius enim quidam ex Athenis profectus ab Archia Pontificis filio,ad alium Archiam illius cognominem atque hoſpitem literas attulit,nec ſimulatam, neque inanẽ ſuſpicionem afferentes,ſed ſignificatrices planè omnium rerum, ut poſtea cognitum eſt. Archiæ uerò tum inebriato literis redditis,nuntius inquit:Qui has ad te mittit, ut quam primùm legas iubet, nam de rebus quibuſdam haud contemnendis, ſerióque ſcriptæ ſunt. Archias uerò ridens,In craſtinum igitur,inquit,diem hęc quæ ſeriò ſcripta ſunt differamus. Et epiſtolam accipiens ſub lectuli capite locauit,atque iterum Philidam
22 conueniens ad colloquendum,ut cœperat,perrexit. Illud uerò dictum hucuſq; apud Græcos obſeruatum eſt. Vbi autem affuit tempus inceptandę rei,omnes bipartiti inter ſe, Pelopidas quidem & Democlides cum ſuis aduerſus Leontidam & Hypatem conuicinos impetum fecerunt:Charon uerò & Melon in Archiam & Philippũ, muliebribus paludamentis arma celantes, & coronis frondentibus denſiſque ex abiete & pinu capite operti,quæ totam faciem obumbrabant. Ideo qui pro foribus ueſtibuli aſtabant,primùm eis applauſum fecerunt,rati mulieres eas aduẽtaſſe, quas diu expectauerant. Itaque intromiſſi facilè, qui in Archiam & Philippum ierant, pernotatis primùm quibuſque oculis,ac deinde exutis paludamentis,cum ſtrictis enſibus in eos crapulantes adhuc impetum fecerunt,ſéq; quales eſſent facilè indicauerunt. Pau- *Thebæ à tyrannide liberantur.*
cos quidem Philidas ex iis qui diſcumbebant,agere ſilentium iuſſit. Qui uerò ad defenſionem ſe accinxerunt, facilè ob temulentiam inter pocula illa ac crateras interfecerunt. Sed haud ita facilis fuit Pelopidæ reliquos inuadendi facultas, cùm aduer-
23 ſus ſobrium & grauiſſimum uirum Leontidam ſe cõiecíſſet, qui tum fortè cùm clauſis foribus ſe quieti dediſſet,tardandæ rei materiam haudquaquam expectatam præbebat. Itaque cùm diu pulſaſſent,ſeruo tandem uix audiente, ægrè patefactæ ſunt fores: Quibus intromiſſis,ac diſtracto ſeruulo,cùm primùm fores ceſſiſſent,omnes ad thalamum uſque impetum fecerunt. Leontidas uerò ex ſtrepitu & curſu ratus animo quod erat, repentè è ſecto exurgens enſem arripuit, oblitúſque lychnos reſtinguere, qui intus ardebant(ſic ipſi in ſeipſos hoſtes incurriſſent) Pelopidæ ac ſociis in limine cubiculi clara luce occurrit, Chephiſodorúmque primò irruentem feriens obtruncat: quo mortuo,Pelopidam ſubitò inuaſit,ſed Chephiſodorus in medio proſtratus,
24 & anguſtæ fores Pelopidæ impedimento erant. Victor demum Pelopidas Leontida perempto,ad Hypatem ſtatim cum cæteris ſe contulit: nec mora, capta eius domo, fugientem per uiciniam, illum ueſtigio uſque conſequuti necarunt. His peractis cùm Meloni ſe coniunxiſſent, nuntios Athenas ad exules, qui ibi remanſerant, mittunt. Inde ciuibus ad libertatem concitatis,hoſtium exuuiis,quę publicis porticibus

appensæ erant, illos armabant. Instrumenta etiam domestica in lanceas aut mucrones coaptabant. Quibus multi confestim ex ciuitate ingenui adolescẽtes cum armis, &ex senioribus primates omnes, qui cum Epaminonda &*Gorgia erant, auxilio uenere. Iámque ciuitas tota coxterrita erat, tumultus ubique exoriri, faces passim per domos, & concursiones ciuium. Nec tamen perstabat multitudo, sed perterriti cùm nihil adhuc certi audirent, diem expectabant. Vnde parum circunspecti Lacedæmoniorum principes fuisse uidentur, qui non statim neque concurrerent, neque manus consererent. Præsidium arcis, quod ferè ex mille & quingentis militibus constabat, multis ex urbe ad arcem concurrentibus, clamorem, ignésque, ac turbam undique reuertentem extimescens, silentium egit, & ipsam arcem custodiebat. Orta iam luce, exules qui ex Athenis accersiti erant, iã & ipsi cum armis applicuerant, populúsq; facta concione, in unum conuenerat. Epaminondas deinde & Gorgias Pelopidam sacerdotibus circunseptum ac coronatum introducebant, prouocantes continuè populum ad tutandam libertatem, & patriæ deos. Quibus aduentantibus omnes cum applausu assurgebant, eos parentes, ac liberatores patriæ appellantes. Postea Pelopidas à Thebanis princeps designatus, unà cum Melone & Charone confestim arcem obsedit, tormentáque undique constituens, quò Lacedæmonios expelleret, ac Bœotiam liberaret, priusquam ex Sparta subsidium acciperent: ac eousque contendit, donec dimissis hostibus Cleombrotus, qui aduersum Thebanos iam agebat exercitum, illis prope Megaram obuiam uenit. Sed Spartani ex tribus, qui Thebis præerãt, Hermippidam & Harmissum ex sententia interfecerunt. Tertius uerò *Chrysaoridas ingenti ære mulctatus, ex Peloponeso exulauit. Hoc igitur tam excellẽs facinus, ob uirtutem ac periculosam certaminibúsque refertam uictoriam, haud equidem Thrasybuli dissimilem, eodémque casu, paríque fortuna administratam, germanum illius Græci appellauere: nec possent rectè aliter inter se, ob eam rei similitudinẽ appellari, cùm ambo quidem longè aliis inferiores essent, primatúmque auxilio priuati, solùm consilio ac animi audacia uincẽtes, optimarũ rerum initium patriæ præstiterint. Itaque glorioſiorem ea rerum nouitas Thebanorum ciuitatem effecit, & Lacedæmoniorum dignitatem multùm comminuit ac confregit, qui antea principes terræ ac maris erant. Cuius quidem glorię iactura ex ea potissimùm nocte cœpit, in qua Pelopidas non præsidium, non mœnia, non arcem deiiciẽs, sed domum duodecimus ingrediens, uincula principatus Spartanorum, si licet metaphora uerum dicere, dissoluit ac confregit, quæ certè antea indissolubilia ac inuicta uidebãtur. Sed ea fama cõmoti Lacedæmonij, cùm Bœotiã ingenti cum exercitu inuasissent, Athenienses, qui antea cum Thebanis fœdus inierant, perterriti à societate descriuerunt: & quicunque eas partes sequi uidebantur, aut ære, aut carcere, aut exilio, aut morte damnabãt. Vnde Thebanorum res, amissa Athenienſium societate, malè succedere uisæ sunt. Erat tum fortè Pelopidas unà cum Gorgia Bœotiæ præfectus, qui sentientes se nudatos Athenienſium societate, uolentésque iterum eos Lacedæmoniis obiicere, nouam quandam huiusmodi uiam inuenerunt. Sphodrias enim qui præerat Spartanorum exercitui, uir sanè ad rem ciuilem clarus, alioqui tamen minimè grauis, uana spe ac inani gloria facilè capiebatur. Is relictus fuerat apud Thespias cum exercitu, ut deficientes à Thebanis acciperet, ac præstaret auxilium. Pelopidas uerò priuatum quendam mercatorem ex amicis ad illum ex composito mittit, & munera & uerba ferentem, quæ efficaciora erant ad commouendum insolentis animum, ut scilicet ad maiora mallet animum intendere, & Pyræum capere ex insperato, quem Athenienses minimè custodirent: neque Lacedæmoniis capiendarum Athenarum gratia, charius quicquam futurum, Thebanos autem pro hostibus ac proditoribus habitos ab Atheniẽsibus, nullum illis auxilium laturos. Hac persuasione captus Sphodrias, noctu clàm in Atticam impetum facit, & ad Eleusinam usque cum exercitu profectus, cùm

*Γοργίδου.

*Δυσιοείδας.

*Callidũ consilium.

cùm ibi milites cognita iam re, timere cœpissent, iterum in Thespias reduxit exercitum. Tum uerò Athenienses in Lacedæmonios commoti, ad Thebanos magna alacritate iterum se contulerunt, marique undique occupato, omnes ad se contrahere conati sunt, quos cognoscebant haud bono cum Lacedæmoniis animo esse. At Thebani interim per seipsos hostem intra Bœotiã adorti, non tam ingenti pugna, quàm studio & exercitatione quotidie magis ad bellum incendebantur, corpúsque labori assuefaciebant, experientiam simul & usum & audaciam ex eis certaminibus aucupantes. Quapropter ferunt Antalcidam Spartanum, cùm Agesilaus ex Bœotia saucius rediisset, Optimam dixisse mercedẽ pro ista disciplina accepisti, Thebanos cùm
30 nolint, pugnare docens. Nec profectò Agesilaus Thebanorum magister fuit, sed hi qui Thebanos in tempore & cum ratione hostibus quasi catulos scienter obiiciebãt: unde degustata uictoria, paulatim animus, & mox constantiæ studiũ creuit. Ex quibus nõ mediocrem laudem & gloriam sibi comparauit Pelopidas. Ex quo enim primùm eum ducem belli delegerunt, nunquam destiterunt, quin etiam illum quolibet anno principem designarent. Itaque omnia quæ ad Thebanos pertinebant, ipse, uel sacri præsidij præfectus, uel magister equitum, omnia effecit. Apud Plateas igitur & Thespias Lacedæmonij accepta clade uicti fugatíque sunt: qua in acie & Phœbidas qui arcem Thebanam antè ceperat, concidit. Plurimos quoque apud Tanagram in fugam uertens, ipsum etiam Panthœdem proconsulem interemit. Sed hæc certamina ut uictoribus animos & audaciam addebant, sic uictis non omnino spiritus illos adimebant. Non enim uniuersa acie, aut iusta legitimáque pugna cõserebant, sed
31 incursione & fuga & persequutione, ubi opportunitas eueniebat, utebantur. Illud uerò ad Tegyras, quod formam quandam Leuctricę pugnæ præ se ferebat, maximè Pelopidam gloria erexit, nullam penitus relinquentem sociis partem laudis, neque de se ambiguitatem, neq; etiam hostibus excusationem ullam uictoriæ amissæ. Orchomeniorum ciuitati Spartanorum arma sequutæ, cùm præsidio duos manipulos illorum recepisset, semper insidias parauit, expectans opportunitatem. Sed ubi sensit eos qui in præsidio erant, in Locrida concessisse, sperans desertam Orchomenum inuenire, eò cohorte prætoria ac nonnullis equitibus contendit. Quò cùm appropinquaret, comperit iam aduentare ex Sparta præsidium, in alterius succession em, statímq;
32 per Tegyras reduxit exercitum, quà per colles aditus erat ad planitiẽ. Nam Mediam uniuersam Melas fluuius propè ex fontibus in lacus stagnáque nauigabilia perfluens, transeundi efficit difficultatem. Paulò hinc templum est Apollinis Tegyræi, & oraculum desolatum, sed quòd usque ad bellum Medorum, præsidente Echecrato, uaticiniis floruit. Hîc quidem ferunt deum natum esse: nam & propinquus mons Delos appellatur, ad cuius radices undæ fluuij franguntur. Post templum uerò duo mirabiles suauitate fontes copiáque ac frigiditate scatent, quorum alterum Palmam, Oliuam alterum usque ad hæc tempora appellamus: non quòd hæ inter illos arbores sint, sed quòd dea circa ea fluenta latuerit. Nam propè esse dicunt præcipitem locum, unde illa uiso apro deciderit. Et ea quæ ad Pythonem & Tityum pertinent, & quæ in ipsius dei generatione facta sunt, satis huic loco quadrãt. Sed plurimas in hac
33 re cõiecturas relinquo. Neque enim inter eos qui ex mortalibus immortales sunt facti, id est, inter heroas patria religio hunc deum collocat, quemadmodum Dionysium & Herculem, qui uirtute sua immortalitatem creduntur assecuti: sed unum esse æternorum numinum credit, si modò his credere uoluerimus, quæ de tantis rebus à sapientissimis uiris tradita sunt. Pelopidę igitur ac Thebanis eo tempore ex Orchomeno in Tegyras per montana illa concedentibus, Lacedæmonij obuiam facti ex Locride occurrunt. Atque ubi primùm per eas angustias exercitum traducentes uisi sunt, quidam accurrens Pelopidæ significauit inquiens, Incidimus in hostes, ô Pelopida: Cui respondens, Quin potius in nos illi. Equitatum tanquam prælium com-

missurus esset, hostem à tergo inuadere iussit: ipse armatos, qui non ultrà quàm trecenti erant, in angustum cõtraxit, sperans quacunque irruat, magnopere hostes, qui
cohors. numero prævalebant, perrupturum. Erant Lacedæmoniis duæ cohortes. Cohortem 34
Ephorus quingentos esse uiros affirmat, Callisthenes uerò septingentos, quidam autem alij, quorum & Polybius est, nongẽtos. Duces Spartanorũ Gorgoleon & Theopompus, magna animi audacia contra Thebanos irruerunt. Et quia fiebat impressio iuxta ipsos duces, multáque utrinque ui & furore, Lacedæmoniorum principes ad primùm contra Pelopidam congressum cecidere: deinde uulneratis cæsísq; qui circa illos erant, omnes statim in timorem uersi, Thebanis utrinque patebant, perrumpere aciem ad frontem usque conantibus. Pelopidas uerò ubi sensit perterritos esse hostes, ducem se suis præbens irruebat. Omnes itaque terga uertere compulit, nec tamen illos longius insecutus est, quippe qui instaurata Spartanorum præsidia, & Orchomeniorum exercitus non procul admodum castrametatos timeret. Attamen 35
eousque fugientes compresserunt, dum & uincendi facultas fuit, & uictos hostes passim dissiparent. Firmatóque ibi trophæo, spoliatísque cadaueribus, cum exuuiis elati domum redierunt. In tot igitur bellis ac tantis rebus à Lacedæmoniis gestis, ut cõstat, aduersum Græcos & barbaros, nunquam antea si superiores multitudine fuissent, à paucioribus deuictos esse traditur, neque si pares aduersum pares acie instructa dimicarent. Quare cùm terribiles insolentésque essent, opinione hostes deterrebant, cùm dedignarentur pari acie pugnare, aut pari conditione uti. Sed prælium illud tum primò Græcos edocuit, quòd neque Eurotas, neque is locus qui inter Babycam & Cnationem est, solus pugnaces ac bellicosos uiros pariat: sed illa potius regio, in qua quæque turpia dedecori sunt, & quæ ad honesta quæque iuuenes efficit uoluntarios, qui grauius ferant ignominiam, quàm pericula. Hi enim sunt qui fortes 36
& hostibus terribiles uidentur. Cohortem uerò prætoriam, ut inquiunt, Gorgidas constituit ex electis quidem uiris quadringentis, quibus ciuitas exercitationem uictúmque in Cadmea arce Thebana militantibus præbuit: & propterea è ciuitate præsidium uocabatur. Nam arces propriè qui tunc erant, ciuitates appellabãt. Quidam etiam aiunt, eum ordinem ex amatoribus inter se constare. Et illud Pammenis circunfertur ioco dictum, ubi inquit Homeri Nestorem instruendarum acierum non
Iliad. 2. satis peritum fuisse, qui iusserit per tribus ac societates Græcorum acies cogendas esse. sic enim inquit, Stet socius socij uirtute, tribúsque tribulis: imò oportere amatores iuxta se ordinare. Nam qui ex eadem sunt tribu, aut societate, non exactam habent in periculis rationem. Hic autẽ ordo ex amore & beneuolentia constitutus, ni- 37
mirum firmior ac stabilior efficitur, cùm & qui amant, & qui amantur, facilè pro se quisque præsenti animo ad pericula persistunt. Nec mirãdum profectò, cùm uel absentes amatores magis reuereantur, quàm alios præsentes: ut ille, qui cùm hostis insideret ut iugularet, se uerti prius rogauit, nec in terga sibi, sed in pectus ensem infigi, Ne amator meus, inquiens, cùm me in terga confossum inspexerit, pudore afficiatur. Dicitur quoque Iolaum Herculis amatum cum ipso communicasse certamina, atque unà cum illo aduersum alios contendisse. Aristoteles uerò inquit etiam sua tempestate in Iolai sepulchro amatores inter se fidem dare & accipere solitos fuisse. Verisimile est igitur hoc modo sacrum præsidium appellari, cùm & Plato diuinum amicum amatorem uocet. Ferunt hunc ordinem inuictum ac insuperatum extitisse usque ad eam pugnam, quam in Chæronia gesserunt: ubi cùm Philippus omnes trucidatos aspexisset, traditur eo in loco diu constitisse, ubi trecenti illi conciderant oppositi quisque iniectis hastis, ac inter se inter angustissima spatia conferti. Atque ubi audiuit illud fuisse ex eis constitutum præsidium qui ita inter se amore tenerentur, admiratus lachrymasse ac dixisse traditur: Pereant malè qui hos quicquam facere aut pati turpe existimant. Denique hæc amatorum consuetudo

suetudo, non ut poetæ inquiunt, Thebanis Laij malum primùm inuexit: sed legumlatores eorum naturalem eius gentis audaciam & magnanimitatem statim ab ineunte adolescentia remittere & temperare uolẽtes, crebros seriò & ioco modulos adhibuerunt, musicæq; & pretiũ & prærogatiuã conciliarunt, generosúmq; quendam
39 amorem in palæstris iniiciebant, commiscentes iuuenum mores. Et ideo rectè eam quæ ex Marte & Venere nata est Hermionem deam, tutelare numen fecerunt. Nam ubi inest belli pugnæq; cupiditas, ibi etiam opus est gratia & persuasione, ad accuratissimam ac ornatissimam rempub. constituendam, cùm uniuersa ex harmonia quadam & conuenientia constare manifestum sit. Hanc igitur cohortẽ Gorgidas in primos duos diuidens, & intra uniuersam aciem armatorũ iniiciens, haud manifestam effecit uirorum uirtutem, neq; ad communem rem quamlibet eorum opera usus est quæ diuisa ac uariis locis dispartita, impotentior erat. Pelopidas uerò ubi eorum uirtus apud Tegyras emicuit, cùm eo in loco optimè dimicassent, haudquaquã eos diuisit, neq; distraxit: sed eis quasi uno corpore utens, magna ac periculosa certamina
40 aggrediebatur. Quemadmodum enim equi coniugati celerius, quàm seorsim impulsi currunt, nõ tam quòd percussum aera uiolentia ac impetu scindũt, quàm quòd ea mutua concertatio, ac de uictoria contentio, maiores eis animos incendit: sic fortes uiros æmulatione quadam atque ardore pulchrarum rerum gerendarum certantes, utilissimos ad commune prælium, atq; promptissimos esse putabat. Lacedæmonij interim facta pace cum omnibus Græcis populis, solísque Thebanis infensi, Cleombrotum regem cum millibus decem peditum, atque equitibus mille aduersum eos miserunt, periculúmq; non de iis, de quibus antea, Thebanis imminebat, quippe rex desolatam se urbem præbiturum minabatur, timórque qualis nunquam antea Bœotiam inuaserat. Tum Pelopidas domo exiens lachrymante uxore, atq; oran- Plutarchus in Apoph.
» te, ut seipsum uellet seruare: Hæc, inquit, ô mulier, oportet semper priuatis uiris per-
41 suadere, sed iis qui magistratus gerunt, ut alios saluos faciant. Abiensque in castra, & præfectos omnes conueniens, qui antea inter se dissidebant, primùm omnium Epaminondæ ad hoc destinato, ut cum hostibus bellum misceret, sententiam suam communicauit. Bœotiæ imperator Pelopidas nõ erat, sed cùm ei plurimùm fidei adhiberetur, ut æquum erat homini, qui talia urbi signa pro libertate dederat, prætoriæ cohortis præfectus erat: Cùm igitur constitutũ fuisset cum hostibus periclitãdum esse, atq; apud Leuctra cõtra Lacedæmonios castrametati essent, Pelopidas terrore cuiusdam uisionis magnopere perculsus est. Erat enim in Leuctrico agro filiarum Scedasi monumenta, quæ à loco Leuctrides appellatæ sunt. ibi nanq; euenit, ut uiolatæ ac in-
42 terfectę à Spartanis quibusdam hospitibus sepelirentur. Quod cùm tam nefariũ scelus patratum fuisset, nec pater iustitiã à Lacedæmoniis consequi potuisset, execrationes aduersum illos constituens, seipsum postea ad uirginũ monumẽta necauit. Oracula uerò & deorum uoces Spartanis semper prædixerũt, iusserúntque cauere ac obseruare Leuctricã iram, ne qua inde magna multitudo conflueret, multa cura ac diligentia custodire. Sed nemo erat qui rectè cognosceret locum, cùm & in Laconica iuxta mare oppidũ esset, quod Leuctrũ appellabant, & apud Megalem Arcadiæ ciuitatem locus etiam eiusdẽ nominis. Verùm hoc scelus lõgè Leuctricis erat antiquius. Pelopidas igitur in castris sopitus, existimauit eas se uirgines conspicere, circa sepulchra gemiscentes, atque execrantes Lacedæmonios, & Scedasum patrem iubentẽ eis
43 mactare uirginem flauam, si uellet ex hostibus capere uictoriam. Quæ res cùm uideretur grauis atque difficilis, somno exurgens uatibus ac socijs omnia indicauit, quorum quidam erant qui dicerent eam rem minimè negligendam esse. Quidam ex senioribus Menœceum illum Creontis filium & Macariã filiam Herculis adducebant: ex posterioribus uerò Pherecydem sapientem à Lacedæmoniis interfectum, ac eius pellem ob quoddam oraculum à regibus obseruatam: & Leonidam etiam deo-

rum iussu seipsum pro uniuersa Græcia morti deuouentem: tum etiam qui sub Themistocle immani Dionysio mactati sunt ante Salaminę pugnam naualem, ídque testari adeptas postea laudes & uictorias. Ac etiã ut Agesilaus in eisdem locis ubi antea Agamemnon fuerat, cùm aduersus eosdẽ hostes duceret exercitum, cui dea uisa ab se filiam iugulari contenderat, quod quidẽ in Aulide fuit, cùm esset detẽtus somno, sed cũ noluerit parêre delinitus mollitiẽ, sine gloria & laude castra dissoluit. Alij uerò cõtrà, quasi ea sacra adeò essent barbara ac fera, ut nemini ex superis grata esse possent. Non enim Typhones illos, aut Gigãtes regnare dicebant, sed omniũ deorũ atq; hominum patrẽ. Inferos esse qui lætentur hominũ sanguine ac cæde, propterea iniquissimũ fore ea credere, quinimò omninò negligenda esse, cũ sint eiusmodi, ut horrorem ac quandam quasi impossibilitatem præ se ferant: imbecillitate enim & uitio quodã animi ingenerari ac hærere tam absurdas ac sæuas cupiditates. Dum hæc inter primates agerẽtur, ignaro quid faceret Pelopida, equa quædam repentè de grege exiliens per mediũ discurrit exercitum, & in ipso cursu præ omniũ oculis subsistens, uidendam se illis præbuit, comis flauis perlucẽs, audáxq; ac insolens, tum etiam hinnitu ferox. Theocritus autem augur, cùm primùm equam uidit, uersus ad Pelopidã, En hîc tibi, ô felix, inquit, præsto est uictima, ne aliam uirginẽ expectemus: sed utere hac æquo animo, quam tibi obtulit deus. Atq; illam ad sepulchrũ uirginum deducẽtes, factis supplicationibus, coronáq; eam redimentes, læti omnes equam uirginem litauere, disseminantes per castra Pelopidæ uisionem. Inito deinde prælio, cùm Epaminõdas ex obliquo aciem suam aduersus sinistrum cornu Lacedæmoniorũ egisse, quò cæteri Græci à dextro hostium cornu longissimè abessent, & ipse Cleombrotum cornu confertim inuadens ui repelleret, Spartani eam rem animaduertentes aciem transferre cœperunt, & dextrum cornu explicare & circunducere, quò Epaminondam multitudine subactum circunuenirent. Sed Pelopidas exiliens, ac suorum trecentos concitans, Cleombrotum præuenit, affuítque priusquam suum ille intenderet cornu, aut cogeret milites in unum, & uallaret aciem. Cùm non iam perstarent Lacedæmonij, quinimò tumultuarentur inter se, superueniens Pelopidas, eos contudit. Spartani quanquam omnium bello magistri essent, & ad nullam rem tam diligenter militem instituissent exercuissẽntque, quàm ut ne solutis ordinibus perturbaretur: cúmque semper in hoc magistris & decanis usi fuissent, ut ubicunque periculum adesset, concurrerent, & uiribus coniunctis pugnarent: tamen Epaminõdas tum cæteris præteritis in solos eos inuectus, & Pelopidas incredibili celeritate ac animo usus, eorum magnanimitatem & rei militaris scientiam cõfuderunt, adeò, ut fuga cladésque Spartanorum oboriretur, qualis unquam antea. Ideo Epaminondæ duci, & rebus omnibus imperitanti, etsi non esset Thebanorum præfectus Pelopidas, sed modicæ tantùm parti præesset, æqualem tamen de uictoria laudem & gloriam reportauit. Ambo deinde creati princeps, facto in Peloponesum impetu, plurimos ex eis, qui à Lacedæmoniis defecerant, ad se adduxerunt, Elim & Argos, ac totam Arcadiam, tum etiam ipsius Laconici partem plurimam: quanquã tum acutissima erant circa solstitiũ frigora, supererántq; haud multi dies mẽsi, qui magistratui terminus aderat, munúsq; primo mense futuro designati imperatores inituri erant. Quare illis qui exercitui præerant, uel imperiũ deponendũ, uel capitis pœna subeunda erat. Cæteris ducibus hãc legẽ timentibus, hyemémq; fugiẽtibus, cura studiúmq; fuit, cum exercitu tecta domósq; repetere. Pelopidas uerò unà cum Epaminõda primus omniũ sententiã ferẽs, ciuibus persuadebat, in Spartã unanimes impetũ facerẽt. Traductóq; per Eurotã exercitu, plurimísq; ciuitatibus captis, totam eam regionem ad mare usq; depopulatus est. Septuaginta tum millium exercitus erat, quorum minus quàm duodecima portio ex Thebanis erat. Ea uirorũ gloria & fama, quanquam authoritate publica carens, fecit ut cõfœderati sociíque omnes sequerentur. Est enim

Humanæ uitæ imæ deo ingratæ.

Naturæ lex.

prima, ut arbitror, summáque lex, ut qui ipsius sese tueri oppressus non possit, eius ad illum natura redeat imperium, qui possit. Sed quemadmodum nautæ cùm fit tranquillitas, aut littori appropinquant, temerè tum solẽt gubernatoribus insurgere: ubi uero exoriuntur hyems & periculum, omnes in eos respiciunt, suam spem uitæq; salutem in illis constituentes: sic Argiui, & Elij, & Arcades, modò parta tranquillitate, in subselliis contendentes de principatu, aduersum Thebanos disceptabant. In ipsis uerò belli fluctibus, ac ubi extabat periculum, spótè parentes, eos duces æquo animo sequebantur, qui in hac expeditione totam Arcadiam in unam contraxerant uim.

49 Cúmque Messeniam regionem Spartani antea tenuissent, Pelopidas & Epaminondas ueteres Messenios ad se contraxerũt, & Ithomen coloniam deduxerunt: domúmque deinde abeuntes per Cenchreorum regionem, Athenienses à commeatu prohibere se conatos, & intra illa loca angusta secum conferre ausos, deuicerunt. Quibus quidem rebus gestis, cæteri omnes eorum uirtutem laudabant, atque admirabantur felicitatem. Sed ille intestinus ac ciuilis liuor simul cum eorum gloria coalescens, haud conuenientes, neque secundos præbuit successus. Ambo enim cùm rediissent, capitis accersiti sunt, quoniam nõ deposito magistratu eo primo futuro mense, quo lex iubebat, quem Βουλάπον appellant, quatuor item totos menses præter legem eo functi essent, quibus & in Messenia, & Arcadia, & Laconica commorati sunt. Pelopidas, quia primus in iudicium accitus, maiora pericula subiit: ambo tamen euaserũt.

50 Epaminondas cùm in animum sibi induxisset, magnam partem fortitudinis & magnanimitatis in rebus urbanis tolerantiam esse, eam calumniam mansuetè ac humaniter tulit. Pelopidas uerò cùm & natura ferocior esset, & ab amicis impelleretur, ut aduersariorum refelleret iniurias, non ea mansuetudine usus est, hanc refellendæ iniuriæ causam nactus. Meneclides rhetor unus ex his qui cum Pelopida & Melone in Charonis ædes conuenerant, ubi à Thebanis æquam cum cæteris gloriæ partem minimè consequutus esset, cùm & procaci lingua, & malis moribus plurimùm ualeret, suopte ingenio ad calumniandos optimates utebatur, qui nec etiam post criminationem illam Pelopidæ & Epaminondæ quieuit. Itaque Epaminondam imperio, cæterísque urbis muneribus depulit, ac permultùm temporis in repub. oppugnauit.

51 Pelopidæ uerò apud populum per calumnias inurere maculam nõ ualuit, sed omni conatu eum Charoni obiicere tentauit. Est enim hoc inuidis commune, ut quibus cum laude certare non possunt ipsi, eos aliis deteriores esse demonstrare conentur. Laudabat summopere populo Charonis facta, & eius imperatoriam laudem, & adeptas uictorias uehementer extollebat. Illius uerò equestris pugnæ, quam apud Plateas ante Leuctricam uictoriam duce Charone obtinuerunt Thebani, ipse huiusmodi monumentum erigere conabatur. Nam Androcides Cyzicenus, cùm aliam quãdam pugnam depingere populo pactus esset, & opus illud imperfectum Thebis reliquisset, orta dissensione ac tumescente iam bello, Thebani eam tabulam, quæ non multùm aberat à fine, penes se continuerunt. Hæc ut Charonis nomine inscripto suspenderetur, quò Pelopidæ & Epaminondæ famam denigraret, Meneclides agebat. Erat autem temeraria, & stulta quidem ea cupiditas honoris, unius scilicet facinoris ac uictoriæ, ad tot & tanta certamina. In qua quidem illius uictoria Gerandam quendam ex Spartanis ignobilem, ac quadraginta alios cum eo cecidisse, nihilque aliud actum fuisse egregium memoriæ traditur. Hoc decretum tanquam aduersus leges factum accusabat Pelopidas, quòd patrium minimè Thebanis esset, priuatum aliquem honorare, sed patriæ communem uictoriæ laudem conseruari. Et Charonem cum omni æquanimitate extollens sine inuidia, in amicitia permansit. Meneclidem uerò, ut calumniatorem ac sceleſtum uirum accusans, à Thebanis quærebat, Num boni quicquam eis ullo unquam tempore cõtigisset, propter quod Meneclidem pecuniis mulctare opus non fuerit? Quas quidem cùm exoluere propter

magnitudinem non posset,postremò tentauit conquassare ac concitare rempublic. Hæc quandam etiam habent uitæ & morum rationem. At postquam Alexãder Pheræorum tyrannus multis Thessaliæ populis palàm bellum intulit, clàm uerò omnibus insidias parabat,ciuitates ipsæ Tyrannum formidãtes, legatos Thebas miserunt, ducem belli & auxilia petentes. Pelopidas Epaminõdam uidens in Peloponeso tum gerentem bellum,seipsum sponte obtulit Thessalis,nec animũ, nec uim militaris rei inutilem esse uolens:nec alio duce opus esse,ubi Epaminondas præesset,iudicãs. Cæteris igitur neglectis ad Thessalos contẽdit, quò posteaquam cum exercitu profectus est, Larissam illico per deditionem accepit. Et Alexãdrum ad se uenientem,quærentémque conditionem,tentauit ex Tyrãno mansuetum ac æquum principem Thessalis reddere: sed erat implacabilis ac ferus, cupiditatéque & immani atrocitate uexabatur. Quod Pelopidas molestè ferens, aduersus illum uehementer incendebatur. Alexander perterritus,cum suis stipatoribus fugam cepit. Pelopidas uerò plurimam Thessalis à Tyranno suo libertatem, ac inter se concordiam relinquens, in Lacedæmoniam se conuertit. Ptolemæo interim aduersus Alexãdrum Macedonum regem bellum gerente,& utroque Pelopidam ad se allicere conãte,ut esset cõciliator, ac iudex,sociúsque belli,tum etiã ferret auxilium aduersum eum, qui iniuriam alteri faceret uideretur:eam curam minimè refellit,sed profectus, sedatis contentionibus,fugitiuos omnes in patriam reuocauit. Philippũ regis fratrem unà cum triginta aliis ex primatum filiis in obsidem accepit,eósque cùm Thebas adduxisset,ostendit cæteris Græcis,Thebanos apud peregrinas gẽtes rerum gestarum gloria & æquitate pollere. Hic est ille Philippus, qui postea Græcis bellum pro libertate intulit. Tum uerò cùm esset adhuc puer, in Thebis apud Pammenẽ uictitabat, unde uisus fuit Epaminondæ æmulator in militari disciplina,quam ad illius exemplum comparauit, extitisse:sed in his fortasse,quæ ad belli imperiique rationem pertinerent, quæ erat sanè minima portio uiri illius uirtutum,cõtinentia autem & æquitate, tum etiam magnitudine animi ac nobilitate,quibus ille præstabat in primis,haudquaquam illi neque natura, neque imitatione conferendus. Post hæc rursus accusantibus Pheræum Alexãdrum Thessalis, quòd turbatione ciuitates fatigaret,missus ad eos legatus cum Ismenia Pelopidas,haud futurum bellum ratus,sine exercitu profectus est,sed Thessalis pro negotij celeritate uti coactus est. Interea rursus rebus in Macedonia turbatis,Ptolemæus regem interfecit,regnúmque occupauit. Amici uerò interfecti regis Pelopidam accersiuerant. Qui cùm in rebus bellicis gloriam quæreret,nec priuatim milites haberet,cõductis quibusdã, eum his statim aduersus Ptolemæum profectus est. Vbi propè uentum est, Ptolemæus omnes illius milites pecunia corrumpens, illis persuasit, ut ad se confugerent. Sed cùm eius uiri gloriam pertimesceret, ei tanquam superiori obuiam uenit, atque amplectens eum ac rogans,pollicitus est principatum interempti fratribus conseruare. Thebanis uerò ex hoste amicum futurum: atque Philoxenũ filium suum obsidem dedit,& ex sociis quinquaginta, quos omnes Thebas Pelopidas dimisit. Sed ægreferens illorum euocatorum proditionem, audiénsque & filios, & uxores illorum, cùm plurima supellectile apud Pharsalum urbem esse, ratus si ea obtineret, satis supplicij cepisse,quosdam ex Thessalia sibi contrahens, Pharsalum cum his petiit. Quò cùm peruenit, Alexander tyrannus sese illi cum exercitu obuiam tulit. Pelopidas uerò ratus eum aduentare, ut secum conueniret, Alexandro pariter occurrit,tametsi eum immanem & sanguinolentum satis cognosceret,sed tamen propter Thebanorum nomẽ & ipsius gloriam,parciturum arbitrabatur. Is uerò & inermes omnes, ac perpaucos esse intuitus, facto impetu facilè Pelopidam cum cæteris cepit,& Pharsalum obtinẽs,timorem omnibus qui sub eo erant,incussit:tanquã nemini parsurus esset post tantã patratam iniquitatem, sed usurus sic omnibus rebus & mortalibus in quos incidisset,ut qui uitam desperasset.

set. Thebani igitur cùm hæc audissent, molestissimè ferẽtes exercitu ab Epaminonda indignanter repetito,alios declarant principes. Pelopidam uerò in Pheras tyrannus abducens, primùm adire uolẽtes permittebat,ratus illum uinculis & carcere fa-
58 tigatum,miserum,mœstúmque esse factum. Sed Pelopidas quicunque ex Pheræis ad se ueniebant,conquerentes de Alexadri moribus,eos continuè excitare atque adhortari,quasi rex paulò pòst daturus esset pœnas. Atque ad tyrannum nuntios mittebat, qui dicerent,absurdissimum esse,miseros eius ciues cùm nihil errarint,ita indies cruciari ac cædi:sibi autem parcere,quem maximè cognoscat ulturum,si seruetur. Admiratus Alexander eius animi magnitudinem,ac loquendi licentiam,Quidnam,inquit,accelerat mortem Pelopidas? Cui ipse audiens respõdit, Vt tu diis & hominibus inuisus,celerius oppetas. Ex eo non est passus quenquam ad illum accedere. At Thebe Iasonis filia, Alexandri uxor, audiens Pelopidæ confidentiã & magnanimitatem, *Magna animi constãtia.*
59 maxima cupiditate & uidendi illum,& alloquendi capta est. Quæ ad illum ingressa, cùm ut mulier non statim eam animi excellentiã,atq; incredibilem in tanta calamitate constantiã sensisset,sólùm iuuẽtutem intuita,& mores,& formæ habitũ,quippe qui ueste,capillo,barbáque demissa,animi ægritudinẽ significabat, lachrymare cœpit. Et Pelopidas inscius primùm quenam esset,obstupuit:ubi uerò eam nouit,more patrio eam compellat, nam familiaris & amicus erat Iasoni. Et dicente illa: Miseret me uxoris tuæ: Et me, respondit Pelopidas,tui, quæ cùm sis libera, æquo animo Alexandrum feras. His uerbis cõcitata mulier,tyranni crudelitatem superbiámque, & maximè ob iuniorem fratrem, quo turpiter utebatur,grauiter ferebat. Ideo sæpenumero ad Pelopidam accedens, atque ei aperiens,quibus potissimùm afficiebatur,
60 implebatur animo atque audacia tyrannum ulciscẽdi. Postquam Thebanorum duces, facto in Thessaliam impetu,re malè gesta, & imperitia quadam ac mala fortuna turpiter pedem retulerunt,illorum singuli decem mille drachmarum pœnas dederunt, Epaminondásque cum exercitu missus est. Cuius aduentu Thessali statim erigi cœperunt,ac in ipsius deditionem uenire: parúmque abfuit,quin omnes illius tyranni res funditus euerterentur. Tantúsque terror omnibus & amicis,& eius ductoribus incessit, ut de desciscendo à rege omnibus consilium fuerit, spe potius futuræ felicitatis,cùm uiderent regem ipsum quam properè pœnas daturum,quàm timore Epaminondæ uictoriæ. Sed Epaminondas amici Pelopidæ salutem suæ ipsius priuatæ dignitati præponens, ueritúsque ne perturbatis rebus Alexander, quasi fera quædam,amissa spe in Pelopidam irrueret, bellum suspendebat,& circuiens apparatu & tardatione,paulatim tyrannum protrahebat: ut ne superbiam & confidentiam eius relaxaret,simul ne furorem in amicum lacesseret,& crudelitatem cõcitaret, cùm audiret eius immanitatem,omnísq; recti & honesti cõtemptum, qui homines uiuos *Alexandri Pheræi crudelitas.*
61 sepeliret,& quosdã aprorum atque ursorum pellibus circumdatos,canibus uenaticis lacerãdos laniãdósque præberet. Melibœa uerò & Scotusa ciuitates cùm conuiuia & amicitiam inter se exercentes conuenissent,accersitis stipatoribus, eorũ adolescẽtulos mactauit. Lanceam quoq; qua Polyphronũ auunculum morti dedit,consecrauit,ac coronis exornans,uelut deo obtulit,Tichonémq; eam appellauit. Tragœdum cùm aspexisset Euripidis Troadas recitantem,ex theatro prosiliit,& per internuntiũ tragœdo iussit,ne propterea deterius tragœdiam ageret, nihílque mali suspicaretur: se enim haud inde decessisse,quia illum cõtempsisset, sed ueritum ciues, ne cùm neminẽ unquã,quos letho dedisset, miseratus esset, Hecubæ & Andromachæ mala lugere uideretur. Hic igitur & gloriam & nomẽ,tum etiam speciem Epaminondæ exercitus obstupescens,ut gallus uictus inclinatis pennis,animos remisit,accersitísque
62 ad se nuntiis, eos ad Epaminondam destinauit,ueniam petituros. Epaminondas autem pacẽ, amicitiámque cum tali uiro Thebanos componere nõ tulit, sed pactis datísque triginta dierum induciis,cum Pelopida & Ismenia redemptis,exercitum redu-

xit.Deinde uerò Thebani cùm ſenſiſſent ab Athenienſibus ac Lacedæmoniis ad magnum regem legatos proficiſci,pro impetranda cum illo belli ſocietate, confeſtim & ipſi Pelopidam ad illum miſerũt,& id quidem ſapientiſſimè, ob eius uiri gloriam ac dignitatem.Cùm primùm Pelopidas regis prouincias attigiſſet,quocunque incedebat, clarus ac ſpectatus omnibus erat.Nam ea rerum geſtarũ gloria aduerſum Lacedæmonios,haudquaquam mediocris & obſcura,per Aſiæ loca ſe coniecerat: quinimò iam per omniũ ora, & maximè illius Leuctricæ pugnæ fama uolitabat, ſempérque aliquo nouo facinore addito dignitati,mirificè emicuerat. Poſteaquã autem ad 63
fores cum Satrapis,principibus,ac ducibus cõſpectus eſt,admirarionem de ſe ac ſermonem præbuit,quòd ipſe is eſſet,qui terra maríque Lacedæmonios fugauerat,quíque eos intra Getam & Eurotam ac ipſam Spartam compuliſſet, qui paulò antè per Ageſilaum aduerſum magnum regem & Perſas,de Suſis atq; Ecbatanis dimicabant. His rebus Artaxerxes ipſe congratulabatur,& Pelopidã longè amplius,quàm opinio erat,admirabatur,eúmque magnũ uideri effecit regis in illum honoris amplitudo, cùm uellet Pelopidã coli & obſeruari à primatibus. Vbi uerò illius aſpexit indolem, atque orationem audiuit,Athenienſium quidem grauiorem, Lacedæmoniorũ uerò ſimpliciorem,longè maiori illum beneuolentia complexus eſt, miráq; in eum regia cupiditate affectus,haud ſe continere potuit,quin illũ palàm honoraret.Pelopidam 64
apud alios quoque legatos palàm magnificè tractauit.Viſus eſt tamen Antalcidi Lacedæmonio præ cæteris honorem præſtitiſſe,cùm eam coronam,qua ipſe in potatione coronatus erat,unguento tinctam ad illum mitteret. Sed cum Pelopida nõ uſque adeò molliter & delitiosè egit,tametſi dona dederit clariſſima quidem ac præſtantiſſima,ultra quàm quiſquam exiſtimare poſſet:nam dignitates ratas habuit, ut Græci liberi eſſent,& Meſſenam incolerent:Thebani uerò patrij regis amici exiſtimarẽtur. Hæc reſponſa cùm accepiſſet, repudiatis omnibus muneribus, præter ea quæ erant gratiæ ac beneuolentiæ ſignum, rediit in patriam. Quod maximè cæteros legatos ignominia affecit.Timagoram igitur Athenienſes morte damnarunt:quod quidem rectè factum iudicandum eſt, ſi id euenit ob acceptam munerum amplitudinem. Non enim aurum ſolùm atque argentũ dono acceperat à rege, ſed etiam pretioſiſſi- 65
mam quandam lectícam,& Strotas ſeruos,quaſi ſeruis Græcis ineptis:tum etiam bo-
Σπεῦτες, inquit Suidas, ues octoginta cum bubulcis ipſis,uelut contra morbum quendam lacte bubulo haberet opus.Denique uſque ad mare feretro deuectus eſt, & quatuor talenta uectoribus à rege ſoluta.Sed tamen uidetur non munera malè Atheniẽſes habuiſſe. Epicrates enim lixa,cùm olim à rege donaretur,haud repudiauit,dicebátque,decerni debere,ut pro nouem primatibus eligerent quolibet anno nouem legatos ad regẽ ex plebeis ac tenuioribus ciuitatis,ut cùm caperent dona,ditiores fierent. Arriſit populus. Sed illud grauiori animo ferebant, quòd rex omnia attribuiſſet Thebanis: conſiderantes Pelopidæ gloriam,quantis oratoribus & ſermonibus ſuperior extitiſſet,& po-
tiſſimùm apud eum uirum,qui ſemper ſuperiores in armis colebat.Ea igitur legatio 66
haud mediocrem beneuolentiam Pelopidæ adiunxit redeunti per Meſſenam,ob impetratã ei & cæteris Græcis libertatem. Cùm uerò Alexander Phæreus iterum ad priſtinam illam feritatem rediiſſet,deuaſtaſsétq; haud modicas Theſſaliæ ciuitates,ſubactis iam Phthiotis,& Achiuis,tum etiam uniuerſa Magnetum gente,ipſæ ciuitates Thebas legatos miſerunt,ut adducerent Pelopidam,poſtulãtes eum ducem cum exercitu ſibi auxilio proficiſci. Thebani uerò cùm eam rem prõptiſſimè decreuiſſent, paratiſſimíque omnes ad id eſſent,ac occupaſſet iam iter Pelopidas,deficere ac obſcurari ſol cœpit,totáque ciuitas obtegi caligine.Pelopidas autem intuens omnes ea uiſione perterritos,haud cenſuit compellẽdos eſſe,neque obiicere periculo ſeptẽ Thebanorum millia, quos perterrefaciebant tam repentinæ cæli mutationes. Itaque ſe- 67
ipſum ſolum tradens Theſſalis,cum trecẽtis equitibus euocatis, qui illum ſponte ſe-

quebãtur,inuitis uatibus,ac ſuiipſius amicis,in Theſſaliam profectus eſt.Maximum enim & manifeſtum ſignum ab diis aduerſus ſplendidum uirum uidebatur.Sed ipſe eò erat in Alexandrum ardentior,quòd ipſum antea affecerat iniuria. Sperabat enim domũ illius iam prius infectam,penitus oppreſſam offendere, ex iis quæ Thebę prædixerat. Maximéque eum concitabat rei pulchritudo, captum cupiditate laudis & gloriæ,potiſſimũ cùm Lacedæmonij Dionyſio Siculo tyranno duces & auxilia miſiſſent,qui ex integro leges,muneráque ciuitatum renouarent: Athenienſes uerò ab Alexandro ipſo mercedem accepiſſent, ideóque æneam illi imaginem cõſtituiſſent, ut eius in Græcos beneficium oſtentarent.Thebani ſoli pro libertate Græciæ,ut ini-
quos uiolentóſque potentatus delerent,bella ſuſciperent. Vbi igitur in Pharſalũ ue- 68
nit, paratis confeſtim copiis acies inſtruxit, ac prope Alexandrum ipſum caſtrametatus eſt.Is uerò intuens perpaucos admodum ibi Thebanos eſſe, séque duplo plures armatos habere,quàm Theſſali apud Pelopidam eſſent, obuiã ſe ad Thetidium obiecit.Et cùm quidam diceret Pelopidæ plures eſſe qui cum tyrãno erant, Eò melius, inquit,nobis, nam plures uincemus.Cùm autem in planum procederent,atq; uterque ea promontoria,quæ Canis capita uocant, capere peditibus niteretur, altiſſimis collibus obſeſſa,Pelopidas qui ſuperior erat equitatu,ſuos in hoſtiũ equites dimiſit. Qui cùm magna ui hoſtes repuliſſent, fugientes illos uſque ad planitiem inſequuti ſunt.Alexander deinde,iuſſis Theſſalis peditibus capere eos colles, cùm hi multa ui ad loca illa munita & altiſſima euadere tentarent, ipſe in Thebanos irruens, primos
interfecit,alij acceptis uulneribus nihil egerunt. Quod uidens Pelopidas, reuocatos 69
equites in hoſtium aciem, qua magis conferti erant, irruere iuſſit, ipſe ſe illis curſu commiſcuit,qui circa colles dimicabant: ſtatímque arrepto clypeo, & impellens à tergo priores, tantam iniecit omnibus fortitudinem ac animum, ut hoſtibus uiſum ſit,& corpore & animo alios exiſtẽtes aduenisſe.Et iterum quidem tertióque impetum hoſtium repulerunt.Sed intuentes hos quidem conſtantiſſimè colles aſcendere, equitatum uerò iam ab inſequutione redire,uerſi*ad eorum latera irruerunt.Pelopi- * ἐπὶ τὸ πλάγιον τῶν διωκόντων
das uerò cùm ex edito collium loco uidiſſet hoſtium acies,necdum in fugam uerſas, ſed adhuc reſpirantes aduerſum ſuos,conſtitit, quæritãs oculis Alexandrum.Quem pmm.
ubi aſpexit confidentem animo,atque exhortantem euocatorũ aciem in dextro cornu,ira percitus haud potuit ſe continere,ſed accẽſus eius aſpectu, ſeipſum ac principatum ſuum præcipitans,è medio ſuorũ ſolus exiliit,aduerſus illum,uociferans Ty-
rannúmque uocans,impetum fecit. Ille uerò minimè irruentem illum expectãs, per 70
aciem fugiendo inter ſtipatores ſe coniecit,delituítque.Qui Pelopidæ obuiam inter curſitandum fiebant,eius impetu cæſi conſternebantur.Quidã etiam uulnerati poſtea occubuerunt.Interim acceptis à longè nõnullis uulneribus,Teſſali tandem laborantem illum intuiti,repentè ex collibus proruperunt. Sed cùm iam occidiſſet Pelopidas,eius equites irruentes,uniuerſam hoſtium aciem euerterunt, & quantùm potuerunt inſequuti,omnia ea loca ſanguine conſperſerunt,plus tribus millibus cæſis.
Mortuo igitur Pelopida, Thebani qui aderant principis ſui caſum grauiter feren- obitus.
tes, eum parentem ac liberatorem patriæ appellabant. Nec mirum,ſi id Thebani, cùm Theſſali ipſi,ac omnes ſocij, præter honores illos,quos ei ultra omnem humanitatem decreuerant,ampliſſimã quoq; de ſe beneuolentiam & amorem oſtẽderint.
Traditur enim quicunque ei rei affuerũt, neque depoſuiſſe arma, neque equis extra- 71
xiſſe fræna,neque uulnus ullum ligauiſſe, dum cecidiſſe eum audirẽt,ſed in armis ſuper cadauer aſtantes,quaſi ſentiret,circùm hoſtium exuuias accumulaſſe,corúmque armis corpus ſepſiſſe, equóſque ac ſeipſos ſimul præter cõſuetudinẽ comis ſpoliaſſe: quíq; in caſtra redierant,neq; ignem accendiſſe,neq; acceſſiſſe cibũ,atq; in toto exercitu tantã taciturnitatẽ cùm triſtitia ſeruatam,ac ſi non uictores extitiſſent, ſed uicti à Tyranno in captiuitatẽ ducerentur.Vbi autem inter ciuitates hæc annũtiata ſunt,

confestim primates unà cum adolescentibus & pueris,tum etiam & sacerdotibus,ad decorandum funus affuerunt,coronas,signáque uictoriæ,ac aurea penitus armamẽta gestantes. Cúmq; tempus accessisset educendi funeris,seniores Thessalorum se ad 72
Thebanos contulerunt,rogantes sepeliendi cadaueris negotium sibi mandari:unúsque eorum,O uiri,inquit,amici ac belli socij,gratiam hanc à uobis petimus,quę nobis in tanta calamitate dignitatem afferet & solamen. Nõ enim uiuum Thessali Pelopidam comitantur,neque sentienti reddent dignos honores: sed si & tãgere illius corpus,& per manus nostras honorare,ac sepelire nobis cõcedatur, haud uidebimur nõ habere fidem uobis,quòd maior fuerit calamitas Thessalis,quàm Thebanis. Vobis enim solùm optimo duce contigit priuari:nobis autem & duce,& cum eo patria libertate. Quomodo igitur cõfideremus alium à uobis ducem deposcere,cùm Pelopidam minimè uiuum reddiderimus? Thebani his in rebus Thessalis morem gessere. Quid igitur hoc funere splendidius fieri potuisse existimãdum est,& potissimùm 73
ab his,qui honorem & dignitatem in ebore,aut auro,aut purpuris minimè constitutam esse opinantur? Quemadmodũ Philistus,qui Dionysij sepulturam, quasi quendam theatralem sumptum tyrannicæ Tragœdiæ,laudat atque admiratur. Alexander uerò ille Magnus cum obiisset,Hephæstion non solùm equos totondit & mulos, uerumetiam pinnas & propugnacula à mœnibus eripuit,ut & ciuitates uiderentur lachrymare,quòd pristina pulchritudine,prioribúsque ornamẽtis spoliatæ nudatęque essent. Hæc profectò herili quodam iussu uiolentóque,& multa cum inuidia odióq; facta,nulla beneuolentia,nullóque honore,sed quadam ostentatione diuitiarũ,barbaricæque superbiæ,& inani ambitione,atque iactantia feruntur. At Pelopidas uir 74
unus popularis in aliena regione peremptus,cognatorúmque præsentia,& uxoris ac filiorum destitutus,nemine aut rogante,aut cogente,à tot populis,tótq; ciuitatibus certatim agẽtibus coronatus,comitatus,delatúsque,ueram felicitatem ac beatitudinem consecutus uisus est. Non enim pro sententia Aesopi, mors grauior est eorum, qui in felicitate moriuntur:sed potius beatissima, quæ in tutissimum locum egregia sua facinora deponit,neq; permiserit se à fortuna ipsa superari. Quapropter optimè Lacon ille,qui cùm salutasset uictorem Olympicum Diagoram habentem filios coronatos,& nepotes ex filio filiáque,Morere,inquit,ô Diagora,in Olympum nõ ascẽdes. Si quis autem Olympicas,Pythicásque uictorias in unum colligeret,non,puto, 75
unicæ uictoriæ Pelopidæ æquandas dignum putaret. Quæ cùm omnia fidentissimè gessisset,indéque laudem & dignitatem cepisset, per uniuersam ferè eius uitam clarissimus fuit. Et denique tertiodecimo Thebanorum principatu functus, ut tyrannos confringeret egregiè faciens,pro Thessalorum libertate ac salute interiit. Cuius mors ualde sociorum animos conturbauit, magis autem cõmodauit. Nam posteaquam Thebani Pelopidæ mortem acceperũt, ne minimùm quidem ultionem differentes,quamprimùm aduersum illos exercitum miserunt, peditum quidem septem millia ac equitum septingẽtos,duce Malcito & Diogitone. Qui quidem cùm destitutum magna parte exercitus Alexandrũ cepissent,coegerunt illum ciuitates Thessalis reddere,quas antea ab eis abstulerat: Magnetas uerò,& Phthiotas, & Achæos liberos esse,ac ea loca suo præsidio eximere,eúmq; iurare sequuturũ Thebanos aduersum quoscunque iussissent. Sícque satisfactum his ducibus Thebanis. Quam uerò 76
pœnam de Pelopida postea diis dederit Alexander,deinceps differamus. Thebe eius uxor,ac Pelopidæ propinqua,primùm quidẽ,ut dictum est, ab eo edocta haudquaquam uereri externum tyrannidis apparatum,tametsi esset inter arma & gladios, timénsque propterea eius perfidiam,ac molestè ferens tantam immanitatem, conuenit demũ cum tribus fratribus,Tisiphono scilicet, Pitholao, & Lycophrone, huiusmodíque ulciscendi tyranni uiam sequuta est. Tòtam etenim eius domum hi occupant,qui cùm illo ad eius custodiam pernoctabant. Sed thalamus ille,in quo dormire

Alexander Pheræus ab uxore circumuenitur.

re maximè consueuerant,in fastigio erat: atque ante illum custos,canis ligatus terribilis omnibus, præterquàm illis qui consueuerant ibi uersari, & ei qui dabat cibum. Eo itaque tempore, quo occasionem captabat Thebe, fratres continuò habuit prope se in domo quadam proxima latitantes. Ingrediens uerò sola, ut consueuerat, ad Alexandrum adhuc dormientem, & mox rursum egressa familiari cuidam abducere canem imperat,dicens cupere regem tranquillè quiescere. Ipsa autem scalas timens, ne dum adolescentes ascenderent,concreparent,lana illas strauit,ac molles reddidit. Ac deinde subducens fratres cum ensibus, eósque constituens pro foribus,sola introiuit: eripiénsque ensem, qui supra eius caput iacebat, indicauit illis, Alexandrum sommo oppressum detineri. Cùm uerò perterriti essent adolescentes, ac dubitarent accedere, ipsa eos increpans, atque iracundè inquiens, se excitaturam Alexandrum, ac omnia illi indicaturam,nisi confestim accederent: pauidos simul ac erubescentes eos introduxit,ad lectulúmque cum incensa lampade ipsamet illis uiam præstitit. Ex quibus unus pedes arripiens tenebat, alter uerò capite crinibus prehenso, caput reprimebat, tertius feriens gladio interfecit,mortísque celeritate prius fortasse, quàm crudelẽ tyrannum par erat,uitam finiuit. Tum etiam primus cui à propria uxore contigit confodi, & qui cùm eius corpus turpiter à Pheræis eiectum ac conculcatum esset, digna pati ab omnibus,ob eius crudelitatem iudicatus sit.

Marcellus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 MARCVM Claudium quinquies Romanorum consulem, Marci filium extitisse tradunt, eíque (sicuti Posidonius refert) cognomen quod Martium est,primũ ex familia fuisse Marcello. Exercitatione nanque bellicosus erat,robustus corpore, manu potens, natura uir ad dimicandum ardens,& quod illius certamina declarant, acer & strenuus, ad cæteras uitæ partes humanus atque modestus. Græcæ uerò disciplinæ ac dicendi studiis eousque affectus, ut earum rerum peritos honore, & admiratione haberet,eas ipse per occupationes minimè assequutus, quanquam ad ipsas perdiscendas exercendásque propensius ferretur. Nam si ullis unquam (quemadmodum Homerus ait) à deo tributum est, ut ab ineunte ætate ad senectutem usque tristia bella tractarent, id uel in primis ea tempestate Romanis contigisse arbitror: qui cùm iuuenilibus quidem annis pro Sicilia cum Carthaginiẽsibus bello implicati fuissent, adulti uerò Italiæ causa cum Gallis, ætate maturiori cum Annibale atque Carthaginiensibus iterum bellum gessere: nullam tamen ob senectutẽ (quemadmodum complures) bellorum requiem nacti, semper ad expeditiones résque militares uirtute, & animi nobilitate ducti sunt. Quibus in rebus egregiè Marcellus ex-
2 celluit,ad nullum pugnæ genus,aut segnis, aut parum exercitatus,tum uerò ad certamen singulare fortissimus: quo quidem in genere cùm prouocatorem neminem fugeret, cæsis uniuersis semper uictor euasit. Fratrem Otacilium ab se in Sicilia protectum ab imminenti periculo liberauit,trucidatis,qui in eum acri ferebantur impetu. Quapropter iuuenis adhuc coronas,cæteráq; ab imperatoribus consequutus est prę-
mia. Cúmque gloriæ plurimùm comparasset, ædilis curulis à populo,augur à sacerdotibus designatur. Id sacerdotij genus est, cui ex auibus uaticinia cõtemplari ac obseruare mos erat. Aedilitate uerò inita, accusatorem se, & inuitus quidem egit. Nam cùm eiusdem nominis filium indole ac forma decorum, plurimúmque ob modestiã

Nomen.

Exercitatio.

Amor literarum.

Peritia rei militaris.

Honores & gloria.

ac morum elegantiam ciuibus conſpicuum haberet,eum Capitolinus Marcelli collega,uir audax ac int emperãs, illius amore correptus appellauit. Cuius conatus cùm 3
per ſe puer ab initio propulſaſſet,iterũ tentante Capitolino,rem patri detulit.Id grauiter ferens Marcellus,hominis facinus ſenatui renuntiat.Capitolinus multas cauſas multáque commentatus effugia,tribunitiam poteſtatem implorat. Tribunis autem eius appellationem abnuentibus, inficiari crimen pergit. Cuius rei quia teſtis aderat nemo,ad ſe acciri iuuenem uiſum eſt patribus. Eius producti cùm ruborem, lachrymas, & perpetuæ ſimul iracundiæ pudorem immiſtum animaduerterent, nullo alio egentes indicio, aduerſus Capitolinum pronuntiauere ſententiam,eúmque in exoluendis mulctauere pecuniis,quibus * argenteum uas comparatum Marcellus deorũ miniſterio dedicauit. Poſt primi belli Punici uixdum ſedati uigeſimum ſecundum annum, Gallici belli primordia Romanos continuò inuaſere. Iberi nanque(ea uerò 4
Gallica gens eſt)qui uicinam Alpibus paſcuntur Italiam,quanquam magni ac potẽtes per ſe,Gallorum tamen auxilium uiréſque conuocabant,quos mercede militiam agentes Geſſatas appellabãt.Mirúmque uiſum eſt, & magnum fortunæ beneficium, Gallicum & Libycum bellum non eodem tempore incidiſſe,ſed Gallos uelut ſtatione occupata,cùm Carthaginiẽſibus bellum inferentibus,prorſus nihil ipſis periculi à Romanis eſſet,deſediſſe:tum autem uictis ſuccedere,& otio abundantes uictores prouocare uoluiſſe. Atqui bello finitimo atque domeſtico congreſſuri, plurimùm conducere putabatur, & loci propinquitas, & Gallorum dignitas, qui maximè Romanis terrori eſſe uidebantur, ut qui olim ab eis urbe deiecti ſpoliatíque eſſent: ex quo tempore decretum erat, ut ſacerdotibus militiæ munere uacare liceret, niſi de- 5
nuò Gallicum bellum ingrueret.Eorum autem formidinẽ cùm ipſe apparatus(nunquam enim tot Romanorum millia ſimul in armis extitiſſe, ac tam nouos ſacrorum ritus factos memoriæ proditum eſt) tum noua illa atque inſolita inhumanitas circa ſacra declarabat:in quibus cùm nihil immane, aut inhumanum ab eis antea peractũ eſſet,ut qui græcanico more maximè pij ac mites rem diuinam curarẽt, tunc eo ingruente bello, quibuſdam monitis Sibyllinis cedere coacti ſunt. Quapropter duos Græcos,uirum ac uxorem,totidémque Gallos in foro Boario uiuos defodere,quibus hodiéque Nouembri menſe clàm quidem Græcis & Gallis dãtur inferiæ. Principio à Romanis nunc parta uictoria,nunc acceptis cladibus decertatum eſt,quę res nullũ certum attulit rebus exitum. Cùm Flamminius ac Fuluius conſules in Inſubres co-
piας haberent,fluuius qui per Picœnum agrum labitur, cruore fluxiſſe uiſus eſt. Tres 6
quoque lunas penes Ariminum apparuiſſe traditum eſt. Comitiis conſularibus cùm augures malis ac infelicibus creatos auſpiciis conſules affirmaſſent,ſenatus cueſtigio illos ab exercitu literis miſſis reuocandos curauit, ut redeuntes depoſito ſtatim conſulatu nihil aduerſus hoſtes,uti conſules,gererent. Receptas Flamminius literas non prius aperuit,quàm collata pugna, uerſíſque in fugam barbaris,in agrum eorum excurſionem feciſſet.Redeunti igitur ac multa referenti ſpolia non proceſſit obuiam populus,quia reuocatus non continuò mãdatis obediuerat, uerùm ea per ſuperbiam contempſerat.Quapropter ut ei triumphus denegaretur,parum abfuit,quem tamen priuatum egiſſe conſtat:is tamen antea, ſimulátque collega, conſulatu ſeſe abdicare
coactui ſunt. Adeò uniuerſa Romanorum geſta referebantur ad deum, ut nec augu- 7
riorum,nec patrij moris deſpicientiam uel in maximis bene geſtarum rerum ſucceſſibus fieri paterentur:maius ſcilicet momentum in religionis obſeruantia, quàm in uincendis hoſtibus ad ciuitatis ſalutem pertinere arbitrantes. Tiberius itaque Sempronius mira fortitudine,& æquitate præditus,plurimæque inter Romanos dignitatis,cùm conſul ſibi ſubrogandos Scipionem Naſicam & C. Martium deſignaſſet,iiq; iam prouincias obtinerent,animaduertit ſe,cùm libros militarium præceptorum legeret,ſolenne aliquid inſcium præteriiſſe:id erat huiuſcemodi:Cùm quis ex optimatibus

*ἀργυρεοῦν βίλιον

Elorus in epitomis.

Prodigia.

Romani ſuperſtitioſi.

tibus in pomœrio domum aut tabernaculum mercede conduxiſſet, ut in eo pro captandis ſederet auſpiciis, poſtmodum firmis nondum ſignis, ſi qua illum in urbem cauſa retrahebat,primum relinquere oportebat tabernaculum, & alterum ſuſcipere,
8 ex quo nouus auſpiciorũ inſtauraretur aſpectus. Hoc latuiſſe Tiberium uidebatur, qui bis eodem uſus tabernaculo dictos deſignarat conſules. Animaduerſo poſtmodum uitio, réque ſenatui relata, ſenatus tam paruulum minimè contemnendum errorem ratus,ſignificare illis ſtatuit:quapropter hi continuò è prouinciis Romam rediere, ſéque magiſtratu abdicauere. Hæc tamen poſterius geſta ſunt. Eiſdem fermè temporibus duo illuſtriſſimi flamines ſacerdotiũ amiſere,Cornelius Cethegus,quòd exta uictimæ non ritè admouiſſet,& Q. Sulpitius, quòd ei inter ſacrificandum apex,
quem flamines ferũt,è capite delapſus eſſet. Cùm Minutius Dictator C. Flamminiũ magiſtrum equitum deſignaſſet, ſtridore foricis conſequuto, uterq; dignitatem iuſſus relinquere, alij creati denuo ſunt. Hoc pacto tam accuratam uel in paruis diligẽtiam obſeruantes, nullum aut nouum, aut non patrium religionis ritum admiſcere
9 uoluerunt. Cùm igitur conſulatum Flamminius depoſuiſſet, Marcellus per interreges conſul creatur. Inito conſulatu Cn. Cornelium collegam ſibi deſignat. Poſtmodùm cùm multa à Gallis de concordia agitarentur, ad pacem inclinante ſenatu, ad bellum Marcellus multitudinem concitabat: qua in re haud tamen quo minus pax crearetur,efficere ualuit. Paulò pòſt Geſſatæ, ſuperatis Alpibus, bellum innouarunt: qui primùm caſtra mouentes in Inſubres, eos ſibi ſocios aſciuere, qui triginta millia numero erant,cùm hi longè plures eſſent. Dehinc alacres,& elati in Acerras impetũ faciunt: id autem oppidum eſt ſuper amni Pado locatum. Hinc rex eorum Briomatus decem millibus Geſſatarum ſecum aſſumptis,circumpadanam populatur oram.
10 Quæ cùm Marcellus accepiſſet, relicto ad Acerras collega, ſimúlque peditatu ac cæteris grauioris armaturæ, & tertia parte equitum, ipſe cum reliquis equitibus, & expeditiſſimis militibus fermè ſexcentis ad hoſtes contendit, non noctu,non interdiu iter omittens,donec ea decem millia Geſſatarum circa Capidium Galliæ uicum, nuper imperio Romanorum adiunctum,offendit: ubi nec ſuorum corpora curare, nec ullum quieti tempus dare licuit.Confeſtim enim barbari cùm eum aduentaſſe ſentirent,contempſerunt, quòd pedeſtres quidem copias paucas haberet. Equites enim præſe nihil ipſi pendebant Galli, ut qui pugna equeſtri præſertim fortiſſimi bellatores eſſent,tum ipſa quoque multitudine Marcellum ſuperarẽt. Quamobrem ſtatim in eum grauiſſima minitantes perinde ac ui omnia direpturi, duce rege, concitis feruntur equis. At Marcellus ne pauciſſimus ſuorum numerus diffuſis circunuenire-
11 tur hoſtibus, procul ab equitatu deducto agmine, donec paululùm ab hoſte aberat, tenuiſſimo cornu progreſſus eſt: cúmque ad conſerendas manus ſuos conuerteret, hoſtium clamore ac ſtrepitu perterritus equus,Marcellum retro uiolẽter aufert. Eapropter ueritus ne quam ea res Romanis perturbationem religionis obiiceret,retractis ſtatim habenis,equum in ipſos conuertit hoſtes:& ne caſu magis,quàm conſilio eo uſus circuitu uideretur,ſolem ſupplex adorauit. Is enim in initio pugnæ ſuperos adorare Romanorũ mos eſt.Cúmque hoſtibus iam immiſceretur,Ioui Peretrio opi-
ma ex hoſtibus ſe conſecraturum arma uouit.Inter hęc cùm illum Gallorum rex cõſpexiſſet,ob inſignia ducem opinatus,ante omnes ei cõcitato occurrit equo,& quaſſans haſtam, uirum clamore prouocat. Is erat inter Gallos eximia corporis magni-
12 tudine, armatura auro argentóque ac uariis diſtincta coloribus, fulguris inſtar perlucida. Quæ ubi Marcellus pulcherrima ex toto conſpicatur agmine, ea futura meditatus,quæ cõcepta deo uota perſolueret, uirum adoritur, quem haſta thorace perfoſſo,ſimul equi uiribus innixus uirum reſupinat, iterúmque ac tertiò uulnere repetitum ſtatim exanimat. Tum equo deſiliens Marcellus, & exanguis arma manibus tangens,ad cælum conuerſus:O magna,inquit,ducum opera, & imperatorum geſta

Adorandi in initio pugnæ uetus mos.

belláque ac pugnas contuens, Feretri Iupiter, te ego obtestor, qui tertius Romanorũ dux ac imperator uirum hunc ducem simulac regem propria manu cõfossum occîdi, hæc tibi prima opimáque spolia dedico: tu nobis dum ad belli reliquias uertimur, similem præsta successum. Tum Romani equites peditibus equitibúsque simul immisti, pugna commissa ingentem ac mirandam quodammodo uincunt uictoriam. Constat enim tantum equitatum ac peditatum non antea, non postea usquam à tam 13
paucis superatum esse. Tum cæsis plurimis, prædam & arma secum auferens ad collegam regreditur, per id tempus aduersum Gallos infeliciter dimicãtem, ad Mediolanum amplissimam, & populosissimam Galliæ urbem: quam Galli Metropolim appellantes, pro ea strenuè præliantes, obsidione Cornelium circunuenerant. Vt uerò redeuntem Marcellum, regémque profligatum ac necatum sensere Gessatæ, profugiunt: quapropter Mediolanum à Marcello captum. Cætera oppida dedentes Galli Romanis, ultro cuncta permittunt. Hoc pacto tranquilla satis utrinque pax cõtigit.

Triumphus. Post hæc decretus à senatu soli Marcello triumphus: qui cùm ditissimus spoliis, ac ingentibus captiuorum corporibus splendidissimus duceretur, non magnæ admirationi fuit. Summę uerò uoluptatis, & nouitatis spectaculum in eo exhibuit, quòd Ioui barbarica deferebat arma. Truncо siquidem montanæ quercus abscisso, & in trophæi modum fabricato, affixa quaquauersum spolia impendebãt, ornatè plurimùm ac decorè disposita. Mox accedente populi frequentia, Marcellus in currum tollitur. Cuius rerum triumphale simulachrum pulcherrima per urbem pompa magnificentissimè transmissum est. Ornatissimis præditus armis assequebatur exercitus, deo ac imperatori condita carmina, & uictoriæ pæana canentes. Inde procedens & ad Feretrij Iouis templum ascendens, ea illi solenni dedicatione suspendit: tertius, & ad no- 14
Vide suprà in uita Romuli. stri usque temporis bella postremus. Primus enim Romulus spolia ab Acrone Cæninensium rege detracta retulit: secũdus Cornelius Cossus à Tolumnio Hetrusco: post hos Marcellus à Gallorum rege Briomato: post quem nullus. Eum uerò deũ, cui hæc 15
transmittuntur, idcirco Iouem Feretrium (ut quidam asserunt) appellãt, quòd secundum Græcorum linguam, quam olim Latinis plurimùm immistam fuisse cõstat, feretro trophęa ferebantur. Alij ideo sic appellatum Iouem dictitant, quòd fulmine feriat: cæteri quòd in bello feriri soleat, id exortum nomen inquiunt. Nam & nũc quoque in persequendis hostibus, dum se inuicem milites exhortantur, frequenter ferire iubent. Cæterùm quæ ex hostibus ceperant, spolia uulgò, priuatim uerò opima uocitabant. Numam tamen Pompilium in commentariis, prima, secunda & tertia nominasse opima traditum est. Primáq; capta Ioui Feretrio, secunda Marti, tertia Quirino consecrari iussit: primo asses trecentos, secundo octoginta, tertio centum præmium esse constituit. Obtinebat autem tum opinio, ea tantũmodo illustria esse spolia, quę prima in agmine duci dux detraxisset. Sed de his hactenus. Ea uictoria & bel- 16
* *Valebat aureis coronatis* 11200. li exitus lætitiæ tantùm Romanis attulit, * ut librarum centum aureum cratera Pythio Apollini Delphos usque pro earũ rerum gratulatione trãsmiserint. Sociis quoque ciuitatibus amplissimam exuuiarum partem distribuêre, nec minus regi Syracusanorum Hieroni Romanorum amico & socio. Cùm Annibal in Italiam irrupisset, Marcellus in Siciliam cum classe missus est. Post Cannensem uerò cladem, in qua non pauca Romanorum millia pugnando cæsa sunt, paucis qui salutem fuga comparauerant, sese Canusium recipientibus, ingens erat expectatio, Annibalem confestim Romam castra moturum: quod ei attritis Romanorum uiribus optimè conduxisset. Marcellus statim mille, & quingentos ex nauibus milites urbi præsidio misit. Postea acceptis à senatu literis, Canusium contendit, adsumptísque qui ibi cõuenerant, ne liberum hostibus agrum permitteret, deducit ex arcibus. Cæterùm post 17
excellentissimos ac fortissimos bello uiros interemptos, Romani Fabium Maximum plurimæ dignitatis fidei ac sapientiæ uirum, ueluti cunctatorem, & parum in rebus gerendis

gerendis audentem improbabant, quòd accuratus nimiùm & diligens, ne quid peteretur aduersi consultabat. Eiusmodi autem imperatorem non ad ulciscendum, sed ad tutandum satis esse arbitrantes, ei Marcellum addidere, ut ad res turè ac cautè gerendas suam cum illo audaciam efficaciámque temperarent. Vtrunque igitur interdum consulem, sæpe alterutrum, nonnunquàm consulem alterum, alterum proconsulem creatum emittebãt. Vt enim Posidonius refert; Fabium clypeum, Marcellum ensem appellabant. Solebat etiam dicere Annibal, se Fabium quidem ut præceptorem, Marcellum autem ut pugilem reformidare. Ab illo enim ne mali quicquam perpetraret,
18 cohiberi: ab hoc autem nonnunquam grauiora perpessum. Itaque post illam uictoriam cùm tantùm alacritatis, & audaciæ suis iniectum esset militibus, ut longè à castris dispersi ac palantes regionem occuparent, ipsos adortus Marcellus, uires eorum fregit profligaúitque. Post hæc Neapolim Nolámque laturus auxilium se conuertit. Cúmque Neapolitanos in fide permanentes comperisset, eis stabilitis, Nolam contẽdit, ubi dissidentem à plebe senatum inuenit, nec plebis animos ad Annibalem inclinatos tractare, aut componere senatus poterat. Erat in ea ciuitate uir, & nobilitate primarius, & fortitudine conspicuus, L. Bandius, qui ad Cannensem pugnam obtrũ- *L. Bandius Nolanus.*
catis Pœnorum pluribus, egregiè dimicauerat. Eum postmodum multis confixũ spiculis inter cæsorum corpora repertum Annibal admiratus, non solùm absque pretio domum remiserat, uerùm & donatum insuper amicum sibi hospitalitatis iure con-
19 iunxerat. Ob cuius gratiam meriti, cùm Bandius ad Annibalem promptissimè inclinaretur, ad eum quoque plebem confirmabat, ad defectionémque solicitabat: Marcellus uirum illustrem, & in maximis bellorum casibus Romanorum socium necare, ducebat impium. Erat præterea ingens in Marcello naturæ humanitas, suauitas, lepor, & affabilitas, ita ut quemuis ad se sua comitate pelliceret. Cùm igitur illum Bandius aliquãdo salutasset, rogabat Marcellus quisnam homo esset, quanuis illum probè norat antea, at sermonis initium occasionémque quærebat. Eo autem respondente, L. Bandium esse se, quasi lætatus manopere admiratúsque Marcellus, Tu ille Bandius es, inquit, cuius maxima inter Cannarum bellatores fama Romæ est, quòd Paulum Aemilium consulem solus non deseruerit, in quem cùm densissima cõiicerentur missilia, ea corpore subiens excepisti? Assentiente Bandio, & uulnera quædã ostentante: Talia, inquit, cùm in nos amicitię signa perferres, ad nos cur non cõfestim ibas?
20 An uerò nos ad retribuenda amicorum uirtuti præmia, quibus & penes hostes tantus habetur honos, inidoneos censuisti? Hæc benignè loquutus, comprehensum dextra eximio ad pugnam equo, & quingẽtis argenti drachmis donat. Quas ob res effectũ est, ut Bandius constantissimus Marcello socius propugnatórque fuerit, & eorũ qui diuersæ factionis erant, grauissimus accusator & uindex. Erant complures, qui cùm Romani in hostes egrederentur, sarcinas & impedimenta diripere statuerant. Quod ubi Marcellus accepit, intrà mœnia præsidio dispositò, & intra portas impedimentis locatis, Nolanis per præconem ne muros adirẽt, inhibuit. Erat igitur in muris armorum solitudo. Eapropter tumultuantes in ciuitate ratus Annibal, circunspectius ad mœnia cum exercitu properauit. Tum Marcellus patefieri portam iubens, cum stre-
21 nuissimis erupit equitibus, rectáque concitus uia conseritur hostibus. Paulò post per alteram portã ingenti cursu, & clamore peditatus emittitur. Post hæc cùm acies Annibal partiretur, tertia porta recluditur, qua reliqui procursantes undique Pœnis insperato stupentibus incumbunt, cùm uix consertis, ne dum superuenientibus resistere possent. Hìc primùm Annibal terga Romanis ostendit. Pœni itaque terrore ac uul- *Annibalis fuga.*
neribus confecti, in castra compulsi sunt. In ea pugna plura quinque millibus hostiũ desiderata traduntur, ex Romanis uerò non plures quingẽtis: quanquam Liuius tantam hostium stragem fuisse nequaquam affirmet, sed ea pugna ingentem Marcello gloriam partam, & auctos Romanos animis. Non enim cum inexpugnabili & inui-

cto prorſus hoſte,ſed qui uinci & cladibus affici poſſet,certamen eſſe didicerãt.Poſt hæc mortuo altero conſule, Marcellus in demortui locum ſubrogãdus abſens, accitus eſt à populo, qui donec ab exercitu rediret, inuitis optimatibus dilata comitia ſunt. Marcellus cunctorum ſuffragio deſignatus conſul eſt. Ob crebra deinde tonitrua cùm augures minimè læta pronuntiaſſent ſigna,palámque illum ob plebis metum cohibere torpeſcerent,is ſe magiſtratu abdicauit. A re tamen haud ſe trahẽs militari,proconſul creatus Nolam ad exercitum profectus,eos qui Punicæ factionis extiterant, ſupplicio affecit. Poſt hæc Annibal magnas ſecum uires trahens aduentat, cui ex acie laceſſenti minimè certandum Marcellus cenſuit. Cùm uerò maximã copiarum partem prædatum dimiſiſſet,eum perinde pugnam detrectantem Marcellus adoritur.Diſtribuerat autem naualis belli longiora pila militibus,eminúſq; illis ferire Carthaginienſes docuerat, qui cùm iaculari neſciant,breuibus utuntur manu ſpiculis.Idcirco qui tunc manus contulere,terga Romanis dederunt, & irreuocabilem fugêre fugam.In eo prælio Pœnorũ quinque millia cæſa,eciderunt elephantes quatuor, uiui duo capti ſunt: quod autem maximum extitit, Hiſpani equites miſtique Numidę ſupra trecentos tertio poſt pugnam die ad Marcellum transfugerunt.Is nũc primùm Annibali caſus obtigerat, qui ex tam diuerſis multifariiſq; moribus in unũ quidem & barbaricum congregatas gentes exercitum, unanimes tandiu cõſeruaſſet. Hi igitur Marcello cæteriſque ducibus fideles ad omne poſtmodum facinus permãſere.Marcellus tertiò conſul creatus,in Siciliam traiecit.Annibalis enim res bene geſtę,Carthaginienſes ad uindicandam iterum inſulæ dominationem uehementer extollebant,præſertim cùm Hieronis tyranni morte,Syracuſis tumultuatum ſit. Quã ob rem eò premiſſus exercitus prętore Appio,eam cùm Marcellus recepiſſet,ei ad genua Romanorum multitudo procumbit. Hi fuerant huiuſcemodi calamitate uſi. Romanorum,qui aduerſus Annibalem ad Cannas in acie pugnauerãt,cùm nonnulli fugiſſent,tot capti uiui ſunt,ut qui pro murorũ cuſtodia locarentur, uix relicti uiderentur. Quos cùm Annibal uel modicis pretiis redimi pateretur, tanta Romanis animi magnitudo, tantúmque elati ſpiritus erat, ut ne reciperẽtur publicè decretùm ſit,eóſque tum necari,tum extra Italiam uenũdari paruifecerint. Qui uerò profugerant,in Siciliam relegati ſunt,& ne,donec aduerſus Annibalẽ belligeraretur,in Italiam reportarẽtur,edictum eſt. Marcello igitur aduentãti hi ſimul procubuere, ſéque humi conſternentes probatę officium militiæ depoſcebant, clamore maximo lahrymiſque polliceri,ſe ſua declaraturos opera,magis ex infelicitate quadẽ,quàm eorum ignauia eam cladem eſse factam. Hos miſeratus Marcellus, ad ſenatum literas dedit ut eis ad militiæ ſupplemẽtum utiliceret deprecans. Poſt multa in ſenatu agitata,decretum eſt, Romanis ad remp.ignauis minimè hominibus opus eſſe,Marcello tamẽ ſi eorum uti opera uoluerit,liceat,modò nullam uirtutis gratia coronam aut præmiũ aſſequerentur. Hoc decretum dolore Marcellum affecit, quòd aduerſis ciuium caſibus mederi,& in melius conſtituere pro eorum multis ac magnis in rempub. meritis,haud permitteretur à ſenatu: ídque poſt cõfectum in Sicilia bellum in curia queſtus eſt. Hæ autẽ in Sicilia res geſtæ ſunt. Marcellus ubi primùm ab Hippocrate Syracuſanorum duce uiolata fœdera comperit, qui occupato dominatu, ut Carthaginiẽſium gratiam iniret, cõplures in Leontinis Romanos interemerat,ui Leontinorũ urbem expugnat:oppidanorum nemo uiolatus, transfugas, quicunque in poteſtatẽ redacti ſunt, uirgis cæſos pœna affecit. Nuntius ab Hippocrate Syracuſas mittitur, qui referat Leontinos omnes ad uſque teneram ætatem à Marcello trucidatos. Qua re accepta tumultuantibus Syracuſanis, aduentat Hippocrates, & urbem occupat. Marcellus moris caſtris Syracuſas profectus, haud procul ab urbe metatus, legatos qui res in Leontinis geſtas denuntiarẽt, mittit: quod aduerſantibus Syracuſanis, cõduxit parum: iam enim Hippocrates rerum dominium obtinebat. Inde terra mariq;

Syracuſas

Syracuſas adoritur. Appius quidem terreſtres copias admouit: Marcellus ſuper octo iunctis mutuò nauibus, ingentem attollens machinam, inde quinqueremibus ſexaginta omnifariam telorum armorúmque genere refertis,muris adnauigauit, quibus facilè potiri,cùm apparatus magnitudine atq; ſplendore, tum propria fretus gloria animum induxerat. Ea uerò præ ſuis machinamentis nihil pẽdebat Archimedes, quæ olim non uti ſtudio digna opera,ſed uti quædam geometriæ ludicra extra ordinem uir ille condiderat,præſertim cùm regem Hieronem hiſce delectatum cerneret, qui Archimedem,ut à cogitationibus ad corporea quicquam artis uerteret,induxerat: ſícque rationem præceptorum ad uſum ac neceſſitatem conuerſam & illuſtriorem redditam ſenſibus aperuit. Hanc enim uulgatam, & paſſim complacitam machinamentorum artẽm primùm Eudoxus & Archytas inchoauere,geometriam uarietate quadam exornantes.Rationes ac difficiles demonſtrationes,occultáſque ſciẽtiæ propoſitiones per ſenſum ac inſtrumentorum exempla edidere: ſicut irrationabilem propoſitionem,quæ circa duas medias dicitur,quę́que ad multa perſcripta neceſſarium quoddam eſt elementum,hi ambo in cõparandis produxerunt inſtrumentis,ſemiſcriptis quibuſdam lineis figuriſque geometricis machinamenta formantes. Poſtquam autem in eos moleſtè concitus eſt Plato, quòd geometriæ præſtantiam ſuſtuliſſent,dum à cogitatione,& rebus incorporeis ad ſenſibilia imperitè tranſtulerunt artẽ, quaſi ad ſui uſum corporea mole, & mercenaria indigeret inertia.Hoc pacto organice à geometria uulſa ſecernitur,ac diu à philoſophia neglecta,militaribus annumerata eſt artibus.Cæterum Archimedes ad regem Hieronem,cui & neceſſitudine,& amicitia iũctus erat,ſcripſit, quoduis onus quibuſlibet moueri poſſe uiribus: cúmque ſuæ demonſtrationis ui ſibi fideret, iactare ſolitum aiunt, ſi alteram terram habeat,hanc ad illam ſe tranſlaturum.Id admiratus Hieron,orat, ut quod proponit, deducat in actum, & magnũ quippiam puſillis moueri uiribus indicet. Nauem igitur onerariam ex regiis mercatus eſt unam, quam ſimulac ſolitum adiecit onus, trahi labore maximo ingenti hominum manu ſolitam, hominibus multis, & pondere impoſito, procul aſſidens nullo corporis nixu, quieta impellens manu, ui quadam multifidæ machinæ,tranquillè planéque quaſi mari perlaberetur,adduxit.Eo ſtupore perculſus Hieron,artis intellecta potentia, Archimedem exorauit, ut cùm ad propugnandum, tum ad laceſſendum omne tormentorum genus bellicorũ inſtrueret. Quibus cùm pacificam tranquillámque omnem fermè uixiſſet ætatem haud fuerat uſus Hieron, at tum Syracuſanis in tempore & machinæ ſimul, & machinator obtigerant. Romanis itaque terra maríque urbem adortis, Syracuſanos terror inuaſerat, pauida ubique ſilentia:haud enim tanto robori tantíſque obſiſtere poſſe uiribus exiſtimabant. Vt uerò machinas inſtruxit Archimedes, uaria miſſilium genera & immenſæ magnitudinis ſaxa, incredibili fragore ac celeritate iaculata, aduerſum terreſtres emittebat copias.Qua in re cum nullus omnino ſeſe ab hiſce tueretur molibus, cùm confertim proſterneretur, ut quiſque incidiſſet, totáque diſſiparentur agmina, inde trabes è muris repentè libratæ,firmiſſimóque deſuper iactatæ pondere,nonnullas in profundũ naues pręcipitabãt,quaſdam ferreis manibus,& in roſtri gruini madum,forcipibus per proram in ſublime raptas cùm ſuſtuliſſent, in puppim immergebant.Aliæ oppoſitis rotatæ machinis, cum ingenti nautarum ſtrage, præcipitibus illidebantur ſcopulis.Celſius interdũ à mari ſuſpenſa nauis nunc huc,nunc illuc agitata,horrendum præbebat ſpectaculũ,quoad eiectis prouolutíſq; uacuata uiris, dum quæ ſuſpenderat catena remitteretur,muris illiſa recideret.Deinde cùm ſuã Marcellus machinã iunctis ſimul nauibus muro admoueret(eam autẽ ob muſici ſimilitudinem inſtrumenti Sambucã appellabãt)in hãc dum adhuc procul abeſſet,primò unũ, dehinc alterum,mox tertium decem talentorũ ponderis ſaxa proſiliunt:quæ magno fragore,& quodam tempeſtatis impetu irrumpẽtia, diſiectis clauis, ipſius baſim diſ-

Archimedes mathematicus.

Liu.lib.4. Dec.3.

ſipauere machinæ. Eà coactus neceſſitate Marcellus, nauibus ut abſcederent eueſtigio imperauit, terreſtríque oppugnationi ſolutionem ſpopondit. Conſilio habito, noctu muros inuadere ſtatuunt. Archimedem enim tormenta, ut longè telum emittant inſtruxiſſe, at cùm interuallum ictus non habeat, eorum omnem conatum inefficacem futurum. Verumenimuero haud minorem ad hęc dudum antè fecerat apparatum: omnis inſtrumentorum impetus pro ſpatij magnitudine per tela breuia crebróque repetita, parui ſcorpiones etiam diſpoſiti, qui plurimis frequẽtiſſimíſque uulneribus ex occulto peterent hoſtes. Quapropter cùm clanculum muro ſuccedere arbitrantur, miſſilibus occurrunt ingeſtis lapidibus, capite ſaucij, & undiq; è muro perinde ac ad perpendiculum collabentibus telis obruti: quòd ſi retro cederent, pro ſpatio locata iacula, & uaſto cadentia impetu intercipiebant abeuntes. Maxima igitur & uirorum ſtrages, & nauium facta uexatio, cùm interim permãſiſſent hoſtes integri. Cuncta enim fermè inſtrumenta poſt murum locarat Archimedes, ea propter grauiſſima ex occulto perpeſſi Romani, aduerſum deos pugnare uidebantur. Marcellus igitur ſuos fabros, & machinatores conuitiis carpens, ſimúlque fugiens: Num deſiſtimus, inquit, contra hunc geometram pugnare Briareum, qui ſedens in littore ludénſque, noſtras naues cum ingenti diſiecit ignominia? Ipſos uerò fabularum centimanos ſuperat, tot nos telis uno petens ictu. Et profectò uniuerſi quidem Syracuſani ad machinas pro Archimedis corpore erant, qui uerò cuncta mouebat uerſabátque, unicus exiſtimabatur animus. Cęterorum quidem arma immota quieſcebant, ſolis Archimedis armis perculſi hoſtes, & protecti ciues. Denique Marcellus Romanos, qui quoties è muris funem, aut malum quendam conſpicarentur, quampiam in ſe machinam ab Archimede motã arbitratos, implicitos terrore milites clamantéſque, & retro fugientes abducebat. Ab ea igitur oppugnatione omni conatu abſiſtere, & in poſterum hoſtem obſidione cingere ſtatuit. Hoc tam profundæ mentis acumen, & tam immenſum ſpeculandi theſaurum aſſequutus Archimedes, in quibus non humanæ, ſed diuinæ potius ſapientiæ gloriam comparauit, nec unum eorum poſteris ſcripto commendare uoluit: uerùm ipſam machinamentorum negotiationem, totámque neceſſitati coniunctam artem minus ingenuam ac mercenariam ducens, ea tantummodo reliquit, quæ ad ſui nominis propagationem pertinere cenſuit, quibus cum pulchritudo ac excellentia, nulla certè ineſt neceſſitatis admiſtio, ac nullis quidem aliis conferenda, & in quibus cum arte materia certaret, cùm hæc magnitudinem & formam, illa acumen, & uim quandam ingentem præ ſe ferret. Difficiliores enim grauioréſque in geometria materias ſimplicioribus, aut purioribus deſcriptas elementis concipere minimè licet: quod nonnulli homines de induſtria, nõnulli laboris aſſiduitate, cum facilè & ſine occupatione abſoluere quidque potuiſſet, factum autumant. Quiſquis enim perſcrutatur, nullam per ſe demonſtrationem inuenit: ut uerò earum rerum diſciplinam acceperit, planam compẽdioſámque eius ſcientiæ uiam ab ſe quoq; reperire potuiſſe iudicat. Quapropter iis, quæ de ipſo commemorari ſolent, habenda fides eſt: propriæ cuiuſdã ac familiaris amœnitate Sirenis allectum, cibum & corporis curam neglexiſſe. Sæpenumero inuitus ductus ad balnea & unctionem, dum perungendus in cratere conſtitueretur, in focis ducebat lineas: mox uncto corpore per corporis unguenta geometriæ figuras ac lineamenta digito inſcribebat, tanta eius rei dulcedine capiebatur, ut uerè illum Muſarum inſtinctu correptum dixerim. Is cùm multa pulcherrima excogitaſſet, amicos ac neceſſarios oraſſe fertur, ut poſt eius mortem, circundatum ſphæra cylindrum eius ſepulchro imponerent, inſcriberéntque ambienti ſphæræ ſolidæ, ad cõtentum intus cylindrum, quænam exceſſus eſſet proportio. Talis igitur Archimedes, quantùm in eo fuerat, ſe ſimul ac urbem inuictam cõſeruauit. Durante obſidione, Marcellus Megarenſium longè Sicularum uetuſtiſſimam urbem cepit. Hippocratis quoque exercitum,

Archimedis laus egregia.

citum, dum caſtra penes Accillas poneret, cepit occiditq; hominũ ſupra octo millia, totámq; ferme Siciliam excurſionibus uexauit. Ciuitates ut à Carthaginienſibus deficerent, effecit. Vniuerſos autẽ rem acie decernere auſos, uictor profligauit. Poſt hæc Spartanũ Damippum à Syracuſis nauigantẽ cepit: quem cùm Syracuſani redimere uehementer optarent, & illius rei gratia frequentiora traherentur colloquia, turrim quandã contemplatus eſt, accuratè parum obſeruatã, quæ quoniam cõmodus aſcẽſu murus exiſtebat, clanculũ excipere uiros poterat. Eò igitur cùm multoties colloquuturus acceſſiſſet, illius altitudinẽ coniectura permenſus, ſcalas cõparat. Per id tempus Syracuſani feſtum Dianæ celebrabant, uino ludíſq; dediti. Quare Marcellus obſeruata, non ſolùm turrim cepit, uerumetiam murum furtim undiq; armato cõpleuit milite: quod nõ antè factum oppidani intellexere, quàm dies illuxiſſet, & fractũ eſſet hexapylum. Id ubi ſentiũt, moueri ac tum ultuari cœptum. Tum Marcellus iuſſis canere tubis, terrorem ingentem ac fugam ingeſſit uniuerſis, nullã nõ ab hoſte partem occupatam ratis. Fortiſſima uerò ac pulcherrima ampliſſimáque erat Acradina, quæ quòd in exterioribus urbis partibus murata extabat, nondum capta reſtabat, * Neam & Tycham nominant. Mox per hexapylum ingredientẽ uniuerſi eius primores beatum uocabant. Is in ſuperioribus locis conſtitutus, ſubiectam oculis magnificentiam ac ſplendorem urbis conſpicatus, diutius illachrymaſſe traditur. Cúmque ſtatus eius iamiam futuram permutationem animo uerſaret, caſum incumbentẽ miſeratus eſt, quòd diripienda à militibus eſſet. Nam cùm prædam milites efflagitarẽt, in eos reluctari prorſus audebat nemo. Nonnulli delendam incendio, funditúſque euertendam hortabantur: quem ſermonem nullo pacto Marcellus admiſit, inuitus tamen ac coactus, bona tãtùm ac ſeruos prædam eſſe conceſſit. Ingenua uerò corpora cõſuprari aut occĩdi, aut deniq; attingi uetuit, nec Syracuſanorũ quempiam in ſeruitutẽ redigi paſſus eſt: qua in re tametſi modeſtius egiſſe uideretur, nõ miſeranda tamen non paticiuitatẽ exiſtimabat, in tantóq; ſucceſſu cõpatientis ac condolentis animi emergebãt indicia, cùm ingentem felicitatis ſplendorẽ paruo mometo cernebat extingui. Nam non minus hanc opulentam, quàm quæ poſtmodum Carthagine ſuſcepta eſt, prædam fuiſſe tradũt. Reliquam uerò urbem cùm paulò pòſt proditione cepiſſent, ui totam diripuere, præter gazam regiam, quæ in ærarium tranſlata eſt. Præcipuè autem Marcellum caſus Archimedis dolore cõfecit. Is enim in contemplandis lineamentis, oculis ſtudio ac cogitatione ſimul intentus, non diſcurrentes Romanos, nõ captam urbem ſenſerat: cúmq; repentè miles quidam adſtitiſſet, ſéque ut ad Marcellũ ſequeretur imperaſſet, non antè uoluit Archimedes, quàm rem propoſitam applicata demonſtratione perfeciſſet. Quã ob rem ira percitus miles, eum nudato mucrone confodit. Alij tradunt Archimedem cùm Romanum ſuſpenſo in ſuam necem gladio conſpiceret, ne quam cœpiſſet rem, inueſtigatam, imperfectam, indiſcuſſámque relinqueret, moræ paululùm oraſſe, eius uerò rei ſecurum militem illum obtruncaſſe. Tertius de illo iactatur rumor. Ei ad Marcellum horologia, ſphæras, angulos, & quędam alia mathematica ferenti inſtrumẽta, quibus ſolis magnitudinem ad aſpectum accommodare ſolebat, fiunt obuij milites, eúmque aurum uaſe portare rati necauere. Id uerò Marcellum ægrè tuliſſe, homicidámque perinde ac cęde pollutum abominatum eſſe certum eſt. Illius quoque neceſſarios honoribus cumulaſſe conſtat. Cæterùm cùm Romani bello quidem fortes, & in conſerendis manibus ſtrenui ac terribiles haberentur, nullũ autem comitatis, clementiæ, urbanitatis prorſus exemplum de ſe exteris nationibus præbuiſſent, tunc primò Græcis oſtendiſſe Marcellus uidetur, iuſtitia quoq; & æquitate præditos extitiſſe Romanos. Talis enim in hoſte fuit, tótq; ciuitates & priuatos homines tantis proſequutus eſt beneficiis, ut quod aduerſum Aetnenſes, Megarẽſes, ac Syracuſanos immite perpetratũ eſt, eorũ magis qui perpeſſi ſunt, quàm qui intulerunt, culpa geſtum eſſe cenſeatur. E multis unum memorabo.

Liu. lib. 5. Dec. 3.

** Liuius, Neapolim. Val. lib. 5. cap. 1. Clementia.*

Archimedis mors.

Per digreſſionem quædã eius facta, quæ ſeueriora uideri poterant, excuſat.

Steph. de Vrbibus. Vrbs est Siciliæ Engion haud magna, uerùm antiquissima, & dearum religione celeberrima, quas Materas appellãt, in ea templum est, quod à Cretensibus ædificatũ traditur. Hastæ quædam, ex ærèq; cassides ostenduntur tum Merionis, tum Vlyssis, qui eas dearum simulachris affixerant, inscripta habẽtes nomina. Hęc cùm ad res Carthaginiensium inclinaretur, Nicias in ciuitate uir primarius, ut ad Romanos animũ applicarent, palàm ac intrepidè pro concione consultabat, nonnunquam aduersariorũ sententiam arguens: qui hominis authoritatem ac potentiam ueriti, illum captum Pœnis tradere deliberabãt. Quod cùm Nicias intelligeret, clãdestinè scilicet sese obseruari, manifestè in Materas deas cœpit intempestiuus ac ineptus obloqui, multáq; aduersus earum diuinitatem ac gloriam, ut incredulus & contemptor perpetrare, exultantibus mirum in modum inimicis, quòd suorum causas malorum præbuisse uideretur. Inde cùm ad eum corripiendũ se pararent aduersarij, tantisper Nicias in concione ciuium, cùm orare ac publica cõsultare cœpisset, corpus repentè demisit ad terram. Vbi paululùm immorante, magno cum stupore silẽtium (uti par erat) exortum est: hinc caput attollens, & uoce subtremula grauíque circumagitans, acutum paulatim protendit sonitum. Quare cùm theatrum silẽtio & horrore simul implicitum uidisset, abiecto amictu & intima abscissa tunica, seminudus emicans ad theatri fores cursu festinat, se ab Materarum numine agitatum clamitans. Quem cùm religionis causa attingere uel refragari nullus auderet, & proinde uniuersi cederent, extra portas cursu defertur, nullo interim lymphantis clamore, aut insanientis usus impetu. Huius astus conscia coniunx, prius acceptis filiis in dearum templo supplex aduoluitur, inde uirum errantem se quæsitum ire simulans, prohibente nemine, tuta ex urbe decessit. Eo pacto liberati, Syracusas ad Marcellum contendunt. Postea cùm Engiates, ob eorum petulantiam & cõmissa facinora, Marcellus uniuersos ligari ut eos supplicio afficeret, iussisset, Nicias adstabat illachrymans, eius manus ac genua complectens, suos ciues & in primis aduersarios deposcebat. Qua re placatus Marcellus, missos fecit uniuersos, ciuitatem nulla affecit iniuria. Niciæ quoque magnis honorato muneribus, agri plurimùm uendicauit. Hæc quippe Posidonius philosophus in historia tradidit. Marcellus ad uicinum ac domesticum Romæ bellum accitus, priusquam rediret, pulcherrima ac plurima Syracusis signa detraxit, ut cùm sui triumphi spectaculum, tum urbis ornamentum essent, quæ nihil antea lasciuum, aut luxuriosum habebat aut nouerat. Nondum in eam gratia hæc, & uoluptates sculpturę penetrauerant: uerùm armis referta barbaricis, cruentis spoliis, tropheis, ac triumphalibus coronata monumentis, nullum lætum aut intrepidum, utpote deliciosis nondũ spectatoribus, spectaculũ exhibuerat. At sicut Epaminondas Bœotium agrum Martis palæstram, & Xenophon Ephesum belli officinam appellat: sic Romam tũc belligeri templum Martis (ut Pindarus ait) uocari potuisse arbitror. Itaq; cùm Marcellus in urbem græcanicæ iucunditatis supellectilem, & uarias aspectu intulisset illecebras, plurimum plebis fauorem cõparauit. Fabius autem Maximus senatus gratiã consequutus, quòd urbe Tarentinorum capta, nullum ex ea signũ mouisset, aut Romam transtulisset, uerùm inde pecuniis opibúsque transmissis, deorum imagines dimiserat, id quod sæpe cõmemorari solet, adiiciens: Hos, inquit, deos relinquamus Tarẽtinis iratos. Marcellum incusabant, primùm quòd magnam in ciuitatẽ conflasset inuidiam, cùm non homines tantũ, uerùm deos etiã perinde ac captiuos inter triumphandum egisset: deinde quòd assuetum bello ac rebus rusticis populum, necdũ delicias expertum aut desidiam, & ut ab Euripide de Hercule dictum est, rudẽ ac minimè lautum, sed frugi maximè, otio nugísq; refersisset, qui dum circa artis artificúmq; oblectamẽta uersabantur, diei plurimùm mirando terebant. Attamen gloriabatur Marcellus q Romanos pulcherrima & mirabilia Græcorũ ornamenta, quæ antea incognita illis fuerãt, uenerari atq; suspicere docuisset. Cęterũ cùm aduersantib. inimicis, ei triũphus negare-

Pindar. Ode. 2. Pythiorũ.

Liu. lib. 7. Dec. 3.

negaretur, quia nonnulla adhuc in Sicilia nauanda restabant (erat uerò plenus tertius inuidia triumphus) factũ est, ut iustum quidẽ ac integrum in Albano monte triumphum ageret, in urbe autẽ minus splendidum: quod triumphandi genus Græci βόαν, ouationem Latini uocant. eam non in curru laureatus, nec circunclangẽtibus tubis, at pedes patritiis in calceis, modulantibus tibiis, myrteam gestãs coronã ita peregit, ut nulla belli facies esset, sed omnia iucundum magis, quàm terribilem præ se ferrent aspectũ. Quæ res ingenti mihi extat indicio, ratione magis quàm magnitudine rerũ gestarũ distinctos olim fuisse triumphos. Nam qui prælio & cædibus hostẽ superassent, Martium illum ac terrificum agentes triumphum, quemadmodum & in lustrãdis exercitibus fit, arma uirósq; lauro de more coronabãt. At qui sine pugna, beneuolentia & comitate perorando rem bene gesserant, his imbellem hanc pacificámque pæanis cantu pompam lex sinebat agendam. Tibia enim, & myrtus arbuscula Veneris (quæ dea uim bellúmq; maximè exosum habet) pacis symbola sunt. Cæterùm hoc triũphi genus non ab ouatione, hoc est, clamore Bacchico, sicuti multi putauere, appellatur ouatio, tametsi illam ouantes canentésq; peragant: sed credunt hoc à Græcis nomen in consuetudinẽ deriuatum, simúlq; huius honoris quicquã ad Liberum patrem pertinere, quem Euan & Thriambum nominant. Hoc nequaquam uerũ est, sed cùm milites in magno triumpho bouem, & cum hoc immolare ouem consueuerũt, inde huic triumphi generi nomen manisit. Operæpretium hoc loco fuerit Spartanorum legislatorem contemplari, qui contrario Romanorum more sacrificandum instituit. Nam si quis Lacedæmoniorum dux, quod uellet, dolo aut persuasione confecisset, bouem mactabat: si bello res gesta fuisset, gallum. Hi enim tametsi bellacissimi sint, ampliora tamen magísque homine digna, quæ ratione ac prudentia, quàm quæ ui aut fortitudine cõfecta sint, iudicabant. Hęc quo se habeant pacto considerari possunt. Cæterùm posteaquam Marcellus consul quartò creatus est, eius inimici Syracusanos induxerunt, ut de eo Romam questum uociferatúmq; uenirent, quòd grauissimas ab eo res contra fœdera, & iura societatis passi forẽt. Tum Marcellus rem diuinam in Capitolio faciebat. Sedentibus itaque patribus, Syracusani supplices prosternuntur, dicendi locum & pro uiolata ciuitate iustitiam implorantes. Quod cùm absentis gratia Marcelli ægrè collega pateretur, Syracusanos arcebat. Id simulátq; Marcellus accepit, statim affuit, & sella posita cùm sedisset, ut consul ius dixit. Perfectis cęteris descendens è sella, in eum locum uti priuatus migrauit, quo in ius uocati solent, & Syracusanis de se querendi facultatem præbuit. Qui ubi uiri dignitatem, authoritatem, maiestatẽ, & inuictũ armis ducẽ animo uersassent, confusi perturbatíq; sunt. Terrorem magis augebat splendor purpuræ, qua nec eum aspicere audebant. Veruntamen aduersariorum exhortationibus excitati, flebilibus lamentis incusationẽ exorsi sunt, cuius summa hæc fuit: Se cùm socij amicíque populi Romani essent, quod nec etiam sub reliquis imperatoribus pertulerint hostes, perpessos. Ad ea Marcellus: Eos nihil nisi quod ui & bello capti, quódque arceri nequiret, pertulisse: deinde eius sibiipsos captiuitatis authores fuisse, qui multis ad pacem cohortãti illos, nõ obtemperassent, nec enim à tyrannis pugnare coactos, uerùm & eos bello tyrãnidem exercuisse. His peroratis, cùm patres Syracusanos de more dimisissent, Marcellus in senatu relicto collega simul excessit, ante fores curiæ expectans, nil aut pœnæ metu, aut in Syracusanos ira solitam immutauit habitudinẽ: quin summa benignitate, & modestia senatusconsulti finem operiebatur. Deinde patrum decreto Marcellus uictor declaratur. Quapropter Syracusani sese ad eius genua proiecerunt, lachrymis obsecrantes, ut irã aduersum se præsentes exerceret, reliquã uerò miseraretur ciuitatẽ, immortales sibi gratias pro isthoc habiturã. Quibus placatus Marcellus, cùm iis præsentibus, tũ uniuersis cõciliatus est Syracusanis, quos in posterũ perpetuis prosecutus est beneficiis. Senatus quoq; restitutã libertatẽ illis, leges impositas, cõpluráq; adiudicata

Val. lib. 4. cap. 1. Liu. lib. 6. Dec. 3.

Animi moderatio.

Misericordia

Gratia relata habitiſque honor.

prædia rata cenſuit habenda. Quorum gratia meritorum cùm immẽſos alios honores à Syracuſanis aſſequutus eſſet,tum decreuere ut quoties Marcellus, aut eius quiſpiam poſterorum in Siciliam traiicerent, obuiam Syracuſani coronati prodirent, & diis ſacrificia inſtituerentur.Hinc Marcellus ad Annibalem uertitur,aduerſus quem cùm poſt Cannenſem cladem cæteri conſules ac uniuerſi ferme duces inſtructas cõſerere acies nuſquã auderent,& tumultuariis tantum modo prælijs uterentur, ipſe diuerſam aggreſſus uiam uerſabat animo, quemadmodum Annibal poſtquam attritã uaſtaſſet Italiam, nunc poſſet ab Italia profligari. Fabium quoq; haud rectè cõſulere, qui dum ſemper tutis innitebatur, ut languenti patriæ mederetur,differendum eſſe bellum cenſebat,cùm interim labefactatę uires contabeſcerent:quemadmodum trepidi ac minus audentes medici factitãt, qui cùm bona ualetudo ac uigor abſumitur, opem ægrotis ſerius afferunt.In primis igitur quaſdam Samnitum ampliſſimas urbes cepit,in quibus ingẽtem tritici uim repoſitam,& grandem pecuniam, & tria Pœnorum millia,quæ in eis præſidij cauſa relicta fuerant, inuenit. Poſt hæc cùm Annibal, Gn.Fuluio proconſule in Apulia cum undecim tribunis militum cæſo, maximã exercitus partem trucidaſſet, Marcellus Romam literas quibus ciues conſolaretur, dedit:mox enim ſe, ut ea ex regione Annibalem expelleret, tranſgreſſurum, quẽadmodum Liuius tradit.Literę autem lectę haud ademerunt Romanis mœrorem,uerumetiam terrorem iniecerunt, eò magis accepta clade impendẽre diſcrimen ratis, quò Fuluio magis Marcellus præſtabat. Cæterùm is quemadmodum ſcripſerat, cõtinuò Annibalem petens, Lucaniam ingreditur. Vbi cùm ad Numiſtronem oppidum, Pœnum munitos tenere colles offendiſſet, ipſe plano in loco caſtra poſuit. Poſtridie dum prior ad pugnam copias eduxiſſet, in aciem Annibal deſcendit. Itaque cõflixere:ingens atróxque utrinque prælium geſtum neutri uictoriam adiudicauit. Ab tertia enim hora collatis manibus,in multam uix noctẽ diremptí ſunt. Poſtera die cùm primùm illuxit, Marcellus productis copiis pro acie per cadauera ſtetit, & ut pro uictoria decertaretur Annibalem prouocabat:qui cùm caſtra mouiſſet,ſpolia hoſtium legit,humatíſque ſuis hoſtem iterum inſequitur.Pluribus ſummiſſis inſidiis,in nullas Marcellus incidit,in omnibus tumultuariis pugnis uſque ſuperior: quibus in rebus magna Marcelli laus erat & admiratio. Inſtantibus idcirco comitijs, ſenatus decreuit,alterum potius è Sicilia conſulẽ,quàm implicitum Annibali Marcellum ſubducere: qui reuerſus,Dictatorem dicere iuſſus eſt Q.Fuluium. Non enim Dictator à populo,aut à ſenatu deligi poteſt,uerùm alter cõſulum, aut imperator progreſſus ad populum,quem cenſeat Dictatorem dicit. Vnde quia dictus ſit, Dictatorem appellant.Nonnulli ab eo nuncupatum Dictatorem aiunt,q̃ non populi ſuffragio aut aſſenſu,uerùm quod cenſeat,authoritate propria imperet: ſiquidẽ iuſſa magiſtratuum quę Græci δόγματα,Romani uocãt edicta.Is itaque Marcelli collega è Sicilia reuerſus,cùm alium dicere Dictatorem mallet, ne inuitus cogeretur, noctu in Siciliã traiecit.Quam ob rem Q. Fuluium Dictatorẽ nominante populo,Senatus ad Marcellũ literas dedit,ut hũc diceret.Sic Marcellus dixit,& ſcito plebis authoritatẽ adiecit.Ipſe dehinc proconſul deſignatus cum Fabio Maximo ſtatuit,ut is Tarẽtinos adoriretur, ipſe conſertus Annibali eum diſtraheret,ut quo minus illis auxilium ferret, impedimento eſſet.Tum Canuſium contendit,Pœnóque ſæpenumero caſtra permutãti,pugnámque detrectanti, undique imminebat, tum uallum iacienti acrius leuibus prælijs inſtare.Denique cùm ipſum pelliceret, nec pugnã Annibal detrectaret, nox prælium diremit.Cùm primũ dies illuxit, Marcellus in armis ſtructa inſpectabatur acie. Quare anxius Annibal coactos ad concionem Carthaginiẽſes obſecrare,ut pro uniuerſis olim geſtis eam decertarent pugnam: Cernitis, inquit, ut poſt tot partas bello uictorias nulla nobis,aut reſpirãdi, aut quietis facultas adſit, niſi hunc propulſemus hominẽ. At hiſce adhortationibus prælijũ ineũt.Quã quidẽ ad rem Marcellus intempeſtiuo

Liu.lib.7. Dec.3.

Dictator unde appellatus.

peſtiuo uſus ſtrategemate,ſuccubuiſſe uidetur.Dextero enim laborante cornũ, cùm Marcellus ordines in primã ſuccedere aciem iuſſiſſet, turbatis ea mutatione ordinibus,collata eſt hoſtibus uictoria.In ea pugna Romani ad duo millia,& ſeptingentos cecidere. Marcellus ubi in uallum rediit,conuocatõ ad concionem exercitu,multa ſe ait Romanorum arma & corpora,at Romanum uidere neminem.Eis autem ueniam implorantibus,Non uictis,inquit,ſed ſi uicerint daturum:cras denuo conflicturum, ut antea uictoriam, quàm fugã, ciues audiãt.Hæc loquutus uictas cohortes, prò tritico, hordeo pauit. Quas ob res cùm plures ex ea pugna ſummo cũ diſcrimine ægrè ſe haberent,neminem tamen accepta magis uulnera,quàm Marcelli confecerat oratio.Prima dehinc luce ſignum prælij,rubicunda depromitur tunica.Tum cohortes, quæ per ignominiam habitæ fuerant,in primam educi aciem impetrant,reliquas tribuni militum copias productas proximè colloeant. Id poſtquam Annibal accepit, Dij boni,inquit,quiſnam hunc tractarit hominem,qui nec ſecundam,nec aduerſam ferre fortunam ſciat? Solus hic otium nec uincendo præſtat,nec ſuccumbendo ſuſcipit.In hunc perpetuò uidemur pugnaturi,cui re tum aduersè,tum proſperè geſta,audaciæ ac fiduciæ maiorem pudor cauſam iniicit. Tunc collatæ copiæ, par utrinq; uirorum fortitudo. Annibal contra Romanos in primam aciem elephantos locari iubet: ingenti mox tumultu primi turbati ordines ſunt. Tum Flauius tribunus militũ correpto ſigno obuius fertur, & primum elephãtem aduerſa percuſſum haſta uertit in fugam:quare dum ille refugit, proximum primò, dehinc irruentes cæteros cõturbat.Id conſpicatus Marcellus,tumultuãtibus concitos pro uiribus inferri iubet equites,ut ipſos longè hoſtibus irritatiores redderet. Sic ſtrenuè inuadentes Pœnos uſque in caſtra trucidant.Plurimã eorum necem,dum necantur cadúntq;, fecere belluæ. Ibi ſupra octo millia deſiderati traduntur.Romanorũ cæſa tria millia, reliqui omnes ferme ſaucij.Quæ res Annibali requiem ac ſpatium cõparauit quàm longiſſimè nocte inſequenti caſtra mouendi.Marcellus enim cùm ob ſauciorum multitudinẽ perſequi nequiret,in Campaniam paulatim duxit exercitum: & dum curarẽtur milites, ad Sueſſam egit æſtiua.Annibal ut primùm ſeſe à Marcello abrupit, liberum recipiẽs exercitum,intrepidus circunuagabatur, uniuerſam incendens Italiam. Quapropter aduerſus Romæ de Marcello rumor diſpergebatur. Eius inimici Publium Bibulum tribunum plebis,qui illum accuſaret incitabant,uirum utique ferocem, & in dicẽdo grauiſſimum.Is uocato perſæpe ad concionem populo, de abrogãdo Marcelli imperio,& altero ſubrogãdo imperatore egerat. Aiebat enim Marcellum paulò bellis exercitum,perinde ac paleſtra fatigatum,ſeſe curandi gratia corporis ad calida conuertiſſe balnea.Hæc ubi Marcellus accepit,relicto legatis exercitu, Romã ad deprecãdas uenit calumnias,quarum paratam in ſe ſententiam comperit.Die ad Circum Flaminium præſtituto, ingens eò populi multitudo confluxit. Tum aſcendẽs Bibulus accuſator extitit.Marcellus pauca ſimpliciáq; de ſe commemorans refellit.Illuſtriſſimi uerò ciuitatis principes plurima de eo dilucidè ac liberius proloquuti, orare ne iniquiores hoſte iudices uiderentur,neq; formidinis damnare Marcellum, quẽ is ſolum ex Romanis ducibus fugiat, ſemper cum eo imperatore pugnã detrectat, cùm cæteros laceſſat ad prelium.His peroratis adeò iudicij ſpes fefellit accuſatorem,ut nõ modò ab hiiſce criminibus inſons Marcellus mitteretur,uerumetiam ipſe quintò conſul deſignaretur.Initò conſulatu,intentas ad defectionem Hetruriæ ciuitates, eius aduẽtu ſedauit placauítq;. Poſt hæc cùm ex Siculorum manubiis Gloriæ ac Virtuti ædificatũ tẽplum dedicare uellet à põtificibus inhibitus eſt, q̃ negarent unicã duobus deis ædẽ haberi poſſe. Quapropter aliã exædificare cœpit,haud facilè ſe impeditum ferẽs, quaſi id ei dirum eſſet auguriũ.Multa quoq; illum ſigna perturbabãt.Nõnullę enim ictæ fulminib.ædes erãt,& mures in cella Iouis aurum corroſerãt. Nũtiabatur quoq; bouem humanã emiſiſſe uocẽ: infantẽ elephãtis capite natum adhuc eſſe ſuperſtitẽ.

Fortitudo etiam hoſti admiranda.

Val.lib.1. cap.1.

Quę cùm poſtea libationibus & ſacrificiis expiarentur,malè litatũ eſt:quare illũ Romę augures detinebãt belli cupiditate flagrantẽ.Neminem enim cuiuſpiã rei deſiderio adeò affectũ conſtat,quãtùm ille uir,ut rem cum Annibale ferro decerneret. Hoc illi nocturnum erat inſomniũ,hoc unum cum amicis collegíſq; conſilium, hæc una uox ad deos,ut cum Annibale ſtructa cõiungeretur acie:eúmq; auidiſſimũ dixerim, ut intra murũ aut uallũm quodpiã incluſo utrinq; decertaretur exercitu . Et niſi uir parta inſignis gloria, & quod teſtatur experientia,omniũ imperatorum grauiſſimus idémq; ſapiẽtiſſimus extitiſſet,ei iuuenile quoddã obtigiſſe uitiũ,& præter ingraueſcẽtem ipſius ætatẽ glorioſum fuiſſe fortaſſe quis diceret. Supra ſexaginta enim natus annos quintũ agebat conſulatum. Nõ tamen prius ab urbe diſceſſit, q̃ uatum monitu ſacrificia procurationéſque peregiſſet:quibus ritè peractis, cum collega profectus ad bellum eſt. Tum inter Bantiam ac Venuſiam cõſidentem offendens Annibalem, eum ad prælium prouocabat:at ille pugnã detrectabat.Cæterùm cùm ad Zephyrios, Locros,conſules partem copiarũ mitterent,ídq; ſenſiſſẽt Annibal, locatis ſub tumulum inſidiis,bis mille & D. Romanos cæcîdit. Ea res Marcellum iratũ exciuit ad pugnam , proinde propius admouit exercitũ . Inter amborum caſtra munitus admodũ ſurgebat tumulus,uaria denſus ſylua. Accliues utrinq; ſpeculæ, inde fontani labũtur riuuli.Mirati profectò Romani,quòd hunc tam cõmodum locum haud prior occupans Annibal,eum reliquerat hoſtibus.Verũ Annibal illum cùm caſtris aptum,tum uerò longè inſidiis aptiorẽ iudicauerat. Ipſum itaq; ad huiuſcemodi tãtummodo rei uſum affectans,ſyluã & cauernas iaculatoribus haſtatíſq; compleuerat, ratus huc ob loci cõmoditatem Romanos ituros. Nec illum ſpes fefellit. Mox enim inter Romanorum caſtra fremebant,eum occupari locum oportere.Ea res cõſules mouit munitiore q̃ hoſtes loco habituros caſtra,uel caſtello tumulum firmaturos.Marcellus igitur locum cum paucis ſpeculaturus equitibus,ſumpto uate immolauit.Primæ iecur hoſtiæ ſine capite fuiſſe aruſpex oſtendit,ſecundæ q̃ immenſum caput emicuit.Cætera quoq; uehementer miranda apparuere.Quibus cùm prior ille ſolutus eſſe timor uideretur,reſponderunt aruſpices,ſe proinde ueritos turbatóſq;,lætá enim poſt fædiſſima atq; mœſtiſſima ſuſpicionẽ abſurdæ mutationis præ ſe ferre.Sed enim fatũ non ignis,nõ ferrea arcebãt mœnia,ut eſt apud Pindarũ. Marcellus ſumpto collega Criſpino,& filio tribuno militum,egreditur cum equitibus ducẽtis & x x.ex quibus nullus Romanus erat, Hetruſci cõplures, Fregellani quadraginta fidiſſimi uſquequaque Marcello.Cæterùm inter ſylueſtria obtecti uerticis loca nulli uiſus inſederat ſpeculator,qui omnia in Romanorum caſtris facta proſpectabat. Hic inſidentibus aduẽtare Marcellum ſignificat , qui ubi propius illum acceſſiſſe ſciuerunt , repentè ex inſidiis prodeunt,ſimúlq; undiq; circunfuſi iaculantur,feriunt,fugientes inſectãtur,in reluctantes manus cõferunt.Hi uerò ſoli quadraginta fuerant. Fregellani, qui terrore cõfectos uidentes Hetruſcos,protegendorum cauſa cõſulum pugnã cõmittunt, quoad Criſpinus duobus ictus iaculis uerſo profugit equo.Marcellum lata trãsfixit lancea, quã λόγχλω Græci uocant. Tum perpauci qui ſupererant Fregellani, prolabentẽ Marcellum deſerunt,filium uerò ſaucium in caſtra fugientes arripiunt.Cęſi haud plures quadraginta,capti lictores quinq;,equites duodeuiginti. Criſpinus haud multis pòſt diebus ex eis uulneribus diem obiit.Superiori tempore tanta haud unquam Romanis clades obtigerat , uno prælio utrunque mori conſulem. Annibal ubi Marcellum cecidiſſe nuntiatum eſt,cæteris paruifactis,ad locum cædis aduolat. Vbi cadauer nactus,diúque formã robúrque membrorum contemplatus,nihil aut uoce ſuperbum, aut ultu lætus emiſit , quemadmodum nõnulli tam indomito támque difficili cæſo feciſſent hoſte,uerùm necis indignitatem admiratus ei dempſit anulum.Inde corpus ſplẽdidè ac magnificè ornatum cremauit.Poſtmodũ reliquiis argẽtea in urna cõditis, coronam imponens auream, filio mittere curauit. Quæ dum ferrentur, interuenere Numidæ,

59 60 61 62 63

Val. lib. 1. cap. 6.

Mors.

Numidæ,qui ut uas corriperent,portantes adorti ſunt:parte alia dum obſiſtitur,uíq; pugna committitur;oſſa diſperguntur. Id cùm audiſſet Annibal, adſtantibus dixiſſe fertur,Profectò nil fieri deo licet inuito:& affectis pœna Numidis, amplius legendas tranſmittendáſq; neglexit reliquias , quaſi numen aliquod Marcellũ ſic uita defunctum indignè, ſepultura quoq; carere iuſſiſſet. Hæc à Cornelio Nepote atq; Valerio
64 Maximo ſcripta traduntur : Liuius autem & Cæſar Auguſtus id uaſculum ad filium deportatum,& ſplendidè humatum prodidere. A Marcello complura præter ea quæ Romæ extant,diis dedicata cernuntur. Nam Catanæ Siciliæ oppidi eius exiſtit gymnaſium.Statuę ac tabulę ex iis quas Syracuſis detraxit,in Samothracia poſitæ ſunt ad deos quos Cabiros appellãt. Inde Lindi,in æde Palladis,ibi in Marcelli ſtatua inſcriptum hoc Poſidonius refert.

Claudius hic Romæ quondam memorabile ſydus ;
Marcellus patrum ſtirpe ſatus ueterum .
Septenas moderans per martia geſta ſecures ,
65 Cædibus hoſtiles ſæpe manus domuit. Nam huius epigrammatis author proconſularem dignitatem ab eo bis adminiſtratam quinque conſulatibus annumerauit. Eius clariſſima progenies ad Marcellum uſque Cæſaris nepotem propagatur,quę Octauia Cæſaris ſoror ex C.Marcello ſuſcepit.Hic dum ædilitatem ageret,paulò pòſt quàm Cæſaris filiam duxiſſet uxorem, mortem ſponſus obiit. Ad eius autem decus ac memoriam Octauia mater bibliothecam conſtruxit , Cæſar uerò theatrum Marcelli nomine inſcripſit .

COMPARATIO MARCELLI ET PELOPIDAE.

66 EORVM igitur quæ de Marcello & Pelopida memorantur, hæc ſunt, quæcunque digna nobis commendatione uidebantur. In naturæ uerò & morum ſimilitudine , ubi uelut concertatio quædam uiris inter ſe fuit,hoc ſolum intereſſe uideri poteſt,quòd Marcellus quidem in plerasque ab ſe deuictas urbes crudelior extitit : Epaminondas autẽ & Pelopidas neminẽ uictores unquam necarunt,urbémue in ſeruitutẽ redegerũt:& Thebani haud ita ſæuituri, præſentibus illis,in Orchomenios fuiſſe creduntur. In ipſis autem negotiis magna & miranda ſunt,quę Marcellus aduerſus Gallos geſſit,cùm tantam equitum peditúmq; multitudinem tam parua repulit ſuorum equitum manu, quod haud temerè à quoquam alio factũ imperatore memoratur , cúmq; hoſtiũ ducem ipſum obtruncauit. Quo quidem genere Pelopidas excidit: nam dum iſtuc co-
67 natur,ſublatus à tyranno eſt,priúſq; cecidit quàm oppreſſit.Sed tamen huc conferre Leuctricam & Tegyræam clariſſimas uictorias licet. Geſtis autem per clãdeſtinas inſidias præclarè rebus,in Marcello nihil eſt quod conferamus, qualia Pelopidas reditu in patriam,Thebíſq; tyrannide eiecta,fecit: nam illud omnium quæ geſta clàm & in tenebris dolóq; ſunt,facinus primas longè tenet.Erat Annibal metuendus grauíſque tam profectò,quàm Lacedæmonij tum Thebanis: atqui ceſſiſſe tamẽ illos Pelopidæ, & circa Tegyras,& circa Leuctra certum eſt. Annibalem uerò Marcellus, quẽadmodum Polybius aſſerit,ne ſemel quidem uicit, perſtitiſſe enim uſq; ad Scipionem Annibal inuictus uidetur.Quãquã enim Liuio,Cæſari,Nepoti, & ex Græcis regi Iubæ, ſuperatum & in fugam alicubi à Marcello Annibalem uerſum credamus,nihil tamẽ in ea re magni momenti fuiſſe , ſed impoſitum Pœno in illis congreſſionibus puto .
68 Fuit tamen non ab re,ſed iure quidem,poſt tot exercitus Romani fugas, poſt tot ducum clades,& uniuerſi illius imperij confuſionẽ,ſummæ admirationis res, Romanũ audere Pœni congreſſum expectare . Nam qui ex longa trepidatione & metu rurſus ardorem militi iniiceret,in hoſtem accenderet,ac iam non ſperare ſolùm, ſed uocare in dubium etiam , & arrogare ſibi uictoriam ſubrigendo confirmandóq; ſuos doce-

ret,unus uir Marcellus erat. Et cùm ita assueti cladibus antea suis Romani essent,ut si fugientes Annibalem,effugerent,bellè secum agi arbitrarẽtur, effecit ille, ut salutem ex fuga reportare miles turpe duceret,hosti concedendum esse negaret,solúmq; non uicisse doleret. Quoniam igitur Pelopidas nunquã prælio uictus est imperator,Marcellus autem sæpius quàm nemo sua tempestate cum hoste cõgressus uicit, uideatur forsan,in eo quòd uinci prorsus nescit,cum expugnatu difficili Pelopida, multitudine uictoriarum Marcellus æquari posse. Equidem Syracusas hic cepit,ille in Spartam 69
incidit. At difficilius est, puto, Spartæ bellum inferre, & primùm mortalium omniũ Eurotam armato exercitu trãsire,quàm Siciliam capere: nisi quis forsan Epaminondæ potius facinus esse,q̃ Pelopidæ,quemadmodũ & Leuctra dicat:Marcelli uerò gloriam socium neminẽ habere:nam & Syracusas solus cepit,& absq; collega Gallos fudit,& cõtra Annibalem non solũ subsidium nemine ferẽte, sed omnibus etiã dehortantibus sese obiiciens,bellíq; formã instaurans, primus omniũ istuc conandi audendíq; Romanis dux & author fuit. Obitũ uerò laudo quidem neutrius uiri, sed doleo & succenseo casui indigno,mirórq; tot præliis,quot ægrè quis numerare possit, Annibalem ne uulneratũ quidem. Atq; in hac disciplina Chrysantẽ probo, qui cùm hasta sublata inuadere hostẽ uellet, signo tubæ reuocatus momento hoste misso, mansuetè & moderatè redibat. Sed tamẽ uenia dignũ Pelopidã, & calor prælio suscitatus, 70
& nõ ignobiliter ad depellendum periculũ ira proliciens facit. Est optimũ sanè,uincentem ducẽ uictoriæ superstitem esse suæ:si cadat autem,cum uirtute uitã,quemadmodum Euripides inquit,finire: sic enim mors nõ exitium,sed præclarum opus euadit. Ac præter irã, etiam hoc Pelopidæ patrocinatur, quòd finẽ belli in eo positũ animaduertit,si tyrannus cecidisset,unde nõ omnino ab re tali impetu excitabatur: nam difficile est alioqui tam speciosam uincendi materiam oblatam repudiare. Marcellus uerò,nec ulla magna necessitate urgẽte,nec furore, qui sæpe loco rationẽ mouet, obtinente, sed incircũspectè periculo sese mergens,nõ digna imperatore ruina,sed præcursoris aut speculatoris cecidit instar,cõsulatus quinq;,triumphos tres,spolia & trophæa regibus detracta, pro stipendio uitam Carthagini locantibus Hispanis Numidíq; prodens,adeò sanè,ut illiipsi tam præclarũ sibi facinus inuiderent,Romanorum præstantissimũ uirtute,summũ potestate, illustrissimũ gloria, inter exploratores Fregellanos consumptũ esse. Oportet autem non accusationẽ in tantos uiros institutam 71
nobis esse putare,sed indignationem & liberratem de his rebus,eos & eorum fortitudinem(in qua sola uirtutes cæteras cõsumunt)interpellandi,qui sic animam,sic uitã abiecerunt,quasi sibi,non patriæ,amicísq; & sociis interirẽt. Post obitum socios, pro quibus oppetierat Pelopidas,Marcellus hostes,à quibus peremptus erat,funeris habuit executores. Optabile hoc & beatũ:melius autem & maius hosti uirtutẽ nostram etiã infestam admirationi esse,quàm habere qui nobis beneuolentiæ gratiam reddat:istic enim quod cõmendes,honor est solus, hîc utilitas & usus magis amatur ipsa uirtute.

Annibal.

DONATO ACCIAIOLO INTERPRETE.

Genus illustre.

SI PRIMI Punici belli, quod Carthaginienses cum populo Romano gessere,memoria repetatur,multi imperatores nobis occurrent,qui ex rebus gestis gloriam cõsequuti, celebrem famam suis posteris reliquerunt. Sed ex Pœnorum ducibus nemo est,quem omnes Græci Latiníque scriptores magis extollant, quàm Hamilcarem Annibalis patrem, cognomento Barcham, uirum sine dubio præstantem, & rei militaris, ut in illa quisque ætate poterat, peritissimum. 1

Is pri-

Is primùm in Sicilia Romanorum impetum,qui multas inflixerant suæ reipub. clades,diutius quàm par erat,sustinuit. Deinde Aphrico bello,cùm mercenarij milites seditione facta rem Carthaginiẽsium in extremũ periculum coniecissent, sic strenuè incendium illud restinxit, ut sit omnium sentẽtia iudicatũ, ea tempestate unius Hamilcaris opera patriã fuisse seruatã. In Hispaniam post hęc cum imperio missus,quo 2
tempore Annibalẽ puerũ secum duxisse traditur,cùm multa gessissẽt memoratu digna,tãdem nono anno quàm in eam prouinciam uenerat,aduersus Vetheones fortiter pugnãs interiit. Post Hamilcaris mortem,Hasdrubal eius gener, quem Carthaginienses fauẽte factione Barchina exercitui præfecerant,octo fermè annos imperiũ obtinuit. Is Annibalẽ non multo tempore post interitũ patris,repugnantibus etiã alterius factionis principibus,in Hispaniam uocauit, ut sicut antea puer uiuente Hamilcare cœperat bellicis artibus erudiri,sic etiam tunc robustiore ætate periculis, laboribus,ac omnibus officiis militaribus assuesceret. At uerò etsi ab initio memoria patris non parum sibi in exercitu profuisset ad fauorem conciliandum,paulò tamen postea sua opera, atque ingenio factum est, ut ueteres milites aliorum ducũ desi- *Ingenium.*
derio depositio,hunc sibi animo proponerẽt,quam præcipuè imperatorem deligẽdum putarent. Omnia enim quæ magno futuro duci expetenda esse uidebantur, abundè 3
Annibali aderant:quippe erat ei consiliũ ad egregia facinora promptũ. Consilio autem neque industria,neq; audacia deerat. Nulla pericula, nulla incõmoda corporis, *Animus tolerans.*
quæ cæteros remorari solent,& à rebus gerendis abducere, inuictum animi uirũ terrebant. Vigilare,festinare,cuncta obire,quæ aut strenuo milite, aut egregio imperatore digna uidebãtur. His artibus Annibal sub Hasdrubale per trienniũ meruit. Quo quidem tẽpore adeò totius exercitus fauorẽ sibi cõciliauit, ut statim post Hasdrubalis mortem,ingenti militum consensu,imperator sit appellatus. Quã prærogatiuam militarem,fauente factione Barchina,populus Carthaginiẽsis sine controuersia cõprobauit. Sex & uiginti annos, cùm est imperator ab exercitu declaratus, Annibalẽ
natum cõperio. Nouem enim annorum fuisse constat,cùm eum pater in Hispaniam 4
duxit:atq; ab eo tẽpore usque ad interitũ Hasdrubalis,authore Polybio,septem & decem numerãtur anni. Verùm ex quo die Annibal exercitum ac totius reipub. administrationem suscepit, non longam moram interponendam putauit, quin populo Romano,quod multò antè animo agitauerat,bellũ inferret. Nam erat ei indignatio primùm aduersus Romanos,ob Siciliam Sardiniámq; amissam, cum omnibus Carthaginiensibus penè cõmunis. Accedebat deinde priuatum odium,& quasi hæreditarium ab Hamilcare patre acceptum,quo nemo alter ex Carthaginiensium ducibus nomini Romano fuerat infestior. Traditum quoq; memoriæ est,Hamilcarem sacrificãtem eo tempore quo in Hispaniam profectionẽ parabat, Annibalem admodum puerum iureiurando obstrinxisse, cùm primùm per ætatem liceret, populi Romani
fore inimicum. Cuius quidẽ rei memoria & acerba sanè recordatio, ueluti quædam 5
paterni odij imago,ante oculos iuuenis uersabatur,animúmq; urgebat,ut ea semper moliretur,quæ ad euertendũ Romanum imperiũ pertinerẽt. Prẽterea factio Barchina frequentibus stimulis eum incitare nõ desistebat,ut armis & imperio opes quammaximas cõpararet. Hæ igitur tum publicæ,tum priuatæ causæ cùm Annibalẽ hortarentur ad suscipiendũ cum Romanis bellum,ferox iuuenis occasionẽ uouádarum rerum ex tali materia cepit. Erant in Hispania per id tempus Saguntini,quasi medij inter Romanorũ Carthaginiensiúmq; fines,iure fœderis in libertate relicti:hi postea se totos Romanis addixerant, initáque societate Romani imperij fidissimi cultores habebantur. Quare Annibal cõstituit animo,nihil opportunius fieri posse ad eliciẽdum Romanorũ iram,ac incendiũ,quod sibi optatissimũ erat,concitandũ,q̃ Sagun-
tinos armis bellóq; lacessere. Sed priusquã socios populi Romani apertè adoriretur, 6
statuit in Olcadas,aliósque trans Iberũ populos exercitũ ducere,ac iis ad deditionem

compulſis,aliquam Sagunto nocendi cauſam reperire,qua non tam meditato conſilio à ſe illatum,quàm à Saguntinis contractum bellum uideri poſſet.Primùm igitur Olcadum gente ad deditionem compulſa,Vacceos deinde aggreditur, agros depopulatur,oppida permulta expugnat, Hermandicam & Arbocolam urbes opulentiſſimas capit.Ac iam propè omnem regionem in poteſtatem redegerat,cùm plerique ab Hermandica profugi ſe inuicem confirmantes,aduerſus Pœnum coniurant,multitudinẽ cogunt,exules Olcadũ ſocios ſibi adſciſcunt,deinde perſuadẽt Carpentanis, qui ſibi finitimi erant,ut cõmuni conſilio Pœnũ in reditu ſuo nihil tale expectãtem inuadant.Facilè in hanc ſententiã diſcedentes populi bellandi cupidi,recentibúſque iniuriis laceſſiti,arma capiũt,ac ingenti multitudine coacta (erant enim ſupra centũ millia) Annibalem redeuntẽ ex Vacceis prope flumẽ Tagum adoriũtur.Ad quorum conſpectũ ſubitò conſtitere Carthaginienſiũ ſigna,totóq; agmine pauor & trepidatio fuit.Nec ambigitur,quin Pœni eo die inſignem cladẽ accepturi eſſent,ſi repentino hoſtiũ aduentu cõmoti,prædáq; onuſti,cum ferociſſimis gentibus conſeruiſſent manus.Sed prouidus imperator Annibal hæc animaduertẽs, prælio ſupерſedere ſtatuit,atq; ibi caſtra poſuit.Proxima deinde nocte quanto maximè ſilentio potuit,copiis amnem traductis, locum ea parte qua trãſitus hoſti facillimus dabatur,ab omni præſidio uacuum reliquit,ut partim ſimulato metu,partim occaſione oblata,barbaros ad tranſeundũ flumen alliceret.Nec uirũ,qui aſtutia omnes duces ætatis ſuæ ſine controuerſia ſuperauit,opinio in decipiendo hoſte cõſiliúmq; fefellit. Barbari enim natura feroces,multitudine quoq; ſua plus nimio fidentes, dum Carthaginiẽſes perterritos eſſe arbitrantur,magno impetu ſe in aquam proiiciunt.Hos incompoſitos implicatóſque,priuſquã omnino flumen traiiciant, equitibus primũ,mox omnibus copiis aggrediuntur Pœni,magnóq; eorũ numero interfecto,reliquos in fugam uertunt.Poſt hanc uictoriã cuncti trans Iberum populi deditionẽ faciunt,præter Sagũtinos:qui etſi Annibalẽ ſuis ceruicibus imminẽtem conſpiciunt, tamen populi Romani ſocietate confiſi,defenſionẽ ſuſcipiendã putant.Romã quamcelerrimè legatos mittunt,qui ſenatũ doceant, quãto in periculo res eorũ ſint, & aduerſus acerrimum hoſtem iam ſibi uim haud dubiè inferentẽ auxilium petant.Vix Saguntinorũ legati ex Hiſpania diſceſſerant Romã profecturi,cùm Pœnus iam in apertũ bellũ prorumpens,omnibus copiis ad obſidendũ oppugnandúmq; Saguntum acceſſit. Quod ubi Romã nuntiatũ eſt, agitatúmq; in ſenatu de ſociorũ iniuria, miti ſententia decreuerunt patres,ut P.Valerius Flaccus,& Q.Fabius Pãphilus ad Annibalem mitterentur, ut à Sagunto recederet: qui ſi nõ parẽret,Carthaginẽ ire iuſſi ſunt,ad ducẽ ipſum pro uiolato fœdere depoſcendũ.Hos oratores auditos eſſe ab Annibale, uanáq; ab eo tuliſſe reſponſa Polybius refert:Liuius cõtrà,nec auditos,nec in caſtra admiſſos ſcribit. Ambo tamen in eo cõueniunt,quam primũ in Hiſpaniã,deinde in Aphricam profectos,Carthaginem ueniſſe,expoſitíſq; patrũ mandatis, ſic aduerſam habuiſſe dicunt factionem Barchinã,ut neglecti deſpectíque re infecta Romã redirent.Erãt omnino in ſenatu Carthaginienſiũ factiones duæ,quarum altera iam inde ab Hamilcare cognomẽto Barcha initiũ trahens,Annibali filio quaſi ex hæreditate obuenerat,auctáque deinceps in tãtas creuerat opes,ut domi,foríſq; in omni re decernenda ſuperior haberetur.Altera uerò principẽ habebat Hãnonem,uirum grauẽ ſummæq; in ea repub.dignitatis,toga tamen magis quàm armis egregium. Is ea tempeſtate qua legati Romanorũ Carthaginem uenerũt queſtum de ſociorum iniuriis, ſolus fuiſſe traditur,qui omni propè repugnãte ſenatu,fœdus cũ populo Romano ſeruandũ cenſuit: monuítque ut ab eo caueret bello,quod extremã erat ſuæ patriæ pernicié allaturũ. In quo ſi Carthaginienſes nõ tam animum Hãnonis,quàm eius conſilium reſpicere uoluiſſent,& pacis potius quàm belli authorem audiẽdum cenſuiſſent, ſanctius ſibi, ſuæque reipub.foret conſultum. At illiunius iuuenis,ſeu furorem,ſeu cupiditatem ſequuti,

Coniuratio Hiſpanorum in Annibalẽ.

ſequuti,tantorum malorum,quæ poſtea in ſua capita redundarunt,ex eo tẽpore occaſionem dedere.Quocirca ſapientes uiros & optimos rerum publicarũ gubernatores,finem magis in rebus humanis,quàm initium ſpectare, & priuſquã ad arma bellãque prorumpãt,experiri omnia conſilio decet.Cæterùm Saguntini per id tempus quo ab Annibale obſeſſi ſunt,cùm præterius fãſque ſibi bellũ inferri uiderent, plures menſes obſtinatis animis obſidionẽ tulerũt. Ad extremũ multitudine hominum ſuperante Pœno(ad centum enim & quinquaginta millia habuiſſe in armis creditur) cùm iam magna ex parte diruta mœnia eſſent,excidium urbis expectare maluerunt,
12 quàm in acerbiſſimi hoſtis poteſtatem uenire.Octauo menſe,quàm cœptum oppugnari,captũ Saguntum quidã authores ſunt:quibus nec Liuius aſſentiri uidetur,nec aliud certum tempus obſidionis illius in medium afferre.At uerò expugnatio huius opulentiſſimæ urbis,cœptis Annibalis multis in rebus adiumento fuit.Nã ciuitates nonnullas,quæ Punici imperij pertæſæ metum defectionis præbebant, exemplo Saguntinæ cladis in fide retinuit,militum animos confirmauit, ditato exercitu ingenti præda. Pretioſa munera ex ſpoliis Saguntinorũ Carthaginẽ miſit, quibus ſibi primarios obligauit ciues,paratioréſque reddidit ad futurum bellum,quod cum populo Romano,non in Hiſpania,ut multi arbitrabantur, ſed in Italia ſibi erat in animo gerere.Inter hæc legati Romanorũ,cùm in urbem à Carthagine rediiſſent,uana quæ ibi acceperant referentes reſponſa,& ſub idem propè tempus excidium Saguntinum nuntiatũ eſſet, ſera tãdem populũ Romanũ pœnitentia cepit, quòd Labenti reipub. ſociorum,opémq; in extremo periculo poſtulãti nõ ſubueniſſet.Ita plebs, patréſque
13 incredibili miſericordia moti,ſimul indignatione accenſi,cõſules prouincias ſortiri iubẽt.P.Cornelio Hiſpania,T.Sempronio Aphrica(hi enim tum cõſules erant)cum Sicilia euenit.Legatos deinde Carthaginem mittũt principes ciuitatis,qui coram ſenatu poſt longam diſceptationem de fœderum iure,cùm ſemina futuræ cõtentionis quaſi in conſpectum omnium effudiſſent,magnáque ferocitate obtuliſſent bellum, Carthaginienſes cõtrà non minore audacia oblatum ſuſcepere, malo tamen cõſilio, ut poſtea res ipſa & belli exitus declarauit.Verùm Annibal cognitis iis,quæ in ſenatu Carthaginienſium acta erant, cùm iam tempus eſſe arbitraretur, ut ſicut ab initio inſtituerat,Italiam peteret,res neceſſarias ingenti ſtudio parat,claſſem inſtruit,ex fidiſſimis ciuitatibus auxilia accerſit,omnes copias Carthaginẽ nouam conuenire iu-
14 bet. Poſt hæc Gades profectus, ante omnia commodiſſimum eſſe ſtatuit,opportunis cuſtodiis Aphricam Hiſpaniámq; munire,ne dum ipſe in Italiã contendit, uacuæ ab omni præſidio Romanis relinquantur.Itaq;in Aphricã primùm mittit equites mille & ducentos,peditum ex Hiſpanis tredecim millia.Deinde ex diuerſis ciuitatibus Aphricæ quãtuor millia peditum euocat,quos Carthaginẽ tueri iubet, obſides ſimul habiturus & milites. Hiſpaniæ autem præficit Haſdrubalem fratrem,eíque relinquit L.nauium claſſem,& ad duo millia equitum,peditum uerò ad duodecim millia.Atque iis præſidiis utranque prouinciam firmat,non quia ea ſufficere arbitretur aduerſus Romanas opes, ſi moles belli, aut in Hiſpania,aut in Aphrica ſuſtinẽda foret, ſed quòd hæc ſatis eſſe exiſtimet,ad hoſtem ſuis finibus arcendum, dum ipſe terreſtri iti-
15 nere exercitum ducens bellum in Italiam transferat. Sciebat præterea populum Carthaginienſem pro magnitudine imperij facilè poſſe cùm uellet, nouas copias parare, nec ſolùm reficere exercitum domi, ſi opus eſſet, ſed etiam ſupplementum ſibi in Italiam mittere. Ex quo enim graue ac periculoſum bellum mercenariorum indignatione cõtractũ à ſuis ceruicibus depulerant, Hamilcare primùm,deinde Haſdrubale,poſtremò Annibale duce continenter uictores,ita Punicum imperium auxerãt, ut ea tempeſtate qua Annibal in Italiam uenit,longè latéque eorum paterent opes. Nam omnem Aphricæ orã,quæ noſtro mari abluitur,tenebant, ab aris Philenorum haud multùm diſtantibus à magna Syrte,uſque ad columnas Herculis.Continet ea

Saguntum captum.

Punici imperij ampliatio.

longitudo duo millia passuum. Transgressíque paruum fretum, quod Aphricã Europámque interiacet, omni propè Hispania potiti erant, usque ad Pyrenęum montẽ, qui eam prouinciam à Galliis diuidit. His rebus in Hispania atque Aphrica cõstitutis, Annibal Carthaginem nouam reuertitur, ubi iam copiæ instructæ, paratæq; in armis erant. Quapropter nihil ultrà expectandum ratus, aduocata cõcione, militum animos uerbis confirmat, spem magnarum rerum proponit, fertilitatem Italiæ prædicat, amicitiam Gallorum commemorat. Demũ hortatur, ut lętis animis profectionem suscipiant. Sequenti die à Carthagine mouens, per maritimam oram ad Iberum ducit. Sunt qui proxima nocte quiescẽti Annibali iuuenem admirabili specie uisum in somnis tradunt, hortantem primò, ut se ducem in Italiam sequeretur, deinde cum magno strepitu serpentem apparuisse raræ magnitudinis: cupiętíque scire quidnam id portenderet, uisum sibi audire uastitatem Italiæ esse. Nec mirandũ fuisset, si intentæ Annibalis curæ, cogitationésque uehementes, quibus ille uigilãs bellum Italicum agitabat, quasdam nocturnas peperissent species, nunc uictoriæ, nunc cędis & incendij, aliarúmque belli calamitatum similitudinem prę se ferentes. Fit enim interdum, 17
sicut Orator inquit, ut cogitationes, sermonésq; nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet sæpissimè uigilans solebat cogitare & loqui. Annibal superatis Pyrenæis iugis, conciliatísq; sibi multis donis Gallorum animis, paucis diebus ad Rhodanũ uenit. Rhodanus amnis non longè ab Istri Rheníque fontibus surgens, octingentis propè emensis stadiis in lacum Lemanum se condit: inde egressus in occidentem se uertens, Gallias aliquandiu dirimit, Araríque & aliorum fluminum accessione non mediocriter actus, tãdem inter Volcas & Cauares pluribus capitibus in mare influit. Volcarum gens ea tempestate circa utrãque ripam colebat Rhodani, hominum abundantissima erat, & inter Gallicas gentes opulentissima. Hi primo Annibalis aduentu amnem transgressi, constiterant in ripa
Rhodanus.
fluminis, ut Pœnos trãsitu prohiberẽt. Nam cæteris pacatis Gallis, hos neq; donis ca- 18
pere Annibal, neq; metu compellere potuit, ut amicitiã experiri, q̃ uim Carthaginiẽsium mallent. Igitur dolis cum tali hoste agendũ ratus, Hãnoni Bomilcaris filio prącipit, ut occultè Rhodanũ transmittat, & cum parte copiarum Gallos nil tale opinãtes adoriatur. Is ut imperatum erat, longiore itinere progressus, ubi cõmodissimũ uisum est, flumen traiicit, & circũductis copiis prius ad hostium castra peruenit, quàm planè ab his uideri, aut quid rei gereretur cognosci posset. Galli clamore à tergo audito, cùm neq; consilij habendi, neque arma capiẽdi spatium daretur, & iam à fronte instaret Annibal, pluribus nauigiis ad traiiciẽdum paratis, subitò castris excessere, & quantũ cursu ac uiribus efficere potuerunt, se in precipitem dederunt fugã. Sic igitur aduersa ripa hostibus pulsis, reliquæ Carthaginiẽsium copiæ incolumes traducũtur. Interim crebri rumores de aduentu Annibalis ad P. Cornelium Scipionem, qui paulò 19
antè Massiliã uenerat, deferebãtur. Quæ, ut certius cognosceret consul, alam lectissimorum equitũ ad explorãda cõsilia hostium mittit. Quibus, ut mãdatũ erat celeriter proficiscentibus, quingenti Numidæ equites obuij fiunt, missi & ipsi à Pœno speculatum Romana castra. Nulla mora interiecta est, quin prelio cõtenderẽt. Pugnatũ est acriter ab utrisq;. Tandem superiores Romani multis ex suis amissis, pluribus ex hostibus cæsis reliquos in fugã coniecerunt. Post hæc Annibal certior factus, quo in loco Romanorum copiæ essent, agitare secum cœpit, præstarétne cœptũ iter in Italiam prosequi, an aduersus præsentem consulẽ exercitum ducere, & euẽtum totius rei experiri. Cùm multæ utrinque rationes occurrerent, tãdem fluctuãtem animo Boiorũ legati in eam partẽ traxerunt, ut omnibus rebus postpositis in Italiam contenderet.
Nam Boij iam ante Pyrenæi montis trãsitum, legatis Romanorũ per fraudem captis, 20
Manlio prætore magna clade affecto, solicitatis Insubribus ad Pœnum defecerãt, ea prącipuè causa indignati, quòd Romani paulò antè Placentiam Cremonámq; colonias

nias miserant. Itaq; horum cõsiliis persuasus Annibal, castra mouit, & per ripã Rhodani aduersò flumine profectus, paucis diebus peruenit ad locum, quem insulã Galli appellãt, hãc Arar & Rhodanus amnis ex diuersis mõtibus cõfluentes efficiũt. Ibi nũc Lugdunũ est celeberrima Galliæ urbs, quã longis postea temporibus à Planco Mu- *Lugdunum.*
natio conditã fuisse accepimus. Hinc profectus Annibal, regionem Allobrogum ingreditur, discordiísq; duorum fratrũ de regno inter se certantium sublatis, per Casti-
21 norum & Vocontiorũ fines ad flumen Druentiã uenit. Druentia oritur ex Alpibus, *Druentia.*
& citato descendens cursu in Rhodanũ sese effundit, & quia uada frequenter mutat, ægrè pedibus transiri potest. Eo tamen trãsmisso amne, per aperta loca, quantùm facultas dari potuit, exercitũ ducens, Alpes petit. Verùm in superãdis Alpibus tot tantáq; incõmoda perpessum Annibalem tradunt, ut quidã authores æquales tẽporibus eius belli, ex ipso Pœno audisse dicant, se supra triginta hominũ millia, maximúmq; iumentorũ numerum in transitu Alpium amisisse. Non solùm enim cum montanis incolis multoties sibi pugnandũ, sed etiam aduersus angustias, asperitatésq; uiarum sic ei laborandum fuit, ut quibusdã locis per ingentia saxa igni, acetóque putrefacta sibi aperuerit iter. Quintodecimo die superatis Alpibus, in agrum Taurinum descẽ-
22 dit. Quo mihi uerisimilius uidetur per montẽ Genuæ (sic enim uulgò appellant) qui ex altero latere flumẽ Druentiã, ex altero exitũ in Taurinos habet, Pœnũ trãsisse. Postquam in Italiam uẽtum est, quæ aut quãtæ copiæ Annibali fuerint, quia diuersa authores retulere, difficile ad fidem est exacto affirmare numero. Alij cẽtum millia peditum, uiginti equitum: alij uiginti peditum, sex equitum ex Aphris Hispaníque: quidam uerò Gallis Liguribúsque additis, LXXX. millia peditum, decem equitum fuisse scribunt. Sed credere libet, neque ita magnum illi fuisse numerum copiarũ, ut asserunt primi, post tot emensa terrarũ spatia, tantáq; detrimenta accepta: neque ita exiguum, ut secundi uolunt, cùm maximæ res quas postea gessit, menti occurrunt. Qui uerò mediam sequuntur uiã, probabiliora dicere uidentur, cùm ex LXXX, millibus peditum, decem millibus equitum, quæ ex Hispania mouit, magnam partem in Italiam duxerit, satísq; constet confluxisse ad eum ingentẽ multitudinem Ligurũ
23 Gallorúmque, qui ea tẽpestate non minore odio in Romanos, q̃ Pœni ardebãt. Cùm ex Taurinis in agrum Insubrium uenisset Annibal, aduersum habuit P. Cornelium Scipionem, qui à Massilia ingẽti celeritate in Italiam reuersus, Pado Ticinóq; traiectis, haud procul ab hoste consedit, breuíque interiecto spatio, ambo hi duces alter alterius castra speculatum profecti, equestre prælium commiserunt, in quo aliquandiu pari propè certamine dimicatum est. Ad extremũ Romani, cùm uulneratus esset consul, & Numidæ equites, paulatim circumeundo à tergo imminerent, pedem referre coacti sunt. Itaque sensim cedendo, & consulem protegendo, sese in castra receperunt. Sunt qui ab Aphricano filio iam tum pubescẽte seruatum patrem Cornelium scribunt. Quę quidem laus etsi maxima sit in tam recenti teneráque ætate, non
24 tamen à uero, nec à præclaris rebus, quas postea gessit, aliena uidetur. Hoc prælio expertus Scipio quantùm equitatũ præualeret hostis, statuit sibi ea loca petenda esse, in quibus pedestres copiæ & consistere tutius, & dimicare commodius possent. Itaq; sequenti nocte quanto maximè silẽtio potuit, omni exercitu Padũ traducto, in agrum Placentinum contẽdit. Eôdem paulò pòst T. Sempronius Longus literis senatus ex Sicilia accersitus, ut ambo consules communi imperio, communíque consilio rempub. administrarent. Annibal etiam post equestrem pugnam cum omnibus copiis Scipionem sequutus, ad flumen Trebiam consederat, sperans propinquitate castrorum fore aliquam dimicandi facultatem, quam sibi datum iri uehemẽtissimè cupiebat, nõ solùm quia longam moram sustinere non poterat ob commeatus inopiam, sed etiam quia uerebatur infirmitatem Gallorũ, qui & spem nouarum rerũ, & equestris uictoriæ famam sequuti, ut facilè in suam fidem, atque amicitiam concesserant,

sic etiam leui momento fieri posse credebat,ut durante in suis sedibus bello, odium
à Romanis in se unum authorē belli transferrent. Igitur omnibus modis materiam 25
quærebat,unde occasio committendi prælij oriretur. Accidit autem opportunè per
eos dies,ut Sempronius consul nactus hostium agmen præda graue,palatúmque per
agros,inuaderet,in fugámq; coniiceret, atq; ex ea re prosperè gesta de euentu totius
rei coniecturam faciens,in maximam spem ueniret uictoriæ cōsequēdæ, si iusta acie
conserererentur manus. Quare priusquam Scipio couualesceret, & noui cōsules crea-
rentur,alicuius præclari facinoris edendi cupidus,in certamen prodire decreuit,rem
improbāte collega,clamantéque nihil intempestiuius agi posse,quàm omnibus pro-
pè aduersantibus Gallis,summam reipub. in discrimen afferre. Horum dissensiones
per occultos exploratores deferebantur ad Pœnum. Quibus cognitis,callidus impe-
rator extemplo locum inter utraque castra septum undique & uestitum uepribus &
dumetis inuenit,ibíq; Magonem fratrem cum delecta manu cōsistere iussit. Deinde 26
equitibus Numidis negotium dedit,ut adirent Romana castra,hostémq; lacessentes
ad prælium excirent. Ipse interim reliquum exercitū cibo,potúq; refectum in aciem
deducit,ut in omnē occasionem gerendæ rei intentus paratúsq; in armis esset. Sem-
pronius cōsul ad primum tumultū Numidarum,subitò equitatum, deinde sex mil-
lia peditum,postremò omnes copias ex castris deducit. Erat autē brumæ tempus, &
summa uigebat asperitas hyemis, in iis præsertim locis, quæ Alpibus Apenninóque
Pugna ad Trebiam. clauduntur. Numidæ, ut præceptū erat, citra flumen Trebiam Romanū sensim tra-
hentes,ubi ad eum locum uenerūt,unde suorum signa cōspici poterant, subitò uer-
terunt in effusum hostē equos. Est enim Numidarū consuetudo, ut spontè plerūque
cedant,mox ubi uisum fuerit,sistant,rursúsq; maiore impetu,q̄ prius hostē inuadāt.
Sempronius extēplo equitibus ad subsidia reuocatis,pro necessitate temporis aciem 27
instruit,pugnā cum hoste,qui omnia ad futurū certamen præparauerat,cōmissurus.
Iam enim eum instructis copiis aderat Annibal,ut præsenti occasione certandi ute-
retur. Pugna primùm à leui armatura,deinde ab equitatu inita est,in qua Romani e-
quites cùm impetū hostium sustinere non possent,facilè cesserūt loco. Prælium de-
inde legiones excepere,tanta contentione,támq; paratis ad dimicandū animis,ut re-
sistere posse uiderentur,si eis fuisset cum solo pedite decernendum. Sed hinc equites
elephantíq; terrebant,hinc pedites instabant,acriter pugnantes aduersus corpora fa-
me,frigoréque confecta. Itaq; magis animis, q̄ uiribus hanc molem circunstantium
incommodorum sustinentes Romani, pugnam extraxere, quousque Mago ex insi-
diis exortus,cum clamore ac tumultu incautos inuasit, & media Pœnorū acies iussu
Annibalis impetum in Cenomanos fecit. Tunc fuga ab auxiliaribus cœpta,Roma- 28
norum fregit animos. Nam ad decem millia peditum ex Romano exercitu fuisse di-
cuntur,qui per medios erumpentes hostes se Placentiā contulere. Ex reliquis copiis
fugientes persequuti maiorem partem conciderūt Pœni. Euasit tamen Sempronius
consul summo periculo manibus hostiū cuitatis. Nec Pœnis incruenta uictoria fuit,
multis ex suis militibus,ac omnibus propè elephantis amissis. Post hanc pugnā An-
nibal per omnē regionem uagatus,cuncta ferro igníque uastauit, oppida quædā ce-
pit,ac ingentē multitudinem incolarum nullo ordine militari in certamen euntem,
parua manu fudit,fugauítque. Vere primo maturius, quàm tēpus postulabat ex hy-
bernis mouens,cùm in Hetruriam contenderet,& prope Apenini iuga sæua tempe-
state repulsus,exercitum in agrū Placentinū reduxit,breuíque interiecto spatio,cùm
multæ necessariæ urgerent causæ,rursus eādem profectionem sicut instituerat susci-
piēdam putauit. Nam Gallorum insidiis propè circunuentus, calliditate ingenij pe- 29
riculū capitis euitauerat. Aegrè enim ferentes Galli bellum in suis agris diutius con-
sistere,unum Annibalē caput belli petebāt. Quo periculo compulsus Pœnus,matu-
randum sibi, atque in aliam prouinciam omnem exercitum traducendum putabat.

Accedebat

Accedebat prætereà,quòd ad opinionem gentium, & suorum militum alacritatem
magni interesse arbitrabatur,tantas uideri Carthaginiensium uires, tantū ducis ani-
mū,ut in propinquas Romanæ urbi regiones arma transferre auderet. Quare post-
positis omnibus rebus,castra mouit,superatísque Apennini iugis,per Ligures ea uia,
qua ad paludes ac planitiem fluminis Arni est iter,in Hetruriam descēdit. Arnus ue-
hemētius excreuerat per eos dies, atq; omnes circumadiacentes campos aquis inun-
30 dauerat. Igitur Annibal tantum exercitum secum trahens,priusquam è palustribus
locis egrederetur,uitare non potuit, quin ingentem hominum ac iumentorū iactu-
ram faceret. Ipse quoque dux etsi elephanto,qui unus superfuerat ex multis, eminēs *Annibal altero priuatur oculo.*
ueheretur, plures tamen dies ac noctes aeris intemperie,uigiliisq; confectus alterum
amisit oculum. Inter hæc C. Flaminius consul exercitu à Sempronio accepto Arre-
tium uenerat,inconsulto senatu ægréque ferente, quòd relicto Romæ Cn. Seruilio
collega,sine insignibus,sine lictoribus, furtim in prouinciam contendisset. Hunc
uitium natura ferocem plebis fauor supra modum extulerat,atque ita audacem red-
diderat,ut appareret omnia incautè inconsultéque acturū. Quod ubi Annibal com-
perit,commodissimum esse statuit, ingenium consulis irritare, conaríque omnibus
31 modis,ut antequam collegæ iungeretur,ad pugnam alliceret. Itaque castra mouens,
per agrum Fesulanum, Arretinúmque magno impetu uagatur,omnem regionē ter-
roribus implet,cuncta ferro igníque peruastat,nec prius populationibus aut incen-
diis finē facit,quàm passim uastatis agris ad montes Crotonenses, atq; inde ad Thra-
simenum lacum peruenit. Ibi locum contemplatus cùm capere insidiis hostem quę-
reret,prope angustā uiam,quæ ad Thrasimenū ducit,sub quibusdā tumulis equitatū
locat,post montes leuem armaturam cōsidere iubet. Ipse cum reliquis copiis in pla-
nitiem descendit,suspicatus id quod accidit, Romanum consulem non quieturum.
Homines enim furētes ingenio,facilè ad omnes machinas atq; insidias hostium pa-
tent,sæpéque salutaribus consiliis spretis,summā rerum in discrimen obiiciunt. Fla-
minius ubi passim agros sociorum diripi,frumenta succîdi,ædificia incēdi sensit,su-
bitò contra omnium sententiam,qui collegam expectandū censebant,castra mouit,
32 citatúmque agmen ad hostem duxit. Cùm occidente iam sole ad angustias Thrasi-
meni lacus peruenisset,eo in loco cōstitit continenti itinere indefessus miles. Sequē-
ti die,sub primam lucem,nulla re antea explorata, saltum transcendit. Annibal uerò
qui omnibus antea præparatis occasionē expectabat gerendæ rei, ubi in patentiorem
campum Romanum deductum cernit,dat omnibus inuadēdi signū. Tunc undique
surgentes Pœni,hostem lacu & montibus clausum adoriuntur,nec solùm à frōte,sed
etiam à tergo & lateribus instant. Contrà Romani nullo ordine militari prælium in-
euntes,constipati cōglobatíque,in nebula quæ omniū oculos occupauerat,ueluti in
umbra pugnant: ut mirandū fuerit,cùm ab omni parte circunsepti tenerētur,quibus
33 rebus freti tandiu pugnā distulerint. Nā supra tres horas ita acriter certatū constat,ut
neq; maximus terræmotus eo tempore à pugnātibus auditus sit, nec prius Romana
inclinata acies,q̄ manu equitis,cui Ducario nomen erat,consulē tota acie uolitātem
interfectū fama uulgauit. Tūc Romani spoliati presidio ducis, ac omni spe destituti
terga uerterūt,alij montes, alij lacū petētes, quorū multi in fuga sunt cōprehēsi atq;
interfecti. Cecidere in pugna ex copiis Romanorū ad quindecim millia hominū, &
ad decē millia uariis itineribus euasere. Fuisse etiam dicūtur sex millia peditū,qui ab
initio pugnæ impetu facto saltū superarunt,& in eminenti quodā tumulo constite-
runt: postea uerò finito prælio accepta à Pœnis fide,proditi fraudatíq; in uictoris po-
34 testatē uenerunt. Annibal hac ingenti uictoria parta,multos ex captiuis Italici gene- *Calliditas in effingendis uirtutibus. Liuius lib. 1. Decad. 3. & silius lib. 1.*
ris liberaliter prosequutus,sine pretio dimitti iussit,ut humanitatis & indulgētię fa-
ma per populos uulgaretur,à quibus tamē uirtutibus ingeniū eius lōgissimè aberat.
Fuit enim Annibal ferus immanísque natura,& adiunxit etiā à prima pueritia disci-

plinã,qua nõ iurã,non leges,nõ ciuiles cõsuetudines, sed bellã cædésque, & hostiles
proditiones tractare didicerat.Itaq; crudelissimus euasit dux, & in fallendis homini-
bus callidissimus.Nã ad decipiendũ hostẽ semper intentus, quos apertõ Marte su-
perare non poterat, dolis aggrediebatur,ut facilè ex præsenti pugna & prælio quod an-
tea cũ Sẽpronio ad Trebiam cõmisit,possumus iudicare.Sed hæc in alium locũ diffe-
rantur.Romã uerò ubi Flaminiũ cõsulem uictum cæsúmq; cũ magna parte copiarũ 35
nuntiatũ est,ingens repentè luctus ciuitatẽ inuasit.Alij publicã,alij priuatã,quidam
utranq; calamitatẽ deplorabãt. Miserabile spectaculũ erat multitudinis mulierũ ui-
rorúmq; confluentis ad portas,ut priuatim quisq; de suis necessariis certior rederetur.Proditũ quoq; memoriæ est,mulieres duas stantes solicitis ac pendẽtibus animis
pro salute filiorũ,cùm præter spem filij occurrissent,subita lætitia expirasse.Sub idem
tempus quatuor millia equitũ ad Flaminium consulẽ mittebãtur à Seruilio collega, 36
nondũ sciẽte prælio ad Thrasimenum factũ.Hi in itinere audita suorũ clade,cùm in
Vmbriã se reciperent,ab equitatu hostiũ excepti,ad Annibalẽ deducuntur.Cęterùm
cũ tot támq; multiplicibus acceptis cladibus in summo periculo res Romana esset,
placuit extraordinariũ imperium quæri, Dictatorémq; creari,quod unũ remedium
alienissimis tẽporibus reipub.adhiberi solitũ erat. Sed cũ obsessis omnibus uiis Ser-
uilius consul Romã uenire non posset,nouo exẽplo populus Romanus Dictatorem
dixit Q.Fabiũ, cui postea Maximo fuit cognomẽ, qui M.Minutiũ magistrum equi-
tum dixit.Erat autẽ Fabius uir magni cõsilij atq; prudẽtiæ,& summę in repub.digni-
tatis.Itaq; eo tempore omnes ciues hunc unũ intuebantur,iámq; sibi persuasẽrãt eõ
duce,aut nullo alio,defendi statum ciuitatis posse.Hæc ille nõ ignorans,ingẽti fidu- 37
cia rebus necessariis cõparatis ab urbe proficiscitur,& exercitu à Seruilio consule ac-
cepto, duabúsq; legionibus additis,ad hostẽ pergit.Iam Annibal à Thrasimeno laeu
recto itinere Spoletũ profectus,tentauerat primo impetu,si id oppidum capi posset.
Cõcursu oppidanorũ ad tuenda mœnia facto,cùm egregiè defenderetur, uastatis o-
mnibus eorũ agris,uicis,ædificiísq; incensis,in Picentes,atq; inde per Marsos & Peli-
gnos in Apuliam contenderat. Dictator hostẽ sequutus,prope Arpos haud procul à
Punicis castris cõsedit,eò consilio,ut morando cunctandóq; bellum traheret.Nimia
enim superiorũ ducũ ferocia in eum locũ rem Romanã deduxerat,ut à toties uicto-
re hoste nõ uinci eo tẽpore pro uictoria haberetur.Itaq; omnia repẽtè mutauit impe-
rator mutatus.Nã cũ Annibal primò in aciẽ deduceret,deinde quiescẽte hoste omnẽ
regionẽ popularetur,ut uastãdo in oculis agros sociorũ, Dictatorẽ excitet ad prælium 38
capessendũ,nihilo magis motus Fabius suos in castris cõtinebat. Hãc cunctationem
Romani ducis iniquo animo ferẽs Annibal,frequẽter castra mutare cõstituit,ut plu-
ribus adeundis locis aliqua uel fallendi hostẽ,uel cõmittendi prælij occasio oriretur.
Quapropter superato Apẽnino,ex agro Arpinati in Samniũ uenit:paulóq; post qui-
busdam Cãpanis,quos ad Thrasimenũ captos liberaliter dimiserat, afferẽtibus spem
Capuæ potiũdæ,castra mouit,perito quodã regionis admonito, ut in agrũ Casinatẽ
exercitũ duceret.Similitudine nominis Casilinũ dux itineris pro Casino accipiẽs,lõ-
gè diuersa uia per Calentinũ & Calenũ agrum in cãpum Stellatẽ Annibalem traxit.
Vbi cùm septa undiq; mõtibus & fluminibus regio teneretur,cognito errore,Pœnus
hominẽ crudeliter excruciatũ necari iussit.Fabius per id tempus incredibili patientia
usus,uagari Pœnum permisit,donec occupato Gallicano & Casilino mõte opportũ-
na loca præsidiis firmauit. Quo factũ est,ut Punicus exercitus propè circũuentus,uel 39
opprimi cõmeatus inopia,uel turpi fuga sibi cõsulere cogeretur,nisi Annibal argutæ
fallacia frustrato hoste periculũ euasisset. Nã hac re animaduersa, cũ sibi opportunũ
uisum est, imperat militibus suis, ut ex aggresti pręda, quã abũdè in castris habebat,
callidita. ad duo millia boum ad se deducãt.Horũ cornua facibus uinciri iubet,deinde quosdã
idoneos deligit uiros,qui sub primã uigiliam facibus incensis ad summos mõtes bel-
luas

luas concitent.Nihil ex his quæ imperata erant,prætermissum fuit.Agitati boues ar-
dentibus facibus summa montium petunt. Copiæ paulatim sequuntur. Romani qui
multò antè firmis præsidiis saltus occupauerant,re noua perterriti, & insidias esse ra-
ti,subitò ex opportunis locis discessere. Fabius quoque Punicam fraudem suspectam
40 habens,cùm non satis constaret quidnam rei esset, suos in castris continuit. Interim
Pœnus haud procul ab aquis Suessanis,quem locum hac tempestate incolæ regionis
Turrim balneorum appellant,saltum transgreditur,atque in agrum Albanum cum
omnibus copiis incolumibus sese recipit, breuíque interiecto spatio castra mouet,
quasi recta uia Romam petiturus.Sed postea conuerso itinere in Apuliam rediit. Ibi
potitus oppido Glereno,opulento sanè & abundanti omni copia rerum, hyberna in
iis locis habere constituit. Nec multò pòst Dictator subsecutus, haud procul à Puni-
cis castris in agro Larinati consedit.Inde reipub. causa Romam accersitus,cùm cele-
riter sibi proficiscẽdum esset,magistro equitum denuntiat,ut sese loco teneret, néue
absente se cum hoste manum consereret. Nam sicut ab initio proposuerat animo,ita
etiam postea in eo perseuerandum putabat:ut neque hostem in prælio lacesseret, ne-
41 que lacessitus in aciem descenderet. Sed accidit post discessum eius, ut M. Minutius
præceptorum immemor, hostium manum adoriretur frumentatum ab Annibale
missam,palantémque per agros cum multa cæde in castra coniiceret. Extẽplo huius
rei fama Romã perlata, auctáq; rumoribus,ueluti adeptæ uictoriæ nomen obtinuit,
ac ita multitudinis impleuit aures,ut repẽtè sit magistro equitum,quod ante id tem-
pus contigit nunquam, cum Fabio Dictatore æquatum imperium. Hanc iniuriam
sibi indigno illatam magno animo ferens Fabius, in castra reuertitur. Iam duo Di-
ctatores uno tempore erant,res ante eam diem inaudita,diuísíque inter se copiis, si-
cuti consulibus mos fuit,pari imperio exercitibus præerant. At M.Minutius ex rebus
tantam sibi arrogãtiam sumpserat, ut quod uix Annibal toties uictor auderet, ausus
sit quadam die inconsulto collega certamen inire, ac in eum locum copias suas per-
ducere: ubi Punicis insidiis circunuentæ ad arbitrium hostium cædebantur, nec ul-
lam euadendi uiam habebant,nisi Fabius publicæ salutis magis quàm acceptæ iniu-
42 riæ memor,in tempore subuenisset. Nam recentibus copiis certamini superueniens,
haud dubiè terruit Pœnum,& facultatẽ legionibus Romanis dedit, ut sese in locum
tutum reciperent.Maximam hinc uirtutis & prudentiæ famam cùm apud suos, tum
apud hostes est Fabius consecutus. Nam & Annibalem in castra redeuntem dixisse
tradunt,eò prælio à se M.Munitium,se autem à Fabio esse superatum. Et ipse Minu-
tius cognita prudentia uiri,iuxta Hesiodi sententiam,meliori parendum ratus, cum
omnibus copiis in castra Fabij uenit, magistratúque depositò, honorificentissimis
uerbis patrẽ Fabium salutauit, longéque is fuit cunctis militibus lætissimus dies. Cę-
terùm utrísque exercitibus in hyberna discedentibus, post longam contentionem
creati sunt consules noui,L.Paulus Aemilius,& C.Terentius Varro,homo ex infima
plebe,populari aura ad consulatum euectus. His concessum est, ut maioribus copiis
43 quàm consueuerant priores duces,rem Romanam gererent. Auctæ legiones,& nouę
quoque ueteribus additæ. Profecti ad exercitum consules diuersi ingenij, diuersam
in administrando imperio rationem seruabãt. L. Paulus uir prudens,& Fabianæ ar-
tis & consilij memor,bellum trahere,hostem morari, prælio abstinere: Varro cõtrà,
furere,audere,certamẽ exposcere. At breui spatio interposito,patefactum est magna
cum calamitate ac pernicie ciuitatis, quantùm inter modestiam Aemilij, & Varro-
nis arrogantiam interesset. Nam Annibal inopia frumenti timens ne aliquis motus
in castris oriretur, ex Glereno profectus cùm calidiora petiisset Apuliæ loca, cum o-
mnibus copiis ad Cannas consedit,quem insecuti Romani consules, bina propè po-
suerunt castra,ita inter se iuncta, ut tantùm Aufido dirimerentur amne. Is solus flu-
uiorum,ut tradunt quidam, Apenninũ diuidit, atque ex ea parte qua mõtes ad mare

Inferum ſpectant, oriens, in Adriaticum influit ſinum. Verùm L. Paulus cùm uideret 44
Pœnum in aliena morantem terra, non poſſe tot támque diuerſarum gẽtium copias
diutius ſuſtinere, in eadem ſententia perſeuerabat ut bellum duceret: hanc unam tu-
tam uincendi uiam, hanc hoſti pernicioſam, ſuæ reipub. ſalutarẽ eſſe cenſebat. Quòd
ſi hoc C. Terentio perſuaſum eſſet, ſatis apparebat à ſedentibus Romanis frangi poſ-
ſe Annibalis opes. Sed uir inquieti animi non ſolùm nõ mouebatur authoritate Ae-
milij prudentiſſimè conſulentis, ſed ipſum etiam increpabat, fremebátque per uul-
gus, quòd in aciem prodeunte hoſte militem otioſum in caſtris contineret. Quam-
obrem cùm ueniſſet dies in qua ſumma imperij ſibi obtigerat (uiciſſim enim exerci-
tibus præerant) prima luce, tranſmiſſo Aufido, ſignum dimicandi proponit incon-
ſulto collega, inuitóq; magis, quia repugnare non poterat, quàm ſponte eum ſeque-
te. Annibal lætus occaſione pugnandi, quòd omnem dilationem ſibi aduerſam eſſe 45
cenſebat, copias amnem traducit, paratiſſimas quidem atque omni armorum gene-
re ornatiſſimas. Multa enim ſpolia ex hoſtibus parta materiam præbuerant ad orna-
tum. Erat autem Romanorum acies in meridiem uerſa. Horũ oculos occupabat pul-
uis meridiano excitatus uento, quem incolæ Vulturnum appellant: hoſtes contra ſe-
ptentrionem ſpectabant, atque ita in acie diſpoſiti erant, ut utrunque cornu teneret
Pugna ad Cannas. Aphri, in medio conſiſterent Galli atque Hiſpani. Primùm à leui armatura, deinde
ab equitibus concurſum eſt: & quia exiguum ad peruagandum ſpatiũ inter amnem
peditatúmque relictum erat, atrox magis quàm longum fuit certamen. Pulſo tamen
equitatu Romano, pedeſtris acies prælium excepit, tãto ardore animorum, ut nullũ
aliud tempus ad dimicandum habitura uideretur. Sed nimia uincendi cupiditas ut 46
primo congreſſu initium lætum, ſic etiam poſtea exitum triſtẽ Romanis dedit. Nam
Galli atque Hiſpani, quos in medio locatos ſuprà oſtẽdimus, non ſuſtinentes impe-
tum Romanorum, ſeſe ad Aphrorum ſubſidia recepere. Romani uerò effuſo curſu in
hoſtem delati, dum urgendo cedẽtes in medium coeunt, occaſionem dederunt Pœ-
nis ut ex utraque parte cornua circunducerent. Quingenti quoque Numidæ equites,
qui paulò antè ſimulata fuga à conſulibus fuerãt comiter accepti, ac in poſtremo ag-
mine conſiſtere iuſſi, ubi tempus uiſum eſt gerendæ rei, à tergo ſeſe oſtendunt, ſubi-
tóque imprudẽtes atque inopinantes hoſtes aggrediuntur. Tum undique perturbata
Romana acies haud dubiam Pœno uictoriam dedit. Ad quadraginta millia peditũ,
ad duo millia ſupra ſeptingentos equites, authore Liuio, eo prælio cæſa dicuntur. Po- 47
lybius longè maiorem numerum cæſorum affert. Sed his in medio relictis illud affir-
mare libet, hac Cannenſi clade nullam maiorem unquam nec primo nec ſecũdo Pu-
nico bello à Pœno hoſte illatam eſſe Romanis. Nam in ea pugna cæſus eſt Paulus cõ-
ſul, uir memoria dignus, & uſque ad ſupremum diem omni officio in patriam fun-
ctus. Seruilius quoque prioris anni conſul, & alij conſulares, tum prętores, prætoriiq;
uiri, tribuni militum, ac ædilitij quidã, aliíque permulti honeſtiſſimi ſenatores, tum
optimorum ciuium exercitus, qui ad ſatietatem crudeliſſimi hoſtis interempti ceci-
derunt. Terentius conſul qui author fuerat prælij committẽdi, ubi in omni parte
Pœnum ſuperiorem uidit, ſalutem ſibi comparauit fuga. Et Tuditanus tribunus mi-
litum cum magna manu per medios hoſtes erumpẽs, Canuſium uenit. Ibi ad decem 48
millia hominum ex manibus hoſtium tanquam ex tempeſtate emerſa conuenerunt,
ſummáque imperij omniũ conſenſu ad Appium Pulchrum, & P. Corneliũ Scipionẽ,
qui poſtea hoc bellum confecit, delata eſt. Hunc tandem exitum Cannenſis habuit
pugna. Quæ celeriter Romã perlata, etſi omnem ciuitatem (ut par erat) mœſtitia lu-
ctúq; repleuit, ſenatus tamẽ populúſq; Romanus in tam aduerſis rebus dignitate re-
tenta, non modò de ſeruanda urbe, ſed etiam de reparando exercitu cogitauit, iunio-
res ad arma conciuit, nec Siciliam Hiſpaniámq; neglexit: ut hæc conſiderans mirari
debeat, tãtùm ea tẽpeſtate uel animi uel conſilij in illo ordine populóq; fuiſſe. Nam

ut cæte-

ut cæteras omittam clades, ad Ticinum, ad Trebiam, ad Thraſimenũ acceptas, hoc
poſtremum uulnus quo penè Romani imperij opes conciderunt, quæ alia gens ſuſti-
49 nere potuiſſet? Tulit tamen populus Romanus, atque ita tulit, ut neque induſtria cõ-
ſilio, neque conſilium magnitudini animorum defuiſſe uideretur. Annibal quoque
uictor in reficiendo exercitu tempus terens, ſpatium uictis dedit ad reſpirandũ. Nam
ſi extẽplo finita pugna, uictorem exercitum Romam duxiſſet, proculdubio aut ſuc-
cumbendum omnino, aut extremum ſubeundum diſcrimen Romanis erat. Huius
poſtea tarditatis ſæpe pertæſum Annibalem tradunt, palámq; conqueſtũ, quòd con-
ſulentibus quieti militum magis eo tempore credidiſſet, quàm Maharbali præfecto
equitum, qui ſubitò Romam caput belli petendum cenſuit, cunctantíque Pœno il-
lud uulgatum protuliſſe dicitur: Vincere ſcis Annibal, ſed uictoria uti neſcis. Verùm
non omnia (ut Neſtor ille apud Homerum inquit) data ſunt hominibus ſimul: aliis
enim ars uincendi, aliis celeritas conficiendi, quibuſdam etiam cõſeruandi ſtudium
50 defuit. Pyrrhum Epirotarum regem, qui bellum intulit populo Romano, prẹſtantiſ-
ſimum belli ducem fuiſſe accepimus: hunc tamen memoriæ proditum eſt egregium
in acquirendo imperio, in conſeruando uerò minimè aptum fuiſſe uirum. Sic etiam
alia aliis adfuiſſe, quædam etiam defuiſſe bellicis laudibus digna, per ueteres hiſto-
rias cognoſcere licet. Cæterùm poſt hoc prælium ad Cannas commiſſum, Atellani,
Calatini, Samnites, Brutij præterea atque Lucani, aliíque permulti Italiæ populi fa-
ma ingentis uictoriæ moti, ad Annibalem defecerunt. Capua quoque, quod multò
antè concupiuerat Annibal, ueteribus relictis ſociis, noua ſe ei ſocietate coniunxit,
ídque ad opinionem gentium magnum momentum rebus Carthaginienſium attu-
lit. Erat enim ea tempeſtate ualidiſſima urbs multitudine ciuiũ incolarúmq;, & poſt Capua.
51 Romam florentiſſima omnium Italiæ ciuitatũ. Hanc Hetruſcorum coloniã (ut mul-
ta quæ de ea referuntur, paucis uerbis complectar) Vulturnum primò, Capuam de-
inde à duce eorum Capio, uel quod propius uero eſt, à campeſtri agro appellatã con-
ſtat. Circùm enim adiacent campi omni fertilitate terræ pulchritudinéque agrorum
inſignes, quos κάπυς appellant Græci. Hanc quoque regionem ex omni parte illuſtres
populi cingunt. Nam maritimã oram incolunt Sueſſani, Cumani, Neapolitani: me-
diterraneam à ſeptentrione Calentini & Caleni: ab oriente & meridie Dauni & No-
lani. Præterea locus ipſe natura munitiſſimus eſt, hinc mari, illinc maximis perpe-
tuíſque montibus cingitur. Ea uerò tempeſtate florentes mira felicitate Cãpani, cùm
uiderent propè ad internecionem Romani imperij pugnatum eſſe ad Cannas, facilè,
ut plerunq; fit, ad uictoriam inclinarunt, Annibalémque uictorem non ſolùm ſibi
ſocietate iunxerunt, ſed etiam incredibili honore acceperunt in urbem, ſperantibus
ciuibus, confecto bello ſe inter Italos potentia atque opibus longè primos fore: adeò
52 plerunque mortales in rebus humanis ſpes ac opinio fallit. Venienti Capuam Anni-
bali ingens multitudo obuiam effunditur, ſtudio uiſendi celeberrimi nominis ducẽ,
cuius tot uictorię & ſecunda commiſſa prẹlia in ore atque oculis omnium uerſabant-
tur. Ingreſſus urbem deducitur ad domum Pacuuij familiaris, uiri & potentia atque
exiſtimatione facilè principis Campanorum. Cœna conquiſitiſſimis epulis compa-
ratur. Ex Campanis ciuibus nemo ad conuiuium adhibetur, præter Vibellium Tau-
ream uirũ fortiſſimum, & filium Pacuuij hoſpitis, cui pater iratũ Annibalẽ eò quòd
Deciũ Magium pro Romana ſocietate pugnantẽ ſequutus erat, magno negotio pla-
cauit. Sed operæpretiũ eſt uidere, quãta & quàm uaria pericula prẹter opinionẽ homi
53 num maximis interdũ accidãt uiris. Nã is iuuenis licet ſimulatione recõciliatus An-
nibali, nocendi tamen occaſionẽ expectãs, dum celebratur omniũ ſermone lætitiáq;
conuiuiũ, patrẽ in interiorẽ partẽ ędiũ adducit, eúmq; hortatur, ut ſimul ſecũ gratiã
populi Romani graui peccato amiſsã ſummo beneficio redimere uelit. Conſiliũ de-
inde aperit quo animũ induxerat, Annibalẽ patrię ſuę, totiúſq; Italię hoſtẽ de medio

tollere. Homo qui id authoritatis & parens eſſet, filij dicto uehementer obſtupuit, iuuenémque complexus, magno labore, multis cum lachrymis uix tádem exorauit, ut abiecto gladio domi ſuæ hoſpitem tutò eſſe ſineret. Ita Annibal qui ab Oceano Hiſpaniæque ultimis oris per ingentia terrarum ſpatia militem trahens, nunc hoſtium telis, nunc Gallorum inſidiis petitus euaſerat, parum abfuit, quin unius iuuenis manu inter epulas menſáſque necaretur. Poſtero die frequens ſenatus Annibali 54
datus eſt à Campanis, in quo ille gratiſſimis uerbis audientium impleuit aures, multa promittens, multa ſuadens, quæ facilè credebant Campani, propterea que ſibi opinionis errore de Italiæ principatu ſperabant. Quare ita turpiter ſe ſubmiſerũt Pœno, ut quaſi libertatis obliti, non ſocium in urbem, ſed dominum accepiſſe, uiderentur. Quinetiam præter alia, petenti Annibali ſibi tradi Decium Magium principem factionis aduerſæ, non modò ſeruili decreto eſt ſenatus aſſenſus, ſed etiam paſſus eſt, ut ſpectante populo catenis uinctus in caſtra duceretur, uir antiquæ ſocietatis memor, reíque publicæ magis, quàm barbaris gentibus affectus ciuis. Dum hæc Capuæ gerũtur, interim Mago Annibalis frater Carthaginẽ profectus feliciſſimæ uictoriæ nuntium ſuis ciuibus detulit, réſque ab Annibale geſtas magnificentiſſimis uerbis in ſenatu expoſuit, & ad faciendam fidem orationi ſuæ effundi iuſſit in ueſtibulo curiæ aureos annulos Romanis equitibus ademptos: quorum cumulum alij modij unius, alij trium modiorum dimidiíque menſuram exceſſiſſe tradunt. Petitum deinde ſup- 55
plementũ, conceſsúmque à ſenatu eſt maiore ſtudio, quàm poſtea miſſum. Nam præſentibus rebus commoti Carthaginienſes, ut initium lætum, ſic proſperum belli finem ſibi animis proponentes, fauendum Annibali, delectum habendũ, perſeuerandúmque in armis cenſuerunt: uno tantùm repugnante Hannone perpetuo hoſte factionis Barchinæ, cuius ſalutare conſilium pacem ſuadens cùm aliàs ſæpe, tum eo tẽpore maximè poſthabitum reiectúmque à Pœnis eſt. Annibal poſt ſocietatem cum Campanis initam, ad urbem Nolam exercitum admouit, oblata ſibi ſpe per uoluntariã deditionem illius oppidi potiundi. Nec eum fefelliſſet opinio, niſi prætor Marcellus concitatã multitudinẽ ſubito aduentu repreſſiſſet, ſuccedentémque mœnibus
Marcellus. hoſtẽ tribus portis eruptione facta, cum magna cæde in caſtra adegiſſet. Hic eſt Mar- 56
cellus uir bello inſignis & militari gloria clarus, qui primus magnitudine quadã animi atq; ingenij Annibalẽ docuit poſſe uinci. Poſt hęc Annibal rem Nolanam in aliud tempus differendã ratus, Acerras petit, nullo negotio urbẽ capit, diripítq;. Maiore deinde conatu Caſilinum aggreſſus, locum ad nocẽdum Capuæ peropportunũ, cùm oppidanos Prænestinóſq; qui ibi præſidio erant, neque pollicitationibus, neque denuntiatione periculi permouere poſſet, exiguam partem copiarũ ad obſidendum oppidum reliquit, ipſe reliquũ exercitum in hyberna deducit. Capuam autẽ locum ſtatiuis deligit, urbem amœnam & omni deliciarũ genere abundãtem. Ibi miles aſſuetus ſub diuo uitã agere, frigus, famẽ, ſitim patienti animo tolerare, cùm uarię ſpecies uoluptatũ ſibi quotidie offerrentur, breui ex ſtrenuo ignauus, ex forti timidus, ex ſolerti iners mollíſq; euaſit. Corrũpunt enim blandæ uoluptates omne robur animi, 57
indolémq; uirtutis, ingenium labefactant, conſiliũ eripiunt: quo quid perniciosius
Voluptas malorum eſca. humano generi afferri poteſt? Meritò igitur Plato eſcam malorũ appellat uoluptatẽ. Et in præſentibus rebus Cãpanæ deliciæ magis, quàm Alpiũ iuga, quàm armati Romanorũ exercitus, Pœnis obfuerunt. Nam una hyems ſegniter mollitérq; acta, tantũ ualuit ad extinguendum uigorem animorum, ut milites principio ueris in campum progreſſi, omnis uirtutis bellicæ obliti uiderentur. Annibal exacta hyeme ad Caſilinũ reuertitur, ſperãs oppidanos poſt tam longã obſidionem etiã inuitos in ſuam poteſtatẽ uenturos. At hi etſi omniũ rerum inopia laborarent, tamen conſtituerant animis extrema etiam experiri, priuſquam ſe crudeliſſimi hoſtis fidei arbitrióq; permitterent. Quamobrem farre primùm, nucibus deinde per Vulturnum à Romanis acce- 58
ptis,

ptis, rem eouſque extraxere, ut confectus tædio Annibal, pactione, quod antea recuſauerat, oppidum reciperet. Cæterùm hoc bellum, in quo mira felicitate omnia propè læta ſecundáque euenerant Pœnis, nulla tot uictoriis intercedente clade memoriæ digna, cœpit per id tempus uarios euentus uariámque rerum conditionem ſortiri. Nam ſocietas inita cum Philippo Macedonum rege, & ſupplementum à Carthagine miſſum, & Petilia, Conſentia, aliæque in Brutiis expugnatæ urbes ſpes Carthaginienſium confirmabãt. Ex altera parte Romani, maximis præliis in Hiſpania Sardiniáq; hoſtibus fuſis, animos uehementer erexerant ad ſpem bene gerendæ rei. Præſtantiſſimos eo tempore quæſiuerant duces, Fabium Maximum, Sempronium Gracchum, & M. Marcellum uirum omni bellica laude dignum: qui ita impigrè rem Romanã adminiſtrabant, ut ſentiret Pœnus ſibi cum acerrimo ſimul prudentiſſimóq;
59 hoſte bellum eſſe gerendum. Primùm enim apud Cumas à Sempronio Graccho magna ſuorum cæde repulſus, coactus eſt obſidionem relinquere: paulóque pòſt apud Nolam iuſta acie cum Marcello magnam plagam accepit. Nam ex Romanis citra mille, ex Pœnis ſex millia partim prælio cæſa, partim in fuga capta dicũtur. Hæc autem pugna quanti momenti fuerit, facilè ex eo intelligi licet, quòd exemplo Annibal Nolæ oppugnatione omiſſa, Apuliam petens, militem in hyberna deduxit. His factum eſt ut ueluti ex graui morbo reſpirãtes Romani, ſummis uiribus aduerſus hoſtem contenderent, iámque non ſolùm tueri ſua, ſed etiam aliena aggredi auderent. Maximè uerò conuerſi erant ad Capuam oppugnandam, refricãte animos frequenti Campanorum iniuria, quòd extemplo poſt Cannenſem pugnam, alieniſſimo reipublicæ tempore defecerant ad uictorem Pœnum, multorum beneficiorum obliti, quę
60 olim Romani in eam ciuitatem contulerant. Campani contrà ſui delicti conſcij, nouóque apparatu Romanorum perterriti, ad Annibalem in Apuliam mittũt oratum, ut maximè neceſſario tempore ſociæ urbi ſubueniat. Is nulla interpoſita mora, ex Apulia profectus, magnis itineribus in Campaniam uenit, caſtríſque ad Tifata ſuper Capuam poſitis, magis diſtulit in aliud tempus, quàm prohibuit imminentẽ peſtem Campanis. Sed cùm crebris excurſionibus per agrum Neapolitanũ uagaretur, oblata eſt illi denuo ſpes Nolæ per proditionem occupandæ. Erat enim in ea urbe, ſicut in pleriſque Italiæ ciuitatibus, plebs à ſenatu diuiſa. Multitudo auida nouarum rerum Annibali, optimates meliores conſilio, populo Romano fauebãt. Pœno igitur ad occupandam Nolam proficiſcenti, ut aliàs ſæpe, ſic etiam tunc, cum inſtructis copiis
61 Marcellus occurrit, primóque congreſſu prælium committere non dubitauit. In quo ſuperior Romanus tanta alacritate hoſtem reiecit, ut ſatis appareret eo die calamitoſam fuiſſe Carthaginienſibus futuram pugnam, ſi equites diuerſo itinere profecti, ut à Marcello inſtitutum erat, in tẽpore adfuiſſent. Annibal non ſine magno detrimento copiis in caſtra reductis, paulò pòſt ex eo loco proficiſcitur, atque in agrum Salentinum exercitum ducit. Nam quidam iuuenes Tarentini in aduerſis præliis Romanorum iampridem capti, liberalitérque dimiſſi, cùm in referenda gratia memores eſſe uellent, ſpem Tarenti recipiendi Annibali fecerant, ſi propius urbem exercitum admouiſſet. Quorum pollicationibus compulſus Pœnus, omnibus modis huic rei ſtudendum cenſuit, ut quod multò antè animo concupiuerat, aliquo maritimo oppido potiretur. Erat autem ex maritimis urbibus nulla alia Tarento commodior ad auxilia ex Græcia accerſenda, & multa in exercitum tranſportãda, quæ indies ad ne-
62 ceſſarium uſum expetebantur. Verùm etſi aduerſante Romanorum præſidio res in longum protracta ſit, tamen non prius ab incepto deſtitit Annibal, quàm Nico & Philomenus authores defectionis prodiderunt urbem. Arx ſolùm à Romanis retẽta, quæ tribus ferè partibus mari abluitur: reliqua quarta eſt, quæ aditum habet à terra, quàm murus & foſſa muniebat. Ab hac parte Annibal fruſtra expugnationẽ expertus, cùm ſtrenuè defenderetur, fauces Tarentini portus impedire inſtituit, ratus hanc

unam ſupereſſe uiam, qua Romani commeatu excluſi ad deditionem compellãtur. Sed difficile opus apparebat futurum, cùm clauſtra portus poſſiderent hoſtes, & naues quibus exitus obſidendi erant, exiguo ſpatio incluſæ tenerẽtur. Has ex portu cui arx ſupererat, ſubducere oportebat, & in proximum mare deferre. Nemo ex Tarentinis reperiebatur, qui rationem huius rei explicãdæ in medium afferret. Annibal tantùm, cùm optarent reliqui, unus uidit naues machinis ex portu ſubduci, plauſtríſq; impoſitas per mediam urbem ad mare deferri poſſe. Itaque adhibita ſolertia hominum, paucis pòſt diebus ſubductæ naues, in altum delatæ contra fauces portus ſtetere. Annibal recuperata poſt centeſimum propè annum quàm in Romanorum poteſtatem uenerat, Tarentina urbe, & arce terra maríque obſeſſa, in Samniũ rediit. Nam conſules Romani frumẽtatoribus Campanis oppreſſis direptíſque, ad Capuam duxerant legiones, ac omnia ſtudia belli in expugnationem eius urbis intenderant. Quamobrem Pœnus cogitationem Campanæ rei ſtudio ingenti ſuſcipiens, cum omnibus copiis aduerſus hoſtem contendit, breuíque interiecto ſpatio, non detractãtibus pugnam Romanis, utrique in certamen progrediuntur, præliúmque inſigne apparebat futurum, niſi eodem tempore Sempronianus exercitus, qui Sempronio Graccho in Lucanis amiſſo à Cn. Cornelio in Campaniam ducebatur, certantes diremiſſet. His enim copiis procul uiſis, priuſquam diſcerneretur quis eſſet, territi Romani pariter Pœníque, copias in caſtra reducunt. Poſt hæc conſules ut Capua auerterent Pœnum, cùm diuerſas regiones alter Lucaniam, alter Cumas petiiſſent, Annibal in Lucanos profectus, occaſionem cepit cum M. Centenio confligẽdi, qui temeritate atque audacia inſignis, exercitum ſibi à ſenatu parum prudenter creditum callidiſſimo hoſti obiecit. Commiſſo prelio Centenius audaciſſimè pugnans occiditur, ex reliquis pauci euadunt. Acceſſit tũc ad hoc incommodum, ut Annibal paulò pòſt in Apuliam proficiſcens, alium exercitum Romanorum, cui præerat Fuluius prætor, inſidiis circunuentum profligaret, delerétque. Nam ex uiginti millibus hominum, cùm ad libidinem crudeliſſimi ducis trucidarentur, uix duo millia ſuperfuere. Conſules inter hæc ex diſceſſu Annibalis occaſionem nacti, cum omnibus copiis ad Capuam redeuntes, undique cinxerunt urbem. Quod ubi Annibal cognouit, cum expedito exercitu in Campaniam profectus, primo aduentu caſtra Romanorum inuadit, monitis antè Campanis, ut eodem tempore eruptionẽ faciant. Imperatores Romani ad primùm tumultum hoſtium, partitis inter ſe copiis obuiam progrediũtur. Campanis nullo negotio in urbem compulſis, durior aduerſus Pœnũ dimicatio fuit, qui cùm aliàs ſæpe, tum eo die acerrimum imperatorem ſe præſtitit in prælio conſerendo. Tentauit etiam ſi qua fallacia capere hoſtem poſſet. Nam cùm ſui caſtra Romanorum irrumpere conarentur, miſit quendam latinæ peritum linguæ, qui iuſſu conſulum alta uoce denuntiaret Romanis, ut caſtris iam propè amiſſis, in proximos montes confugerent. Vox inopinata facilè audientes mouiſſet, niſi Romani Punicis dolis aſſueti cognouiſſent fraudem. Itaque celeriter ſe inuicem cõfirmantes, hoſtem pedem referre, ſéque in caſtra recipere coegerunt. Annibal tentatis omnibus modis, cùm uideret nullam ſibi facultatem relinqui, qua duces Romanos à Capua remoueret, pro ſociorum periculo anxius, confugit ad iam multò antè agitatum, & ueluti ad extremum reſeruatum cõſilium. Cunctis enim neceſſariis comparatis, caſtra mouet, & quanto maximè ſilentio poteſt, trãſmiſſo Vulturno amne, per agrum Sidicinum, Alifanum, Caſſinatem, infeſtis ſignis Romam petit, ratus aut hac uia aut nulla alia, ſolui tam pertinacem obſidionem poſſe. Quod ubi Romam certis authoribus nuntiatum eſt, tantus repentè terror inuaſit, ut rarò ſit unquam intra mœnia uehemẽtius trepidatum. Cernebant enim acerrimum hoſtem, quem toties in magnis reipublicæ malis experti erant, infeſta iam patrię ſigna inferre, & quem abſentem ſuſtinere non poterant, præſentem ſenatui populóque Romano ſeruitutem minari. Igitur in tam

trepida

trepida re placuit, ut Fuluius Flaccus alter ex ducibus Romanis à Capua accerſitus, & conſules noui Sulpitius Galba, & Cornelius Centimalus extra urbem haberẽt caſtra, & C. Calphurnius prætor ualido præſidio Capitolium tueretur, & hi ciues qui ſummos magiſtratus geſſiſſent, repentinos tumultus authoritate imperióq; ſedarẽt. Annibal continuato itinere, non prius conſtitit, quàm ad Anienem, tria millia paſſuum ab urbe poſuit caſtra, paulóque pòſt cum duobus millibus equitum ex eo loco profectus, ita urbi appropinquauit, ut à porta Collina uſque ad templũ Herculis obequitans, ſitum mœniáque tam amplæ ciuitatis non ſolùm ſpectaret, ſed etiã otioſè
68 contemplaretur. Quem conſpicatus Fuluius Flaccus, ferre indignitatem non potuit. Itaque celeriter Romanos equites aduerſus hoſtem immiſit, qui ut imperatum erat, magno impetu prælium ineuntes, facilè ex eo loco ſummouerunt Pœnum. Sequenti die Annibal exercitum ex caſtris educit, aciem inſtruit, nullam dimicandi mõrã facturus, ſi allicere hoſtem ad certamen poſſit. Idem Romani faciendum, & prælium committendũ putant. Quare progrediuntur in campum armatæ utrinq; copiæ, tanta alacritate animorum, ut nullum periculum recuſaturę uiderentur pro eius diei uictoria conſequenda. Etenim Carthaginiẽſes de imperio orbis terræ, quod in eo ueluti ſupremo certamine collocatum putabant: Romani de patria, de libertate, de bonis omnibus, utrum ſua uel in hoſtium poteſtate futura eſſent, paulò pòſt dimicaturi
69 erant. Sed accidit res memoratu digna. Nam dum parati in armis ſignum dimicãdi *Prodigium.* expectant, repentè ſuperuenit imber frequentibus procellis effuſus, cuius tanta uis & aſperitas fuit, ut cogeretur quiſque militem in caſtra reducere. Proximo quoque die, in quem pugna dilata uidebatur, rurſus in aciem utriſque exeuntibus, ſimilis tempeſtas exoritur, quæ nõ minus quàm ſuperior Romanos pariter ac Pœnos afflixit, compulítque, ut inſtantis dimicationis oblíti, de ſalute tantùm & fuga cogitarent. Hæc animaduertens Annibal, conuerſus ad ſuos exclamaſſe dicitur, modò ſibi mentẽ potiundæ urbis Romæ, modò facultatem non dari. Id quoq; turbauit Pœnum, quòd ſe tantis equitum peditúmq; copiis ex propinquo Romam urgente, ſupplementum in Hiſpaniam miſſum, & agrum in quo ipſe conſtiterat, longè maiore pretio quàm par erat, emptũ fuiſſe cognouit. Quare indignatione accenſus, argentarias officinas ciuiũ
70 Romanorum per præconẽ uenire iuſſit. Verùm poſt hæc, ſiue animo reputans quãtæ molis eſſet expugnare Romanam urbem, ſiue inopiam frumenti metuens (decem enim dierum ſecum cibaria tulerat) caſtra mouere conſtituit. Itaque ex eo loco decedens, ad lucum Feroniæ ſe recipit, ac templum quod ibi opulentiſſimũ fuiſſe tradũt, diripit, paulóque pòſt in Brutios Lucanóſque contendit. Quod ubi Capuani cognouere, deſperantes de ſumma rerum, dederunt urbem Romanis. Sic igitur Capua recepta & in Romanorum poteſtatem redacta, magnum momẽtum apud omnis Italiæ populos, magnúmque nouarum rerum deſiderium fecit. Mouit etiam animos gentium ipſe Annibal hoſtis, qui multa oppida quæ tueri non poterat, malo conſi-
71 lio diripi uaſtaríque iuſſit. Nam ut antea ſæpe uictor, pleriſque captiuis ſine pretio dimiſſis, multorum uolũtates liberali officio deuinxerat, ſic etiam per id tempus inhumana quædã illius crudelitas cauſa fuit, ut multæ urbes Punici imperij pertæſæ in Romanorũ fidem redirent. Quarũ in numero Salapiã fuiſſe tradũt, quæ authore Blacio principe factionis Romanę, prodita cõſuli Marcello eſt, & lectiſſimorũ equitum ala quæ urbi præſidio erat, propè ad internecionẽ deleta. Hæc eſt urbs in qua ſcriptores nõnulli Pœnum amore cuiuſdã puellæ captũ fuiſſe tradunt, & immodicam cupiditatem uiri calumniis proſequuntur. Alij ſunt qui huius ducis modeſtiã efferentes, nec primùm cùm bellum in Italia geſſit, nec poſtea cùm in Aphricã rediit, aut cubãtem cœnaſſe, aut pluſquam ſextario uini indulſiſſe dicunt. Quidã etiã reperiũtur, qui Annibali crudelitatem, perfidiam, aliáque eiuſdem generis uitia tribuentes, nullam
72 de pudicitia aut impudicitia hominis mentionẽ faciunt. Vxorẽ tantùm ei fuiſſe ſcri-

bunt Hiſpani generis ex Caſtulone nõ ignobili oppido, cui ob egregiam eorum hominum fidem, Carthaginienſes indulgebant præcipuè & confidebant maximé. Verùm, ut ſuprà oſtendimus, Annibal amiſſa Salapia paulò pòſt occaſionem habuit longè maiorem quàm acceperat, reddendi Romanis cladem. Nam per id tempus Fuluius proconſul apud Herdoneam ſedebat, ſperans ſe urbe ſine ullo certamine potiturum. Sed quia nullus in propinquo eſſet hoſtiũ metus (conceſſerat enim in agrum Brutium Annibal) negligenter obibat munera uigiliarum, atque in omni adminiſtratione belli indignam Romano duci ſegnitiem præſtabat. Hanc negligentiã cùm per occultos exploratores cognouiſſet Pœnus, non putauit occaſionem negotij bene gerendi, ſibi omittendam eſſe. Itaque in Apuliam cum expeditis copiis profectus, 73
tanta celeritate ad Herdoneam uenit, ut parum abfuerit, quin Fuluium nil tale opinantem in ipſis caſtris opprimeret. Romani tamen ingenti animorum fiducia primùm impetum excipientes, pugnam diutius quàm par erat extraxere. Demum ſicut biennio præterito circa ea loca duce alio Fuluio, ſic etiam auſpicio huius Fuluij proconſulis uictæ ſuperatæque Romanæ legiones profligantur, & dux ipſe cum magna parte copiarum occiditur. Erat per id tempus in Samnio Marcellus conſul, quò cùm eſſet nuntiata clades imprudentia ducis accepta, quanquam ſerum auxilium perditis rebus allaturus uidebatur, tamen cupiẽs quod proximum auxilio erat, detrimentum ſarcire, in agrum Lucanum (eò enim poſt uictoriam ſe receperat Annibal) exercitum ducit, caſtríſque in conſpectu hoſtium poſitis, paulò pòſt in aciem deſcendit: nec Pœni dimicationem ſibi fugiendam putant. Prælium extemplo committitur tanta obſtinatione animorum, ut ęquis propè uiribus uſque ad occaſum ſolis certatum ſit. Nox dubię pugnę finem fecit. Poſtero die Romani iterum in aciem exeuntes, timoris confeſſionem expreſſerunt hoſti. Annibal enim ſuos intra uallum tenuit, & ſequenti nocte ſilenti profectus agmine, in Apuliam uenit. Marcellus quoque per ueſtigia ſequutus Pœnum, occaſionẽ quęrebat, ut aliqua memorabili pugna de ſumma belli decerneret. Iam enim ſibi perſuaſerat, maximè ex Romanis ducibus ſe conſilio, ſolertia, diſciplina, ac omni munere militiæ conferendum Annibali eſſe. Sed tempus iam inſtantis hyemis impedimento fuit, ne iuſta acie cum hoſte contenderet. Nam leuibus quibuſdam commiſſis prœliis, cùm non fatigandi milites fruſtra 74
uiderentur, in hyberna conceſſit. Principio ueris partim literis Fabij, qui alter ex nouis cõſulibus eius anni erat, partim natura ſua excitatus, celerius opinione omnium 75
ex hybernis ęgreditur, & aduerſus ſedentem eo tempore ad Canuſium Pœnum, exercitum ducit. Factum eſt autem propinquitate caſtrorum & certandi ſtudio, ut paucis diebus ter collatis ſignis acie dimicarent. Primo die cùm pari propè ſpe uſque ad noctem perduceretur pugna, & ad neutram partem uictoria inclinaret, utrique ueluti ex compoſito ſe in caſtra recipiunt. Secundo die ſuperior Pœnus, duobus propè millibus & ſeptingẽtis ex hoſtibus cæſis, reliquas copias in fugam uertit. Tertio die Romani diluendæ ignominiæ cupidi, quam ex proximo detrimento acceperant, primi pugnam expoſcunt, & à Marcello in aciem deducuntur. Cuius ferociam admiratus Annibal, dixiſſe traditur, Rem cum eo hoſte ſibi eſſe gerẽdam, qui nec uictor, nec uictus quieſcere poſſet. Præliũ deinde atrocius quàm ullum ex ſuperioribus fuit, nitentibus Romanis recens incõmodum reſarcire, Pœnis uerò indignantibus, quòd nuper uicti, uictores ultro ad pugnam prouocarent. Tandem Romani à Marcello increpiti monitíq; ut darent operã, ut nõ antè cladis quàm uictoriæ nuntius Romam ueniret, gradũ acrius intulere, nec prius dimicationi finem fecere, quàm triplicata propè illata clade, hoſtem in fugam coniicerent. Sub idem tempus ſimili propè ratione qua amiſſum fuerat, Fabius Maximus Tarentum recepit. Quod ubi Pœno nuntiatum eſt, dixiſſe eum tradunt, Et Romani ſuum Annibalem habent. Sequenti anno Marcellus & Criſpinus creati conſules, omnibus uiribus incumbentes ad bellum, duos conſulares

77 ſulares exercitus aduerſus hoſtem ducunt. Quos Annibal æquo campo ſuſtinere poſſe diffidens, cùm aliàs ſæpe, tum eo tempore omne ingenium adhibendum putauit, ut hoſtem quem aperto Marte ſuperare non poterat, dolis caperet. Hæc cogitanti lõgè maior quàm auſus eſſet optare, occaſio gerẽdæ rei obiicitur. Sylueſtris erat tumulus medius penè inter Punica & Romana caſtra, ſub quo turmæ quædam Numidarũ latebant, iuſſu Annibalis opportunis locis cõſtitutæ, ut aliquos ex hoſtibus uagos palantéſque exciperent. Ex altera parte conſules communi omnium uoce & ſententia moti, uiſendum hunc tumulum, deinde ſi opus foret, occupãdum cenſent, ne eo neglecto potiantur hoſtes, & ſuis deinde ceruicibus immineant. Sed priuſquam exercitum moueant, ut ſpeculentur naturam loci ambo ex caſtris exeunt, & eò cum paucis equitibus proficiſcentes, incautius quàm tantos uiros decebat, in præparatas inſi-
78 dias incidunt. Momento temporis circũuenti, cùm neque perrumpere à fronte poſſent, & à tergo cæderentur, neceſſitate magis quàm conſilio prælium ineunt, in quo Marcellus egregiè pugnãs occiditur, & Criſpinus uulneratus uix tantùm ſpatij adeptus eſt, ut ſe ex manibus hoſtium eriperet. Annibal poſtquàm M. Marcellũ, qui maximè ex Romanis ducibus repreſſerat curſum uictoriarum ſuarum, interfectum audiuit, ſubitò in collem ubi pugnatum fuerat, tranſtulit caſtra: ibi inuentum Marcelli corpus honorificentiſſimè ſepeliri iuſſit. Ex quo percipi licet, quantùm ualeat apud omnis generis homines animi magnitudo excellentiáque uirtutis, cùm interitum præſtantiſſimi ducis ne crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ paſſus ſit carere. Romani interim altero conſule amiſſo, altero ſaucio, extemplo ſe in proximos
79 montes receperant, & in loco tuto poſuerant caſtra. Ipſe autem Criſpinus ad uicinas ciuitates mõtium miſerat, quia collega interiiſſet, & annulo eius potitus eſſet hoſtis, à literis nomine Marcelli compoſitis ut cauerẽt. Salapiam iam Criſpini nuntius uenerat, cùm literæ ab Annibale afferuntur, ſignificantes Marcelli nomine ſe eò proxima nocte uenturum. Salapitani cognita fallacia uiri, nũtióque remiſſo, intentiſſima cura hoſtium aduentum expectant. Quarta uigilia Annibal ad urbem uenit. In primo agmine locati ex induſtria erant perfugæ Romanorum, ut latinè loquẽtes fidem facerent Marcellum adeſſe. Horum cùm ad ſexcentos oppidani introduxiſſent, clauſa porta reliquas copias telis repellũt, introductos ad internecionem cædunt. Ita Annibal irriti incepti pertæſus, caſtra mouet, & in Brutios proficiſcitur, ut Locrenſibus terra maríque à Romanis obſeſſis auxilium ferat. Poſt hæc ingenti cura patrum plebíſque noui cõſules facti duo peritiſſimi belli duces, Marcus Liuius & Claudius Ne-
80 ro, qui partitis inter ſe copiis in prouincias proficiſcũtur. Claudius in Salentinos, Liuius in Galliam contendit aduerſus Aſdrubalem Barchinum, qui ſuperatis Alpibus, ingentibus peditum equitúmque copiis iungere ſe fratri properabat. Accidit autem per id tempus, ut Annibal magnis afficeretur incõmodis à Claudio conſule, qui primùm in Lucanis, adhibitis etiam Punica arte inſidiis, hoſtem fudit. Deinde in Apulia prope Venuſiam Pœno congreſſus, tumultuariam pugnam tanto impetu conſeruit, ut magnum numerum hoſtium interficeret. Quo detrimẽto affectus Annibal, extemplo ad reparandum exercitum Metapontum ſe contulit: ibi paucos moratus dies, copias ab Hannone accipit & ſuis adiungit, ac rurſus Venuſiam repetit. Claudius non longè à Venuſia habebat caſtra, & interceptis hoſtium literis cùm Aſdrubalem appropinquare cognouiſſet, dies noctéſque agitabat animo, quibus modis
81 efficere poſſet, ne tantorum ducum copiæ ſimul iungerentur. Itaque omni ratione ſubducta, conſilium cepit periculoſum, ut apparebat, futurum, ſed forſitan eo tempore neceſſariũ. Nam ſub legati cuſtodia caſtris relictis, ipſe cum parte exercitus magnis itineribus in Picenum profectus, ſexto die Senam peruenit. Ibi conſules ambo iunctis copiis propter Metaurum flumen Aſdrubalem adorti, ſecundiſſimo prælio conflixerunt. Ad quinquagintaſex hoſtium millia eo die cæſa dicuntur, paremque

propè aiunt acceptæ ad Cannas, redditam hosti cladem. At Claudius Nero post hãc memorabilem uictoriam non minus celeriter quàm profectus erat, Venusiam repetens, caput Asdrubalis prope stationes hostium poni, captiuósque dimitti iussit, qui tantæ calamitatis nuntium ad Pœnum deferrent. Nam eum ignorare compertum est, quæ parata primùm occultis consiliis, quæ deinde acta proximis diebus fuerant. In quo mirari libet, callidissimi ducis solertiam sic deceptam fuisse à Claudio in tam modico castrorum interuallo, ut prius cæsum cum omnibus copiis fratrem, quàm profectum reuersúmque in castra consulem Romanum sciret. Verùm Annibal hoc 82
tam ingenti non solùm publico, sed etiam priuato perculsus uulnere, uicissitudinem Carthaginiensium rerum se agnoscere inquit: paulóque pòst ex iis locis profectus, in agrum Brutium se recepit. Non enim latebat peritissimum ducem, quantùm accessionis Romanæ rei ea plaga ad Metaurum accepta, quantúmque momenti ad summam uniuersi belli factura esset. Ipse tamen omnibus uiribus, quæ sibi in Italia post tot conserta prælia, tot expugnatas urbes relinquebãtur, simul collectis, inuicto animo per id tempus bellum sustinuit. Et quod mirum cuique uideri debet, exercitum ex Hispanis, Aphris, Gallis atque ex aliis gentibus mistum, sic concordem siue authoritate siue prudentia tenuit, ut ne minima quidem seditio dissensióue militaris 83
sit in castris audita. Nec iam Romani Sicilia, Sardinia, Hispaniísque receptis, hunc hostem aut in Italia delere, aut ex Italia deducere prius potuerunt, quàm in Aphricam mitterent P. Cornelium Scipionem, qui ex propinquo inferens Pœnis arma, in tantum discrimen rem Carthaginiensem impulit, ut extemplo necessitate coacti Annibalem ex Italia reuocarent. Erat per id tempus, sicut antè dictum est, in agro Brutio Pœnus, ac excursionibus magis quàm iustis prœliis gerebat bellum, nisi quòd aliquando cum Sempronio consule tumultuariam pugnam conseruit, nec multo interiecto spatio cum eodem iusta acie dimicauit. Primo certamine Pœnus, secundo Romanus superior fuit. Nec iam ultrà in Italia quicquam memoria dignum apud Græcos Latinósque authores ab Annibale gestum comperio. Iussu enim Carthaginiẽsium in Aphricam accersitus, post sextum & decimum huius Punici belli annum Italiam reliquit, multùm prius de senatu Carthaginiensi, multùm etiam de seipso 84
questus. De senatu quidem, quòd se tam diuturno tempore in hostili commorantem terra, parum supplemento, pecunia, & cæteris rebus quæ ad usum belli expetebãtur, adiuuisset. De se uerò, quòd toties Romanis legionibus fusis cæsísque, moram semper post uictoriam trahens, spatium dedisset hosti ad respirandum. Memoriæ quoque proditum est, eum priusquam classem cõscenderet, prope Iunonis Laciniæ templum arcum condidisse Punicis Græcísque literis insculptum, in quo res à se magnificè gestæ summatim continebantur. Decedens autem ex Italia Annibal, satis prospera nauigatione usus, paucis diebus Leptim tenuit, ac omnibus copiis in terram expositis, Asdrumentum primò, atque inde Zamam profectus, cum cognouisset quo in statu res Carthaginiensium essent, commodissimum esse statuit de finiendo bello 85
consilium inire. Itaque placuit ei ut ad Scipionem mitteret, qui ab eo postularent, ut aliquem locum medium utriusque colloquio deligeret, uelle sese de summis rebus cum eo agere. Nec satis constat, utrum iussu senatus, an priuato consilio id factum à Pœno sit. Colloquij renuendi Scipioni causa nõ est uisa. Quamobrem constituto die conuenere *in* patẽti campo cum singulis interpretibus duo celeberrimi duces, & potentissimarũ gentiũ imperatores, diuersis sententiis de pace & bello sermonem habituri. Nam Annibal maximè ad pacẽ inclinauerat animum, quòd cernebat rem Carthaginiensiũ deteriorẽ in dies fieri, Siciliã, Sardiniã, Hispanias iam esse amissas, bellum ex Italia in Aphricam translatum, Syphacẽ potentissimũ regem à Romanis captum, omnẽ spem salutis in his copiis esse repositã, quas ipse uelut diuturni belli reliquias ex Italia traiecisset, quibus si quid durius contingeret, uix tantùm Carthaginiensibus

niensibus uel externi uel ciuilis roboris superesse, ut ad tuenda Carthaginis mœnia sufficere posset. Igitur longa oratione usus, uehementissimè contendit Scipionem in
86 eam sententiã trahere, ut pacem quàm bellum mallet. Sed Scipio cùm in magna spe esset conficiendi belli, à pacis consiliis abhorrere uidebatur. Itaque post longum sermonem ultro citróque habitum, re infecta ex colloquio discesserunt. Nec multo interiecto spatio, prælium illud memorabile apud Zamam conseruerunt, quod secundissimum Romanis accidit. Primo concursu, elephanti Carthaginiẽsium in suos cõuersi, equitatum Annibalis perturbarunt, & Lælius ac Masinissa ex utroque cornu patuorem augentes, nullum equitibus spatium dederunt ut se ex fuga reciperent. Pugnatum est tamen à pedestri acie diu atque acriter, cùm Pœni superioribus uictoriis freti, in suis dextris totius Aphricæ salutem collocatam putarent, Romani autem animo pares, spe etiam superiores essent. Sed Romanis non mediocre momẽtum ad uictoriam fuit, quòd Lælius ac Masinissa profligatis equitibus, opportunè in prælium
87 redeuntes maximũ terrorem iniecerunt hosti. Eorum enim aduentu celeriter factum est, ut Pœni remittentes ardorem pugnæ, nullum saluti suæ, præterquam in fuga remedium quærerent. Supra uiginti millia hostium eo die à Romanis cæsa totidẽ propè capta dicuntur. Ipse Annibal dux ad ultimum euentum pugnæ moratus, è media cæde cum paucis effugit. Accersitus deinde Carthaginem ut labenti reip. subueniret, ostendit senatui nullam spem in armis ulterius esse ponendam, suasítque, ut postpositis cæteris rebus, mitteret ad imperatorem Romanum, qui quacunque ratione possent, de pace agerent. Missi decem legati, cùm pacis conditiones Carthaginem retulissent, ferunt Gisgonem quendam paci aduersantem, sententiam dixisse de renouãdo aduersus Romanos bello: quæ cùm à multis audiretur, indignatus Annibal eo tẽpore ab imperitis uiris talia iactari, dicentem adhuc hominem ex superiore loco de-
88 turbauit. Et cùm hoc audax negotium ac libera ciuitate indignum uisum multitudini esset, suggestum ascendẽs, Neminem inquit indignari oportere, si is qui à prima pueritia à Carthagine profectus, in bello & armis ætatem egisset, urbanas consuetudines ignoraret. Post hæc de conditionibus pacis ita prudenter disseruit, ut extemplo Carthaginienses tanti uiri authoritate commoti, accipiẽdas eas leges quas uictor & necessitas daret, censerent. Fuerunt autem conditiones admodum durę, quales uictores uictis in extremis rebus imponere consueuere. Sed præter cætera Carthaginienses annuum stipendium populo Romano usque ad certum tempus soluere tenebantur. Cùm uenisset dies in quo prima pensio conferenda Romanis erat, & ingemiscerent omnes ad uocem tributi, ferunt Annibalem commotum inutili lamentatione Pœnorum, risum effudisse, & increpitũ ab Hasdrubale Heduo, quòd in communi totius ciuitatis mœstitia tam effusè lætaretur, respondisse, non lætantis hominis illum esse risum, sed eorum inanes lachrymas deridẽtis, quæ eo tempore in leuiore malo, quod cuiusque priuati ciuis pecuniam tangeret, potius manarẽt, quàm antea cùm Romani classes, arma, & ampliſſimarum uictoriarum spolia Carthaginiensibus detrahe-
89 bant, uictíque imponebant leges. Non me præterit authores esse, qui dicant Annibalem ueritum ne petenti Scipioni dederetur, statim re malè gesta in Asiam profugisse. Sed utrum subitò hoc factum fuerit, an aliquãtò post prælium illud ad Zamam commissum, parum referre arbitramur, cùm satis constet, eum desperatis rebus in Asiam profectum, exilióque mulctatum ad Antiochum peruenisse. Fama quoque haud dubia est tam hospitaliter támque honorificè acceptũ esse à rege, ut statim publicis pariter ac priuatis consiliis adhiberetur. Erat enim Annibalis nomen magna apud omnes gloria: communis insuper accedebat ira, communéque in Romanos odium, uehemens stimulus ad excitandum bellum. Quare opportunè accessisse uidebatur, non solùm ad inflammandum animum regis, sed etiam ad aperiendam uiam gerendi aduersus Romanos belli, quã unicam tãtùm esse dicebat, si arma in Italiam

Pugna ad Zamam.

transferrentur,& Italici generis compararentur milites, quibus ſolis uictrix aliarum gentium prouincia ſuperari poſſet.Centum nauium claſſem,decem & ſex millia peditum,mille equites petebat à rege.His copiis ſe Italiam intraturum pollicebatur,ac turbaturum Italicas gẽtes, quas ſciret ob recentem memoriam Punici geſti belli uehementer horrere Annibalis nomen. Spem inſuper afferebat de Punico renouando bello,ſi per regem ſibi liceret Carthaginem mittere, qui factionem Barchinam concitarent,atque eorum animos permouerent, quibus imperium populi Romani erat inuiſum. Aſſentiente rege,Ariſtonem quendam Tyrium delegit, hominem callidũ & idoneum ad hoc negotium conficiendũ. Huic magnis præmiis pollicitationibúſque perſuaſit,ut Carthaginem peteret,amicos conueniret,& mandata quædam uerbis ſuis ad eos deferret. Ita Annibal patria exul per totum orbem terrarum aduerſus Romanos concitabat bellum. Nec iam inanes eæ cogitationes uidebantur futuræ,ſi 91
Antiochus ut ab initio cœpit, ſic etiam poſtea ei magis quàm adulatoribus & purpuratis ſuis fidem præſtitiſſet.Sed inuidia,quam plerunque regiæ domus alunt,multos Annibali aduerſarios peperit:qui cùm uererentur,ne callidus imperator his conſiliis aucupando gratiam regis, in maximum authoritatis & potẽtiæ gradum aſcenderet,eum ſuſpectum reddere nitebantur. Accidit etiam per id tempus,ut P. Villius legatus Epheſum ueniens, frequentem cum Pœno ſermonem haberet: ex quo facilè data eſt obtrectatoribus criminandi facultas,& tanta ſuſpicio de fide Annibalis Antiocho orta,ut omnino à conſilio regio excluderetur.Sunt qui dicunt,eodem tempo- 92
re P. Aphricanum unum ex legatis ad Antiochum miſſum cum Pœno eſſe loquutũ, & inter alia multa,ab Annibale petiiſſe,ut ex animi ſententia diceret,quem maximũ imperatorum fuiſſe cenſeret:Annibalem autem reſpondiſſe, primo loco Alexandrũ Macedonum regem,ſecũdo Pyrrhum Epirotam,tertio ſeipſum collocandum uideri:ad hoc leniter arridẽtem Aphricanum dixiſſe, Quid cenſeres Annibal ſi me uiciſſes?Me proculdubio,inquit,cunctis aliis imperatoribus anteferrem.Hoc reſponſum placuiſſe Scipioni ferunt, quòd ſe nec poſthabitum, nec adhibitum in comparationem,ſed ueluti incomparabilem occulta quadam aſſentatione à Punico ingenio relictum uideret. Poſt hæc Annibal occaſionem nactus Antiochum alloquendi, iam inde à prima pueritia repetens,ſic ſeipſum purgauit,ſic de odio ſuo in Romanos diſ-
ſeruit,ut in priſtinam gratiam regis,quam propè amiſerat,amicitiámq; rediret.Ita- 93
que rex conſtituerat animo hunc ducem cum regia claſſe in Italiam mittere, ut præſtantiſſimi uiri & perpetui hoſtis populi Romani,ſicuti iam ſibi perſuaſerat, animũ ingeniúmque experiretur.Sed unus Thoas princeps Aetolorum huic ſentẽtiæ aduerſatus,ſeu inuidia,ſeu quòd reuera ita agẽdum cenſeret, mutauit animũ regis, & hanc deliberationem quæ magnum momentum ad bellum habitura uidebatur, omnino euertit.Hortatus eſt enim Antiochum, ut in Græciam traiiciens, ipſemet rem ſuam ageret,nec pateretur huius belli gloriam ad aliũ peruenire.Rex igitur perſuaſus paulò pòſt in Græciam proficiſcitur ad excitandum aduerſus Romanos bellum.Vbi non longo interiecto ſpatio, cùm de concilianda Theſſalorum gente communi conſilio agitaret,Annibal nominatim ſententiã rogatus, nõ tam de Theſſalis quàm de ſumma rerum ita elato animo diſſeruit,ut approbationem omnium qui ibi aderãt,aſſenſúmque moueret.Non enim de Theſſalis magnopere laborandum,ſed curandum o- 94
mnibus modis cẽſuit, ut Philippus Macedonum rex aut in belli ſocietatem ueniret, aut neutri parti adhærens dimicationem otioſus ſpectaret.Adiecit præterea conſiliũ de inferendo ex propinquo Romanis bello:ſuam quoque operam ad id conficiendũ ampliſſimis uerbis pollicitus eſt & detulit. Auditus eſt Pœnus ſumma attẽtione,ſententiáque illius laudata magis,quàm poſtea re aut effectu comprobata. Ex quo plerique mirãtur, hunc ducem qui tot annos cum populo Romano omnium penè gentium uictore certauerat, eo tempore poſthabitum eſſe à rege, quo erat eius opera & conſilium

conſiliũ maximè expetẽdum. Quis enim in toto orbe terrarũ callidior imperator reperiri poterat?quis ad gerẽdum cum Romanis bellum accommodatior? Hunc tamẽ 95
poſthabuit rex initio gerẽdarum rerum: nec multum tempus præteriit, cùm cæterorum conſilia deridens,faſsus eſt unum Annibalem præuidiſſe ea quæ in rem eſſent. Nam cùm bellũ in Græcia proſperè eueniſſet Romanis,ceſſit ex Europa Antiochus, & Epheſum ſe recepit,ibíque ſolutus curis pacem animo deſtinabat, minimè credẽs timenda eſſe in Aſia Romana arma. Nec deerat talia concupiſcenti adulatorũ aſſentatio,perpetuum malum regum,qui dum ea quæ uolunt,libenter audiunt,ſe adulari ſinunt, & falli æquo animo patiuntur. Sed Annibal cui nota erat potentia Romanorum,& dominandi cupiditas,regem monuit,ut de omnibus aliis prẽterquam de pace cogitaret,Romanos crederet nunquam quieturos,niſi cùm experti eſſent,an ſicut in Aphrica Europáque,ita etiam in tertia parte orbis terrarum extendere fines impe-
96 rij poſſint.Motus authoritate uiri Antiochus, extemplo Polyxenidam hominem ſagacem & maritimis certaminibus aſſuetum, aduentanti Romanorum claſſi ire obuiam iuſſit,& Pœnum in Syriam miſit,ut magnam uim nauium compararet. Huic deinde claſſi Annibalem ipſum & Apollonium quendam ex purpuratis ſuis præfecit:qui cùm audiſſent Polyxenidam cum Romanis congreſſum haud proſperè rem geſſiſſe, prælium ipſi cum Rhodiis, qui ſocij erant populi Romani, committendum putarũt.Annibal in ea pugna Eudamum præfectum Rhodiorum à ſiniſtro cornu inuadens,iam prętoriam nauim circunuenerat,& ſine dubio ſuperior erat,cùm ex alio cornu hoſtes fugato Apollonio aduolarunt, & uictoriam propè iam certam ex eius manibus extorſerũt.Poſt hanc naualem pugnam parum feliciter tentatam, nihil fe-
97 rè memoria dignum ab Annibale geſtũ accepimus. Nam debellato Antiocho, Romani præter alias conditiones quas impoſuerunt regi, Annibalem perpetuum ſuæ reip.hoſtem ſibi tradi poſtulabant. Hæc Annibal multò antè proſpiciés, ſubitò poſt illam memorabilem pugnam ad Magneſiam commiſſam, qua regiæ opes conciderunt,ab Antiocho diſceſſit,& longius erroribus euagatus, tãdem ad Pruſiam Bithyniæ regem cõfugit,non quòd in amicitia eius ſpem multam reponeret, ſed quia per orbem terrarum longè terra maríque dominantibus Romanis armis, locum magis neceſſarium quem poſſet,quàm tutum quem uellet,ſibi petẽdum cenſebat. Sunt qui uicto Antiocho in Cretam profectum ad Gortynios Annibalem dicunt, ibíque extemplo uulgatum eſſe, eum magnam uim auri argentíque ſecum ferre, ex quo ueritum ne Cretenſes ſibi manus iniicerent, tale remedium inueniſſe ad periculum eui-
98 tandum.Amphoras plumbo aurato refertas in templo Dianæ collocari iuſſit, ſimulans ſe earum ueluti theſauri ſui maximam curam ſolicitudinémq; habere.Ex altera parte ſtatuas æneas quas pecunia impleuerat, domi abiecit. Dum illi templũ cuſtodiunt,ne amphoræ ſe inſciis auferantur, interim Annibal uelis in altum datis in Bithyniam profugit.Eſt autem in Bithynia uicus iuxta littus maris, quẽ incolæ regionis Libyſſam appellant,de quo uulgatum carmen circunferri ſolitum aiunt:Corpus Annibalis Libyſſa tumulabit terra.Eo in loco diuerſabatur Pœnus, non inerti quidẽ otio uitam agens,ſed in nautis,equis,ac militibus exercendis ſtudium adhibens. Dicunt autem ſcriptores quidam hoc tempore Pruſiam gerẽtem bellum cum Eumene Pergami rege,qui ſocius & amicus erat populi Romani, claſſi Annibalẽ præfeciſſe, hunc uerò nouo commẽto Eumenem aggreſsum, ex nauali prælio uictoriam repor-
99 taſſe.Nam priuſquam pugnam iniret, Annibalem tradunt magnam ſerpentum copiam in uaſa fictilia cõieciſſe,deinde inito prælio,dum omnium animos oculóſque occuparet certamẽ,uaſa in hoſtium naues immiſiſſe, atque eo pacto implicatos hoſtes & re noua perterritos, in fugam uertiſſe. Eius autem ſic geſtæ rei non uetuſtiores annales,ſed Aemylius & Trogus meminerunt.Itaque fides penes authores ſit. Cæterùm horum regum cõtentionibus Romam perlatis,ſenatus Q. Flaminium,cuius ob

res in Græcia geſtas celebre nomen eſt, legatum in Aſiam miſit, ut (quantùm coniectura aſsequi poſsum) cum utroque rege de pace ageret. Is cùm ad Pruſiam uenisset, iniquo animo ferēs hominem inimiciſſimum nomini Romano ex tot domitis gentibus populiſque cæſis ſuperesse, magna contentione à rege impetrauit, ut ſibi Annibal dederetur. Iam inde ab initio Pœnus leuitatem Pruſiæ ſuſpectam habens, in di- 100
uerſorio plures cuniculos fecerat, ſeptémque exitus præparauerat ad capeſsendā fugam, ſi qua repentina neceſsitas compuliſset. Auxerat etiam non mediocriter hanc ſuſpicionem ſuam Flaminij aduentus, quem ſibi tum publicè ob commune odium urbis, tum priuatim ob memoriam Flaminij patris ad Thraſimenū lacum interempti, omnium Romanorum infeſtiſſimum eſſe credebat. Ita anxius curis, remedia (ut ſuprà diximus) ad euadendum inuenerat, parum ſibi aduerſus tantas opes profutura. Cùm milites regij frequentes ad eum capiendum miſſi undique cinxerunt domum, ad primum eorum aduentum tentauit Annibal per quàm occultiſſimum exitum fugam capeſsere. Vbi eum locum cuſtodiis teneri ſenſit, omni ſpe euadēdi abiecta, ſtatuit morte uoluntaria Romanorum manus effugere. Alij ſeruum ab eo iuſſum compreſſa gula ſpiritum intercluſiſſe tradūt. Quidam ſanguinem tauri, ſicut Clitarchus 101
Stratocléſque de Themiſtocle finxit, bibiſſe eum dicunt, atque eo potu mortuū concidiſſe. Liuius autem locupletiſſimus hiſtoriæ author, Annibalem ſcribit uenenum ad ſimiles caſus præparatum popoſciſſe, & penè mortiferam illam potionem tenentem manu dixiſſe, Soluamus ingenti cura populum Romanum, ubi mortis iam conſumpti ſenis tantum támque præſens deſideriū tenet. Romani patres Pyrrhum Epirōtarum regem infeſtis ſignis appropinquantem mœnibus Romanæ urbis à ueneno monuerunt ut caueret. Hi authores fuere, ut regiæ dignitatis iunctæque dextræ oblitus hoſpes, hoſpitem ſcelere proderet. His dictis regem Pruſiam multis execrationibus deteſtatum, ueneno ſibi conſciuiſſe mortem LXX. ætatis anno, quidam memotiæ prodiderunt. Defuncti corpus apud Libyſſam collocatum dicunt in lapideo ſe- 102
pulchro, in quo ſcriptum fuit, Annibal hîc ſitus eſt. Sed eius mortis nuntium accipiētes Romani, uariè id prout cuiuſque ingenium erat, interpretabantur. Plerique Flaminium crudelitatis arguebāt, quòd ueluti præclari cuiuſdam facinortis gloriā adepturus, author extitiſſet opprimendi exacta ætate uirum, à quo nullum ulterius periculum reip. iam propè uictrici omnium gentium timeri poterat. Quidam uerò factum excuſantes, Flaminio etiam tribuebant laudi, quòd perpetuum hoſtem populi Romani de medio ſuſtuliſſet: cui etſi uires corporis ac robuſta ætas, non tamen ingenium, conſilium, rei militaris peritia deeſſet, quibus Pruſiam ad arma concitare, Aſiámque nouis bellis commouere ac perturbare potuiſſet. Erāt enim per id tempus 103
ita amplæ Bithyniæ regni opes, ut non facilè contemnendæ uiderentur. Nam poſteris temporibus Mithridates Bithynię rex, diu naualibus terreſtribúſque copiis populum Ro. fatigauit, aduerſúſque L. Lucullum ac Cn. Pompeium præſtantiſſimos imperatores cum magnis exercitibus in acie ſtetit. Idem à rege Pruſia, duce præſertim Annibale timeri poterat. Quare nonnulli ea præcipuè cauſa Q. Flaminium opinātur ad Pruſiam miſſum eſſe legatum, ut Annibalis necem ſecretis conſiliis agitaret. Verùm credere libet hoc quæſitum eſſe à Quinto nō tam ut præſenti morte Annibalem de medio tolleret, quàm ut homo qui tot inflixerat ſuæ reip. clades, Romā uiuus perduceretur, ídque populo Ro. utile, ſibi uerò honorificū eſſe cenſeret. Tali genere mortis interiit Annibal Pœnus, uir, ut alia omittā, bellicis ſine dubio laudibus uehementer excellens: cuius ſiue animus, ſiue ingenium, ſiue egregia rei militaris diſciplina, quanti momenti fuerit in rebus, facilè ex eo intelligi licet, quòd Carthaginienſes bello tanta contentione ſuſcepto, non prius ſe uictos cōfeſſi ſunt, quàm cùm fuit Annibal apud Zamam magno illo prælio ſuperatus, ut bellicæ eorum uires ſtetiſſe ſimul cum Annibale duce, atque unà cum eo concidiſſe uiderentur.

Interitus.

Scipio

Scipio Aphricanus.

DONATO ACCIAIOLO INTERPRETE.

1 CORNELIO Scipioni, qui primus nomine uictæ à ſe gētis Aphricanus eſt dictus, patrē fuiſſe cōſtat P. Scipionem uirum patritium, *Parens.*
ex nobiliſſima Corneliorū gente, cum quo primùm Romano imperatore Annibal Pœnus ſigna in Italia contulit. Is cùm multas eſſet in Hiſpania uictorias conſequutus, réſque geſſiſſet memoratu dignas, demum quodā prælio aduerſus hoſtes inito, dum ſeſe offert ubi plurimus labor, plurimùm periculi erat, ſubitò perculſus ictu occiditur. Simili penè caſu Cn. Scipio eius frater paucis pòſt diebus fortiter pugnans interiit. Ambóque hi imperatores, præter rerum geſtarum nomen, magnum quoque fidei, temperantię, uirtutis deſiderium non modò militibus ſuis qui ſuperfuere, ſed etiā Hiſpa-
2 nis gentibus reliquerūt. At uerò Cn. Scipionis P. Cornelius Naſica filius fuit, uir conſularis, triumphalíſque, qui adoleſcens cùm eſſet, pro accipienda matre Idæa in tota ciuitate eſt uir optimus iudicatus. Publij autem filij fuere Scipiones duo, egregia ſine dubio proles: quorum alterum ob Aſiam deuictam Aſiaticum, alterum uerò domitorem Aphricæ, ob memorabilem uictoriam de Annibale & de Pœnis, ut ſuprà diximus, Aphricanum appellant. De quo hæc ſcribenda ſuſcepimus, non tam ut eius *Nomen.*
nomen à Græcis Latiníſque ſcriptoribus celebratum his literis fieret illuſtrius, quàm ut rerum geſtarum ſeries & domeſtica diſciplina eſſet noſtra opera in oculis hominū collocata, quam ueluti imaginem præclaræ uirtutis imperatores & duces cùm intuerentur, imitatione digniſſimam iudicarent. P. Cornelius Scipio iam inde à pueritia, cùm eximiæ indolis & ſummæ uirtutis ſpecimē præ ſe ferret, ſub auſpicio patris cœ-
3 pit diſciplinis militaribus erudiri. Ductus eſt enim in caſtra initio ſecūdi Punici bel- *Diſciplina.*
li ſeptimum & decimum agens annum, ac breui temporis ſpatio factum eſt, ut magnam laudem à ſummo uiro & ab exercitu conſequeretur, equitando, uigilando, omnia militari labore tolerando. Ea inſuper documenta animi atque ingenij dedit, ut gratiam ſimul adipiſceretur, & admirationem gentium commoueret. Nam equeſtri prelio, quod ad Ticinū amnem P. Cornelius cōſul cum Annibale cōmiſit, interfuiſſe Scipionem conſtat: proditúmque memoriæ à quibuſdam authoribus eſt, Cornelium patrem ſaucium ac propè ab hoſtibus circunuentum, à Scipione filio iam tum pubeſcente fuiſſe ſeruatū. Eo deinde tempore quo apud Cannas cum magna calamitate ac propè pernicie Romani imperij certatum eſt, cùm ad decem millia hominū Canuſium perfugiſſent, & omnes uno ore Appio Pulchro, qui proximè ædilis fuerat, & Cornelio admodum iuueni imperiū detuliſſent, declarauit Scipio quanta ſibi uir-
4 tus, quantáque animi magnitudo ineſſet. Nam quibuſdam iuuenibus de relinquenda Italia agitantibus, in conſultantium cœtum prorupit, ac ſtricto gladio iurare omnes coegit ſe remp. non deſerturos. Hæc aliáque eiuſdē generis, magnitudine qua- *Honores obti-*
dam animi atque ingenij ab eo iuuene edita, populum Romanum compulerunt, ut *ti.*
ei ſupra ætatem, ſupra etiam conſuetudinem, magiſtratus curámque maximarum rerum deferret. Quippe ante legitimum tempus ædilitatem petens, etſi tribuni plebis aduerſarentur, quia nondum ſatis annorum eſſet, peruicit tamen ut per tribus duceretur, atque extemplo frequentibus ſuffragiis Quiritum ædilis curulis eſt declaratus. Cùm uerò pater patruúſque duo egregij imperatores, breui interuallo in Hiſpania cecidiſſent, curandúmque à populo Romano eſſet, ut aliquis dux ſingulari uirtute in eorum locum ſuccederet, nemo reperiebatur qui ad hoc graue & periculoſum
5 bellum, poſt tantorum imperatorum interitum proficiſci auderet. Itaque habitis comitiis ut proconſul crearetur, cùm cæteri reipub. principes in tanta facultate ſilerēt,

unus Scipio quatuor & uiginti annos natus in medium prosiliẽs, ingenti fiducia professus est, se hoc munus libenti animo susceпturum. Hac fortissimi iuuenis audita uoce, nulla mora interposita est, quin incredibili studio suffragiorum imperium in Hispaniam Scipioni decernerent. Sed paulò pòst secum reputantes Quirites aduersus quos Pœnorum duces, & in quibus regionibus bellum gerendum esset, uix censebãt fieri posse, ut imbecillitas ætatis tantam grauitatem rerum sustineret. Quare momẽto temporis, quasi iam decretæ rei centurias pœniteret, magna animorum commutatio facta est. Quod ubi animaduertit Scipio, statim aduocata concione, sic de ætate sua, ac de bello quod gerendum erat, disseruit, ut ad se unum intuendum omnes audientes, & ad pristinam spem bene gerendæ rei populum Romanum conuerteret: animo quippe aliisque uirtutibus uehementer excellẽs, præstans etiam pulchritudine oris, & totius corporis forma conspicuus erat, læta atque hilari fronte, quæ plurimùm ualent ad gratiam hominum conciliandam. Habebat & in gestu & in motu summam dignitatem. Ad hæc animi bona muneráq; naturæ cùm militaris accederet gloria, dubium erat, gratiór ne gentibus domesticis uirtutibus, an mirabilior bellicis artibus foret. Imbuerat etiam animos multitudinis superstitione quadam, quòd singulis diebus ex quo uirilem togam sumpserat, in Capitolium ascẽdere, ac sine arbitris ædem ingredi consueuerat, ut crederent homines, sicut iam multò antè Numã Pompilium ab Aegeria Nympha, sic etiam ipsum arcana quædã in templo doceri, quæ cæteris non essent communia. Præterea ut olim de Alexandro Macedonũ rege, sic ea tempestate de Scipione quidam finxisse uidentur, anguem in cubiculo matris frequenter uisam. Cæterùm iis omissis P. Scipio ex Italia decedens cum decem millibus peditum, triginta nauium classe (omnes autem quinqueremes erãt) in Hispaniã proficiscitur, ac paucis diebus ad Emporia delatus, copias exponit, terrestríque itinere Tarraconem concedit. Ibi concilio indicto, legati ex sociis urbibus frequentes cõuenere, qui comiter benignéque accepti, grata responsa domum retulerunt. Post hæc Scipio ingenti cura ad futurum bellum intentus, commodissimum esse statuit, reliquias ueteris exercitus quæ uirtute L. Martij seruatæ erãt, suis copiis adiungere. Nam post duorum Scipionum interitum, cùm Hispaniæ propè amissæ, Romanæ legiones fusæ fugatæq; essent, unus L. Martius Romanus eques, collectis duorum exercituũ reliquiis, præter omnium spem exultantes uictoria hostes contriuit, bellúmque in Hispania aduersus tres Pœnorũ duces incredibili uirtute industriáque sustinuit. Ad has igitur copias, quæ in hybernis constitutæ erant, cùm uenisset Scipio, excitati sunt omnium animi ad spem bene gerendæ rei, & ueterum imperatorum memoria renouata, ut nemo miles esset qui iuuenem intuendo explere desiderium posset. Ipse uerò collaudatis militibus quòd de rep. non desperassent, ante omnes L. Martium in præcipuo honore habuit, ut ostenderet uirum qui suis uirtutibus confideret, alterius gloriæ non inuidere. Exacta hyeme cùm nouum ueterémque exercitum ex hybernis deduxisset, omnium primùm Carthaginẽ nouam oppugnare constituit: nulla enim ex Hispanis ciuitatibus opulentior habebatur, nulla commodior erat ad bellum terra marique gerẽdum. Quinetiam Carthaginiensium duces nomen, apparatum belli, & quicquid pretio dignum habebant, in hanc urbem congesserant: eam quoque ac eius arcem ualidis præsidiis munierant. Ipsi uerò ne tribus una regio premeretur, diuersa perierant loca, nihil minus eo tempore quàm Carthaginis oppugnationẽ timentes. Scipio iam omnibus necessariis cõparatis, ad eam obsidendã cũ omni exercitu profectus, terra mariq; urbẽ aggreditur. Negotiũ arduũ & diuturnũ apparebat futurũ, q̃ urbs munita erat, & defensores ita animati, ut non modò tueri Carthaginis mœnia, sed etiã erumpere in hostẽ, & castra Romanorũ aggredi auderẽt. Verũ multa interdũ quæ uiribus superari nõ possunt, ingenio cõficiuntur. Compertũ habebat Scipio stagnũ, quod haud procul abest à Carthaginis mœnibus, æstu maritimo decrescere, & uado

Animi & corporis habitus.

uado ea parte trãsiri posse, unde ad murum facilior esset accessus. Tali occasione qua nulla maior ad capiendam Carthaginem dari poterat, utendum ratus, cùm tempus commodum uisum est, expediri acies, & distributis copiis urbem uehemẽtius quàm unquam antea oppugnari iubet. Ipse interim fortissimorum uirorum manum deligit, quibus imperat, ut superato stagno, in murum ab ea parte quæ minimè suspecta
10 erat, euadãt. At hi quibus negotium datum est, prosperè traiecto stagno cùm ex alia parte urbis acerrimè pugnaretur, locum quem petebant, neglectum inueniunt, celeritérque scandentes murum hostes à tergo adoriuntur. Oppidani & externi præsidij milites, quibus tantùm repentini periculi præter opinionẽ accideret, extemplo mœnia deserunt, ancipitíque pauentes malo se in fugam coniiciũt. Instant tergis Romani, subitóque urbem capiunt, diripiúntque: ubi ingens præda, & omnium retum quę ad bellum usui erant, summa est facultas inuenta. Scipio ob bene nauatam operã collaudatis donatísque militibus, cùm ei qui primus murum ascenderat, muralis corona danda esset, & contentio inter duos milites orta omnem propè exercitum in certamen traxisset, extemplo concione aduocata, compertum se habere dixit ambos pa-
11 riter murum ascendisse, atque ambos coronis muralibus donandos esse. Quo factum est, ut omnis contẽtio quæ iam ad summum peruenerat, tolleretur. Post hæc obsides, quorum in ea urbe ingens copia erat, ciuitatibus Hispaniæ restitui iussit, ex quo maximè humanitatis & clementiæ nomen sibi comparauit, multósque populos hac indulgentia mouit, ut ad Romanũ redirent à Punico imperio. Sed omniũ primum eius famam & beneuolentiã auxit, id quod à cũctis scriptoribus ut summæ uirtutis exemplum celebratur. Adducta est enim in cõspectum imperatoris una ex captiuis uirgo longè ante alias specie ac pulchritudine insignis, hanc & Scipio custoditi diligẽtissimè, & seruari integerrimè iussit: paulóque pòst cùm desponsatã comperisset Luceio principi Celtiberorum, sponso ad se accito (is adolescens erat) integram inuiolatámque restituit. Res est profectò celebranda literis, & ipse Scipio dignus ut tantæ manuetudinis & cõtinentiæ ab omnibus scriptoribus ferat fructum. Huius beneficij me-
12 mor Luceius, cùm liberalitatem, modestiam, & singularem in omni genere uirtutis præstantiã Romani ducis per suos populos diuulgasset, paulò pòst cum magna equitum manu in Romanorum castra rediit. Carthaginiensium duces, Mago, Asdrubal Barchinus, & alter Asdrubal Gisgonis filius, Carthagine noua amissa, etsi non ignorabant quantùm ad opinionem gentium & summam uniuersi belli esset detrimenti acceptum, tamen rem primò tegere, deinde uulgatam extenuare uerbis quoad poterant nitebantur. Scipio uerò multis populis principibúsque Hispanis, inter quos duo reguli Mandonius & Indibilis fuere, sic adiunctis, constituit animo in ea loca iter facere, quibus in locis Asdrubalem Barchinum esse audiebat, ut prius cum eo, quàm Mago & alter Asdrubal se ei coniungerent, decertaret. Asdrubal Barchinus prope flumen Besulam habebat castra, auidus & ipse certaminis, & suis copiis satis fi-
13 dens. Verùm ubi appropinquare Scipionem cognouit, ex planitie in tumulum quẽdam satis natura munitum sese recepit. Quem insequutæ Romanæ legiones nullam moram interponendam putarunt, quin cedenti instarent hosti, & primo aduentu castra adorirentur. Non secus quàm si una expugnaretur urbs, circa castra pugnatum est. Carthaginienses natura loci & necessitate, quæ etiam ignauos excitare solet, fidentes, impetum hostium sustinere nitebantur. Romani contrà spe & audacia pleni acriter dimicabant, atque eò magis, quòd in conspectu Scipionis atque omnis exercitus res gerebatur, ut nullum paulò fortius factum latêre posset. Itaque non prius remissa oppugnatio est, quàm omni conatu annixi Romani uallum superarunt, pluribúsque locis castra irrumpentes in fugam compulerunt Pœnum. Asdru-
14 bal uerò dux priusquam castra in potestatem Romanorum uenissent, cum paucis militibus fugit. Hoc prælio facto, Scipio consuetudine sua omnes captiuos Hispa-

Continentia mirabilis.

In hostem liberalitas.

ni generis ad se uocari, & sine pretio dimitti iussit. Adolescentem ex his regij generis, Masiniſſæ nepotem, comiter benignéque acceptum ad Masiniſſam remisit, magnificentiſſima quoque adiecit dona, ut ostenderet imperatorẽ exercitus non minus liberalitate & domesticis uirtutibus, quàm bellicis artibus ornatum esse oportere. Est enim belli finis uictoria, cuius fructus maximè in liberalitate clemẽtiáque consistit. Hinc ducum gloria, hinc imperatoriæ laudes emanant, ut in præsentibus accidit rebus. Nam Hiſpanorum multitudo quæ ibi frequens aderat, hanc indulgentiam Romani ducis admirata, contineri non poterat, quin eum honoris & uirtutis gratia appellaret regem. Sed Scipio hanc uocem Romanis auribus insuetam subitò oppressit, 15
nec eum titulum sibi tribui passus est, quem optimorum ciuium cõsuetudini, & Romanæ libertati aduersum esse sciebat. Hortatus est tantùm Hiſpanas gẽtes, ut si in referenda gratia memores esse uellent, fidem in populum Romanum beneuolentiámque seruarent. Dum hæc à Scipione gerebantur, interim alij duo Carthaginiensium duces accepto nuntio malè gestæ ad Besulam rei, iungere copias properarunt: pauló-que pòst Asdrubali Barchino se coniunxerunt, ut communi consilio de summa belli decernerent. Itaque inter se colloquuti, post longam disceptationem in ea sententia conuenere, ut Asdrubal Barchinus in Italiã ubi Annibal frater & caput belli erat, transiret: Mago uerò & alter Asdrubal in Hiſpania remanerent, supplementũ à Carthagine peterent, nec prius cum imperatore Romano signa conferrent, quàm undique conuocatis auxiliis ingentes copias contraxissent. Post hæc petente Italiã Asdru- 16
bale, missus est ex Aphrica in eius locum imperator Hanno, quem primo aduentu Celtiberiam concitantem M. Syllanus iussu Scipionis aggreditur, prælióque commisso superat capítque. Erat una urbs, quam incolæ regionis Oringen appellãt, opulentiſſima sanè & accommodatiſſima ad renouandum bellum: ad hanc oppugnandam cum parte copiarum missus L. Scipio, locum munitiorem inuenit, quàm ut primo impetu capi posset. Itaque corona circũdedit urbem, paucísque diebus expugnatam direptámque in potestatem redegit. Instabat iam propinqua hyems, & tempus admonere uidebatur ut hyberna utriq; peterent. Quare his rebus prosperè gestis, Scipio Tarraconem, Mago & Asdrubal Gisgonis filius se ad Oceanũ receperunt. Sequẽti æstate magna contentione renouato in ulteriore Hiſpania bello, Romani Carthaginiensésque prope Besulam congrediuntur, iustáque acie prælium committunt. In 17
quo post longum certamẽ superior Scipio in fugam uertit hostes, magnóque numero eorum interfecto, neque sui colligendi, neque cõsistendi facultatem dedit, neque prius uictoriæ modũ imposuit, quàm Asdrubal & Mago ex cõtinenti pulsi, Gades se recipere coacti sunt, omnibus propè copiis amissis. Erat in exercitu Carthaginiensiũ
Masinissa. Masiniſſa, iuuenis magni animi, magniq; cõsilij: qui opportunitate capta clàm cum Syllano congrediendi, primos aperuit ei amicitiæ aditus, siue Scipionis liberalitate allectus, siue tempus ueniſſe ratus, in quo uictoribus Romanis adhærẽdum censeret. Hic est Masiniſſa, qui postea beneficio Romanorũ potẽtissimus euasit Numidiæ rex, ac multis in rebus populo Romano usui & adiumẽto fuit. Cæterùm eo anno, qui erat decimusquartus secundi Punici belli, felici auspicio procõsulis Scipionis, Hiſpania prima ex continentis regionibus uicta, postrema tamen in prouinciæ formam redacta ab Augusto Cæsare longo interuallo fuit. Scipio non contentus maximis rebus 18
quas breui tempore in Hiſpania gesserat, cùm iam sibi Aphricam animo destinaret, commodiſſimum esse statuit Syphacem Massesulorum regem omni arte in Romanorum amicitiam trahere. Itaque explorata uoluntate regis, cùm non alienam à societate populi Romani comperisset, extemplo omnibus rebus postpositis, duabus quinqueremibus in Aphricam contendit. Veniebat à Gadibus eodẽ tempore Asdrubal Gisgonis filius, ac ueluti ex composito hi duo clariſſimi imperatores regem adierunt, certatim quisque pro sua repub. amicitiam petituri. Syphax hospitio ambos comiter

miter benignéque accepit, operâmque dedit, ut pariter eadem mensa, eodem cubiculo uterentur, ne alter alteri prælatus in honore uideri posset. Tradunt Asdrubalem præsentis Scipionis animum ingeniúmque admiratum, secum agitasse, quantũ peri-
19 culi ex eo uiro suę ciuitati atque omni Aphricæ immineret. Iuuenem enim acrem, & summis uirtutibus præditum, tum multis præliis uictorem esse cernebat, nec in tam florenti ætate adduci posse credebat, ut pacem quàm bellum mallet. Suspicabatur etiam, ne Syphax eius authoritate & præsentia motus, ad Romanos animũ inclinaret. Nec iam eum fefellit opinio. Nam Syphax etsi primo aduentu parem se utrisque præbens, sermonem induxisset de finiendo inter Romanos Carthaginiensésque bello, tamen postea negante Scipione, inconsulto senatu quicquam agi de pace posse, posthabendum Asdrubalem censuit, ac desiderio Scipionis obsequutus, cum populo Romano fœdus iniit. Scipio in Hiſpaniam reuersus, Iliturgium & Castulonem &
20 quasdam alias ciuitates quæ populi Romani detrectabant imperium, partim ipse ui expugnauit, partim auspicio L. Martij in ditionem redegit. Et ne tot tantísque rebus prosperè gestis aliquod deesset lætitiæ genus, Carthaginem nouam profectus, ludos gladiatorum magnifico apparatu fecit, quibus non solùm spectando, sed etiam pugnando multi clari uiri interfuerũt. Sed ex Hiſpanis duo præter alios insignes nobilitate principes, Corbis & Orsua, de regno inter se dissidentes, eo die cõtrouersiam finiere, altero eorum alterius manu interempto. Grauis spectantibus eorum dimicatio, grauior etiam (quia patrueles erant) mors interempti fuit. Post hæc Scipionem longè maiora quàm ea quæ gesserat meditantem, aduersa ualetudo corripuit: cuius fama per Hiſpaniam uulgata, & ut plerunque fit, sermonibus aucta, ad spem nouarum rerum non solùm Hiſpanas gentes, sed etiam Romanorum exercitum, quem il-
21 le ad Sucronem reliquerat, concitauit. Soluta primùm militum disciplina imperatoris absentiâ fuerat, mox rumores de ægritudine eius & de periculo uitæ in exercitum delati, tantam seditionem motúmq; fecerunt, ut quidam contempto tribunorũ imperio, híſque demum fugatis, duos gregarios milites sibi crearẽt imperatores: qui non solùm nomen imperij à uanis authoribus delatũ, sed etiam fasces & secures præ se ferre ausi sunt, adeò furor plerunque & mala ambitio mortalium mentes exagitat. Nec quieuere Hiſpanæ gentes, Mandonius præsertim atque Indibilis, qui affectantes Hiſpaniæ regnum, post expugnationem Carthaginis nouæ, ad uictorem Scipionem defecerant. Deinde Romanorum potentiã longè latéq; diffusam, iniquo animo to-
22 lerantes, aliquam nouãdarum rerum occasionem quærebant. Acceptis autem rumoribus non solùm de morbo, sed propè etiam de morte P. Scipionis, fidéque adhibita, extemplo exercitum compararunt, & Suesitanis qui socij & amici erant populi Romani, intulerũt bellum. Verùm conualescente Scipione, ut ex fama eius mortis falsò credita, multiplex tumultus fuerat exortus: sic cõperta ueritate rei, territi sunt omniũ animi, nec quisquam ausus est in nouandis rebus ulterius progredi. Scipio magis externis bellis quàm domesticis seditionibus assuetus, etsi militibus qui deliquerant grauiter succensendum putabat, tamen ne dum iræ indulget, excessisse in puniendo modum existimari posset, de hac re ad consilium refert. Maior pars in eos à quibus initium tumultus ortum erat, animaduertendum, & reliquis ignoscendum censuit: sic enim fieri posse ostendit, ut pœna ad paucos, exemplum ad multos perueniret.
23 Hanc sententiam sequutus Scipio, extemplo exercitum, seditionis authorem, ad accipiendum stipendium Carthaginem nouam acciri iubet. Edicto paruerũt milites, alij suam culpam, ut plerunque sibi indulgent homines, leuiorem rati, alij Scipionis freti ingenio, quod mite in puniẽdo esse compererant. Dicere enim solitus fuit, mal-
Ingenium in puniẽdo mite. le se unum ciuem conseruare, quàm mille hostes perdere. Vulgatum quoque erat, alium Scipionis exercitũ paratũ esse in armis, & aduentũ eorum operiri, ut omnes copiæ simul iunctæ aduersus regulos in Suesitanos ducantur. Quamobrem ex Sucrone

discedentes, magna spe ueniæ consequēdæ Carthaginem ueniunt. Sed postridie eius
diei quo urbem ingressi sunt, in forū uocati ac inermes consistere iussi, armatis legio-
nibus circundantur. Tum imperator Romanus tribunal ascendens, uniuersæ multi-
tudini sese ostendit ea ualetudine, eo uigore, qualis in pubescente ætate unquam fue-
rat. Concionem deinde habuit longè acerrimā, & grauissimis querimoniis plenā, ut 24
nemo miles ex inermi exercitu esset, qui aut à terra oculos erigere, aut dicentis uultū
sustinere per pudorē posset. Conscientia enim perpetratæ rei ac suppliciorum metus
terrebat animos, & optimi ducis præsentia noxiis pariter atque innoxiis ruborem in-
cutiebat. Itaque tristi silentio torpebant omnia. Postea quàm finē dicendi fecit, prin-
cipes seditionis in conspectum multitudinis producuntur. Ibi uirgis cæsi more ma-
iorum, securique percussi, horribile spectaculū uisentibus præbuere. His rebus ita cō-
positis, Scipio reliquis militibus nouo sacramēto adactis, expeditionē in Mandoniū 25
atque Indibilem pronūtiari iubet. Nam hi secū reputantes, à militibus Romanis, qui
castrensis seditionis authores fuerant, pœnā esse repetitā, omnē spem abiecerant ue-
niæ impetrandæ, atque ex eo x x. millia peditum, duo millia equitū comparauerāt,
ut his copiis aduersus Romanos progrederētur. Quod ubi cognouit Scipio, priusquā
augerentur regulorum uires, & plures populi cōspirarent, maturat à Carthagine pro-
ficisci, & quanta maximè celeritate potest, ad hostem pergit. Reguli loco satis muni-
to habebant castra, sícque suis copiis fidebant, ut nec alios prouocare, nec prouocati
pugnā detrectare parati essent. Factum est autē propinquitate castrorū, ut paucis pòst
diebus à Romanis lacessiti in prælium descenderent, in quo quidem aliquādiu sum-
ma contentione dimicatū est. Tandem Hispani à tergo circunuenti, ac in orbem pu-
gnare coacti, superantur. Vix tertia pars ex eorum numero aufugit. Mandonius atque 26
Indibilis nullū remediū perditis rebus esse cernentes, legatos ad Scipionem miserūt,
qui suppliciter pacem peterent, & ueniam deprecarentur. At Scipio etsi quantum in
se atque in populum Rom. facinus admississent, intelligebat: tamen non minus deco-
rum putans hostem clementia & mansuetudine superare, quàm armis, regulis igno-
uit, pecunia tantùm ut militi ad stipendium soluerent imperata. Per id tempus Masi-
nissa à Gadibus profectus in continentem uenit, ut amicitiæ fidem, quam per M. Syl-
lanum absenti Scipioni obtulerat, præsenti confirmaret, simul ut ipsum Scipionem
alloqueretur, quem ob res egregiè gestas præstantissimum esse uirum cōstituerat ani-
mo. Verùm nec iam opinioni Numidæ uirtus P. Scipionis, nec expectationi (ut ple-
runque accidere consueuit) præsentia defuit. Nam præter ingentia animi bona, qui-
Formæ maie-stas. bus Scipio cæteros alios anteibat, præ se etiam ferebat eximiam formā, & omni am-
plo dignam imperio. Erat præterea uir benignus in audiendo, facundus in respondē- 27
do, & in conciliandis hominibus egregius artifex: habitu corporis uirili, cæsarie pro-
missa utebatur. Hunc igitur Masinissa salutatum ueniēs, ut primùm conspexit, sic ui-
rum admiratus esse dicitur, ut nec ab eo dimouere oculos, nec intuendo explere desi-
derium posset. Amplissimis uerbis ei gratias egit pro nepote ad se remisso, & fidem se
præstaturum initæ amicitiæ dixit, quam postea erga populum Ro. usque ad exitum
uitæ constantissimè coluit. Iam uerò omnes Hispaniæ populi aut imperiū aut socie-
tatem Romanorū acceperant, cùm Gaditani idem sibi licere arbitrantes, sponte Ro-
manis se dedidere: gens uetusta origine, & si famæ credere libet, ut Carthago in A-
phrica, in Bœotia Thebæ, ita Gadis ad Oceanum colonia Tyriorum fuit. Scipio re- 28
ceptis Hispaniis, pulsis Carthaginiensibus, cùm nihil relinqueretur quod sibi cōsti-
tuendum putaret, L. Lentulo & Manlio Accidio prouincia tradita, Romam rediit.
Venietī senatus extra urbem datus est in æde Bellonæ, ubi cùm res à se per multos an-
Gesta quam-brevissimè. nos fortiter felicitérque gestas exposuisset, ostendisétque quatuor hostiū duces, qua-
tuor exercitus multis prœliis à se uictos, Carthaginienses ex Hispaniis eiectos, nullas
gentes in his terris relictas quæ nō uenissent in populi Rom. potestatem, res amplissi-
mo

mo triumpho dignas esse censebat senatus. Sed quia nemini adhuc cōtigerat, ut cùm
proconsul & sine magistratu esset, pro rebus gestis triumphāti inuehi liceret in urbē,
nec patribus uisum est, nec ipse Scipio magnopere contendit, ut nouo exemplo mo-
rem maiorū sui causa cōmutarent. Ingressus urbem paulò pòst ingenti studio populi
29 Ro. consul declaratur. Tradunt rarò unquam frequentiorem multitudinem, nō tam
ad celebranda comitia, quàm ad conspiciendum P. Cornelium Scipionem Romam
uenisse. Itaque non solùm Quirites, sed externi etiam homines hunc unum intuebā-
tur, publicè priuatímque dicebant mittendum in Aphricam esse ad inferendum ex
propinquo Carthaginiensibus bellū. Idem cùm sentiret Scipio, de hac re ad populū
se relaturū significabat, si tam salutari consilio aduersaretur senatus. Quidā enim ex
patribus, atque inter eos præcipuæ authoritatis Fabius Maximus huic sententiæ acri-
ter reclamabat. Scipio in contrarium nitebatur, rationibus multis ostendens hac una
uia superari Pœnos, & Annibalē deduci ex Italia posse, cætera uana esse cōsilia. Post
longam altercationē Scipioni Sicilia decreta, permissúmq; à senatu est, ut si arbitra-
30 retur utile éxque rep. esse, cum omni exercitu in Aphricam traiiceret. Hoc senatusco-
sulto in populum edito, sic erecti sunt omniū animi ad spem magnarū rerum, ut iam
de Aphrica cogitarent, & bellū posse cōfici non diffiderent. Sed Scipioni in rebus ne-
cessariis comparandis maxima difficultas proponebatur, cùm ob ærarij inopiā, tum
ob iuuentutis penuriam, cuius florem præteritæ clades à Pœno illatæ absumpserant.
Ipse tamen ne tantæ expectationi deesset, ingenti studio in apparatum belli intēdit.
Et adfuerunt ei multi Hetruriæ atque Vmbriæ populi, quorum alij materiam ad fa-
bricādas naues, alij arma, quidam frumentū ac omnis generis commeatū ad iuuan-
dum exercitū detulerunt. Quadragesimoquinto die, quod uix cuiquam credibile ui-
deretur, fabricata instructáque classe ex Italia decedens Scipio in Siciliam cōtendit.
At cùm exercitum in ordines redigeret, eos præcipuè seligendos putauit, qui sub M.
Marcello multos annos meruerant, summámque scientiā rei militaris habere existi-
31 mabantur. Siculos autē partim authoritate, partim gratia impulit ad submini strā-
dum auxiliū futuro bello, quod in Aphricam transferre cùm primùm per anni tem-
pus posset, omni studio parabat. Tradunt præter alia Scipionem ex uariis ciuitatibus
CCC iuuenes legisse totius prouinciæ nobilissimos, ac eis præcepisse, ut certa die cū
armis equísque adesent. Hi ut imperatum erat cùm præsto fuissent ad constitutam
diem, optionem detulit consul, qua uel ipsi secum in Aphrica militarent, uel totidē
aliis substitutis equos armáque largirentur, utrum uellēt acciperent. Singulis remis-
sionem militiæ petentibus, dati sunt uicarij CCC Romani iuuenes, quos Scipio iner-
mes ex Italia adduxerat, eo consilio ut Siculorū impensa, sicut euenit, armis equísque
instruerentur. Horum opera multis postea certaminibus fideli atque utili in Aphrica
usus est. Iam tempus hybernorū erat cùm Scipio non solùm in apparatibus belli, sed
32 etiam in cōponendis Siciliæ rebus curā adhibendam ratus, Syracusas petit. Vbi cùm
ex multorū querimoniis cognouisset, satis magnā copiam Italicorū militum in eadē
urbe uersari, qui res bello partas, deinde Syracusanis per senatū restitutas, retinerent,
statim eos partim edictis, partim iudiciis compulit ad ea implenda quę senatus cen-
suisset. Qua ex re magnam gratiam & iusti consulis famam apud Siculas gentes est
adeptus. Interim per C. Lælium multa cum præda ex Aphrica redeuntem certior fit,
Masinissam regem cupidissimè aduentum suum operiri, monere atque rogare, ut si
reipub. commodo facere possit quamprimùm in Aphricam traiiciat: idem cupere
multos Aphricę populos, qui odio habentes Carthaginiensium imperium, aliquam
nouandarum rerum occasionē expectent. Nec iam ulla Scipionis secordia eam pro-
fectionem distulerat, cùm rarò quisquam alter imperator aut efficacior aut solertior
33 in rebus agendis fuerit. Verùm Siculæ res & occasio recipiendi Locros impedimento
fuere, quo minus negotium pro suo arbitratu conficeret. Accessit etiā causa quædam

Pleminij legati, qui Locris à Scipione relictus, cùm omne genus improbitatis, libidinis, auaritiæ in oppidanos exercuisset, facilè multitudinẽ perpulit, ut omnia malle, quàm impurissimi hominis imperiũ ferre. Missi igitur à Locrensibus Romã legati cùm in senatũ uenissent, & grauissimas iniurias à Pleminio acceptas questi essent, sic patres mouerunt, ut non solùm in Pleminiũ, sed etiã in P. Scipionem atroces sententię dicerentur. Hinc obtrectatores Scipionis amplam materiam calumniæ nacti, asserere non dubitabant, eum cognouisse Locrensium iniurias, Pleminij scelera, suorum militũ dissensiones, atque omnia lentius tulisse, quàm optimũ cõsulem deceret. Addebant præterea exercitũ in Sicilia habere uecordem, & omni disciplina solutum militari, ipsum ducem oscitantem totum se ad uoluptates & otiũ contulisse. Et præter cæteros Fabius Maximus in Scipionẽ inuectus sic modũ excessit, ut extemplo reuocandum ex Sicilia, abrogandúmque ei imperium censeret. Hæc nimis aspera uisa omnibus sententia est. Quamobrem Q. Metelli consiliũ secuti patres decreuerunt, ut decem legati in Siciliam transmittentes, cuncta quæ de Scipione ad senatum delata erant, diligenti studio perquirerent: si nocentem inuenissent, statim iussu senatus in Italiam reuocarent: sin uerò falsa essent crimina, & uanæ inuidorum calumniæ, dimitterent ad exercitum, hortarẽtúrque ut fidenti animo bellum susciperet. Profecti in Siciliam legati, in discutiendis singulis rebus nullam Scipionis culpam inuenire potuerunt, nisi quòd iniurias à Pleminio Locrensibus illatas nimis leni animo pertulisset. Erat enim Scipio in remunerando largus, in puniendo mitis & clemens. Exercitum uerò, classem, & omnẽ apparatũ belli cùm intuerentur, sic admirati esse dicũtur copiam & ordinem singularum rerum, ut postea in urbem redeũtes amplissimis laudibus P. Scipionem efferrent, & reiectis inuidorum calumniis, ad certissimã uictoriæ spem senatum populúmque Romanũ reuocarent. Cæterùm domesticis impedimentis sublatis, aliæ foris superuenerunt curæ, quæ nõ mediocriter animũ Scipionis mentémq; turbarunt. Nam oratores à Syphace missi denuntiarũt ei, nouum sibi fœdus cum Carthaginiensibus ictum, affinitatem cum Asdrubale cõtractam, filiam eius sibi matrimonio iunctam: propterea monere, ut si suæ reip. cõsulere uelit, Aphrica abstineat: eosdem enim quos Pœni haberent, se amicos inimicósque habituruni. Hos legatos Scipio, ne mandata regis efferrentur, extemplo ad Syphacẽ remisit cum literis, quibus postulabat, ut initę societatis iunctæq; dextræ memor, caueret ne quid nomine Romano & regia fide indignum moliretur. Post hæc cõcione aduocata, legatos Syphacis uenisse in Siciliam dixit, ut sicut antea Masinissa, sic etiã hi nimiam dilationem aduentus sui quererentur: itaque maturandum in Aphricam esse, atque ideo cunctis militibus edicere ut arma expediant, & ad profectionẽ necessaria comparent. Hoc edictum Romani ducis ubi per Siciliam uulgatum est, statim multitudo ingens Lilybæum confluxit, non hominũ solùm qui in Aphricã traiecturi erant, sed eorum etiam qui spectatũ uenerant Romanã classem, qua rarò unquã instructior aut omni armatorum genere ornatior uisa fuerat. Ipse uerò Scipio satis iam omnibus constitutis, è Lilybæo soluit tanta cupiditate transmittendi, ut nulli ei neq; remi neque uenti satisfacerent. Deuectus est tamen paucis diebus ad promontoriũ Pulchri, atque ibi omnes copias in terrã exposuit. Sed celeriter eius aduẽtus Carthaginẽ nuntiatus sic ciuitatẽ turbauit, ut cõclamatũ esse ad arma, stationésq; in portis murísque dispositas, quidã authores sint. Nam à M. Regulo usque ad eum diem quinquaginta propè annorũ interfuerat spatium, ex quo nullus imperator Romanus cum ualido exercitu terram Aphricã intrauerat. Meritò igitur pauoris ac tumultus omnia erant plena. Augebat etiam terrorem Scipionis nomen, cui Carthaginienses quem ducem aut opponerent, aut parem arbitrarentur non reperiebant. Asdrubal Giscgonis filius egregius ea tempestate imperator habebatur, quem uictum à Scipione fugatúmque ex Hispania meminerant. In eo tamen atque in Syphace potentissimo rege magnam

gnam spem seruandæ patriæ reponentes Pœni, hunc rogare, illum monere non desistunt, ut quãta maxima celeritate possint, Aphricæ rebus subueniant. Sed dum hi copias iungunt, interim Hanno Amilcaris filius proximam regionem tueri iussus, obuiam Romanis progreditur. Scipio populatis agris, ditatóque exercitu ingenti præda, prope Vticam cum omnibus copiis confederat, ut celebrem urbem & opportunã ad bellum terra marique gerẽdum, si qua uia fieri posset, in potestatem redigeret. Et sub idem tempus Masinissa in castra Romanorum uenerat, ardens incredibili cupiditate belli gerẽdi aduersus Syphacem regem, à quo non multò antea paterno regno fuerat expulsus. Hunc Scipio quia iuuenem acrem & manu promptum in Hispania cognouerat, priusquam maiores copiæ à Carthaginiensibus cogerentur, speculatum mittit hostium castra, atque ei præcipit, ut omni ingenio adhibito Hannonẽ ad pugnam eliciat. Masinissa ut imperatũ erat, hostẽ irritando, sensimq; trahendo perducit ad ea loca, quibus in locis Scipio eum armatis legionibus cõstiterat, expectãs occasionẽ gerendæ rei. Defessa iam erat hostium acies, cùm Romani recentibus copiis obuiam facti, prælium ineunt. Primo congressu superatur Hanno, & ipse cum parte copiarum occiditur. Reliqui terga dantes, quà potest quisque fugam per diuersa petunt. Post hanc uictoriã, Scipionem ad oppugnandam Vticam redeuntem, absistere incepto coegit subitus Asdrubalis & Syphacis aduentus, qui ingentes peditum equitúmque copias secum ducentes, haud procul à Romanis posuerunt castra. Quod ubi animaduertit Scipio, statim soluta obsidione, castra in quodã promontorio cõmuniuit, unde procedere obuiam hosti, & uexare Vticenses, & classem subductam tueri posset. Cæterùm cùm tempus postulare uideretur ut hyberna utrinq; peteret, placuit ei ad Syphacem mittere, qui tentarent animũ regis, & quantũ in eis esset à Carthaginiensiũ amicitia abduceret. Hunc enim sciebat Sophonisbæ nuptiis agitatũ, & quasi muliebribus instructũ furiis, eò insaniæ deuenisse, ut non modò Romanos nõ iuuandos, sed etiã contra ius fœderis oppugnandos censeret: quòd si qua uxoris satietas hominem cepisset, iam ad sanitatem eum reuerti posse arbitrabatur. Syphax auditis his quæ nomine Scipionis ad eum deferebantur, tempus iam esse respondit, ut nõ de relinquenda Pœnorum societate, sed de abiiciendis belli consiliis agatur, se optimum pacis authorem fore pollicetur. Huic sermoni Scipio aures adhibendas putat, solerti animo rem nouam meditatus. Nam ex omni exercitu strenuos milites deligit, quos seruiles uestes indutos comitari oratores iubet, & quid fieri uelit ostendit. Hi ut præceptum erat, dum legati & Syphax de conditionibus pacis inter se agunt, & longior consultò producitur sermo, speculatum proficiscuntur hostium castra, omnes aditus exitúsque explorant. Hoc sæpius facto, ad Scipionem reuertuntur. Certum erat inducarum cõstitutũ tempus, quo elapso Scipio simulat se omni spe pacis abiecta, arma, classem, machinásq; parare, ut quemadmodũ antea orsus fuerat, Vticam oppugnatũ redeat. Hoc quàm latè per regionem uulgari, hoc ab hostibus credi uolebat. Ipse uerò tribunis militum conuocatis, consilium suum aperit. Docet bina esse hostium castra, paruo inter se diuisa spatio, quorum altera ex lignis hybernacula, altera ex arundinibus contexta habeant, utraque deleri incendio posse. Quamobrem Masinissam & C. Lælium ad se uocat, atque eis præcipit, ut intempesta nocte Syphacem aggrediantur, ignem castris iniiciant, se ex altera parte Carthaginienses inuasurum pollicetur. Hi mandata impigrè exequentes, constituta hora Numidarum castra adoriuntur, & ignem arundinibus applicant, quæ subitò incendium effuderunt, & penè in omnem locum castrorum distulerunt. Numidæ fortuitum primò incendium arbitrati, ad opem ferendam celeriter concurrerunt: mox ubi in legiones hostium incidẽtes trucidari cœpti sunt, ancipiti pauẽtes metu, sese fugæ mandarunt. Simili penè ratione ab altera parte exercitus cui Scipio præerat, incensa sunt Carthaginiensium castra, & profligati hostes, tanta fugientium strage, ut ad XL millia hominũ ex Pœnis

Astud.

Numidiſque ea nocte abſumpta quidam authores ſint. Hæc clades Carthaginẽ delata, ſic terruit ciuium animos, ut alij ex Italia Annibalem reuocandum, alij pacem petendam à Scipione cenſerent. Sed factio Barchina potens pollénſque cùm abhorreret à conſiliis pacis, peruicit ut noui delectus haberentur ad reſtituendũ bellum. Igi- 45
tur Syphax & Aſdrubal magna multitudine peditatus equitatúſque coacta, celerius opinione omnium exercitum repararunt, atque rurſus in conſpectu Romanorũ poſuerunt caſtra. Qua re cognita, Scipio non cunctandum exiſtimauit, dum milites ſui alacres eſſent & fiduciæ pleni, quin pugna decertaret. Accidit autẽ ab initio ex propinquitate caſtrorum, ut leuia quædam committerentur prælia: ad extremũ uerò omnibus copiis concurſum eſt, tantúſque ardor Romanorum militum fuit, ut primo impetu Numidas Pœnóſque in fugam conuerteret, magnámque partem fugientiũ interficerent. Aſdrubal & Syphax citato curſu ex media cæde profugerunt. Ad quos conſectandos Scipio Maſiniſſam & C. Lælium cum expedito equitatu miſit. Syphax in Numidiam, atque inde in antiquum regnum profectus, ex omni genere hominũ exercitum coegit, obuiámque Maſiniſſæ & Lælio factus prælium committere non dubitauit, malo tamen conſilio, cùm eſſet hoſtibus longè inferior nõ tam dimicantium numero, quàm quòd nec miles cum milite, nec duces cum ducibus erant conferendi. Itaque à bellaciſſimis uiris facilè ſuperatur, & quod Maſiniſſa uix auſus eſſet 46
optare, in prælio capitur, & cum multis nobilibus uiris ad Scipionẽ perducitur. Ceperat primùm lætitia omnium animos, cùm Syphacem in caſtra adduci nuntiatum eſt: deinde ubi uinctus in conſpectum multitudinis eſt perductus, tanti uiri præſentia, & priſtinæ maieſtatis recordatio, miſericordiam intuentibus mouit. Meminerát enim quàm celebre eius regis nomen, quàm florentes opes & ampliſſimi regni uires paulò antè extiterant: poſtea uerò ex tanto faſtigio prolapſum cernentes miſerebantur. Ipſe autem Imperator Romanus benignè eum affatus, quæſiuit quænã tanta cauſa animũ eius mutaſſet, impuliſſétque ad inferendum Romanis bellum. Tum rex ue- 47
teris hoſpitalitatis, iunctæq; dextræ memor, fidenti animo Scipioni reſpondit, ſe cõiugis Sophoniſbæ amore captum, tantum facinus quãtum omnes ſcirent, in populum Rom. admiſiſſe, atque extemplo eas dediſſe pœnas, quas cæteri pro documento habere poſſent, ut in fide atque officio permanerẽt. Sed in extremis malis hoc ſibi ſolatij contigiſſe, quòd inimiciſſimum hominem Maſiniſſam, eadem inſania, qua ipſe laboraſſet, correptũ uideret. Nam poſt uictum captúmque Syphacẽ, Maſiniſſa Cyrtham caput regni petens, cùm urbẽ in poteſtatẽ redegiſſet, Sophoniſbam multis precibus ſibi blandientẽ ardere cœperat, mulieríque fidem dederat, ſe eam à Romanorũ manibus uindicaturũ: & ut id comodius præſtare poſſet, nouis nuptiis ſibi deinctã uxorem duxerat. Hæc celeriter ad Scipionẽ delata, magnopere hominẽ perturbarũt. 48
Conſtabat enim, auſpiciis Romanorũ uictum Syphacem eſſe, & quæcunque ſuæ ditionis fuerant ad eorum iudiciũ pertinere: quòd ſi Maſiniſſa inconſulto Scipione patrocinium Sophoniſbæ ſuſcipiendum putarat, ſimul & imperium ducis & maieſtatem populi Romani uiſus fuerat contempſiſſe. Accedebat huic culpę turpiſſima libidinis cauſa, quæ tantò grauior uideri debuit, quantò erat Romani imperatoris continentia maior, quam Maſiniſſa ante oculos habebat ad imitandũ. Nam Scipio præter cætera uirtutis documenta, in omnibus locis quibus hoſtem ſuperauerat, à captiuis mulieribus uictrices ſemper abſtinuerat manus. Indignatus igitur aduerſus Maſiniſſam, etſi primùm in caſtra redeuntem præſente multitudine benignè accepit, poſtea tamen ſeiunctum à cæteris ita obiurgauit, ut ſentiret Numida moderatiſſimo ſimul & ſeueriſſimo imperatori ſibi eſſe parendum. Itaque lachrymans &, conſilij 49
inops in tentorium abiit, paulóque pòſt, cùm fidem Sophoniſbæ datam præſtare non poſſe cerneret, atque ex eo grauiter angeretur, uenenum ei cum mandatis miſit, quo mulier repentè hauſto, uoluntariam ſibi conſciuit mortem. Cæterùm Carthaginienſes

nienſes tot támque multiplicibus acceptis cladibus, cùm res in eum locum deductas uideret, ut iam non de propagando imperio, ſed de ſeruanda patria eſſet cogitandũ, Annibalem ex Italia reuocarunt. Qui celeriter in Aphricam reuerſus, ſiue quòd præſentis iuuenis felicitatem horreret, ſiue quòd labenti & penè inclinatæ reipub. diffideret, omnium primùm cum P. Scipione de pace agendum cenſuit. Quapropter petenti locus ad colloquium datus, in quo ſimul congreſſi, longum ſermonem de tollendis controuerſiis habuere. Ad extremũ Scipio eas conditiones detulit Pœno, quibus facilè apparuit, non tædere belli populum Romanum, & ipſum iuuenem ſpe uictoriæ magis, quàm concordiæ deſiderio trahi. Itaque omni ſpe pacis adempta, col- 48
loquium dirimunt, atque in poſterum diem certamen parant duarum nobiliſſimarum bello gentium, duo clariſſimi duces, imperium orbis terræ breui ſpatio ſuis rebuſpub. aut daturi, aut erepturi. Locus prope Zamam fuiſſe traditur, ubi ſupremas ui- *Pugna ad Zamam.*
res quaſi in medium effundentes, pugnam memorabilem conſeruere: in qua uictores Romani, primùm hoſtium elephantos, deinde equites in fugam uerterunt, demũ acrius inferentes pedem, totam aciem profligarunt. Cæſa aut capta ex Carthaginienſium copiis ſupra XL. millia hominum à Romanis ferunt. Annibal ex tanta cęde incolumis euaſit, nullo ſtrenui ducis eo die munere prætermiſſo. Nam ſi unquã antea, tum ea pugna aciem peritiſſimè inſtruxerat, loco ſubſidiiſque firmauerat, atque in ipſo certamine dum manus conſerebantur, ſic militibus ſuis officium præſtiterat, ut 49
ſummi imperatoris laudem etiam ab hoſtibus tulerit. Poſt hãc uictoriam Scipio nactus Verminam Syphacis filium, opem Carthaginienſibus afferentem, fugauit, & uſque ad mœnia portúmque Carthaginis exercitum admouit, ratus id quod accidit, Pœnos ſupplices ad pacem petendam uenturos. Nam ut ad bella ſuſcipienda alacer & promptus fuerat Carthaginienſium animus, ſic eo tempore mollis ac minimè reſiſtens mens eorũ fuit, Annibale præſertim ſuperato, in quo antea omnem ſpem ſeruandæ patriæ collocatam habebant. Itaque cõſternati animo, legatos ad Scipionem mittunt, qui clementiam uictoris implorent, & multis precibus pacem expoſcant. Iam Romæ de prouincia Aphrica contentiones erant, & alter ex nouis conſulibus in exercitum properabat pari imperio ad gerẽdum bellum: quamobrem ueritus Scipio ne tanti belli confecti gloria ad alium perueniret, æquo animo à legatis Carthagini- 50
enſium ſe exorari paſſus eſt. Conditiones igitur pacis Carthaginienſibus datæ ex uictoris arbitrio, & præter alia, omnis claſſis, qua maximè confidebant, adempta. Ea *Quingentæ naues Carthaginienſiũ crematæ.*
cùm cremaretur, tam miſerabile ſpectaculum intuentibus præbuit, ut non ſecus in urbe, quàm ſi Carthago à ſtirpe interiiſſet, comploratum ſit. Ad quingẽtas enim naues omnis generis crematas quidam authores ſunt. Verùm hæc nos admonere debẽt fragilitatis humanæ, cuius nimia (ut ille inquit) in proſperis rebus obliuio eſt. Qui enim antea ampliſſimis uictoriis conſecutis, omni propè Italia in ditionem redacta, urbe Roma audaciſſimè obſeſſa, imperium orbis terrę animis deſtinabant, non multo interiecto ſpatio, in eum locum deducti ſunt, ut omni imperio amiſſo, nihil præter Carthaginis mœnia poſſiderent, eáque ſeruare poſſe diffiderent, niſi ſalua eſſe ſi- 51
neret hoſtium exorata clementia. Poſt hæc Scipio ex ſententia ſenatus, Maſiniſſam regem non ſolùm in patrium regnum reſtituit, ſed adiecta opulentiſſima parte Syphacis regni, præpotentẽ inter Aphricæ reges fecit: ſingulis deinde pro meritis præmia tribuit. Demum cõpoſitis Aphricæ rebus, exercitum in Italiam reportauit: ſub cuius aduentum multi mortales Romam confluxere, ut præſtantiſſimum belli ducem, poſt tantas res geſtas, intuerentur. Itaque celeberrimo triumpho urbem eſt inuectus: quem ſecutus eſt Terẽtius Culeo ſenator pileato capite, quia beneficio eius ex ſeruitute fuerat exemptus. Syphacem uerò regem Polybius in triumpho ductũ, quidam priuſquã Scipio triumpharet, mortuum ſcribunt. Multi antea Punico, & poſtea Macedonico, atq; Aſiatico bello triumphantes, plura uaſa aurea argenteáq; & ma-

iorem copiam captiuorũ præ ſe tulerunt. Sed unus Annibal uictus, & tanti belli confecti gloria, triumphum P. Scipionis ſic celebrem reddidit, ut facilè cæterorũ aurum pompámq; ſuperaret. Aphrica enim ſubacta, nulla gens poſtea fuit, quæ uinci à populo Rom. erubeſceret. Quamobrẽ ex hac prouincia gradus imperij in Macedoniã, in Aſiam, atq; in reliquas partes orbis terræ eſt factus. Cæterùm Scipioni, quem poſt Aphricam deuictam iam Aphricanum appellare licet, Romam reuerſo, neque ciuiles dignitates, neque urbani honores defuerunt. Nam cùm Cenſorum comitia haberentur, & multi competitores ex ſuperna nobilitate concurrerent, ipſe & Elius Petus prælati omnibus ſunt: creatíq; cẽſores, magiſtratum poſtea ſumma integritate concordiáq; geſſerunt. Sequentes deinde cenſores alij atque alij principẽ ſenatus Aphricanum legerunt: quod genus honoris iis tantùm uiris deferri conſueuit, qui authoritatem & gloriam maximis in rempub. meritis præſtantiſſimíſque rebus geſtis eſſent conſecuti. Nec multo interiecto ſpatio, creatus eſt iterum conſul, collegáq; ei datus Sempronius Longus, Sempronij illius filius, quem Annibal magna affectum clade ad flumen Trebiam ſuperauit. Hi primi fuiſſe dicuntur, qui in ſpectandis ludis patres à populo ſecreuerũt: quam ſelectionem plebs Romana moleſtiſſimè tulit, aduerſus conſules indignata, qui honorem ſenatorij ordinis extuliſſe, ſuum contẽpſiſſe uiſi erant. Et ipſum etiam Aphricanum aliquãdo pœnituiſſe tradũt, ſe ueteris moris tollendi, noui introducendi authorẽ fuiſſe. Erant per id tempus quædam contentiones de finibus imperij inter Maſiniſſam & Carthaginienſes exortæ, ad quas cõponendas Scipio duóq; alij legati à ſenatu miſſi, cùm cauſam diſcordiæ cognouiſſent, rem totam integrã ſuſpenſámq; reliquerunt. Atque eo conſilio id factum dicunt, ut Pœni domeſticis cõtentionibus occupati tenerẽtur, néue aliis negotiis uacare, uel ad ſpem nouarum rerum erigere animos poſſent. Vigebat enim cum rege Antiocho bellum, & Annibal Pœnus cum eo erat, qui nunquam ceſſabat in populum Rom. ueteres hoſtes concitare, nouos acquirere, & omnibus modis Carthaginienſibus ſuadere, ut ſeruitutis iugum ſub titulo fœderis ſibi à Romanis impoſitũ abiicerent, & regum amicitiam experirentur. Verùm paulò pòſt Romani rebus proſperè geſtis, Anthiocho è Græcia pulſo, cùm iam Aſiam animis deſtinarent, Aphricanum intuebantur, ueluti hominem natum ad bella magni ponderis finienda. L. autem Scipio & C. Lælius cõſules erant, & uterq; ſibi Aſiam prouinciam decerni cupiebat. Res arbitrio ſenatus permiſſa erexit ſtudia patrum, ſenatoréſque dubios reddidit de tantis uiris iudicium facturos. Sed cùm apud patres maior Lælij gratia, maior etiam exiſtimatio eſſet, & ſenatus ad eum inclinaret, negotiúmq; deferret, ſurrexit P. Aphricanus frater maior L. Scipionis, & illam ignominiã familiæ deprecatus eſt, dixitq;, & in fratre ſuo ſummam uirtutem eſſe ſummúmq; conſilium, neq; ſe ei legatum defuturum. Extemplo hæc uox ingenti patrum lætitia excepta, omnem dubitationem ex eorũ animis dempſit. Decretum eſt igitur frequenti ſenatu, ut L. Scipio in Græciam aduerſus Aetolos, deinde in Aſiam, ſi ei uiſum eſſet, tranſiret, ad inferẽdum Antiocho bellum, & P. Aphricanum ſecum duceret, quem Annibali uicto & pro Antiocho in acie ſtanti uictorem opponeret. At uerò P. Scipionis pietatem quis non iure miretur? quam non ſolùm à prima adoleſcentia Cornelio patri, ſed etiam L. fratri id ætatis iiſque rebus egregiam præſtitit. Et quanquam erat Aphricanus, qui Annibalem uicerat, de Pœnis triumpharat, omnes belli gloria & uirtute anteibat: imperio tamen minoris natu ſe ſponte ſummiſit, ut is in honore obtinendæ prouinciæ gratioſo collegæ præferretur. Ex eo autem bello L. Scipio conſul Aphricani conſilio egregio quidem & fideli uſus, maximã gloriam in patriam reportauit. Nam primùm in Græciam traiiciẽs, inducias ſex menſiũ Aetolis dedit, ſuadente Aphricano poſthabitis omnibus Aſiam caput belli peteret. Pruſiã deinde Bithyniæ regẽ animo fluctuantẽ, Aphricani opera ab Antiochi ſocietate auertit. Magnũ enim erat Aphricani nomen, & omnes qui cõſulem

ſulem adibant rem aliquã impetraturi, eo patrono utebantur. Cùm uerò in Aſiã peruenĩſſet, & legatus Antiochi & Heraclides Byzãtius præſto fuiſſet, ut de pace ageret, & publicè expoſitis mandatis æquas conditiones impetrare non potuiſſet, priuatim ſicut præceptum erat, Aphricanum adiiſſe traditur, ac multis modis tẽtaſſe animum uiri, ut in regis deſiderium traheret. Nam & filium adoleſcentem, quem captum in poteſtate haberet, Anthiochum remiſſurum dixit, & Aphricanum in totius regni ſocietatem, titulo tantùm ſibi reſeruato, libẽtiſſimè ſuſcepturum adiecit. P. autem Scipio ſicut multis aliis uirtutibus, ita fide & probitate præſtans, cæteris poſthabitis filium ut gratum munus ſe accepturum reſpondit, & pro priuato officio quantùm in eo eſſet, priuatam gratiam relaturum: ſed ante omnia regem hortari, ut abiectis belli conſiliis, quaſcunq; dederit ſenatus populúſque Romanus cõditiones accipiat. Paucis uerò pòſt diebus, Antiochus filium ad P. Scipionẽ ut pollicitus erat, remiſit: quem alij iam inde ab initio belli à Chalcide Oricum petentem, alij paruo nauigio traiicientem, quidam proficiſcentem exploratum conſilia hoſtium, captum fuiſſe tradũt, atque eo tempore ad patrem Eleæ ægrotantem remiſſum dicunt. Ea indulgentia regis gratiſſima (ut par erat) Aphricano fuit, uiſúſque ex longo interuallo adoleſcens animum eius ſolicitum & corpus ægrũ magnopere recreauit. Verùm P. Scipio ut aliquod grati animi indicium præ ſe ferret, per legatos qui ad eum uenerant, ampliſſimas gratias Anthiocho egit pro filio ad ſe remiſſo. Deinde eum monuit, ne prius in aciem deſcenderet, quàm ſe ab Elea in caſtra reuerſum ſciret. Motus authoritate uiri Anthiochus, aliquandiu ſe caſtris continuit, & prælium in longum differendum putauit, ſperans per Aphricanum ſe aliquem aditum ad conſulem habiturum. Poſtea uerò cùm conſul ad Magneſiam conſediſſet, & laceſſendo atque irritãdo hoſtem ad pugnam exciuiſſet, continere ſe non potuit rex, quin iuſta acie decertaret. Ei prælio inter alios regios duces Annibal Carthaginienſis interfuiſſe traditur. Victus profligatúſque Antiochus, cùm perditis rebus nullum remedium eſſe cenſeret, ad Aphricanum qui paulò poſt commiſſam pugnam leuatus morbo in caſtra uenerat, confugit, ac per eum à cõſule impetrauit, ut de pace agi liceret. Venientibus ergo in caſtra legatis Antiochi, petentibúſque ut regi ſuo ignoſcerent, & quaſcunque uellent conditiones dicerent pacis, Aphricanum ex communi omnium ſententia reſpondiſſe tradunt, non eſſe cõſuetudinem Romanorum, ut uel aduerſis rebus ſuccumbere, uel ſecundis efferri ſciant: eaſdem conditiones, quas ante uictoriam detuliſſent, ſe deferre, ut Europa abſtineat rex, cis Taurum mõtem uſque ad Tanaim amnem poſſeſſionem Aſiæ cedat, in uiginti annos tributum pendat, uiginti obſides ex arbitrio conſulis dedat. Et ante omnes Annibalem Pœnum concitatorem belli popoſcit. Sed is, ut in eius uita ſcripſimus, terra maríque fractas uidẽs Antiochi opes, ſe manibus Romanorum ſurripuerat, & ad Pruſiam Bithyniæ regem perfugerat. Antiochus acceptis conditionibus pacis, benignè ſibi à populo Romano factum dixit, quòd magna cura liberatus, modicis regni terminis uteretur. Ampla enim imperia & nimiæ quæ expetuntur opes, tot támque uarias & undique circunfuſas moleſtias habent, ut non minus uerè quàm eleganter à Theocrito dictum ſit:

Imperia ampla et nimiæ opes, multas ſecũ moleſtias habẽt.

Non mihi ſint nec opes Pelopis, nec multa talenta,
Nec celeri curſu uentos ſuperare fugaces:
At tuacuo curis liceat cantare ſub antro,
Et procul è ſpecula mare proſpectare profundum.

Conſul debellato potentiſſimo rege Aſiæ, celeriúſq; opinione omniũ bello maximo confecto, Romã rediit, & ſpecioſo triũpho urbem eſt inuectus. Cognomen quoq; ex deuicta prouincia meruit, ut ſicut antè Aphricanus ob Aphricam, ſic etiã iſte Aſiaticus ob Aſiam ſubactã diceretur. Nec P. Scipio, cuius conſilio L. frater rempub. feliciſſimè geſſerat, expers honorũ fuit. Nam paulò pòſt duo clari Cẽſores T. Q. Flaminius,

& M.Claudius Marcellus eum principē ſenatus tertiò legerūt, ſicq; iis duobus luſtris ex quo eſt ab initio cōſtitutus, in ea dignitate permanſit. Verùm operæpretiū eſt contemplari quàm uaria & quàm imbecillis ſit rerū humanarum conditio. Erat ea tēpeſtate cumulata omni genere honoris Scipionū, Cornelięq; gētis gloria, & Aphricani authoritas in eum gradū peruenerat, ut non eſſet priuato uiro in libera ciuitate ulterius expetendū. Hanc magnitudinē ſuſtinere non potuit inimicorū inuidia, ſed erupit tandē ea quæ animis latebat, & in tantarū rerum authores ſeſe effudit. Nam duo tribuni plebis, Porcij Catonis (ut quidā ſuſpicantur) opera cōcitati, diē P. Aphricano dicunt, & pecuniæ ab Antiocho rege acceptæ, & non in publicū relatæ, eum inſimulant. Is ſuæ probitatis conſcius uocanti magiſtratui paret, ac ingēti fiducia animi in 63
forū progreſſus, orationē amplam magnificámque habet de rebus à ſe pro repub. geſtis: quarum cōmemoratio nō pro gloria, ſed pro ſuo periculo habita, à multitudine quæ ibi frequēs aderat, æquis animis recipitur. Inſtant tamen tribuni, multis calumniis hominē onerant, & quaſi culpæ obnoxiū, ſuſpicionibus magis quàm argumētis accuſant. Sequēti die citatus iterum Aphricanus ad cōſtitutam horam præſto adeſt, & cum magno comitatu amicorū per mediam concionē ad roſtra progreditur. Ibi ſilentibus cūctis, Memini, inquit, Quirites, me tali die de Annibale & Pœnis egregiá
uictoriam conſequutum: quamobrē poſtpoſitis litibus, hinc eundū in Capitolium cenſeo, ut pro republica feliciſſimè geſta diuino numini gratias agamus. Proficiſcē- 69
tem deinde P. Scipionem nō modò in Capitoliū, ſed etiam ad omnia tēpla urbis, ſequuta uniuerſa cōcio eſt, magiſtratu cū ſolis miniſtris relicto. Hæc uelut ultima proſperitatis dies, & frequentia hominū & beneuolentiæ ſignificatione, quacunq; antecēdēti felicior Aphricano illuxit. Nam poſtea ruri agere uitam procul ambitione ac foro cōſtituit. Itaq; Linternum ſe contuliſſe traditur, ſeu uehemēti indignatione cōmotus, quòd poſt tanta beneficia in ciuitatē collata, pro mercede ignominiā reportaret: ſeu quia ſatietate gloriæ captus, generoſius duceret ſponte inimicorum inuidię cedere, quàm ui & armis magnitudinē ſuam tueri. Accuſantibus deinde tribunis cōtumaciā uiri, ac L. fratre abſentiæ ſuæ cauſam in ægritudinē referente, unus è tribunis plebis Tiberius Gracchus, cui ſimultates cum Aphricano erāt, contra opinionē omnium hanc excuſationē accepit, & Scipionis cauſam, modò eū ſummis laudibus efferendo, modò aduerſarios deterrēdo, ſic egregiè tutatus eſt, ut poſtea ſenatus frequens, qui hanc iniuriā iniquo ferebat animo, amplißimas ei gratias egerit. Sunt au- 64
tem qui uolunt P. Scipionē priuſquam Linternū concederet, librum pro reddēda ratione à L. fratre in ſenatū allatum ſuis manibus cōcerpſiſſe, atq; id non fraude aut arrogantia feciſſe, ſed eadē fiducia animi, qua aliquādo in quæſtores eſt uſus, cùm claues ad aperiendū ærariū contra leges popoſcit, ut neceſſitati reipub. ſubueniret. Quidam etiā dicunt, nō Aphricanum, ſed Aſiaticū fuiſſe quem tribuni plebis in iudiciū uocarunt: & P. Scipionē qui in Hetturia per id tēpus erat legatus, hac re cognita celeriter in urbem rediiſſe, & primo aduentu cùm offendiſſet L. fratrē damnatū, & paratos miniſtros qui eum uinctum in carcerem ducerent, ſic animo exarſiſſe, ut uiatorem tribunóſque plebis ui à corpore fratris repulerit. Adiiciunt præterea Tiberium Gracchum tribunum plebis queſtum primò, ſolutam eſſe à priuato tribunitiam poteſtatem: deinde poſtpoſitis ſimultatibus, quæ ſibi cum Scipionibus intercedebant, eorum patrociniū ſuſcepiſſe, ut tribuni potius à tribuno, quàm à priuato uicti uiderentur. Eodem die ſenatum in Capitolio cœnantem authorem fuiſſe ſcribunt, ut A- 65
phricanus minorem ex filiabus Tiberio Graccho deſponderet. Hac ſponſione facta rediens domum P. Scipio, cùm uxori nouā affinitatem nuntiaſſet, indignata mulier dixiſſe fertur, non debuiſſe eum inconſulta matre filiam deſpōdere, etiamſi Tiberio Graccho locare potuiſſet. Id reſponſum Scipioni iucundiſſimū fuit, cùm uidit cōiugem in eandem ſententiam, in qua ipſe conſtiterat, de locanda filia incidiſſe. Nec ſanè

Voluntarium P. Scipionis exilium.

nè me fugit, hæc quæ modò dixi, nonnullos de Tiberio filio, & Appio Claudio eius ſocero tradidiſſe. Nā Polybius, & alij locupletiſſimi authores, Corneliā, quæ Caium & Tiberium peperit, poſt mortem Aphricani Graccho nupſiſſe ſcibunt. Fuit enim
66 Aphricano Aemilia uxor L. Pauli filia, qui conſul pro repub. ad Cannas occubuit. Ex ea genuit filias duas, quarum maiorem natu P. Cornelio Naſicæ, minorem ſeu in uita ſeu poſt mortem patris Tiberio certè Graccho nuptam conſtat. De filiis uerò pauca reperiuntur, quæ pro certis afferri poſſint. Diximus de adoleſcente ab Antiocho capto, & ad patrem liberaliter remiſſo, de quo nullam poſtea ſcriptores, quod compertum habeam, mentionem faciunt, niſi quòd eum præturam geſſiſſe, & in magiſtratu conſequendo à Cicereio patris ſcriba, adiutum fuiſſe quidā authores ſunt. Proditum quoq; memoriæ eſt, Aphricanum minorem à filio P. Scipionis adoptatum fuiſſe. M. Cicero in eo libro, qui Cato maior inſcribitur, Quā fuit imbecillis, inquit, P. Aphricani filius, is qui te adoptauit. Et in ſexto de repub. libro pater Aemilius Scipionem
67 filium hortatur, ut ſicut Aphricanus auus, colat iuſtitiam & pietatē. De exitu autem P. Scipionis uaria ſcriptores tradidere. Alij Romæ mortuum, elatúmq; ſcribunt, & ad fidem huius rei, monumentum ad portam Capenam ei factum, & tres ſtatuas ſuperlocatas ferunt, quarum duæ P. & L. Scipionum dicūtur eſſe, tertia Q. Ennij poetæ. Huic ſententiæ illud Ciceronis conuenire uidetur: Charus, inquit, Aphricano ſuperiori fuit noſter Ennius: itaq; etiam in ſepulchro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus. Alij authores ſunt, & frequētior fama eſt, Linterni Aphricanum mortuum, ibíq; ex ſua inſtitutione ſepultū eſſe, ne patria parum memor beneficiorū, ſuum funus celebraret: monumentúmq; ei factum, ac ſtatuam ſuperpoſitam, quam poſtea tempeſtate diſiectam Liuius ſe uidiſſe teſtatur. Præterea apud Caietam in marmoreo ſepulchro æneáque urna hæc inſcripta reperiuntur:

Epitaphium Scipionis.

D euicto Annibale, capta Carthagine, & aucto
I mperio, hos cineres marmore tectus habes.
C ui non Europa, non obſtitit Aphrica quondam,
(R eſpice res hominum) quàm breuis urna premit.

68 Ego uerò quæritans quo anno ætatis Aphricanus obierit, IIII & L annos eum uixiſſe, paulóq; pòſt interiſſe, apud quoſdam oratores Græcos inueni. Fuit autem uir non ſolùm omni bellica laude dignus, ſed etiā domeſticis uirtutibus præſtans, quæ ſic eius animū ingeniúmq; alebāt, ut dicere ſolitus ſit, nunquā ſe minus otioſum eſſe, quàm cùm otioſus, nec minus ſolum, quàm cùm ſolus eſſet. Interdum enim multitudinem conſultò fugiens, tanquam in portum ſe in ſolitudinem recipiebat. Sed ea erat rerum geſtarum gloria, ut quocunque proficiſceretur, concurſum omnis generis hominum commoueret. Tradit fama, cùm in Linternum ſeceſſiſſet, prædones quoſdam eum ſalutatum ueniſſe, ut tantùm uirum intuerentur, dextrámque illius ſide & uictoriis præſtantem contingerent. Magna eſt enim uirtutis uis, & magna apud omnes gētes, cùm non ſolùm bonos, ſed etiam improbos ad ſe amandum alliciat.

Virtutis uis quanta.

ANNIBALIS, PVBLIIQVE SCIPIONIS COMPARATIO.

69 IAm uerò res admonere uidetur, ut Scipionis & Annibalis geſta, & ea quæ ad domeſticam pertinent diſciplinam, paucis uerbis conferamus. Primùm ſi res bellicas conſiderare uelimus, ſatis conſtat ambos fuiſſe ſummos præſtantiſſimóſque belli duces, ac non modò ætatis ſuæ, qua nulla bellaciſſimorum uirorū feracior fuit, ſed etiam ſuperiorum temporū cuilibet regum imperatorúmue pares. Id autem mirari libet, cùm potentiſſimos aduerſarios domi haberent, qui omnia ſua conſilia oppugnare nitebantur, tanta eos in externis bellis ſuſtinere aut perficere potuiſſe. Nā ut cætera omit-

tam,P.Scipio aduersante Fabio Maximo,aliisque principibus ciuitatis, quanta cō-
tentione perfecit,ut in Aphricam mitteretur ad gerendū ex propinquo Carthagini-
ensibus bellum? Annibal uerò quem aut qualē aduersarium habuit Hannonē princi-
pem factionis aduersæ? Ambo igitur multis domi foriſq; difficultatibus uicti, non 70
felici quadam temeritate,ut pleriſque contigit, ſed arte, ingenio, conſilio,res omni
memoria dignas geſſere. Verùm Annibalis ferociam pleriq; mirantur,qui expugna-
ta Sagunto,auſus ſit ab ultimis terrarum finibus in Italiam uenire,ingentes peditum
equitúmque copias ſecum ducere,ualidiſſimam rempub.quam maiores ſui non me-
diocriter formidauerant,bello laceſſere, multis exercitibus,conſulibus, imperato-
ribus cæſis,ſub mœnibus Romanæ urbis caſtra ponere,externos reges,longinquas na-
tiones commouere ad inferenda Romanis arma. Hæc qui fecerit, maximum ac for-
tiſſimum ducem habendum putant. Alij uerò in Scipionem conuerſi, ſummis eum
efferunt laudibus: quatuor nobiliſſimos duces, quatuor exercitus in Hiſpania fuſos
fugatóſque,deuictum & captum ingentis nominis regem enarrant. Poſtremò illam 71
memorabilem pugnam extollūt, qua Scipio collatis ſignis Annibalem profligauit.
Nam ſi Fabio,inquiunt,laudi datum fuit,quia non eſt à Pœno ſuperatus, quid de A-
phricano dicendum erit,qui celeberrimum ducem magno prælio fudit, & grauiſſi-
mum bellū confecit? Hunc inſuper aperto Marte bella gerere, cum hoſte æquo cam-
po congredi conſueſſe memorant. Annibalem contrà,inſidiis,dolis,atque omni ge-
nere fallaciæ uti ſolitum tradunt:itaque omnes Græci Latiníque ſcriptores calidiſſi-
mum ducem appellant. Sunt præterea qui Annibalem laudandū cenſent, quòd tam
diuturno tempore, quo bellum cum Romanis geſſit, exercitum conflatum ex omni
genere hominum ſic quietem & concordem tenuit,ut nulla unquam in caſtris audi-
ta ſeditio ſit. Vituperandum econtrà arbitrātur, quòd poſt illam memorabilem cla-
dem Romanis illatam,ſegniter ſit uictoria uſus: quòd Campaniæ Apuliæq; deliciis
ſic milites ſuos corruperit,ut non iidem poſtea uiderentur,qui Romanos ad Trebiā,
ad Thraſimenū,ad Cannas fudiſſent. Hæc cùm omnes authores in eo reprehendant, 72
tum perfidiam & crudelitatem maximè deteſtantur. Nam ut cætera omittam, quæ
immanitas illa fuit,cùm hominis Arpinatis uxorē & liberos in caſtris accitos uiuos
combuſſit? Quid de illis dicendum, quos ex Italia decedens in Iunonis Laciniæ de-
lubro necari iuſſit? At Scipionem, ſi ſcriptoribus magis quàm inuidorum calumniis
credere libet,moderatiſſimum ducem,nec ſolùm in pugna ſtrenuum,ſed etiam poſt
uictoriam clementem fuiſſe dicemus. Itaque ſæpiſſimè accidit,ut eiuſdem uirtutem
hoſtes,miſericordiam uicti,fidem cæteræ gentes experirentur. Iam uerò continentia
& liberalitas uiri quanta aut qualis fuit,qua in uirginem captiuam, qua in Luceium
principem Celtiberorū eſt in Hiſpania uſus? Quod autem ad utrūque attinet, ambo
liberalibus artibus eruditi, ambo doctorū hominū amatores fuiſſe dicūtur. Tradunt 73
enim ut Aphricanum Ennio, ſic Annibalem Soſillo Lacedæmonio familiariſſimè
uſum. Sunt etiam qui Pœnum literarum græcarum non modò nō ignarū fuiſſe ſcri-
bunt,ſed in hoc quoque genere laudis tantùm ei tribuunt, ut hiſtoriam de rebus ge-
ſtis Manlij Vulſonis græco ſermone ſcripſiſſe uelint. Ego uerò M. Tullio libenter ad-
Lib. 2. hæreo,qui in libro de Oratore Annibalem dicit audiuiſſe Epheſi Peripateticū Phor-
mionem, de imperatoris officio & de omni re militari copioſiſſimè diſſerētem, pau-
lóque pòſt rogatum quidnam de illo philoſopho iudicaret,reſpondiſſe, non optimè
græcè,attamen græcè,Multos ſe deliros uidiſſe ſenes, ſed qui magis quàm Phormio
Annibalis re- deliraret,uidiſſe neminem. Ambo præterea apti in dicendo, Annibal etiam acutus
ſponſio acu- in reſpondendo fuiſſe traditur. Cùm aliquando Antiochus populo Rom. bellum il- 74
tata Antio- laturus,copias in aciem deduxiſſet, non tam armis quàm auro argentóque ornatas,
cho regi fa- quæſiuit à Pœno,an ſatis hæ copiæ ſibi uiderētur. Tum ille,Satis,inquit,ô rex,quāuis
cta de eius hoſtes auariſsimi ſint. Illud autem uerè dici poteſt, Annibalem res geſsiſſe magnas,
exercitu au- attamen
ro argēntóque inſtructo.

attamen ſuæ reipub.calamitoſas. Cauſa enim pernicioſiſsimi belli, cauſa peſtis atq;
exitij fuit. Scipio contrà ſic rempub. ſuam protexit, patriam conſeruauit, imperium
auxit,ut qui ea meminerunt,Romam ingratam appellare non dubitent,quæ Aphri-
canum ſeruatorem urbis cedere ex urbe maluit,quàm paucorum furorē audaciāmq;
reprimere. Ego uerò nec eam ciuitatem gratam appellare poſſum, quæ præſtātiſsimi
uiri ſimul & innocentiſsimi tam abiectè ignominiam tulit:nec tam uituperare ſcio,
quàm uituperandam cenſerem, ſi ad eam iniuriam inferendam contuliſſet manus.
75 Verùm ſenatus, ut omnes authores aſſeuerant, Tiberio Graccho opem Scipionibus
afferenti gratias egit: & plebs relictis tribunis qui reum citabant, per omnia templa
urbis Aphricanum ſequuta,facilè declarauit,quanta beneuolentia, quantóq; hono-
re dignum cēſeret Scipionum nomen. Quòd ſi ex talibus indiciis ciuium animi me-
tiendi ſint, non tam ingrata ciuitas in abiicienda beneficiorum memoria, quàm in
toleranda iniuria lenis mollíſque cenſenda erit: pauci enim fuere, qui reliquis indi-
gnantibus,tale facinus audiendum putarunt. Cæterùm uir magni animi Scipio facilè
contemnēs inimicorum inuidiam,cedere ex urbe maluit, quàm inteſtinis diſcor-
diis ciuitatem euertere. Nec iam ipſe,ut Coriolanus, Alcibiades, aliíque permulti ex
antiquorum memoria,infeſta patriæ ſigna inferenda putauit,nec exteras gentes,po-
tentiſſimos reges commouendos cenſuit, ut eorum auxiliis fultus, ei ciuitati uim af-
76 ferret,quam ſpoliis triumphíſque decorarat. Quantùm enim Romanę libertati con-
ſuluerit,facilè intelligi potuit, cùm regale nomen ab Hiſpanis delatum repudiauit:
cùm populo Romano ſuccenſuit, quòd eum perpetuum conſulem & Dictatorē uel-
let facere:cùm in comitio,in roſtris,in Capitolio ſibi ſtatuas fieri uetuit. Quæ omnia
poſteris temporibus ad Cæſarem, qui Pompeium profligauit, à ſeruientibus ciuibus
ſunt delata. Hæ igitur aliæque eiuſdem generis ſunt Aphricani propriæ uirtutes, ma-
ximæ ac ueriſſimæ laudes continentiæ. Verùm ut hæc omnia ad unam ſummam re-
ferantur, hi duo celeberrimi duces nō tam domeſticis uirtutibus, quibus Scipio ma-
gnopere præſtitit,quàm bellicis artibus & rerum geſtarum gloria,comparabiles eſſe
uidentur. Exitus quoque uitæ ſimilitudinem quandam præ ſe ferunt, quòd ambo ex-
tra patrium ſolum obierunt: quanquam Scipio non à republica damnatus ut Anni-
bal,ſed uoluntario ſibi exilio indicto uitam extra urbem finiendam putauit.

Philopœmen.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 CASANDER & genere primarius,& inter ampliſſimos Mātiniæ ci- *Suidas,Cleā-*
ues egregia poteſtate pollens fuit. Is,ut fortunę mos eſt,ex urbe ſua *der.*
profugus Megalopolim peruenit, maximè ob Crauſin Philopœ-
menis patrem uirum cùm omnib.in rebus clariſſimum, tum uerò *Genus.*
præcipua ſecum familiaritate deuinctum, ac quoad Crauſis in ui-
ta fuit rerum omnium facultatē aſſecutus eſt. Ei autem mortuo a-
moris uiciſſitudinem & hoſpitij præmia reddidit. Eius ſiquidē filium parente deſti- *Educatio.*
tutū educauit, quemadmodum Achillem ſub Phœnice enutritū Homerus tradidit,
cùm illius mores ſtatim generoſam quandā ab initio, ueréq; regiam conformationē
incrementúmue capeſſerent. Verùm pubeſcētis iam Philopœmenis Ecdemus ac De-
mophanes Megalopolitani in primis curā ſubiere, uiri cum Archeſilao plurimùm
in Academia obuerſati,maximi omniū ætatis ſuæ philoſophorum,ad res urbanas &
2 actiones ſtudia perduxerāt. Hi cùm occultos Ariſtodemi interfectores inſtruxiſſent,
& propriā à tyrannide patriā liberam reddiderūt,& unà cum Arato, Nicoclē quoq;
Sicyonium tyrānum eiecerunt. Deprecantibus deinde Cyreneis cùm perturbata eo-

rum ciuitas inteſtino morbo teneretur, eò nauigarunt, præſtãtiſsimíſque legibus ab ſe poſitis ciuilem ſtatum optimis inſtitutis adornarunt. Hi nimirum inter alia eorũ opera & Philopœmenis inſtitutionem plurimi faciebant, ut qui in bonis huius ho-
Tempus. minis artibus publicum Græciæ emolumentum efficerent. Etenim Græcia cùm poſt eximias antiquiſsimorum ducum uirtutes, hũc uirum perinde ac extrema ſenectute filium in lucem produxiſſet, ipſum præcipua beneuolentia complexa eſt, ſimúlque cum gloria eius poteſtatem adauxit. Romanus quidam Philopœmenem laudibus extollens, Græcorum poſtremum appellauit, quaſi Græcia nullum amplitudinis ui-
Forma. rum, nec uerè Græcia dignum, poſt Philopœmenem edidiſſet. Fuit forma minimè 3
ſanè turpi, quemadmodum quidam opinantur: nam eius imaginem ſpectamus Delphis permanentem. Mulieris autem hoſpitæ Megarenſis ignorationem, ob indumẽtorum tenuitatem & frugalitatem eius eueniſſe traditur. Illa enim cùm Achæorum imperatorem ad ſe aduentare accepiſſet, ingenti animi tumultu fluctuabat, & in ipſo cœnæ apparatu (fortè enim maritus aberat) agitabatur. Interim Philopœmen tenui admodum cum chlamyde ſubit ædes, quem mulier ex miniſtris quempiam præcurrentẽ anteuertiſſe ſuſpicata, ut miniſtranti ſibi opẽ adhiberet precabatur. Continuò Philopœmẽ relicta chlamyde, ſcindere ligna cœpit. Inter hæc hoſpes ingreſſus, ubi rem cõſpicatur, Quidnã hoc eſt, inquit, ô Philopœmen? cui Philopœmẽ Dorica reſpõdens lingua, Quidnã aliud, ait, quàm indecoræ faciei pœnã do? Reliqui corporis effigiẽ Titus Flaminius mordẽs aliquando, ô Philopœmen dixit, quàm pulchras manus habes & crura, cæterum uentrẽ non habes. & erat ſanè mediis ex partibus gracilior. Verùm in ipſius facultatem relatus eſt Titi morſus: nam cùm bonos equites ac 4
pedites haberet, interdum pecuniarum inopia laborabat. Hæc quidem per luſum de
Mores. Philopœmene dictari ſolent. Mores autem eius propter ingentem honoris cupiditatem contentioſi, crimine omnino non caruerunt, nec iracundia liberi fuere. Et licet Epaminondæ in primis æmulus eſſe cuperet, eius profectò ſtrenuitatem, intelligentiam, integritatem, ita ut nullis afficeretur pecuniis, magnum in modũ imitabatur. Verùm cùm in manſuetudine, grauitate, humanitate, ad ciuiles diſceptationes permanere iracundia & contentione nequiret, ad militares quàm urbanas uirtutes ac-
Studium. commodatior cenſebatur. Etenim ut primùm ex ephebis exceſſit, ingenti quodam rei militaris ſtudio tenebatur, & earum quæ ad hoc cõducerent diſciplinarũ auditor erat, equitandi, tractandorum armorum, & pugnandi cupidiſſimus. Cùm autem lu- 5
ctari commodè uideretur, inuitantibus amicis & tutoribus, ut Athletarum arti quicquam operæ impartiret, eos interrogabat, num quid ex Athletarũ arte ad rei militaris exercitationẽ detrimẽti pateretur. Cui illi id quod erat aſſeuerabãt, cùm omnibus rebus inter athleticum & militare corpus & uitã intereſſe, tum uerò aliã uiuendi formulam, & aliud exercitationis genus eſſe. pugiles quidẽ permulto ſopore, aſſidua ſaturitate, agitationibus ad certum modum & ordinẽ inſtitutis, ſuam habitudinẽ tutari, quę quouis momẽto, & noua cõſuetudinis excurſione, ad permutationẽ dubia & periculoſa ſit: militiã uerò nullius erroris expertẽ, per inæqualia cuncta uerſari, præ- 6
cipuè inopiã ac uigilias tolerare, & facilè quidẽ, ſolitã. Quibus auditis Philopœmen non modò per ſe ſtudium omne pugilum fugit & deriſioni habuit, ſed etiam poſtea cùm exercitus ducꝛaret, cum ignominia & probris, quantùm in eo fuit, habuit: quippe cùm aptiſſima ad dimicationes neceſſarias corpora ineptiſsima redderet, & prorſus inutilia. A pædagogorum uerò & præceptorum cura ſolutus, in expeditionibus quas rapinæ populationíſq; gratia in Spartanorum fines ciues incurſantes faciebant, ita ſeipſum conſuefecit, ut quoties educeretur exercitus, primus, quoties reduceretur, poſtremus uaderet. Vbi uerò otium ab armis eſſet, corpus defatigabat, & aut uenationibus, aut agricultura agile pariter robuſtúmue comparabat. Agrum enim bonum uiginti ab urbe ſtadia poſsidebat, & eò poſt prãdij aut cœnæ tempus quotidie com-

commigrabat, ubi ſuper ſtramenta prout ſeſe obtulerãt, ſicut quiuis colonorum, de-
7 iectus quieti ſe dabat. Prima deinde luce ſurgens, unà cùm uinitoribus, aut bubulcis opus aliquod ſuſcipiebat. Inde in urbem denuo cõmeabat, ubi reipub. negotiis, aut cum amicis, aut cũ magiſtratibus occupatus erat. Quæcunq; illi bellicis artibus parta fuerant, aut in equis atque armis comparandis, aut in captiuis redimendis expendebantur. Rem uerò domeſticã ex agricultura iuſtiſſimo ſanè quæſtu amplificare, & collocupletare nitebatur: illud uidelicet inter ſuperuacanea minimè ponens opera, uerùm maiorem in modum ad officium pertinere ratus, ita rem familiarem poſſidere, ut ab alienorum iniuria manus contineret. Eloquentiæ & philoſophorum operibus aſſiduam curam adhibebat, nec tamen omnibus, ſed quæ ad uirtutẽ capeſſendam uſui ſibi fore iudicabat. Homericis uerò figmentis, quæcũque ad ingeniũ uirtute ex-
8 citandum & ſtimulandum attinere putabat, animum intendebat. Cęterùm lectionibus Euangeli, præcipuè de re militari, ſtudioſius incumbebat. Hiſtorias Alexãdri cõplectebatur, id ſemper ſecum uerſans, quonam modo ad actionem uerba conuerteret, niſi quippiam otioſè & infructuoſo ſermone uideret abſolutum. Etenim quæ ad rerum militarium ſpeculationẽ in talibus pinguntur, prorſus omittens, ex locis ipſis experientiam argumentúmue captabat. At meditãs exercitationem faciebat, procliues locorum deſcenſus, præruptáq; camporũ præcipitia, & quicquid ad fluẽta, foſſas, angiportus, caſus, & formas in dilatandã, rurſus in contrahenda phalange obuenire poſſet, ipſe ſecum, dum iter faceret, cõſiderare, aut comitibus proponere ſolitus erat. Hunc ſiquidem uirum pluſquã neceſſe fuerit, rerum militarium ſtudio & ornamen- *Geſta.*
tis incubuiſſe, & bellicas arteis perinde ac uariam multimodámq; uirtutis materiam charitate complexum fuiſſe conſtat, quas qui omitterent, uelut ignauos, & ad nihil
9 agendum natos, contemptui prorſus habuit. Cùm Philopœmen annos triginta natus eſſet, rex Lacedæmoniorum Cleomenes Megalopolim noctu repentino adortus impetu, ui deturbatis excubiis & intra mœnia irrumpens, forum omne captauerat. Contrà Philopœmen auxilium ferens, quanquã ſummis uiribus, magnóque capitis periculo decertarit, hoſtem tamen reiicere non ualuit. Cæterùm ſubducit furtim ex urbe ciues, aduerſus inſectantes armis occurrens. Qua in re ita Cleomenẽ in ſeipſum elicuit, ut amiſſo prius equo, & uulneribus acceptis difficilè poſtremus euaſerit. His Meſſanam contendentibus, Cleomenes per legatos nuntiat locum ſe illis cum pecuniis reddere. Eam conditionem Megalopolitani libenter aſſumebant, in patriam re-
10 dire properãtes. Quod Philopœmen cõſpicatus obſiſtit, inhibuítque, orationis grauitate commonefaciẽs, Cleomenem haud ſanè oppidum reddere, uerùm oppidanos ſibi uẽdicare, ut firmius oppidum tenere queat. haud enim habiturum Cleomenem, ubi domicilia & inanes muros ſedendo tueatur, uerùm ob ſolitudinem ueſtigio abiturum. Quibus uocibus reditum ciuibus diſſuadens, occaſionem Cleomeni præbuit, ut magna ex parte diruta & uaſtata urbe, grandi pecunia ditatus abierit. Poſtea uerò Antigonus rex adiumento futurus aduerſus Cleomenem, unà cum Achæis ducꝛauit exercitum. Quo Sellaſiæ colles & aditum occupante, Antigonus admotas propius inſtruxit copias, eo conſilio, ut uiribus aggrederetur hoſtem. Erat autem ſuis cum ciuibus in equitum ordine Philopœmen conſtitutus, proximè ſubinde Illyrij: quibus uallantibus pro eorum multitudine ac robore extremum agmen, edictum erat, ut reſidentes quieti perſtarent, donec ab altero cornu rubicundam à rege
11 tunicam in ſublime tolli ſariſſa proſpicerent. At conãtibus per Illyricos ducibus ui Lacedæmonios aggredi, Achæis autem, uti fuerat edictum, ordinem reſidendi ſeruantibus, Cleomenis frater Euclidas cognito, quòd diſiuncti hoſtes digrederentur, leuis armaturæ milites properè circummittit, quos in Illyricos impetum à tergo facere, eóſq; diſtrahere imperat, ſeorſum ab equitum auxilio deſtitutos. His igitur iuſſa faceſſentibus, ac perturbantibus rem, conſpicatus Philopœmen, facilè ratus leuis

armaturæ milites aggredi,præsertim cùm ad id conduceret tẽporis occasio, primùm quidem regis præfectis mentem aperit:postea ut persuadere se minimè posse cernit, suos secum rapiens ciues hostem inuadit:nõdum enim ad tãtum imperatoris facinus satis ampla eius fides erat & authoritas,quin insanire dicebatur. Hoste igitur ab ini- 12
tio perturbato,tum multis cadentibus fugam capessente, ut magis regios animaret; & tumultuantibus aduersariis ocyus immisceret,equum dimittit. Ipse per obliquas conualles,confragosósque torrentes in equestri thorace, & armatura grauiore difficulter, ac labore quammaximo decertabat, cùm interim sub natibus uno per crus utrunque telo transuerberatur. Vehemens quidem plaga,sed nequaquã lethalis erat, ita ut teli cuspis emineret. Principio igitur nõ secus ac colligatus mansit immobilis, ipsius enim iaculi infixa penitus acies durum ac grauẽ,dum retraheretur,motum faciebat. Verentibus autem qui aderant contrectare,ac subinde ardentius sequente pugna,indignatione & ambitione animo discruciatus ad dimicandum ferebatur,progressu tandem & alterno crurum motu cõfracto iaculo,frustum utrunq; per se iussit
educi:hoc pacto liberatus, stricto ense per propugnatores in hostẽ uadebat. Qua ex 13
re nõ mediocrem præliantibus promptitudinem,& uirtutis æmulationẽ iniecit. Victor igitur Antigonus Macedones tentabat,interrogãs quamobrẽ suo iniussu equitatum concitassent. Quibus respondentibus,se inopinantes & inuitos manum cum hoste cõferre coactos,cùm adolescens Megalopolitanus prior incurrisset:ridens Antigonus,Ille,inquit,adolescens amplissimi opus ductoris effecit. Hoc insigne facinus plurimùm gloriæ (uti par erat) Philopœmeni peperit:cúmque Antigonus ut secum militaret, summo studio peteret, ac præfecturam simul & grandem pecuniam exhiberet, repudiauit, præcipuè quia se esse eius sciebat ingenij, ut aliorum subiici ditioni non nisi grauiter & molestè posset. Vitam uerò otio & secordia terere minimè
uolens, rei militaris gratia in Cretam militatum nauigauit. Vbi aliquandiu per ua- 14
ria præliandi genera inter bellicosissimos uiros continentes,& uiuendi norma castigatos, scientia & exercitatione uersatus, tanto ad Achæos splendore reuersus est, ut quamprimùm præfectus equitum designaretur. Solebant equites,siquando in expeditionem eundem erat,pusillis & uilissimis equis, qui fortè ad manus obuenerant, uti,ac multoties militiam detrectantes, alios in eorum loco suffectos emittere: quare omnes & bellorum imperiti, & audaciæ prorsus expertes erant. Hæc autem superiores idcirco semper præfecti neglexerãt,quia inter Achæos equestris dignitas eximia potestate,& honoris ac supplicij authoritate præcelleret. Tales itaque Philopœmen accipiens,haud cessit,neque omittendos esse sanè duxit. At urbes obiens iuuentutem ad decus & laudem ac magnificentiam uiritim excitabat,quósque necessariis indigere cerneret,mulctabat. Vbi uerò frequens futurum erat spectaculum, exerci- 15
tia,ludos, & mutuas concertationes instituere consueuerat. Paruo igitur tempore mirandum cunctis robur,& promptissimos adhibuit animos, & quod in re militari maximum habetur, agiles, acrésque reddidit, & in acie ambire, circunflecti, equos uersare,declinare,strenuos habilésque usu & industria perfecit, adeò ut totius agminis dexteritas, uarias mutando figuras, unius corporis alacritati inter mouendum simillima esset. Quibus & ipse exemplum erat circa Larissum fluuium,acerrima contra Aetolos & Elienses constãte pugna. Eliensium equitũ præfectus Demophantus in Philopœmenem citato cursu ferebatur:cuius ille impetum excipiens,& hasta occupans,Demophantum fortissimo prostrauit ictu: quo collabente, statim hostes fugam faciunt. Itaque iam latè Philopœmenis illustre nomen erat, quippe qui neque 16
iuuenibus manu,neque senioribus prudentia cederet, uerũ in prælio & fortis militis operam,& sapiẽtis ducis officium satis supérq; fungeretur. Rem Achæorũ publicam
Aratus. primus Aratus ex humili sanè atq; abiecta ad dignitatis fastigiũ potentiámq; prouexit:qui cõciliatis ciuitatibus,Græco ritu & humanis institutis ciuilẽ induxit statum.

Deinde

Deinde quemadmodum in aquis,cùm pauca quædã & minuta subsistere cœperunt, reliqua prioribus affluentia ualidiore firmamento configũtur,& inter se mutuò implicita stabilius cohærent: ita cum imbecilla, & ad omnium incursum facilè ruitura Græcia per ciuitates dilabe retur,constantes atque unanimes Achæi finitimas ciuitates quaquauersum ea tempestate alias iuuando,& à factiosis liberando susciplentes, alias concordia & ciuitatis iure secũ permiscentes,uniuersam Peloponnesum in unũ
17 corpus,unámque potentiam redigere cogitarent. Cæterùm uiuente adhuc Arato,ciuitates magna ex parte morem Ptolemæo gerentes, Macedonicis subiiciebantur armis, dehinc Antigono & Philippo intra Græciæ negotia obuersatis adhærebant. Vt uerò Philopœmen ad rerum culmen prouectus est, hi cõtra potentissimos per se iam armis pares,externis uti præfectis desiere. Aratus quidem ad dimicãdum lentior, iucundissima consuetudine,comitate,& regiis familiaritatibus maximã rerum partem absoluit,ut in eius uita literis commendatũ est. Philopœmen uerò bellator optimus, & ad res armis gerendas strenuus,itémq; in negotiis magnificè administrãdis, & cõfectis superiori tempore pugnis,secunda usus fortuna,unà cum potẽtia Achæis animos extulit,ut qui iam antea secum prosperè sæpissimè è bello uictoriã reportassent. Principio itaque quæcunq; in acie struenda,& armaturarũ formis malè ac inutiliter
18 se habebant,amouit. Nã scutis leuioribus & angustioribus, quàm ad protegẽda corpora satis esset,utebantur:hastilia quoque longè sarissis minora gestabant. Quocirca eminus quidem pugiles,& bellatores erãt agiles, cominus autẽ hostibus usquequaque cedebant. In acie forma illis ad spiram consueta nõ erat. Quoties phalãge utendum esset, cùm neque frontem,neque testudinem ritu Macedonico haberent, facilè detrudi,dissipariue contingebat. Hæc Philopœmen alio captans ordine, eis, ut pro scuto clypeum, pro hastili sarissam capesserent, persuasit: útque galea,thorace,ocrea tecti,stataríam gradariámque,pro cursatili ac tumultuaria,pugnã exercerent. Cúmque omnes militari ætate florentes arma induere docuisset, primò quidem ipsos eò extulit, ut sese bellis inuictos esse confiderent: deinde delicatas & luxuriosas eorum
19 impensas,ad optimum ornamentorũ genus conuertit. Siquidem facilè non erat inane,ac fatuum penitus auferre certamen & æmulationem,hominũ diutina iam consuetudine uelut morbo languentium,superuacuis studentium indumentis,purpura lectos intingentium,in cœnis ac mensarum lautitia plurimùm sibi honoris & gloriæ,uendicantium. Hos igitur cùm à minimè necessariis ad utilia & honesta,& expolitionis cupiditatem cõuertisset,omnes ita continuò permouit & induxit,ut quotidianis corporum diminutis impensis, in militaribus & bellicis apparatibus singulari decore perornatos spectari concupiscerent. Ita cernere erat refertas calicibus fractis & pateris officinas. Alij thoracas inaurabãt, scutis alij & frenis argentum imprimebant: stadia domantibus equos, aut adolescentibus arma tractantibus plena: inter mulierum manus galearum coni,pennæ uariis distinctæ coloribus, equorum ue-
20 lamina,floridæ militum chlamydes. Earum rerum aspectus maiorem in modum fiduciam adaugens atque cohortans, ad subeundos terrores, impetum,& strenuos ad pericula spiritus ingerebat. Nam luxuriosa illa in reliquis spectaculis sumptuositas delicias attulerat, & mollitiem utẽtibus suppeditauerat, sensu ipso cogitatione puncturis,& titillatione corrumpente. Huius autem generis inspectio mentem roborabat, ac uires exacuebat, quemadmodum Homerus nouis ante oculos positis armis, Achillem æstuantem animis,& ad ea tractanda prorsus ardentem decantauit. Adornatos hunc in modum,nunc cogitando,nunc defatigando ipsos promptissimè sanè obtemperantes Philopœmen exercebat. Nam ipsius agminis ordo mirificè diligebatur,qui solidus contráq; uim obfirmatus uidebatur. Tantus erat gestantium splẽdor & pulchritudo,ut arma iam ipsa corpori apta, familiaria, & cum iucunditate le-
21 uia forent. Bellum itaque cupiebant, & mox cum hostibus rem ferro decernere. Eo

tempore Achæi aduersus Machanidam Lacedæmoniorum tyrannum bellum gerebant, qui ingenti potentia cunctis Peloponensibus insidias moliebatur. Is ergo ut ad Mantineam incurrisse renuntiatus est, Philopœmen illico in eum suos educit. Vterque penes urbem multis peregrinis, omnibus ciuibus suas instruere copias. Cúmque
*Ταξιάρχους ad manus esset peruentum, Machanidas externo milite iaculatores Achæorũ, &*hastatos equites in prima locatos acie uertit in fugam. Cúmque in confertissimos pugnatores citato gradu proficiscendum ac perrumpẽdum esset, insectandi cupidus illapsus est, & Achæis ordinem statim seruantibus, Machanidas phalangem suam turbauit ipse. Hũc initio perpetratum errorem, cùm res amissa, & admodum deleta putaretur, Philopœmen aspectans, negligere ac dissimulanter ferre, nihílq; grauius ducere uidebatur. Hostes autem conspicatus quantùm insectando aberrauerant, à phalange disiunctos uacuum præstitisse locũ, haud illis incubuit, cęterùm longius abire 22
siuit: quibus magno diuulsis interuallo, suos mox in grauem armaturam infert. Cernebat enim Lacedæmoniorum phalangem nudatam ac destitutam, rectóque incursans cursu intendit, ut neque princeps prẹsto adesset, neque pugnã expectarent. Nam cùm Machanidam hostes fugantẽ inspexissent, penes se uictoriã esse non dubitabãt. Philopœmen autẽ cùm hos multa cẹde fudisset (supra enim quatuor millia cecidisse dicuntur) reuertentem ab insecutione cum peregrino milite Machanidam concitatus aggreditur. Ingẽti ac profunda in medium arcente fossa, utrinque mutuos conatus edebant, ille quidem ut traiiciens fugam capesseret, Philopœmen ut impedimẽto esset. Erat autẽ spectaculum, nõ uti dimicãtium imperatorum, sed uti belluarum to- 23
ta in se uires necessitate uertentium, cùm tãquam fortissimus uenator Philopœmen incumberet. Vbi robustus tyranni equus, animosus, & calcaribus cruentis utrinque stimulatus saltu transuadere ausus est, & admoto iã fossæ pectore priores figere ulteriori margini tibias enitebatur. Interim Simmias & Polyẹnus, qui assiduè Philopœmeni inter præliandum adesse, & latus protegere consueuerant, in festis ambo incursant hastis: quos Philopœmen anteuertens, obuiũ sese Machanidę offert, cuius equus cũ ante corpus caput attolleret, Philopœmen suo paulisper seorsum inclinato, manu telũ adigit, & obnixè simul incutiẽs effusum sternit hominẽ. Hoc facto Philopœmenem Achæi Delphis ex ære locauere, & insigne ipsius facinus, & expeditionem illam singulari admiratione prosequuti sunt. Cùm Philopœmen secundùm imperator, in- 24
stante Nemeæorum celebritate, non longè post Mãtineæ uictoriam, otiosus per dies festos esset, tunc primùm Græcis Phalangem instructam, tum aptè compositéq; magna celeritate & robore, quemadmodum exercitus solent, motum ostẽdisse perhibetur. Certantibus inde citharœdis, spectaculũ ingressos secum adolescẽtes militaribus chlamydibus & purpureis indumentis ornatos habebat. Cernere erat uniuersos, & corporum, & ætatis uigore florentes, magnam erga imperatorem uenerationem, & iuuenilibus animis elationem præ se ferentes, quam multis & claris certaminibus contraxerant. Quibus nuper intrantibus, fortè Pylades citharœdus illustris Timothei Persas inceptarat, Hoc duce libertas Grẹcas ornauerat urbes: cum uocis magnitudo, & poetici styli pariter altiloquentia decorem mutuum afferrent, omnium spectatorũ oculi in Philopœmenem conuersi, & lętissimus undiq; Græcorũ sublatus applausus, cùm pristinę dignitatis recuperãdæ spes esset iniecta, & ad eam animorũ magnitudinẽ fiducia etiã proximè accederet. Achæorũ copiis ad dimicandũ & subeũda 25
pericula id cõtingebat, quod & equis nouellis usu euenit, qui cõsuetos affectãt equites: sin aliũ gestare obtingat, stare loco nesciũt, emicãt, & nouo quodã modo afficiũtur. Sic & milites ipsi, si quidẽ alter ductaret exercitũ, tristes erant, illũ spectabant, illũ oculis, illum mẽte quæritabant: sin eius modò conspectus esset oblatus, cõfestim oblatam fiduciam, erectos & ad aliquid agendum strenuos animosósque cerneres. Quę & ipsi hostes intelligentes, huius duntaxat imperatoris aspectũ ferre non quibant ob

nominis

nominis eius gloriam pauore perculsi, ut ex rebus eorum gestis manifestum est. Rex Macedonum Philippus eò peruenerat opinionis, ut (modò Philopœmen abesset) Achęos denuo nominis sui terrore subigere se posse putaret: itaque qui Philopœme-
26 nem obtruncarent, clándestinos mittit. Cognitis autẽ insidiis, tantùm odij apud uniuersos contraxit Græcos, ut passim hominẽ probro & conuitio insectarentur. Bœotij Megaram obsidione cinxerant, cúmq; mox potiundæ urbis spe tenerẽtur, ecce repentinus rumor ingrũit, qui confictus erat, adferentẽ obsessis auxilium Philopœmenem propius adesse: quocirca hærentes iam mœnibus scalas omittentes, fuga capta abscessere. Nabis post Machanidam Lacedæmoniorum tyrannus de repentè Messe- *Nabidis huius meminit Iustinus lib.*
nen occuparat: Philopœmẽ per id tempus haud ullarum copiarum dominus, priua- 30.
tus erat. Orat itaque Lysippum Achæorũ imperatorem, ut Messeniis succurrat: quod
27 cùm ab eo impetrare non posset (potitis enim urbe hostibus, res omnino perditas esse aiebat) ipse nulla lege, nullo decreto, assumptis secum ciuibus, opem præstare constituit. Eum perinde ac præstantiorem principem sibi à natura conciliatum uniuersi sectabantur. Ergo iam propinquum Nabis audiens, tametsi castra intra muros haberet, haud expectandum esse duxit, uerùm per alias elapsus portas celerato gradu suos eduxit, haud parua se usurum felicitate existimans, si profugere contigisset. Effugit itaque, & Messeniorum ciuitas pristinæ libertati restituta est. Hæc quidem ad Philopœmenis decus & dignitatem. Ipsum uerò Cretã repetiisse, ut petentibus Gortyniis, belli usibus se ducem exhiberet, crimini datum est, quòd uidelicet eo potissimũ tempore, quo eius patria ab Nabide bello uexaretur, abesset, aut bellum fugitãdo, aut honorem apud exteras nationes intempestiuè quæritando. Adeò autem tunc Megalopolitæ bello uexati sunt, ut se mœnibus tenerẽt, & intercepto ab hostibus agro, & sub ipsas penè portas locatis castris, angiportus seminare cogerentur, cùm cum longinquis interim Cretensibus imperator belligerans, ac domesticum euitans bellum, ini-
28 micis in se ansas criminationis suppeditaret. Erant nonnulli qui dicerent Philopœmenem idcirco otium suum Gortyniorum postulantium usibus ad bellum concessisse, quia Achæis alios deligentibus prætores priuatam uitam degeret. Ab otio enim uehementer abhorrebat, præsertim cùm imperatorias artes, & militarem uirtutem, supra alia omnia usu & exercitatione tenẽdam sibi esse censeret, sicut & scitum illud de Ptolemæo dictum declarauit. Nam quibusdam per eximias laudes illum extollentibus, qui exercitum quotidianis exercitiis agitaret, & corpus laborum & armorum studio haud torpere sineret, Quisnam, inquit, regem admiretur, qui hoc ætatis nõ re ipsa se comprobet ac ostẽtet, uerùm meditatione & cogitatione ducatur? Hoc igitur Megalopolitani grauiter ferentes, séque proditos arbitrantes, extorrem eum facere
29 conati sunt. Quod Achæi inhibuere, misso Megalopolim*Aristæneto prætore, qui *Liuius habet Aristhelicet Philopœmeni aduersaretur, cum eo de repub. cõtentionẽ habere solitus, illum no.
damnari minimè permisit. Hanc ob causam Philopœmen extra suos ciues habitus, multos ex adiacentibus uicis ad defectionem concitauit, eos allegare docens, quòd ex initio neque illis tributa pendissent, neque Megalopolitanorum legibus tenerentur, neque eorum iuris essent. Ea dicentibus illis apertè se patronum adiutorémque præbebat, simúlque in Achæos seditiosam ciuitatem perturbabat. Hæc autem posterius acta. In Creta bellum pro Gortyniorum causa gerebat non uti Peloponnensis, aut ex Arcadia natus homo, non simplici quodam & ingenuo bellandi ritu, sed Cretensium mores induens, & illorum uersutias, fraudes, furta, & insidiosas in eos usurpans artes, ipsos ad ueram peritiam insipienti, ac inani calliditate contendentes,
30 puellos demonstrauit. Rebus igitur ibi magnificè gestis, singulari admiratione & nominis claritate celebratus, in Peloponesum relatus, Philippum à Tito debellatum offendit, Nabim quoque Achæorum atque Romanorũ armis implicitum. Aduersus hũc dux creatus naualem aggressus pugnam, Epaminõdæ casum incurrisse uisus est,

ſuæ longè deterius uirtutis opinione ac gloria maritimo cõgreſſus prælio. Attamen ſunt nonnulli qui Epaminondam ſegniorem idcirco extitiſſe tradunt, ut ſuos degustare maris emolumenta ciues pateretur, ne pro ſtatariis militibus, nautas (ut inquit Plato) corruptos ſenſim haberet, & ita ex Aſia & inſulis ultro re infecta reuertiſſe. Philopœmen pedeſtris pugnę ſcientiam ad cõſerendum mari quoque certamen ſat fore ſibiipſi perſuadens, exercitatio qualis uirtutis portio ſit, & quantam omnes ad res aſſuetis facultatem adhibeat, intellexit. Non modò enim in ipſo nauali prælio propter imperitiã minus habuit, uerumetiã quãdam nauem famoſam quidẽ, cæterùm ab annis quadraginta peruetuſtam deducens expleuit, qua fatiſcente magnum nauigãtibus diſcrimen importaſſet. Ad hæc cognito, quòd hoſtes per ipſius cõtemptum, perinde ac ex mari prorſus fugati ſuperbè Gythium obſediſſent, confeſtim in eos uictoria ſparſos, diſſolutóſque haudquaquam expectantes annauigat, deinde noctu milites adducẽs, immiſſis intra tentoria ignibus, & caſtra incẽdio uaſtauit, & multos obtruncauit. Paucis pòſt diebus, cùm per aſpera quædã loca iter ageret, de repentè Nabis interuenit: quæ res tantùm Achæis intulit trepidationis, ut ex locis difficillimis & in hoſtium poteſtate cõſtitutis, ſalutem deſperarent. Paululùm inde ſubſiſtens, ac loci naturam oculis amplexus, ſtruendarum acierum ſolertiam ſummum in re bellica faſtigium obtinere demõſtrauit: pauliſper nanque mota phalange, & ad præſentis loci naturam accommodata, facillimè nullo tumultu ancipitem ſtatum ac periculum propulſauit, tum hoſtes aggreſſus latè fuſos terga uertere coegit. Poſtea uerò q̃ profugientes nõ directò quidem ad oppidum curſu, ſed aliũ aliò palantes & diſperſos cernit (cunctus autem ager propter ſaltus & colles frequentes, inuiũ ſeſe per fluẽta uallésque præcipites præbet) ſuos ab inſequendo reuocauit, & nondum adueſperaſcente caſtrametatus eſt: coniiciebat enim, hoſtes ſeſe ex fuga in urbem ſparſim per tenebras recepturos. Complures igitur ex Achæis per ripas & tumulos circa mœnia, cùm pugionibus ex inſidiis locat: hîc plures ex Nabidis commilitonibus cecidere, ut qui minimè cõferti pariter regrederentur, ſed ut unicuique fuga obtigerat, inſtar auium ſub ipſa urbe captabantur, in ipſas hoſtiũ manus incidentes. Quas ob res cùm Græci & ſumma eum charitate complecterentur, & magnificis intra ſpectacula honoribus afficerent, Titum honoris auiditate flagrantem tacitus dolor inurebat, quoniam Romanum conſulem maiori, quàm ex Arcadia natum hominẽ penes Achæos admiratione dignum iudicabat, cùm & beneficiorum magnitudine nõ mediocriter antecelleret, qui una præconis uoce Græciam priſtinæ libertati reddidiſſet, quæ Philippo & Macedonibus ſubiecta ſeruierat. Deinde Titus depoſito cum Nabide bello, 33
pacem pepigit. Nec multò pòſt Nabis Aetolorũ fraude interceptus, occiditur. Qua ex re Spartæ perturbatione orta, Philopœmẽ occaſionem nactus cum exercitu eò facit impetum, & alios ui, alios ſuaſione adducens, Achæis ciuitatem conciliauit. Quo facto Philopœmenis nomen apud Achæos mirificè illuſtratum eſt, quibus ex tam præclara ciuitate tantùm dignitatis, tantùm poteſtatis uindicaſſet: haud enim parum erat Spartanam ciuitatem Achaiæ partem effeciſſe. Optimates Lacedæmoniorum ſibi deſumpſit, qui ſeſe libertatis cuſtodes & defenſatores habiturũ eſſe eũ ſperabant. Quapropter uenundatis Nabidis ædibus, & ſupellectile in uiginti ac centum talẽta argentea redactis, eius illi muneris erogandi decretum fecere. Miſſi ad eum ciuitatis 34
nomine legati, ubi Philopœmenis integritas, & ab omni labe purus animus enituit, quippe qui non modò uideri, ſed eſſe uir optimus ſtuderet. Itaque primũ Spartanorum legati tali uiro, ne uerbum quidem facere de largitate uoluerunt, ueriti autẽ interſe & reluctantes, hoſpitem eius Timolaum interceſſorem poſuere. Deinde Timolaus ipſe Megalopolim profectus, à Philopœmene conuiuio exceptus, cœpit grauitatem eius ſermonis, & honeſtatem ſimulac tenuiſſimam uitæ frugalitatem intueri. Quibus cùm ad inuictos ipſius mores pecuniã nullo pacto penetrare poſſe intelligeret,

Nabidis mors.

geret, de munere quidem egit ſilentium: ficta uerò alia ad ſe ueniendi cauſa, ex urbe conceſſit. Rurſus ac ſecundò miſſus, idem paſſus eſt. Tertiò regreſſus, uix affari auſus,
35 quàm prõptus eſſet in eum ciuitatis animus explicauit. Philopœmen uerba comiter ac iucundè accipiens; Lacedæmona peruenit, quibus conſuluit, ne amicos & bonos uiros largitionibus corrumperẽt, quòd illorum uirtute uel gratis frui liceat: ſed improbos, & eos qui ciuitatem in ſenatu & cõcione quotidianis ſeditionibus & diſcordiis perturbant, emendos & corrumpẽdos eſſe, ut acceptis pretiis, ore compreſſo minus turbarum moueant. Longè enim præſtantius eſſe, hoſtibus dicendi licẽtiam adimere, quàm amicis. Hunc in modum Philopœmenis ad pecuniã ſplendor apparuit. Diophanes deinde Achæorũ imperator; Lacedęmonios nouis ſtudere rebus audiens, eos ſuppliciis afficere uolebat. At illi contrà ad bellum intenti, cunctam Peloponeſum perturbabant. Conabatur uerò Philopœmen mitiorem hominem reddere, iracundiámque ſedare, temporis conditionem docens, quo rex Antiochus & Romani tam inſtructis in terra Græcia exercitibus ſublimes animis incumbãt: oportere præfectum eò mentem dirigere, eò cogitationem uertere, domeſtica minimè cõmouere,
36 quædam uidentem diſſimulare & obaudire. Dicta hæc aſpernatus Diophanes, unáque cum Tito Laconicos fines ingreſſus, cõfeſtim ad urbem commeabat: quod Philopœmen iniquo ferens animo, opus non ſanè legitimum, aut ex æquitatis diligẽtia, ſed ingens ingenti ſpiritu auſus, Lacedęmonẽ aduentat, & Achæorum imperatorem, & Romanorum conſulem, homo priuati iuris excludit, ciuiles tumultus ſopit, communem, ut antea Lacedæmoniis ſtatum iterum inducit. Poſteriore deinde tempore, cùm præturam Philopœmen adminiſtrauit, quadam Lacedæmoniorũ culpa Spartanos reduxit exules, & Lacedæmonios, ut quidem Polybius ſcribit, octoginta, ut autem Ariſtocrates, trecentos & quinquaginta interfecit, & mœnia diruit, & magnam agri partem interceptam Megalopolitanorum iuri adiudicauit. Quicunque à tyrãnis Spartana ciuitate donati fuerant, omnes in Achaiam migrare iuſſit, tribus milli-
37 bus duntaxat exceptis. Hos, cùm ex Sparta diſcedere neglecto imperio noluiſſent, uenundedit. Poſtmodum ueluti inſultãs, hiſce pecuniis Megalopoli porticum ædificauit. Satiatus demum & expletus Lacedæmoniis, & indigna oppreſſos calamitate calcans, immaniſſimum & iniquiſſimũ in rempub. perfecit opus. Lycurgi enim inſtitutione deleta, & omnino ſublata, pueros ac puberes immutata patriæ diſciplina, Achaiæ moribus & ritu uti coegit: hos enim inter Lycurgi legẽ, & inſtituta haud unquam mediocre quippiam ſapere poſſe. Tunc igitur ex miſeriarum magnitudine Philopœmene, quaſi ciuitatis neruos illos excindente, manſueti, humiles & demiſſi facti ſunt. Pòſt tamen petita ex Romanis uenia, Achaiæ inſtitutionem fugientes, ritus patrios atque præcepta, ſicut ex tot malis & tam corruptis moribus fas erat, recu-
38 perarunt & reſtituerũt. Romanis deinde aduerſus Antiochum bellum in Græcia gerentibus, Philopœmen angebatur animi, qui eo potiſſimũ tempore priuatus, Achęorum dux non eſſet, quo Antiochus ipſe Chalcide reſidens intempeſtiuis nuptiis & uirginum amoribus otia tereret, Syríque nullo ſparſi ordine, ſine præfectis, intra oppida ſegnes, & deliciis immerſi ſederent. Ad Romanos igitur dictare ſolebat: Veſtræ quidem inuideo uictoriæ. Nam ſi mihi ut ducatum gererem impræſentiarum obueniſſet, hoſtes omnes intra uinarias tabernas obtruncaſſem. Antiocho deinde ſuperato, Romani magis atque magis Græciæ rebus incumbentes, Achæos poteſtate quaquauerſum ambibant. Iam enim primores urbium ſummiſſiores erant, iam magnæ omnium uires fato quodam euaneſcebant, iam propè finis aderat, quo fortunæ am-
39 bitus aduentabat. Tum Philopœmen boni ac periti more gubernatoris ad undarum incurſum firmiter obſiſtens, tum cedendo, tum ſubinclinando moderabatur, & plurimis diſceptationibus eos quibus & dicendi & agendi uis inerat, ad tutandam libertatem allicere, conciliaréque omni ſtudio contendebat. Cùm Ariſtænetus Megalo-

polita inter Achæos promptiſſimus, & Romanarum ſemper ſtudens partium, nulla in re Romanis aduerſandum, aut in ſenatu quippiam ingratum agendum eſſe cenſeret, Philopœmen taciturnus audiebat, & dicentem grauiter ferebat. Tandē ſtimulāte ira, indignabundus ad Ariſtænetum conuerſus, Quidnam homo, inquit, Græciæ fatum inſpectare properas? Poſt hæc Romanorum conſule Manlio, cùm Antiochum profligaſſet, & Lacedæmoniorum exules reduci ſineret, petente ac idem etiam poſtulante Tito, Philopœmen inhibuit, haud exulibus ſanè obſtaturus, ſed ſibi & Achæis, non autem Titi uel Romanorum gratiæ factum illud adſcribi uolens. Poſtmodum 40
ipſe creatus imperator eiectos in exiliū reuocauit. Sic in magiſtratibus ex animorum elatione litigator aliqua ex parte atq; contentioſus erat Philopœmen. Septuageſimū iam natus annum, & octauùm iam creatus imperator, in ſpem deuenerat, non ſolùm bellorum expertem eam ſe deducturum præfecturam, ſed uitæ reliquum à rebus gerendis otioſum & quietum ſibi datum iri. Nam ſicut tabeſcentibus corporum uiribus, unà & morbi ipſi contabeſcunt, ſic & in Græcanicis ciuitatibus diminuta potētia, contentionū ſtudia ipſa deſinebant. Verumenimuero ſors inuida, eum perinde ac pugilem egregia currendi agilitate uolantem, ſub ipſam iam uitæ metā aduentātem præcipitauit, ad terrámque deiecit. Quibuſdam autem in frequenti cōuentu uirum quempiam idoneum ſanè ac imperatorem præſtantem laudātibus, Philopœmen dixiſſe fertur, eius uiri non dignam habēdam eſſe mentionem, qui in hoſtium poteſtatem uiuus peruenit. Paucorum interiectione dierum Dinocrates Meſſenius homo 41
cùm priuatis contentionibus Philopœmeni ſemper aduerſatus, tum uerò improbitate ac flagitiis aliis quoque infenſus, Meſſenen, ut ab Achæis deſciſceret, induxerat, & uicum quem Colonidem appellāt, mox occupaturus & in poteſtatem redacturus nuntiabatur. Fortè Philopœmen Argis id temporis febricitabat. Ea ut ad eius aures peruenerunt, Megalopolim plus quadringenta ſtadia die una contendit: eo ex loco, ut ſuccurreret ueſtigio equites accepit ex ciuibus illuſtriſſimos quoſque, iuuenes autem uigentéſque annis eximia quadam Philopœmenis beneuolentia & pietate ad militiam ſpontè ferebantur. Meſſenen itaque uerſus equitantes, ad Euandri tumulum obuium habuere Dinocratem. Marte collato eum fundunt, in fugámq; uertūt. Inde quingenti milites, quibus Meſſeniorū fines tueri datum erat, auxilium laturi ſe- 42
rò aduentant: quos ut aſpectant hi qui modò ſuperati fugerant, ſtatim per colles congregantur. Veritus Philopœmen, ne hoſte circunducto clauderetur, ſuorū ſaluti cōſulēs, reuocatis equitibus per duriſſima loca ſeſe recipit. Ipſe in extremo agmine ſæpenumero in aduerſum ſeſe inferebat hoſtē, cunctos in ſe pelliciens, cū tamen cōgredi nullus auderet, & uociferationibus circumagitatis curſibus eminus uterētur. Multoties igitur abſiſtens, dum ſingulos in tutū iuuenes præmittit, inter frequentes ſolus hoſtes deſtituitur. Nec ſic conferre quenquam manum cepit audacia, procul tantùm ictibus pulſatus, cùm ad lapidoſos præcipitéſque locos urgeretur, nunc huc nunc illuc crebris perfoſſum calcaribus equum agitabat. Nec uerò ſeniles anni, aut ingraue- 43
ſcens ætas, quo minus ſalutem compararet, ullo ſibi impedimēto erat, quippe quam permultùm exercitam laboribus, alacrem ſtrenuámque reddiderat. Verùm cùm debilitatum ualetudine corpus & iam graue, peregrini itineris & uiarum lōgitudo fatigaſſet, equus offenſo pede eum deiecit ad terram: quo caſu duro quidē atque aſpero cùm uehemens, atróxque capiti dolor infligeretur, aliquandiu intercepta uoce iacuit. Illum igitur hoſtes expiraſſe rati, uerſato corpore ſpolia rapere cœperunt. Poſtquam autē caput attollens oculos aperuit, cateruatim irruētes manus in terga inflexas colligāt, & ingenti dedecore & cōtumelioſiſſimis uocibus hominem ducūt, qui
Philopœmen excuſſus equo capitur.
à Dinocrate hiſce ſe probris affectum iri, ne in ſomniis quidem unquā timuerat. Op- 44
pidani hoc accepto nuntio mirum in modum elati, ad portas confertiſſimi congregantur: ut uerò Philopœmenem præter gloriæ ſuperioris rerū geſtarū, triūphorúmq;
dignitatem

dignitatem raptatum conſpexere, maxima ex parte obortis lachrymis, eius miſerti condoluere, tam infidam humanarum uirium uanámque ſortem deuouentes. Sic itaque paulatim beneficus de eo ſermo apud pleroſque ſpargi cœptus, ſcilicet reuocādam eſſe priorum beneficiorum memoriam, & libertatis, quam eiecto Nabide tyranno illis reparaſſet. Pauci Dinocratis gratiæ aſſentantes, torqueri hominem, & ut infeſtum inimicum, & implacabilem necari iubebant, terribiliorem ipſi Dinocrati ſi euaderet fore, à quo tam ignominioſè habitus, & in captiuitatem redactus eſſet. Ipſum igitur in ſubterraneum ducunt domicilium, cui Theſauro nomen indiderūt,
45 neque auras neque lucem extrinſecus excipiens. Cúmq; fores nullas haberet, ſaxum immane obtrudentes includunt, ibíque circùm locatis militibus deponunt. Interea equites ut ſeſe ex fuga receperunt, comparētem nuſquam Philopœmenem extinctū eſſe credentes, aliquātiſper ſubſtitere, iactatis latè uocibus hominem reuocare, ínque uicem ſermones edere, iniuſtam profectò turpémque ſibi ſalutem uindicatam, eorū imperatore hoſtibus prodito, qui ipſorum gratia ne propriæ quidem uitæ pepercerit. Deinde progreſſi accurata indagine cuncta perluſtrant, donec illius captiuitate accepta nuntios ad Achæorum oppida dimiſere, qui permagni eam infelicitatem facientes, uirum ex Meſſeniis miſſa legatione repoſcere decreuerūt, exercitum interim
46 apparantes. Hæc quidem apud Achæos agebant. At uerò Dinocrates Philopœmeni tempus quammaximè ſalutare metuens, & Achæorum apparatus anteuertere uolēs, ubi primùm intendentibus tenebris Meſſeniorum uulgus abſceſſit, carcerem aperit, ſeruum publicum intromittit, uenenum afferre iubet, donec illud hauriat preſentem aſtare mandat. Philopœmen chlamyde obuolutus decubabat non ſopore quidem, uerùm triſtitia, & mentis æſtu detētus. Lumen itaque & hominem propius cum ue- *Iuſtinus lib.* neni calice adſtantem conſpicatus, uix animo præ debilitate collecto, conſedit, & ac- *13.*
cepto poculo, ſi quid de equitibus præſertímque de Lycorta audiſſet, eum percontatur. Reſpondente homine euaſiſſe quamplures, capite annuit, & comiter intuens hominem, Rectè, inquit, dicis, ſi omni ex parte nobiſcum infeliciter actum non eſt. Nec alia emiſſa uoce uenenum hauſit, ac denuo recubuit, nec ulla potionis perturbatione
47 exhibita, ſtatim adiuuante morbo extinctus eſt. Cùm primùm ad Achæos de Philo- *Mors.*
pœmenis interitu perlatum eſt, publicus mœror & luctus ciuitates habuit. Iuuentus unà cum urbium primatibus Megalopolim conuenientes, nullam uindictæ moram *Vltio ſecuta.*
fecere: ſed delecto imperatore Lycorta fines Meſſeniorum ingreſſi, cuncta ferro ignique peruaſtant, donec concordi conſilio ciuitas Achæos acciperet. Dinocrates hoſtilem occupans ſæuitiam, necem ipſe ſibi conſciuit. Quicunque occidendo Philopœmenem aſſenſum tribuēre, ultro uitam finiere. Quiſquis eum torquendum eſſe cenſuit, eum Lycortas in uincula coniecit. Poſtquam uerò eius cadauer combuſtum eſt, *Honor habitus defuncto.*
compoſitis in urna reliquiis, caſtra mouerunt, non quidem confuſo aut temerario incedendi ordine, ſed triumphali quadam & uictrici pompa ſacris parentalibus immiſta. Cernere erat eoſdem, & coronis ornatos, & lachrymis afflictos, inimicos ipſis
48 in uinculis circunductos. Vrna præ coronarum & tæniarum quaquauerſum pendētium multitudine, uix apparebat. Hāc ferebat imperatoris filius Polybius, circunſtātibus Achæorum uiris primariis & excellentiſſimis. Milites armis inſignes ornati ſequebantur equis, neque ut in tanti uiri luctu mœrentes, neque ut in uictoria exultātes. Ex mediis urbibus, & uicis multi mortales obuiam perinde ac ab expeditione reuertenti prodibant, & beneuolè ſalutato urnam attingentes, Megalopolim frequenti comitatu deducebant. Vt uerò grandiores natu cum mulieribus ac pueris ſeſe aduentantibus immiſcuerunt, luctus uniuerſi exercitus, ſuſpiria, querimonia, uociferationes perueniebant ad urbem uſque, præ deſiderio caſum hominis non aliter ferentem, quàm ſi cum Philopœmenis iactura, & maieſtatem & faſtigium dignitatis inter Achæos amiſiſſet. Sic pro meritis, ſumma cum gloria humatus eſt circa monumentū

Messeniorum. Captiui lapidibus obruti sunt. Cúmque statuæ illius permultæ, & ingentes pro ciuitatum decretis honores extarent, Romanus homo in euersione Corinthi cunctas diruere conatus est, illum non secus ac superstitem Romanorum hostem atque maleuolũ insectari gestiens. Verùm eius rei disseminato rumore, ac multa in calumniatorem referente Polybio, neque Manlius, neque legati honores clarissimi uiri deleri passi sunt, tametsi maxima Tito & Manlio impedimenta infestus obiecisset. Etenim illi à commoditate uirtutem, & honestum (ut par erat) ab utilitate rectè próque officio distinxerunt, cùm his qui de nobis bene meriti sunt, mercedem & gratiam ab ipsis in quos beneficia collata fuere, bonis autem decus, & honorem à bonis referri debere existimarent. Et de Philopœmene quidem hactenus.

T. Quintius Flaminius.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

PHILOPOEMENI T. Quintium Flaminium comparamus. Is 1
quali statura fuerit, ab ærea imagine cernere licet, quę Romę apud Apollinem magnum è Carthagine aduectum cõtra Circum posita est, Græcis inscripta literis. Natura uerò ad iram, & gratiam celer fuisse traditur, haud tamen ad utranq; rem similis. Nam in puniendo mitis ac minimè pertinax, ad gratificandum efficax & assiduus: quibúsque beneficia contulerat, perinde ac recepisset promptus, & perpetua beneuolentia affectus, quòd hi rem pulcherrimam colendi conseruandíq; causa essent. Honoris & gloriæ cupidissimus, præstantissimarum quarumque & maximarum rerum author esse uolebat: longè magis beneficium affectantibus, quàm erogantibus gratulari solitus, quòd illos uirtutis materiam, hos autem gloriæ competitores duceret. Cæterùm cùm multa & ingentia Romanos implicarent bella, statímque ab ineũte ætate iuuentus ad res bellicas instrueretur, Titus mores ac disciplinam assequutus militarem, tribunus militum sub Marcello consule, in eo quod aduersus Annibalem gerebatur bello, primam egit militiam. Postquam uerò Marcellus per insidias mortẽ oppetiisset, capto iterum Tarento, Titus eius prouinciæ præfectus creatus, plurimùm gloriæ, splendorem uerò non minus in administranda iustitia, quàm bello comparauit. Quamobrem ad duas colonias, alteram Narniam, alteram * Consam deducẽdas, princeps delectus est: quæ res ad medias quasdam & iunioribus tribui cõsuetas dignitates omittendas, tribunatum uidelicet, prætu ram & ædilitatem, illum extollebat, statímque in petitione consulatus prona in se habuit suffragia. Fuluius tamen & Manlius tribuni plebis ei magnopere resistebant, iniquum esse asserentes, iuuenem uirum ad usurpandam summã dignitatem præter leges irrumpere, qui ad sacra reipub. mysteria necdum initiatus accesserat. Ea propter senatus sententiam reiecit ad populum. At populus Titum eueſtigio triginta nondum annos natum consulem cum Sexto Aelio designat. Aduersus Philippum ac Macedones bellum sortitus est. In quo deligendo, Romanis idcirco rebus fortunæ fauor aspirauit, quòd Græci homines nõ tam bello ac uiribus, quàm facundia & comitate uincendi captandíque erant. Quippe Philippo cùm ad propulsandam pugnam sat esset Macedonicus principatus, ad inferendum etiam suæ omnino phalangis instrumentum, ipsa Græcorum potentia, durante bello, uires, sumptus, impensam, refugiúmq; suppeditabat. Nec profectò nisi disiunctis à Philippo Græcorum auxiliis, in eo bello unius prælij opus extitisset. Græcia quoque necdum Romanis inclinata, rebus tum primùm gerendis implicita, nisi frugi

Ingenium.

Disciplina.

* *Liuius Cosſam.*

Liu. lib. 2. Dec. 4.

frugi natura ducem, eloquentia magis quàm uiribus fretum, quíque oratione ac lepõre tum monendo, tum audiendo homines alliceret, & iustitiæ uigorem seruaret, nacta esset, non facilè pro suis alienigenam optasset principatũ: quæ omnia in eo extitisse uiro eius gesta declarant. Cæterùm cùm superiores audisset imperatores, tum P. Sulpitium, tum P. Iulium tardè in Macedoniam profectos, lentè quoque bellum administrasse, eósque modò pro locis, leuibus prælíis, modò pro uiis inter frumentãdum à Philippo fusos, non eos duxit imitandos. Illi enim cùm omnem ferme annum dignitatibus, & officiis reipub. domi consumpsissent, ad belligerandum postmodum sese contulerant. Titus sui consulatus annum partim domi, partim militię nequaquã ducendũ ratus, urbanos magistratus ac dignitates omisit, fratrẽ Luciũ classis præfectum à senatu sibi in ea expeditione dari impetrauit, deinde ex iis qui in Hispania cũ Asdrubale conflixerant, Annibalémq; in Aphrica Scipionis auspiciis profligauerant, lectis tribus millibus adhuc ætate robustis, & ad dimicandum impigris, tutus in Epirum traiecit, ubi Publium cum copiis aduersus Philippum metatum offendit. Contrà Philippus ubi * Apsus irrumpit fluuius, pro statione dudum tenuerat angustias: & ne Publius egregium quicquam efficeret, impedimẽto erat locorum asperitas. Titus autem simulatque exercitum accepit, dimisso Publio, loca exploraturus adit. Ea sunt non minus quàm Tempe munita, cæterùm arbustorum pulchritudo, quemadmodum illis, & spatiosa syluarum uiredo, eáque pratorum amœnitas nequaquam adest. 6
Inter magnos & celsos utrinq; montes uasta profundáque uallis deducitur, per quã cursu atque celeritate similis Peneo Apsus elabitur, qui omnem ferme radicem montis occupans, præcipitem angustámque relinquit in ripa semitã, haud exercitui transitu facilem: si pro statione teneatur, omnino insuperabilem. Erant qui circunducto per Dassaretida penes Lyngum tramite, habilem Tito aditum patefacerent. Ille ueritus ne longius à mari sterilia & inculta ingressus loca, detrectante pugnam Philippo, rebus infectis, quod & superiori duci cõtigerat, mare iterum ob cõmeatus inopiam coactus repeteret, summa ope contendit per montis fastigia occupare transitum. At ea res nullum belli finem afferre, nihílque conducere uisa est. Siquidẽ Philippus cùm cacumina phalange teneret, obliquis undique missilium atque sagittarũ ictibus Romanos petebat. Acri pugna commissa, saucij & exangues utrinque cadunt plurimi. 7
Accedunt interea pastores quidam indigenę, qui per quosdam neglectos ab hostibus anfractus exercitum sese ducturos, & tertio demum die in summis constituere montibus pollicebantur. Fidei uerò cognitorem cõfirmatorémque præstitere Charopum Machatan. Is erat inter Epirotas homo primarius, plurima Romanis affectus beneuolentia, clàm eis ob Philippi metum fauens. Cui fide habita, Titus quendam ex tribunis militum cum peditum quatuor millibus, & equitibus trecentis mittit. Pastores illi reuincti præcedebant. Interdiu quidem per cauernas, & loca syluestria taciti sedebant, noctu uerò per lunam quæ semipleno lucebat orbe, iter agebant. Titus quibus diebus eos emisit, cessantem tenuit exercitum, adeò ut leuibus prælíis excitaret 8
hostem. Qua uerò die prẽmissi sese collibus desuper ostentare milites debebant, cùm primùm illucescit, uniuersos & grauis, & leuis armaturę mouet, & tripertito agmine ipse per anguſtum fluminis marginem rectas agens cohortes, Macedonibus qui sese per rupes opposuerant, conferitur, cęteros qui duabus illati partibus per locorũ asperitates impigrè adoriantur, immittit. Exorto iam sole, fumus montanæ more caliginis incertus procul ascendens emergebat. Is hostes (eis enim à tergo erat) latuit, iámque occupati montes erant. Romanis inter certandum laborandúmque fides ambigua uersabatur, spémque pro cupiditate sumebant. Postquam uerò crescẽs magis atque magis aerem denigraret, iámque plurimus scandens sociorum ignis esse cernebatur, sublato clamore acriter incumbunt, ut hostem ad superiora iuga pellerent: alij quoque summis de collibus contrà inclamitant. Quas ob res in fugam cuncti mox

uersi sunt. Et quia mõtis iniquitas ultrà insequi uetuit, haud amplius quàm duo mil- 9
lia cecidere. Romani rebus, seruis, castrísque direptis, angustiísq; potiti, inde per Epi-
rum ea modestia, eáque abstinentia transcurrunt, ut cùm procul à mari ac nauibus
essent, nec unius fruges mensis haberent, nec emendi facultas adesset, ab eius tamen
regionis præda multifaria sibi temperauerint. Philippus autem fugacis more Thes-
saliam percurrens, abductis quidem in montes incolis urbes incendebat: supellectili-
lia uerò quæ aut multitudine aut onere relinquebantur, militibus diripienda propo-
nebat, ita ut quodammodo Romanis regione cedere uideretur. Hæc ubi Titus acce-
pit, egregia quadam liberalitate milites obsecrabat, ut derelicta ab hostibus loca per-
inde ac propria peragrantes obseruarent, curarentque. Cuius quidem prudentis cõ-
silij, & optimæ dispositionis fructum maturè sensere. Nam cùm primùm Thessaliam
* πυλῶν attigere, eis sese ciuitates spõtè dedidere. Græci autem qui intra * Thermopylas sunt, 10
spe ac desiderio afficiebantur erga Titum. Achæi Philippi societate repudiata, cum
Romanis bellum aduersus Philippum gerere statuunt. Opuntij uerò, cùm eorum ur-
bem Aetoli recipere ac custodia tenere cõcupiscerent, qui quanquam Romanorum
arma iuuarent, eos tamen sunt aspernati, accito Tito statim se illius fidei cõmiserunt.
Pyrrhus cùm primùm è specula ornatissimum Romanorum cõspexisset exercitum,
dixisse traditur, haud barbaricam sibi uideri illam barbarorum aciem. Eos quoque
qui obuium primò habuere Titum, easdé emisisse uoces oportuit. Ex Macedonibus
enim audiuerãt, barbarici ducem exercitus aduentare, qui armis cuncta prosternens,
omnes in seruitutem detraheret. At postea uirum ætatis flore uirentem, aspectu beni- 11
gnum, græca uoce ac eloquentia suauem, & gloriæ haud inanis cupidum cõspicati,
ob eius beneuolentiam mirum in modum demulcebantur. Cæteri ciuitates obeun-
tes, eius hominis studio, & amore uniuersa complebant, quòd eas iam libertatis du-
cem assequutas esse prædicarent. Postquam Philippum ad pacem inclinatum audis-
set, habito cum eo colloquio, pacem illi amicitiámque populi Rom. proposuit, mo-
dò Græcos ab eius præsidiis liberatos, suo iure legibúsque uiuere sineret, quod omni-
no Philippus facturum se esse negauit. Apud eos qui rerum Philippi studiosi erant,
uulgatum est Romanos nõ aduersum Græcos, sed pro Græcis aduersum Macedones
bella gesturos aduentasse. Dehinc cùm cætera Tito tranquilla succederent, in Bœo-
tiam sine ulla belli facie proficiscenti primores Thebanorum obuiam prodierãt. Hi 12
tametsi Macedonicæ partis per Brachillelim essent, tamen perinde ac utriusque fo-
uentes amicitiam, Titum honorificè salutatum exierunt: quos dextera prensos beni-
gnè admodum alloquutus Titus, inter eundum nunc summa comitate percontaba-
tur, nunc aliquid narrabat, quoad ex itinere sese milites reciperent. Hoc pacto unà cũ
Thebanis urbem ingressus est: quem, quanquam id haud satis collibuisset, arcere ta-
men ueriti sunt, quòd non parua iam militum manus fuerat consequuta. Titus atta-
men perinde ac ciuitatem in potestate nõ haberet, persuadere Thebanis cœpit, ut eos
ad susciendam Romanorum societatem induceret. Ad idem quoque faciundum
cùm rex Attalus orando Thebanos pelliceret, supra senectutis uires suam in dicen-
do potentiam, per quandam laudis & gloriæ cupiditatem, ostentare conatus, subita
inter orandũ capitis uertigine aut humoris descensu correptus, amissis sensibus con-
cidit: paulò pòst nauibus relatus in Asiam, supremum uitæ diem obiit. Thebani Ro- 13
De Attali morte uariãt Liuius lib. 3. deca. 4. & Iustin. lib. 36
manis concessere. Postea Romam exeuntibus à Philippo legatis, suos quoque Titus
mittit, qui durante bello tempus sibi prorogari ab senatu impetrarent, aut saltem ab
eo pacem fieri decernant: honoris enim percupidus, ne alter suffectus ad bellum im-
perator, suam illi gloriam interciperet, magis atque magis uerebatur. Cæterùm cùm
eius amicorum opera Philippus ex his, quę postularet nihil impetrasset, eius admini-
stratio belli ac imperium Tito demandatur. Qua de re ubi senatus decretum acce-
pit, spe elatus statim in Thessaliam ad debellandum Philippum concitatus est, supra

uiginti

uiginti sex millia hominum habens, ex quibus peditum quidem sex millia, equites
14 uerò quadringentos tradiderant Aetoli: tantus ferme erat & Philippi exercitus. Post-
quam uerò ad Scotussam castris castra collata sunt, ubi futurum erat utrinque peri-
culum, nec ut fit, trepidabant duces inuicem, sed impetu magis & gloriæ cupiditate
complebantur. Romani Macedones, quorum in fortitudine ac uirtute plurimũ per
Alexandrum nomen erat, uincere contendebant. Macedones, si Romanos, quos certè
Persis fortiores arbitrabantur, superassent, clariorem Alexandro Philippum se demõ-
strauros esse sperabant. Titus igitur milites pro concione hortari, ut fortes ac stre-
nui forent, eos in Græcia pulcherrimo quidem orbis terrarum spectaculo, aduersus
præstantissimos iamiam decertaturos hostes. Philippus seu fortè, seu opera dedita se-
pulchrum quoddam excelsum, quod extra uallum prominebat, intempestiuus ascẽ-
dit, ex eo priusquam pugnam iniret de more ad concitandos suorum animos con-
cionem orsus. Quæ res ubi dirum animis ac triste obiecit augurium, turbatus ea die
15 prælio abstinuit. Postridie ante solis ortum, ob mollem ac humidum eius noctis au-
strum uersis in caliginem nubibus, profundæ campos compleuerant tenebræ, sum-
mis quoque de montibus inter amborum castra crassus delabebatur aer, qui mox in-
choante die, locorũ faciem obduxerat. Quapropter qui speculandi, & insidiandi gra-
tia utrinque prodierant, mox inuicem illabentes, prælium acre committunt, ubi nũc
Canis capita. Canis capita appellant. Densi enim tumuli & parui mutuò colles prominent, quibus
ex formæ similitudine id nomen extat. Cùm inter locorum iniquitates uariæ nunc
fugando, nunc fugiendo fierent mutationes, laborantibus cedentibúsq; è castris am-
borum emittebantur auxilia. Cúmque inclarescente iam aere quæ gesta essent cerne-
rent, tota signis signa conferunt. Philippus qui dextro prę erat cornui, ad testudinem
structa phalange, è superioribus locis enixè contra Romanos infertur, cuius grauis-
16 simum impetum nec ipsi Romanorum strenuissimi sufferre poterãt. Interea cùm ob
locorum asperitatem, & montis iniqui iuga, constare phalanx, & densa prodire acie
(qua in re totius agminis uis robúrque consistit) nequiret, turbari ac dispergi sinistrũ
cornu cœpit: quod ubi Titus animaduertit, desperata aliorũ uictoria, huc suos acerri-
mè concitat. Quippe Macedonibus ut uiri uiris consererent, impedimẽto erat armo-
rum onus. Phalanx enim quoad membra cõiuncta perstant, & testudinem uno con-
seruat ordine, sicut inuictum quoddam animal suas gerit uires. Cæterùm ea dissolu-
ta compage, uniuscuiusque robur ac fortitudo propter armaturę genus amittuntur,
quæ prius connexis mutuò partibus uehementer pollebant. His igitur uersis, Roma-
ni alios fugientes insectari, alios inter pugnandum discurrentes ex obliquo truncа-
re. Quæ res ita uictores Macedones profligauit, ut repentè proiectis armis fugam ca-
17 pesserent. In eo prælio octo millia hostium cecidere, circiter quinque millia capta.
Aetolorum uerò culpa Philippum euasisse contigit, qui Romanis adhuc hostem in-
sequentibus prædæ sese ac diripiendis castris accinxerant, ita ut redeuntes illi nihil
offenderint. Quamobrem grauissimis inter se contumeliis tum primũ disceptarunt,
ita ut mœrore deinceps Titum angere non desisterent, sibi totam eius uictoriæ lau-
dem adscriberent, Græcósque ita rumoribus occuparent, ut cùm poetæ id facinus ce-
lebrarent, primos Aetolos suis carminibus scriberent. Ex quibus hoc per cunctorum
ora uolitabat epigramma·

Fletibus & busto indecores, terdena, uiator,
Thessaliæ oppetimus millia in hoc tumulo,
Marte sub Aetolûm domiti, & uirtute Latinûm,
Quos Titus immensa duxit ab Italia,
Emathiæ cladem, trux spiritus ille Philippi
18 Ceruorum cursu præpete lapsus abit. Hæc Alcæus in Philippi uituperiũ edi-
dit, in quibus & cæsorum numerum ementitus est. Ea cùm passim canerẽtur, Titum

quàm Philippũ acrius irritabãt,qui Alcæum carpẽs,hoc carmen ſuis adiecit elegis:

Frondibus & ueteri libro nudata,uiator,

Celſa ſit Alcæo crux ſita in hoc tumulo. Hæres Titum qui comparandæ ex Græcis gloriæ ſummo ſtudio tenebatur,non mediocriter afficiebãt. Quapropter neglecti Aetoli in poſterum,cùm ipſe per ſe bellũ gerere ſtatuiſſet,grauiter tulere. Poſtea cùm per legatos ſecum de pace Philippus ageret,cæteras Aetoli ciuitates obibant, pacem Philippo uenundari clamitãtes, cùm funditus bellum excindere, & ipſius delere imperium liceret, qui uniuerſam ſeruitute Græciam oppreſſerat. Hiſce rumori- 19
bus cùm Aetoli ſocios perturbaſſent,ad firmandas pacis conditiones accedente Philippo,omnis exempta ſuſpicio eſt: poſtquàm enim ſe ac regnum Titi,& populi Romani poteſtati commiſiſſet,ictum fœdus eſt:uerùm Titus ei regno Macedoniæ reſtituto,ab Græcia iuſſit abſtinere, mille talentis tributi nomine,& præter decem naues, uniuerſa claſſe mulctatum. Alterum ex liberis eius Demetriũ nomine obſidem ſuſceptum Romam miſit. Quo quidem facto,ipſum commodiſſimè uſum tempore, & impendentibus occurriſſe periculis liquet. Rex enim Antiochus cùm poſt res abſe magnificè geſtas ingenti parta gloria, & uiribus auctis, ad cunctorum principatum oculos adieciſſet,tum uerò uehementius aduerſus Romanum inſurgeret imperium, Annibal Carthagine profugus, Romanorum inimiciſſimus, ad eum profectus eſt: quem per ſe alioqui abundè perſuaſum ad proſequendum fortunæ fauorem, & af- 20
fluentis potentiæ commodum,aſſiduis incitabat ſtimulis. Quibus acutè ac ſapienter præuiſis, niſi Titus ad componendam pacem animum inclinaſſet, uerùm intra Græciam contra Romanos Philippus antea ſibi pro communi cauſa belli ſocium aſciſſet Antiochum,qui ea tempeſtate duo maximi ac potentiſſimi reges erant, profectò nõ minora quàm ſecundi belli Punici tempore certamina periculáque Romanis impẽdiſſent. Nunc uerò cùm utriuſque belli mediam, & peropportunè quidem, pacem Titus interiecíſſet, ita ut priuſquàm quod aduentabat bellum inchoaretur, præſens abſcinderetur, factum eſt ut extrema quidem ſpe Philippum, prima autem priuaret Antiochum. Inde decem ab ſenatu miſſi legati Tito conſulebant, ut cæteris libertati priſtinæ reſtitutis,Corinthus, Chalcis, ac Demetrias præſidio impoſito ſeruarentur, quò tutiores aduerſus Antiochum eſſent. Tunc Aetoli per ciuitates apertis calum-
niis prorumpebant:Soluit Titus,inquiunt,Græciæ compedes. Prædictas nanque ur- 21
Liu.lib.2. Dec.4. bes eo nomine Philippus appellare ſolebat. Græcos quoque percontabantur, an nũc grauiora quidem aut leuiora,quàm olim uincula collo geſtantes gauderent, & Titũ perinde ac beneficum admirari pergerent,qui ſolutis Græciæ pedibus, ceruicem nodo perſtrinxiſſet? Quas ob res Titus grauiſſimo dolore compunctus,legatos crebris induxit precibus,ut hæ etiam ciuitates, quò pleniſſima gratia & accumulatum foret
** Liuius habet Nemeæa lib. 3.dec.4.* beneficium,liberarentur. Itaque dum agerentur *Iſthmia,& frequens hominum cõuentus ad ludorum ſpectaculum conſediſſet, utpote diuturnis laſſata bellis, Græcia in ſpem libertatis pacem feſtis celebrante diebus,iuſſo per tubæ ſonum ſilentio, proceſſit in medium præco,& ita proclamauit: Senatus populúſque Romanus, ac Titus Quintius imperator & conſul, rege Philippo & Macedonibus debellatis, ſine cuſtodiis,liberos,immunes,ſuo iure uiuentes fore permittunt Corinthios,Locros,Phocẽſes,Euboicos,Achæos,Phthiotas,Magneſios, Theſſalos, Perrhæbos. Principio quidẽ 22
cùm nõ ad omnes ea uox apertè peruenìſſet, ingens ortus eſt in theatro fremitus mirantium inter ſe hominum,dictáque ſciſcitantium, & pronuntiari rurſus orantium. Iterum ſedato tumultu,præco ita clara pronuntiauit uoce, ut per uniuerſos eius præconij clamor ierit:ob cuius rei claritatem immenſus quidam & incredibilis ſtrepitus ad mare uſque delatus eſt. Nulla inde certatorum habita cura, cuncti aſſurgunt, ſtudióque proſiliunt,& Titi dextram amplexantes, ipſum Græciæ ſaluatorem ac defenſorem ſalutabant. Tunc id quod ſæpenumero de immenſa uocis magnitudine commemorari

memorari ſolet,cernere erat. Corui enim qui fortè ſuperuolabant,in ipſum decidẽre *Val.lib. 4. cap.8.* ſtadium,cuius rei cauſa conſciſſus aer extitit. Nam cùm uox permagna editur,ipſius ui diſiunctus aer nullam uolãtibus firmitatem exhibet. Verùm cùm idcirco lubricus factus ſit,aues perinde ac ad inane peruenerint,delabũtur, aut mediusfidius è clamo-
23 ris ictu,tanquam ſagitta quadam ſauciæ, exanimes concidũt. Poteſt & quidam aeris, ſicut & pelagi,uortex eſſe,qui uiolẽto circumagat impetu. Titus tantæ multitudinis frequentiam concurſúmque proſpiciens,niſi maturè ſe abduxiſſet, tot undiq; ſimul inundantibus profectò ſupereſſe nequiſſet. Qui ubi ingruente iam nocte circa Titi tabernaculum clamare deſtiterunt, amicos aut ciues præ gaudio obuios ſalutabant, amplexabantur, ad cœnas unà potúſque uertebantur: tum lætiores, ut fit, longos de Græcia ſermones edebant, quæ libertatis gratia tot confectis bellis, nondum illã iucundius aut ſtabilius eſſet conſequuta:nunc autem alios nacta propugnatores,nullo ferme cruore aut luctu,præſtantiſſimum bellorum præmium uendicauerit. Nã cùm inter homines fortitudo atque prudẽtia perrarum quiddam eſſet, tum ex cæteris ho-
24 neſtatis partibus longè rarior iuſtitia erat & æquitas. Siquidẽ Ageſilai, Lyſandri, Niciæ,Alcibiadæ,bellũm quidem adminiſtrare, & terra maríq; dimicantes uincere nõrant, ſuas autem uictorias ad generoſum gratificandi & honeſtatis uſum accommodare neſciebant. Nam præter res Marathone geſtas,bellũ nauale Salaminæ, Platæenſe prælium,Thermopylarũ,Eurymedontis,& Cyprica Cimonis opera, uniuerſas Græciam pugnas ad ſuam ipſius ſeruitutẽ perfeciſſe cõſtat, & unumquodque trophæum in ſui perniciem ac dedecus ſtatuiſſe, ipſámque ſuorum improbitate ducum, & mutua eorum contentione ſæpiſſimè fuiſſe ſubuerſam. At homines exteri paruam cum Græcis neceſſitudinem, & perexilem priſci generis communicationem habentes, ex quorum uerbo aut conſilio ullam ad Græcos commoditatem peruenìſſe mirandum eſt, ipſos maximis adeò laboribus ac periculis,& grauiſſima tyrannorum ditione li-
25 berarunt. Talia per Græcos colloquia manabant, mox rebus conſentanea fuere præconia. Simul enim Titus Lentulum ad liberãdos Bargyliatas miſit in Aſiam, *Titil- *Liu.Thermum.* lium in Thraciã,ut ex oppidis ac inſulis Philippi præſidia ſubmoueret:Publius *Vil- *Iulius.* lius ut cum Antiocho pro liberandis Græcis quos oppreſſerat, ageret, traiecit. Titus Chalcidem profectus,inde in Magneſiam nauigans,exploſis cuſtodiis rerum gubernacula publicarũ ſuis reſtituit populis. Ad celebranda penes Argos Nemeæa, ludorũ præfectus deſignatus, & magnificẽtiſſimũ edidit apparatũ, & ibi rurſus Græcis libertatem præconis uoce pronuntiauit. Ciuitates obiens legum ſanctitatẽ iuſtitiámque conſtituit, illas mutua ſimul beneuolentia & charitate cõciliauit, diſcordias ac ſeditiones ſedauit,exules reduxit. Quibus rebus nõ minus quàm uictis Macedonibus lętabatur,ita ut iam pro cæteris beneficiis,perquã minimũ accepta libertas cenſeretur.
25 Xenocratẽ philoſophũ cùm olim ad carcerẽ publicani pertraherent, ex ipſorũ manibus Lycurgus orator eripuit,dehinc in eorũ petulantiã grauiter animaduertit: poſtmodũ cùm in eius filios aliquando Xenocrates incidiſſet,dixiſſe fertur, Filij optimas genitori ueſtro gratias reddo,eius enim opera laudibus unuſquiſq; proſequitur. Tito autẽ & Romanis,nõ modò laudibus,uerũetiã fide ac potẽtia dignę grates agebantur. Nõ ſolùm enim accedẽtes eorũ prætores lętè excipiebant, ſed excitatæ ultrò ciuitates & populi, eius ſe ditioni dedebãt. Reges quoq; cùm aliorũ regũ iniuriis uiolarentur, ad Romanorũ confugiebãt manus. Quamobrem factũ eſt, ut diis iuuãtibus maturè cuncta Romano ſubderẽtur imperio. Cæterũ Titus Gręciæ libertate gloriari admodũ ſolitus,cùm argenteos clypeos,ſuámq; Delphis parmam affigeret,ita iuſſit inſcribi:

Clara Iouis ſoboles,ſtudium quam mulcet equorum,
Spartani reges Tyndareúmque genus,
Hoc Titus Aeneades ſummo uos munere donat:
Quo duce libertas mœnia græca tenet.

Apollini quoque auream imponens coronam, in hunc modum ſcripſit: 27

Hæc tibi Latonæ ſtirps ô præclara, corona
Aurea cæſariem contegat ambroſiam,
Quam Titus Aeneadum dux ingens attulit, ipſi
Da pharettrate uiro fortia geſta cani.

Iam per Iſthmiorum celebritatem terram Græciam priſtina libertate donatam, ſuiſq; reſtitutam legibus, Corinthiorum ciuitati bis hoc contigit: primùm quidē uoce præconis à Tito, quemadmodum ſuperius enarratum eſt: & ętate noſtra iterū à Nerone, dum is in foro Corinthi è ſuggeſto concionem habuiſſet ad populū. Verùm hæc poſterius. Titus cùm aduerſus Nabin, pernicioſiſſimum flagitioſiſſimúmq; Lacedæmoniorum tyrannum, longè pulcherrimum atq; iuſtiſſimum bellū inchoaſſet, Græcos ad extremum ſua ſpe fefellit, quòd cùm eum capturus exiſtimaretur, haud uoluit, uerùm icto cum eo fœdere, Spartam indigniſſima ſeruitute cōpreſſam reliquit, ſeu ueritus ne diutius durante bello alter ex Roma ſuccedens imperator ſuam illi gloriam interciperet, ſeu Philopœmenis honoribus æmulus & contentioſus. Dum enim Philopœmen uir cùm cæteris in rebus Græcorū ſtrenuiſſimus, tum in eo bello per quædam audaciæ, & fortitudinis opera clariſſimus, ęqualem Tito gloriā & pares in theatris honores apud Achæos cōſequeretur, Titum dolor angebat, indigniſſimum exiſtimātem, ut Areas homo finitimorum ac exiguorum dux bellorum, ſimiles Romano conſuli, & Græciæ propugnatori laudes decúſque uendicaret. Verumenimuero Titus aliam pro hiſce rebus excuſationem afferebat, cernere ſe non ſine magno Spartanorum exitio perditum iri tyrannum. Achæi poſtquam honores illi cōplures decreuiſſent, nullus profectò ſuis adæquari poſſe beneficiis uidebatur, unico duntaxat excepto munere, quod ei præ uniuerſis charum acceptúmque fuit. Id autem eſt huiuſmodi: Romani acceptis ab Annibale cladibus, cùm uenundati & per uaria diſperſi loca ſeruirent, mille & ducenti in Græcia uerſabantur. Hi ex eo caſu cùm ſemper miſerabiles, tum uerò eo tempore magis, cùm iſti quidē filiis, alij fratribus, alij familiaribus, & quod acerbius eſt, ſerui liberis, & captiui uictoribus occurrerent, Titus quāquam moleſtiſſimè ferret, haud tamen illis quenquam priuādum eſſe dominum iudicabat. Achæi cùm eos minis quinque collatis in capita redemiſſent, coactos unum in locum uniuerſos, conſcendenti nauem Tito reddidere, quapropter ſumma Titus alacritate diſceſſit. Pulchra nimirum hęc clariſſimorum operum præmia ampliſſimū uirum, ciuem ornatiſſimum, & amantem patriæ decebāt. Ea res illius triumpho maximum attuliſſe ſplendorem uidetur: hi enim (qui mos ſeruorū eſt cùm libertate donantur) raſis capitibus, pileati in triumpho Titum ſunt cōſectati. Speciosius uerò ſpectaculū longo tranſmiſſæ ordine præbebant eximiæ græcæ caſſides, Macedonicæ peltæ & ſariſſæ. Grandem quoq; pecuniæ uim in eo triumpho tranſlatā * Hyrcanus perhibet: defecati auri pondo tria millia ſeptingenta tredecim, argenti quadraginta tria millia ducenta ſeptuaginta, aureos Philippeos quatuordecim millia D. præterea mille talenta, quæ Philippus tributi nomine debebat. Ea in poſterum Romani, Tito præſertim opitulante ac perſuadēte, remiſere Philippo, & cum eo, decreto ſenatus ſocietatem iunxere: filium quoq; obſidem abſoluerunt. Inde cùm Antiochus in Græciam ingēti claſſe, & magnis copiis traieciſſet, ciuitates ad defectionem ſolicitatas ſeditionibus perturbabat. Quam quidē ad rem Aetolos populi Romani dudū hoſtes ac inimicos, ſocios & conſpirantes habebat. Hi belli cauſam & prætextum afferebant Græcorum libertatem, quibus cùm liberi forent, huiuſcemodi re haudquaquā opus exiſtebat. Verùm cùm ad id honeſtiorem titulum non haberent, ipſum pulcherrimo atque optimo nomine uti docebant. Eius itaque motus, & potentiæ rumor cùm uehementem Romanis terrorē incuſiſſet, * Manius Acilius conſul & imperator, & Titus Græcorum gratia legatus eò miſsi. Ex quibus cùm primùm apparuit, confirmatiores alios

Titi triūphus

**οἱ περὶ τὸν Ἰτανὸν.*

** Liuius legit Atilius.*

alios reddidit, aliòs langueſcentes & dubios, cùm ſuā illis beneuolentiam perinde ac tēpeſtiuum aliquod medicamen adhibuiſſet, in fide tenuit, & ne quā in re peccarent, aut perfidè quid flagitioſéq; perpetrarēt, uetuit. Eum tamen effugēre perpauci, quos iampridem ab Aetolis occupatos, & corruptis penitus animis cōtaminatos offenderat. Quibus tametſi Titus acriter ſuccenſeret, cōfecto tamen poſtea bello ipſos tueri, ipſíſq; propitius eſſe nūquam deſtitit. Poſtquam Antiochus apud Thermopylas uictus, ſalutem ſibi fuga cōparans traiecit in Aſiam, conſul Manius Aetolis partim obſidione captis, partim eos Philippo uaſtandos debellandóſque demandauit. Macedotum Dolopas ac Magneſios, tum Athamanos & Aperantos uexare & abigere. Manius poſtdireptam Heracleam, Aetolos intra Naupacton obſidere. Quibus in rebus Titus Græcorum miſericordia cōmotus, ex Peloponneſo ad cōſulem nauigans, primùm increpare quòd ſuarum præmia uictoriarum Philippum ſibi uendicare ſinat, cúmq; Macedones gentes plurimas regéſq; ſubuertant, is fruſtra tempus conterens, unum oppidum, & per iracundiā quidem obſidione cingat. Inde cùm obſeſſi Titum è muris cōſpicati protenſis palmis ſupplices cōuocarent, nullo tunc edito uerbo lachrymis effuſis abſceſſit. Dehinc iram conſulis placida oratione mitigās, Aetolis inducias ac tempus tantùm impetrauit, quo miſſis Romā legatis, ab ſenatu clementiæ nonnihil ac humanitatis exorarent. Plurimùm uerò laboris & moleſtiarum in exorando pro Chalcidenſibus Manio ſupererat, quibus infenſus admodū erat, quòd Antiochus uxorem intempeſtiuè quidem ac præter ætatem ſuā, ex illorum ciuitate duxerat, quā conſtante utrinque bello, is iam natu grandior eximia forma Cleoptolemi filiam adamauerat. Quæ res Chalcidēſium animos ad Antiochum promptius inclinauerat, & ipſorum urbem ei ad bellorum uſus opportunum receptaculum adſciuerat. Antiochus inde è prælio fugiēs cum Chalcidem appuliſſet, correptis opibus, cum uxore ac amicis continuò traiecit in Aſiam. Manio igitur per iracundiam illis exercitum admouenti, Titus præſto aderat, eúmq; ſimul & cæteros Romanorum proceres excuſando ita placatos reddidit, ut Chalcidenſes omni ſoluti metu, ac liberi omni ſupplicio euaſerint. Quorum gratia meritorum Chalcidenſium ciuitas quicquid in eorum urbe ſplendidè ac magnificè extructum erat, dedicauere Tito, ubi adhuc talia cerni licet epigrammata: Populus Chalcidenſis hoc Tito Herculíque conſecrauere gymnaſium. Alio in loco: Populus Chalcidenſis hoc Tito & Apollini Delphinium. Noſtra etiā ætate Tito ſacerdos publicè creari, & res diuina fieri ſolet: perfectis libamentis, uerſibus editum quendā pæana canūt, cuius reliquas quidem partes ob prolixitatem omiſimus, quæ autē poſt decantatum carmen dictitent, ſcribenda eſſe cenſuimus: Candidiſſimā Romanorum fidē conſtantiſſimo iureiurando colimus, Iouem maximum, Romam, Titum, ſimul Romanam fidem puellæ canite, Ieie pæan ô Tite Soter. A cæteris quoque Græcis digniſſimos honores, & quæ ueros parit honores, mirificam beneuolentiam ex morum comitate compararat. Etenim ſi quando ob rerum geſtarum gloriam cuipiam ueluti Philopœmeni, aut Achærorum duci Diophani diſceptaſſe, aut controuerſiam egiſſe contingeret, haud propterea graue, aut incommodum aliquid per furorem perpetrabat, uerùm oratione, quæ ciuili & urbana quadam libertate plena erat, tranſigens omnia, acerbus erat nemini. Nonnulli tamen iracundum, & natura leuem exiſtimabant. Cæterùm conſuetudine & familiaritate iucūdiſſimus, nō ſine gratia, & grauitate facetiis & ſalibus utebatur. Cùm Achæi Zacynthiorum inſulam ſuo iure uendicare concupiſcerent, ut eos ab incepto deterreret, periculoſum illis futurum ait, ſi quemadmodum teſtudines, ita illi longius à Peloponeſo caput abducerent. Philippus cùm pacem ac fœdera tractare cœpiſſet, Titum cum pluribus, ſe uerò ſolum aduentaſſe dixerat: cui Titus adiecit, Te quidem ipſum neceſſariis ac familiaribus obtruncatis ſolum reddidiſti. Meſſenius Dinocrates in conuiuio Romæ temulentus muliebri ſaltarat habitu, poſtera die à Tito ſub-

Liu. lib. 7. Dec. 4.

Honores diuini habiti.

Ἰήιος Apollinis epitheton apud Aristoph. ἀπὸ τῆς ἰαύσεως.

Libertas dicendi.

Dicta facetè & acutè.

sidium inuocabat, quòd ab Achæorum imperio ad defectionem solicitare Messanam uersaret animo. Tum Titus: De iis uiderimus, te uerò miror, inquit, cùm res huiusce modi moliri audeas, uina tractare, saltare, & canere posse. Cùm Antiochi legati ingentium copiarum numerum delectúmque apud Achæos permultis nominibus iactitarent; Titus olim se cum hospite quodam cœnitantem, inquit multitudinem carnium admiratum subincusasse atque interrogasse, unde tantam ferculorum uarietatem comparasset: ei autem hospitem porcina omnia respondisse, uerùm ea apparatu, saporibus, condimentóque differre. Vos item, uiri Achæi, cùm hastatos, iaculatores auditis, & pedites, ne propterea tantopere Antiochi uires admiramini, quòd eos armorum tantummodo genere differentes, uniuersos Syros esse constat. Post res in Græcia gestas ac bellum cum Antiocho confectum, Titus creatus est censor. Is autem amplissimus est magistratus, & quodammodo perfectissimum reipub. culmen. Huic Marcelli quinquies consulis filius collega obtigit. Hi quatuor haud illustres admodum uiros è senatu mouerunt. Vniuersos censos, liberis natos parentibus inter ciuium Romanorum numerum receperunt, à Terentio Leone tribuno plebis coacti, qui maximè ut nobilitatem offenderet, ad id scito confirmandum plebem induxit. Erant eo tempore nobilissimi ac excellentissimi uiri priuatis inter se contentionibus disceptantes, Scipio Aphricanus & M. Cato, ex quibus uirum optimum ac primarium Scipionem in senatu principe perscripsit. Cum Catone autem huiusmodi calamitatis de causa acerrimas egit inimicitias. Tito frater erat L. Flaminius, cùm cæteris in rebus Tito perquam dissimilis, tum ob illiberales libidinosásque uoluptates omnis contemptor honestatis atque decoris. Hic puellum deperibat adeò, ut siue exercitus ductaret, siue prouincias administraret, ab eius nunquam latere discederet. Is ut aliquando Lucium per lasciuiam molliusculis ad se blandimentis alliceret, se magnopere illum adamare dictauit, quòd tametsi quempiam nunquam truncari uidisset hominem, tamen ut eius potius quàm propriæ morem gereret uoluptati, gladiatorum spectaculum omisisset. Eo delectatus sermone Lucius, Haud ardua, inquit, res est: ego uerò tuæ iamiam cupiditati remedium ac medelam adhibebo: simúlque ex damnatis unum adduci iubens, in conuiuio accito lictore securi percuti hominem imperauit. Valerius Antias non ad pueri, sed mulieris, cuius amore teneretur, arbitrium, id à Lucio perpetratum affirmat. Liuius autē scriptum in oratione Catonis asserit, Gallum transfugam cum uxore ac liberis uenisse, & ab Lucio inter epulas exceptum, mox ut scorto quod ardebat, obsequeretur, ab eo propria manu confossum. Hoc ad exacerbanda Lucij crimina iure dictum à Catone crediderim: ipsum autem occisum minimè transfugam, uerùm ex damnatis unum in uincula coniectum extitisse, cùm alij complures, tum uerò testis est Cicero in eo, qui est de Senectute libro, ubi omnem Catoni sermonē, & ipsius rei narrationem tribuit. Cato deinde censor creatus, ut curiam tam libidinosis expiaret maculis, Lucium quāuis consularis dignitatis uirū è senatorio eiecit loco. Eius ignominiā cùm Titus ad se quoq; pertinere arbitraretur, is pariter & frater die Catoni ad populum dicta, lachrymis supplices, Quirites orabant, ut Cato rationē afferret, quāobrem illustrem adeò familiam tam tetra affecisset nota. Cato minimè retardatus in medium cum collega procedēs, Titum si quid de ipso conuiuio cōpertum haberet, interrogauit: eo negante Cato rem ad amussim exposuit. Lucium subinde percontatus si quicquā ementiretur, tacente Lucio populus eum iure notatum censuit, & Catonem amplissima cum frequētia domum è foro reduxit. Postmodū cùm Titus fraternum acerbissimè casum pertulisset, aduersus Catonē cum eius inimicis cōspirans, quodcūq; is ex ærario cōductionis aut emptionis nomine erogasset, irritū fecit, & senatus authoritate rescīdit, eúmq; sæpenumero in grauissima uocauit iudicia. Cæterū haud scio q̄ rectè, quámq; ciuili more factū: quippe cùm propter hominē propinquū quidem,

Censoria dignitas. 37

Liu. lib. 9. Dec. 4. 39

40

quidē, uerùm indignū & meritas dante pœnas, aduersus elegātissimū principē & optimū ciuē capitales inimicitias susceperisset. Illi tamē postea Rom. populus nō mediocrē aliquando restituit honorē. Nam cùm ludi publicè spectarentur, & patres conscripti digniori de more sedissent ordine, Lucius in extrema theatri sede abiectus humilisq;
41 conspectus, populi in se misericordiam cōmouit. Mox itaq; populus id acerbis ferens oculis, crebris eum clamoribus superiorē in partem transire coegit, quem uestigio cōsulares inter se uiri sessum receperūt. Titus natura uir laudis, & honoris studio incensus, quoad idoneam belligerandi nactus erat materiam, clarissimum sibi nomen compatauit. Post cōsulatū tametsi nullius rei usus exigeret, tribunatum militū iniit. Deinde ingraueſcēte magis ætate, cùm magistratus gerere desiisset, reliquæ illius uitę partes per otium improbantur; ut qui immēsa gloriæ cupiditate, & iuuenili quodam animi ardore stimulatus seipsum cōtinere nequiret. Tali contra Annibalem usus impetu, plurimā in se conflauit inuidiā. Annibal enim postquam ex Carthagine ad Antiochum confugisset, isq; post confectū in Phrygia præliū pacem & libens quidē impetrasset, rursum lōgis erroribus exul demum ad Bithyniæ regem Prusiam se cōtulit.
42 Quæ res cùm nemini Romanorum esset incognita, tamen hominē senio & imbecillitate confectum, & ab fortuna deiectum paruipendebāt. Eodem tempore Titus alia de causa legatus ab senatu missus ad Prusiam, cùm ibi diuertētem uidisset Annibalē, quòd uiueret adhuc, uehemēter indoluit. Prusias qui supplicē illum susceperat, cùm pro mutua ipsorum consuetudine permultis Titum precibus obsecrasset pro eius salute, nihil impetrauit. Cæterùm cùm uetus quoddam de Annibalis morte hoc pacto uulgaretur oraculum, Corpus Annibalis Libyssa tumulabit gleba, ille quidem de Libya dictum, & se Carthagine uicturū ac humatum iri suspicabatur. Bithyniæ autem locus est in littore, circa hunc autē amplus quidā uicus adiacet, quē Libyssam appellant, in eo tūc diuersabatur Annibal, cùm semper leuitatē Prusiæ infidam ducens, tum
43 Romanos reformidans. Quamobrem ipse domum ibi septenis sub terra cuniculis, aliis aliò longè ferentibus, clām instruxit. Postquam in se factum à Tito audisset edictum, per exitus illos conatus effugere, in regias incidit custodias. Itaq; mori statuit, de quo sic nonnulli perhibēt. Postquam eius collum implicuisset uesti, seruum ab eo iussum genu in aduersis obluctantem natibus, dehinc magnis trahentem uiribus obtortam fregisse gulam, donec cōpresso necaretur spiritu. Alij cōmemorant eum Midæ & Themistoclis exemplo, tauri cruore hausto periisse. Liuius refert uenenū quod *Lib. 8. Decad. 4.*
» habebat miscuisse, deinde sumpto poculo, ita dixisse: Per magnam populi Romani
» curam solicitudinémq; soluamus, qui diuturnum & graue nimis cēsent odiosi mortem senis expectare. Nec uerò Titus præclarum ex hac uictoria nomen reportabit,
» haud suorum dignitatem maiorum imitatus, qui Pyrrho & hosti, & uictori impen-
44 dentes ueneni insidias renuntiatum miserunt. Hic uitæ exitus Annibalis fuisse traditur. De cuius morte cùm relatum est senatui, pleriq; Titi facinus ut uacuum, & crudele nimiùm carpebant, qui Annibalē sicut auem quampiā senectute nudatā, expluměm ac mancā, & ex sua mansuetudine uitæ reseruatā, nulla de causa nisi ut illius interitu nomen sibi ac laudem quæreret, occiderat. Tum magis atque magis Scipionis Aphricani clementiā & animi magnitudinē edisserebāt, eum mirū in modum inuictum & fortissimum prædicantes, qui Annibalem à se in Aphrica superatum, nec ex urbe deturbauerat, nec à ciuibus tradi sibi postulauerat: uerùm ante prēliū eū iunctis dextris benignè allocutus, post prælių fœderibus cōpositis, nihil in eum audacius cōmiserat, nec fortunæ hominis insultauerat. Eos rursum Ephesi cōueniſse dicitur, ubi
45 cùm Annibal digniorē deambulādo locum primus arripuisset, id Aphricanus æquo tulit animo, ut facilè nulla cum contentione ea fuerit ambulatio. Orta postmodum inter eos de ducibus mentione, cùm Annibal excellentissimū primò ducem Alexandrum, deinde Pyrrhum, se autem tertiū demonstrasset, subridēs paululū Aphricanus,

Quid niſi te uiciſſem? inquit. Tum Annibal: Nō tertium, Scipio, ſed me cæteris antepoſuiſſem ducibus, inquit. Hæc cùm de Scipione mirificis efferrentur laudibus, Titū uituperabant, quòd alieno cadaueri manus intuliſſet. Erāt qui id collaudarent factū, Annibalem dum uita ſupereſſet, ignem quendam arbitrantes, cui excitantis opus eſſet flatibus. Nō enim dum uires integræ ac robuſta uigebat ætas eius, corpus aut manus, uerùm conſilium atque rei militaris peritiam terrori Romanis extitiſſe. Accedebant præterea odium & innata quædam acerbitas, quæ res haud ſenectute tolluntur, uerùm cùm fortuna immutetur, mores ac natura permanent. Qui uerò per odiū inimicitiáſque diſceptant, etiam uariante fortuna, ad aggrediendum ſemper aliquid uocante ſpe concitantur. Qua in re Titi teſtimonio erant, Ariſtonicus Citharœdi, à quo per Eumenis gloriam uniuerſa bellis Aſia, defectionibúſq; referta eſt: & Mithridates, qui poſt Syllam & Fimbriam, póſtque tantam exercituum & imperatorū ſtragem rurſum tot terreſtribus maritimíſque copiis aduerſus Lucullum ſtetit. Nec uerò magis quàm C. Marius depreſſus iacebat Annibal, cui regis amicitia familiaritáſque contigerat: in nauium præterea, equorum, ac militum ſtudiis & aſſidua cura uerſabatur. Romani fata Marij dum Aphricam mendicus pererrabat, irridebant, quem pòſt paulò, dum ab eo iugularentur uirgíſque cæderentur, per ſummam ueneratione colentes adorabant. Hoc pacto nihil eſt, quod paruum aut magnum dici queat, uerùm unus qui uitæ, idem & melioris fortunæ modus ac finis eſt. Quas ob res nōnulli hæc ab Tito haud ſpontè facta commemorant, quin miſſum proptèrea cum L. Scipione legatum, ut de Annibalis nece tantummodo tractarent. Nullam amplius à Tito rem domi militiæque geſtam accepimus, ſed cùm tranquillè ageret, uita eſt defunctus.

COMPARATIO TITI ET PHILOPOEMENIS.

MVtuam ipſorum comparationem intueri iam tempus poſtulat. In maximis igitur erga Græcos meritis, neque Philopœmenem, neque permultos uiros optimos Tito conferre dignum eſt, quippe cùm à Græcis aduerſus Græcos, à Tito autē minimè Græco, pro Græcis belligeratū ſit. Cúmq; Philopœmeni ſuis ciuibus ferendæ opis nulla facultas præſtaretur, enauigauit in Cretā. Tunc Titus in media Græcia reportata ex Philippo uictoria, & gentes & ciuitates uniuerſas libertate donauit. Quòd ſi quis amborū prælia diligenter exquirat, longè plures à Philopœmene Græcos, dum Achæorū præturam adminiſtraret, quàm à Tito Macedonas, dū Græcis ſuccurrit, deletos inueniet. Quid ipſorum delicta? Vnius quidem permagna honoris ambitio, alterius uerò cōtentionis mira fuit pertinacia. Cúmque ille ad iram facilè moueretur, hic inexorabilis erat. Titus enim & Philippo regiam dignitatē conſeruauit, & in Aetolos benignū exercuit animum. Philopœmen inſtigante ira adiacentium tributa uicorum patriæ ademit. Item alter ſemper in eos de quibus bene meruerat conſtans ſtabilíſq; permanſit, alter ex iracundia inchoatam celeriter gratiā ſoluit. Nanq; cùm Lacedæmonios plurimis antea beneficiis affeciſſet, poſterius muros ſubuertit, agrúmque uaſtauit, & ipſa deniq; reipub. inſtituta permutauit atq; corrupit. Indignatione quoq; ac intempeſtiua quadā peruicacia uitā abieciſſe uiſus, qui dum acerbius q̄ par erat, in Meſſenen urget impetū, nō more Titi omni cōſilio & ratione ad tutelā imperatoris uſus eſt artibus. Sed Philopœmenis peritia, præliorū & trophæorū multitudine firmior fuit. Illi enim obuenit, ut in bello quod aduerſus Philippū gerebatur, rem duobus duntaxat præliis decerneret: hic autē infinitas ſtrenuè cōmittens pugnas, in decertādi ſciētia ne unam quidē fortunæ temeritati dimicationē permittendā exiſtimauit. Præterea ille florentiſſima Romanorū potentia fruens, hic marceſcēte iam Græcorum imperio repullulans, nominis celebritatem & gloriam cōſequuti ſunt. Quocirca quicquid magnificè confectum

confectum eſt, huius quidem priuatum, illius autem commune opus cenſeri debet. Ille nanque bonis & fortibus præfuit, hic præfectus equitum creatus bonos & fortes effecit. Prælia cum Græcis commiſſa acre ſanè non felicitatis, ſed uirtutis argumentū ac demonſtrationem præbuere. Quòd ſi æqualia cætera dentur, uirtutis certè priores partes habet: nam aduerſus Græcorum bellaciſſimos Cretas & Lacedæmonios bellū gerens, magis atque magis uafros dolo, fortiſſimos uerò audacia ſuperauit. Ad hæc Titus ex ſubiectis & maiorum ſuorum inuentis uictor euaſit, belladi ſolertia & collocandi agminis inſtructione, ſicut aliunde doctus acceperat, utens: cæterùm Philopœmen ordinem ad earum rerum diſtributionē intulit ac uariauit. Eapropter cōmodiſſimum conſequendarum uictoriarum artificium, alteri quidem cùm non adeſſet, inuentum eſt, reliquo cùm adeſſet, adiumento fuit. Philopœmenis multa & ingentia opera hoſtem manu feriendo claruere, alterius nulla. Quin Aetolus quiſpiā nomine Archedemus illum carpere ſolebat, quòd cùm ipſe contra pugnantes Macedonas & confertiſſimos hoſtes nudo incurſaret enſe, Titus ſupinas in cælum manus tendens ſtaret, deos in uota defatigans. Tito & duci & legato, ut honeſta conficeret, obuenit: Philopœmen non ſanè deteriora præſtitit, nec ſe priuatus ſegniorem, quàm Achæorum imperator præbuit. Priuatus ex Meſſena Nabin tyrannum eiecit, Meſſeniíſque libertatem reddidit: priuatus quoq; Diophanem prętorem, & Titum aduentantes ex Sparta occluſis portis amouit, Lacedæmonióſq; ſaluos fecit. Sic imperatorium habēs ingenium, nō modò pro legibus, ſed & legibus imperare uincente utilitate nouerat. Nec ei ut à ſubditis imperandi officium caperet opus erat, ipſis tantùm ubi tēpus depoſceret uſuro: eum enim qui pro ſubditis ſaperet, magis quàm qui à ſubditis deligeretur, imperatorem idoneum eſſe exiſtimabat. Generoſi ſanè animi, benigni & perhumani, Titi in Græcos opera fuerūt. Generoſioris animi, fortioris, & libertatis amore facta flagrantia Philopœmenis in Romanos. Etenim facilius eſt gratiā egenis impartire, quàm potentioribus infeſtum obſiſtere. Poſtquam igitur hunc in modū excuſſis ac diſquiſitis ambobus ſubobſcurior differentia eſt, uide num ſi homini græco bellicæ peritiæ & imperatoriæ artis coronā, Romano autem iuſtitiæ ac bonitatis palmam reddentes, arbitri minimè contemnendi fore uideamur.

Ariſtides.

FRANCISCO BARBARO INTERPRETE.

ARISTIDES Lyſimachi filius ex Antiochide tribu & populo Alopeceno ortus eſt, de cuius fortunis ac facultatibus penes ſcriptores magna uarietas eſt. Sunt enim qui eum ita egregiè inopem fuiſſe commemorent, ut & in ſumma tenuitate uixerit, & uita functus duas filias reliquerit, quæ multis annis nubiles, egeſtatis cauſa ſine maritis fuerunt. Hoc tametſi complures patronos ac defenſores inuenerit, contrà tamen in eo libro qui Socrates inſcribitur, Demetrius Phalereus eum locupletem fuiſſe author eſt. Apud Phalerios enim fundum, qui Ariſtidis extitiſſe dicitur, cognoſcere ſe refert, ubi ipſe ſepultus eſt. Eius domum opibus abundaſſe pleraque argumento ſibi ſunt, & illud in primis, quod magiſtratum illum inſignem ſuffragiis ſortitus eſt, qui maximo cenſu cenſitis obuenire ſolebat, quos quingentûm modiûm uulgus appellabat. Secundum autem relegatio, quam ἐξοστρακισμὸν uocant: nullos enim inopes, ſed ampliſſimo loco natos, & qui ſuperbia ac tumore cæteris anteirent, in exilium id genus miſſos eſſe. Tertium & extremum eſt,

Genus.
De fortuna dubitatur.

quòd in Liberi patris templo tripodes uictoriæ uoto ad celebritatem dedicatos reliquit, qui in noſtram etiam ætatem hoc epigrammate ſeruantur.

Antiochis tribus uicit, Ariſtides ludos exhibuit, Archeſtratus docuit.

Hoc tametſi maximi momenti ſpeciem præ ſe ferre uideatur, minimum tamen pondus habet. Nam & Epaminondas, quem omnes mortales à pueritia uitam tenuiter egiſſe ſciunt, & Plato philoſophus, non ignobiles ludos ediderunt: quorum alter per tibicines, alter per chorum puerorum ſpectaculum exhibuit: cùm huic Dion Syracuſanus, Epaminondæ uerò Pelopidas ſumptus ipſos ſuppeditauerint. Haud iniuria, quandò bonis uiris cum amicorum donis, perinde ac inexorabile & *inconciliabile bellum indictum non ſit, ſed cùm ab illiberalibus muneribus, quæ lucri quæſtúſue cauſa ſuſcipiuntur, abhorreant, ſi temporis maturitas obuenerit, ea non repudiabunt, quæ honori, laudi, ac ſplendori coniuncta ſunt. Panætius uerò Demetrium carpit, qui errore nominis captus, in iis quæ de Tripode ſcripſit, mentitus eſt. Nam quæcunque aduerſus Perſas geſta ſunt, uſque ad Peloponneſiaci belli finem memoria repetens, ſolùm duos Ariſtides, cùm ludos exhibuiſſent, uictores pronuntiatos fuiſſe tradidit, quorum neuter Lyſimachi filius fuit, ſed alterum quidem Xenophilo patre natum eſſe, alterum uerò longè poſteriorem, ut & poſt Euclidem ſcripta declarant: & adſcriptus inſuper Archeſtratus, quem Medicis temporibus nemo, ſed Peloponneſiacis plerique in pretio theatris fuiſſe prodiderunt. Verumenimuero quod à Panætio dicitur, diligentius conſiderandum eſt. Oſtraco autem, quiſquis uel gloria, uel generis nobilitate, uel eloquentia maximè præſtaret, eiiciebatur. Quo in numero Damon Periclis præceptor eſt, qui cùm plus ſapere uideretur quàm oporteret, hunc in modum urbe exactus eſt. At Idomeneus ſcriptum reliquit, Ariſtidem non ſuffragiis, quæ faba fiebant, ſed Athenienſium delectu, magiſtratu functum eſſe: quem ſi poſt Platæenſe prælium geſſit, ut à Demetrio refertur & ueriſſimum eſt, ipſe magna gloria & magnis rebus geſtis, in eo loco ciuitatis propter ſummam uirtutem conſtitutus eſt, quem reliqui propter diuitias capeſſerent. Sed certum eſt, non ſolùm Ariſtidem, uerumetiam Socratem non inopem fuiſſe, à Demetrio proditum eſſe idcirco, quaſi magnum malum paupertas uideretur. Illum enim non ſolùm domum peculiari iuri ſuo uendicaſſe, ſed etiam ſeptuaginta minas Critoni fœneris cauſa mutuaſſe ſcribit. Ariſtides uerò Cliſthenis, qui poſt exactos tyrannos rempub. conſtituit, factus ſocius, ſupra cæteros qui ſe ad gubernandas ciuitates contuliſſent, Lycurgum Lacædemoniũ admiratus & imitatus eſt. Eum enim ſtatum maximè probauit, in quo bonis & optimatibus primus locus eſſet. Aduerſus eũ plebs ac multitudo Themiſtoclẽ Neoclis filium coluit, & gratia & ſtudio proſecuta eſt. Eos à pueris cùm una educarentur, propè ſingulis & iocoſis, & ſeriis in rebus ac uerbis contendiſſe, iſtiſq; controuerſiis naturam ſuam, mores, inſtitutionem quamprimùm detexiſſe, multi authores ſunt. Nam ut hic leuitatem, temeritatem, calliditatem, & in omnes impetum, ſic Ariſtides conſtantiam, modeſtiam, æquitatem præ ſe tulit, qui nec mendacium, nec intemperantius dictum, nec fraudem uel ioco probare potuit. Horum inter ſe animos (ut Ariſtoni Chio placet) amoris contentio quædá in tãtùm promouit. Teſileum enim Chium, qui ſpecie uultus ac corporis forma primaria erat, uehementius quàm par erat deperibãt: quinetiam poſtquam illius uenuſtas defloruit, graues inimicitias, quas huius leuitatis cauſa inuicem ſuperiori tẽpore conflauerant, retinuere. Hoc uelut tyrocinio ſimultatis exercitati incenſíque, conflictationes ſuas ſtatim in ipſam rempub. contulerunt. Quocirca Themiſtocles facilitatis artibus inſtructus, grandem ac popularem potentiã eſt aſſequutus. Itaq; cuipiã cùm admonenti, optimo iure principem Athenienſium futurũ, ſi cunctis æqualis & cõmunis eſſet: Nũquam, inquit, ego in ea ſella ſedere cupiã, ex qua mei ſtudioſi nihil amplius à me, quàm alieni, habituri eſſent. Ariſtides autem, cui propria in repub. uia conſti-

Vide poſt in uita Dionis. *ἀκηρυκτον ἀδιάλακτον

Vide ſuprà in uita Themiſtoclis.

conſtituta erat, animum induxit, primùm nulli ſua ſocietate uel obtemperando ad
7 iniuriam patrocinari, uel negando moleſtus eſſe. Dehinc eam amicorum poteſtatem declinauit, qua uelut peccandi licentia pleroſq; fretos obſeruabat. Grauiter enim & uerè ſibi perſuaſerat, hoc duntaxat gaudio bonum ciuem affici, ſi uita & oratione, quæ iuſta & recta eſſent, cõſtantiſſimè defenderet. Quo uitæ inſtituto parumper deflectere coactus eſt, cùm Themiſtocles temeritate quadam ut ei reſiſteret, ac ipſius authoritatem refringeret, multa in repub. commoueret. Vnde ei aduerſatus interdum, quædam in eum tutatus eſt, & ne ab ipſo nonnulla fierent, eo conſilio prohibuit, ut Themiſtoclis poteſtati, quæ multitudinis gratia creuerat, nihil accederet: præſtantius ac ſalutarius ratus, ſi aliqua ex iis quibus conſtat ciuitatis utilitas prætermitteretur, quàm ſi factis ex illius ſententia decretis, ſupra modum potentia
8 Themiſtoclis augeretur. Denique cùm Themiſtocle authore, commodum ac neceſſarium quippiam deliberatum eſſet, & Ariſtides fruſtra contradixiſſet, haud ſibi temperauit, quin cùm ex concione diſcederet, clara uoce teſtatus ſit, niſi Themiſtoclem, & ſeipſum in barathrum coniicerent, rem Athenienſium ſaluam eſſe non poſſe. Rurſus ad populum rogationem ferens, cùm ſibi uehementius repugnatum eſſet, perſtitit: mox conſilij principe populum rogante, cùm plurimos in eam ituros planè cognoſceret, quoniam inter altercandum decretum illud reipublicæ detrimento futurum animaduertit, rogatione deſtitit. Ad hæc in concione ſæpe per alios ſententiam ſuam intulit, ne perpetua Themiſtoclis altercatio ac diſſenſio communi utilitati impedimento eſſet. Eius in conuerſione rerum urbanarum conſtantia, laude & admiratione digniſſima uidetur. Nec enim ulli honorum gradus, ipſius
9 animi magnitudinem extulerunt, nec ulli caſus aut offenſiones demiſerũt. Vbi ſe ad rempub. contulit, ſibi nimirum perſuaſit, etiam nulla pecuniarum, nulla glorię mercede propoſita, in officio permanendum eſſe. Quo factum eſt, ut cùm in theatro uerſus, quos Aeſchylus in Amphiaraum ſcripſit, referrentur,

Neque enim uideri uir, ſed eſſe bonus ſtudet,
Acto profundè ſulco uirtutem colens,

Ex quo præclara conſilia germinant: omnes in Ariſtidẽ oculos cõuerterent, uelut in eum, cui optimo iure in hoc uirtutis genere primas partes ſine cõtrouerſia tribuerent. Sic igitur inſtitutus erat, ut non modò popularibus in cauſis, quibus ſe beneuolẽtia ciuium muniret, acerrimus æquitatis defenſor eſſet, ſed ut eam fortiſſimè ac ſeueriſſimè tueretur, nullius iracundiam, nullius inimicitiam, nullius denique ſi-
10 multatem declinaret. Quã de re memoriæ traditum eſt, cum aliquãdo quempiam in iudicium uocaſſet, & hi qui rem illam iudicabant, poſt Ariſtidis accuſationem, reum cauſam dicentem audire nollent, quin ſuffragia quibus eum damnarẽt extemplo poſtularent, aſſurgens Ariſtides ſupplex apud iudices interceſſit, ut illum quemadmodum legibus ſtatutum erat, diligenter audirent. Rurſus arbiter inter duos delectus, cùm alter ut ipſum in aduerſarium magis ac magis afficeret, extra cauſam pleraq; illius in Ariſtidem maledicta recenſeret, Hæc miſſa faciamus, ait: tu uerò bone uir, ſi quid in te commiſit explica, quoniam in præſentia tibi, non mihi, iudicium exerceo. Fiſci poſtea procurator deſignatus, non ætatis ſuæ ſolùm magiſtratus, ſed & ſuperioris multa quæ ad rempub. pertinebant, in rem ſuam uertiſſe declarauit, in primíſque Themiſtoclem, qui tametſi ſapiens uir, parum tamen continentes manus habuiſſe
11 iudicatur. Quapropter collectis operis ſuis Ariſtides ab ipſo accuſatus, & ut Idomeneus refert, repetundarum inſimulatus eſt. Quæ res cùm optimatibus acerba & grauis eſſet, Ariſtides non modò illo mulctatitio argento liberatus, ſed de integro huic ipſi muneri præfectus eſt, in quo uniuerſam mutaſſe adminiſtrationis rationem ſimulauit. Iis ſiquidem qui reipub. prouentus ſibi per iniuriam uendicaſſent, facilem ſe præbebat, ut qui nec eos more ſuo grauiter perſequeretur, nec ut diligẽtiſſimè ra-

tionem redderent laboraret. Quo facto, omnes qui expilatione ciuitatis locupletabantur, Aristidem ferre in cælum laudibus, & summo studio populo blãdiri, ut iterũ eum ad hoc munus deligeret. Qui cùm in suffragiis, porrigenda manu, magnã significationem uoluntatis declaraturi forẽt, Aristides eos hunc in modum acriter increpuit: Cùm probè, inquit, integrẽq; rempub. administro, existimationem meã multis maculis aspergitis: cùm autẽ urbanis expilatoribus concedo, me quasi summa uirum & ciuem admiratione dignissimũ reputatis. Quę cùm ita sint, Athenienses, iis hono- 12
ribus quos mihi nũc decernere cõtenditis, ut ego sentio, plus mihi dedecoris & turpitudinis affertur, quàm prius allatum est, cùm mihi repetũdarum mulctã irrogastis. Quamobrem magnopere me uestri miseret, apud quos improbis obsequi gloriosius est, quàm fortunas publicas cõseruare. Hæc cùm dixisset, & in huiuscemodi furta uehementer inuectus esset, eos qui suæ laudis buccinatores ac patroni fuissent, tacere se
Herod. lib. 5. cit, solidã inde & expressam quandã gloriam iustissimis ex causis adeptus. Postquam Dathis à Dario missus, specie quidẽ ut Athenienses, qui Sardis igni uastauerãt, pœnas darent, re uerò ipsa ut Græcos in ius ditionémque suam redigeret, omnibus copiis in Marathona incubuit, populationibus ac prædis in agros hostium impetũ fecit. Hoc 13
in bello inter eos quos Athenienses imperatores præfecerunt, dignitate, gloria & potentia Miltiades primas, secundas autẽ Aristides partes habuit. Qui cùm sua sentẽtia in bello gerẽdo Miltiadis cõsilium confirmasset, magno profectò momẽto fuit. Duces enim eius collegæ cùm sic inter se statuissẽt, ut in singulos dies rei summa ad unũ deferretur, ipse cùm ea sibi obtigisset, ius imperij & authoritatem suam in Miltiadem cõtulit, & socios principes docuit, melioribus ac prudentioribus parẽre, sine ulla turpitudinis nota, salutare ac decorum esse. Hunc in modum animos pacans ac mitigãs cõtentiones, eos induxit, ut quieto animo unam optimã sentẽtiam cõmuniter usurparent. Quod Miltiadis imperium perpetua potestate firmissimum reddidit. Vnus enim quisq; Aristidis exemplo, se ab hoc collato in diem munere sponte abdicãs, Miltiadi suo ex iure concesserit. Dehinc cùm Athenienses media acie constituti inter pu- 14
gnandum ualde laborarent, & barbari satis supérq; diu Leontidem ac Antiõchidem tribum urgerent, Themistocles & Aristides iuxtà structis agminibus, strenuè ac fortissimè dimicauerunt: quorũ alter ex Leontide, Aristides autem ex Antiochide tribu erat. Hi cùm barbaros cedentes in fugam uertissent, acri impetu naues adorti sunt: quæ cùm ad insulas (ut ipsi cernebant) non se transmitterent, sed ui uentorum ac tẽpestatis uexatæ in Atticam terram repentè referrentur, ueriti ne urbs militibus ac defensoribus destituta in potestatem hostium ueniret, in patriam nouem tribus subitò reducere statuunt, quod eadem die magnum itineris spatium emensi cõficiunt. Aristides sua cum tribu Marathone custodię relictus, ut captiuos prędámq; seruaret, opinionem quam de suis moribus præstiterat, non fefellit. Nam cùm argenti, & auri 15
uis passim & uestimentorum omnis generis, ac in tabernaculis innumerabiles pecuniæ, & in nauigiis essent, quibus barbaros nudauerant, nec ipse contrectare quippiam uoluit, nec ut ab aliis attingerentur passus est. Quapropter subreptiones nullæ factæ,
* subripere. nisi si quis eo ignaro nonnihil prædæ sibi ademerit, ut de Callia * antistite traditum est. Quem cùm barbarus errore comæ ac coronę captus, quasi regem adorasset, comprehẽsa dextra, ei ubi magnum auri põdus à barbaris defossum erat, indicauit. Callias crudelitate ac iniustitiã, quibus reliquos homines anteibat, fretus, aurum capit, & hominẽ, ne cæteris referret, immanissimè necat. Hinc à Comicis cæteri qui ex Calliæ familia fuere, λακκόπλουτοι, id est, ex fossa locupletati, cognominati sunt, cùm locum illũ notarent, ubi cõperto auro Callias diues factus est. Aristides extemplo magistratum summum iniit. Demetrius autẽ Phalereus ipsum post Platæensem pugnã, paulò ante 16
mortẽ, hoc munere functum esse scribit. In actis autẽ post Xanthippidẽ, cuius tempore apud Platæas Mardonius profligatus est, eius nominis inter multos neminem accepimus.

accepimus. Cæterùm post Phanippũ, in cuius magistratu ex prælio, quod apud Marathona gestum fuit, uictoriam retulerũt, Aristides illico princeps inscriptus est: qui cùm omnis uirtutis, tum maximè æquitatis ac iustitiæ, apud populũ periculum fecit, quæ ad summam semper multitudinis utilitatem ac fructum referuntur. Ex quibus Aristides quanquam uir inops & plebeius, regium tamen in primis ac diuinissimum, Iusti scilicet cognomen assequutus est: quod nullus unquam rex aut tyrannus appetiuit: sed urbium expugnatores, fulmina, uictores, aquilas, accipitres appellari se ingenti cum uoluptate uoluerunt, quia uiribus & potentia potius, ut constat, quàm
17 uirtute gloriam consequi cupiere. Deus, cui se simillimos efficere studio, cura, opera conãtur, his tribus maximè præstare ceteris omnibus uidetur, immortalitate scilicet, potestate atque uirtute: è quibus nihil uirtute pulchrius, nihil honestius, nihil diuinius est. Quid ni? nã & inane, & elementa natura sua non intereunt. Terræmotus autem, fulmina, uentorum impetus, ac fluuiorum cursus ingentem potestatem habẽt: sed nihil diuinum esse potest, nisi quod prudentia ac sapientia præditũ ius fásque sibi cõpararit. Proinde cùm tria sint, quibus multi erga deos afficiuntur, beatitudine uidelicet, metu, ac honore, eum quidem beatum existimant, qui eam uitam uiuat, quæ cunctis seculis cõsequentibus eadem ac immortalis futura sit. Propter summam uerò potentiam non timeri non possunt: at iustitia causa est cur amentur, honorentur,
18 colantur. Quæ quanuis sic se habeant, ipsi tamen immortalitatem, quam natura sua non patitur, & potestatem, cuius plurima pars in manu fortunæ posita est, concupiscunt: uirtutem autem cuius solius ex rebus diuinis participes esse possumus, posthabent atque abiiciunt, insipienter quidem. Quoniã illud uiuẽdi genus, quod maximis copiis, opibus, principatibus nititur, si cùm iustitiæ dignitate coniungitur, diuinum fit: sin disiungitur, à fera & agresti uita nihil distat. Hoc igitur fundamentum quamprimùm Aristidi gratiã & authoritatẽ, consequenti uerò tempore odiũ ac inuidiam conflauit, præsertim cùm Themistoclis sermones passim in uulgus dissiparẽtur, quorum summa erat, Aristidẽ hac sua forensi potestate, clàm sublatis iudiciis, sine stipatoribus sibi regnum comparasse. Ciuitas quoq; uictoria iam insolẽs facta, atque maximarum rerum auida, ægreferebat, cùm quosdam authoritate & gloria anteire cæ-
19 teros audiret. Itaque postquam frequens undique in urbẽ conuenit, Aristidẽ ostraco in exilium non affectati regni suspicione, ut præ se ferebant, sed gloriæ illius inuidia relegant. Nõ enim ostracismus improbitatis castigatio erat, sed honestiore uoce, elationis ac grauioris potentię moderatio & pœna dicebatur. Erat siquidem humani liuoris consolatio, quæ cùm haud intolerabilis esset, mœrorem ac dolorem, quem cuiuspiam amplitudo peperisset, suis ex finibus decem annos exterminaret. Postquam autem improbos ac humiles huic mulctæ subiici cœptum, & postremus omnium Hyperbolus id genus exilij mulctatus est, mos ille destitit. Eum uerò hac de causa relegatum nonnulli tradiderunt. Alcibiades & Nicias cum in ciuitate plurimùm possent, magna dissensione factionum principes erant, qui partiũ studiis quamprimùm prospexerunt ostracum scriptionis gratia in eorum alterum peti, unà congressi communi cõsilio cum suis complicibus egerunt, ut Hyperbolus hoc exilij genere plecte-
20 retur. Deinde facti indignitatem animaduertẽs populus, quàm rei magnitudini abiecti hominis damnatio contemptum, & turpes immisisset maculas, deinceps ostraci consuetudinem penitus antiquauit. Fuit autem huiusmodi: Ostraci, id est, calculi uiritim in concilio dabantur, & in eis quisque quem ex ciuibus urbe cedere uellent, literis indicabant, quos postea in unum fori locum cancellis circunseptum deferebãt. Magistratus uerò, quibus negotium dabatur, primùm quidem uniuersos simul recensebant, qui nisi sex millium numerum excessissent, nihil confectum esset: postea uniuscuiusque calculis sepositis, eum quem pluribus sententiis damnatum cognosceret, decem annos extorrem fore declarabant, ea tamen conditione, ut fructus suos

Nomen ex uirtute datũ.

Virtutis laus, quia maximè diuina.

Fortunæ inclinatio.

Ostracismus.

capere liberum ſibi relinqueretur. Multis itaque(ut unde diſceſſit,reuertatur oratio) in Ariſtidem ſcriptis,ignoratione literarum nonnulli penitus agreſtes,oſtracũ ſuum Ariſtidi,uelut uni ad quem nihil tale pertineret, ut in Ariſtidem ſcriberetur, porrexerunt. Hic cùm multitudinis aduerſus ſe concitatæ ſtudium admiraretur,quęſiuit, 21
num ab eo quem in exilium mittere ſtatuiſſent, mali quicquam perpeſſi eſſent? Cui nihil ſibi mali factum,nec à ſe uirum cognitum eſſe,ſed moleſtè ferre dixerũt,quòd omnibus in locis hunc ipſum iuſtũ audirent.Quæ cùm accepiſſet Ariſtides, nihil locutus,illis quemadmodum contenderãt,inſcriptum oſtracum reddidit. Dehinc cõcedens ex urbe,manus ad cælum tendens,non ſicut Achilles Græcis iratus deprecatus eſt,ſed ut Athenienſibus quæcunque uellent, ſic bene, fauſtè, felicitérque euenirent,ut Ariſtides ſibi nunquam ueniret in mẽtem. Tertiò pòſt anno,cùm Xerxes per Theſſaliam ac Bœotiam ductaret exercitum, & Atticam adoriri ſtatuiſſet, Athenienſes antiquata lege,exules reſtituere,Ariſtidis cauſa præſertim, quẽ omnes ſi cum hoſtiũ copiis iũgeretur, reipub. pernicioſum fore,& cõplures eius authoritate & gratia ciues ad Barbarum defecturos formidauerãt. Sed eorum quàm falsò metu præoccu- 22
patus animus fuerit, res hæc teſtimonio erit. Antea enim q̃ reditum eius decreuiſſet ciuitas, nihil ſibi fuit antiquius,quàm ut Græcos ad libertatẽ hortaretur, ſolicitarétq;,& ſtudioſos & ardentes inflammaret.Poſt reuerſionis ſuę decretum,Themiſtoclem,cui rerum ſumma commiſſa erat,cunctis in rebus conſilio,opera,diligentia iuuit,& communis ſalutis gratia,inimiciſſimum ſibi, laude & gloria ornatiſſimum ac cumulatiſſimum præſtitit. Cùm Eurybiades Salaminam deſerere deliberaſſet, & regiæ triremes noctu tranſuectæ circunſtarent,tranſitúmque ad inſulas corona cinxiſſent,cunctis rei huius ignaris,Ariſtides aditis mille periculis,ex Aegina per hoſtium
Virtus & prudentia bellica. claſſem traiiciens,in tempore profectus eſt.Subinde noctu ad Themiſtoclis taberna- 23
culum uenit,quem ſolum euocatum remotis arbitris, ſic alloquitur: Noſtræ partes « ſunt Themiſtocles,ſi ſapimus,ut iam inani ac puerili diſſenſione poſita,nouã de in- « tegro rationẽ ineamus,ut ſalutari & honeſtiſſimo certamine contendentes, tu quidem imperio ac poteſtate,ego autem miniſterio,Græciam terrã conſeruemus:quam « ad rem tu ſolus optimam ſentẽtiam attigiſſe ac probaſſe mihi uideris, cùm inter an- « guſtias de maturando nauali prælio decreuiſti. Quòd ſi contraria ſociorum delibe- « ratio nobis eſt,hoſtes,ut augurari coniectura poſſumus, quodammodo nobis adiu- « mento ſunt,quorũ nauibus uicinum mare à latere, à fronte, ac denique omni parte « tenetur,ut etiam qui ſua ſponte dimicaturi non ſunt,rebus deſperatis ſtrenuè ac fortiter manum conſerere neceſſitas cogat.Eum enim in locum deducta res eſt,ut nulla « fugæ uia reliqua ſit. Ad hæc Themiſtocles, Nolim, inquit, ô Ariſtides, ut in hac re 24
mecum inito certamine ſuperes,ideóque nihil prætermittam,quî tecum hoc honeſto contentionis genere decertãs,re ac factis ſuperior ſim. Deinde fraudem quã Barbarum circunuenire machinabatur,patefecit,& ut Eurybiadi ſuadeat,nullam niſi in nauali prælio ſalutis opem relictam eſſe,cohortatur:eius enim fidem pluris faciebat. Ex quo Cleocritus Corinthius imperatoribus in cõſilio coactis,cùm Themiſtoclem de ſententia deiicere cuperet,dixit,nec ipſi Ariſtidi,qui præſens tacet,conſilium eius probari. Cui ſic refragatus Ariſtides,non tacerem,inquit, ſi Themiſtocles, quæ contra rempub.eſſent,in medium afferret: nec hoc tempore eius beneuolentia & gratia, ſed decreti collaudatione tacebam.Hæc à Græcæ claſſis præfectis agebãtur. Ariſtides 25
autem,ut animaduertit Pſytaleam inſulam haud ſanè magnam, quæ in tranſitu Salaminis ſita eſt,hoſtium copiis refertam,impoſitos leuibus nauibus promptiſſimos in eam trãſmiſit,ubi collato Marte Barbaros uicit ac deleuit.Omnes enim in eo prælio deſiderati,præter nõnullos clariſſimos ac primarios homines,qui uiui capti ſunt. Hoc in numero tres Sandauces ſororis regis filij erant, quos cùm Ariſtides extemplo ad Themiſtoclem deferri curaſſet,Euphrantidis uatis iuſſu, Omeſtæ Libero patri ſtatim immolauit. Extrema inſulæ ſtationibus militum communiens, inſidias in illos qui tranſueherẽtur ita diſpoſuit,ut nec inſultus ſuis cædem, nec hoſtibus fugam afferre poſſet.Hoc in loco,quia magnis nauium conatibus ac ſummis uiribus decerta-
26 tum eſt,trophæum erexit.Prælio iam confecto,Themiſtocles Ariſtidis animum tenta- « tare uolens,Illuſtres,inquit,res geſſimus confiteor,ſed ut uidere uideor, reſtat ut illu- « ſtriores conficiamus,ut ſcilicet Aſiam in Europa capiamus:id facilè conſequemur,ſi « confeſtim ad Helleſpontũ annauigantes, pontem refringemus. His dictis Ariſtides, *Sagacitas.*
ut hæc miſſa faceret iuſſit: at uerò potius quo pacto quamprimùm Medum è Græcia eiiceret,omni cura,induſtria,uigilantia cogitaret,ne tantus militũ numerus, ſublata fugiendi facultate,coactus ad dimicandũ conuertatur.Quę cùm audiſſet Themiſtocles,rurſus Arnacem eunuchũ,unum ex iis,qui uiui in deditionem accepti erant,internuntium emittit,ut clanculum regem edoceat,ſe,Græcos ad anguſtias trãſmittere,
27 & pontem reſcindere properantes,ut eius ſaluti conſuleret,auertiſſe. Is igitur hoc nuntio accepto confeſtim inde caſtra mouit,& trepidatione ac metu plenus, quanta celeritate poterat ad Helleſpontum contendit.Quicquid uerò floris & roboris in exercitu fuit(trecenta autem ferme millia militũ erãt) Mardonio duci reliquit, qui firmiſſimis pedeſtribus copiis confiſus,adhuc magno terrori Græcis erat,quibus mini- « tabundus hunc in modum ſcripſit: Viciſtis maritimis lignis terreſtres uiros,omni ex « parte naualis artis ignaros.Ecce nunc ampliſſima ac fuſa Theſſalia,atque Bœotię cã- « pus,aptiſſima loca ſunt,ubi recta ac iuſta pugna,uera uirtute, magno equitatu ac pe- « ditatu de ſumma rerum decernamus. Athenienſibus autem regis nomine literas miſit,quibus in fidem ſuam recepit,eorum urbem ferro igníque paſſim deuaſtatam reædificaturum,& ipſis magnum auri pondus daturum,eorúmq; ciuitatẽ totius Græ-
28 ciæ principem facturum,ſi bello quod nunc aduerſus Græcos gereret,abſiſterent. Id cùm Lacedæmonij reſciiſſent,magnopere ueriti,legatos Athenas dimittunt,orãt,ut liberos & uxores Spartam uenire iubeant,grandioribus quoq; natu ſe lubẽter alimẽta ſuppeditaturos.Peruaſtatis enim agris & urbe, eò res deducta erat,ut populus non modò caritate,uerumetiam fame grauiter laboraret. Quod quanquam ſic ſe haberet, nihil tamen actum eſt.Hæc enim cùm à legatis accepiſſent,grauiſſimã Ariſtidis ſententiam,qua ſic Lacedæmoniis reſponderetur,ſecuti ſunt:Hoſtibus minimè ſuccenſere Athenienſes,ſi res omnis auro atq; opibus uenales exiſtiment,penes quos pecunia nihil pulchrius,nihil præſtãtius,nihil amabilius eſt: ſubiraſci autem Lacedæmoniis,qui neceſſitatem ſolummodo atque inopiam,quibus per id tempus laborẽt, diligenter animaduertant,uirtutem autem ſuam & laudis & gloriæ cupiditatem obliuiſcantur, cùm in animum ſibi inducere contendant, ut ſeruiliter pro cibo potius,
29 quàm pro ſalute Græciæ armis dimicent.Hæc cùm Ariſtides ſcripſiſſet,legatis in cõ- ſilium introductis, Lacedæmoniis renuntiari iuſſit: Athenienſes erga Græcorum li- *Magnificum ac forte reſponſum.*
bertatem ſic animatos,ut nullum tantũ auri pondus ſupra ſubtérque terram ſit, quo adduci poſſint,ut ipſum ſaluti Græciæ anteferrẽt. Mardonij quoq; legationi reſpondit: Quouſque hic,quem uidetis,ſol curſum hunc currere perget, Athenienſes cum Perſis belligerabunt,ut abſumptos fines ſuos,& uiolatas ac demolitas ſacras ædes ulciſcantur.Sacerdotes etiam publicè execrationes indicere conſtituit,ſi quis caduceatoribus miſsis de fœderis,pacis,amicitiæ conditionibus cum Medis ageret, aut Græcorum ſocietatem deſereret.Mardonio,ubi omnis mentio pacis excidit,rurſus exer-
30 citum in Atticam inducente,Athenienſes denuo Salamine reuecti ſunt. Ariſtides Lacedæmonem miſſus,eorum ignauiam, tarditatem ac negligentiam grauiter caſtigauit, quibus factum eſſet, ut Barbari de integro Athenas recepiſſent. Poſtremùm orabat,ut Græciæ,quę reliqua erat,ſaluti ope ac auxilio ne deeſſent.Ephori ea re audita,ſubſequenti nocte (nam interdiu Hyacinthiorum celebritate ciuitas ludis & otio teneri uidebatur)quinque millia Spartiatarũ, quorum unuſquiſque ſeptẽ ſecum hi-

Vide ſupra in Lycurgo.

lotes trahebat,inſciis Athenienſibus emittunt.Paulò pòſt Ariſtides cùm ſe nihil impetrare cenſeret,aſperè rurſus ſocietatis eos admonens reuertitur.Id cùm riſu Ephori exciperent, eúmque garrire & ſomno intentum fuiſſe dicerent, ſuum ſiquidem iam apud Oreſtium aduerſus externos(ſic enim Perſas appellant)proficiſcentẽ exercitum eſſe:Tum Ariſtides reſpondere,cauillandi ac ridendi tempus non eſſe,nec ipſos amicos inimicorum loco fallere ac decipere pulchrum.Hæc ab Idomeneo traduntur. In 31
eo autem decreto,quo Ariſtidi aſſenſum eſt,apparet non ipſum,ſed Cimonem,Xanthippum,& Mironidẽ hoc legationis officio functos eſſe.Cæterùm Ariſtides omniũ conſenſu imperator ad id prælĩu creatus,cum octo millibus Athenienſium militum Plateas uenit,ubi cum Pauſania ſe cõiunxit:qui quoniam Græcis unus princeps erat conſtitutus,maximas undique,tum ex Sparta,tum ex cætera Græcia copias cõtraxerat. Barbaris uerò adeò innumeroſa multitudo præſto fuit, ut nullus penes Aſopum fluuium collatis caſtris terminus eſſet . Sarcinas autem & impedimenta, cæteráſque pretioſas res in medium coniectas, muro quadrato circũmunierũt,cuius latera quaquauerſum denum ſtadiũm longitudine procedebant. Pauſaniæ Græcíſque cõmuniter Tiſamenus Elienſis Augurali ſcientia præditus, portendi uictoriam prædixit, ſi ſcuto potius,quàm enſe uterentur:præſagiebat enim eos uictores fore,ſi in hoſtem 32
non progrederentur,ſed ultores Barbarorum impetum exciperẽt . Cùm autem Ariſtides Delphos miſiſſet,reſponſum hoc relatum eſt:hoc in prælio Athenienſes ſuperiores futuros,ſi uouerent Ioui, Iunoni Citharoniæ , Pani,Nymphis Sphragiticis,ſi ſemideis quoq; Androcrati,Leuconi,Piſandro,Damocrati,Hypſioni,Actæoni, Polyido ſacra facerent,& in campo Cereri Eleuſinæ, atq; Proſerpinæ dicato, periculum intra fines ſuos facerent.Hoc oraculo renuntiato Ariſtidis anceps cura fuit . Heroes quibus facere imperatũ erat,authores Platæenſium fuere,Sphragiticarúmque Nympharum antrum in altero Citharonis uertice extat , quod ad æſtiuum ſolis occaſum uergit,in eóque(ut aiunt)reſpõſa ſuperiori tempore dari ſolebant,ubi accolarũ multos numine afflatos aſſeuerant,quos Nympholeptos,id eſt,à Nymphis captos appellabant. Campus autem Cereris Eleuſinæ uictoriæque ſignificatio,ſi ſuos intra terminos cum hoſte pugnarent,iterum Athenienſes in Atticam reuocabat,ac traducebat bellum . Interim Arimneſtus Platæenſium dux per ſomnum à Ioue conſeruatore, 33
quid Græci facturi eſſent,interrogari uiſus, ad Iouem cõuerſus hunc in modum reſpondit : Die craſtina,ſumme rex,motis caſtris apud Eleuſinam conſidebimus , quo in loco Pythio freti conſilio, ui & armis manus cum Barbaris conferemus . Cui tum Iupiter , eos penitus falli ac decipi dixit , ea ſanè quæ Pythius iuſſiſſet, prope Platæenſem agrum,ſi quærerent inuenturos.His per quietem manifeſtè uiſis, Arimneſtus ſomno excitus,& prudentiſſimos ciues,& ætate maximè prouectos confeſtim accerſit,quibus cum multis uerbis ultro citróque congreſſus,ſub Citharonem penes Nyſeos uetuſtiſſimum templum ſtare deprehendit,quod ut fama eſt, ipſi Cereri Eleuſinæ atque Proſerpinæ dicatum eſſet.Id ut proſpexit, aſcitum Ariſtidem ad locum de- 34
ducit,qui nutura ſũa ad inſtruẽdam ac diſponendam pedeſtrem phalangem iis, qui equitatu inferiores eſſent,commodiſſimus erat: quoniam pars una Citharonis,conterminos & contiguos agros campo,in quo ſacellum ædificatum eſſet,equitibus inuios & inacceſſos aditus efficiebat . Haud lõgè hinc Androcratis herois delubrũ fuit quod nemorum dẽſitate & arborum umbra,quaſi quadam corona cingebatur. Vtq; nihil ad uictorię ſpem deeſſet,quam oraculum ſibi portendiſſet,Platæenſes Arimneſto legem ferente,fines ſuos,qui ad terram Atticam uergunt, è medio ſublatos Græciæ cauſa Athenienſibus dono dare decreuerunt, ut intra ſuum agrum, quemadmodum reſponſis admoniti ſunt,cum hoſte ſigna conferrent . Hæc Platæenſium animi magnitudo ac magnificentia tanta omnium gentium prædicatione celebrata eſt, ut Alexãder multis pòſt annis Aſia potitus Platæas mœnibus cinxerit, & in Olympicis ludis

ludis per præconẽ ſic edixerit:Rex Platæenſium fortitudini ac magnitudini animorum hanc in præſentia gratiam refert,quoniã bello Medico agros Grẽcis adiecerunt, & promptiſſimis animis,atque corporibus omni ex parte in communem Græciæ ſa-
35 lutem ſe contulerunt.Deinde inter Athenienſes,ut ad inſtitutum reuertar,& Tegeatas de inſtruendis aciebus orta contentio eſt. Athenienſes enim dignum eſſe cenſere, ut nihil extra ordinem decerneretur, ſed ex more dextrum cornu Lacedæmonij, ipſi ſiniſtrum haberẽt.Tegeatæ uerò multis uerbis de magnitudine rerum diſſerere,quas maiores ſui ſuperiori tempore geſſiſſent.Id cùm Athenienſes æquo animo ferre non *Ariſtidis ad Græcos oratio.*
» poſſent,Ariſtides aſſurgens tali oratione uſus eſt·De nobilitate atque fortitudine Te-
» geatis reſpondere mihi per hoc tempus non licet:uobis autẽ & Lacedæmonij, & re-
» liqui Græci qui nunc adeſtis,dicimus,quoniam locus nec uirtutem præſtat, nec adi-
» mit,quam uos nobis in acie partẽ dederitis,eam inſtruere ac tueri conabimur,ne re-
36 bus antea fortiſſimè geſtis dedecori ſimus. Venimus enim huc nõ ut ſeditionibus cũ
» ſociis conflictemur,uerùm ut ſociorum cauſa cum hoſte ſignis collatis decertemus,
» nec ut parentes noſtros ſolùm,ſed ut noſipſos laudibus celebremus,& Græciæ hodi-
» erna die ſtrenuè nauemus operam.In hoc certamen deſcendimus,in quo talem ciui-
» tatem,imperatorem,militẽ præſtituri ſumus,qualem Græco nomine dignum puta-
» re debemus. Secundum Ariſtidis orationẽ imperatores, & qui in concione aduocati erãt, ad Athenienſes inclinauere,& eis alterũ cornu cõtulerunt . Per id tẽpus cùm res Græciæ fluctuaret, & Athenienſium ſtatus multis obnoxius periculis eſſet, homines locupletiſſimi & clariſſimo loco nati,cùm belli cauſa in egeſtatem incidiſſent,nouarum rerũ cupidi facti ſunt. Indignabantur enim cum gloriam & potentiam, quibus in ciuitate aliquãdo floruiſſent, abſumptis ac exhauſtis opibus ſuis periiſſe,& ad no-
37 uos homines ſpectatiſſimos deferri magiſtratus cernerẽt. Quamobrem Platæis quodam in domicilio frequentes occultè conueniẽtes, in populi perniciem coniurauerunt,quòd niſi ad ſuum ſenſum ſuccederet , res diſturbare , & barbaris prodere conſtituerant.Dum hæc in exercitu aguntur,multíq; iam corrupti eſſent, ne huius mali contagio latius ſerperet,ad Ariſtidem eorum omnium quæ acta erant,indicium delatum eſt.Qui ubi hunc nuntium accepit,tẽporis conditione ſolicitus, nec rem tam fœdam negligere,nec prorſus detegere cẽſuit,ne ad multitudinem quoque inteſtina hæc diſcordia deferretur,iuſtam magis quàm utilem rationem ueſtigauit. Ex multis octo tantùm comprehenſis ſolùm in Aeſchinem Lampreum, & Ageſiam Acharnanium duos coniurationis principes iudicium latum eſt, qui raptim ex caſtris diffu-
38 giebant.Cæteros qui in ea noxa erant dimiſſos bono animo eſſe uoluit : eis quoque, ut qui erratum ſuum obſcurum eſſe crederent,pœnitendi locum reliquit,adiecítque hoc prælium iudicem futurum,quo ipſi bene de patria meriti,ab his accuſationibus rectè ac iuſtè liberarẽtur.Poſt hæc Mardonius, qui plurimùm Græcis præſtare uidebatur,collectum equitatum in hoſtes immittens,eorum animos tẽtabat, qui omnes radicem Citharonis,munitum ac petroſum locum, præter Megarenſes inſederant. Hi tribus millibus militum freti campeſtri loco caſtra poſuerant, quo factum eſt, ut temeritatis ſuæ pœnas darent. Nam frequentem in eos ingruentem equitem, & impetum undique facientem,cùm ſuſtinere non poſſent,Pauſaniam per nuntiũ orant, ut integris ſubſidiariis copiis in prælium ſubmiſſis,pulſos ac cedẽtes,& Barbarorum
39 multitudine turbatos tueretur.Pauſanias ea re audita anceps fuit,cernebat ſiquidem Megarenſium caſtra ob miſſilium ac ſagittarum denſitatẽ, quaſi è proſpectu adempta,eóſq; confertos paruum in orbem coactos,quibus phalanx Spartiatarũ quæ grauis armaturæ eſſet,equitibus hoſtiũ incumbentibus,opem ferre non poſſet. Quocirca cohortũ præfectos & duces(multis enim ſtipatus erat) uirtutis & honoris cupiditate incẽdit,ut tunc ſpontè cum hoſte certarent, & redintegrata pugna recenti milite ad auxilium Megarẽſibus ferẽdum procurrerent. Cæteris ob diſcriminis magnitudi-

nem certamen detrectantibus, Aristides Athenienses id facturos in se recepit. Olympiodorum igitur ultra omnes cohortum præfectos manu promptissimũ statim mittit, qui trecentis lectissimis militibus, & permistis secum sagittariis præpositus erat. His maturè paratis, ad seruãdos socios cursu properantibus, Masistius inter Barbaros 40
præfectus equitũ, uir fortitudine admirabili, & magnitudine, & pulchritudine corporis singulari, ut animaduertit, in eos uersus subditis calcaribus quàm cõcitatissimũ equum immittit: cuius impetũ excipientibus collato Marte pertinaciter pugnatum est. Acrius etiam nitebantur, quia hoc præsenti certamine de summa rei experimentum erat. Ruens autem equus sagitta saucius Masistium præcipitem ad terram dedit, qui onere armorum iacens amoueri nequibat, & incumbentibus Athenienſibus ac manu cædentibus, uix contrectari poterat, adeò pectus, caput, pedes, auro, ære ac ferro munierat. Hunc tamen, cùm quis eam galeæ partẽ, quæ supereminet oculo aduersa lãcea percuteret, occîdit: cæteri Persæ dimisso cadauere fugam cepere. Tum de- 41
prehensum est rem egregiè gestam esse, nõ multa hostium occidione (pauci enim ceciderant) sed luctu ac clamore Barbarorum audito (nam Masistij obtrũcati dolore seipsos & equos ac mulos tondere, & eiulatu ac planctibus cãpos implere) quibus temperare non poterant, cùm post Mardonium, uirum uirtute ac potentia præstantissimum tum ultuario illo prælio perdidissent. Post equestrem pugnã multos dies utrinque nihil actum est. Vates enim ex sacris, & Persis & Græcis uictoriam quidem pollicebantur, si se defendendo rem transigerẽt: turpem fugam autem, si primi certamen inirent. Sub idem penè tempus Mardonius cùm paucorum dierum cõmeatus superesset, quibus aleret tantum exercitũ, ac sustineret, contrà Græcis frequens quotidie multitudo coniungeretur, Mardonius, inquam, hæc secum agitans animo, non amplius cunctandæ, sed maturandæ rei consilium capit. Itaq; prima luce Asopum trãs- 42
grediens, Græcos tale nihil expectantes adoriri statuit. Ducibus quid facto opus erat, prima uespera imperatum. Media uerò ferme nocte magno silẽtio eques ad exercitũ Græcorum uenit, militibus qui pro statione castrorũ custodias habebant obuiam factus, iubet, ut colloquendi sibi cum Aristide potestas fiat. Cui uocato & quãprimùm prodeunti dixit: Alexander Macedo sum, qui pro mea erga uos beneuolentia maximum discrimen subire non timui, ne subito hostium insultu uos perturbati, minus integris uiribus dimicetis. Mardonius cras de summa rei uobiscum signis collatis dimicabit, nec ut rem maturet ulla bona spes, aut audacia facit, sed ulterius prorogãdi tempus rerum inopia non sinit. Vates etiam diris oraculis ne prælium ineat, cohibent, & exercitus omnis mœrore ac stupore confectus est: sed eò necessitatis uentum est, ut uel audendo fortuna tentanda, uel diutius stando extrema fames expectanda sit. Hęc 43
cùm dixisset Alexander Aristidem orabat, ut ipse conscius memoria teneret, & neminem participem faceret. Cui tunc Aristides: Iniquum esse Pausaniam, cui summa rerum commissa erat, hæc ignorare, cum cæteris autem nullum se ante prælium uerbum facturum: at si uicerint (quod dij faxint) omnibus Alexandri uirtutem ac promptitudinem notam fore. His ultro citróque dictis, rex Macedonũ equo reuectus est. Tum Aristides ad Pausaniæ tabernaculũ profectus, quo in statu res esset, exposuit: cæteris pòst aduocatis ducibus imperatũ, ut quisque suos in ordinẽ instruerent, & paratos quasi iam pede collato confligẽdum esset, continerent. Per id ferme tempus Pau-
Lib. 6. sanias (ut scribit Herodotus) Aristide conuento, dignum putabat mutato loco Athenienses dextro loco constitui, & aduersus Persas obiici: melius enim cum ipsis decertaturos, cùm & eorum belligerandi artẽ experti, & recenti uictoria audaciores essent: se autem sinistro in cornu futurum, quo ex loco Græcos, qui Medorum partes cõsectarentur, exciperet. Reliqui Athenięsium principes ualde superfluis in rebus occu- 44
patum, & difficilẽ Pausaniam dictitabant, si cunctis suis in locis dimissis, solos Athenienses uelut hilotes suprà & infrà collocaret, & arbitratu suo nunc pugnacissimæ genti

» genti obiectaret. Aristides autẽ eos magno in errore uersari docuit. Nam si paulò an-
» tè cõtendere cùm Tegeatis, inquit, ut sinistrum cornu haberetis, ad uestram ampli-
» tudinem pertinere credidistis, & eis iudicio prælati uos honestatos censuistis, in præ-
» sentia Lacedæmoniis sponte nobis ex dextro concedentibus, & quodámodo summũ
» nobis principatum conferentibus, cur gloriam uobis propositã non amatis? præser-
» tim cùm in lucro ponere debeatis, si non aduersus tribules & necessarios uestros, sed
» Barbaros hostes uobis à natura datos dimicandũ sit. Hæc cùm disseruisset, Athenien-
ses sinistram Lacedæmoniis aciem summo studio dare, in dextram ipsi concedere.
45 Plurimæ se inuicem exhortantium uoces dispersæ: hostes aduẽtare, qui nec armis nec animis superiores illis essent, quos apud Marathona profligassent: ast eosdẽ arcus, eãdem uestis uarietatem, eũdem aureum circa mollia corpora & uiles animos apparatum: nobis eadem arma, & corpora, & plerisque secũdis præliis maiorem audaciam. Certamen uerò non agrorum aut urbis causa, ut maioribus nostris, sed pro trophæis, quæ Marathone ac Salamine constituimus, ut non Miltiadis aut Fortunæ, sed Athenienſium potius esse uideãtur. Interea mutato loco aciem instruere, & se inuicem componere soliciti. Hæc Thebani per transfugas explorata Mardonio renũtiãt. Qui extẽplo siue Athenienses timeret, siue cum Lacedæmoniis maiore cũ laude congredi uellet, dextro cornu Persas aduersus Lacedæmonios instruxit: cęteros uerò Græcos
46 qui secũ erant, aduersus Athenienses stare iussit. Palàm autẽ mutatione acierũ facta, Pausanias iterum in dextrum cornu se recepit, & Mardonius sicut initio habuerat, ut manum cum Lacedæmoniis consereret, in sinistrum reuertit. Eo die nihil actũ. Græcis in consilium uocatis longius castra mouere uisum, atque locum indagare, unde opportunæ aquationes essent: propinqua enim omnia fluenta Barbari fœderauerãt, & maximo equitatu occupauerant. Sequenti nocte cùm duces ad destinatum castris locum suos agerent, multitudo uix constare, ac difficilè subsequi. Vt enim ex prioribus excesserunt munimentis, magno numero uersus Platæensium urbem passim discurrere. Vnde cùm sine imperio palati dispergerentur, & tabernacula nullo ordine componerent, non mediocrem tumultum fecere. Lacedæmoniis autem solis inuitis
47 obtigit, ut postremi cæteris procurrentibus relinquerentur. Amompharetus uir animosus, ac in adeũdis periculis temerarius, iam diu pugnandi cupiditate ardere & discruciari animo, quando huiuscemodi tarditate prorogari pugnæ tempus intelligeret, castrorúmque mutationem latentem fugam uocitãs, exprobrare, & apertè dicere, Non tergiuersabor aciem deserens, sed meis commilitonibus hîc perstãs Mardonium effuso impetu properantem excipiam. Cui cùm Pausanias occurrisset, iussissétque ut impigrè faceret, quod conuocata concione Græci faciendũ esse decreuissent. Amompharetus ante pedes eius ingens manibus saxum attollẽs iecit, Et hoc, inquit, qui timida cõsilia ac decreta repudio, ut pugnandi copia fiat, meum suffragium est. Præsens hic status Pausaniæ dubitationem incussit. Itaque Athenienses abscedentes misso nuntio rogat, ut manerent, & unà secum iter agerent. Alias ipse copias Platæas
48 ductabat, ut Amompharetum inde summoueret. Dum hæc geruntur, diluescente iam die, Mardonius aduentans (non enim eum fugerat Græcos uacuis relictis castris exisse) ingenti strepitu & clamore Barbarorum in Lacedęmonios repentè ferebatur, quòd in Græcos fuga per agros palantes non dimicaturus, uerùm spoliaturus irrueret: quod ut contingeret, parum aberat. Nam ut id Pausanias animaduertit, iter continuit, & suos in ordinem redire, quasi ad prælium, imperauit quidem, cæterùm uel iracundia in Amompharetum concitus, uel repentino hostis aduentu perturbatus, Græcis signum dare oblitus est. Quo facto, nec statim, nec cõferti, sed rari & sparsi in ipso ferme certamine auxilio ueniebant. Vt uerò primis hostiis litare non poterat, Spartiatas scutis ante pedes positis, quietos considere iussit, nec iniussu eius, certami-
49 nis studio in hostẽ exire, uerùm animum adhibere si quid imperasset. Eo rursus im-

molante, cùm equites iactis cominus telis irruissent, unus Lacedæmonius ictus est. Inter hæc Callicrates, qui augusta forma & corporis magnitudine cæteros Græcos, qui in eo exercitu fuerunt superasse traditur, sagitta percussus ac iam moriēs, Ego quidem, inquit, mortē non lugeo, quandò domo proficiscēs, ut pro Græcia morerer huc uenerim, sed angor animo, quòd nec strenuè, nec fortiter dimicans oppeto. Hic casus etiá atq; etiam grauis erat, ubi tanta illorum hominum continentia fuit, ut admiratione dignissima sit, adeò ut irrumpētes hostes minimè propulsarint, sed eorum impetum, à deo atque eorum duce dimicandi tempus expectātes sustinuerint, cùm tamen interim telis obruti inter ipsos ordines passim ruerent. Monumentis proditum est, dum Pausanias paulisper extra militum stationes rem diuinam faceret, ac adoraret, nonnullos repentè Lydos irrumpentes sacrificiorum apparatum diripuisse ac disiecisse, quos ipse & qui latus eius cingebant, cum inermes essent, uirgis ac loris percusserunt. Ideóque nunc Lacedæmone in huius excursionis memoriam, in ephebos plagis circa aram sæuiunt & deinceps Lydorum celebritatem seruant. Quæ cùm ita essent, mœror ac grauior cura Pausaniam incessit. Cæterùm ubi uates sacrificia instaurauit, collachrymans cōuersus ad templum, oculis & manibus ad cælum sublatis, Iunonem Cithæroniam, & reliquos deos in quorum tutela Platæensis ager positus esset, obsecrauit, si Græcos uictores fore fatum non erat, saltem factis ipsis, re strenuè gesta, hostibus ostendant, aduersus fortes uiros bellicis instructos bellū gessisse. Post Pausaniæ orationē, qua auxiliares sibi deos inuocarat, cùm sacrificia & augures in manu uictoriam esse portenderent, omnibus deinde iussis, ut aduersus hostem starent, phalanx uni animanti similis uisa, quod ferox & horrens totum in audaciam ac uigorem cōuerteretur. Tum Barbarus cum uiris certamen fore sensit, qui nō minus acriter, quàm pertinaciter, uel in morte pugnaturi essent. Quamobrē multas sagittas in Lacedæmonios coniiciunt, qui simul ad testudinem instructi hostem aggressi, Persicis repulsis missilibus gradum acrius intulere, Persarum uultus ac pectora pilis ferientes, complures non impigrè nec incassum cædentes, prostrauerunt. Nam comprehensis nudā manu lanceis, plurimas confregere, & intrepidè nudato ferro procedentes, gladiis & acinacibus diutius ex aduerso rem gessere. Athenienses uerò Lacedæmonios expectantes quietem agere, donec magno pugnantium clamore & Pausaniæ nuntio cognita re, maturè ad subsidium ferendum impetum fecerūt. Eis properantibus, Græci qui Medis fauebant sese obuios intulerunt. Id ut Aristides cernit, cæteris relictis primus procedit, & Græcienses deos testatus, ipsos magna uoce rogabat, ne secum prælium conferrent, neque sibi impedimento forent, neq; prohiberent laborantibus auxilium ferre, qui pro salute Græciæ dimicarent. Postquam autem eos ab huiuscemodi consiliis alienos, & structis in se aciebus infestius iter intendere sensit, hunc in modum ab inferendo præsidio reuocatus, cum istis congressus est, qui ferme quinquaginta millia fuerunt. Horum pars maxima, cùm magis tentassent prælium, quàm inissent, inclinauerunt, & perinde ac Barbaris effusim iam in fugam uersis, abscesserunt. Pugna uerò in primis anceps fuit, ubi Thebani promptissimè pugnabant, quorum multitudo non ex sua sententia, sed potentissimos ac primarios uiros secuta, Medorum partes tuebatur. Sic itaque diuisis copiis, collato Marte, Lacedæmonij primùm cōnixi Persas cedere coactos auertunt. Mardonius ab Arimnesto Spartiata saxo caput saucius, ut ab Amphiarai oraculo sibi prædictum erat, occiditur. Illuc enim Lydum hominem, Carem autem alterum ad Trophonium emisit, cui Carica lingua uates respondit. Lydo uerò in Amphiarai templo dormienti, quidam Dei minister per quietem assistere uisus est, à quo illinc Lydus abscedere iussus, cùm dicto non audisset, magno lapide caput ictus uulnerari, deinde mori uisus est. Hæc ita prorsus euenisse traduntur. Lacedæmonij lignea intra mœnia fugientes Persas inclusere. Paulò pòst Athenienses dare terga Thebanos coegerunt, ubi

ubi trecentos qui primi aduersus se irruerant, inter præliandum obtruncarunt. His
54 fusis iam & fugatis, barbaros intra uallum inclusos circunsederi nuntiatur. Sic salutis occasione Græcis relicta, pleno gradu ad hostium castra succedere, & Lacedæmoniis opem ferre pergunt, qui circa munimentorum expugnationem per imperitiam tempus terebant. Aduenientes itaque Athenienses magna cum strage hostium uallum ceperunt. Ex trecentis enim millibus quadragena duntaxat millia cum Artabazo fugisse traditum est. Eo prælio ex iis qui pro Græcia pugnauerunt, mille trecēti & sexaginta ad summum cæsi, quorum Athenienses duo & quinquaginta ex Aeantide tribu fuerunt, quæ (ut Clidemus author est) acerrimam pugnam ediderat. Quocirca tenuit consuetudo, ut sacra uictoriæ causa Pythio responso Sphragiticis Nymphis stata Aeantides tribules facerent, quibus impensam respublica daret. Lacedæmonij unus & nonaginta, Tegeatæ uerò sex & decem periere. Mirādum igitur est illud Herodoti, quo pacto solos istos omissis cęteris Gręcis, manus cum hoste cōseruisse scripserit, cùm & desideratorum multitudo, & monumenta rerum communiter gestum
55 esse bellum testimonio sint. Nec enim aram sic inscripsissent, si cæteris desidentibus tres tantùm ciuitates decertassent:

Victores Danai per martia gesta, fugatis
Persarum ducibus, generi communia græco,
Ista Ioui statuunt uindicio. Hoc prælium secundum Athenienses quartadecima Boedromionis, secundū Bœotios autē sexta & uigesima Panemi mensis factum est: quo die nostra etiam ætate Platæis frequens Græcorū concilium habetur, ubi uictoriæ huius causa Iouī liberatori sacrificatur. Hanc dierū uarietatem nemo miretur, cùm hi qui diligentissimè astrorū rationem tenere hoc tempore profitentur, aliud & aliud mensis principium & exitū agant. Subinde momento ferme temporis fortuna
56 Græcorum uersa. Nam cùm Athenienses Lacedæmoniis nec fortissimè rei gestæ præmium darent, nec tropheum erigere permitterent, sed utrinque armati disceptarent, magno in periculo res fuisset, nisi Aristides exercitus duces collegas suos mitigās ac commonefaciens, præcipuè Leocratem & Mironidem continuisset, eisque suasisset, ut eam rem diiudicandam Græcorū arbitrio dimitterent. Hoc loco Græcis ad deliberandum intentis, Theobitus Megarensis alteræ dixit ciuitati præmium dandum, nisi hoc iudicio intestinū bellum concitare uelint. Post quem Cleocritus Corinthius assurgens, quasi Corinthiis præmiū postulaturus suspicionem iniecit, quorū ciuitas post Lacedæmonē atq; Athenas, summa dignitate nitebatur. Hic autē grauissimam
57 pro Platæensibus orationem dixit, quæ uniuersis placuit. Consuluit enim ut eis optimè gestæ rei præmium decernentes, quorū honores utriq; bonam in partem acciperent, graues lites ac controuersias è medio tollerent. His expositis, primus Athenienssium nomine Aristides, deinde Lacedæmoniorū Pausanias, in hanc sententiā iuere. Hunc igitur in modum conciliati, ex manubiis exempta octoginta talenta Platæensibus dono dederunt. Quibus æde Minerue locata, & simulachro constituto, picturis delubrū exornarunt, quæ in hoc usq; tempus integræ uisuntur. Trophæa seorsum Lacedæmonij, seorsum Athenienses posuerunt. Postea cùm de faciundo sacrificio percontarentur, Pythius respondit: Ioui, in cuius tutela libertas est, ará dicanto. Ne prius rem diuinam faciūto, quàm uniuersæ regionis huius igne quasi à barbaris uiolatum extinxeritis, tum purum ex Delphis uelut à communib. laribus accensum capiunto.
58 Ea de causa Græcorū principes cuestigio circumeūtes, omnes ignes restingui coegere. Euchidas Platæensis pollicitus ignem ab deo quanta fieri celeritate posset delaturum, uelocissimè Delphos perrexit, ubi expiato ac respersō corpore, laurea corona redimitus, ex ara igne sumpto, citato gradu ante solis occasum, uno die mille stadiūm iter emēsus Platæas reuertitur. Hic ubi ciues comiter cōplexus salutauit, reddito igne statim in terram prolapsus haud multò pòst expirauit: cuius cadauer sublatum, hoc

epigrammate in Euclię Dianæ tẽplo à Platæensibus ſepultum eſt: It Pythiũ Euchidas & luce reuertitur una. Euclią multi ſunt qui Dianam putẽt appellẽtq;. Nõnulli autẽ Herculis & Myrthæ filią, quæ Patrocli ſoror Menœtio patre nata eſt. Hæc cùm uirgo è uita migraſſet, magno in honore penes Bœotios & Locros fuit, eíq; ara & ſtatua in omni foro dicata, ſpõſæ ſponſíque priuſquam nuptiæ cõficiantur, ex more ſacra faciunt. Subinde cùm frequẽtes Græci cõmunitérq; cõueniſſent, Ariſtides decretum ſcripſit, ex cuius authoritate edictum eſt, ut Græciæ principes & legati ad ſacras celebritates publicè miſſi, quotánis apud Platæenſes conciliũ haberent, quo in loco Liberalia quinquẽnali certamine celebrarentur. Expenſam quæ ad hanc rem neceſſaria foret cõmuni collatione Græcia ſuppeditaret, ſcutorũ decẽ millia, mille equos, naues centum, eius quod aduerſus barbaros geſtũ eſt belli memoria: ad hæc Platęenſes qui pro Græcia deo ſacrificarent, ſacroſanctos eſſe. His præcone referẽte authoritate publica confirmatis, Platæenſes promiſerũt ſe Græcis qui hîc ceciderũt & humati eſſent, in perpetuũ parentaturos: quod etiam nunc Mæmacterione mẽſe, quem Alalcomeniũ Bœotij nominãt, ſeruari uidemus. Celebrem enim cœtũ ſexto & decimo die ut primùm illuxit, emittunt, cui tibicina bellicũ canens itineris dux eſt, uehicula myrto & coronis paſſim completa, taurus deinceps colore fuſco: ſubſequuntur lactis & uini libationes in amphoris, olei quoq; ac unguenti Croſſos (id enim uaſis nomen eſt) liberi adoleſcentes deferũt. Nam cùm uiri quibus parẽtationes fiunt, defendẽdæ libertatis cauſa uita exceſſerũt, nulli ſeruo fas eſt quicquam contrectare quod ad hoc ſacrorum miniſteriũ pertineat. Summus deinde Platæenſiũ princeps, cui nec alio tẽpore ferrũ tangere, nec niſi candidã ueſtem induere ius eſt, puniceã nunc ueſtitus tunicam è curia uas aquariũ attollẽs, nudato pugione per mediã urbem procedit: aqua dehinc ex fonte ſumpta colũnas abluens unguento aſpergit, poſtea mactato ante pyram tauro, ubi Iouẽ & Mercurium infernũ adorauit, fortes uiros qui pro Grẽcia mortem obierũt, ad cœnam & ad iſtas inferias inuitat. Suppoſitũ merum cratere temperãs libánſq;, Viris, inquit, propino, qui ut fortiter Græcorum libertatẽ tuerentur fato functi ſunt. Platæenſes hanc conſuetudinẽ à maiorib. acceptã adhuc retinent. Ariſtides poſtquam Atheniẽſes in urbem regreſſos, ut ciuitatis ſtatum ad populi ditionem transferrent, ſtudioſos ànimaduertit, plebis ob res geſtas bene meritæ curam ſuſcipere non iniquum ratus eſt. Cùm igitur haud facilè populũ armatum & uictoria exultantem coerceri poſſe uideret, illius ſententiæ author fuit, quæ rempub. communem fore, & ex omni Athenienſiũ ordine magiſtratus delectũ iri decernebat. Cùm Themiſtocles aliquando cum populo agens aſſeueraſſet ſibi conſiliũ in mentem ueniſſe, quod ſi ſecretò tranſigeretur, ad ciuitatis utilitatẽ & ſalutem plurimùm conferret: Ariſtidi ſoli populus negotiũ dedit, ut & ad hanc rem diligẽter animum intenderet, & ſi è repub. uideretur, probaret. Cui ubi Themiſtocles uerſare animo dixit, nauale grẽcorum ſuccendere, quo pacto Athenienſes uniuerſæ Græciæ principes futuros ſperabat: Ariſtides concionẽ habens expoſuit, Themiſtoclis conſilio nihil cõmodius eſſe, ſed nihil iniuſtius. Hęc cùm audiſſent Athenienſes, tantùm apud eos æquitatis cauſa & integerrimi uiri conſtantia põdus habuit, ut Themiſtoclẽ hac de re nullum deinceps uerbum facere iuſſerint. Poſtquã Ariſtides belli gerendi cauſa cum Cimone imperator miſſus eſt, Pauſaniam ac cæteros Lacedæmoniorũ principes ob difficiles mores ac ferociam in ſocij nominis militem, plurimùm in ſe maleuolẽtiæ ac ſimultatis conflaſſe cõſpicatus, benignè, clemẽter, humaniter, manſuetè cum ſociis uerſatus eſt, & Cimonẽ multa dexteritate ad hominũ cõſuetudines concinnũ, & in expeditionibus æquabilẽ præſtitit. Quibus ex rebus latuit Lacedæmonios, cùm eos nõ armis, nõ claſſibus, nõ equeſtribus copĳs, ſed comitate, placabilitate, atq; clemẽtia principatu Græciæ ſpoliabat. Nam cùm Ariſtidis æquitas & Cimonis facilitas, quę apud omnes commendabilia erant, Athenienſes Græcis charos feciſſent, Pauſaniæ auaritia ac diffi-

Platæenſes quæ cõſuetudine libẽt uiris fortibus defunctis.

Arte deuincti ſubditos.

difficultas adhuc chariores reddidit, haud iniuria, quandò ſociorũ primores ſemper iracũdè, ſemper aſperè, ſemper cõtumelioſè alloqueretur, ac multitudinẽ plagis caſtigaret, & ferream anchorã ceruicibus ſubnectens, uniuerſum diẽ ludibrio ſtare cogeret: nemini præterea fas eſſe uellet, ut ante Spartiatas legẽdi ſtramenta, pabulandi, aũt aquandi poteſtas eſſet. Quod ne cuiquam obſcurũ foret, per ſuos lictores loris ueniẽtes arcebat. Quapropter Ariſtidi quid facto opus eſſet, docere ac increpare uolẽti, Pauſanias contracto uultu otium ſibi non eſſe reſpondens, aurem minimè præbuit. Quocirca nauium præfecti & Grẽcorum duces, in primis autem Chij, Samij, Leſbij, cum Ariſtide egerunt, ut ſociorum cauſam ſuſciperet, eóſque ſibi deuinciret, quia iam diu à Lacedæmoniorum imperio liberari, & ad Athenienſes trãsferri cuperent. Quibus cùm Ariſtides in eorum quidem orationibus neceſſitatem ac æquitatem ſe facilè intueri reſpondiſſet, cæterùm ad id conficiendum fide opus eſſe, qua deuincti de integro inceptum irritum relinquere non poſſent, Vliades Samius & Artagoras Chius, cõiuratione inter ſe facta, primo incurſu Pauſaniæ triremem à ſe circa Byzãtium roſtris incuſſam (reliquã enim claſſem præcedebat) inter ſuas interceperũt. Perculſus ea re Pauſanias, etiam atque etiam iracundè ſe breui demõſtraturum interminatus eſt, eos non in prætoriam nauem, uerùm in patriam ſuam impetũ feciſſe. Hunc fortuna, qua fretus feliciter apud Platæas rem geſſiſſet, contentum abire iuſſerunt, qua tantùm ſibi uenerationis Græci tribuant, ut nẽ æquam ac parem meritis pœnam ab eo exigere uelint. Hoc denique pacto ad Athenienſes defecerunt. Qua in re admirabilem Lacedæmoniorum ánimi magnitudinem intelligere licet. Nam ut principes ſuos per ſummam peccandi licentiam magis atque magis corrumpi ac deprauari ſenſere, ſponte principatu cedentes, imperatores ad bellum gerendum mittere deſtiterunt, ſuis rationib. conducibilius eſſe rati, ciues moderatos qui ſanctiſsimis maiorum ſuorum legibus audirent, quàm totius Grẽciæ principatum habere. Sub idem tempus Græci ducibus quoque Spartiatis belli adminiſtrandi cauſa pecunias conferebant. Ab Athenienſibus Ariſtidem petunt, ut eo authore ſingulis ciuitatibus iuſtus cenſus deſcriberetur: híque ne muneris cura rei familiari detrimento eſſet, fundum ac fructus ei conſtituêre, ut quaſi quadam in ſpecula poſitus, quãtùm uniuſcuiuſque dignitas & facultas pateretur, æſtimaret. Hic tantæ rei præfectus (quodãmodo enim Græcia omnium ſuarum rerum ei liberũ ius permiſerat) cùm ad hoc munus obeundum tenuis exiſſet, tenuior ea quoque æſtimatione reuerſus eſt, ut non modò iuſtiſsimè ac integerrimè officio ſuo ſatisfaceret, ſed apud omnes quorũ cenſum deſcripſit, charitatis facilitatíſque perpetuum monumẽtum reliquerit. Quippe ut ueteres ætatem Saturni, ſic Athenienſium cenſum ab Ariſtide ſtatutum diuinis laudibus celebrantes, quandam Græciæ felicitatem appellabant, præſertim cùm paulò pòſt duplex, deinde triplex factus ſit. Quem enim Ariſtides quater centies & ſexageſies talentum expleuit, huic Pericles tertiam fermè partem adiecit, principio belli. Thucydides author eſt, à ſociis ſexcenta talenta ad Athenienſes peruenĳſſe. Pericle uerò uita functo, duces populi cenſum urgentes, ad mille & trecentũm ſummam talentũm retulerunt, nõ quia uel belli diuturnitas, uel aduerſa prælia tantum ſumptũ, tantum diſpendiũ poſtularent, ſed ut in plebẽ publicum æs diuideret, & ſtatuas & ſacras ædes magnificẽtiſſimè appararet, ciuitates exhauriebãt. Quocirca cùm Ariſtides propter cenſus coaptationẽ, ingentẽ & admirabilẽ eſſet gloriã conſecutus, magnopere Themiſtocles irriſiſſe fertur, quaſi id in quo exiſtimationis ſuæ fundamentũ iecĳſſet, non uiri, ſed ſcrinĳ tutò aurũ ſeruantis laus eſſet. Quo in loco Ariſtidem parũ appoſitè ulciſci uiſus eſt, qui ſua loquẽdi libertate fretus, ſic paulò antè Themiſtoclẽ increpuerat. Hic enim cùm hoſtium conſilia ſcire ac præſagire, ſummã imperatoris uirtutem eſſe definiret: Ariſtides, Hoc neceſſarium eſt, inquit, ô Themiſtocles: ſed manus abſtinentes habere, pulcherrimũ & ueri imperatoris munus eſt. Ariſtides Atheniẽſium

Vide ſuprà in uita Periclis.

nomine iuratus, cæteros Græcos sacramento adegit, utque rectum fœdus firmaret, post execrationes, quas in perfidos fieri mos erat, ignitos ferreos orbes in mare coniecit. Magna postea ut apparet conuersione rerum facta, Athenienses tenaciorem imperandi rationem ordiri coactos, ipse ut peierationem in caput eius uerterent, iusit, & quæcunque ad salutem & publicã utilitatẽ conducerent, facere non dubitarent. Itaque non ab re Theophrastus scriptum reliquit, in cunctis quæ uel ad suam rem familiarem uel priuatim ad ciues pertinerent, nunquam eum ab æquissimi hominis officio defuisse: in his uerò quæ ad rempub. spectarent, aliquando ut patriæ rationem haberet, quæ salua honestate nonnunquam saluari non poterat, à uitæ suæ curriculo deflexisse. Nam cùm uiolatis conuentis ex Delo thesaurum Athenas delatum iri decerneret, monentibus Samiis respondisse fertur, Id de quo uerba facturus erat, tametsi non æquum, commodum tamen esse. Ciuitate denique tot mortalium ab eo prin- 69
cipe cõstituta, inops esse perseuerauit, nec minori studio ex paupertate, quàm ex trophæis gloriam assequi contendit, quod uel hinc facilè demonstrauit. Callias daduchus (id autem sacerdotij nomen est) sibi necessitudine coniunctus, inimicorum postulatione capitis reus factus est. Qui postquam satis multa de accusatione dixissent, extra causam tali oratione usi sunt: Aristidem Lysimachi filium, cuius summam dignitatem uniuersi Græci admirãtur, seueriſſimi iudices, planè cognoscitis. Eius quatenus res domestica sit, certò scio, pro uestra prudentia cogitatis; cùm ipsum trita adeò lacerna indutum, in luce omniũ, in oculis ciuitatis uenire intueamini. Quis tam malè de rebus sentit, ut non intelligat eum qui apertè frigus patiatur, domi fame, ac multis quæ ad uitam necessaria sunt, etiam atque etiam laborare? Hunc tamen sum- 70
mum uirum patruelem sibi à natura datum, uxore ac liberis & egregia paupertate grauatum, Callias Athenienſium omnium sine controuersia ditissimus contemnit: cuius tamen opera, fide ac diligentia sæpenumero, & intra hos cancellos patrocinio fructum est amplissimum consecutus. Hanc orationem cùm ingenti acerbitate, ut ex murmure Callias animaduertit, iudices accepissent, Aristidẽ uocat, rogat ut grauissimo suo testimonio iudicibus certum ac exploratum faciat, cùm ei multa dedisset, & ut acciperet orasset, ut caperet nunquam adduci potuisse: sed istuc semper respondisse, magis se inopia, quàm Calliam maximis opibus gloriari par esse. plurimos passim inueniri, qui fortunas quibus abundant, uel turpes uel inhonestos in usus collocent: at qui paupertatem generosè ferant pauciſſimos, paupertati uerò dedecori esse, quisquis inuitus sit pauper. Hæc cùm Aristides summa cum dignitate Calliæ testificatus 71
esset, ex his qui aderant nemo fuit quin eo consilio discesserit, ut inops, quemadmodum Aristides, quàm locuples, ut Callias, esse mallet. Hæc ex monumẽtis literarum quæ Aeschines Socraticus commendauit, accepimus. Plato uerò tantùm Aristidi tribuit, ut præ cæteris cunctis clarissimis uiris qui Athenis floruerunt, eum solum existimatione, laude, admiratione dignum demonstrauerit, cùm Themistoclem, Cimonem, Periclem, porticibus, pecuniis, multis denique deliramẽtis ciuitatem complexe, hunc unum solida & expressa uirtute ad rempub. se contulisse contenderit, qui suæ
Mansuetudo singularis. mansuetudinis & moderationis erga Themistoclem grauissimum sæpe periculum fecit. Nam cùm in cunctis publicis muneribus eo uno omnium inimicissimo uteretur, & exul ipsius artibus, opera, calumnia, ciuitate cessisset, oblata sibi eadem male- 72
faciẽdi occasione, officium suum tamen & decorem seruauit. Themistocli siquidem maiestatis ad populum arcessito, quàsi tristem suorum temporum memoriam oblitus, nullo loco aduersatus est: quin potius, tametsi Cimon & Alcmæon aliíq; quamplures accusationi studiosè ac diligenter incumberent, solus Aristides inuentus est, qui nec re nec uerbo quicquã fecerit, unde afflictis inimici rebus uoluntaris fructum
Mors incerta. capere uideretur, sicut & pristinę illius felicitati nunquam inuidisset. Aristidem cùm in Pontum reipub. causa traiecisset, nonnulli ultimum ibi uitæ diem obiisse: quidam autem admodum grandem natu magno in honore ac admiratione ciuiũ habitum, Athenis fato functum esse prodiderunt. Cæterùm Craterus Macedõ de eius morte quædam huiusmodi refert: Secundum Themistoclis exilium contumeliosiore iam plebe facta, uberrima calumniatorum multitudo pullulauit, qui cùm potentissimis ac optimis uiris diem dicerent, eos plebis inuidiæ potentia & secũdis rebus insolen-
73 tis obiectabant. Ex hoc fuisse numero Aristidem scribit, qui Diophanto Amphitropæo accusatore subornato, repetundarum conuictus est, quòd cùm tributa redimeret ab Ionibus, magnam argenti uim recepisset. Hic condemnatione aduersus eum lata, cùm quinquaginta minas soluẽdo non esset, transfretauit, deinde circa Ioniam uita excessit. Craterus nullum huius rei argumentum scriptum reliquit, sed nec causæ nec decreti, curiosissimè licet id genus rerum scribat, etiam authoribus citatis. Reliqui autem (ut ita dicam) omnes qui plebis aduersus imperatores errata literis mandauerunt, Themistoclis exilium, Miltiadis uincula, Periclis mulctã, & Pachetis miserabilem casum, qui in forensi suggesto constitutus, ut se conuictum iri conspicatus est, sibiipsi mortem conscisse, pleraque id genus in unum locum collecta in uulgus efferunt. Ex ostracismo quoque Aristidem urbe exactum: nulla autem huiuscemodi
74 damnatione affectum esse commemorant. In Phalero etiam sepulchrum eius ostenditur, quod ei publicè constructum ferunt, cùm adeò inops esset, ut suo sumptu sumo die efferri non potuerit. Filias de publico elocatas, & dotem trium milliũ drachmarum plebiscito decretam tradunt. Lysimacho quoq; filio argenti minas centum, & totidem consiti agri iugera populus erogauit, & quotidie quatuor drachmas adiecit: quod plebiscitum Alcibiade referente factum est. Lysimachus uita functus (ut Callisthenes author est) Polycritam filiam superstitem reliquit. Huic tãtùm alimenti quãtùm Olympionicis populus decreuit. Demetrius Phalereus, Hieronymus Rhodius, Aristoxenus musicus, & Aristoteles (si librum qui de nobilitate scriptus est, inter ueros eius codices recensuerimus) Myrtam neptem Aristidis Socrati illi sapienti qui aliam uxorem habebat, matrimonio iunctam esse memorię tradiderunt: cùm illam ea potissimùm ratione ceperit, quia ob fortunarum tenuitatem non modò in
75 uiduitate relinqui, uerumetiam rebus ad uitam necessariis carere percepisset. His authoribus Panætius in his quæ ab eo de Socrate scripta sunt, commodè ac grauiter cõtradixit. Cæterùm Phalereus in Socrate, Lysimachum Aristidis ex filia nepotem, eximiè pauperem fuisse memoria tenere se refert: qui penes Iaccheum (sic enim uocant) residens, ex quadam tabella somnia coniectans, alimenta sibi suppeditabat. Quo rogationem ferente, populus matrem ipsius, matrísque sororem, in singulos dies triobolo donauit. Cæterùm lege à Demetrio lata, decretum factum est, utrique mulieri publicè drachmam dari. Nemini mirum uideri debet, populum tantam eorum qui in urbe uersarentur curam egisse: qui cùm audisset apud Lemnum Aristogitonis ex filia neptem infimo statu esse, & angustia rei domesticę marito collocari non posse, Athenas reuehi iusserit, & hominem honestissimo loco natum ei maritali copula deuinxerit, prædiúmque quod Potamico populo adiacet, dotis nomine dederunt. Quapropter ciuitas multis humanitatis & benignitatis monumentis, quæ nec ætate nostra intermittit, ab omnibus optimo iure & diligitur, & admiratione digna iudicatur.

Inopia Aristidis.

Plutarchi
Marcus Cato Censorius.

FRANCISCO BARBARO INTERPRETE.

Genus. MARCVM autem Catonem genere Tusculanum fuisse, & priusquã ad militiam atq; rempub. se conferret, in agro paterno circa Sabinos uixisse, memoriæ traditum est. Cuius cùm maiores prorsus ignobiles esse uiderentur, ipse Cato Marcum patrem, ut uirum bonum, forte, ac in re militari uersatum efferret laudibus, Catonem etiam proauum sæpenumero per præmiorum onera ab imperatoribus laudatum, & quinque bellantium equorum, quos inter dimicãdum amiserat, pretium fortitudinis suę testimonium à populo sibi restitutum refert. Cùm autem ex more Romani eos, qui generis gloria carentes à seipsis initiũ caperẽt nominis sui, nouos homines, quemadmodũ & ipsum Catonem, appellarẽt, ipse ad gloriam quidem ac magistratus se nouũ esse, rebus uerò gestis ac uirtute maiorũ uetustissimum prędicabat. Principio autẽ, tertio nomine non Cato, sed Priscus uocabatur: consequenti tẽpore Cato ei uirtutis cognomẽtum extitit. Nam Romani eum in quo multarũ rerum usus ac experientia sit, Catonem nominãt. Fuit hic de quo uerba facimus Cato, specie subrufus & glaucus, ut poeta quispiam haud amicè scribens his uersibus expressit:

Maiores.

Nomen.

Corporis forma.

Porcius hîc mordax, glaucis subrufus ocellis,
Plutonia moriens exulat arce miser.

Robur. Verùm enimuero corporis habitum à puero & à laborib. & moderatè uiuendi ratione, ex rei militaris consuetudine, ad robur & bonam ualetudinem constantissimum nactus est. *Oratio.* Orationem tanquam alterã personam magno studio, magna cura componebat, quasi omnib. qui grauibus in rebus non per secordiam, sed cum dignitate uersarentur, necessarium id instrumentũ esset. Quocirca passim per accolarũ uicos & castella se dicendo exercebat, quíque sua indigeret opera, deerat nemini. Qua in re tantùm ualuit, ut primùm prõptissimus disceptator, postea eloquentissimus orator iudicatus sit. *Mores.* Omnes prẽterea quibus cum uiuebat, tantã in eo morum grauitatem & animi magnitudinẽ animaduertebãt, ut magnis operibus, & magnificẽtissima quadam repub. dignũ arbitrarentur. Non solùm enim forensibus in causis ab opera mercenaria se liberauit, sed nec eam gloriam magnifacere uisus est, quàm ex huiuscemodi contentionib. cõsequi posset. *Adolescẽtia.* Longè uerò magis cùm adhuc esset adolescens, ex pugnis quibus cum hoste manũ conserebat, & bellicis artibus laudem uẽdicare sibi cupiens, multis aduersis uulnerib. cõsossum corpus habuit. Ipse enim se septẽ & decem annos natum prima tum meruisse stipendia dicit, cùm Annibal secundis prẽliis usus incendebat Italiam. Inter dimicandũ autem talem se præstitit, ut manu quidem pugnator egregius, in stataria uerò pugna immobilis ac cõstans, oculis, frõte, uultu terribilis, uerbis minax esset. *Vox aspera.* Asperitate præterea uocis utebatur, cùm & sibi rectè suasisset, & cęteros admoneret, plerunq; huiuscemodi res hostibus maiorẽ terrorem inferre, quàm enses. Cùm iter faceret, ipsemet arma uno subsequẽte ministro ferebat, qui secũ ea quæ uitæ necessaria erant cõportaret. Huic uel prandiũ uel cœnam ministrãti nunquã Catonem succensuisse aut maledixisse, quin eum plurimũ iuuisse, & unà minima quoq; parasse, si quando à militia uacatio illi libera esset data, proditum est. In exercitu ferè semper aqua utebatur: quòd si quãdo uehementi calore percitus sitiret, aceto frequẽter hausto sitim sedare: uel si quãdo uires pristinas desiderasset, uegetãdi corporis causa leuiusculi nõnihil uini delibare consueuerat. Penes agrũ suũ, ciuis M. Curij uilla fuit, qui tertiũ triũphauit. Hãc cùm sępenumero peteret, & tenuitatẽ agelli & domicilij frugalitatẽ contemplaretur, cepit eum illius uiri cogitatio, qui tametsi princeps

princeps inter Romanos esset, & ferocissimas gentes subegisset, Pyrrhúmq; de possessione Italiæ reiecisset, agellum tamen hunc foderet, & post tres honestissimos triumphos, ædiculam hanc incoleret. Vbi cùm illũ ad focum sedẽtem, & rapas coquẽtem legati Samnitiũ offendissent, magnum auri pondus dabant. Quo quamprimùm repudiato, illis auro minimè opus esse inquit, quibus cœna huiuscemodi satis esset, quíque aurum habentes uincere longè pulchrius, quàm aurũ habere iudicarent. Hæc secum animo uersans Cato, discedebat domum suam, agros, seruos, & uitæ formulã diligenter intuens. In opere faciundo studiosior erat, & luxum etiam atque etiam omni ex parte circuncidebat. *6* Cato cùm adhuc admodum adolescẽs sub Fabio Maximo qui Tarentum recepit, militaret, Nearcho Pythagoreo philosopho & hospite familiariter usus est, cui ut honestissimorum studiorum societate coniungeretur, summopere contendit: à quo & complura accepit quæ & à Platone usurpabãtur, qui uoluptatem maximam malorum escam appellabat, & primariam animo nostro calamitatem accedere cùm corpori coniungitur: depurationem autem & dissolutionem assequi; cùm cogitationes eam à corporis cupiditatibus separant atque disiungunt. His ab ipso planè perceptis, Cato longè magis frugalitatem ac continentiam animo complexus est. Eum serò græcas literas didicisse plerique authores sunt. In summa enim senectute græcos libros in manum sumens, breues ex Thucydide cõmentariolos, plures autem ex Demosthene confecit, quos in causis orandis magno ei usui fuisse constat. Scripta quoque sua græcis & sententiis & historiis distincta frequenter exornauit. *7* Pleraque grauiter & sapienter ad uerbum è græco in latinum traduxit. Erat per id tẽpus Romæ Valerius Flaccus, cùm patritio genere, tum potestate primarius, qui cùm uirtutem à Natura datam sagacissimè odorare posset, magna beneuolentia liberaliter institutos educabat, & ad gloriam promouebat. Hic fundo M. Catonis uicina prædia nactus, à seruis & familiarib. singulari cum admiratione moderatissimũ ac operosum eius uiuendi genus accepit. Catonem enim ut primùm illuxisset, in forum descendere aiebant, quíque eius fide ac industria uti uellent præsto esse. Cùm autem domum reuerteretur, hyeme quidem tunica demptis manicis indutum, æstate uerò nudum labore cum seruis certare, quibus cum sedere solitum, eodem pane, eodémque uino uesci. *8* Eius cum multis in rebus æquitatem, moderationem, graues, cõmemorantib. illis, ac sapientes sententias percepisset, ad cœnã uocari hominem iussit, quo deinceps usus, mansuetis atque urbanis ipsius morib. sicuti uirgulto, cultura & præclara loci cõditione opus esse animaduertit. Quamobrem Catonem induxit, animauítque, ut rem Romanam attingeret. Eò igitur profectus nonnullos statim adeptus est, quos & uirtutis ipsius admiratione, & forensi patrocinio sui studiosos fecit. Cúmque Valerius multùm dignitatis ac potestatis in Catonem contulisset, Cato primùm tribunus militum, deinde quæstor factus est. Postero autem tempore cùm iam latè clarus esset & cognitus foris, maximis in magistratibus Valerio comes fuit, consul post illum, & secundò prætor designatus. Ex maioribus natu Fabium Maximum delegit, cui, quoniã gloria, rebus gestis, potẽtia, primorib. urbis anteiret, se totum dedicauit. Illius mores & uitam uelut pulcherrimum bene uiuendi exemplum *9* sibi proponens, eius uestigia ingressus est. Hac de causa Scipionis illius maioris, qui cùm nondum ex adolescentib. excessisset, per quandam æmulationem aduersus Maximi authoritatem contenderet, inimicitias & simultates paruifecit. Cum quo, bello Punico quæstor missus, ubi spendidos illius sumptus & largitiones in exercitum animaduertit, in Scipionẽ multa cum libertate locutus est, nõ quòd impensam plurimi faceret, sed quòd maiorum continentiam corrumpi quereretur, cùm militem ad uoluptates, ad delicias, affluenti rerum usu conuersum cerneret. Ei cùm Scipio, se quæstore nimiùm diligenti nequaquam egere respondisset, sed qui plenis ad bellum uelis ageretur, & ciuitati rerum gestarum, non pecuniarum rationem deberet, Cato

Frugalitatis & continentiæ exemplũ.

Studiũ philosophiæ.

Fabium propositum habuit uitæ suæ exemplum.

Tolerãtia laborum.

Sicilia excedens, unà cum Fabio magnis ad senatum clamoribus uenit, Scipionem inconsultè publicum æs effundere, & in palæstris ac spectaculis iuueniliter exerceri, quasi nullum istic imperium gerat, sed ludos festos agat. Quamobrem senatui tribunos plebis ad eum dimitti placuit, qui si uera fuisse accusationum capita resciissent, ipsum Romam reducerent. Cæterùm Scipio uictoriam in apparatu belli significans, per otium quidem cum amicis consuetudine comis ac iucundus, in re autem seria & magna, cùm propter munificè ac liberaliter expendendi studium nunquam segnis uisus esset, enauigauit ad bellum. Cato, quoniam eloquentia plurimùm poterat, uulgò Romanus Demosthenes dicebatur, at ipsius uita longè clarior ac spectatior erat. Fuit per id tempus eo in loco proposita dicendi facultas, ut ad hanc iuuetus ipsa magno studio uelut ad commune certamen ferretur. Qui uerò pristinum illud & laboriosum uitæ genus sustineret, & tenuem cœnam, incoctum prandium, hirtã uestem, plebeiam domum libenter amplecteretur, quíque superuacaneis rebus non indigere, quàm hanc minimè necessariam suppellectilem possidere præclarius putaret, ea tempestate ratus erat. Nam imperij magnitudine, priscam illam seueritatem ac puritatem minimè respub. retinebat, quę ditionis amplitudine, multas & consuetudines, & uariis ex gentibus exempla uiuendi susciperet. Quocirca iustis ex causis uniuersa ciuitas in Catonem uersa uehementer admirabatur, cùm reliquos uel laborib. fractos, uel uoluptatibus eneruatos, hunc utrinque inuictũ esse intueretur. Nec id solùm adolescens laudis & honoris causa faciebat, sed post consulatũ & triumphum iam grandæuus, ut uictor athleta consuetas exercitationes perpetuò seruauit, à quibus non prius destitit, quàm è uita migrauit. Nunquam enim uestę maiore centum drachmarum sumptu usum se refert. Et imperator & consul eodem uino quo & operarij usus est: pulmẽtum ad cœnam ex foro assibus triginta comparare solebat, nec id uoluptatis suæ, sed communis utilitatis causa fecit, ut rei militari corporis uigor sufficeret. Cùm Babylonia suppellex hæreditatis iure fortunis suis accessisset, ut quam primùm uenundaretur curauit. Nullam eius uillam tectorium habuisse, nec ullũ mancipium ultra mille quingentas drachmas emisse dicit, quasi non delicatis & formosis, sed colonis, ac robustis & stabulariis & bubulcis sibi opus esset, quos deinde senectute confectos non pasci, sed inuriles uendi oportere iudicauit. Præterea nihil bene constare quod superfluum esset, adeóque quocunq; non esset opus, etiamsi minimo id redimi posset, nimium esse asseuerabat. Pascuum & seminarium agrum, quàm floreum & irriguum maluit. Hæc nonnulli nimiæ paruis in rebus diligentiæ tribuunt, quę pleriq; in eam partem accipiunt, ut in emendandis ac moderandis cæteris factum putent. Verùm illud institutum equidem nimis rigidum dixerim, quo seruos senio debilitatos, quemadmodum iumenta eiicere ac uendere cõsueuit, quasi commoditate è medio sublata, nihil humanitatis ipsis hominib. debeamus, cùm latiorem benignitas, quàm iustitia locum sibi uendicet. Natura nanque nobis datum est, ut in homines duntaxat iustitia legitimè utamur: in eos autem quibus aut gratia aut beneficio deuincti sumus, etiam si rationis usu priuati sint, mansuetudo uelut ex abundanti quodam fonte defluat. Equis enim & canibus cùm confractæ labore uires sunt, non modò pabulã, sed etiam quædam senectutis indulgentia à bono uiro debentur. Athenienses cum *Hecatompedon exædificarent, quotquot ex mulis egregiè laborem toleraſſent, uinculis solutos liberè pasci siuere: quibus quodammodo libertate donãtis cùm sponte quispiam ad operam descenderet, & ium ẽtis quæ currus ad arcem urbis uectarent exhortãtis specie ducis præcurreret, ut publicè ad extremũ uitæ finem nutriretur, decreuerũt. Ad hæc equarũ Cimonis sepulchra, quibus Olympia tertiùm uicit, penes ipsius monumentũ uidẽtur. Quid quòd etiã canes familiares ac domesticos cùm alij multi, tum Xantippus ille priscus diligẽtissimè humandos curauerunt? Is enim canem, qui eo tempore quo ciuitas urbe relicta Salamina transmittebat, tri-

Eloquentia.

Animus infractus.

Frugalitas.

Digressio, qua Catonis inhumanitatem coarguit.

**Templũ Athenis, alio nomine Παρθενὼν dictũ. Suid.*

remi secum enatauerat, in arce sepeliuit. Cui loco etiam ætatẽ nostra Cynotaphium cognomentum est. Indecorum enim est, nos animatis uelut calceis aut uasis uti, quæ ubi usu fracta & attrita sunt abiicimus. Quòd si nulla alia ratione, saltem exercendæ humanitatis causa nosmetipsos consuefaciamus oportet, ut in hoc genere mansueti, faciles iucundíque simus. Nam (ut de meipso dicam) nec bouem laboris socium senectutis iam urgentis gratia uenderem, nedum hominem grãdem natu ex loco in quo educatus est, & ex instituta uiuendi consuetudine, uelut ex patria relegatum, iis pariter qui emunt, & iis qui uendunt inutilem factum, parua pro stipe uenire oportere censeam. Cato uerò huiuscemodi rebus gloriari solitus, equũ quo Consul in rem militarem usus est, in Hispania reliquisse se dicit; ne uecturæ illius reip. rationem redderet. Quæ siue magnitudini animi, siue tenuissimæ diligentiæ tribui debeant, iudicio disputari posset. Inter cætera uerò, cõtinentia Cato magnopere admiratione dignus fuit: nunquam enim imperator, & sui & contubernalium commeatus causa, nunquã inquam amplius quàm tres tritici medimnos Atticos in singulos menses, & pro iumentis in singulos dies unicum & dimidium hordei medimnũ cepit. Hic cùm Sardiniam prouinciam obtinuisset, sua parsimonia plurimùm à cæteris qui ante ipsum præturam illam administrassent, differre se demõstrauit. Nam ut illi publicis tabernaculis, lectis, uestimentis, magnifico apparatu, numerosa seruorum ac amicorum multitudine, cõuiuiis graues erãt, sic ipsi nullã ad rem publico sumptu opus fuit. Cũ urbes adiret, sine rheda proficiscebatur: unus autem publicus minister uestẽ & cymbiũ ferẽs, quo cum sacrificaret, sequebatur. In his adeò tenuis, adeò facilis subditis uisus, alia ex parte grauem & elatũ se gerebat. Nam & ad ea quæ ad iurisdictionẽ suam pertinerent inexorabilis, & in his quæ ad imperium spectarent adeò seuerus & integer fuit, ut nunquam populi Romani maiestas illis terribilior, nunquam charior extiterit. Ipsius orationis genus haud sanè dissimile fuisse perspicuum est. In eius enim sermone, comitate grauitas, terrore iucũditas, & salibus austeritas cõdiebatur. Huius oratio (ut de Socrate Plato scribit) grauis & sapiens habebatur: qui si exterius in congressu spectaretur, nullius dignitatis imaginem, sed satyricum carpẽdi studium præ se ferebat: sin interius, seriis & dignitate rerum refertus erat, ut iis quibus cum loqueretur lachrymas mouere, & animum quò uellet trahere posset. Quocirca haud satis scio, quid nonnullis in mẽtem uenerit, ut genus dicendi, quod à Catone usurpatum est, Lysiæ conferrent. Verùm hæc uiderint qui uarias orandi formas diiudicare suum esse officium putãt. Nos breuia quædam scribemus quæ memoriæ prodita sunt, cùm longè significantius ac apertius ex sermonibus, quàm ex lineamentis oris (ut plerique arbitrãtur) de moribus hominum censeamus. Hic aliquando cùm populum Ro. importunè tumultuantem, à partiendo ac diuidendo frumento auertere statuisset, hunc in modum orsus est: Difficilè quidem est, Quirites, ad carentem auribus uẽtrem uerba facere. Ciuitatis rursus mores increpans, inquit: Laboriosum est illam remp. saluã fore, ubi pisciculus pluris quàm bos uenit. Romanos etiam multis pecudibus cõferre solebat. Nam & illę singulæ nemini obtemperant, uniuersæ autem gregis principem sequuntur. Sic & uos, ab iis quos priuatim nequaquam cõsiliarios habere uelletis, hîc frequentes coacti, agi æquo animo permittitis. De uxoria potestate sic eum locutum accepimus: Omnes homines uxoribus imperãt, nos omnibus hominibus, nobis autẽ uxores. Hoc enim est ex eorum genere quæ à Themistocle grauiter ac prudẽter dicta sunt. Nam cùm sibi filius matris intercessione pleraque iuberet, O uxor, inquit, Athenienses Græcis imperant, ego Atheniẽsibus, tu mihi, tibi filius. Quare licentiam moderetur, qua fretus imprudens plus potest quàm uniuersa Græcia. Populum Ro. Cato non modò purpuræ, sed studiis atque exercitationibus conferre magistratus dixit. Quemadmodum enim tinctores eum maximè colorem inducunt quo passim delectari mortales intuentur, sic adolescentes ea magno studio discunt & consequi cu-

Continentia.

Integritas.

Oratio foris mordax, domi placidior.

Liberè sciteque dicta. Plut. in Problem.

piunt, quæ uos honore & laude digna iudicatis. Eos exhortabatur, ut ſiquidem uirtute ac moderatione magni facti eſſent, ne ad deteriora ſe conuerterent: ſin incontinẽtia ac improbitate amplitudinẽ eſſent conſecuti, ad meliora ſe conferrent. Satis enim exploratum habebat, ſuperioribus illis rationibus eos non mediocres honores adeptos eſſe. Qui ſumma cura ac diligentia ſæpe magiſtratus ambirent, eos uelut ignaros uiæ dicere ſolebat, ne errarẽt, lictores, quibus cum incederent, ſemper quæritare. Ciues grauiter increpabat, qui eoſdem frequenter publicis muneribus præficerẽt. Sic enim uel non multifacere principatum uidemini, uel non multos qui principatu digni ſint exiſtimatis. Ex inimicis cùm quiſpiam turpiter ac ignominioſe uiueret, Huius mater, inquit, cùm deos immortales precatur, ut hic ſibi uita functę ſuperſtes ſit, execrari non orare ſe putat. Paternum quidam fundum maritimum uenundederat, quo facto Cato magis atq; magis ſe mirari ſimulauit, quòd longè amplius ipſe quàm mare potuiſſet: nam quæ uix pontus alluebat, iſte facilè abſorbuit. Cùm Eumenes rex Romam ueniſſet, & à ſenatu comiter ac honorificentiſſimè ſuſceptus eſſet, & clariſſimorum circa eum ciuium frequẽtia certatim uerſaretur, Cato non obſcurè tantum erga regem ſtudium ſuſpectum habens, eum declinabat. Dehinc cùm ipſi diceretur, Eumenem frugi uirum amiciſſimo animo in remp. Romanam eſſe: Eſto, inquit: cæterùm hæc ipſa bellua, rex ſcilicet, carniuora eſt. Neminem ex regibus qui perbeati putantur, inuenies, quem Epaminondæ, Pericli, Themiſtocli, Marco Curio, & Hamilcari cognomento Barchæ, optimo iure conferre poſſis. Inimicos inuidia ſibi affectos dictitabat, quia quotidie noctu exurgens rei ſuæ familiaris rationes negligeret, ut reip. dignitati ac commodis omni cura uigilantiáque conſuleret. Dicere quoque ſolebat, ſe gratia quam ex benefactis expectaret, priuari malle, quàm pœnam nõ dare, quæ ex malefactis ſibi deberetur. Omnibus qui ab officio deſtitiſſent, ſe duntaxat excepto, facilè ignoſcẽdum eſſe iudicabat. Poſtea quam tres in Bithyniam legati Romæ delecti ſunt, quorum unus podagra, alter capite uulneribus confoſſo, tertius uecordia laborare uidebatur, ridẽs Cato, Populus Romanus, inquit, legationem emittit, quæ nec pedes, nec caput, nec cor habet. Scipio Polybij gratia ſuper iis qui ex Achaia relegati fuerant, cum Catone collocutus eſt. Poſtea cùm multus ſermo de illorum reditu in ſenatu haberetur, & alij quidem reditum ipſis in patriam decernerent, alij uerò accuratius quàm par erat contradicerent, hunc in modum Cato diſſeruit: Quaſi nihil habeamus quod dignum factu ſit, uniuerſum diem de græculis ſenibus altercando conſumimus, ac ſi multùm interſit, utrum penes nos, an in Achaia ſepeliantur. Quibus ſimulac ex ſenatuſconſulto domum reuerti conceſſum eſt, Polybius in ſenatum introduci moliebatur, ut exulibus illis, qui grauiſſimi ordinis decreto in patriam redibant, priſtinos honores & magiſtratus reſtitueret. Qua de re cùm Catonis ſententiam rogaret, ſubridens Cato reſpondit: Polybium quemadmodum Vlyſſem in ſpeluncam Cyclopis redire uelle, ut pileum & cingulũ, quæ illic oblitus erat, repeteret. Affirmabat præterea ſtultos prudẽtibus uiris maiori emolumẽto eſſe, quàm prudentes ſtultis. Nam qui prudentia ualent, illorum errata facilè deprehendere ac uitare: ſtultos uerò quæ à prudentibus rectè facta ſunt, imitari non poſſe. Se quoque longè plus adoleſcentibus delectari, quorum uultus rubore prius quàm pallore perfunderetur. Eo milite ſibi opus non eſſe, qui inter eundum manus, inter confligendũ pedes agitaret, quíque ſtertẽdo quàm hoſtibus inclamitãdo longius ſentiretur. Cùm in pinguem quempiam acerbè maledictis inueheretur, quibus in rebus huiuſcemodi corpus ciuitati fructuoſum ac commodum eſſet, rogabat, cuius inter guttur & inguen cuncta ſub uentris ditione poſita forent. Libidinoſo cuidam inter familiares ſuos eſſe cupienti, conceſſurum ſe negauit, quoniam cum eo uiuere non poſſet, qui melius ac ſubtilius palato, quàm corde ſentiret. Animum eius qui amoribus teneretur, in alieno corpore uiuere dicebat. Tribus item in rebus per omnes uitæ ſuæ partes pœni-

Apophthegmata.

Florus in epitomat. li. 50.

pœnitentiam egiſſe: primùm, ſi mulieri quicquam arcanum aliquando credidiſſet: ſecundùm, ſi aliquò naui trãſmiſiſſet, quò pedeſtri itinere ſibi proficiſci licuiſſet: tertiùm, ſi qua dies ei per incuriam inanis effluxiſſet. Deprauatum quoque quandoque ſenem conſpicatus, Te magnopere, inquit, rogo, ut cùm pleraque turpia ſenectutem circũueniant, des operam ne te authore malignitatis acceſſio fiat. Ad tribunum plebis qui in ſuſpicionem ueneficij uenerat, iniquam legem ferentem, Adoleſcens, ait, nondum ſcio, utrũ haurire quod miſces, an approbare quod ſcribis, deterius ſit. Cato cuiuſpiam, qui multis intemperantiæ ac impotentiæ notis inuſtus erat, probris uexatus, Impar mihi tecum, ait, certandi conditio eſt: nam ut & malè audire & malè dicere tibi facillimum ſimul ac promptiſſimũ eſt, ſic mihi maledicere inſuaue, & malè audire inſuetum eſt. Quæ uel ab ipſo dicta prudenter uel reſponſa acutè mandata literis extant, huius generis ſunt. Verumenimuero cum Valerio Flacco, cuius amicitia & conſuetudine familiariſſimè utebatur, conſul deſignatus citeriorem Hiſpaniam ſortitus eſt. Huius ubi complures populos in poteſtatem redegiſſet, complures dexteritate atque humanitate ſibi uendicaſſet, aduentantibus multis ac maximis barbarorum copiis eo in diſcrimine res erat, ut turpiter uim inferri poſſe putaretur. Quamobrem Celtiberos finitimos ad belli ſocietatem accerſiuit, quibus ducenta ſubſidij gratia talenta ſtipendij nomine depoſcentibus, cæteri quidem minimè tolerandum eſſe cenſebant, Romanum auxilia barbarorum tutelæ ſuæ cauſa mercede conducere. Tum Cato, nec graue nec durum eſſe reſpondit: nam ſi uicíſſent, non ſuis opibus, ſed hoſtium facturum ſatis: ſi uicti eſſent, nec eos qui repeterent, nec à quibus repeti poſſent, ſuperſtites futuros. Hanc pugnam, cùm ſumma ui cõflictum eſſet, uicit, magnóque cum ſplendore reliqua procedebant. Omnium urbium muros quæ intra Bætim amnẽ ſunt, à Catone uno die ſolo æquatos fuiſſe, Polybius author eſt. Has plurimas & multitudine & genere militum munitiſſimas extitiſſe conſtat. Ipſe Cato plura ſe oppida cepiſſe, quàm in Hiſpania dies egiſſe commemorat: eáque haud ſanè iactantia eſt, ſiquidem re uera quadringenta numero fuerũt. Milite itaque ex ea expeditione locupletato, ſingulas etiã argenti libras uiritim diuiſit, illud adiiciens, melius eſſe multos ex Romanis argentum, quàm paucos aurum habẽtes in urbem reuerti. Ex captiuis hoſtium rebus, præter cibum & potum, nihil ad ſe perueniſſe dicit. Quod ab ipſo factum eſt, non quòd cuiquam uitio daret, ſi huiuſcemodi oblata occaſione, cõmodis ſuis fortuníſque ſeruiret, ſed quia ipſe cũ uiris optimis mallet de uirtute, quàm cum ditiſſimis de pecunia, & auariſſimis de lucri quæſtúſq; cupiditate certamen inire. Nec ſeipſum modò, uerumetiam miniſtros ſuos ab omni prædæ noxa liberos ſeruabat. In caſtris quinque ſecum ſeruos habuit, quorum uni Pacho nomen fuit. Is tres puellos ex captiuis qui ſub haſta uenìebant, emit: quod cùm reſciſſet Cato, præ timore Pachus antequam ad eius conſpectum ueniret, ſibimetipſi mortem conſciuit: ſic ſeruis deinde uenditis, pretium eorum Cato in ærarium retulit. Hunc cùm adhuc in Iberia eſſet, Scipio maior inimico animo inſectabatur, & rebus ipſius feliciter geſtis impedimento eſſe cupiẽs, ut in illa prouincia ei ſuccederet, perfecit. Subinde ut quãprimùm Cato magiſtratu decederet, magno ſtudio contendit: ipſe uerò cum quinq; militum cohortibus & quingentis auxiliaribus equitibus, Lacentanos ſubegit, ſexcẽtos trãsfugas in manum ſuam redactos ultimo ſupplicio affecit. Quibus ex rebus infeſtum ſibi Scipionem mordens Cato, ſic Romam maximam fore per ſimulationem dicebat, ſi quidem claro loco nati primas uirtutis partes ignobilibus minimè concederent, & plebeij ordinis homines, quorum in numero ipſe eſſet, cum genere & gloria primariis de uirtutis laude certarent. Quocirca cùm pleraque aduerſus eum Scipio moliretur, ſenatus decreuit, ne quid eorum quæ à Catone conſtituta eſſent, permutaret, aut abrogaret. Huius magiſtratus initio Scipionis potius quàm Catonis amplitudini ac authoritati detractum eſt. Nam ita quietæ res fuere, ut cùm nihil memora-

Quæri rerum pœnituerit Catonem.

Liuius lib. 41. Decad. 4.

Geſta.

Abſtinentia.

Triumphus.

bile gereretur, per otium mora ſegnis militibus eſſet. Cato ubi triumphans urbem inuectus eſt, aliud uiuendi genus quàm cæteri ſolent, inſtituit, qui non uirtutis, ſed gloriæ cauſa, magno ſpiritu contendunt: cúmque triumphos, conſulatus, ac ſpectatiſsimos honores adepti ſunt, ad uoluptatem atque otium deinceps ſe conuertunt, & ea uitia quæ à reip. dignitate & communi utilitate ſeiuncta ſunt. Non ſic Cato, non ſic uirtutis neruos remiſit, ſed tanta cura & uigilantia, quanta qui primùm reip. procurationem ſuſcipiunt, & honores & magiſtratus ſitiunt, cupiditate incredibili quandam aliam rationem de integro ingreſſus eſt. Vt enim amicis & ciuibus uſui eſſet, neque patrocinij, neque militiæ labores unquam repudiauit. Tiberium ſiquidem Sem- 29
pronium cõſulem, qui circa Iſtrum & Thraciam ductabat exercitum, legatus iuuit:
* Atilio. deinde cum Manlio * Acilio tribunus militum aduerſus Antiochum illum magnũ in Græciam uenit, qui tantum Romanis terrorem, quantum nullus alter poſt Annibalem, iniecit. Aſiam ſanè quantamcunque Nicanor Seleucus habebat, uniuerſam ferme ſub nutũ ditionémque ſuam recipiẽs, ſimulac plurimas feroces ac pugnaciſſimas barbaras nationes domuit, elatus animo cum Romanis belligerare cogitabat, quoniam eos ſolos dignos ratus eſt, quibus cum de imperio armis decerneret. Is nequaquam indecoram belli cauſam commentatus, Græcos ſcilicet præter neceſſitatẽ & uſum, Romanorũ beneficio iam à Philippo & Macedonibus liberatos, ac ſuis priſtinis legibus uiuentes, cum copiis in Græciam tranſmiſit, quæ per id tempus incertis fluctibus iactabatur, quòd partiũ duces regiis pollicitationibus animos innouandarum rerum cupiditate ſuſpẽſos, in deteriorẽ partem excciuiſſent. Quamobrẽ Man- 30
lius ad ciuitates legatos mittere, Titus quoque Flaminius (ut in eius uita ſcripſimus) multas ciuitates quæ res nouas moliebantur, ſine tumultu continere ac ſedare. Cato Corinthios, & Patrẽſes, ac Aeginẽſes Romanis aſciuit. Permultũ etiã temporis Athenis cõſumpſit, cuius adhuc oratio quædam extare fertur, quam græcè ad populũ habuit, quaſi miro quodam amore ueterũ Atheniẽſiũ uirtutibus affectus, ſingulari cum uoluptate urbis pulchritudinem ac ciuitatis amplitudinem ſpectatũ ueniſſet. Id autẽ falſum eſt: per interpretem enim cum illis locutus eſt: quanquã ita græcè ſciret, ut interpretis officiũ minimè ſibi neceſſariũ eſſet. Latinis literis adeò contentus fuit, ut eos non magnopere probaret qui græca admirarentur: & Poſthumius Albinus qui græcè ſcriberet hiſtoriam, ueniam deprecatus, morſibus eius uacuus nõ fuerit, ſed audierit ignoſcendum eſſe, ſi Amphictyonũ decreto coactus, illas res geſtas ſcribere ador-
Orationis mira celeritas. tus eſſet. Acerrimam eius in dicendo celeritatem magnæ Atheniẽſibus admirationi 31
fuiſſe traditũ eſt. Nam quæcunque ipſe breuiſſima oratione expediret, interpres multo uerborum ambitu uix renuntiabat. Quocirca rati ſunt Græcis quidem ſermonem ex labiis, Romanis autem ex corde proferri. Antiochus ubi Thermopylarũ anguſtiis ualido præſidio firmatis, uallo & muro locũ, qui natura ſui iniquus & difficilis erat, ſtationibus etiam armatorũ obiectis communiſſet, quaſi opinione ſua iam bellũ explociſſet, conſidebat. Quo factũ eſt, ut à fronte quidẽ fauces expugnare Romanus penitus deſperaret. Illum uerò Perſarum circuitum uerſans animo Cato, noctu quibuſdam acceptis copiis ire pergit. Cæterùm cùm ſuperiorem ſemitam primi tenuiſſent, captiuus quidam itineris dux errore uiæ captus militi dubiis in locis ac præcipitibus conſtituto, mœrorẽ ſimul ac pauorem iniecit. Cõſpicatus hoc diſcrimẽ Cato, cæteris 32
omnibus quietè iuſſis manere, & L. Manlio uiro ad cõſcendendos montes aptiſſimo comite aſcito, per loca confragoſa laborioſum & multis obiectum periculis iter ingreſſus eſt. Nocte enim intempeſta nihil lucente luna proficiſcentibus, oleaſtris, ſaxis, aſpretis latè diſperſis, ſingularis incertitudo & obſcuritas proſpectum ademerat, donec in tramitem incidẽre, cuius ut aſſequebatur coniectura, in hoſtium caſtris finis erat. Tum ubi ſigna nonnullis apertis ac conſpicuis truncis appoſuere, quæ ſupra
Liuius lib. 6. Decad. 4. Calidromum (id enim cacuminis nomen erat) eminerent, ad ſuos reuerſi ſunt. Mox ad

ad inſignes illas notas copias adducẽtes, cum ingreſſos callem, cùm paulùm proceſſiſſent, eo deficiente conuallis quædam excepit, ubi denuo uniuerſi metu ac trepida-
33 tione uix mente conſtabant, ignari quòd prope hoſtem eſſent. Diluceſcente iam die, & uox quædam audiri uiſa, & repentè Græcorum uallum deſpici cœptum, qui præcipites illas rupes cuſtodes ſeruabant. Hoc loco firmatis cohortibus, Cato Firmianis ad ſe uocatis, quorum perpetua fide ac prompta opera uſus erat, híſque extemplo dicto
" parentibus, hunc maximè in modum loquitur: Vnum ex hoſtibus ut uiuum in manũ *Frõtinus lib. 1. de exploran-*
" meam adducatis opus eſt, qui me doceat, quibus hæc prima cuſtodia data ſit, quanta *dis conſiliis*
" hoſtium multitudo, quæ omnium diſpoſitio, quis ordo, quis apparatus quo nos ex- *hoſtium.*
" cepturi ſunt: ad eum corripiẽdum, tota in celeritate ac audacia ſpes eſto: eodem modo leones inermes fiducia & ſpe pleni, horrenda immanium ferarum luſtra ingredi
" ſolent. Quæ cùm dixiſſet Cato, Firmiani, ut erant, per montes ad ſpeculatorias cuſtodias diſcurrunt, quibus irruentibus, omnes tale nihil expectantes tantus undique pa-
34 uor inuaſit, ut quid in rem eſſet ignari, paſſim fuga diſperſi ſint. Ex his unus ipſis cum armis prenſus in manus Catonis defertur, à quo explorat, cùm reliquæ copiæ in anguſtiis cum rege ſedeant, ſexcentos Aetolos ibi delectos eſſe, qui extremas colliũ partes pro ſtatione tenerent. Horum ſimul negligentia Cato & paucitate cõtempta, extemplo iuſſis canere tubis, ingenti clamore ac ſtrepitu primus ſtricto pugione ſuos admouit: quos cùm ex præruptis montibus repẽtè inuectos cernerent, in regia caſtra fugientes, omnia tumultu ac terrore cõplent. Manlius interim munimenta quæ fauces illas tutabãtur, uniuerſo admoto exercitu ex inferioribus oppugnabat. Tum Antiochus os lapide ictus, excuſſis dentibus, doloris acerbitate equum auertit. Exercitus nulla ex parte uim Romanorum ac impetum ſuſtinere, ſed effuſa fuga terga dare, &
per ancipites ſaltus paluſtri limo & uoraginibus inuios ac præruptos & lubricos col-
35 les iter habere. Ad hæc intra anguſtias illas inuicem occurrentes, ita circũfuſo undique terrore ac hoſtili ferro obtorpeſcere, ut Romanus eos paſſim cẽderet. Cato uſque- *Iactantia cõmes bene geſtarũ rerum.*
quaque minimè parcus ſuarum laudum prædicator, à iactãtia, quæ res magnificè geſtas ſequeretur, non abhorrebat, tum hiſce præclaris factis ſuis magnum cumulum adiecit. Iis enim qui eum inſectantem ac cædentem hoſtes uiderant, dixit, nullo pacto tantùm populo Ro. Catonem, quãtùm Catoni populum Ro. debere. Ipſe quoque Manlius conſul ardentem adhuc ex uictoria Catonem aliquãdiu complexus, ſingulari cum lætitia clara uoce teſtatus eſt, neque ſe, neque uniuerſum popu. Rom. maximis ac immortalibus Catonis beneficiis meritam laudem & gratiam referre poſſe. Haud multò pòſt Cato certus rerum geſtarum nuntius Romam miſſus, proſpera na-
36 uigatione Brunduſium traiectus eſt. Illinc autem ſoluẽs, uno die Tarentum delatus, quatuor conſequentes iter habens, quinto Romã ab ora maritima profectus, primus uictoriam nuntiauit: quare gaudio & ſacrificiis ciuitatem referſit, eíque magnos ſpiritus iniecit, ut maria, ut terras ſuo uendicare poſſet imperio. Hæc ferme bellicis artibus egregiè à Catone acta ſunt. Accuſationes ac uituperationes in improbos, reipub. partes ſingulari quidem ſtudio dignas eſſe ratus, & accuſantibus aliis opem tulit, & quoſdam qui in iudiciũ uocarent, ut Petilium in Scipionem, comparauit: quem cùm amplitudine familiæ, & uera animi magnitudine calũnias calcare percepiſſet, miſſum fecit, quoniam quod in eius perniciem conſtituiſſet, conſequi deſperaret. Luciũ autem fratrem inito cum accuſatoribus conſilio, grandi ære in publicum referendo mulctauit. Quod cùm luere nõ poſſet, niſi ipſum prouocatio ad tribunos plebis ægrè
37 liberaſſet, in uincula coniectus eſſet. Cùm adoleſcens quidam patris iam uita functi inimicum ignominia affeciſſet, eum deinde per forum deambulantem obuium ſibi factum Cato comiter complexus, Aequum eſt, inquit, non agnis, non hœdis, ſed æmulorum lachrymis ac damnationibus ſic exequias parẽtum celebremus. Quæ quãuis ita ſe haberent, calumniarum tamen in rep. expers non fuit. Nam ubicunque ini-

micis accusationis argumentum accusationémque præstabat, in causa dicenda mágno cum discrimine uexabatur. Fermè enim quinquagies ei diem dictam esse ferunt. Postremò sex & octoginta natus annos accusatus, uulgatum illud dixisse fertur, Difficillimum esse, cùm inter alios homines uixeris, penes alios de his criminibus respõdere, quæ ab aduersariis obiecta sunt. Nec in ea ætate forensibus causis ac contentionibus modum statuit. Nonagesimo enim anno * Seruilium Galbam ad populi iudicium adduxit: ex quo satis cõstat, ipsum uelut Nestorem patriæ operam nauasse, dum tertiam uiueret ætatem. Is enim, ut diximus, Scipioni maiori inferior, suis in rep. cõflictationibus in Scipionem usque perrexit minorem, filium Pauli, qui Perseũ & Macedonas bello uicit, illius autem adoptionis iure nepotem. Annos decem Cato post consulatum Cẽsuram ambiuit, quæ cùm omnium magistratuum facilè princeps sit, uniuersæ rei supremum & perfectissimum locum habet. Hæc cùm alias res, tum uerò ut mores uitásque discutiat, plurimo imperio ac potestate est, ut quæ de nuptiis, de liberorum procreatione, de uiuendi ratione, de cõuiuiis diligenter inquirat. Nullam denique omnium cupiditatum ac institutionum esse putabant, quam adoriri ac indagare non oporteat. his enim longè facilius quàm publicis muneribus, aut iis quæ in oculis omnium fiunt, hominum mores eum posse deprehendere, qui seueritate disciplinæ, ne quis ad uoluptatem uerteretur, custodiret, & acerrimè coerceret ne quis patriam ac cõsuetam uiuendi disciplinã transgrederetur. Ad hoc igitur munus alter patritius, alter uerò plebeius deligebãtur, quos Cẽsores appellabãt. His licebat & integrũ erat, è senatu eos eiicere, & illis equum adimere, qui flagitiosè ac intẽperanter degerent. Ipsi quoque sacrificiorũ pretia curabant, & descriptionibus genera, & reip. officia distinguebant. Multas præterea potestates hic magistratus habet, quapropter in petitione Censuræ nobilissimi & primores patrum Catoni obstiterũt. Patritij quidem inuidia stimulati, cùm hoc pacto nobilitati maximè detractum iri putarent, si ignobili loco nati quamprimùm summum honoris gradum obtinerent: tum etiam uehementer commouebantur ij, quibus ex multorum malefactorum conscientia & prisci moris transgressione, uiri austeritas terrori erat, quam difficilem & inexorabilem fore sibi suadebãt, si censorij muneris ius & authoritas accessisset. Idcirco studiis partium ex composito paratis, septem candidati in campum deducti cum Catone, magna contentione petierunt. Hi quidem bona spe multitudinẽ cõlere, ut quæ mollem & uoluptuosum iam magistratum expeteret. Contrà Cato aliam petẽdi rationẽ ingredi, nullam facilitatis aut comitatis significationem præ se ferre, uerùm potius ex suggesto in improbos minitabundus, apertè & palàm testari, ciuitati maxima expiatione opus esse. Hunc in modum populum rogare, ut si prudentes essent, nõ blandissimum, at asperrimum medicum deligerent: se quidem illum esse, alterum autem ex patritiis Valerium Flaccum, quo uno collega delicias ac mollitiem uelut hydram exscindens atque concremãs, ut opinio sua ferebat, operę pretium quid facturus erat: cum cæteris uerò minimè sibi liberum fore pro dignitate reip. administrare, quoniã optimos præceptores formidarent. Qua quidem in re populus Romanus magnis sanè principibus dignus, sic excelso animo fuit, ut nec rigidos, nec elatos Catonis mores extimesceret, uerùm cæteris omnibus popularibus, & qui cuncta ad gratiam facturi uidebantur, repulsis, cum Catone Flaccum censorem designarit, cui non uelut candidato, sed iam principi & imperitanti paruit. Cato L. Valerium Flaccum collegam amicissimũ, senatus principem descripsit, è quo cùm alios complures, tum Lucium Quintium Flaminiũ eiecit, qui septem annos antea consul fuerat, & quod longè sibi gloriosius fuerat, T. Flaminij frater, qui armis Philippũ debellauerat. Causam autem cur è senatorio loco motus sit, hanc accepimus. Lucius adolescentem liberali forma scortum deperibat, quem semper comitem secum habuit. Is cùm Lucius imperator rem gereret, & honore & gratia apud eum tãtùm potuit, quantùm quicunq; superiori

* *Liuius legit Serigium.*

Censorii potestas.

Liuius lib. 9. Decad. 4.

Supra in uita Flaminij.

superiori tempore beneuolẽtia & familiaritate illi deuinctus esset. Penes ipsum igitur consulari prouinciæ præfectum aliquando in conuiuio ex more discumbẽs, multis blandimentis Lucium, qui uino facilè uincebatur, alliciebat: quem cùm à se diligi plurimis uerbis ostenderet, hoc testimonio usus est: Omnibus domi gladiatorio spectaculo intentis, cuius tametsi uisendi desiderio afficerer, quòd obtrũcari nunquã hominem uiderim, tamẽ sub ipsum spectaculum ad te properaui. Lucius autem indulgens amator cùm parem illi gratiam referre uellet, Huius, inquit, rei causa ne mecum subtristis sis, hoc enim mœrore te quamprimùm liberabo. Extemplo igitur unũ ex iis qui rei capitalis crimine damnati erant, ad se in conuiuium adduci imperat, & accersito cum securi carnifice, amasiolum denuò rogitat, utrum hominẽ percuti spectare cuperet: qui cùm se uelle respondisset, collo caput eximi iussit. Ad hæc quæ plurimi tradiderunt, accedit Ciceronis testimoniũ, apud quem in dialogo de senectute Cato talia disputat. Liuius autem eum qui interfectus est Gallum transfugam fuisse, nec Lucium feriẽdi negotium carnifici dedisse, sed propria manu in corpus illius sæuisse commemorat, idque in oratione Catonis scriptum extare. Moto itaq; Lucio ex ordine senatorio, Titus frater id ægrè passus ad populũ confugit, rationem offerre iubens, cur adeò ignominiosè fratrẽ eiecisset. At ille cùm cõuiuij turpitudinẽ exposuisset, & Lucius negaret, ad iusiurandũ à Catone reuocatus tergiuersatus est. Id ubi multitudo perspexit, dignas dedisse pœnas sciuit. Deinde cùm spectaculo ciuitas frequẽs interesset, Lucius consularem locum prætergrediens, procul consedit. Qua re populus uehementer misericordia commotus, magno plausu reuerti, & in honestiore sede collocari coegit, quasi quoad sibi liceret, quod in eum factũ esset, emẽdaret, & uulnus quod inflixerat, hoc studio, hoc beneuolẽtiæ testimonio mitigaret. Manliũ quoque uirum clarissimũ, consulem futurum, è senatorio loco mouit, quòd interdiu præsente filia dissuauiasset uxorem: quem cùm increparet, testatus est se nunquã, nisi cùm aliquando tonaret, suam complexum: unde per iocum dixisse fertur, tonante Ioue se beatum esse. Lucius etiam Scipionis Aphricani frater Catoni causam attulit, ex qua sibi singularem inuidiam contraxit: haud enim æquitate causæ, sed Aphricani contumelia potius, à Lucio Scipione uiro triumphali equũ ademisse creditus est. Ad hæc molesta magnopere multos eius seueritas affecit, qua sumptuosos apparatus, quos nemo penitus rescindere potuisset, circũcidebat, quoniam plurimos in ciuitate luxuries iam ægros reddiderat, ac propemodum labefactauerat. Vt igitur in omnes animaduerteret, coegit uestis, carpenti, mundi muliebris, & domesticæ supellectilis decuplum amplius in censum referri, quàm earum rerum pretiũ sineret, si mille quingentas drachmas excessisset: alioqui in animum induxerat, ut maiori censu grauati, plus in ærarium conferrent. Insuper tria singulis millibus æra attribuit, ut cùm frugi uiros & moderatos sibi fortunis pares, pauciores pecunias in fiscum persoluere cernerent, à luxu desisterent. Grauiter autem Catoni succensebant, quicunque ut instituerant lautè uiuentes, tributi nomine suas opes exhauriebant, aut qui delicias quibus capti & demulcti erant, propter pecuniarum collationes exuebant. Leges enim quibus diuitiarum ostentatio interdicitur, nonnulli diuitiarum ademptionem esse arbitrantur, eas autem nequaquam rebus quæ ad uitam necessariæ sunt, sed superuaneis ostentari. Quapropter omnium consensu Aristonem philosophum maximè admiratum ferunt, homines potius superfluis fortunæ bonis, quàm necessariis ac commodis beatos sese putare. Vnde Scopas Thessalus, cùm quispiam familiaris ab eo quicquam assequi contenderet, quod neque necessarium sibi, neque ualde commodum esset, Huiuscemodi rebus, inquit, & felix sum & locuples, superuacuis inquam, & usui minimè necessariis. Sic uehemens opum studium nequaquam nobis à natura datum, ex uulgari & aliena opinione introductum est. Quæ quanquam ita essent, Cato tamen tales incusatores nihili faciẽs, etiam atque etiam seuerius animum

Vulgi inconstantia.

Luxũ in rep. ut diminuerit.

Scitum Aristonis dicti.

intendit. Aquæductus enim quibus aquam publicam priuatim in domicilia & hortos ſubductam uſucapiebant, abſcidit: & quæcunque in loca publica porrecta eſſent ædificia, diruit ac demolitus eſt. Operarias artes ad mercedem prauam contraxit, 47
uenditionibus ſupremo pretio uectigalia æſtimauit. Ex quibus haud mediocris in eum delata eſt commoditas. Qui uerò cum Tito Flaminio ſentiebant, aduerſus Catonem conſpirantes, impenſas & ſacrarum ædium & urbanorum operum locationes, uelut inutiles, irritas fecerunt. Tribunos etiam plebis impudentiores & ad omne facinus propenſiores ſolicitauere, ut Catonem ad populum prouocantes, duobus talentis mulctarent, eíque in apparatu baſilicæ magnis altercationibus refragati ſunt, quam ex ære publico uicinam foro ſub curiam à ſe inædificatam, Porciam baſilicam appellauit. Populus mirum in modum Catonis cẽſuram gratam habuit, cui cùm ſtatuam conſularem in templo Sanitatis collocaſſet, nec Catonis prœturas, nec imperia, nec triumphum, ſed hunc titulum inſcripſit: Rem Romanam iam prolabentem & in deterius uerſam, Cato creatus cenſor modeſtiſſimis inſtitutis, optimis moribus ac præceptis priſtinum in locum reſtituit. Huiuſcemodi honoris ambitioſos initio cõ- 48
tempſit, eos náque ignorare dicebat, quòd fabrorum aut pictorum operibus gloriarentur, cùm honeſtiſſimas pulcherrimáſque eius imagines populus Romanus animis circunferret. Nonnullis ad mirãtibus, quòd ignobiles & mediocres homines ſtatuas haberent, Cato uerò nullam: Quæri, inquit, malo, quamobrem Catonis ſimulachrum hîc non poſitum ſit, quàm cur poſitum ſit. Neminem præterea bonum ciuem
Cato haud ſanè detrectator laudum ſuarum. Liuius. laudari ac celebrari paſſus eſt, niſi id communi utilitati coniunctum eſſet. Plurimùm uerò, præter cæteros, de ſeipſo prædicauit: cui magno illud argumento eſt, quòd qui in uita de officio defeciſſent, ſiquando reprehenderentur, eos minimè uituperatione dignos, quia Catones non eſſent, dicere ſolitum referũt. Illos etiam qui eius acta, nec magna cura, nec ſingulari diligentia imitari conarentur, ſiniſtros Catones appellare. Vniuerſum ſenatum periculoſis reipub. temporibus, in ſe, ut in ſæua tempeſtate uectores in gubernatorem, oculos conuertere. Quapropter eo abſente, res grauiſſi- 49
mæ ſæpe in aliud tempus prorogari. Quæ non ſolùm ſuo, ſed aliorum quoque teſtimonio uera fuiſſe conſtat. In ciuitate igitur cùm uitæ inſtitutione, eloquentia, ætate
Vita priuata. multùm anteiret, magnos honores ac ſingularem dignitatem conſequutus eſt. Fuit bonus in liberos parens, in uxorem maritus frugi, & rei pecuniariæ procurator non uulgaris. Nanque huiuſmodi curas cogitationéſque, non perinde ac paruas & humiles, à ſe alienas iudicauit. Quamobrem oportere arbitror, ut quæcũque de his ab ipſo
Vxor. bene conſtituta ſunt, ſummatim dicam. Fœminam quæ longè magis generis antiquitate, quàm diuitiis polleret, uxorem cepit: quanquam autem utranque grauem & moleſtam cenſeret, tamen honeſto loco natam, natura magis turpitudinem uereri, & ad ea quæ recta eſſent, marito obſequentiorem fore cogitabat. Eos qui uel uxorem uel liberos uerberaſſent, quaſi in ſanctiſſima deorum templa manus intuliſſent, impios eſſe putabat: eúmque maiori laude dignabatur qui bonum maritum ſe gereret,
Laertius li. 2. quàm qui in ordine ſenatorio magnus eſſet. Quocirca Socratis illius priſci nihil amplius admiratus eſt, quàm quòd difficilem & contumacem coniugem, & inſanos liberos nactus, cum eis comiter atque humaniter uixiſſet. Vbi Cato filiolo auctus eſt, niſi reſp. impediméto eſſet, nullum officium ſibi antiquius duxit, quàm ut in tempore quo infans lauaretur, & uelamentis inuolueretur, uiſendi cauſa domum ueniret. Hunc ſuo lacte uxor aluit, quem ut ſeruorum beneuolentia & charitate muniret, ancillarum puellos interdum uberibus ſuis admouit, haud ignara quanta neceſſitudine plerique cibo ſodalitio cõuincti ſint. Cato uerò filium quamprimùm per ætatem in-
Filium inſtituit ipſe. telligere potuit, literis erudiuit, tametſi Chilonem gratiſſimum ſeruum grammaticum haberet, qui tum pluribus pueris ludum aperuerat, indignũ (ut ipſe perhibet) ratus, natũ ſuum, ſi diſcẽdo tardiuſculus eſſet, ab eo qui ſeruiret, reprehendi ac auré diſtorqueri.

51 ſtorqueri. Doctrinæ huius quoq; cauſa, mancipio debere gratias noluit. Ideóque ipſe literarũ præceptor fuit, ipſe leges edocuit, ipſe exercendi corporis magiſter, non modò iaculandi, tractandi arma, equitandi, ſed etiam pugno dimicandi, & caloré & frigus tolerandi, ac rapidos gurgites & aſperrimos fluuios trãſeundi artes inſtruxit. Ipſe etiam propria manu hiſtorias maiuſculis literis exaraſſe teſtatur, ut domi maiorum uirtutis exempla filiolo uſui & adiumẽto forent. A uerborum turpitudine, præſente puero, ſic tempetauit, quaſi Veſtalibus uirginibus arbitris loquuturus eſſet. Nec cũ eo unquam lauit, id quod à Romanis factitatum eſt. Generos enim cum ſoceris balneum ingredi uitio dabant, quoniam membrorum nudationem inſpectantibus illis cum decore fieri non poſſe iudicarent. Poſtea cùm à Græcis Romani nudari didi-
52 ciſſent, ipſi ſubinde Græcos, ut id cum uxoribus uſurparent, docuerunt. Omnia igitur quæ ad ingenium & ſolertiam pertinerent, Cato qui filium perinde ac pulcherrimũ quoddam opus ad uirtutem formabat ac effigiabat, ex ſententia perfecit. Cùm uerò corpus natura mollius quàm ut laboribus ſufficere poſſet, appareret, ſtrictè ac caſtigatè leges uiuendi ei remiſit. Qui quanquam natura talis eſſet, ſtudio tamen & induſtria adeò in re militari ſtrenuus fuit, ut in ea pugnã qua Pauli Aemilij auſpiciis aduerſus Perſeum dimicatũ eſt, maxima cum laude certauerit. Vbi cum ictu pugio reiectus ob ſudorem manu excidiſſet, mœrore affectus ad familiares ac contubernales conuerſus, inclamitans cum eis in confertiſſimos hoſtes ſe coniecit. Tum magna dimicatione, magna ui, nudato loco, inter armorum & cadauerum quæ utrinque ceciderant aceruum, gladium uix inuenit. Hæc cùm Paulus imperator animaduertiſſet, magna cum admiratione delectatus eſt. Quædã inſuper Catonis ad filium extat epiſtola, in qua eius cupiditatem ac uehemens in enſe recipiendo ſtudium magnopere
53 laudat. Hic adhuc adoleſcens Tertiam Pauli Aemilij filiam, Scipionis ſororem cepit uxorem, cùm non tam patris dignitate, quàm ſua ſingulari uirtute, clariſſimę adeò gentis affinitatem ſibi comparaſſet. Talis denique uir fuit, ut ſedulitas, induſtria, diligentia, quibus eum pater excoluit, ipſius expectationi reſpondiſſe uideatur. Multos ſeruos Cato ex captiuis emit, pueros præſertim, ut aptius & facilius uelut catulos & pullos educare ac erudire poſſet. Hos ſic inſtitutos accipio, ut minimè alienam domũ *Diſciplina ſeruorum.*
niſi Catonis aut uxoris iuſſu introirent. A quibus cùm quæreretur, quidnam Cato faceret, nihil, niſi neſcire ſe, reſpõdebãt. Oportebat (ut ſibi perſuaſerat) ſeruos domi uel aliquod neceſſariũ munus obire, uel quiete corpus reficere. Quapropter eis magnopere delectari ſolitus eſt, quos ſomno deditos uideret, quòd ipſos máſuetiores & præ-
54 ſtantiores futuros, q̃ multis uigiliis affectos putaret. Seruos cõgreſſus & coitus cauſa in grauiſſima facinora illabi ratus, ſtatuit ut definito ære, cum ancillis cõgredi poſſent: cum cæteris autem mulieribus ne liceret, interdixit. Horum ineuriã atque imprudẽtiam in his quæ ad cibum ſpectaret, initio cùm tenuis adhuc & inops militaret, moleſtè nunquam tulit. Indecorũ enim, uentris aut gulæ cauſa graues lites & controuerſias cum pueris & miniſtris habere aiebat. Poſtea uerò fortunis auctus, cùm amicorũ & collegarum conuiuium celebraret, continuò poſt cœnam eos loro caſtigauit, qui ab obſequio aut apparatu per negligentiam defuiſſent. Præterea quò mutuæ ſemper inter ipſos ſeditiones eſſent, efficiebat, quòd illorum uoluntatem animorúmque cõ-
ſenſum & ſuſpectum haberet, & maiorem in modum formidaret. De ſeruis qui capitalis noxæ rei eſſent, præſentibus cæteris iudicium agi, & de damnatis ſupplicium ſumi
55 uoluit. Dum accuratiſſimè prouentus ad intentiſſimam formam referret, agricultu-
ram * delectationem potius quàm fructum æſtimabat. Vt autem tuto in loco fortũ- *Διαγωγὴν
nas ſuas collocaret, paludes, lacus, aquas calidas, loca, fullonariæ accommodata, prędia quæ cùm opere ruſtico facilè colerentur, cum ſua ſponte ſyluis & pabulationibus referta eſſent, comparabat, ex quibus multùm pecuniarum caperet, eíſque Iupiter (ut ipſe dicere ſolebat) nocere nõ poſſet. In re nautica eo fœnore utebatur, quod in primis

reprehenſum eſt. Iubebat enim quibus mutuò dederat, ut multos communiter in ſocietatem aſciſcerent, qui quinquaginta numero facti, totidem diſpertiti nauibus, ipſe extra uſuram partem unam per Quintium libertũ capiebat, qui cum iis qui fœnori obnoxij erant, enauigabat. Erat enim haud uniuerſam in ſortẽ, ſed magno cum emolumento paruam in rem diſcrimen. Seruis etiam lucri cupidis argentum præbebat ut pueros emerent, quos impenſa Catonis educatos ac inſtructos poſt annum uenundabant. Ex his Cato complures detinuit, pretio quantum qui maximo emiſſet ſupputando. Cùm huiuſcemodi quæſtus ſtudium filio perſuadere conaretur, non uiri, uerùm uiduæ mulieris eſſe dixit, extenuatas facultates dimittere. Illud autem longè magis eius animi uehementiam declarat, quòd illum hominem admirabilem ad gloriam, ac diuinum appellauit, qui rationes ſuas ampliores quàm accepiſſet, relinqueret. Ea tempeſtate qua Cato iam grandis natu erat, Carneades Academicus & Diogenes Stoicus philoſophus legati Athenis Romam uenere, ut Athenienſium ciuitatem quingentis talentis, quibus Cecropiorum poſtulatione, à Sicyoniis indicta cauſa mulctata fuerat, liberarent. Mox adoleſcentes huiuſcemodi legatos uiſendi & ſalutandi gratia frequentes conuenerunt, quos cùm diſputantibus interfuiſſent, laudibus & admiratione extollebant. Carneades præcipuè gratioſus habitus eſt, in quo ſic ſumma uirtus cum ſumma æſtimatione iungebatur, ut maxima comitate deuinctis auditoribus, quemadmodum ſpiritu, ſic rumore ciuitas ſubitò compleretur, unius græci hominis eloquentia pariter ac ſapientia ſingulos demulceri ac teneri, & incredibili quodam ſtudio iuuentutem, cunctis poſthabitis uoluptatibus ac reliquis exercitationibus, quaſi diuinitus afflatam ad philoſophiam conuerti. Quod cùm cæteris Romanis iucundum ſpectaculum eſſet, quandò complures adoleſcentes optimis græcis artibus eruditi, & cum ſpectatiſſimis uiris uerſari cernerent, principio ipſe Cato huiuſcemodi doctrinæ ſtudiis uniuerſam ciuitatem abundare grauiter ferebat. Verebatur enim ne ad hanc humanitatem conuerſa iuuentus, ſic dicendi laude duceretur, ut rerum gerendarum ac militiæ gloriam contemneret. Vbi uerò philoſophorum nomen paſſim per urbem celebrari cœptum eſſet, & uir clariſſimus C. Attilius magno ſtudio exorato ſenatu, primam eorum orationem uerbis latinis interpretatus eſſet, Cato ſecum ſtatuit, uniuerſos philoſophos quadam honeſtatis ſpecie Roma dimitti. Quocirca in curiam ueniens primoribus patrum grauiter queſtus eſt, quòd diuturno tempore infecta re legati in urbe ſedeant, qui tanto ingenio, tanta facultate dicendi ſunt, ut facilè quæcunque uelint perſuadeant. Quamobrem reipub. ſaluti conducere quoddam ſenatuſconſultum maturè decerni, quò hinc abeuntes ad ſcholas reuertantur, ubi liberos Græcorum ſuis artibus inſtituant, Romani uerò adoleſcentes more maiorum legibus & principibus obediant. Huius ſententiæ author fuit Cato, non quia Carneadi (ut nonnulli ſuſpicabantur) infenſus eſſet, ſed quia philoſophiæ penitus aduerſus, omnem græcam doctrinam, quantùm in ipſo erat, inſectabatur. Quippe cùm Socratem loquacem & uiolentum hominem appellaret, qui cùm in patria ſua plus poſſe quàm leges paterentur affectaret, priſcos mores ac ueteres conſuetudines antiquare, ciuéſque ſuos ad contrarias priſtinis inſtitutis opiniones traducere molitus eſt. In Iſocratem inuectus, eius in ſcholis diſcipulos conſeneſcere aiebat, ut apud infetos cauſas quas in fidem ſuam recepiſſent, patrocinio tuerentur. Ad hæc cùm Græcorum ſtudia ad filium maledictis inceſſeret, qui curam & uigilantiam ad græcas artes contulerat, grauiori ſono uocis, quàm ſibi per ſenectutem liceret, quaſi numine afflatus oraculum ederet, Romanos tunc imperio ſpoliatum iri dixit, cùm ſe græcis literis dediſſent. Cæterùm hæc ipſius maledicta falſa atque inania fuiſſe, conſequens tempus oſtendit: in quo cùm ciuitas rebus geſtis ampliſſima facta eſſet, omni commẽdatione humanitatis græcarum diſciplinarum etiam atq; etiã infloruit. Nec græcos philoſophos ſolùm Romæ, uerùm medicos

medicos odio & ſuſpicione proſequutus eſt. Cúmque illud Hippocratis audiſſet, qui à rege Perſarũ multorum pollicitatione talentorum accitus, nunquam barbaris Græcorum hoſtibus ſui facultatẽ facturum dixerat: Hoc, inquit, cõmune medicorũ iuſiurandum eſt. Quapropter filium aſſiduè iuſſit tales homines declinare, ſcriptũ apud ſe commentarium eſſe dicens, quo pacto uel incolumis ſeruari, uel ægritudine liberari poſſet. Si quis ex familia aduerſa ualetudine laboraret, neminẽ unquam per inediam ſeruaret: at oleribus, & leuiſſima, uelut anatũ, palumborũ, ac leporis carne domeſticos infirmos aleret. Hæc enim cum coctu facilia ſtomacho ſint, ægrotis conferre, niſi quòd manducantes per mille ſomniorũ ſpecies uerſari cõtingat: hac itaq; ipſa uiuendi ratione fretũ, cùm ipſum quidẽ optimè ualiturũ, & ſuos incolumes aliquãdiu conſeruaturũ. Sibi tamen non parum inuidiæ conflauit, dum uxorem & filium perdidiſſet. Ipſe uerò corpus robore firmiſſimum nactus, adeò proſpera ualetudine diutiſſimè fuit, ut etiam grandæuus mulieri magnopere congrederetur, & huiuſcemodi cauſa, præter ætatem, uxorem ceperit. Nam ubi Pauli filiam, Scipionis ſororẽ filio cõiugem dedit, ipſe uxore deſtitutus cuiuſdam puellæ coitu quæ ad eum uentitabat, utebatur. Id facilè per anguſtias domus perceptum eſt. Filius cùm mulierculam impudẽtius ac tumultuoſius ad patris thalamum profectam intellexiſſet, uerbum nullum fecit, ſed quaſi rei turpitudine affectus, grauius in eam oculos coniecit. Quod ſimulac cognouit Cato, nulla ex parte queſtus, uultu ac fronte nullum ueſtigium doloris expreſſit. Cæterùm cùm ex more grege amicorum ſtipatus in forum deſcenderet, à Salonio ſcriba, qui cum cæteris eum domo deducebat, magna uoce accito, ſciſcitatus eſt, utrũ filiolam marito collocaſſet: quo nihil adhuc actum eſſe, nec ſe niſi ex conſilio ipſius facturum reſpondente, Videor, inquit, idoneum tibi generum inueniſſe, cuius niſi grandiorem ætatem repudies, cætera (ut ſpero) facilè probabis. Tum Salonius Catonem cohortatus eſt, quò puellæ* cogitationem ſuſciperet, & arbitratu ſuo collocaret: quę in clientelam ipſius recepta, gratia, fide, opera eius indigebat. Nihil tardatus Cato, ſe eam ſibi coniugem expetere indicauit. Quocirca Salonius primùm non minus obſtupuit, quàm poſtea lætatus eſt. Catonis enim ætas annis iam grauis, & familiæ dignitas, quæ conſulares ac triumphales imagines præferret, à puellæ ſuæ nuptiis aliena uidebantur. Verùm Catonem ſeriò loquutum perſpiciens, libenter ei filiam deſpondit. Deinde in forum procedentes, mox ſponſalia ritè fecerunt. Hæc res ubi ad Catonem filium perlata eſt, accerſitis ſociis patrem conuenit, rogauítque, num qua in re offenſus, indignabundus ſibi nouercam induxiſſet. Cui Cato: Meliora dic, inquit, fili chariſſime. Omnia ſanè tua, iucunditate me quadam afficiunt, & quod tibi ſuccenſeam nihil eſt: ſed huius rei conſiliũ cepi, cùm multos mihi quidem natos, patriæ uerò tibi perſimiles ciues relinquere cuperem. Hac ratione ſuperiore tempore Piſiſtratus Athenienſium tyrannus (quemadmodum literis proditum eſt) pubeſcentibus iam liberis Argolicam ſuperinduxit coniugem Timonaſſam, ex qua Iophon & Theſſalus editi ſunt. Ex his nuptiis Catoni filius ex matre cognomento Salonius ortus eſt. Alter uerò maior natu cùm imperatorem gereret, extremum obiit uitæ diem: cuius ut uiri optimi Cato pater ſæpe ſuis in libris meminit. Huius mortem modeſtè ac ſapienter tulit, & conſequenti tempore nihilominus reip. intentus fuit. Nec enim ut L. Lucullus pòſt, & Metellus Pius, onere iam urgentis ſenectutis ſę à communibus muneribus, uelut graui aliquo miniſterio abdicauit. Nec ut antea Scipio Aphricanus liuore, quem in ſe maximarum rerum geſtarum gloria conflauerat, permutato uiuendi ordine, rebus urbanis prætermiſſis, reliquum ætatis in otio egit. Cęterùm ſicut Dionyſius tyrannidem honeſtiſſimas exequias, ita Cato decoram ætatis iam ſeneſcentis occupationem reip. ratus, laxamentis & quibuſdam quaſi iocis in contexendis libris, & agricultura, quotieſcunque ſibi uacuum tempus daretur, utebatur. Varios & ſermones & hiſtorias conſcripſit, reíque ruſticæ curam ac ſtudiũ adhibuit.

* φερνάζετο.

Secũda uxor. Gell. lib. 13. cap. 18.

Plutarchus in apophtheg.

Antequam uirilem togam ſuſciperet, duobus duntaxat prouentibus, agricultura ſcilicet, & parſimonia uſum ſe refert. Tunc ex urbe in uillam ſe recipiens, rationibus & ſtudiis ſuis conſuluit. De agricultura quoque librum edidit, in quo de placentis conficiundis, & aſſeruandis fructibus pleraque ſcripta ſunt. Quo in loco adeò laudis auidus uiſus eſt, ut in ſingulis proprius, elegans, copioſus eſſe uoluerit. In agro 65
quoque abundantes cœnas inſtituit, uicanos & accolas æquales & familiariſſimos ſuos paſſim conuiuas habuit. Cuius conſuetudo non modò coætaneis comis, uerumetiam adoleſcentibus grata & iucunda fuit, ut qui per longam experiẽtiam multis in rebus & memoratu dignis ſermonibus obſeruaretur. Ipſe menſam maximè amicorũ parentem atque procreatricem exiſtimauit, ubi ciues bene de repub. meritos oratione ac prædicatione ornare ac celebrare cõſueuit, cunctos autem obliterare, quos improbos uel inutiles iudicaſſet. Id adeò diligẽter à Catone uſitatum eſt, ut nullum eorum uel laudi uel uituperationi aditum ad conuiuium præſtiterit. Extremũ quod in rep. fecit opus, Carthaginis euerſio ac deſolatio fuit. Hanc etſi manu & opere Scipio minor exciderit, conſilio tamen & ſententia Catonis aduerſus eam ex huiuſcemodi
cauſa bellum ſuſceptum eſt. Is ad Carthaginienſes & Maſiniſſam Numidiæ regẽ armis inter ſe diſceptantes miſſus eſt, ut controuerſiarum cauſas inſpiceret. Maſiniſſa 66
quidem ab initio populi Rom. ſtudioſus erat, Carthaginienſes uerò poſt cladem qua à Scipione duce fuerãt uicti, graui ſtipẽdio mulctati, & imperio exuti, inducias agebant. Ciuitatem itaque præter ſenatus expectationem, nec multis affectam incommodis, nec humiliatam inuenit: at militari iuuentute, diuitiis, armis, bellico apparatu florẽtiſſimam, & moderatum nihil animo uerſantem offendit. Quapropter haud tempus eſſe putauit Romanos de Numidarum aut Maſiniſſæ fortunis ac legibus decernere: niſi enim urbem antea inimiciſſimam, iam uerò copiis ſuis auctam & ad defectionem ſuſpenſam, ſummis uiribus opprimant, futurum ut æquè grauia pericula
denuo Romani incurrant. Magno igitur ſtudio reuerſus docuit ſenatum ſuperioribus cladibus Carthaginienſes prudentiores, quàm infirmiores eſſe, nec tam armis 67
debilitatos, quàm bellicis artibus inſtructiores factos eſſe. Bellum Numidicum Romano quoddam præludium extare. Pacem atque inducias duelli prorogationem rectius appellari poſſe, ad quod gerendum nihil præter tempus expectari. Aphricanas ſubinde ficus, quas clanculum ſubter togam de induſtria detulerat, palàm oſtendit. Quarum magnitudo ac pulchritudo cùm admirationi multis eſſet, Fundus, inquit, ex quo hæc lecta ſunt poma, trium dierum nauigatione ab urbe Romana diſtat. Illud uehementius cùm de totius ſumma rei ſententiam diceret, acclamaſſe fertur: E repub. mihi uidetur Carthaginem deleri. A quo quidem cùm P. Scipio Naſica diſſentiret, perrexit in hunc modum contrariam ſententiam tueri, ut ſemper haberet in ore: E repub. mihi uidetur Carthaginem non deleri, potiſſimùm quoniam populus Romanus ob felicitatem elatus & inſolens, per multa iam flagitia contineri non poſſet, qui ſecundiſſimis adeò rebus fungitur, ut quò impetus animorum ferat, eò ui
ac imporentia perueniat. Hunc ergo metum quaſi frẽnum quoddam multitudinis 68
temeritati moderatorem & ſalutarem impendêre cupiebat. Carthaginienſes enim quemadmodum Romanos profligare non poſſent, ſic contemni non debere. Id autem periculoſiſſimum Catoni uiſum eſt, cui ſatis exploratum erat, populum Romanum debacchari, & uariis in erroribus per multam licentiam uerſari, dum ciuitatem magnitudine præſtanti inimiciſſimam haberet, quæ ſuis fracta malis moderatior ingruat. Nec profectò timere non poterat, donec eo in loco reipublicæ ſtatus eſſet, ut quoad domi malè uiueretur, foris terror ſublatus eſſet. Hoc pacto tertij & ultimi belli Punici Cato author fuit, cuius ipſe in principio mortuus eſt, cùm multa ſapienter ac diuinitus de eo uno prędixiſſet, cui potiſſimũ illius urbis excidendę palmã
ſeruari animo multos annos antè præuiderat. Hic tunc erat adoleſcens & tribunus militum. *Mors.*

militum. Profectus tanta prudentiæ ac in dimicando uirtutis ſigna declarauit, ut his 69
Romam perlatis Homericum illud Cato decinerit:

Iſte ſapit ſolus, reliqui uelut umbra uagantur. *Odyſſ. κ.*

Hoc eius oraculum paulò pòſt re ipſa uerißimum fuiſſe Scipio confirmauit. Cato progeniem hanc ſuperſtitem reliquit, unum ſcilicet filium, quem (ut ſuperius dictum eſt) ex poſteriore uxore natum, cognomẽto Salonium appellauit, unumque ex defuncto filio nepotem. Salonius quidem dum imperator eſſet, mortem obiit. Eius filius Marcus conſularem dignitatem adminiſtrauit. Iſte Catonis Philoſophi uirtute ac gloria ætate ſua clariſſimi auus fuit.

COMPARATIO ARISTIDIS AD CATONEM SENIOREM.

VM de his quæ mentione digna uidebãtur expoſuerimus, ſi totã unius 70
uitam uniuerſæ alterius conferamus, quoniam multis egregiis in locis pares ſunt, quibus in rebus uarietas ac diſſimilitudo ſit, difficilè percipiemus. Si utrãque particulatim, quaſi carmẽ aut pictam tabulã ſyncero & ſubtili iudicio diſcernere uoluerimus, diſpiciemus eſſe utrique commune, quòd ſua uirtute, ſuis optimis inſtitutis innixi, magna cũ gloria ad remp. acceſſerunt, quanquã nec maiorũ ſplendor, nec externarũ rerum facilitas eos promo- *Origo.*
ueret. Ariſtides, ut nobis cõiectura colligere licet, cùm necdum Athenæ magnopere creuiſſent, & opes ciuitatis mediocritatẽ æqualitatémq; ſeruarent, factionũ principibus & imperatoribus obſiſtens, clarus ac ſpectatus ciuis factus eſt. Eo ſanè tempore
71 quo florere in rep. cœpit, quingẽtùm medimnùm cẽſus maximus erat. Secũdus autẽ trecentùm equeſtris ordinis hominibus, tertius & extremus ducentùm fuit, his quos ζευγίτας appellabant, attributus. Cæterùm Cato cùm paruo ex municipio & ruſticana uiuendi conſuetudine in uaſtum quaſi pelagus ſe immitteret, rem Romanã ingreſſus eſt, quæ tunc haudquaquã ut patrum memoria, Curios, Fabritios, Hoſtilios, ex agris duces deligebat, nec inopes & operarios ab aratro & ligone primores & primarios ciues in curiam accerſebat: uerùm quæ generis nobilitatẽ, diuitias, largitiones, ambitionem more ſuo magnificiebat, & tumore iam & imperio freta, candidatorũ ſtudio per faſtidium quoddam delectabatur. Haud ſimile fuit Themiſtoclem inimicũ
72 habuiſſe, qui minimè ſplendore generis clarus mediocribus fortunis nitebatur. Tria enim, uel quinque ſummum, talentùm poſſediſſe traditur, cùm initio ad rempub. ſe cõiecit, & cum Scipionibus Aphricanis, Seruiis Galbis, Quintiis Flaminiis pro ſummo loco ciuitatis iniiſſe certamẽ, cui nihil mométi, nihil facilitatis, niſi iuſtitiæ cauſa, & loquendi libertas aditum daret. Ariſtides quoque Marathone, & rurſus Platæis *Dignitates.*
unus ex decem imperatoribus deſignatus fuit. Cęterùm Cato ſecundus conſul, & aduerſis ac refragantibus multis, præteritis ſeptem clariſſimis & nobiliſſimis uiris competitoribus, ſecundus cenſor factus eſt. Ariſtides nulla in re quæ magnificè geſta ſit, *Res geſtæ.*
primas partes habuit. Miltiades enim apud Marathonẽ, apud Salaminã Themiſtocles princeps fuit. Apud Platæas Pauſanias (ut refert Herodotus) omniũ pulcherrimã uictoriam uicit. Cum Ariſtide autẽ de ſecundis etiam Sophanes, Aminiæ, Callimachi & Cynægiri diſceptant, qui in his certaminibus fortiter ac ſtrenuè depugnauerunt. Cato uerò non ſolùm cum imperio in Hiſpania conſul, & manu & prudentia
73 cæteris anteire iudicatus eſt, ſed etiam tribunus militum circa Thermopylas alterius auſpiciis uictoriæ gloriam adeptus eſt, cùm Romanis aduerſus Antiochum magna clauſta recluſerit, & aduerſus regem, qui ſolùm ante ſe proſpectabat, à tergo partem exercitus clàm circunducens oppugnauerit. Ea enim uictoria, quæ ſine controuerſia Catonis opus fuit, Græcia excedere coegit Aſiã, in quã item Scipioni patefecit aditũ. Bellicis in rebus ambo foris inuicti fuere, ſed in rep. domi non ſic. Ariſtides enim à *Fortuna.*

Themiſtocle urbe eiectus exulauit. Cato uerò tametſi cunctos potentiſſimos & primarios ciues inimicos haberet, uſque ad ſenectutem uelut athleta decertans, omni ſe caſu & calamitate uacuum liberúmque ſeruauit, cùm ſæpiſſimè publicis in iudiciis aduerſarios accuſaſſet, ac pro ſe quoque cauſas dixiſſet. Multos quidem oppreſſit, ipſe 74
uerò exiſtimatione uitæ ſuæ optimè inſtitutæ, ac eloquentia commodiſſimo ad res tranſigendas inſtrumento munitus, ab omnibus accuſationibus abſolutus eſt. Quare quidem iuſtis de cauſis longè magis caſu aut fortuna factum eſſe quis dixerit, ne quid ei præter ſuam dignitatem accideret. Præclarum hoc uel Antipatri teſtimonio, qui Ariſtotelem philoſophum uita iam functum, præter cætera perſuadendi uim habuiſſe perſcripſit. Nullam perfectiorem uirtutem quàm ciuilem conſequi mortales poſſe, certum eſt: cuius non parua pars à multis authoribus ratio rei familiaris ponitur. Ciuitas enim quædam domiciliorum conſtitutio eſt. Hæc cùm ſit caput, moribus ciuium bene compoſitis publicis in rebus uires ac robur capit. Hinc Lycurgus argenti & auri quicquid Lacedæmone fuit abigens ac exterminans, uſu ferrei numi igne deprauati introducto, ciues cura domeſtica minimè liberauit, ſed præter cæteros legiſlatores proſpexit, ut omnes, deliciis, ſimultatibus, diuitiarum affectionibus circunciſis, ea, quæ ad neceſſitatem & commoditatem uitæ conducerent, facilè conſequerentur. Pauperem etiam ſine laribus, ſine penatibus, & mendicum familiarem 75
plus in repub. quàm opulentum & inſolentem timendum eſſe iudicauit. Cato itaque tantùm in hoc genere ualuit, ut non minus prudenter & accuratè priuatis negotiis, quàm publicis præfuiſſe cenſeatur. Nam & fortunas ſuas ampliores fecit, & pleriſque in primis utilibus unum in locũ quaſi ſub uno aſpectu poſitis, de re domeſtica & ruſtica poſteris præceptionem reliquit. Cæterùm Ariſtides tenuiter uiuens, æquitatem ac iuſtitiam falſis criminibus ſubiecit, cùm eam domorum perniciem & mendicitatis parentem appellaret, cæteriſque potius, quàm his in quibus eſſet, commodam putaret. Multa tamen ab Heſiodo, ut nos ad iuſtitiam pariter ac ad diligentem rei domeſticæ rationem cohortaretur, dicta ſunt: & in ſegnitiem, ac omni opere liberam uacationem, uelut iniuriæ principium, acriter inuectus eſt. Vnde præclarè in hunc modum Homerus ſcripſit:

Ὀδυσσ. ξ. 76
Non mi operis ſtudium aut augendi cura peculi,
Quo pulchros alerem natos: ego ſemper amaui
Remigio celeres undis agitare carinas.
Prælia cum iaculis colui uolucréſque ſagittas.

quaſi domeſticę facultatis ſecuros ac negligentes, per iniuriam fieri diuites admoneret. Nam ut phyſicis placet, nihil oleo ſi corporibus exterius admouetur, ſalutarius: ſi interius, nihil perniciоſius eſt. Sic iuſtos aiunt cæteris omnibus emolumẽto eſſe, cùm ſibi ac ſuis facultatibus per incuriam detrimento ſint. Hac re ciuilis Ariſtidis dignitas poſteris eius interciſa fuit, ſi, quemadmodum à multis proditum eſt, neque de dote filiabus, neque de funere ſibi relinquendo cogitauit. Econtrà Cato, cuius domus ad quartum uſque genus Romæ imperatores & conſules edidit. Eius enim nepotes ac pronepotes ſummis magiſtratibus functi ſunt. Ariſtidis autem, qui Græcorũ prin- 77
ceps fuit, ſtirpẽ ingens paupertas partim ad coniectorias tabulas reiecit, partim cum extremæ mendicitatis onus ferre non poſſent, ad ciuitatis largitionem ſupplices manus ſubiicere coegit. Quo factum eſt, ut occaſione è medio ſublata, nihil à poſteris ſuis ſplendidè, nihil magnificè geſtum ſit. Aut quid ſi hoc totum in cõtrouerſiam uocaretur? Paupertas quidem per ſeipſam nulli turpitudini coniungitur: quòd ſi negligentiæ, intemperantiæ, luxus, imprudentiæ ſpeciem præ ſe ferat, probro ac uituperatione non uacat. Cæterùm in uiro modeſto, induſtrio, iuſto ac forti, qui omni cum laude in repub. uerſetur, graue magnitudinis animi teſtimonium eſt. Quis enim putat magnas res poſſe conficere, qui in humiles cogitationes animum demittit? Nec profectò

Rei familiaris ratio an habenda ſit.

Domum ut uterque adminiſtrauerit.

78 profectò multos iuuabit indigentes, qui multis indigeat. Ego magni momenti uiaticum in rep. non diuitias, ſed * per ſe ſufficientiam exiſtimo: quæ quia luxurioſum omnem apparatum repudiat, nullius uoluptatis cauſa grauiſſimum ciuitatis munus intermittit. Deus ſiquidem nulla re ſimpliciter eget. Hinc illam hominis uirtutem, cui minimùm alterius acceſſio neceſſaria eſt, perfectiſſimã ac diuiniſſimã putamus. Nam ut corpori optima ualetudine temperato, nec luxurioſo ueſtitu, nec deliciis opus eſt: ſic uita & domus quæ bene ualent, non exquiſitis, ſed uilibus copiis contentæ ſunt. Neceſſitatis enim rationem habere pro facultatibus oportet. Veluti ſi quis plurimas opes cumulat, cùm pauciſſimis utatur, ei & multa deeſſe conſtat: uerùm ſiue non utitur apparatu rerum quas appetit, uanus eſt: ſiue appetit, obſtat autem per auari-
79 tiam ſibi quo minus fruatur, miſer. Ideóque libenter à Catone quærerem: Si diuitiæ in uſum aliquem referuntur, quodnam ei ornamentum attuliſſent, qui in maxima copia mediocriter ac tenuiter uixit? Si uerò (quemadmodum par eſt) in primis ſplendidum putamus quocunque pane contentum eſſe, & eo uino uti, quod operariis & ſeruis commune ſit, nec purpura nec tectorio domus egere, nihil horum Ariſtides, nihil Epaminondas, nihil M. Curius, nihil C. Fabritius, quod natura poſtularet, reliquere, ſed ea poſſidere noluerunt, quorum uſum improbarẽt. Quid opus tanta cura, tanta uigilantia, tot unius aſſis cauſa loqui & ſcribere, quo pacto quis breui locuples fiat, ei qui ſic frugi ſit, ut & obſonium ſibi iucundiſſimum rapis manu ſua appararet, & eius uxor pinſendi munus à ſua dignitate alienum non putaret? Non ab re frugalitas per ſeipſam plurimùm poſſe fertur, qua fit ut ſuperuacanearum rerum appetitu &
80 cogitatione liberemur. Quapropter Ariſtidem in Calliæ iudicio dixiſſe perhibent, eos probè paupertate erubeſcere, qui præter uoluntatem pauperes eſſent: qui autem ex ſententia, ut ipſe, optimo iure gloriari. Ariſtidis profectò tenuitatem in deſidiam referre ridiculum eſt: qui non modò ſi quicquam turpe aut indecorum perpetraſſet, uerùm ſi barbarum unum ſpoliaſſet, aut unum hoſtium tabernaculum iuri ſuo uendicaſſet, facilè locupletari potuiſſet. Hæc hactenus. M. Catonis imperia maximis rebus nullum ferme momentum attulerunt. Ariſtide uerò rem gerente, Marathon, Salamina, Platææ, pulchritudine, ſplendore, magnitudine inter res à Græcia magnificentiſſimè geſtas, facilè ſibi principatum obtinuere. Nec Antiochus dignus eſt qui cum Xerxe conferatur: nec urbium cis Iberum mœnia ſolo æquata, cum tot myria-
81 dibus, qui pedeſtribus naualibúſue pugnis ceciderunt, comparanda ſunt. In quibus Ariſtides nulli uirtute ſecundus fuit, ſed gloriam & coronas quemadmodum diuitias aſpernatus, facilè laudis cupidis conceſſit, quibus omnibus ſine dubitatione anterioribat. Catonem equidem non accuſo, qui primum ſibi locum in omni genere uirtutis attribuit, cùm ipſe in quadam oratione, ſeipſum collaudare non minus deforme eſſe, quàm uituperare, demõſtrauerit. Quæ cùm ita ſint, eius, qui, ut alterius teſtimonio laudetur, non indiget, uirtus meo iudicio perfectior eſt, quàm qui ſeipſum laudibus effert ac prædicat. Nam ut hi qui à ſtudio ambitionis remoti ſunt, honeſtiſſimum præſidium & non mediocre ad ciuile ac facile uiuendi genus uiaticum adepti ſunt: ſic qui honoris cõtentioni ac cupiditati conflictantur, difficiles extant. Quæ res omnium maximè liuorem atque inuidiã parit. A quo alter prorſus liber fuit, alter
82 ſatis ſupérq; laborauit. Ariſtides quidẽ Themiſtoclis maximis in rebus ſocius & adiutor fuit, eiúſque principatũ ac dignitatem quaſi ſtipator quidam tutatus, Athenas erexit. Cato uerò Scipioni refragatus, illius aduerſus Carthaginienſes imperium penè ſubuertit atq; labefactauit, quo Annibalem inuictum uicit & profligauit. Multas denique calumnias commentatus, eum de ciuitate eiecit, & L. fratrem turpiſſima repetundarum mulcta circũuenit. Continentiã autem à Catone plurimis & pulcherrimis laudationibus exornatam, Ariſtides puram & immaculatã omni ex parte ſeruauit. Cæterùm Catonis nuptiæ præter ætatem ac dignitatem ſuam celebratæ, nec exi-

* αὐτάρκειαν.

Geſtorum utrius maior utilitas.

guas,nec leues ei maculas aſperſerunt. Nam ualde indecorum uidebatur, quòd iam grandæuus adoleſcenti filio & nurui, clientis qui magiſtratui ſeruiens publicè mercedem merebatur,filiam uxorem adduxiſſet.Verùm ſiue uoluptatis cauſa fecerit, ſiue ſcorti gratia ira percitus filio ſuccenſuerit, & res ipſa & occaſio turpitudini cõiuncta fuit. At ea excuſatio qua per diſſimulationem cum filio utebatur, ueriſimilis non eſt. Si quidẽ tales liberos certo iudicio relinquere cupiebat, initio generoſam fœminam ſibi matrimonio coniugem facere par erat, non autem donec occultũ fuit,cum ea muliere per libidinem congredi,quæ ſibi iure copulata nõ eſſet: Quod ubi perſpicuum factum eſt,ſocerum ſibi fecit eum, cui facillimè dicto ſuo parẽre, non autem præſtantiſſimum generum deligere propoſitum fuit.

Paulus Aemilius.

LEONARDO ARETINO INTERPRETE.

VT VITAS ſcribere aggrederer, alij in cauſa fuere: ut porrò perſcriberem,animúmq; iam ad eam rem adhiberem, author etiam egomet mihi fui, ſic in hiſtoria uelut in ſpeculo uitã ad illorũ uirtutes quomodocunque expolire & cõparare conatus. Eſt enim cõuictui & conuerſationi ſimilis res,cùm apud nos ceu diuertentem unumquenque procerum illorum, hiſtoria duce,hoſpitio accipimus,acceptũ contẽplamur, quantus ſit, qualiſque,ex omnibus maximè illuſtria,maximè ſcitu digna decerpẽtes. Quid per immortales,aut iucũdius,aut ad inſtaurandos mores efficacius eſſe poteſt? Democritus igitur curandũ eſſe dicit,quî auſpicata nobis uitæ exempla conquiramus, ac domeſticis propẽque ſumptis, & frugi magis,quàm prauis infauſtiſq; proficiamus,dogmate nõ ſano,ſed quod in innumerabiles nos ſuperſtitiones abducat,in philoſophiã illato. Nos uerò in hoc hiſtoriæ ſtudio & lectionis uſu ſic nos comparemus,ut impreſſa ſemper probatiſſimorum optimorũq; uirorum animis noſtris memoria,ſi quid prauũ,aut uitioſum,aut illiberale nobis eorũ, quibus cum neceſſariò agemus,obtulerit cõgreſſus, id expellere & profligare ſenſim placidéque,mente noſtra ad pulcherrima uirtutũ exempla reuocata,queamus: quãlia tibi nunc Timoleonis Corinthij,& Aemilij Pauli uitam paramus,uirorum nõ ſolùm inſtitutis,ſed animi dotibus ſimilium, & in quibus dubiũ ſit, magísne fortuna an prudẽtia,præclaras res geſſerint.Aemiliorum familiam in urbe Roma patritiam ſanè ac uetuſtam fuiſſe plurimi tradunt.quòd uerò primus qui nomen ei familiæ reliquit,M.Aemilius propter ſermonis lepiditatem,quam αἰμυλίαν Græci uocãt, appellatus,Pythagoræ philoſophi puer fuerit, nonnulli ex iis tradunt,qui doctrinam Numæ Pompilij regis in Pythagoram authorem referunt. Ex hac igitur familia multi præſtantes uiri & claritatem aſſequuti,uirtutem feliciter adamarunt.Sed L. Pauli aduerſa apud Cannas fortuna prudentiam ac fortitudinem eius oſtendit.Nam poſtquã collegam ſuum à conſilio dimicandi remouere ſuadendo non potuit, inuitus licet, pugnæ quidem particeps, fugæ uerò nequaquam particeps, ſed authore periculi ac pugnæ fugam arripiente, ipſe manens aduerſus hoſtes pugnando interiit. Hic filios habuit Aemiliã,quæ Scipioni Magno nupta fuit,& Paulum de quo hæc ſcribimus, qui in ætate florenti gloria & uirtute clarorum uirorum effulſit, non ea ſecutus quæ tunc cætera iuuẽtus ſequebatur,nec per eandem uiam ingreſſus. Non enim ſe in cauſis orandis,nec in ſalutãdo ac prenſando homines, quibus artibus plerique fauorem ſibi popularem captabant, cùm tamen ad utrunque foret non ineptus, exercuit: ſed, ut præſtantiorem utique, fortitudinis & integritatis gloriam ſibi quærere ſtuduit.

Primùm

4 Primùm è magiſtratibus ædilitatem petẽs, duodecim competitoribus, quos omnes poſteris temporibus cõſules fuiſſe tradũt,ſuffragiis populi Romani prælatus eſt. Augur deinde factus,ſic patriis moribus intendit,ſic ueterum circa diuina obſeruãtiam diſciplinámq; cognouit, ut nominis & honoris duntaxat gratia concupitum prius, auguratum inter ſupremos magiſtratus habendum oſtenderit, philoſophis aſtipulatus, qui religionem ſcientiã cultus diuini eſſe definiunt. Cuncta enim faciebat cum peritia & ſtudio,eíq; uni rei,cæteris omiſſis,cùm in hoc erat,animum intẽdebat,nihil prætermittens uel addens,ſed & aduerſus collegas ſemper etiã pro minimis inſiſtens,& docens,quòd etſi maximè quis rem diuinam facilẽ exiſtimet, & ſine querela negligentiæ,tamen nequaquã eſſe ferendam ciuitatem, quæ illam negligi patiatur: neminem enim ab initio magno exceſsu rempub.turbare, ſed magnarum rerum cuſtodiam tollere, qui in paruis ac minimis diligentiam abiecit. Eo modo diſciplinæ militaris ac morum cuſtodem & obſeruatorem ſe præſtitit, non gratiam militũ captans in exercitu,nec ut pleriq; illius ætatis homines, ſecundos magiſtratus per gratiam priorum ſibi comparãs, ſed ueluti ſacerdos aliorum ſacrorum circa mores dux & exemplar cuique exiſtens ſic adminiſtrabat, ut ſecundarum partium exiſtimaret, hoſtes uincere,primarum uerò,ciues dirigere.Durante aduerſum Antiochum bello, & peritiſſimis rei militaris hominib.ad illud cõuerſis, alterum ab Heſperia exortum eſt bellum,magnis in Iberia motibus ſuſcitatis.Ad hoc bellum Aemilius miſſus, nõ cum ſex, ut cæteri prætores, ſed cum duodecim ſecuribus, ita ut dignitas conſularis imperio eius ineſſet.Bis ſignis collatis hoſtes ſuperauit,interfecítq; circiter x x x hominum millia:manifeſtéq; apparuit,uictoriam ex induſtria eius partam fuiſſe,habilitate locorum, & tranſitu amnis, facilitatem uincendi militibus præſtantis. Vrbes uerò c c l in deditionem recepit,pacatámq; prouinciam relinquens,ne una quidem drachma ditior quàm profectus fuerat,reuerſus eſt. Erat & in cæteris haudquaquam pecuniarum ſtudioſus,ſed ſumptuoſus ac liberalis: nec multa habebat, ſed cùm dos mulieri reddẽda fuit,uix patrimonium eius ſuffecit. Vxor fuit illi Papyria Mnaſonis uiri conſularis filia,quam poſt longũ coniugij tẽpus repudiauit, licet pulcherrimam ſobolem ex ea ſuſcepiſſet.Hæc enim glorioſiſſimum Scipionem & Maximũ Fabium pepererat. Quæ autẽ cauſa diuortij fuerit, non extat, ſed uidetur aliqua efficax ratio adfuiſſe.Illud autẽ conſtat,cùm amici familiaréſq; diuortium grauiter improbãtes, Aemilio dicerent,Nónne hæc modeſta,nónne formoſa,nónne fœcũda? porrexit ille pedem & calceum oſtendẽs,Nónne pulcher hic calceus,nónne nouus eſt? inquit,ſed nec quiſquam ueſtrum nouit,qua ex parte meum contorquet pedem. Sic enim ſe res habet.Magna quidem plerunq; & manifeſta errata mulierum, cauſam diuortij præſtiterunt. Nonnunquam tamen ex quadam diuerſitate morũ, frequẽtes & paruæ offenſiones latenter exortæ,uiros ab uxoribus alienarunt. Poſt diuortiũ Papyriæ,aliam uxorem accepit,ex qua cùm duos filios ſuſcepiſſet,eos quidem domi habuit,alios uerò duos priores maximis & clariſſimis domibus per adoptionem inſeruit:quorũ maior à Fabio Maximo quinquies conſule,minor à Scipione Aphricano adoptatus,Scipio appellatus eſt. Ex filiabus uerò alteram M. Catonis filius, alteram Elius Tubero uxorem accepit. Erat autẽ Tubero uir optimus, magnæq; in repub.authoritatis, ſed ita tenui patrimonio, ut ſex & decẽ uiri ex Tuberonum familia omnes ſimul in unis ædibus,& quidem modicis,cum coniugibus & liberis habitarent. In has ædes Pauli Aemilij bis conſularis & triumphalis filia deducta eſt,in eíſq; habitauit: nec puduit eam paupertatis uiri,ſed uirtutẽ admirata eſt,per quã pauper erat. At uerò ætatis noſtræ fratres cognatíque,niſi regionibus & fluminibus & muris cõmunia diuidãt,niſi magnis ſpatiis interiacentib.ſeparẽtur,litigare inuicẽ non ceſſant. Hæc ſecum cogitandi conſiderãdíq; facultatẽ hiſtoria præbet,his qui conſiliũ quærunt.Cõſul autem factus Aemilius,bellũ geſſit aduerſus Ligures,homines bellicoſos,& ob uicinitatem

A rẽpublicã quo gradu acceſſerit.

Grauitas ingenij.

Vxor.

Liberi.

Romanorum bellandi peritos. Incolunt enim extremam Italiæ oram, quæ ad Alpes pertinet, ipſarúmq; Alpiũ quantùm Tyrrheno abluitur pelago, & cõtra Libyam cõſurgit, permiſti Gallis & Iberis maritimis: tunc autẽ prędatoriis nauigiis mare uſque ad Herculeas colũnas infeſtabant. Contra eos igitur Aemilius cõſul cum octo millibus militum miſſus. Hac paucitate copiarũ aduerſus triginta millia hoſtium conflixit, eiſq; in fugam uerſis, & intra mœnia cõpulſis, ſpem bonam humanitatis præſtitit: neq; enim uolebant Romani Ligurũ gentem omnino delere, ſed ueluti ſpem ac præſidium aduerſus Gallicos tumultus qui Italiæ continuè imminebant, relinquere. Aemilij igitur fiducia adducti Ligures, naues & oppida illi dederunt. Ipſe uerò diruti mœnibus, nec genere ullo iniuriæ aliter illato, urbes quidẽ reſtituit, naues uerò omnes ademit, nec illius multitudinis nauigiũ ſupra triſcalmũ eis reliquit. Homines autem tam mari quàm terrâ à Liguribus antea captos, ciues peregrinóſq; liberauit. Hæc in primo conſulatu digna memoratu ab eo geſta. Sequenti uerò tempore cùm ſæpius conſulatũ petiſſet, nec ſuffragia ciuium uotis eius reſponderent, quaſi ſpretus ac repulſus, quietẽ ſibi agendam putauit, ſolùm auguriis & erudiendis filiis intẽtus. Docuit autẽ ipſos & Romanam diſciplinã, quam ipſe doctus erat, & græcas inſuper artes: nõ enim ſolùm grammatici, ſophiſtæ, & rhetores, uerumetiam fictores, pictoréſq;, & equorum, canũ uenationúmq; magiſtri circa adoleſcentes uerſabantur. Ipſe uerò pater, niſi quid publici muneris impẽderet, eorũ exercitationib. ſtudiiſq; intererat, miro amore erga natos affectus. Ea tempeſtate bellum aduerſus Perſeum Macedoniæ regem populus Rom. gerebat. Duces uerò ad id bellum miſſos premebat infamia, quòd eorum ignauia imperitiáq; turpiter ac ridiculè res gererent, ſuſtineréntq; potius quàm inferret bellum. Nuper enim Romani Antiochũ ultra Taurum depulſum Syriáque incluſum, quindecim millibus talentis pacem redimere coegerant, ac paulò antè in Theſſalia Philippum profligarãt, & Græciã à dominatu Macedonum liberauerant. Vicerant etiã Annibalẽ, cum quo nullum utique regẽ conferendũ bello exiſtimabant. Non ergo ferendum uidebatur, ut contra Perſeum ex æquo pugnaret, tandiu cum reliquiis profligati patris reſiſtentẽ. Ignorabant enim Macedonicã rem poſt Philippi profligationẽ multò quàm antè fuerat, ualidiorem effectã fuiſſe, de qua altius paulò repetitis rebus pauca narrabo. Antigonus qui inter Alexãdri ſucceſſores potentior fuit, quíq; etiam genere ſibi regium nomen uendicabat, filium habuit Demetrium. Hic Antigonum filium, qui Gonatas cognominatus eſt: ille alterũ Demetrium genuit, qui & ipſe breui tempore regnauit, & filium reliquit Philippum puerum. Veriti igitur principes Macedonũ ne defectu regis turbarentur res, Antigonum nepotem eius qui obierat, induxerunt, traditáq; ei uxore, Philippi matre, primò tutorem & ducem, pòſt ipſius benignitatẽ experti, etiam regem appellarunt. Fuit autem eidem cognomen Doſon, quòd multa promitteret, pauca impleret. Poſt hunc regnãs Philippus ab ipſa adoleſcentia egregiè floruit, fuítq; de illo expectatio, quaſi in antiquum culmen reſtituturus Macedoniam foret, & Romanorum potẽtiam quæ ſuper alias creuerat, depreſſurus. Sed hic ingenti pugna apud Scotuſſam à Q. Flaminio ſuperatus tunc ſeſe contraxit, Romanorúmque poteſtati omnia permittens, mediocri mulcta contentus remanſit. Poſtea uerò pœnitentia ductus, ac exiſtimans Romanorum nutu regnare, captiui delicioſi eſſe potius, quã uiri altè ſentientis & animum habentis, mentẽ ad bellũ cõuertit, clámq; & aſtutè rem præparauit. Vrbes enim omnes quæ in itineribus littoribúſq; erant, debilitari ac exinaniri patiens, ut ſic omnino ſuſpicionem auferret, contemneretúrq;, magnas ſuperiorib. Macedoniæ partibus copias parauit, mediterranea oppida, caſtelláq; & urbes armis, opibus, hominibúſque muniuit, exercuítq; obſcurè atq; latẽter. Armorum quantũ triginta millibus ſufficeret, iacebat: octingenta uerò millia modiorũ tritici intra muros aſſeruabat: pecuniarum tantum coegerat, quantum decẽ annis ſufficere conductorũ militum ſtipendio poſſet.

Series Macedoniæ regum ab Alexadro Magno.

poſſet. Sed ipſe antequã ea quæ agitabat animo ad effectũ produceret, dolore & pœnitentia quòd Demetrium filiũ ob calumniam fratris iniuſtè necauiſſet, uitam amiſit. At Perſeus qui ei ſucceſſit, ſtatim unà cum regno inimicũ aduerſus Romanos animum patefecit, nequaquã idoneus ad tantã molem belli ſuſtinendam, ob ſecordiam & morũ improbitatem, multáq; alia uitia, inter quæ auaritia plurimùm dominabatur. Et creditur quidem non legitimus filius, ſed ſubdititius fuiſſe, genitrice Gnathænia Argolica Medica, & ex hoc machinatus Demetrij mortem, ne domus legitimo ſucceſſore cognito alienum reiiceret. Sed quanquã ingeneroſus ipſe & humilis, tamẽ ob robuſtas regni opes longo tẽpore aduerſus Romanos reſtitit, ducéſq; eorum conſulares & exercitus & claſſes contriuit. Nam P. Licinio, qui primus Macedoniam ingreſſus eſt, equeſtri certamine ſuperato, duo millia & quingẽtos ex Romanis occîdit, ſexcentos autem uiuos cepit. Apud Oreum uerò ex inſperato ſtationẽ Romanorum aggreſſus, uiginti magnas naues onuſtas, & alias multas ui cepit. Hoſtilium uerò circa Elimæam reiectum Theſſaliam irrumpere conantẽ, ad pugnam prouocãdo conterruit, ac in eo ipſo bello, quaſi parum ſibi negotij & facilè contemnendũ à Romanis eſſet, cõtra Dardanos cum exercitu profectus decem millia hominũ occîdit, prædáque ingenti ditatũ exercitũ reduxit. Concitauit & Galatas circa Iſtrum incolentes (Baſternæ hi nominantur) gentẽ pugnacem & equitatu maximè ualentem. Illyrios etiã ſibi coniungere per Genthiũ regem tentauit: fuítq; rumor, barbaros mercede adductos per inferiores Galatiæ partes iuxta Adriaticũ ſinum Italiam irrupturos. Hæc Romæ nuntiata effecerunt, ut homines reiecta potentiũ gratia, uirum idoneũ tantis rebus gerendis huic bello præficerent. Hic erat Paulus Aemilius ætate quidem ſenior (quippe ſexageſimũ iam agebat annum) ſed robuſto corpore, & filiorũ adoleſcentiũ, amicorúmq; & neceſſariorum multitudine circunſeptus, qui omnes uolũtati populi Rom. ad conſulatum ipſum inuitantis parêre Aemilium ſuadebant. Ipſe uerò à principio cunctatus, ſuaſiones reiiciebat, eorum ſtudiũ & cupiditatem arguens, quaſi ſibi non expediret conſulatum gerere. Sed tandẽ concurſu populi, qui ſingulis diebus ad eius ianuam conueniebat, & ad deſcẽdendum in forũ prouocabat, uociferabatúrq;, confirmatus ad petendum deſcendit, nec in eius petitione tam affectare cõſulatum, quàm ciuibus ſuis uictoriam repromittere uiſus eſt. Deſignatus fuit cõſul cum ſumma ſpe ac uoluntate populi Rom. nec expectatũ ut ſortitio fieret, ſed ſtatim Macedonia prouincia ei commiſſa, bellúmq; demandatum fuit. Ferũt cùm ipſe poſt hæc domum magna ciuium frequentia reductus, Tertiã filiam adhuc paruulam lachrymare conſpexiſſet, eámq; complexus cauſam luctus peteret, reſpondiſſe illam, quia Perſeus mortuus eſſet: erat autem catulus puellæ ſic nominatus. Tũc Aemilius, Accipio, inquit, omen filia. Dij bene uertãt. Hæc Cicero orator in libris de Diuin. ſcribit. Cùm uerò mos eſſet, ut qui deſignati conſules erant, gratias populo agerent, benignéq; alloquerẽtur, Aemilius aduocata concione, inquit ſe primùm quidem cõſulatum gratia ſuiipſius, ſecundùm uerò gratia populi Rom. qui id flagitabat, petiſſe. Itaq; ſe nullas eis habere gratias, quinimò ſi cenſerẽt id bellum melius per alium geri poſſe, lætoanimo ſe conceſſurum: quòd ſi in ipſo fiduciam haberent, ne turbarent, nec uerba facerent, ſed cum ſilentio quæ opportuna forent, ſubminiſtrarent. Nam ſi imperatori imperare uellent, magis quàm antè ridiculos in ſuis expeditionibus futuros. Per hæc uerba plurimùm authoritatis ſibi apud populum Rom. comparauit, magnámq; expectationem præbuit futuri euentus, lætantibus cunctis, quòd gratioſos adulatores tranſgreſſi, uirum elegiſſent qui fiduciam ſui prudentiámq; haberet. Ita in uincendo & aliis dominando, populus Roman. ipſe uirtutis & honeſtatis ſeruus erat. Aemilius Paulus ut ad bellũ profectus eſt, quòd facilitate nauigationis uſus tutè ac celeriter ad exercitũ peruenerit, felicitati eius imputo: ſed quæ in bello geſſit, partim audaciæ & promptitudini eius, partim tectis cõſiliis, partim amicorum obſequiis adſcribo. Nec

uideo cur felicitati tribuendum ſit, ubi boni conſilij & cõſtantis animi rationem uidemus: niſi fortaſſe quis dicat, Perſei auaritiã Aemilio bonam in rebus agendis fuiſſe fortunam, qui rem Macedonicã magnificè roboratã, per auaritiã enerũauit ac ſubuertit. Accedebant ad eum ex Baſternis decẽ millia equitũ, totidémq; transfugę, uiri ſtipendia facere conſueti, quib. nec agrum colendi, nec nauigandi, nec paſcẽdi pecoris ſcientia erat, ſed unum opus artémque unam duntaxat norant, pugnare ſcilicet ac uincere: qui poſtquã cum exercitu regis circa Medicam coniuncti fuerunt, proceris corporib. & mirabili uirtute, ferocia, atque ad pugnã tanta ſpe Macedones impulerunt, ut exiſtimarent Romanos nullo modo expectaturos pugnam, ſed uel ad ipſum aſpectum & motum terribilem & inſuetũ conterritos, eſſe fugituros. Hanc igitur ſocietatem auxiliúmq; tãta ſpe plenũ, Perſeus ob puſillanimitatẽ auaritiámq; abiecit. Nam cùm à ſingulis ducibus mille poſtularẽtur, ad auri magnitudinem exclamans, ſtulto conſilio abdicauit, prodiditq; ſocietatẽ, quaſi non aduerſus Romanos bellum gereret, ſed pro Romanis pecuniæ parceret, ueluti illis cum quibus bellũ gerebat, rationẽ redditurus de his quæ in bello ipſo abſumpſiſſet: & præceptores habuit eos qui alio quàm* decem milliũ apparatu, collecti & negotiis dediti aderant: ille uerò contra tantas uires, contra bellũ cui tantùm erat inſumptum, occurrens, aurum metitur, obſignátq;, ueluti alienũ attingere ueritus. Atque hoc fecit non Lydus quidam, nec Phœnix, ſed qui Alexãdri ac Philippi uirtutes per conſanguinitatẽ ſibi uendicabat, qui res pecuniis, nõ rebus pecunias emi exiſtimantes, omnia poſſederunt. Dictum eſt enim apud antiquos, nõ Philippum, ſed Philippi aurum Græciã ſubuertiſſe. Et Alexander contra Indos profectus, cùm uideret exercitum grauem onuſtúmque Perſica gaza, primùm ipſe regios currus cremauit, deinde alios monuit ut idem facerent, leuéſq; & ſine impedimentis ad hoſtes euaderent. At Perſeus pluris exiſtimans aurum, quàm ſeipſum ac filios & regnum, noluit pro ſalute ſua paucas abiicere pecunias, ut cum multis diuitiis aſportatus, captiuus locuples Romanis oſtenderet, quanta fretus parſimonia aurum eis cuſtodiſſet. Nec ſolùm Galatas auertit, ſed etiã Gẽthium Illyricum, quem ſub ſpe trecentorũ talentorum in ſocietatẽ belli aſciuerat, cuius legatis cùm pecuniam muneraſſet, & aſſignandã permiſiſſet, ac ipſe Genthius his confiſus in ſocietatẽ belli ueniſſet, facinus indignũ ac impium molitus eſt Perſeus. Captis enim Romanorũ legatis, & in uincula coniectis, quoniam ſperabat ea de cauſa ad confectionem belli non amplius peregrinis opus fore, in tantas eõpactum inimicitias Gẽthium dimiſit, & contra fidem pecunias abnegauit, & paulò pòſt ipſum cum liberis & coniuge regno pulſum à L. Anitio prætore contra eum miſſo deſpexit. Aduerſus hunc igitur talem hoſtem profectus Aemilius, ipſum quidẽ contempſit, potentiam tamẽ eius copiáſq; admiratus eſt. Habebat enim quatuor millia equitũ, peditum uerò in phalangem redactorum circiter quadraginta millia: cum his copiis iuxta littus ſub ipſo Olympo monte cõſederat, locis & natura inuiis, & ab ipſo dedita opera undique ſeptis, aggeribúſq; munitis, ratus productione tẽporis & inopia rerum ſe conſulem fatigaturum. At Aemilius ea quidẽ induſtria erat, ut nihil intentatũ relinqueret. Et milites quidem (nam hoſtẽ non metuebãt) & qui ſe conſiliis admiſcentes rem perturbabant, increpuit, eíſq; edixit, ne ſe ſuperuacuis onerarẽt curis, ſed corpora ſua duntaxat armáq; curarent, ut ſic præſto forent, cùm tẽpus poſceret, uterentúrque gladio Romano more, cùm dux iuberet. Nocturnas autẽ uigilias ſine armis fieri iuſſit, ut magis attentè uigilarẽt, & metu hoſtium, ſublata reſiſtẽdi fiducia, aduerſus ſomnum pugnarẽt. Cùm uerò exercitus aquarum penuria laboraret (nam paucis in locis, & ea ipſa mala, in ipſo littore ſurgebat) proſpiciens Aemilius magnum multíſque arboribus contectum montem Olympũ ſupereminentem, atque coniectans ex uiriditate ſyluarum latices aquarum ſubeſſe, lacus & exitus pluribus locis ſub ipſo monte confodit qui ſtatim affluenti aqua repleti fuerunt. Atqui negant quidã aquarum fontes his

Legiones credo intelligit.

Aqua quomodo generetur in locis effoſſis.

his locis ſubeſſe ex quibus fluũt, nec patefactionem eruptionémque eſſe earũ, ſed generationem atque concurſum illic fieri liqueſcentis materiæ, liquefieri autem denſitate ac frigiditate humidam diſtillationẽ, cùm ex abditis fluit. Veluti mulierũ ubera non quemadmodum uaſa ſunt lactis fluere parati, ſed conuerſo in illa nutrimẽto lac faciunt & emittunt: ſic frigida & cauernoſa terræ loca aquam non continent latentem, neque ſinus habẽt fluxus & undas ex præparato ac ſubiecto manãtes principio: ſed ſpiritum & aerem premendo condenſandóque in aquã conuertunt: uerùm enim dum loca fodiũtur, magis emergit ac profluit, propter contractionem, quemadmodum ubera manu agitata magis reſoluuntur. Qui hęc dicunt, materiam tradiderunt ambigẽdi, utrum ſanguis animalibus inſit, an ad ipſa uulnera ſpiritus cuiuſdam aut carnis mutatione generetur ac profluat. Arguuntur autem ob flumina, dum fodiuntur metalla ſub terram reperta, non paulatim collecta ut deceret, ſi generationẽ ſubitaneam haberent, ſed pleno gurgite fluentia, & nonnunquã ex petra per uim fracta fluxus aquarum exiliuit ac ſubinde deſiit. Sed hoc ſatis. Aemilius quoſdã dies quietẽ egit, & tradunt in magnis exercitibus ita propinquis nunquã tantam fuiſſe quietem. Cùm uerò omnibus agitatis perquiſitíſque, unã duntaxat uiam qua ad hoſtes iri poſſet, per Perrhæbiam & Pythium, & petram ſine cuſtodia relictam comperiſſet, plus ſpei quòd non cuſtodiebatur, quàm deſperationis ob aſperitatem locorũ aſſumens, retulit ad conſilium, quid ſuper hoc agendum eſſet. Primus omnium qui aderãt Scipio Naſica, qui poſtea princeps ſenatus fuit, negotium ſuſcepit, ut per ea loca ad hoſtium caſtra euaderet. Secundo loco Fabius maior inter Aemilij filios (& erat admodum adoleſcẽs) præſto ſe obtulit. Eos collaudatos Aemilius dimittit, militéſque illis dat, non quot Polybius ſcribit, ſed quot ipſe Naſica ſe accepiſſe dicit in quadam epiſtola, quam de his ad quendam regem perſcribit, inquiens: Erant extra ordinem ſociorum & latini nominis tria millia, ſiniſtrum uerò cornu circiter quinque millia. Præterea ccxx equites, & Cretẽſes Thracéſq; permiſti ducẽti. His copiis Naſica acceptis, uerſus mare iter uertit, atque ad Heraclium caſtra poſuit, quaſi nauibus circũferri ad hoſtem deberet. Sed cùm cœnauiſſent milites, & iam tenebræ forent exortæ, patefacto primoribus conſilio, per contrariam partem longè à mari eos ducit, ac totam noctem profectus ſub ipſum Pythium conſedit. Hìc Olympi montis altitudo ſupra decem ſtadia attollitur, ídque ſignatur epigrammate in hunc modum:

Olympi mõtis altitudo.

Montis Olympiaci culmen quà mœnia Phœbi
Bis quinis ſtadiis uerticibus ſuperat,
Deprehendit relegens iter hàc, idem & monumentum
Filius Eumeli, Xenagoras poſuit.

Atqui dicunt geometræ, neque altitudinem montis, neque profunditatem maris ultra decem ſtadia protendi. Xenagoras tamen non temerè, ſed certa ratione & inſtrumentis uidetur menſuram poſuiſſe. Naſica igitur in hoc loco pernoctauit, Perſeo nihil tale ſuſpicãte, utpote qui Aemiliũ quieſcentem ſuo loco cernebat. Cretenſis quidam transfuga circunuentionem Romanorum patefecit, ad cuius nuntiũ turbatus Perſeus, caſtra quidẽ non mouit, ſed decẽ millia conductorũ militum alienigenarũ, & duo millia Macedonũ, Milone duce, ad ea loca tranſmiſit, qui præuenire & ſyluas occupare properent. In hos dormientes adhuc impetum ab Romanis factũ Polybius tradit: ſed Naſica acrem pugnam in montib. commiſſam, magnúmq; periculũ fuiſſe ſcribit, & ab ſeſe quendam Thracem in manus profectum muerone tranſfixum cecidiſſe. Superatis itaque hoſtibus, & Milone abiectis armis turpiter fugiente, perſecutus Naſica ſimul milites ad quem uolebat locum perduxit. Magna ex hoc trepidatione apud hoſtes exorta, rex confeſtim retrorſum caſtra mouit, non ſatis bona ſpe, ſed aut ibi ante Pydnam ſubſiſtere, & fortunam experiri pugnæ neceſſariũ erat, aut diuiſo per urbes exercitu, bellũ ſuſtinere. Amici regem ad pugnam cohortabantur,

abundare illum multitudine hominum, eósq; pro coniugibus & liberis fortiter pugnaturos, rege ipso præsente, & se periculis obiectãte. His rationibus confirmatus, se ad prælium cõparauit, & loca delegit opportuna, ac duces præfecit, quasi confestim pugnaturus. Locus planitiẽ habebat phalangi aptã, & tumulos frequentes, ut ex alio 27
in alium leuis armaturæ miles progredi, & sese recipere ualeret. Eson per mediũ fluebat amnis, & Leucus, qui licet non nimiũ profundi (ætatis enim tunc erat extremũ) uidebantur tamen quoddam impedimentũ Romanis allaturi. Sed postquam Aemilius cum Nasica se coniunxit, & uersus hostem ire perrexit, cõspecta multitudine & structura ad pugnã, parumper substitit, secũ ipse cogitãs. At iuuenes qui aderant pugnæ auidi, ad ipsum properantes, ne tempus tereret, rogabãt. Maximè uerò omnium Nasica ob recẽtem uictoriam elatus, Aemilium perurgebat. Sed Aemilius ridens, Si tua, inquit, iuuenta mihi foret: at multæ quidem uictoriæ, eorum qui uicti sunt errata docentes, prohibent me ex uia contra phalangem instructam paratámq; dimicare. His simul dictis, eos qui prima in fronte erãt, in cohortes ordinari, ut sic spem pu- 28
gnæ aduersariis non auferret, postremos castra munire, & uallum iácere iubet, atque inde sine aliquo tumultu intra uallum omnes reduxit. Ea nocte cùm iam cœnassent, & quieti somnóq; indulgerent milites, luna obscurari cœpit, ac deficiente lumine, multisq; coloribus mutata, tandem nusquam apparuit. Romanis, ut consuetudo est, tinnitu æris lumen eius reuocantibus, & ignes multis facibus ad cælũ tollentibus, nihil simile à Macedonibus factũ, sed metus & horror castra eorum habebat, ac sermo clàm per multos ierat, defectum regis per id ostẽtum significari. Aemilius autẽ licet non ignarus uariorum defectuum, & quomodo luna in umbram terræ delata certis spatiis absconderetur donec iterũ reluceseeret, tamen ut religiosus sacrorũ cultor, ut primùm lunam deductam prospexit, undecim tauros ei mactauit. Inde prima luce 29
Herculi sacra faciẽs,* non litauit usq; ad uiginti hostias: in uigesima prima apparuerunt signa, uictoriã resistentibus promittentia. Sacro igitur centũ boum, & ludis deo uotis, acie per primores strui iussit: ipse declinationẽ solis expectans, ne aduersus milites impediret, tempus trahebat sedens in tabernaculo, ex ea parte, qua ad hostes respectus erat, aperto. Circiter horam uerò nonam, alij dedita ab Aemilio opera, ut ab hostibus initiũ pugnę foret, equum effrenũ immissum, & ex huius persecutione principium prælij exortũ: alij dum pabulatu redirent Romani, impetũ in iumẽta factum à Thracibus dicunt, his septingentos primùm Ligures auxilium impigrè tulisse, aliis deinde aliis succurrẽtibus, quousque pugnari iusto prælio cœptũ sit. Aemilius igitur ueluti gubernator præsenti tempestate ac motu castrorum, magnitudiné futuri certaminis iam inde prospiciens, ex tabernaculo processit, ac legiones adiens pro tempore cohortatus est. At Nasica per ea loca in quibus pugnabatur obequitans, cernit 30
hostem quantũ nunquam antea, pugnam capessere. Primi erãt Thraces, quorũ aspectum inquit se permaximè horruisse, homines proceris corporibus, albis ac lucentibus scutis, armatura ocrearum, nigras induti tunicas, graues enses & rectos ab dextris humeris quatientes. Iuxta Thraces conducti milites subibant, quorum uaria erant & permista tela. Tertium erat agmen Macedonum delectorũ. Hi fulgebant auratis armis, & nouis ac rutilantibus sagis: quibus constitutis in ordinem, splendore quidem campum, clamore autem adhortantium etiam colles compleuerant. Tanta audacia & impetus annitentiũ, ut prima cadauera non amplius duobus stadiis lõgè à Romanorum castris accumberent. Facto primo impetu cõspexit Aemilius, Macedones qui in agmine erant, sarissas in clypeos Romanorũ adigentes, nec ita cominus pugnantes, ut gladiis attingi possent, nonnunquam uerò reiectis peltis, uno omnes signo sarissis incumbere, ac Romanas acies propellere. Hoc igitur robur phalangis & impe- 31
tum cernens, obstupuit, formidauítq;, & postea quidem commemorare crebrò solebat, se nunquam spectaculum terribilius conspexisse: sed tunc hilarem se ac lætum pugnan-

Peritia militaris.

* Ἐν ἐναντιοφανεῖ haud auspicata sacra expertus est usq; ad uigesimam primã hostiam. Vide Suidã.

Thraces.

pugnantibus ostendens, absque casside & thorace obequitabat. Perseum uerò scribit Polybius, dum iniretur prælium, præ metu in urbem se retulisse, uelato recessu, quasi Herculi sacra facturus, qui ignaua sacra ab ignauis non recipit, neque contra fas uota exaudit. Fas etenim non est, neque eum qui non iaculatur, signo potiri: neque eum qui non permanet, uincere: nec eum qui nihil agit, bene agere: neq; malum, felicem esse. Sed Aemilij uotis aderat deus. Orabat enim uictoriam belli, arma uibrans & pugnans. Scribit tamen quidam Posidonius, qui se illis temporibus ac rebus interfuisse affirmat, & historiam huius belli pluribus libris explicuit, Perseum non timore, nec per occasionẽ sacrificij acie excessisse, sed quòd ei pridie equino calce percussum crus fuerat, & in prælio, quanquã non bene haberet, & ab amicis prohiberetur, inermem sese phalangi permiscuisse: ubi cùm uaria utrinque uolitarẽt tela, ferreum pilum incidisse in ipsum, ex trãsuerso in latus dextrum, citrà uulnus præteriisse, carnem tamen
32 ita perstrinxisse, ut multo tempore nota remaneret. Hæc Posidonius de Perseo tradidit. Romani cùm aduersus phalangem acriter resisterẽt, nec propellere eam possent, Salius Pelignorum præfectus raptum signum in hostes proiecit. Pelignis uerò (neque enim fas Italis signum deserere) ad eum locum impetum facientibus, graue erat certamen, magnúmque utrinque discrimen. Nam hi perfringere sarissas ensibus, & scutis repellere conabantur, & ipsis quidem manibus apprehendebant: illi impetu sarissarum annixi, & Romanos cum ipsis armis transuerberantes (nec tegmen enim clypei, nec thorax resistere poterat) corpora Pelignorum *supra caput proiiciebant, nulla ratione, sed ferarum ritu, se in uulnera mortémque certissimam præcipitantium. Sic iam qui primo loco pugnabant confectis, mota est loco secunda acies, nec tamen fuga erat, sed relatio pedum uersus collem, qui Olocrus appellatur, adeò ut Aemilius
33 hæc cernẽs, uestem præ dolore absciderit, ut Posidonius scribit. Sed cùm loca iniqua essent, & ob id phalanx utpote in longum protensa continentiam non haberet, sed quibusdam in locis rupta atque inflexa foret, ut conuenit in magno exercitu ac uariis pugnantium insultibus, Aemilius re animaduersa cohortes celeriter diuisit, eásque non aduersus totam phalangem una pugna, sed spatia quæ inter hostium aciem uacua erant, occupare, & pluribus simul locis manus conserere iubet. Hoc primores ab Aemilio, ac milites à primoribus docti, ut primùm subeuntes interceperunt loca aliorum, ex obliquo nuda fodientes latera, alios circunuenientes, robur & commune phalangis opus statim deperiit. In congressibus autem in quibus uir aduersus uirum, aut pauci aduersus paucos certabant, Macedones paruis gladiolis pedestria ac solida Romanorum incassum feriẽtes scuta, ac leuibus ipsi peltis aduersus graues ictus gladiorum pondere, & ui ad corpus usque per omnia arma descendentium, resistere ne-
34 queuntes, uertebantur. Hìc dum acriter pugnaretur, Marcus filius Catonis, Aemilij gener, cùm multa fortitudinis ac audaciæ facinora pugnãdo edidisset, tandem gladium amisit. At ipse utpote alti cordis multísque disciplinis nutritus, & magno patri magnæ uirtutis opera reddere obnoxius, nequaquam sibi uiuendum existimabat, si eius spolio potirentur hostes. Itaque per prælium discurrens ubi quem amicum aut familiarem conspiceret, eum sibi conuocabat. Per hunc modum collecta iuuenum manu, impetum facit, multísque uulneribus & cædibus hostem repellũt, nudatóque loco gladium quærunt: quem postquam tandem in magno armorum ac cadauerum aceruo inuenerunt, exultantes lætitia, rursus maiori impetu in hostes feruntur. Ac tandem delectorum acies (tria millia hi fuerunt) dum acriter resistunt, & ordinem seruant, ad unum interficiuntur omnes: aliorum uerò fugientium magna fuit strages, ut campus quidem undique cadaueribus, Leucus autem fluuius sanguine com-
35 pleretur. Tradunt in ea pugna supra uigintiquinque millia hominũ cæsa fuisse Macedonum, Romanorum uerò, ut Posidonius scribit, centum: ut autem Nasica, octoginta ceciderunt. Celeriter autem hæc pugna transacta est. Hora enim nona pugnari

* Et Tarracinorum uidetur legẽdum Ταῤῥακινῶν.

cœptum, decima uictoria parta, reliquum diei in persequendo hostem cõsumptum. Persequuti autem per centum & uiginti stadia, nocte iam facta redierunt, aderántque obuiam ministri cum luminibus, læti atque exultantes magno clamore, ad sua quenque tabernacula hederæ & lauri ornata sertis, reducebãt. Sed in cæterorum lætitia ingens ipsum ducem habebat luctus, quoniam ex duobus filiis qui cum eo militabant, iunior nusquam apparebat, quem maximè amabat, & quem uirtute inter fratres præstare cernebat. quòd autem audax & gloriæ cupidus, & tunc etiam admodum adolescens erat, omnino eum temerè hostibus pugnæq; permistum periisse suspicabatur. Ad luctum ducis uniuersus exercitus hoc sentiẽs commotus est, & ex cœna prosilientes, partim ad ipsum ducem, partim ad perquirendum adolescentis corpus inter cadauera cum luminibus cucurrerunt. Mœstitia exercitum, clamor campos habebat, Scipionem uocitãtium. Nam ab ipsa pueritia inter cæteros adolescentes natura lõgè excellebat, dabátque expectationem futuræ tam domi quàm militiæ probitatis. Diu perquisitus conclamatúsque, serò tandem cùm iam desperatus esset, cum tribus aut quatuor familiaribus plenus recenti hostium sanguine à persecutione redibat, tanquam generosus catulus, ob auiditatem pugnandi tractus. Hic est ille Scipio, qui Carthaginem Numantiámq; euertit, uirtute ac potentia ætatis suæ longè princeps. Aemilio itaque inuidiam præsentis felicitatis in aliud tempus fortuna differens, tunc plenam ex uictoria lætitiam præstitit. Perseus ex Pydna in Pellam au- 37
fugit, equitatu adhuc sibi integro. Sed cùm pedites, ut ignauos & proditores, equites obiurgarent, rixáque exorta eos ferirent, & ex equis deturbarent, ueritus eam turbam Perseus, è uia declinauit, ac purpuram, ne cõspicuus ob eam foret, scissam ante se posuit, & diadema in manibus gestabat. Vt uerò descendit ex equo, & ipsum manu trahebat, ex amicis alter per occasionem quasi solutum religaret calceum, alter equum stabulari fingens, alter potu indigere, non tantùm hostes quàm ipsius insolentiam metuentes (quærebat enim in eos referre crimen, cur uictus esset) aufugerunt. Cùm uerò iam sub nocte Pellam uenisset, ac duos præfectos ærario Euctum & Eudæum obuiam sibi uenientes, & partim reprehendentes, partim intempestiuè consultantes, ipse propria manu citato equo ambos necasset, nullus ex amicis apud eum remãsit, præter Euãdrum Cretensem, & Archedanum Aetolum, & Menonem Bœotium. Ex militibus etiam nulli præter Cretenses remanserunt, non beneuolentia aut fide, 38
sed auro regio, quemadmodum apes ceræ inhiantes. Promiserat enim illis in prædam multa pocula, craterásque, aliámque auri & argenti suppellectilem, in ratione quinquaginta talentorũ. In Amphipolim inde profectus, ac posteà in Alepsum, metu aliquantulùm remisso in familiarem recidit auaritiæ morbum. Querebatur enim apud amicos, quòd quædam Alexandri Magni pocula per ignorationem Cretensibus dedisset, rogabat multis lachrymis ut sibi redderẽtur, pecuniámque pro eis pollicebatur se daturum. Nec latuit illos qui probè ipsum norant, aduersus Cretẽses Cretica arte uti: eos uerò qui hæc crediderunt decepit, & poculis receptis nihil reddidit, sed amicis auferens triginta talenta quæ mox hostes habituri erant, in Samothraciam nauigauit, ubi ad templum confugiens asylo se tutabatur. Macedones semper 39
aliàs fidi regibus dicuntur fuisse: sed tunc ueluti fulcimẽto fracto omnes simul ruentes infra duos dies totam Macedoniam Aemilio dediderunt. Videtur hoc attestari illis, qui felicitate quadam res illas gestas affirmant. Attestatur & illud quod in Amphipoli accidit: nam ibi sacra faciente Aemilio, fulmen aram percussit, sacráq; combussit. Sed omnia signa quæ suprà memorauimus, longè superat famæ miraculum, quę quarta post prelium die profligatum esse Perseum Romæ uulgauit. Populo enim Romano sedente in spectaculo equestrium ludorum, subitò rumor à prima theatri parte manauit, Aemilium superatis magno certamine hostibus totam Macedoniam cepisse: isque sermo cõfestim per totum diffusus theatrũ, lætitia, exultatione & gratula-

gratulatione ciuitatem repleuit. Postridie cùm eius famæ certus non extaret author, resedit. Paucis uerò posteà diebus cùm certissimus nuntius uenisset, miraculi fuit lo-
40 co res antea Romæ audita, quæ in mendacio ueritatem habuerat. Dicitur etiam eius pugnæ, quæ à Romanis apud Sagram commissa est, ea ipsa die in Peloponneso fama fuisse, & Platæis eius quæ in Mycale. Tunc quoque cùm Romani Tarquinios, Latinósque profligarunt, conspecti sunt paulò pòst ab exercitu uenientes uiri duo proceris ac uenustis corporibus, ea quæ in prælio gesta fuerant nũtiantes, creditúmque est
41 fuisse illos Pollucẽ & Castorem: ac primus qui obuiauit in foro equos multo fluentes sudore siccantibus, cùm illa quæ de uictoria nuntiabant nõ crederet, ipsi leniter arridentes, barbam eius manibus attrectasse dicuntur, & ex fusca in flauã conuertisse, atq; hoc modo & assertioni suæ fidem, & ultro cognomentũ Aenobarbi fecerũt. His uerò omnibus id quod ætate nostra cõtigit, fidem arrogat. Nam cùm Antonius à Domitiano defecisset, magnúmque à Germania bellum concitasset, Romæq; trepidaretur, ex insperato fama uictoriæ apud populum Rom. uulgata est, Antonium ipsum cum omnibus copiis interiisse, tantámq; habuit fidem hic rumor, ut multi ex primoribus
42 immolarent. Sed cùm paulò pòst author nuntij quereretur, inuẽtus est nemo, sed alter alterum allegabat: tandé uerò quia in plebem ueluti in uastum quoddam pelagus sermo inferebatur, apparebátq; nullũ certum habuisse principium, subitò huiusmodi fama prolapsa ceciderat. Sed postea Domitiano cum exercitu ad bellũ proficiscenti, in ipsa uia certus nuntius & literæ de uictoria aduersus Antoniũ habita uenerunt. Dies pugnæ idem fuerat, quò Romæ uictoriam fama uulgauerat, ultra distãtiam uiginti millium stadiorum. Hæc ita fuisse, nemo ætatis nostræ ignorat. Cùm igitur in Samothraciam sese Perseus recepisset, Gn. Octauius Aemilij legatus ad ea loca profectus, à uiolatione quidem asyli ob honorem deorum abstinuit, à fuga tamẽ ac demi-
42 gratione Perseum arcebat. Sed ille clàm per Oroandẽ Cretẽsem, lembum quendã habentem latenter pactus, ut asportaretur, cùm aurum & argentũ ad littus præmisisset, Oroandes arte Cretica fretus, gazam quidé suscepit, ipsum uerò Perseum cum liberis & coniuge ac necessariis noctu ad mare certa hora uenire iussum, anticipata nauigatione reliquit. Perseus igitur, qui paulò antè miserabiliter cõfectus erat propter ãgustiam fenestræ, ex qua cum liberis & coniuge laborum insuetus euaserat, miserabilius in ipso littore afflictus est, cùm Oroandẽ iam altum tenentem aspexit, & iam dies illuxerat. Itaq; omni spe orbatus, unà cum coniuge fugit ad muros, nec latuit quidem Romanos, sed præuenit. Natos autem capiẽs ipse Ioni commisit, qui antea Persei familiaris, tunc proditor Romanis tradidit: per quos coactus est, ueluti feræ captis ea-
43 rum pullis, in manus uenire, & suum corpus iis permittere qui natos tenebant. Fiduciam autem super omnes in Nasica habens, illum ut se ei dederet, uocabat. Sed cùm Nasica non adesset, questus fortunam suam, tandem necessitate compulsus, se Gn. Octauio tradidit, tunc maximè patefaciens esse in se uitium quoddam auaritia ignobilius, cupiditatem scilicet uiuendi, per quam misericordiam, quæ sola cadentibus à fortuna non aufertur, amisit. Orans enim ut ad Aemilium duceretur, cùm id factum esset, & Aemilius, ut pote, uiro ex alto dignitatis gradu prolapso assurgeret, & obuiam cum amicis procederet, ac ad illius casum illachrymaret, Perseus turpiter in terram procumbens, & genua Aemilij amplectens, uoces emisit degeneres, quas non tulit Aemilius, nec audire preces sustinuit, sed tristi uultu illum intuens, Quid for- *Persei animus degener.*
» tunam, inquit, crimine liberas, sic te gerens, ut non præsentis, sed superioris fortu-
» næ indignus existimeris? Cur meam deturpas uictoriam, & res à me gestas imminuis,
» ostendens teipsum degenerem, nec ullo modo tanti, qui aduersus Romanos dignus
44 hostis fuisse uidearis? Virtus profectò cadentium magnam habet reuerentiæ partem,
» etiam apud hostes: ignauia uerò etiam si fortunata sit, tamen uituperatione non ca-
» ret. His simul dictis, atttollens Aemilius eum ac dextra capiens illum Tuberoni tra-

didit. Ipſe uerò natis ac generis & aliis neceſſariis iuuenibus in partem ſeuocatis, multo tempore ſecum tacitus ſtetit, ut plerique ex his qui aderant, mirarentur: exorſus deinde ſermonem de humanarum rerum conditione, An debet quiſquam, inquit, præſenti felicitate cõfiſus ſuperbire, quòd gentem, aut ciuitatem, aut regnũ aliquod ſubegerit? Præſens quidem fortunæ mutatio exemplũ nobis ante oculos ponit communis imbecillitatis humanæ, & nihil durabile, nec firmum eſſe docet. Quod enim tempus cõfidendi hominibus eſſe poteſt, cùm etiam eo tempore cùm aliis dominantur, fortuna maximè ſit formidanda, quæ lætis rebus tandem immiſceat calamitatem? Alexandri ſucceſſionem, qui in altiſſimum dignitatis culmen euaſit, unius 47 horæ particula euerſam conſpicitis. Nónne tot exercitibus, tot equeſtribus pedeſtribúſque copiis nuper circundatum regem, nunc proſtratum & euerſum, ex manibus hoſtium cibum, atque potum diætim capere cernentes, ob uictoriam partam inſoleſcere deſinetis? Nónne humiles uos ac remiſſos præſtabitis, ſemper cum tremore expectantes, in quem finem præſentis felicitatis inuidiam fortuna cõuertat? Multa huiuſmodi diſſerens Aemilius iuuenes dimiſit, mirum in modum iactãtia ac ſuperbia eorum tãquam fræno quodam repreſſa. Poſt hæc exercitum ad quietem, ſe autem ad ſpectaculum Græcarum ciuitatum conuertit, populos releuauit, reſpublicas eorum ſtabiliuit, muneráque eis dedit, aliis frumentum ex regiis horreis, aliis oleum: tantùm enim repertum tradunt, ut rogantes, ſumentéſque prius defuerint, quàm loca, in quibus poſitum erat, uacua fierent. In Delphis ſuper columnam magnam qua- 48
Aemilij ſtatua in Delphis. dratam ex candidis lapidibus compactam, ſuper quam Perſei ſtatua ex auro poni debuerat, ſuam poni iuſſit: nam uictos uictoribus cedere æquum erat. In Olympia illam celeberrimam emiſit uocem, quòd Homeri Iouem Phidias effinxiſſet. Inde cùm decem legati Roma ueniſſent, Macedonibus agros reddidit, & ciuitates ſuis legibus reliquit. Centum talenta populo Romano pendere iuſſit, qui ſupra duplum regibus pendere conſueuerant. Spectacula uerò multiformia, & certamina, & ſacrificia, & inſuper epulum ac cœnas edidit, ſuppeditante copia rerum ex regia. In quibus ordinem ornatúmque, prenſationes, & gratulationes, & cuique ſecundum dignitatem beneuolentiæ ſenſum ſic diligenter & curioſè oſtendit, ut Græci admirari compellerentur, quòd nec iocos expertes ſtudij accurationíſque reliquerit, ſed tantis rebus geſtis, etiam minima diligenter curaret. At Aemilius ob hoc ipſum gaudebat, quòd 47
in magno ſplendidóque apparatu dulciſſimum ipſe ſpectaculum præſentibus erat.
Animi ciuiſdẽ eſſe, & aciem & cõuiuium bene ſtruere. Et admirantibus eius curioſitatem dicere ſolebat, eiuſdem eſſe animi, & aciem & conuiuium bene ſtruere, illam ut formidoloſus hoſtibus, hoc ut amicis gratus eſſet. Laudata eſt magnitudo animi ac liberalitas eius, quòd multùm auri, multúmque argenti ex regia gaza coactum, nec aſpicere quidem uoluit, ſed quæſtoribus negotium dedit, ut in publicum referrent. Libros duntaxat regios natis literarum ſtudioſis deligere conceſſit. In donandis uerò militibus, quorum opera in bello claruerat, Tuberoni genero phialam quinque talentorum pondo largitus eſt. Hic eſt ille Tubero, quem diximus cum ſexdecim cognatis, modicis ædiculis & paruo fundo uixiſſe: ídque argentum ferunt primum in Aemiliorum familiam deueniſſe, uirtute & 48
honore partum. Cúmque omnia bene ordinaſſet, complexus Græcos & Macedones, ut memores forent libertatis, quam à populo Romano habebant, ac ut eam concordia & beneuolentia conſeruarent, hortatus, in Epirum tranſiuit ex decreto ſenatus, militibus prædam in his partibus conceſſurus. Vt autem omnes ſimul ex inopinato inuaderet, ex quaque ciuitate primores uiros decem ad ſe uocauit, iuſsítque ut argẽtum & aurum quod in templis domibúsue foret, ſtatuta die conferrent, ſinguliſque cuſtodes dedit ex tribunis militibúſque. Quo facto, milites prædatum diſcurrere iuſſit, ita ut una hora centum quinquaginta millia hominum captiua, ſeptuaginta uerò urbes direptæ fuerint. Ex hac tanta uaſtitate non pluſquam undecim drachmas in ſingulos

49 ſingulos milites peruenisſe dicunt. Hæc Aemilius contra naturam ſuam mitem, & bonam perpetratus in Oricum deſcendit, atque inde in Italiam cum exercitu tranſgreſſus, per Tibrim nauigauit in prætoria naui ſexdecim remis, ornata armis ac ſpoliis hoſtium. At milites clàm infenſi, quod non tantùm prædæ quantùm cupiebant ex regiis pecuniis ſuſcepiſſent, Aemilium criminabantur ſuperbè & imperioſè in bello ſe geſſiſſe. Quod cùm ſentiret Sergius Galba Aemilij inimicus, qui tribunus in eo exercitu fuerat, illos concitauit, ut triumpho aduerſarentur. Sic igitur calumniis in Aemilium iactatis, militibúſque ad maiorem indignationem compulſis, poſtulauit à tribunis plebis aliam diem ad dicendum, quandò illius quatuor horæ duntaxat ſupereſſent, nec tàm breui tempore explicari cauſa poſſet. Sed cùm non aſſentirentur tribuni, ac iubèrent, ut ſi quid Galba dicere uellet, tunc præſens diceret, exorſus plenam conuitij orationem, tempus diei cõſumpſit, & ob noctem tribuni con-
50 cionem dimiſerunt. Milites apud Galbam concurſu facto, albeſcente die Capitolium occuparunt: ibi nanque tribuni concionem habituri erant. Inde cùm prima luce in ſuffragium iretur, prima tribus Aemilio triumphum denegauit: quam rem cùm & patres & pars plebis grauiter ferrent, & fraudari triumpho Aemilium indignarentur, cætera multitudine inutiliter uerbis querente, primores ſenatus ſe inuicem caſtigabant, & niſi ſceleri & petulantiæ militum obuiaretur, eorúmque audacia reprimeretur, nihil non attentaturos poſthac prædicabant. Facto igitur agmine, ad tribunos irrúmpunt, petúntque ut ſuffragia parumper demorentur. Subſiſtentibus itaque cunctis ac ſilentio facto, M. Seruilius uir conſularis, qui uigeſies ter ſin- *M. Seruilij monomachia freqũes, ſemperq; uictrix.*
» gens, dixit, Qualis imperator fuerit Aemilius Paulus, tunc maximè ſe intelligere,
51 quando ita improbo ac malo milite fretus, res tamen ampliſſimas geſſerit. Admi-
» rari autem ſe, ſi ab Illyrio ac Lybia triumphis populus Romanus contentus, Mace-
» doniæ regem, & Alexandri & Philippi gloriam Romanorum armis ſibi captiuam
» duci paruipendãt. Eſſe uerò abſurdum, quòd nuper cùm uictum eſſe Perſeum incer-
» ta fama uulgaſſet, ſupplicationes diis immortalibus, ut hæc uera forent, præſtite-
» rint: reuerſo autẽ imperatore populi Romani cùm certa uictoria, & deos honore, &
» ſeipſos lætitia ac feſtiuitate priuare uelint, quaſi ueriti magnitudinem rerum geſta-
» rum, aut ſpeciem regis intueri. Atqui præſtabat ob illius miſericordiã, inquit, quàm
» ob inuidiam ducis triumphum impediri. Vſqueadeo corruptos eſſe mores ac prola-
» pſam diſciplinam, ut Sergius Galba homo nitida cute, & corpore propter cõtinuam
» umbram molli, nec unquã uulnus perpeſſo, de re militari ac de fortitudine & igna-
52 uia imperatorum uerba facere audeat cõtra eos, qui uulneribus innutriti ſunt. Et ſimul hæc dicens, pectus aperuit incredibili cicatricum multitudine repletum, ac deinde conuerſus, nõnullas ex his partibus, quæ non ſatis decorè nudari poſſunt, com-
» preſſit. Tu, inquit, ob hæc rides Galba: ego autem glorior apud populum Rom. nam
» pro his noctu, diéq; militando hęc uulnera ſuſcepi. Sed age uoca iſtos in ſuffragium,
» ego autem deſcendẽs, ſequar eos, ut cognoſcam improbos & ingratos ciues. His uerbis ita deciditſe ac repreſſos fuiſſe illorum animos, ut ſtatim omnes tribus Aemilio triumphum decreuerint. Triumphum uerò in hunc modum egiſſe dicitur. Populus *Triumphi Aemilij, qualis ordo & põpa fuerit.*
Romanus nitidis ueſtibus ornatus, in equeſtribus theatris, quos circos appellãt, & in locis circa forum ad hoc ipſum ex ligno fabricatis, & in aliis urbis partibus per quas tranſiturus erat, ſeſe ad ſpectãdum triumphum comparauerat. Omnia urbis templa
53 erant aperta, & ſertis uaporibúſque repleta ſuauibus. Multitudo miniſtrorum baculos manibus geſtantium, ex medio dimouebãt turbas, & uias puras apertáſq; præſtabant. Pompa autem in tres dies diuiſa fuit. Prima enim dies uix ſignis tabuliſque & coloſſis tranſmittendis ſuffecit, quæ uehiculis ducentis quinquaginta portabantur. Secunda die pulcherrima & ornatiſſima Macedonum arma multis curribus delata

fuerunt,ſplendẽtia ære & ferro abſterſo,atque ita diſpoſita, ut caſu maximè cecidiſſe uiderentur,galeæ,ſcuta,thoraces,ocreæ & Cretenſes peltæ,& Thraiciæ cetræ, pharetræ,& equorum fræna,ac enſes nudi per hæc iacẽtes,& ſariſſæ infixæ,ita ut nec uictorum quidem abſq; metu foret aſpectus. Poſt hos armorũ currus, tria uirorum millia ſequebãtur,qui numiſmata ferebant argentea uaſis trecentis quinquaginta. Vas erat quodlibet trium talentorum. Quatuor uiri ſingula uaſa portabãt. Alij crateras argẽteas,& phialas,calicéſq; ornatiſſimos & ingentes certo ordine deferebant. Tertia die 54
prima luce tubicines nõ mite nec ſuaue,ſed bellicũ ſonantes primi ibant. Poſt eos cẽtum & uiginti boues auratis cornibus ducebãtur,uitis ornati & ſertis: ducebant eos adoleſcentes ſuccincti ad immolãdum,& pueri aureas & argenteas patinas ſacrificij gratia referebant. Poſt eos ſequebantur,qui aurea numiſmata gerebant in uaſis trium talentorum,ut ſuprà de argenteis numiſmatibus dictum eſt. Numerus uaſorum fuit octoginta minus tribus. His ſuccedebãt,qui auream phialã decem talẽtorum, quam Aemilius ex lapillis effecerat,item qui Antigonea,& Seleucia, & Thericlia, & Perſei uaſa portabant: poſt hæc Perſei currus & arma,& diadema ſuper armis poſitũ: deinde pòſt modico interuallo,nati regij ducebantur,& cum ipſis alumnorũ & magiſtrorũ & pædagogorũ lachrymans turba, qui & ipſi manus tendebãt ad ciues, & pueros eadem facere & precari docebant. Erãt maſculi duo & una fœmina,nõ ſatis infortuniũ 55
propter ſuam ætatem intelligẽtes,quæ res magis homines ad miſericordiã cõmouebat,multiq; lachrymas ciues ad illorum aſpectũ demiſerunt,fuitq; lætitiæ & doloris plenũ ſpectaculũ,donec infantes tranſierunt. Ipſe autem Perſeus poſt filios & miniſtros ibat fuſca ueſte amictus,& crepidas more patrio habẽs, propter magnitudinem malorum ad omnia trepidus,ac mẽte turbatus. Poſt eum ibat amicorũ & familiariũ mœſta turba,miſerabiliter ipſum intuentes lachrymantéſque,ut etiã pleriq; ex Romanis lachrymare ob miſericordiã cõpellerentur. Atqui poſtulaſſe Perſeũ ab Aemilio ferunt,ne in triumpho duceretur. Sed Aemilius ignauiã eius irridens reſpondiſſe fertur,olim id in ipſius poteſtate fuiſſe,ac etiam tunc eſſe,oſtendens morte hãc ignominiam eſſe fugiẽdam: quam non ſuſtinuit uir ignauus,ſed uana quadã ſpe ductus, pars ſuorum ſpoliorũ eſſe maluit. Poſt eũ deferebantur aureæ coronæ, quibus Aemi- 56
lium,uirtutis gratia, Græcæ donauerant ciuitates. Erat numerus coronarum quatercentũ. Deinde Aemilius ipſe ſequebatur ornatiſſimo curru inuectus, uir & citra huiuſmodi honorem ſpectaculo dignus,purpuram auro cõtextam indutus, & lauri ramum dextera gerens. Ferebant & laurum milites,currum Aemilij ſecundũ legiones, cohortes,& manipulos,ſubſequentes,partim carmina patria ſalibus permiſta & riſu, partim Aemilij laudes cantantes,quẽ intuebantur & admirabãtur omnes. Nec quicquam ex his,quæ homini optanda forent,ſibi deeſſe arbitrabãtur,niſi fortè dæmoniũ aliquod magnificis & ampliſſimis rebus ſortem habet detrahendi,ac ita miſcẽdi humanam uitam,ut malorum omnium nullo modo ſit expers,ſed iuxta Homeri ſentẽtiam,cum iis optimè actum eſſe uideatur, quos fortuna ad utranque partem cõuertit. Erant Aemilio quatuor filij, duo in adoptionem aliarum familiarum dati, Scipio uidelicet & Fabius: duo etiam in poteſtate retenti, quos ex alia uxore poſtea ſuſceperat. Horum alter quinque diebus ante triumphum mortuus eſt, ſexdecim annorum ætate: alter qui duodecim annorum erat,tertia die poſt triumphum deceſſit. Nec fuit quiſquam ciuis,qui hunc filiorum Aemilij caſum non dolenter ferret, horrens fortunæ crudelitatem,quæ nõ uerita ſit tantũ luctum in domũ lætitia, feſtiuitate & gloria plenam induxiſſe,lachrymáſque & dolores & luctus uictoriis, gaudiis,& triumpho admiſcuiſſe. Aemilius tamen recta ratione fretus,fortitudinem & conſtãtiam,nõ ſolùm aduerſus arma & ſariſſas,ſed aduerſus omnem fortunam pariter habendam ratus, ea moderatione mortes filiorum tulit, ut ſecũdis aduerſa & domeſtica publicis obſcurata,dignitatem & magnitudinem rerum nequaquam deturparẽt.

πάθος.

Vera magnanimitas.

Primi

58 Primi ex filiis,qui defunctus eſt,ſtatim poſt funus triumphauit: alio deinde poſt triũphum defuncto,populũ Rom. in concionẽ uocauit,ibíque uerba fecit non hominis qui indigeret conſolatione, ſed qui planè ciues ſuos ob eius incõmodũ lugentes cõſolaretur. Dixit enim humanarũ quidem rerum nihil ſe unquã pertimuiſſe,ſed diuinarum: ut infidã & uanam rem ſemper fortunã expauiſſe,ac præſertim in tanta obſecundatione præſentis belli tantóq; proſperitatis curſũ mutationẽ quãdam & refluxũ
» cõtinuò formidaſſe. Vnius,inquit,diei ſpatio,Ioniũ à Brunduſio tranſgreſſus Corcy-
» ræ applicui. Quinta deinde die in Delphis ſacrificio peracto,aliis quinque diebus co-
» pias ex Macedonia ſuſcepi,luſtratóq; exercitu,ac rem gerere adortus, quintadecima
» poſt hoc die bellũ confeci. Suſpecta mihi erat fortuna propter tãtam proſperitatẽ: &
» cùm uictorem exercitũ,& ſpolia,& reges captiuos rediens deportarẽ, in ipſa nauiga-
59 tione aduerſum aliquẽ caſum formidaui. Sed cùm iam ſaluis rebus incolumíſque ad
» uos delatus, urbem lætitia & feſtiuitate cõpleri aſpicerem, adhuc fortunã ſuſpectam
» habui,quam ſciebam nihil purũ,nihil ſine inuidia hominibus gratificari conſueſſe:
» nec animus meus pro repub. prius timere deſtitit,quàm aduerſus caſus me priuatim
» inuaſit. Optimos filios quos mihi ſolos delegerã ſucceſſores,continuatis propè fune-
» ribus extuli. Nunc autem ſine periculo eſſe uideor,ac bonam ſpem mihi propono,&
» arbitror iam populi Rom. fortunã ſine labe permãſurã, quandò ſatis inuidiæ mihi ac
» meis pro anteriori poſperitate illa infixit. Nec eſt iam inſigne minus humanæ fragili-
» tatis exemplũ is qui triumphauit,quàm is de quo triumphatũ eſt. Perſeus ſiquidem
» etiam uictus filios habet, Aemilius autem uictor ſuos amiſit. Huiuſmodi generoſam
ac magnificam orationem non fictè,ſed ex uero animo,ferunt Aemilium in concio-
60 ne habuiſſe. Pro Perſeo autẽ omni ſtudio adnixus nihil obtinere potuit,ut ex carcere in lętiorem ac minus ſordidũ traduceretur locum,ubi cuſtoditus,quemadmodum plerique tradunt,mœrore animi cõfectus eſt. Alij mortis eius nouum ſcribũt modũ: Perſei interitus.
nam milites cuſtodiæ pertæſos,& aduerſus eum infenſos,poſtquam aliter nocendi & affligendi poteſtatem non habebant, ſomno arcere conſtituiſſe, & uices inter ſe partitos diligenter obſeruaſſe,ne domire poſſet,quoad per hunc modum cõfectus interiit. Interierunt & filiorum duo. Tertium uerò Alexãdrum nomine ingenioſum circa toreumata & ſubtilis diligentiæ opera fuiſſe tradũt, doctúmq; etiam Latinas literas,& ſermonem Romanũ,ſcribã fuiſſe magiſtratuum,ſéque in eo miniſterij genere aptum in primis ac perurbanũ præſtitiſſe. Ob res in Macedonico geſtas bello, ſumma
61 populi Rom. gratia Aemilio acceſſit. Tantũ enim auri argentíq; in ærariũ Aemilius retulit,ut nullum tributũ perſolui à ciuibus opus fuerit uſque ad Hircij & Panſæ cõſulatum,qui circa primũ Cæſaris & Antonij bellum conſules fuerunt. Illud quoque admirabile eſt,ac præcipuum Aemilij factũ, quòd quãuis egregiè cultus obſeruatúſque à plebẽ Rom. tamen in optimatum perſeuerauit partibus, nec ob gratiam plebis quicquam dixit, aut fecit unquã, ob quod popularis haberetur. Quod utique poſteriori tẽpore Appius Claudius Scipioni exprobrauit. Cùm enim ipſi duo totius ciuitatis ampliſſimi uiri cenſuram peterent, Appius ſenatum & optimum quẽque ſecum trahebat: hæ nãque reipub. partes Appię familiæ ueteres erant. At Scipio & ipſe per ſe
62 potens,& ſtudio plebis Romanæ plurimùm utebatur. Deſcẽdentem igitur in forum ſtipatum hominibus ingeneroſis quidẽ ac ſeruilibus,& maximè turbulentis popularibúſque, qui ambiendo & clamando cuncta uiolenter exequebãtur, ut cõſpexit Appius magna uoce, O Paule, inquit, Aemili, nónne etiam apud inferos, ſi quis illic noſtrarũ rerum ſenſus eſt, indignaris quòd filium tuum *Mallius tonſor, & Licinius declamator ad cenſuram perducunt? Sed Scipio extollẽdo populum Rom. eius ſibi beneuolentiã cõpararat. Aemilius autẽ licet aſſertor optimatũ eſſet, nihilominus. à plebe magis amabatur, q̃ is qui maximè populare ſe præſtabat: quod animaduerſum eſt, præter cæteros honores, in cenſura ſibi demãdata, qui magiſtratus maximè omnium

* ἀμμύλιος ὁ κήρυξ.

cenſura.

reuerẽtiæ eſt,plurimæq; poteſtatis,cùm aliis rebus,tum ad morũ emendationẽ.Nam in ſenatu remouere immeritos poteſt,& principem perſcribere,auferre equos,notare infamia,cenſum augere,luſtrum condere. Cenſa ſunt autem ſub Aemilio cenſore 63
ciuium capita CCCXXXVII millia.In ſenatu M. Aemilium Lepidum prætulit,qui quater antea princeps fuerat. E ſenatu tres amouit.In recenſendis equitibus Romanis etiã mediocritatẽ ſeruauit tam ipſe,quàm collega eius Martius Philippus. Sed cũ cenſurã iam magna ex parte geſſiſſet,in morbũ incidit, ab initio quidẽ periculoſum, tractu autem temporis abſq; periculo, attamen longũ atque moleſtum. Fretus inde conſilio medicorũ,cùm Veliam(is eſt Italiæ locus) nauigaſſet, ibíq; plurimùm tẽpus in oris maritimis,quietíſque regionibus moram traxiſſet, deſiderabat præſentiã eius populus Rom.ac ſæpe in theatris uoces gliſcentium uidere illum emittebãtur. Itaq; cùm ſatis conualuiſſe uideretur,& ſacrificia quædam neceſſaria inſtarent,in urbẽ rediit,curauítq; ſacra egregiè una cum cæteris collegis,circunfuſo ac plaudẽte Romano pop.Poſtridie ipſe pro ſua ualetudine ſacra fecit, quibus cõfectis reuerſus domũ, 64
obitus. cùm accubuiſſet,priuſquã ſentiretur quicquam,mẽte alienatus eſt, ac ſubinde tertia die è uita migrauit,nullius earum rerum expers,quæ ad felicitatẽ pertinere putãtur. Nam & funus eius ita celebratum eſt, ut optimus ac beatiſſimus ornatus adeſſet.Hoc autem erat non aurũ,non ebur,non magnificentia ſumptus apparatúſque, ſed beneuolentia,charitas,gratia,non ſolùm ciuiũ,uerumetiã hoſtiũ.Quotquot enim aliquo caſu Romæ aderant ex Iberia,Liguria, Macedonia,iuniores quidẽ natu robuſtis corporibus feretro ſubeuntes ipſum extulerunt:maiores autẽ ſequebantur uocitãtes benefactorem & ſeruatorẽ ciuitatũ ſuarum.Non ſolùm enim in uictoria ſeſe mitem,& humanũ præſtitiſſe dicitur,ſed in omni reliqua uita eos tutatus eſt, & ueluti pro domeſticis ac neceſſariis habuit.Patrimonium uix triginta ſeptem milliũ reliquiſſe tra- 65
dunt:in hoc ambos ſibi filios hæredes inſtituit. A Scipione tamẽ,qui erat minor natu integra hæreditas fratri conceſſa eſt, cùm ipſe in familiam Aphricani locupletiorem adoptatus tranſiſſet. Tales mores,uitáque Pauli Aemilij fuiſſe dicuntur.

Timoleon.

ANTONIO TVDERTINO INTERPRETE.

ANTEQVAM Timoleon in Siciliã traiiceret, res Syracuſanorũ ſic 1
ſe habebat.Poſtquam Dion tyrãnum Dionyſium expulit,ſtatímque dolo interfectus eſt,inſurgentibus ad libertatẽ, qui cum Dione ſenſerant,parum abfuit,quin ex malorum ingruentium multitudine,ac tyrannorum frequẽti mutatione,urbs derelicta ac deſerta fuerit. Reliqua quoque Sicilia turbulenta atque tumultuoſa exiſtens, iam omnino propter inimicos ſine repub. erat. Nam plurimæ ciuitates, potentioribus urbis res nouas aggrediẽtibus, à barbaris atque militibus ſine ſtipendio merentibus, faciliter occupabantur. Dionyſius decimo poſt exilium anno aduenas milites conducens, Niſæúmque tunc in repub. principem expellens, rem iterum aggreſſus,tyrannum ſeſe Syracuſanis ex integro conſtituit. Admirandum profectò,paruum exercitum è tyrãnide Dionyſium tunc omniũ tyrannorũ maximum expuliſſe: admirabilius uerò,exulem ipſum atq; deiectum, tyrannidem recuperaſſe. Itaq; Syracuſani qui in urbe erant,in ſeruitutẽ redacti, eò crudelius à tyranno opprimebantur,quòd nuper exilium calamitatéſque animum uehementer exaſperauerãt. Optimates ac nobiles ad Icetẽ Leontinorũ principẽ diuertunt, ducémq; ſibi in bello eligunt,quanquã nec meliorẽ,nec fortiorem cæteris belli ducibus eſſe cognoſcerent, ſed

ſed ad quẽ alium confugerẽt,quémue ſibi imperatorẽ dicerent, nõ habebãt.Accedebãt etiã quòd genere Syracuſanũ arbitrabantur,necnõ quia copias in tyrãnum aptiſſimas,bellicoſiſſimáſq; ſibi cõparauerãt. Interim Carthaginienſibus magna claſſe in Siciliam traiiciẽtibus,Siculi timore perculſi in Græciã legationẽ mittere, & à Corinthiis auxilium petere decernunt,non ſolùm amicitiã freti,neq; quòd ab illis ſæpẽ beneficiis effecti,uerumetiam quòd perſpicuum erat,Corinthios libertatis amatores,& tyrannorum oſores ſemper extitiſſe,ſuſcepiſſéque ſæpius maxima bella non regnãdi
3 aut auaritiæ,ſed Græcorum libertatis gratia.Icetes uerò, qui militiæ cauſam tyrãnidem fecerat, non Syracuſanam libertatem,occultè apud Carthaginienſes hoc aſſerebat,Syracuſanos autẽ manifeſtè laudabat.Et quoſdã in Peloponneſum legauerat,nõ quòd illinc auxilia optaret,ſed quòd,ut cõſentaneũ erat,ſi Corinthij propter Græciæ turbationes atq; tumultus auxilia negarent, ſperabat facilius ad Carthaginienſes rem traducturum,& ſociis in bello contra Syracuſanos uti,quàm contra tyrãnum. Hæc paulò pòſt in lucem emerſerunt.Nam cùm legati rediiſſent,Corinthiorũ nomine retulerunt,Corinthios ſemper externarum ciuitatum,& maximè Syracuſanorum pro eorum conſuetudine curam ſuſcepiſſe,nec forte fortuna tunc aliquo Græcorũ bello uexari,uerùm in pace ac otio uitam ducere,quare ex animo ac promptè auxiliũ illis
4 præſtaturos eſſe.Itaque cùm de imperatore eligendo cõſultarent,magiſtratúſq; alius *Occaſio accedẽdi rem-* aliũ,prout quiſque eminere uidebatur,nominarent,unus ex multitudine aſſurgens, *pub.* Timoleonem Timodemi filium, qui nondum in repub. emerſerat, nec ut emergeret,nec ut imperator crearetur unquam animo uolutarat,nominauit.Verùm numine quodam afflante hominem,ut uidetur,ſtatim bona fortuna in ſuffragiis reddẽdis, cæteríſque in rebus gratam atque propitiam ſeſe præſtitit,uirtutíque hominis ornamento fuit. Timoleon profectò in urbe claris parẽtibus ortus,patre Timodemo,matre Demariſtia,tam manſueto mitíque ingenio natura fuit,ut contra tyrannos,contráque improbos,haud maximo inflãmaretur odio. In bello etiam adeò honeſto ingenio utebatur,adeò quieto,ut multam in iuuentute prudentiam,multã in ſenectute fortitudinem in rebus agendis oſtenderet. Fratrẽ uerò Timophanem maiorẽ natu
5 omnino ſibi diſſimilẽ habuit:qui cùm temerarius malóque animo eſſet,& regnandi cupidus,ſemper minus honeſtis amicis, ac ſatellitibus ſeſe ſtipauerat. Quẽ cùm audaci animo,promptiſſimóque in aggrediẽdis periculis eſſe ciues perſuaderẽtur, tanquam bellicoſum uirum ac ſtrenuum,militarem ſibi ducem elegerunt. Et his in rebus Timoleon ſuum præſtitit officium. Nam cùm ille uitia diſſimularet atque tegeret,ut minus illa apparerent,operam dabat, & urbanitate ac facetiis exornãdo,augebat,fugabátq; ubi paulò plus retegerentur. In bello quod contra Argiuos Cleonæóſque gerebatur,cùm Timophanes equitibus præeſſet, Timoleon uerò peditibus, Timophanes equo excuſſus,obtritúſque magnũ incidit in periculum. Nam ſociis partim fugientibus,partim præſenti animo utentibus, pauci cõtra multos manus con-
6 ſerunt,ipſúmque magno cum periculo defendunt.Quod poſtquam Timoleon perſpexit,accurrens,ut auxilium afferret,Timophanémq; proſtratum ſcuto protegens, multis telorum uulneribus,multis percuſſionibus cùm armis, tum in corpore acceptis,cum labore inimicos fugauit,fratrémq; redemit. Deinde Corinthij timentes, ne idem quod prius à ſociis paterentur, ut ciuitatẽ amitterent, quandringẽtos aduenas milites alere,híſque Timophanem præficere decernunt. Timophanes uerò iuſti cõtemptor atq; honeſti,ſtatim operam dedit,ut ciuitatẽ ſub eo malè afficeret, multóſque ex primoribus ciues indemnatos necaret,& ſeſe tyrãnum declararet. Quam rem cùm Timoleon ægro animo ferret,& illius uitium ſuam calamitatẽ eſſe duceret, illi perſuadere conatus eſt,ut hanc inſanã animi cupiditatẽ exueret, & malefactorũ erga
7 ciues emẽdationem quæreret. Neglectus Timoleon atque expulſus, cùm ex neceſſariis Aeſchylum,uxoris Timophanis fratrem aſſumpſiſſet, ex amicis uerò augurẽ,cui

Theopompus Satyro, Ephorus autem atque Timæus Orthagoræ nomen fuisse scribit, paucis diebus elapsis rursus ad fratrem ascēdit: illi cum circunstarent, Timophanem ut emendationis signum ostenderet, suppliciter rogabāt. Vbi primùm illos ridiculos habuit, deinde rem grauiter ferens, ad iram conuersus est, Timoleon paululū fecessit, & seipsum tegens lachrymas effudit. Illi autem strictis gladiis subitò Timophanem interficiūt. Quod postquam in uulgus passim dissipatum est, optimates urbis odium Timoleonis in Tyrannos, atque magnanimitatem laudibus extollebant: quoniam etsi optimus esset, fratrémque amaret, tamen patriam necessitudini, honestum atque iustum utilitati præposuisset: fratrē quandiu de repub. bene meritus esset, salute donasset: cùm uerò patriæ insidias tenderet, in seruitutémque redigeret, morte mulctasset. At qui in populari statu uitam agere nequibant, pendēre à potentibus assueti, magnum quidem gaudium, magnámq; lætitiam simulabant: sed Timoleonem conuitio insectantes, impiéq; ac crudeliter egisse prædicantes, dolore mœstitiáque afficiebantur. Timoleon postquam accepit matrem animo angi, & graues uoces horrendásque execrationes in se effundere, eam cōsolaturus accessit. Cuius aspectum cùm illa nullo modo ferre posset, ostia clausit: quare Timoleon multa animi ægritudine affectus, ac mente alienatus, eo animo discessit, ut mortem sibi inedia ascisceret: qui, etsi eum amici salutarent, amicásq; exhortationes in medium adducerent, & necessitatem homini afferrent, statuit priuatim uiuere, & ab ipsa repub. sese abdicare: ac principio nunquam in urbē proficiscebatur, sed extra humanum consortium errans per desertos agros uersabatur. Adeò cōsultationes atque deliberationes quæ in rebus agendis stabilissimum robur à ratione atque philosophia non sumpserint, facillimè à contingentibus laudibus ac infamia quatiūtur atque feruntur. Oportet enim operationem ipsam, nō solùm honestate, iustitiáq; præditam esse, sed etiam opinione, ex qua aliquid operari cōpellimur, stabilissima, ut operatio nostra consensu omniū cōprobetur. Neq; similes illis qui uētri gulæq; dediti sunt, uideamur, ut quemadmodū hi celeri auiditate ac odore suauium ciborū allecti, & ad repletionē usq; satietatémque adducti, statim abhorrēt atq; stomachantur, ita nos quoq; post nauatā operam, labefactata propter imbecillitatē honesti opinione atq; phātasia, pœnitētia, tristitiáque afficiamur. Nam pœnitētia, ipsa res etiam bene gesta deturpatur. Electio autem quæ ex certa sciētia, certáq; ratione proficiscitur, nullā ab errore suscipit mutationē. Quapropter Phocion Atheniēsis rebus ab Leosthene gestis aduersatus, ubi illū uelut de bene gesta re gratulari, & Atheniēses Ioui Martíq; hostias mactare, & uictoria lætari atque gloriari uidit, Vellem, inquit, gesta essent hæc, & illa cōsulta. Aristides quidem Locrus ex Platonis familiaribus unus, uehementius atq; grauius. Nam cùm superior Dionysius unam natarum eius in uxorem peteret: respondit, suauius sibi fore illam mortuā, quàm tyranno nuptā aspicere. Paulò pòst, cùm Dionysius eum morti damnaret, & contumeliæ causa illum interrogasset, si quemadmodum prius de collocatione filiæ sentiret: respondit, rerum gestarū mœstitia affici, dictorū autem nulla pœnitētia detineri. Hæc forsan maiori, perfectioríque uirtute gesta sunt. Timoleon, siue fratris morte, siue matris pietate animi angeretur, adeò mente fractus erat, adeò attritus, ut uiginti ferè annis extra humanam consuetudinem uiuens, nūquam rempub. attigerit. Cùm igitur de imperatore designando suffragio in concione quæreretur, & Timoleon nominaretur, populo eum prompto animo amplexante, assurgens Telecrides, tunc in senatu & potentia & authoritate clarissimus, hortatus est Timoleonem, circa res agendas & bonum & generosum se præberet. Si enim strenuè te gesseris, inquit, sustulisse uidebere tyrannum: si ignauiter, fratrem. Parata classe collectísque militibus, ut nauigaret, literæ Icetis nomine Corinthiis reddūtur: in quibus literis eius proditio atq; perfidia significabatur. Nam ubi primū legatos emisit, Carthaginiēsibus se adiunxit, & palàm cum illis agebat, ut Dionysio ex Syracusis expulso,

Recte facta non satis cōstanter suscepta.

Grauis sententia.

12 so, ipse tyrānidem occuparet. Timens ne prius Corinthiorum copiæ in Siciliam aduentarent, & spem rerum gerendarum frustrarent, literas Corinthiis in quibus hæc extabant, scriptas transmisit: Non opus esse labores, & expensas summo cum periculo facere, in Siciliam nauigādo, præsertim Carthaginiensibus aduersantibus, & mare nauiū multitudine custodientibus, quos ipse coactus, Siculis cunctantibus, socios sibi ad oppugnandum tyrannum adiunxisset. Lectis literis Icetes primùm à Corinthiis infans atque imperitus circa rem militarem habitus est: deinde omnes ita ad irā contra ipsum prouocati sunt, ut quamceleriter Timoleoni uiaticum ac nauigationis præparationem struxerint: paratísque nauibus, paratísq; iis quæ proficiscentibus militibus necessaria erant, Proserpinæ sacerdotes in somnis uidere sibi uisæ sunt, deas in
13 peregrinationē quandam ire, & cum Timoleone in Siciliam nauigare. Quapropter Corinthij sacram triremem instructam dearum cognomento appellarunt. Timoleon in Delphum traiiciēs, facta re diuina cùm in templum Apollinis atque in adytum uenisset, miraculum sibi euenit: nam uitta quędam coronis, & tropheis insignis de suspensis donariis defluxit, & caput Timoleonis, ut à deo coronatus ad res gerendas præmitti uideretur, coronauit. Cùm itaque naues decem haberet, Corinthias septem, Corcyreas duas, unam Leucadem, iter ingressus est. Cui noctu pelagus ascendenti, & secundis uentis mare percurrenti, repentè cælum scindi uisum est, & supra nauem multum lucidissimúmque ignem effundi. Deinde cùm lampas, quali in mysticis sacrificiis utuntur, eleuaretur, & cursu Italiā uersus dirigeretur, quò nautæ maximè intenti erant, in terram ueluti fulmen irruit. Quare Timoleonem augures docuere, hoc approbationem testimoniúmque sacrorum esse summorum, & quòd deæ
14 Timoleoni auxilio proficiscebantur, ex cælo signum iubárque dedisse, essēque Siciliam Proserpinæ dedicatam, quoniam illic raptam fuisse homines fabularētur, & insula tanquam nuptiali dono, in ipsis nuptiis donatam extitisse. Hęc deorum signa ita militum animos ad spem fiduciámque erexerunt, ut celeri cursu emenso pelago, in Italiam delati sint. Illa uerò quæ ex Sicilia nuntiata sunt, Timoleonem dubium atq; solicitum, milites autem mœstos reddidere. Nam Icetes uictum à se Dionysium atq; fugatum in arce quæ Insula cognominatur, obsidebat, & capta maiore urbis parte, illam muro ac fossa circundederat. Carthaginiēses autem hoc agere iusserat, ut ne Timoleon Siciliam inuaderet, quò longè depulsis illis, ipsi mox inter se insulam parti-
15 rentur. Interea Carthaginiēsium cum uiginti triremibus legati ad Timoleonem captandi fallendíque gratia nauigarunt, qui fraudulenter atque improbè callida consilia machinati, Timoleonem rogabant, ut pro communi omnium pace, Icetæ sese socium adiungeret, nauibus ac militibus Corinthum remissis, quòd bellum propemodum esset confectum: præterea Carthaginienses trāsitum in Siciliam, si quis per uim moliatur, sint prohibituri. Postquam Corinthiæ naues ad Rhegium appulerunt, & ea quæ per legatos exposita erant accepere, & Phœnices non longè nauigantes conspicarentur, affecti iniuria dolebant, contráque Icetem omnes odio ferebantur, necnon pro Siculis, quos manifestè intuebantur Icetæ præmium proditionis, Carthaginiensibus mercedem tyrannidis futuros, timor inuasit. Impossibile enim uidebatur hostes superare posse, cùm perspicerent longè plurimas naues barbaris, Icetæ multò
16 maiores copias esse quàm sibi. Tamen Timoleon cùm legati ac principes Carthaginiensium sibi obuiam darentur, mansuetè sermonem cum illis habuit, dixítque obedire se uelle: quid enim perficere non obediens posset? sed cupere hæc coram græca & eadem utrique exercitui amica Rheginorum urbe peragi, transigíque, atque sua etiā id interesse, & illos minus inficiaturos quæ de Syracusis attulissent, uniuersa Rheginorum multitudine uelut in testimonium adhibita. Hæc illis ita loquutus est, quò facilius traiiciendi consilium dissimularet, in quo etiam Rheginorum duces unà dolum fabricabant. Barbarorum enim inciuilitatem pertimescentes omnes, optabant,

ut Siciliæ regnum penes Corinthios esset. Itaque aduocata concione, portas clauserunt, ne ad aliud agendum ciues prodirent, sed ad cœtum uenientes, diu cõcionem detinerent, & alter alteri nullo fine, dum tempus tererent, materiam dicẽdi præberet, donec Corinthiorum triremes paratæ essent, & Carthaginienses, qui existimabant præsentem Timoleonem paulò pòst orationem habiturum, sine suspicione detinerent. Postquam Timoleon clàm certior factus est, de discessu triremium suarum, 17
unam autem sibi relictam esse, stantibus circa suggestum Rheginis, qui huius rei cõscij erant, discedens per turbam transiuit, & in mare descendit, atq; in Tauromínium Siciliæ oppidum celeri cursu nauigauit, ibíque ab Andromacho in repub. principe, qui iam ad se illum accersierat, susceptus est. Hic ea tempestate omnium potentum iustissimus unus fuit in Siculis. Timæi qui historiam scripsit pater erat. Enimuero suos ciues legibus ac iustitia gubernabat, & contra tyrannos apertissimas inimicitias exercebat. Itaque urbem Timoleoni tanquam asylum præbuit, & ciuibus persuasit, ut unà cum Corinthiis pro Siciliæ libertate bellum susciperent. Dimissa igitur concione, cùm Timoleon discessisset, Carthaginienses qui Rhegij morabantur, sic decepti grauiter ferre, Rheginos admonere, quòd si Phœnices sint, iis qui per fraudẽ abierunt, inimicentur. Quare Tauromínium ad triremes legatum mittunt, qui Andro- 18
machum inimicè ac barbaricè alloquatur, diráq; minetur, ni urbe statim Corinthios eiiciant. Is inter orandum supinam manum ostendens, & mox conuertens, talem urbem futuram edixit. Quod cùm legatus apud Andromachũ fecisset, Andromachus ridens nihil aliud respondit, nisi manum ut ille nunc supinam, nunc conuersam extendens, discedere iussit, nisi uellet nauem pro tali talem fieri. Icetes interim cùm discessum Timoleonis audiuisset, atque timuisset, multas Carthaginiẽsium triremes accersiuit. Ex qua re cùm Syracusani à Carthaginiẽsibus portum, ab Icete urbem occupatam esse, arci Dionysium dominari, Timoleonem uerò tanquam tenuissimæ oræ ac finibus Tauromínio paruo Siciliæ oppido, imbecilli spe paruísque copiis affixum uiderent, salutem desperabant. Nam mille secum milites Timoleon habebat, & iis 19
nihil alimẽti, nihil rerum necessariarum amplius aderat. Præterea ciuitates * plenæ, & contra belli duces exasperatæ, nihil iam illis fidei tribuebant, præsertim propter Callippi & Pharaci perfidiam, quorum alter Athenienſis, alter Lacedæmonius cùm dicerent pro Siciliæ libertate se aduentare, ut monarchias delerent, optabiliores Siciliæ illas sub tyrannide calamitates esse docuerunt, & longè feliciores uideri eos, qui sub seruitute agerent, quàm qui afferrent libertatem. Itaque Timoleonem haud meliore illis expectabant, sed rursus eadem sophismata, easdẽ captiones sibi afferre, spem optimam beneuolentiámque pollicentem. Itaque de rebus nouis malè sentientes, Corinthios à se omnes Siciliæ ciuitates, præterquam Adranitæ, excludebant: hi enim paruam urbem habitantes, & deum Adranum, qui maximo in honore per uniuersam Siciliam habebatur, colentes, intestinas seditiones agitauere. Nam partim Iceten & 20
Carthaginienses, partim Timoleonem accersentibus, cõtigit forte fortuna, ut studio uterque suo eodem tempore potiretur. Verùm Icetes quinque millia militum, Timoleon uerò non plures quàm mille & ducentos habebat. Quos cùm Taurominij accepisset, quod ab Adrano quadraginta stadiis ac trecentis distat, primo die nõ multam uiæ partem occupauit. Postridie per loca senta situ, & aspera iter ingressus, per uniuersúmque diem proficiscens, iam inclinato die accepit Iceten ad urbem appropinquasse, & iamiam castrorum loca metatum fuisse. Qua ex re cẽturiones & cohortis duces, ut promptioribus ad pugnam militibus uterentur, corpora reficere iubebant. Timoleon autem ipsos adiens, docuit ne ista fierẽt, quinimò statim milites ducerent, & hostes incautos imperitósque inuaderent, qui, ut consentaneum erat, nuper labore uiæ defessi, in tentoriis otio atque somno operam impenderent. His dictis, 21
sumptísque militibus, tanquam manifestè uictoriam præsagiret, primus ad hostes conten-

* διάστασις πρὸς ἄλλήλους.

Strategema forte.

contendit. Milites audaciores facti, ad illos qui paucioribus triginta stadiis aberant, Timoleonem sequebantur. Illi ut primùm Timoleonem aduentare senserunt, impetu ab eo præuenti ac turbati fugam arripuere: itaque occupatis castris non plures trecentis ferro occubuere, capti autem uiui bis totidem fuere. Adranitæ apertis portis Timoleonem petũt pugnæ tempore, cum horrore atque admiratione ostiis templi spontè patefactis, deum pili cuspidem concutientem, multúmq; ex eius facie sudorem emanantem uisum narrabant. Hæc, ut uidetur, non solùm præsentis pugnæ signa fuere, sed futura etiam bella, quibus hoc uelut auspicium fuit, portendêre. Nam & aliæ ciuitates decretis subitò legationibus, Timoleoni sese, urbem agrósque dede-
22 re. Mamercus quoque Cataniæ tyrannus, uir sanè clarus in bello, & qui magnum argenti pondus & auri habebat, cum Timoleone societatem iniit. Dionysius qui non multùm abfuit ne militibus præda fuisset, Mamerco bello maior & armis, spe omni abiecta, Iceten turpiter uictum neglectui habens, Timoleonẽ admirãs, illi & Corinthiis legatos misit, séque ipsum atque arcem dedit. Timoleon insperatam fortunam amplexus, Euclidem Telemachúmque Corinthios homines in arcem cum quadringentis militibus, sed non unà, neque palàm, proficiscí iussit. Nam occupato ab hostibus portu, impossibile uidebatur eò posse peruenìri. Itaque clàm atque paulatim ad Dionysium ueniunt, & arcem ac suppellectilem omnem quæ belli usu foret, in potestatem suam redigunt. Magnus profectò equorum numerus, magna telorum multi-
23 tudo, uniuersa etiam machinarum uarietas inerat. Armorum quoque quæ diu reposita erant, adeò affluens atq; opulentus seruabatur thesaurus, ut septuaginta hominũ millia ad bellum illis armari potuissent. Militum quidem quos quemadmodum cætera Timoleoni Dionysius præbuit, duo millia. Ipse autem sumptis pecuniis, sumptísque quibusdam ex amicis, clàm Icete nauigans, ad Timoleonem in castra delatus est. Quem statim Timoleon, ut priuatum ac deiectum hominẽ, cum una naui paucísque pecuniis in Corinthum transmisit. Qui in tyrannide maxima atque clarissima natus, decem annis antequam à Dione expelleretur, duodecim autem post Dionis mortem regnauit. Sed hoc uniuersum tempus in bello contriuit. Quæ uerò in tyrannide commisit, quæque passus est indignè, diligenter accuratéque in Dionis uita
24 perscripsimus. Nam filiorum pubescentium mortes, filiarum uirginum constupra-
tiones inspexit, sororem & eandem uxorem uiuam ab hostibus fœda libidine uiolétiáque deturpatam, & cum filiis in mare demersam. Dionysius postquam in Corinthum nauigauit, nemo ex Græcis erat qui & uidendi illum, & alloquendi desiderio non teneretur. Alij propter odium lætitia affecti, aspiciendi gratia congredientes, ludibrio illum fortuna destitutum habebant: alij ad mutabilitatem fortunæ conuersi condolebant, & multam rerum humanarum imbecillitatem, multam occultarum diuinarúmque causarum potentiam animo uolutabant. Nullum enim ea tempestas, uel naturæ uel artis ullum protulit opus tantum, quantum illud fortunæ, cùm qui paulò antè Siciliæ tyrannus esset, Corinthi in myropolio, & obsoniorum foro sederet, uinum quod cauponæ dedissent, biberet, in publico cum mulierculis formã prostituentibus altercaretur, ambubaias cantibus institueret, & cum illis de concinnita-
25 te in theatricis cantionibus magno cum studio decertaret. Quidam ideo hæc fieri à Dionysio coniecturis assequebantur, quòd homo ignauus ac perdito ingenio illecebris deditus esset. Quidã uerò ne Corinthiis terrori existeret, sed sese negligendo animi molestiam, & minus secundam fortunam dissimularet, tyrannidísque recuperandæ suspicionem tolleret, & sic præter naturam in otio magnam fingeret simplicitatem. Verùm multa ab eo dicta memorię traduntur, quę generosi sapientísque animi signa potius esse uidentur, quàm insulsi. Nam cùm in Leucada (quæ Corinthiorũ colonia est, quemadmodum Syracusæ) relegaretur, eadem pati inquit, quæ adolescẽtes qui peccassent. Quemadmodum enim illi si peccauerint, hilari uultu fratrum cõ-

Memorabile fortunæ ludibriũ Dionysius.

Dionysii dicta.

ſuetudine utuntur,patres autem ob pudorem fugiunt: ſic ei accidere,qui in Metropoli uitam agens uerecundia quadam detineretur, in Leucade uerò cum uoluptate uitam traheret. Cùm etiam Corinthi miles quidam ſtipendiarius cōtra philoſophorum familiaritates,quibus in tyrannide ſeſe uehementer oblectarat,acrius inueheretur,& eum rideret, tandémque interrogaret, quid utilitatis conſuetudine Platonis cepiſſet:Num tibi nihil adiumenti ſuſcepiſſe uidemur,inquit,ſic fortunæ mutationē tolerantes?Præterea Ariſtoxeno muſico,& quibuſdam aliis interrogātibus, qua cauſa aduerſus Platonem iniquior aliquando fuiſſet:reſpondit,Tyrannidem multorum quidem malorum plenam eſſe,nullum tamen habere maius,quàm quòd eorum,qui amici uocantur,nemo apud tyrānum libera oratione utatur, ac per hos Platonis beneuolentia priuatum ſe fuiſſe. Inſuper cùm quidam uideri argutus & ſalſus uolens, ad Dionyſium tanquam ad tyrannum ingreſſus,pallium excuteret: Dionyſius contrà bellè hominem notans,hoc idem ut ille egrediens faceret monebat,ne quid ſubtraheret diſcedens. Philippus Macedo cùm inter pocula ſermonem de poematis tragœdiiſq; ſenioris Dionyſij per luſum intuliſſet, & dubitare ſe fingeret, quodnam illi tempus ad ea ſcribēda ſuppetiuiſſet: haud malè Dionyſius occurrebat,Hoc,inquiēs, quod tu & ego, & quotquot beati nobis uidemur, totum circa culullos cōſumimus. Sed Plato Dionyſium Corinthi non uidit: acciderat enim ut paulò antè diem ſuum obiret.Sinopeus uerò Diogenes Dionyſio obuiam factus primùm,Quàm indignus, inquit,Dionyſi iſta es uita.Cùm ille gradum ſiſteret, diceréteque: Rectè tu ô Diogenes,qui condoles huic noſtræ calamitati. Quid,inquit Diogenes, dolere me tecū putas?* imò doleo,quòd tale mācipium cùm ſis, dignum quod ſtudiis tyrannicis uelut aptus aliquis paterfamiliâs uitam exigat,hîc per otium & uoluptates nobiſcum agas. Itaque iſthæc mihi intuenti, uoces Philiſti, quibus filias Leptini ex tyrannide tanquā ex magnis bonis ad uitam priuatā deductas,lamentando conſolabatur, mulieris alabaſtros & purpuram,& aurum deplorantis uidentur. Verùm hæc à propoſito noſtro haud aliena ſunt,nec auditoribus,modò non aliò feſtinantibus aut occupatis, inutilia putamus.Sed Timoleonis bona fortuna non minori admiratione proſequēda eſt, quàm Dionyſij infortunium. Nam poſtquàm in Siciliam aſcendit, intra quinquaginta dies arcem Syracuſarū in poteſtatem ſuam redegit, & Dionyſium in Peloponneſum tranſmiſit. Vnde Corinthij maiori manu coacta,duo millia peditum,& ducētos equites Timoleoni miſerunt: qui uſque ad Thurios delati, cùm iſtic tranſitu ſe præcludi animaduertiſſent, (claſſis enim Carthaginienſium ingens eas oras tenebat) & occaſionem neceſſariò iſtic conſiſtendo præſtolarētur, ad præclarū facinus otium cōuerterunt. Thuriorum enim urbem interea dum illi inferendo Brettiis bello operam dant,occupatam, perinde ac patriam ſuam ſumma fide, & ſynceritate cuſtodiebant.Icetes interim arcem Syracuſanam obſedit,prohibuitq; ne Corinthiis frumentum importaretur, & in Adranum duos milites, qui Timoleonem per inſidias ferro trucident,ſubmittit.Timoleon eo tempore apud Adranitas ſine aliqua ſuſpicione ſacrificiis intētus,nulla militum ſeſe ſtipauerat cuſtodia. Qui ab Icete patraturi necem miſſi fuerant,ubi audiuerunt Timoleonem diuina facturum, in templū intrant gladios ſub ueſtibus occulentes,inter eos qui ad aras ſtabant ſeſe admiſcere,pedetentímque propius accedere,& paulò pòſt rei inceptandæ ſtatuto tempore,alter eorum Timoleonis ſocio in capite gladium criſpat: quo cadente,nec qui uulnus inflixerat,nec qui unà uenerat,perſtitit, ſed ille cum gladio fugiens in altam quandam petram deſiliuit, hic uerò aram amplectens Timoleonem obſecrat, ſi ueniam det, rem omnem aperiturum. Qua impetrata, ſummam rei aperit, docétque ut ab Icete miſſi ſint eum interfecturi.Interea quem ſocij ex petra ad Timoleonem trahebant,nullam intuliſſe iniuriam clamabat:uerùm meritò hominem interfectum, cùm ille apud Leontinos patrem necauiſſet.Quam rem teſtimonio quorundam aſtantium comprobauit,qui magnopere

* οὐ διαγανακτεῖν ὅτι τοιοῦτον ἀνδράποδον ὢν καὶ τοῖς τυραννείοις, ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐπιτήδειος ἐγγηράσας ἀποθανεῖν, ἐνταῦθα παίζων καὶ τρυφῶν διάγεις μεθ' ἡμῶν.

magnopere machinamenta fortunæ admirabantur,quę per cauſas alias alia mouens ac longius omnia colligens,& his quæ plurimùm abeſſe,& nihil inuicem commune habere uidentur,omnia concinnans, mutuis ſemper rerum principiis & finibus utitur. Itaque decem minis hominem Corinthij donauere, quòd numini Timoleonis curam habenti, animi affectu rectè inſeruiuiſſet, & conſilium quod in animo multò antè habuiſſet,in nauanda opera non abſoluiſſet,ſed priuata cauſa fortuitò illius uitā

Fortunæ machinamenta.

31 ſeruauiſſet. Quibus rebus præſens bona fortuna in ſpem optimam futurarum rerum animos hominum conicit, quòd Timoleonem ut pium ſanè ſanctúmque uirū comitantibus diis, ad Siciliæ auxilium ac libertatem ueniſſe proſpicerent. Icetes uerò poſtquam præter animi ſui cupiditatem conamina eius accidiſſe uidet,& Timoleoni multos adhærere, ſeipſum accuſans quòd tales tantáſq; Carthaginienſium copias habeat,& ipſis non ſtrenuè,non impigrè,ſed tantis uiribus ſociorū clàm utatur,cum uniuerſa claſſe ducem acceſſiuit Magonem. Mago cum cētum,& quinquaginta nauibus portum petit atque occupat,qui ſexaginta millibus militum Syracuſas ingreſſus,caſtra in urbe poſuit. Cuius claſſis adeò magna inter nauigandum eſſe uidebatur, ut omnem priſcam futurámque barbariem in Siciliam traiicere putares. Enimuero Carthaginienſibus in Siciliam ſuperiori tempore infinita bella gerentibus, nunquā

32 Syracuſas capere data copia eſt. Sed tunc Icetæ recipientis tradentíſque opera Syracuſas barbarorum caſtra iam facta intueri licebat.Corinthij qui in arce erāt, in ſumma rerum difficultate poſiti,rebus ad uictum neceſſariis deficientibus, occupatóque à Carthaginienſibus portu, continuò circa murum tumultuarias pugnas ac uniuerſa bellandi genera ſummis uiribus committebant. Sed Timoleon à cymbis paruíſque nauiculis frumentum ex Catania tranſmiſit:quæ ut barbaricas triremes uitarent, per æſtum fluctúſque curſum tenebant. Quas Iceten ac Magonem intuentes, capiendi Cataniam cura atque libido ceperat,quòd inde Corinthiis neceſſaria in arcem aſportarentur.Itaque ſumptis qui uirtute bellica cæteris præſtare uidebantur,ſolutíſque ex portu nauibus,Syracuſis abeunt.Neon Corinthius,qui arcis præfectus erat, cùm uideret hoſtes cuſtodiæ gratia relictos otioſè negligentérque ſe in urbe cuſtodiēda habere,ſubitò ruit in urbem,& partim cæſis,partim dare terga coactis,Syracuſarū par-

33 tem quam Acradinam uocant, occupauit, atque in ſuam poteſtatem redegit. Quæ cùm cæteris partibus urbis melior uiſa eſſet atque munitior, & quodammodo pluribus urbibus compoſita atque ſtructa, necnon frumenti ac rerum omnium abundās, minimè hunc locum reliquit,nec pedem in arcem retulit,ſed uacua atq; deſerta loca muro circundans,coniuncta arci Acradina,cuſtodia illum muniuit. Mago atq; Icetes,qui iam prope Cataniam uenerant, per nuntium ex Syracuſis rerùm facti certiores, multo dolore, multáque animi ægritudine ad Syracuſas reuertuntur, qui neque operam ſuam pro animi cupiditate nauarunt,& Syracuſas quæ in manu erant,amiſerunt.Sed hæc prouidentiæ uirtutíque,an fortunæ tribuas,dubiū uideri poſſit: hæc uerò quæ deinceps à Timoleone geſta ſunt, omnia bona quadam eueniſſe fortuna uidentur. Corinthij milites,qui apud Thurios morabantur,timentes Carthaginienſium triremes,quæ eorum diſceſſum cum Anone obſeruabant, & multis diebus pelago uentis agitato,partim ui, partim ſponte cedentibus barbaris,per Bracteos pede-

34 ſtri itinere profecti ad Rhegiū uenerunt,adhuc fluctibus mare agitantibus. Princeps igitur nauium Carthaginienſium,qui nihil minus quàm Corinthios expectabat, deſidere putās,aſtutum ſibi conſilium inueniſſe uiſus,coronari nautas, ſcutis græcis naues inſtrui,& purpura iubens,Syracuſas nauigauit,magno plauſu arcem ſubiens, uictos ab ſe Corinthios,quos traiicientes occupaſſet,clamans, obſeſſos hoc ſcilicet pacto turbaturus. Interea cùm ille his nugis, & hac decipiendi arte uteretur, Corinthij qui per agrum Bracteorum in Rhegium uenerant,ubi cùm uentis,tum nauibus maria uacua uidēt, ſummam cæli ſerenitatem nacti,ſummámq; maris quietem, quam-

properè naues ingreſſi in Siciliam delati ſunt, & tanta ſecuritate atque ſerenitate uſi, ut inter nauigandum extra naues equos nantes habenis traxerint. Quos omnes cùm Timoleon ſuſcepiſſet, & ſtatim Meſsanam urbem cepiſſet, bona fortuna magis quàm exercitu confiſus, ad Syracuſas ſtructis pergit ordinibus. Nam ſecum nõ plures qua- 35
tuor millibus militum habebat. Quod cùm Magoni denũtiaretur, tumultuari ac timere, & magis ex hac occaſione in ſuſpicionem uenire. In locis limoſis circa Syracuſas multam ex ſtagnis atque fluminibus, quæ in mare prorumpunt, aquam ſuſcipientibus, anguillarum multitudo paſcitur, ita ut lata piſcari uolentibus præda adſit: hîc, dum utriuſque exercitus ſtipendiariis militibus otium dabatur, unà piſcabantur, utputa Græci, & inter quos nulla priuata inimicitia interceſſiſſet: extra aciem unà deambulando fabulabantur, in acie uerò ſtrenuè, & pro ſua dignitate manus conſerebant. Tunc cùm ſimul piſcarentur, uillarum magnificentiam admirantes, de maris præſtantia ſermone inſtituto, quidam ex Corinthiorum militibus ita loquutus eſt: Et uos Græci in hac urbe tanta magnitudine, tótque ornamentis elaborata, barbaris
hominibus crudeliſſimis ſummo ſtudio, ut barbaros mores inſerant, cùm nobis propinquiores ſitis, operam auxiliúmque accommodatis, aduerſus quos, ut multæ Siciliæ pro Græcis obiectæ eſſent, uoto potius expetendum fuit. Quid? putatis eos qui 36
hunc exercitum collegerunt, abuſque columnis Herculeis atque à mari Atlantico, ut pro Icetæ gloria pericula aggrediantur huc acceſſiſſe? Quòd ſi recto ducis officio Icetes uteretur, non patres expuliſſet, neque contra patriam hoſtiles milites collegiſſet, ſed honoris & gloriæ quantùm ſatis erat aſſecutus fuiſſet, Corinthiis atque Timoleoni obediſſet. Ex his uerbis tumultuantibus in caſtris ſtipendiariis militibus, Magoni ne inſidię ſibi tenderentur magna eſt iniecta ſuſpicio. Quapropter cùm Icetes ne diſcederet illum obſecraret, docerétque quantò hoſtes uiribus ac fortitudine anteirent, & Timoleonem magis uirtute atque fortuna, quàm militum multitudine ipſos ſuperare, Mago ſtatim caſtra mouens, & Siciliam ex manibus dimittens, turpiter ac temerè in Libyam contendit. Poſtridie Timoleon aderat paratus ad pugnam. Poſtquàm uerò Magonem corripuiſſe fugam acceperunt; & deſerta nauibus maria 37
animaduertêre, ridiculam habuere Magonis fortitudinem. Itaque circumeuntes, indicanti quò Carthaginienſium claſſis aufugiſſet, in urbe per præconem præmia poſuerunt. Sed Icetes adhuc etiam bellandi cupidus, intentúſque animo, cúmque hæ partes quas occuparat munitæ, & expugnatu difficiles eſſent, nondum de capienda urbe deſperabat. Timoleon copias ſuas diuidẽs, quas maiori uirtute eſſe animaduertit, quà Anapis præterfluit, ingruere iuſſit. Eas autem, quarum Corinthius dux erat Hyſias, ab Acradina aggredi urbem iuſſit. Tertiam uerò militum partem, quam Dechus atque Demaratus nouiſſimè ex Corintho præſidio adduxerant, ad ſummũ ſubduxerunt. Equidem quòd eodẽ tempore irruptione ab omni parte facta, & Icete conuerſo fugatóque urbs prorſus capta, & momẽto in poteſtatem redacta hoſtibus elabentibus ſit, militum & imperatoriæ uirtuti adſcribere decet. quòd uerò Corinthiorum nemo ceciderit, nemo uulnus acceperit, ſingulare opus Timoleonis fortuna oſtendit, perinde ac illa æmulationem cum uirtute uiri ſuſcepiſſet, quò felicitatem uiri magis qui audiant, quàm laudes ipſius mirarentur. Non enim ſolùm per omnem 38
Siciliam atque Italiam fama cucurrit, ſed & uniuerſa Græcia facti egregij magnitudinem perſonabat: & ita res, ita fortuna celeritatem quandam rebus bene geſtis appoſuit, ut Corinthiorum ciuitas, quæ adhuc an in Siciliam ſui appuliſſent incertior eſſet, eadem die ſaluos in inſulam ueniſſe, & hoſtes uictos eſſe audiuerit: adeò ſucceſſerat res, tantam celeritatem ſucceſſibus adiunxerat fortuna. Timoleon arce in poteſtatem ſuam redacta, nec eius præſtantia quemadmodum Dion commotus, haud illi ob loci pulchritudinem uel ſtructuræ opulentiam magnificentiámque pepercit, ſed ſuſpicionem quæ illi exitio fuit obſeruans, publico præconio Syracuſanis ſignificauit,

uit, ut cuicunque uolenti ad delendum tyrannorum receptaculum ferro adeſſe, liceret. Poſtquam omnes aſcendiſſent, eámque diem, hoc ipſum prœconium, principium libertatis feciſſent, non ſolùm arcem, ſed domus ac ſepulchra tyrannorum funditus
39 euerterunt. Deinde popularem ſtatum præſtantiorem tyrannide ducens, adæquato loco, ut ciuibus gratum faceret, forum quo iura dicerentur exædificari iuſſit. Vbi uacuam ciuibus urbem animaduertit, quòd alij in bello & ciuili ſeditione periſſent, alij tyrannos fugiſſent: & in foro propter ſolitudinem ita magna atque profunda excreuiſſet ſylua, ut lætus pabulo ager eſſet, & equicolæ in herbis altos ſomnos caperent: cæteræ quoque urbes præter admodum paucas, ceruis agreſtibúſque ſuibus plenæ eſſent, & ante urbem circúmque muros in ſuburbanis homines otioſi perſæpe uenarentur: habitantium etiam in præſidiis atque in caſtris nemo obediret, neque in urbem, horrore quodam atque odio in ſubſellia, in forum, ex quibus plurimi tyrannorum ipſis pullularant, aſcenderet: uiſum eſt Timoleoni, & Syracuſanis ad Corinthios ſcribere, ut ex Græcia Syracuſas coloniam mitterent, quòd urbs ciuibus uacua eſſet, & magnum ex Libya bellum expectarẽt, cùm audirent corpus Magonis, qui ſeipſum morte affeciſſet, iratos Carthaginiẽſes propter malè adminiſtratum bellum cruci af-
40 fixiſſe, ipſos autem ut uerno tempore in Siciliam traiiciãt, magnas parare copias. Timoleonis nomine redditis literis, ubi Syracuſanorum legati Corinthios rogauerunt eis Syracuſanã ciuitatẽ curę eſſe, & iterum in prouinciam coloniam mittere, Corinthij nulla auaritia, nulla urbis dominatione allecti atque impulſi, quamprimùm per Græciam ſacris in certaminibus ac magnis in nundinis per prœcones denuntiant, Corinthios Syracuſarum tyrannidem abolere, Syracuſanos cęteróſque extorres Siculos ad libertatem inuitare, & Syracuſis uolentem habitare, iuſtè ſanctéq; in libertate ſuis legibus parta ciuitate uiuere poſſe. Deinde per Aſiam atque per inſulas, ubi paſſim multos ex Siculis uitam agere audiuerant, nuntios mittunt, hortantúrque omnes in Corinthum traiicere: ſe naues, commeatus, auxilia, atque duces præbituros eſſe, nec-
41 non Syracuſis tutos ſaluóſque poſituros. His rebus Syracuſani magno erga Corinthios amore affecti, honeſtiſſimis pulcherrimíſque laudibus in cælũ efferebant, quoniam libertatem atque ſalutem adepti, tyrannorum iugum, barbarorum crudelitatem euaſiſſent. Qui igitur Corinthum uenerũt, cùm perpauci eſſent, Corinthios rogauere, ut ex Corintho cæteráque Græcia ſocij ſibi adiungerentur. Itaque non pauciores decem millibus Syracuſas nauigarunt, ubi iam ex Italia atq; Sicilia Timoleon multos in unum collegerat, quibus ſexaginta millibus exiſtentibus, ut retulit Athanes, Timoleon urbem diuiſit atque partiuit, & domos mille talentis uẽdidit. Primoribus uerò domos, quas illorum eſſe cognouit, reddidit, & populo: cui adeò res anguſta erat, & ad bellum & ad cætera, ut ſtatuæ uenderentur, ita ſententiis uariantibus, & accuſatione ſuper unaquaque inſtituta, quemadmodum cùm homines iudicio rei
42 peragũtur. Gelonis autem antiqui tyranni ſtatuam, cuius memoriam cùm beneuolentia, tum honore proſequebantur, quòd Carthaginienſes apud Imeram fluuiũ uiciſſet, populi ſententia ſeruauere. Itaq; cùm ciuitas reuireſceret, & ciuibus undique confluentibus repleretur, cupiens Timoleon uniuerſæ Siciliæ libertatem uendicare, & ad unum tyrannos excindere, ad cæteras urbes exercitũ ductauit, & Iceten à Carthaginienſibus deficientem, ut arces demoliri promitteret, & apud Leontinos priuatè uiuere coegit. Leptinus qui Apolloniam, multáq; alia finitimorum oppidula per tyrannidem occuparat, uim ueritus, Timoleoni ſeſe dedidit, quem data uenia, Corinthum Timoleon mitti iuſſit. Nam Siciliæ tyrannos in exilio atque calamitate Corinthi uitam uiuere, pulchrum Græcis ducebat ſpectaculum. Sed cùm ſtipendiarij milites merendo bellica præda frui potius, quàm in otio degere optarent, ipſe Syracuſas cõtendens, urbanis rebus animum applicuit unà cum legiſlatoribus Cephalo atque Dionyſio, qui ex Corintho uenerant, firmiſſimam honeſtiſſimámque rem-

pub. compoſiturus: Demarchum atque Demaretum aduerſum Carthaginienſium
ditionem emiſit. Qui deficientibus multis ex barbaris ciuitatibus, non modò in re- 43
rum copia abundabant, uerumetiam pecunias ex captiuis raptas ad bellum parabãt.
Interim Carthaginienſes cum ſeptuaginta millibus militum,& ducentis triremibus,
ac mille nauibus in Siciliam traiiciunt, in quibus multùm frumenti, machinarum,
currus,cæteráque ad bellum neceſſaria deferebantur. Quorum omnium adeò ingens
numerus erat, ut non amplius in bello particulatim cõgreſſuri eſſent, uerùm ex uni-
uerſa Sicilia Græcos ſimul eiecturi. Tantis enim uiribus hic exercitus erat, ut ad ca-
piendos Siculos,quanuis unanimes ac fortiſſimos,ſufficeret. Annibal atque Bomil-
car,qui claſſi præerant, audientes ditionem Carthaginienſium infeſtari, ſubitò con-
tra Corinthios atque Timoleonem impetu quodam ac celeritate feruntur. Syracu- 44
ſas nuntio perlato ſic magnitudine exercitus ciues ſunt perculſi,ut ex tot myriadibus
hominum Syracuſanorum uix ter mille ſumptis armis adeſſe Timoleoni auderent.
Nam ex quatuor millibus militum ſub ſtipendio merentium, mille inter eundum
timore ſeceſſerunt, cùm Timoleonem non ſanæ mentis, ſed inſanum eſſe dicerent,
quòd præter ætatem quinque tantùm millia peditum habens, & mille equites, con-
tra ſeptuaginta millia concurrere audeat, & à Syracuſis octo dierum iter exercitum
abducere,unde nec ſalutis fugientibus,nec ſepeliendi morientibus facultas daretur.
Hi quòd animum ſuum ante prælium detexiſſent, multùm Timoleoni profuerunt.
Cæteros autem milites poſtquàm perſuaſionibus exhortationibúſque firmiter ad
prælium induxit, ad Crimeſum fluuium, quò Carthaginienſes uenturos audiue-
rat, adduxit. Cùm collem ſuperaret, unde inimicorum caſtra uideri poſſent, mu- 45
lis apium ferentibus obuiauit: quod infauſtum milites augurium putauere, quo-
niam apij coronas ſepulchris imponere uſurpatum eſſet. Vnde hoc prouerbium
Apio egere, prouerb. natum eſt, Apio egere, qui periculosè ægrotet. Poſtquam igitur Timoleon ueſti-
gia preſſit, & falſa opinione ac mala ſpe liberos facere uellet, cùm alia quæ id tempus
poſtulabat, tum ante uictoriam ipſis coronam oblatam, & ſua ſponte in manibus
eſſe docebat. Nam apud Corinthios in Iſthmiis ludis, corona apia, ut patria & ſan-
cta coronabantur: & tunc in Iſthmiis ludis quemadmodum nunc in Nemeæis, co-
rona apia utebantur.Pinea autem non diu eſt,ex quo in uſum uenit.Cùm igitur Ti-
moleon,ut dictũ eſt,hoc pacto militi obuiaret,& ex apio ſumeret,primò ſeſe,deinde
duces, qui circa ipſum adſtabant, cæteróſque coronauit. Augures cùm duas aquilas 46
uolantes proſpicerent, quarum altera draconem unguibus confixum ferebat, altera
uolans horrendè clamabat,militibus illas oſtenderunt.Itaque omnes ad preces & ob-
teſtationes deorum ſunt conuerſi. Erat anni tempus æſtatis ferè medium, ac ſub fi-
nem mẽſis Maij iam ad ſolſtitium uergebat: nebula quam flumen exhalabat,ita pla-
nitiem omnem obtexerat,ut inimicos intueri non liceret,niſi quòd quidam ſonitus
indiſcretus atque commiſtus de uertice collis à Corinthiis audiebatur, quanquam
cominus caſtra iacerent. Poſtquam Corinthij collem aſcenderunt, atque ſteterunt,
ſcutáque colligendi ſui cauſa depoſuerunt,iam ſole uapores attrahente,aer ſpiſſus ac
turbidus factus,montium ſummitates obtenebrauit: locis autem inferioribus nebu-
la expurgatis,Crimeſius fluuius apparuit,& Corinthij hoſtes traiicientes intuebãtur.
Qui quoniam in prima fronte ad pugnam currus collocabant, ſtuporem res affere- 47
bat, & poſt hos infinitos milites alba ſcuta habentes, cùm ſplendore apparatus, tum
ordine ac incedendi tarditate,Carthaginienſes per coniecturam eſſe animaduertunt.
Deinde cætera multitudine cũ impetu ac tumultuatione confluente,& flumen traii-
ciente,cùm Timoleon uidiſſet tot iam in flumine eſſe, quot cum ipſi manus conſe-
rere uellent, monuiſsétque milites, ut phalangem diſsolutam in flumine proſpice-
rent,cuius pars flumen euaſerat,pars egrediebatur,Demaretum iuſſit acceptis equiti-
bus contra Carthaginienſes irruere, & ordines eorum qui nondum in aciem redacti
erant,

erant,turbare. Ipſe autem ex colle in planitiem deſcendens, miſtim nonnullos ſtipẽ-
diarios milites cum Siculis in utroq; cornu conſtituit,& in medio Syracuſanis atque
electiſſimis fortiſſimísq; ſtipendiariis militibus ſtipatus,paululum greſſum cõtinens,
48 quid equites agerent obſeruauit. Poſtquã illos uidit prę curribus ante aciem diſcur-
rentibus manus cum hoſte conſerere non poſſe, ſed continuò coactos circunuolare,
& crebras incurſiones facere,ſumpto ſcuto, ingenti clamore ut ſe ſequerẽtur milites
hortatus eſt: nunquam enim maiore uſus uoce creditur, ſiue quòd affectu quodã ac
ardore ad bellum intentus baccharetur, ſiue quòd numen quoddam, ut tunc uiſum
eſt,in eo loqueretur.Cùm pedites ultro reſponderẽt hortarẽtúrque,ut ſine mora præ-
lium capeſſeret,equitibus ſignum dedit,ut in cornua extra ordinem curruum in ho-
ſtem impetum facerent.Ipſe quoque collectis propugnatoribus ſigna dari imperans,
Carthaginienſes aggreditur.Illi primis congreſſibus præſenti animo obſtiterunt, &
tum quia corpora thoracibus ferreis atq; æreis galeis induti erant,tum quia ingenti-
49 bus ſcutis tegebantur,iacula reſilire cogebant. Itaq; poſtquam gladiis res agi cœpta
eſt,& non minus ingenij quàm corporis uiribus agebatur,ſubitò ex montibus ſtupẽ-
da tonitrua ſonuere, & ardentia fulgura cælo delapſa ſunt. Deinde ubi nebula, quæ
colles & montium cacumina tegebat,ad locum pugnæ acceſſit,atq; nymbus Græcos
à tergo,barbaros in faciem atque oculos pulſabat,procella ſimul humida, delatáque
aſſidua à nubibus flamma,quæ multùm quidem,& præſertim iis qui rerum imperiti
erant,aduerſabantur(nam non parum nocumenti tonitrua ac ſonitus armorum,quę
à pluuia & grandine pulſabantur,attuliſſe uidentur,cùm imperatorum iuſſa nec au-
dire, nec exequi milites poſſent) Carthaginienſibus non expeditis, ſed multis armis
utentibus,ut diximus,cœnum maximum inferebat impedimentum. Sinus ueſtimẽ-
torum qui multa aqua repleti erant,dum manus conſererent, ipſos graues ineptósq;
reddebant,idoneos autem ut à Græcis ſuperarentur; & ſi caderent, releuari ex cœno
50 nullo modo poterant. Nam fluuius Crimeſius cùm iam aquarum irruptione ma-
gnopere excreuiſſet,ac tumuiſſet,propter traiiciẽtium multitudinem aggere erupit,
& planities quæ ad fluuium erat, ex multis faucibus currentibus aquis, quæ non ſuo
tramite ferebãtur,repleta eſt. A quibus quidem aquis Carthaginienſes inuoluti, ma-
xima cum difficultate liberabantur. Tandem cùm inundatio,& aquarum fluctus in-
ſtaret,& Græci primam illorum aciem uiros quadringentos proſtrauiſſent,in fugam
Carthaginienſium multitudinem uertunt, quorum multi in planitie comprehenſi
periere,multos flumen traiicientibus obuios trahens præteruehénsque perdebat,plu-
rimos collem petentes,uelites curſu intercipiebant.Ferunt itaque inter decem millia
hominum,qui deſiderati ſunt,tria millia ex Carthaginienſibus cecidiſſe, quibus nec
generis ſplendore,nec diuitiarum amplitudine, nec gloriæ claritate alteri ſuperiores
51 Carthaginienſes erant.Quæ res adeò magnam urbi inflixit calamitatem,ut nunquam an-
tea una in pugna ex Carthaginienſibus tot occubuiſſe à maioribus memoriæ traditũ
ſit.Nam ut plurimùm Libycis,Iberis,ac Numidis in bello uſi,aliena calamitate uicti,
ſuperatíque fuerant.Quantus mortuorũ ſplendor in uita fuiſset,quanta gloria,Græ-
ci ex raptis ſpoliis cognouerunt. Tanta enim auri atque argenti cõpia fuit, ut ab iis
qui ſpolia extraxerint,de ærea atque ferrea ſupellectile rarus ſermo haberetur. Nam
& caſtra,& iumenta,impedimentáq; ceperant.Ex captiuis autem magnam partẽ mi-
lites expilauere,qui in commune quinquies mille inuẽti ſunt. Ex curribus capti du-
centi. Vnde pro Timoleonis tentorio poſita coadunatáque multiplicia ſpolia, pul-
cherrimum certè ac magnificentiſſimum præbebant ſpectaculum, inter quæ mille
thoraces cùm arte, tum pulchritudine præſtantes, & decem millia ſcutorum ſuſpen-
52 debantur:pauci enim multos ſpoliarant.Itaque Græcis magnam prædam aſsequutis,
uix tertio die poſt pugnam trophæum abſoluitur. Timoleon unà cum uictoriæ fa-
ma præſtantiora arma, quæ hoſtibus detraxerat, Corinthum mittit,ut patriam ſuam

omnibus hominibus, qui in ea ſola clariſſima Græciæ templa cernerent, non Græcorum aut finitimorum ornata ſpoliis triſtem memoriam faciẽtibus, ſed barbarorum, charam atque amabilem redderet, quę pulchris inſcriptionibus, uincentium fortitudinem atq; iuſtitiam declararent: Quoniã Corinthij atq; Timoleon imperator Græcos in Sicilia à Carthaginienſium manibus liberarint, diis hæc munera ſuſpenderũt. Poſt hæc Timoleon milites ſtipendiarios, qui Carthaginienſium ditionem modis omnibus depopularentur, in agros inimicorum dimittit. Ipſe uerò Syracuſas contendit, & mille milites, qui ab eo ante pugnam ſeceſſerant, è Sicilia cedere iuſſos, à Syracuſis antequam ſol occideret abire coegit. Qui ad Italiam nauigantes, Brettis præda 53
fuere, quas pœnas proditionis diis ſoluerunt. Cùm Icetes atq; Mamercus Catanię tyrannus, ſiue inuidia ſecundę fortunæ Timoleonis, ſiue timore quodam, parũ æquum tyrannis futurũ rati, ſocietatem cum Carthaginienſibus iniiſſent, perſuaſiſſẽtque ut exercitum atq; ducem mitterent, niſi uellent omnino ex Sicilia pelli, Giſco cum LXX nauibus uenit, & milites grẽcos cõduxit, quanquã antea ſub Carthaginienſibus Græci nunquam meruiſſent. Sed tunc Carthaginienſes uehementer illos admirati ſunt, & fide digniſſimos atq; bellicoſiſſimos omniũ hominum eſſe putauerunt. Cùm autẽ in Meſſana urbe cõmuniter omnes conſpiraſſent, quadringentos milites aduenas à Timoleone auxiliarios miſſos interfecerunt. Qui autem circa Ieras, quas uocant, quæ ſub Carthaginienſium imperio erant, inſidias poſuere, milites ſtipẽdiarios cum Euthimo Leucadio merentes necauere. Ex quibus maximè Timoleonis ſecundam for- 54
tunam claram fieri contigit. Nam hi ex illis erant, qui cum Philodemo Phocenſi & Onomartho Delphos occuparant, & cum his ſacrilegio cõmunicarant. Qui cùm omnibus odio eſſent, atq; ut execrabiles obſeruarentur, circa Peloponneſum oberrãtes à Timoleone capti ſunt, cùm militibus tum deficeret. Cùm autẽ in Siciliam proficiſcerentur, quoties unà cum Timoleone certaminibus aderãt, uictores ſemper euaſere. Cùm uerò poſt plurimas maximásq; pugnas, & ad alias obeundas auxiliarij mitterentur, & cæſi & interfecti ſunt: at non unà omnes, ſed diſcretim. Verùm antea Timoleonis proſpera fortuna eos tutata eſt, quæ effecit, ne aliquo modo per punitionẽ malorum, bonis etiam detrimentum impendẽret. Itaque deorum beneuolentia erga Timoleonem non minus in uitandis aduerſis, quàm in agendis proſperis admiratione digna eſt. Multi Syracuſanorum contumelia à tyrannis affecti indignabantur. Nã 55
Mamercus quòd milites ſtipẽdiarios uicerat elatus, poematibus & tragœdiis in eam rem ſcriptis hoſtibus inſultabat: qui ſcuta in honorem deorũ ſuſpenſa, elegiaco carmine & ſuperbo, & contumelioſo inſcripſit·

Inſignes oſtróque auróque ebore atque electro,

Vicimus hos clypeos, ſimplicibus clypeis. His actis cùm Timoleon in Calabriã caſtra moueret, Icetes in Syracuſano agro diſcurrere, prædari, depopulari, iniuria afficere. Deinde Timoleonem paucos habentem milites paruifaciẽs, in ipſam Calabriam exercitum duxit. Timoleon ubi illum iter præoccupare perſenſit, cum equitibus peditibúsque Iceten uerſus proficiſcitur. Icetes cùm hoc ſenſiſſet, audiſſétq; Timoleonem iam Damyriam flumen tranſiturum, circa flumen repugnaturus caſtra firmauit, cui cùm traiiciendi difficultas, tum præruptæ utrinque atque pręcipites ripæ animos faciebant. Timoleonis duces cùm pręclara quadam pugnandi libidine te- 56
nerentur, & contentio quædam ineſſet, dum nemo poſtremum traiiciendi locum atque aggrediendi hoſtem habere uellet, dilata pugna eſt aliquandiu: nam unuſquiſq; primo ordine ſeſe dignum exiſtimabat. Quare impetu quodam traiicientes dum ſeſe depellunt præteruehuntúrq;, nullum in tranſitu ordinem ſeruabant. Cùm Timoleon rem ſortibus decernere uellet, & ducum ſingulorũ annulos in chlamyde ſua cõiectos permiſcuiſſet, primus quem ab urna extrahi cõtigit, trophæi inſignia habebat. Quod poſtquam iuuenes animaduerterunt, nõ expectata ſorte reliqua, cum gaudio atque

atque clamore, ut quiſque ſtabat, flumen irrumpit, & manus cum hoſte cõſerit. Illi cùm uires Græcorum ferre non poſſent, & dimiſſis armis fugerent, mille in bello ce-
57 cidere. Paulò pòſt Timoleon motis aduerſus Leontinos caſtris, uiuum cepit Iceten, necnon Eupolemum eius filium, atque Euthimum præfectum equitum, quos uinctos ſibi milites adduxere. Icetes atque adoleſcens ut tyranni ac proditores morte mulctati ſunt. Euthimus uerò uir clarus in bello atque audax, propter blaſphemiam quandam aduerſus Corinthios, miſericordiam minimè conſecutus eſt. Ferunt enim Corinthiis contra Leontinos militantibus, in Corinthios concionem ad populum habentem dixiſſe: Quòd Corinthiæ mulieres domo aliquando egrederentur, nihil metuendũ eſſe. Multi eo ingenio & ea natura ſunt, ut iniuria laceſſiti, moleſtius uerba quàm facta ferant. Grauius enim contumeliam quàm detrimentum ferendum eſſe arbitrantur. Et hoc, iniuriam quidem factis repellere, tanquam neceſſarium bellantibus conceſſum eſt. Blaſphemiæ autem excellens odium uel malitiam habere ui-
58 dentur. Cùm igitur Timoleon Syracuſas contendiſſet, Syracuſani uxorem Icetæ ac filias in concione ad iudicium deductas morte damnarunt. Et uidetur hoc geſtorum Timoleonis turpiſſimum eſſe. Nam ſi ille hoc diſſuaſiſſet ac prohibuiſſet, nunquam mortem obiiſſent: Sed uidetur Timoleonem illas neglexiſſe, & uoluntati ciuium, qui Dionem, à quo eiectus Dionyſius expulſúsque fuerat, uindicare quærebant, proieciſſe. Icetes enim hic ille erat, qui Aretam Dionis uxorem, ſororémque Ariſtomacham, & filium adhuc puerum in mare uiuos demerſerat, de quibus in Dionis uita perſcripſimus. Poſt hæc cùm aduerſus Mamercum apud Cataniam caſtra poſuiſſet, & in fugam illum uertiſſet, ſupra duo hominum millia ferro necauit, quorum magna pars erat ex Phœnicibus, quos Giſco auxiliarios miſerat. Deinde Carthaginienſes regionem intra Lycum Timoleonem occupaturum timentes, cum eo pacem ineunt atque componunt, ut ex ea migrare Syracuſas uolẽtibus, ſuppellectilem ac familiam
59 reſtituant, cum tyrannis ſocietatem ne ineant. Mamercus cùm de re ſua malè ſperaret, in Italiam, ut Leucanos contra Timoleonem atque Syracuſanos adduceret, nauigauit. Poſtquam autem qui cum eo erant cum triremibus remenſo pelago in Siciliam ſeſe retulere, & Timoleoni Cataniam tradiderunt, ipſe coactus in Meſſenam urbem ad Hipponem tyrannum fugam arripuit. Hanc Timoleone mari terráque obſidione premente, cùm Hipponem fugientem naui milites cepiſſent, quem Mamertini unà cum filiis à literarum magiſtris abductis, tanquam pulcherrimum ſpectaculum ad cruciatus in theatrum rapuerunt atque interfecerunt, Mamercus Timoleoni ſeſe dedit, ut iudicium, non accuſante Timoleone, Syracuſis ſubiret. Nam cùm Syracuſas deductus fuiſſet, & ad concionem ueniſſet, compoſitam iam diu ab ſe orationem dicere aggreſſus eſt. Cùm autem tumultum ferre non poſſet, & inexorabilem concionem animaduerteret, proiecto pallio per medium theatrum curſu delatus, ſubſellia tanquam uim ſibi illaturus capite pulſat. Verùm huiuſmodi mortem
60 obire non contigit, ſed ulterius uitam agens, eandem pœnam quam prædones, dedit ac perſoluit. Hoc igitur modo Timoleon tyrannos & hoſtes extirpauit atque deleuit, & uniuerſam inſulam, quam rebus aduerſis incultam atque horridam ab incolis acceperat, ita placabilem, ita deſiderabilem reddidit, ut quam prius ciues deſeruerãt, aduenæ habitaturi accederent. Nam Agrigentum & Gelam magnas in Sicilia urbes poſt Atticum bellum à Carthaginienſibus depopulatas atque euacuatas, tunc habitari & frequentari contigit. Alteram enim Megelus atque Phericus ex Helica ueniẽtes, & ueteres ciues adducentes, alteram Grogus ex Chio nauigans habitauit: quibus in urbe domos inſtaurantibus, non ſolùm ex tanto bello ſecuritatem ac tranquillitatem Timoleon præbuit, uerumetiã alia multa uelut coloniæ deducendæ dux quiſ-
61 piam promptiſſimo animo gratificatus eſt. Aliis quoq; omnibus diſpoſitis, non bellorum propulſio, non legum cõpoſitio, non regionis habitatio, nõ reipub. diſpoſitio

bene ſe habere uiſa eſt;quam ipſe non attigiſſet atq; ordinaſſet,& tanquam omnium architectus abſoluto operi gratiá dignitate ſua appoſuiſſet.Cùm igitur multi & magni uiri ex Græcis, qui rerum geſtarum ſplendore illuſtres erant, huius tempore florerent, inter quos Timotheus & Ageſilaus & Pelopidas erãt, necnon Epaminondas, quem præcipuè Timoleon ſibi imitandum proponebat, res eorum geſtæ ſplẽdorem uiolentia,& laboribus permiſtum habuerunt,ut pleræque reprehenſione & pœnitẽtia non caruerint. Timoleonis autem factorum, cæde fraterna, quãquam neceſſaria, una excepta,nullum eſt,cui non illud Sophoclis(ut author eſt Timæus)deceat acclamare,O dij quæ Venus aut quis Cupido huic inſidet? Quemadmodũ enim Antimachi poema,& Dionyſij pictura, quæ apud Colophonios ſunt, uim ac neruos habẽtia, elaboratis quidem, ſed coactioribus ſimilia ſunt: Homeri autẽ carmina, & Nicomachi pictura,præter alias uirtutes,hoc etiam nomine grata ſunt, quòd ultro faciléque fluxiſſe uideantur:ſic Epaminondæ atque Ageſilai res militares multo labore,multáque cum difficultate ab eis geſtæ ſunt: Timoleonis uerò res bellicæ, diligenter iuſtéque inquirẽtibus atque animaduertentibus,multam in conſequenda uictoria facilitatem habuiſſe apparebunt,& non fortunæ, ſed felicis cuiuſdam fortunatæque uirtutis fuiſſe opus.Et ille omnia ab eo fauſtè acta ad fortunam referens,cum ad amicos quos Corinthi habebat, literas dediſſet, & orationem apud Syracuſanos habuiſſet, gratias deo habere ſæpius inquit,quoniam cùm ſaluam Siciliam eſſe uellet,ſe decreto & ſuffragiis populi imperatorem deſignauit. Templum quod domi condidit, αὐτομάτης, hoc eſt,fortunæ, domum uerò ipſam ſacro numini cõſecrauit. Habitauit autem ædes,quas ei tanquam de re militari benemerito Syracuſani donauerãt. Verùm ex Corintho accerſita uxore ac filiis,plurimùm temporis in agro pulcherrimo atque amœniſſimo,quem ab eiſdem acceperat,otioſè uitam duxit.Non enim Corinthum rediit, nec Græcorum tumultui ſeſe admiſcuit, neque ciuili inuidiæ ſe præbuit, ut plurimi imperatorum ambitione honorum atque potentiæ inexplebili tanquam in ſcopulum impegerunt, ſed ibi rerum geſtarum memoria lætus durauit atque permanſit.Ex quibus maximum ſibi gaudium afferebatur,tot urbes,tot hominum millia intueri,quibus ipſe uiuendi felicitatem comparauerat. Sed quoniam iuxta Simonidem, non ſolùm galeritis omnibus criſtam, ſed rebuſpub. etiam omnibus ſycophantam ineſſe oportebat, duo ex primoribus Laphiſtius ac Demænetus Timoleonem inuaſerunt.Laphiſtius in quadam cauſa ad fideiuſſionem coegit.Timoleon uerò tumultuantibus & uim in Laphiſtium molientibus ciuibus reſtitit, ob hoc tot labores tantáque pericula ſe ſubiiſſe dicẽs, quò unicuique Syracuſanorum legibus uti liceret.Demæneto autem ipſum multas ob res quas ductando gubernandóque exercitu geſſiſſet, accuſanti, nihil accuſatori reſpondit, ſed diis, inquit, gratias ago, cùm quod uoce expetiui, Syracuſanos inſpicio legum & libertatis iam dominos. Poſtquá igitur maiora pulchrioráque facinora, quàm quicunque tum erãt, geſſiſſet,ſolúſque iis laudibus quas uulgò celebrant in hominum conuentibus Græci, præſtaret,& malis quibus Græcia uetus pullulabat,fortunæ beneficio prẽſeruatus purúſque,barbaris & tyrannis terrorem ac fortitudinem oſtendiſſet, Græcis autem atque amicis iuſtitiam & manſuetudinem,necnon ciuibus abſque luctu & lachrymis plurima trophea comparaſſet, Siciliam uerò quæ octo annos aſſiduis malis uexata fuerat, ab omni labe purgaſſet,iam grandior æuo cùm ex oculis laborare cœpiſſet,tandem cęcus factus eſt.Nec ullam uel ſibi uel fortunæ huius rei culpam attribuebat, ſed gentile ſibi hoc, ac paternum,& pro ætate accidiſſe aiebat. Ferunt enim multos ex ſuo genere iam ſenio cõfectos ſimili morbo laboraſſe.Athanes autem refert,cùm Timoleon aduerſus Hipponem atq; Mamercũ militaret,oculos uitiatos, & cæcitatẽ manifeſtã omnibus fuiſſe,non tamen propter hoc obſidione pedem retuliſſe, ſed cùm pergeret, tyrannos cepiſſe:poſtquã uerò Syracuſas rediit,ſubitò monarchiam depoſuiſſe,& ciues uitaſſe, rebus

rebus geſtis ad ſummum gloriæ perductis. Equidem quòd ille ſine animi moleſtia calamitatem illam tulit, minus fortaſſe mirum: quòd autem Syracuſani honore & beneuolentia uirum iam cæcum coluerint,admiratione hoc dignum: qui rus ac domum eius petentes, aduenas hoſpites, ut benefactorem ſuum ac patriæ patrem aſpicerent, ſecum ducebant, lætantes atque gaudentes, quòd apud eos diem ſuum obire elegiſſet,& claros ſplendidósque apparatus,quos ſibi in ſuo reditu Græci re bene geſta præpararant, negligeret. Cúmque multa in huius laudem dicta factáque extarẽt, erat hoc inter cætera non minimum, quòd populus Syracuſanus decreuit, ut quandocunque belli neceſſitas aduerſus exteros incidiſſet, non aliunde quàm ex Corinthiorum urbe imperator eligeretur. Illud etiam quod in concionibus in honorem eius factum eſt, pulchrum erat ſpectatu. Nam cùm de rebus paruis conſultandum eſſet, inter ipſos decernebant: cùm uerò grandia diſceptarentur, illum accerſiri iubebant. Ille per forum in lectica delatus, ad theatrum proficiſcebatur, & dum ueheretur, ut ſedebat populus eum una uoce humaniſſimè appellabat, atque ſalutabat: ipſe identidem faciens & paululum immoratus, paululúmque laudibus præſtitis auribus auditíſque, deinde ad ea quibus de conſulebatur,reſpondebat. Vbi hæc ſuffragiis agitata,iterum per theatrum à miniſtris eius delatus erat: ciues autem illum diſcedentem uoce atque plauſu dimittentes,iam reliquum quod reipub. erat, decernebant. In tali ſenectute tanquam pater patriæ honore ac beneuolentia nutritus, leui morbo, quem ſenium adiuuabat, mortuus eſt. Itaque Syracuſani diem funeris protrahunt, ut ipſis quæ ad funus pertinebant præparandi facultas, peregrinis autem atque finitimis proficiſcendi opportunitas daretur. Præparatis omnibus quæ honeſtãdi funeris gratia erant,delecti iuuenes feretrum ſubiere,& per regiam Dionyſij tunc ſolo adæquatam iter habuere, multis millibus hominum atq; mulierum coronas albáſq; ueſtes habentium præcedentibus, quorum ſpecies feſti ſimilitudinem gerebat: uoces autem lachrymis cõmiſtę illum beatum dicentes,non honoris aut adminiſtrationis alicuius retributionem,ſed deſiderium atq; gratiam uetæ beneuolentiæ oſtendere uidebãtur. Tandẽ poſtquam collapſi cineres & flamma quieuit, Demetrius qui ea tempeſtate uocis magnitudine præcones omnes anteibat, huiuſmodi præconium diuulgauit: Populus Syracuſanus Timoleonem Timodimi filiũ ducẽtis minis in funere honeſtauit,necnon per omne æuum muſica,equeſtria,ac gymnaſtica certamina illi honoris gratia inſtituit,quoniã profligatis eiectíſq; Sicilię tyrannis,debellatíſque barbaris,necnõ repletis magnis deſertísq; urbibus,leges Siculis edidit. Deinde ſepulchrum in foro ſtructum porticu circundant,palæſtras ædificant,gymnaſium adoleſcentibus faciũt, Timoleoneúmq; appellant. Ipſi deinde utentes & republica & legibus quas Timoleon ſancierat,diu optimam atq; felicem rempublicam habuere.

TIMOLEONIS ET AEMILII COMPARATIO.

Tales igitur teſtãtibus literis cùm ſint, patet in eorum cõparatione nõ magnũ eſſe diſcrimen. Bellum utriq; cum inclytis aduerſariis, illi cũ Macedonibus,huic cum Carthaginienſibus fuit. Victoria utriuſq; famigerata,huius quidẽ Macedonia capta,& ſucceſſione,quæ iam inde ab Antigono in ſeptimũ uſque peruaſerat regẽ, extirpata: illius uerò omni tyrãnide ex Sicilia ſublata,& uniuerſa inſula in libertatẽ reſtituta. niſi quis fortaſſe hoc cõtendendũ putet,q; Aemilius in Perſeum integrũ, uictorémq; populi Romani,Timoleon uerò in Dionyſiũ omnia iam deſperantẽ,& uiribus cõtritum, incidit. Atqui contrà,multos hic quidẽ tyrannos,magnámq; Carthaginienſium uim,tumultuaria manu uicit,nõ uiris,quemadmodũ Aemilius, exequi & capeſſere imperia paratis,ſed gregario,& incõpoſito,& uoluptatẽ per caſtra ſectari cõſueto milite ſtipa-

tus: in rebus enim æquè fortiter geſtis, apparatus non æquè ſplendidus, imperatoris cauſam commendat. Iam cùm incorruptus & integer in rebus gerendis eſſet uterque, 70
legum & diſciplinæ patriæ beneficio Aemilius, Timoleon uerò ſtudio & diligentia ſua talis euaſit: cuius rei argumentū ſit, quòd eo ſeculo Romani in uniuerſum omnes compoſiti, & moribus inſeruientes, legum ciuiúmque imperio tenebantur. Græcorū uerò nemo quiſquam Siciliam attigit tum imperator nō ſtatim corruptus, uno Dione excepto: quanquam etiam hunc pleriq; regnum appetiuiſſe, & Laconicum quoddam imperium ſomniaſſe putent. Timæus uerò Gylippum etiam turpiter & ignominioſè à Syracuſanis, eius in adminiſtrādo bello auaritiam & inexplebilitatem deteſtantibus, dimiſſum ſcribit. Pharax autem Lacedæmonius & Callippus Athenienſis, quæ præter ius & fas affectatione regni perpetrarint, proditū eſt multis. Tametſi 71
nō temerè tantarum rerum dominos regni cupiditas inceſſit: nam ille Dionyſium, ut Syracuſis exulem fouebat, Callippus ſub Dione ſtipendiariorum militum agmen ducebat. Timoleon autem, rogantibus flagitantibúſq; Syracuſanis, ſumma cum poteſtate miſſus, & quem potentiam non quærere (cùm à uolentibus ultro offerretur) ſed habere decebat, expeditionis & imperij ſui finem, tyrannorum excidium fecit. Illud autem Aemilij dignum admiratione eſt, quòd tantum regnū euertens, ne drachma quidem facultates ſuas auxit, ſed nec inſpexit nec attigit opes tantas, multa licet aliis donaret. Neq; hoc dico quî reprehendendum Timoleonem putem, quia domū, quia prædiū à Syracuſanis accepit: haud enim accipere turpe eſt, ab huiuſmodi præſertim, ſed non accipere melius. Hæc enim uirtutis uis eſt, non ſolùm illicitis, ſed licitis etiam in rebus, liberam & inuictam ſeſe præſtare. Quòd ſi, ut corpus æſtum frigúſque ferre ſuetum, utriſque uicibus tolerandis idoneum, inuictius eſt: ſic animi ſyncera ſanitas & uis eſt, quam nec ſecunda fortuna per inſolentiam mollit remittítue, nec calamitas deiicit, Aemilius certè longè præſtat, qui graui fortuna & acerbo liberorum caſu, nihilo minor abiectiórue, quàm ſecundiſſimis rebus fuit: Timoleon autem cùm fortiter & generosè tyrannum fratrem perdomuiſſet, non æquè dolorem ſuſtinuit, ratione adhibita, fortiter: ſed pœnitentia doloréque abiectus, annis uiginti forum & tribunal non uidit. Decet autem fugere turpia quidem, & uereri: at uerò ad omnem ignominiam commoueri, ut ſimplicis & probi fortaſſis eſt animi, ita anguſti & parum generoſi. 72

Agis & Cleomenes.

ANTONIO TVDERTINO INTERPRETE.

THEXIONIS fabulam, qui contra inanis gloriæ ſectationes compoſitam arbitrantur, nihil abſurdum aut alienum à ratione ſenſiſſe uidentur. Vt enim illum pro Iunone quam amabat, nubi permiſtum, centauros ex eius concubitu genuiſſe tradiderunt: ſic hi gloriam quaſi uirtutis imaginem amplectentes, nihil ſyncerum aut ſibiipſi conſentiens operantur: ſed affectibus uariis irretiti, & modò has modò illas perturbationes ſequentes, idem pati manifeſtè uidentur, quod Sophoclis bubulci ab ouium gregibus perferre queruntur. Sic inquiunt enim: 1

Nanque his ſeruimus nos, domini ſimus licet,
Eſtque auſcultare neceſſe uel ſilentibus.

Quis igitur hoc idē illis euenire negabit, qui ad arbitriū uulgi rempub. gubernantes, infimis etiā quibuſq; ſeruire coguntur, ut principes ac ductores populi nuncupētur? 2

Velut

Velut enim qui ſtantes in prora nauis, mentē aſſiduè atq; oculos ad puppim, ubi gubernator ſedet, intentos habent, omniáq; ad illius nutum atq; arbitrium peragūt: eodem modo qui reipub. gubernādę rationem ad gloriā dirigunt, miniſtri quidem ſeruíque multorum euadunt, nomen uerò duntaxat principum ſortiūtur. Atqui perfectè bonum ueríſq; uirtutibus inſtructum nihil hac externa gloria indigere manifeſtū eſt, niſi quatenus per eam maiorem fidem acquirens, aditum ad res gerendas habeat faciliorem. Quòd ſi quis adoleſcentior ambitionis amore teneatur, huic ego permittendum arbitror, ut ex bonis operibus quæſita gloria ſeſe exornans, paululū ſe iactitet, efferátque: naſcentes enim in his, & tum primū pullulātes uirtutes, tum honeſtatis innata cupiditas, laudibus cōfirmatur, ut Theophraſtus inquit. Ipſi etiā ad reliqua ſuſcipienda procliuiores efficiuntur, ſi prudēter moderatéq; fuerint laudati. Nam ſupra modū laudare, cùm ſemper & ubiq; ſit inutile, tum in ambitione ciuili perniciоſiſſimum eſſe cōſtat: ſic enim illi magna licentia potiti ad manifeſtā deducentur inſaniam, quoties nō ipſum bonū ſuapte natura glorioſum, ſed quod maximè glorioſum ſit, id quoq; maximè glorioſum eſſe ſibi perſuaſerint. Quod igitur Antipatro reſpondit Phocion, cùm aliquid minus honeſtum ab eo petiſſet Antipater, Nō (ille inquit) Phocione amico ſimul, & adulatore uti potes: idem ad multitudinē uulgi dicēdum uidetur: Nō eundem principē, & aſſeclam habere poteſtis. Alioquin idem euenire neceſſe eſt, quod fabulosè cuidam ſerpenti contigiſſe narratur, cuius aliquando caudam ferūt aduerſus caput ſeditione facta petiſſe, ut ſibi uiciſſim quandoq; ducem reliqui corporis eſſe liceret, nec ſemper caput ducem ſequi cogeretur. Igitur accepta poteſtate, fiebat ut & ipſa ſine intuitu ſeſe mouens grauiter offenderet, & caput inſuper, quod cæcum ſurdúmq; ducem præter naturæ inſtitutum ſequebatur, in eandem ſecum perniciem traheret. Hoc idem permultos in adminiſtrāda repub. ad multitudinis arbitrium reſpicientes paſſos fuiſſe reſpicimus, qui temerè populari aura ſubleuati, eò imprudētes deuenere, unde nec ſe tutò recipere, neq; peruerſum iam reipub. ordinem corrigere poſſent. Hæc pauca nobis contra gloriam dicere libuit, quā plerique ex arbitrio multitudinis captare laborant: facilè enim quam habeat uim, ex his quæ Tiberio & C. Gracchis contigerunt, animaduertimus. Hos enim egregia ſtirpe oriundos, ſub optima diſciplina educatos, pulcherrimum quoque nactos reipub. ſtatum, non tam gloriæ immoderata cupiditas perdidit, quàm ignominiæ nō illiberali ex cauſa natus metus. Nam cùm ciuium beneuolentiā ſuis meritis nacti fuiſſent, hāc turpiter amittere (ut par eſt) uehementer illos pudebat. Itaq; benignis erga populum inſtitutis ſibi delatos honores ſuperare certabant: ac uiciſſim populus gratiam benefactis illorum referens, maiores etiam ob idipſum honores illis deferebat. Hac igitur inuicem æmulatione beneuolentiæ ſtudio flagrantes, in eam cōditionem rerum imprudentes deuenere, quas cùm perficere non poſſent, quòd ſatis honeſtæ non uiderentur, eas etiam omittere turpiſſimū arbitrabantur. Verùm hoc melius tute ipſe hiſtoriam legens diiudicabis. Comprationem uerò his opponimus Lacedæmoniorum regum Agidis & Cleomenis, qui & ipſi populum ſtudioſè fouentes, cùm rempub. pulchrè iuſtéque ex multo tempore inſtitutam ſuſcepiſſent, potentioribus ciuitatis aduerſari cœperunt, quòd illi diuitiarum quibus aſſueuerant abundātiam relinquere minimè uellent. Et Lacedæmonij quidem reges fratres inuicem nō fuere, ſed quòd eadem in reipub. gubernatione ſenſerunt, fraternam propemodum beneuolentiam contraxiſſe uidentur, ab huiuſmodi cauſa principium capientes. Cùm primùm diuitiarum nimia cupiditas Lacedæmoniorum ciuitatem occupauit, atque ex illarum poſſeſſione ſuperbia, ex uſu autem luxuria & mollities animos inuaſit, repētè maximis bonis priuata ciuitas cōcidit, multáq; præter dignitatē abiectè nimis atq; humiliter operata, ad ea tēpora deuenit, quibus Agis & Leonidas reges in ea ſunt cōſtituti. Horum Agis ex Eudamidum familia oriundus, ſextus numeratur ab Ageſilao, qui

Populari aura ſubleuati, quàm ſubitò & pernicioſè ruant.

Agidis & Leonidæ genealogia.

cùm in Asiam penetrasset,maximam est inter Græcos potentiã consequutus. Agesilai nanque filius fuit Archidamus,qui apud Mandonium Italię ciuitatem à Mesapiis est interfectus. Archidami uerò filius natu maior Agis dictus est,minor autem Eudamidas est nuncupatus. Hic fratre ab Antipatro apud Megalopolim interfecto, cùm ille non relictis filiis decessisset,regnum occupauit. Huius filius fuit Archidamus,ex quo alius rursus Eudamidas genitus est, huius Agidis pater,de quo nũc scribere instituimus. Leonidas uerò Cleonymi filius alia ex familia ortus, octauus à Pausania censebatur,qui in pugna apud Platæas Mardonium superauit. Pausanias enim filium habuit Pliſtonactem, qui alterum genuit Pausaniam. Cúmque hic Lacedæmone Tegeam confugisset,Agesipolis eius filius natu maior regnum occupauit, cui sine liberis defuncto, Cleombrotus frater iunior in regno successit. Hic duos procreauit filios, Agesipolim & Cleomenem. Ex his Agesipolis non diu regno potitus absq; filiis decessit. Cleomenes autem illi succedens ex duobus filiis quos habebat, Acrotatum 8
maiorem natu uiuens adhuc è regno pepulit,regnúmque Cleonymo filio iuniori reliquit: in quo non diu potuit permanere,sed Areus Cleomenis ex Acrotato nepos regnauit. Postmodum Areo apud Corinthum defuncto, Acrotatus eius filius regnum possedit. Hic ab Aristotimo tyrãno circa Megalopolim prœlio superatus interiit,grauidam ex sese uxorem relinquens: quæ cùm puerum peperisset, Leonidas Cleonymi filius pupilli tutelam suscepit. Inde priusquam ad uirilem ætatẽ puer deuenisset, interiit,& per hunc modum regnum ad Leonidam peruenit, non satis reliquorum ciuium moribus congruentem. Quanquam enim propter cõmunem ciuitatis labem omnium animi in deteriorẽ partem flecti cœpissent,quidam tamen erat in Leonida uiuendi modus egregiè à cæteris differens,utpote qui diutius in Satrapum aulis uersatus, præcipuè Seleucum coluisset, ex quo fastum quendã non satis Græcorũ moribus conuenientẽ, & nimiam imperandi licentiam haudquaquam legibus cõgruam, traxisse constabat. Agis autem ingenuitate animi atq; prudentia non hunc modò lõgè superauit,sed omnes qui post Magnum Agesilaum regnarunt,plurimùm excessisse perhibetur. Hic in summis deliciis ab Agesistrata matre,& auia Archidamia nutritus,quæ apud Lacedæmonios ditissimę habebãtur,antequã uigesimũ attigisset ætatis annum,delicias atq; omnem uoluptatẽ abhorrere mõstrauit,maximéq; formositati, qua plurimũ excellebat aduersatus,cultũ omnem atq; ornatũ fugiebat,lautiores epulas,& balneorũ usum, & Laconicã qualis tunc erat uiuẽdi consuetudinẽ grauiter accusans. Quinetiã illud frequenter habebat in ore,nequaquam se regno potiri uelle,si nõ per illud antiquas leges & pristinos uiuendi mores in patriã reuocaret. Labis autẽ huius & ueluti morbi principiũ accepisse Lacedæmoniorum respub. uidetur,ex quo primũ soluta per ipsos Athenienſium potestate, auro atq; argẽto sese ac domum expleuere,cui Lycurgus quendã numerum in successionibus seruandũ prefinierat,cùm pater hereditatẽ filio relinquere cogeretur. Eiusmodi igitur ordo atq; æqualitas multis malis ciuitatem seruauit incolumẽ. Verùm Epitades quidã uir in ciuitate potens, sed moribus insolens,cùm Ephorus esset, exorta aduersus filiũ contentione, rogationem tulit,ut liceret cuiq; & domum & hæreditatem suam cui libuisset relinquere. Is igitur propriæ iracundiæ indulgens legem tulit,quã cæteri cupiditatis gratia sanciẽtes,optimã uiuendi soluerunt disciplinã. Ex eo enim,qui in ciuitate potentiores erãt, propinquos è successionibus pellentes, omnes ferme ad se facultates breui tempore coegerunt. Vnde paupertas repentè ciuitatem inuasit, ex qua seruitus quædam & à bonis operibus uacatio populariũ mentes incessit, tum odium quoddam ex inuidia aduersus ditiores coorta. Cúmque Spartiatæ circiter septingentos relicti essent, 11
ex iis centum fermè agros atque omnes fortunas possidebant: cætera multitudo egẽs atque abiecta,in urbe manebat otiosa, externa bella segniter & inuitè gerẽs,sempérque ad ciuiles motus intenta, & concitandæ seditionis tempus obseruãs, præsentium rerum

Causa labefactatæ Lacedæmoniorũ reipub.

rerum mutationẽ facere cupiebat. His de causis per motus Agis,rem optimã qualis & ipse erat,perficere aggressus est,omnes uidelicet ad æqualitatẽ redigere,atq; urbem hominibus replere. Iuuenes igitur quamprimùm præter omniũ spem,illi paruerunt, studiosè cum illo ad uirtutem sese accingentes,& cum ueste pariter uiuendi consuetudinem,ad libertatem respicientes,permutarunt. Seniorum uerò maior pars, quod in hac ueluti labe diutius permansissent,non secus ac serui in fuga deprehensi ad dominum,sic ad Lycurgum reduci reformidabant, ac propterea Agidem præsentium rerum conditionem deplorantem, cupientémque in antiquam uiuendi dignitatem 12
Spartam restituere,grauiter accusabant. Lysander uerò cognomento Libyus & Mandroclidas Ecphanis filius,atq; insuper Agesilaus negotio suscepto, adolescẽtis ambitionem magis magisq; incitabant. Horũ Lysander magnæ apud suos ciues authoritatis habebatur. Mandroclidas uerò orationis uehemẽtia inter omnes Græcos excellens,astutiam summã non mediocri permistã audaciæ habere putabatur. Agesilaum autẽ regis auunculũ satis oratione potentẽ,uerũ natura mollem & pecuniæ cupidũ, filius concitabat Hippomedon,qui bellicis operibus insignis,magnam inter æquales laudem fuerat,& gloriã cõsequutus. Verùm non alia magis causa impulisse uidetur Agesilaum,ut sese rebus innouandis admisceret,q̃ æris alieni magnitudo,quo se facilè solui sperabat,præsenti statu ciuitatis immutato. Agis ut primùm igitur Agesi- 13
laum sibi conciliasse animaduertit,non ultra cunctandum arbitratus,matrem quoq; suam,quæ Agesilai soror erat,in sentẽtiam trahere aggressus est. Ea siquidẽ Clientũ, obæratorúmque,& cognatorũ multitudine plurimũ potens in ciuitate,reipub. quoque administrationẽ quadam ex parte attingere non dubitabat. Hæc primò filij propositum audiens,à tali sententia iuuenem deterrere conata est,tanquã inania quædã supráque uires agere cupientẽ. Vbi uerò Agesilaus illam cohortatus bene de successu rerum sperare persuasit,filij uoluntati facilè acquieuit,cùm præsertim ex altera parte filius instaret rogans,ut facultatibus quas haberent,ad gloriam & honorẽ adipiscendum uti se pateretur,quòd alios reges diuitiis adequare impossible sibi esset: singulos enim Satrapũ familiares ac seruos, præterea qui Ptolemæi Seleucíque tutores essent, 14
omnes qui unquã Spartæ regnauerint reges,lõgè diuitiis superare. Quòd si ipse modestia ac magnitudine animi illorũ delicias supergressus, æquabilitatẽ atq; concordiã in ciuitatẽ reduxisset,fore ut boni ueríq; regis nomen & gloriã consequatur. His adhortationibus mulieres impulsæ adeò pristinã sententiam mutarunt,ut ipsę quoque gloriæ cupiditate flagrantes,ultro iuuenẽ ad rem peragendã impellerent, atq; honestatis amore tanquã diuino quodã numine afflatæ, Agidẽ properare assiduè hortarẽtur: quinetiã conuocatis amicis consiliũ aperientes,illos ad ferendũ auxiliũ hortabãtur. Idem quoq; mulieribus aliis prædicabãt, cùm scirẽt Lacedæmonios mulieribus obsequentes,nõ minus publica,q̃ priuata cõsilia cum illis solitos cõmunicare, atque ad agẽdum etiam socias adhibere. Erat autẽ per id tẽporis diuitiarum maxima pars apud mulieres, quod sanè plurimũ ad rem peragendam difficultatis Agidi afferebat. 15
Resistebant enim mulieres,non modò propter deliciarũ,quibus assueuerãt cupiditatem,uerũetiam quòd potentia & honore,quẽ ex diuitiarũ possessione consequebantur,eo modo priuari se penitus animaduertebãt. Omnes igitur ad Leonidã cõuersæ, quòd is maior natu esset,hortari ut se Agidis cõsiliis opponeret,eiúsq; impediret conatus. Et exoptabat sanè Leonidas ferre diuitibus auxilium,sed ueritus potentiã plebis,quã rerum mutationẽ affectare cognouerat, nihil palàm contra Agidẽ tẽtare ausus est,sed clanculũ perturbare illius incepta conabatur,& crebris illum apud diuites calumniis criminari,dicens illũ eorum bona quasi tyrãnidis mercedem pauperibus distribuere,& agrorũ diuisione,ac missione debitorũ, plures sibi satellites, q̃ Spartæ 16
ciues cõparare. His tamen nihil deterritus Agis, ut Lysander Ephorus crearetur effecit: quo facto statim contra seniores rogationẽ tulit,in qua capita prœcipuè contine-

Agis reip. formam restituere aggreditur.

bantur huiuscemodi, ut debitoribus omne penitus debitū dimitteretur, & agroru m per hunc modū partitio fieret, ut quicquid agri intra conuallē, quæ Pellenæ adiacet usq; ad Taygetā & Sellasiā continetur, in quater mille & quingētas partes diuideretur. Quod uerò extra hos terminos relinquitur, in partes quinquies mille tribuerentur: & hæc quidē colonis, qui arma ferre possent ascriberentur, illa uerò iis qui urbē incolerēt Spartiatis, quorū numerū ex finitimis accolis explere posset, eos legēdo, qui liberaliter ingenuéq; nutriti, ætate ac robore corporis uigerent. Hos in quindecim classes oportere distribui, quarū aliqua ducentos duntaxat, aliqua uerò quadringētos uiros cōtineret: atq; hi uiuendi consuetudinē seruare cogerētur, quam olim maiores
17 Spartiatarū habuisse constaret. Latā perscriptámque rogationē cùm senatus minimè comprobaret, Lysander populo ad concionē uocato, multa pro suadenda rogatione uerba fecit. Post eum Mādroclidas & Agesilaus oratione habita admonebāt, ne propter hominū paucorum luxuriā & delicias, antiquam Spartanorū dignitatem iacentem negligi paterentur, & cùm antiqua deorū oracula in memoriā reuocarent, iubētia ipsos auaritiam tanquā rerum omnium perniciosissimam cauere, tum nouissimè ex Phasiphae responsum acceptum diligenter animaduerterent. Huic templū erat, & sacrificium* in urbe constitutum: ipsam uerò nōnulli unam ex Atlātiadibus ex Ioue genitā fuisse tradūt, quæ Hāmonem peperit. Alij uerò Cassandrā Priami filiam eo in loco mortuā atq; sepultam, hoc nomine uocatam fuisse perhibēt, quòd omnibus pe-
18 tentibus oracula præberet. Philarchus autē refert Amyclæ filiā Daphnē, cùm Apollinem uim afferre uolentē aufugeret, in plantā fuisse cōuersam, atq; ab eodem deo diuinandi accepisse potestatē. Ab hac igitur plurimis Spartiatis respōsa fuisse tradebātur, iubentia cunctos ad æqualitatē redigi secūdum legem quam de hoc ipso Lycurgus tulerat. Post illorū orationē, Agis ipse rex in medium progressus, quantùm essent utilitatis allaturi ciuitati, si hanc rogationem confirmassent, breui oratione monstrauit, ac se primū omnium facultates proprias in mediū ponere uelle, nō sanè exiguas, ob agrorū multitudinem, quos partim ad colendū, partim ad pascenda pecora idoneos haberet, insuper talenta sexcenta argenti signati. Idem quoq; matrē atq; auiam, amicos præterea & domesticos omnes, quos ditissimos esse Spartiatarū cōstaret, facere paratos esse. His auditis, obstupefacta multitudo adolescentis regis magnanimita- 19
tem admirabatur, summámq; propterea gratiā est à populo consecutus, asserentibus cunctis, uix tandem post annos trecētos, hunc solū qui meritò Spartanorum rex dici posset, inuentū esse. Leonidas autem tūc maximè summis uiribus contra Agidem nitebatur, non ignorans, si comprobata esset rogatio, fore, ut ipse quoque eadem facere coactus, non idem apud suos ciues gratiæ esset habiturus: sed cùm omnes ciues diuitias proprias in medium contulissent, ei soli gratias à populo referendas, qui huius rei princeps atque author extitisset. Igitur spectātibus cunctis, Leonidas Agidem rogauit, num uirum iustum ac studiosum fuisse Lycurgum putaret? Id cùm assentiretur Agis, Quando igitur, inquit, aut debitorum dimissiones Lycurgus constituit, aut peregrinos administrandæ reipub. uoluit esse principes? quippe qui nō satis fore saluam ciuitatem arbitratus est, nisi peregrini ex ea pellerentur. Ad hæc Agis: Nil 20
mirum est, inquit, uiri Spartiatæ, si apud exteros educatus atque eruditus Leonidas, utpote, qui ex Satrapum aulis sumpta uxore filios procrearit, Lycurgum atque eius ignoret instituta, qui debitum atque usuram unà cum nummis expulit è ciuitate: peregrinos quoque eiiciendos censuit, qui non eam quam ipse instituerat, uiuēdi normam & institutum seruare uellent, non sanè corporibus illorum hostis existens, sed uiuendi eorum modum reformidans, ne ciuibus suis permisti, eos quoque luxuriæ & diuitiarum inficerent cupiditate. Constat enim eundem ipsum Terpādrum atque Thaletem, tum etiam Pherecydem, quanquam peregrini essent, libenter habuisse in ciuitate, quòd eadē secum philosophari, atq; sentire illos animaduertit. Tu uerò, qui 21
eum

** ἐν Θαλαμίαις. Credo legendū ἐν Θαλάμαις, quoniam Steph. urbē esse Messeniæ scribit.*

Suprà in uita Lycurgi.

cum plerunque laudare consueuisti, quòd cùm Ephorus esset, duas ex nouē chordis, quas in cithara musicus Phronides habebat, dolabra abscidit, tum eos qui posteris temporibus idem in Timotheo fecere: quonā pacto uituperare nos audes, qui mollitie atque luxuria, tum superbia atque cupiditate purgare Spartā studiosè conamur? quasi illi non ob hanc causam in musicis cantibus licentiam ac uoluptatem nimiam compescere uoluerint, ne ab huiusmodi cantibus deliniti ciuium animi, ad eos mores uitámque prolaberentur, quæ dissonam sibiipsi atq; discordem ciuitatē efficeret. Ex eo primū omnis ad Agidem applicuit multitudo, diuites autem Leonidā sequebantur, ne se in tanto discrimine desertos esse pateretur orantes: iidem etiā seniores, quorū maxima erat in consultando authoritas, ut rogationi aduersarentur cōpulere.
22 Quapropter euenit, ut rogationem pars maior abrogaret. Inter hæc Lysander adhuc in magistratu constitutus, Leonidam è ciuitate pellere tentauit, legem quādam peruetustā aduersus illum excitans, quæ prohibebat, Heraclidē quempiam ex peregrina muliere filios procreare. Eadem quoq; plectendū capite statuebat eum, qui Sparta discedens apud exteras gentes habitasset. Hæc aduersus Leonidam proferri Lysander instituit. Ipse autem unà cum reliquis collegis cæleste signum obseruabat. Erat autem huius rei consuetudo quædam talis: Singulis enim nouēniis Ephori noctem serenam, & luna carentem obseruantes, taciti sub diuo considebant cælum respiciētes. Si quando igitur stella ex parte aliqua discurrens in oppositam sese partem cōtulisset, indiciū id esse putabant, reges aliquid cōtra deos immortales deliquisse, ac propterea magistratu illis interdicebant, quoad ex Olympia aut Delphis referretur ora-
23 culum interdictis regibus afferens auxilium. Hoc igitur sibi signū apparuisse Lysander prædicans, Leonidæ diem dixit, productis testibus obiiciēs illum ex Asiatica muliere duos filios procreasse, atq; inde crebris iniuriis, contumeliisq; ab uxore lacessitum rediisse in patriam, & regnum per id temporis fortè successoribus uacuum occupasse. Insuper Cleombroto persuasit, ut regnum quod ad se iure pertineret, reposceret. Erat autem Cleombrotus Leonidæ gener, ex regia stirpe generis originem ducens. His rebus perterritus Leonidas, cùm statuta die uocatus ad iudicium nō uenisset, absens regno priuatus est, atq; in eius locū Cleombrotus rex institutus. Postquā Lysander peracto tempore magistratu decessit, Ephori qui illi in magistratu successere, Leonidam supplicem miserati, Lysandrum & Mandroclidam in iudicium uocauere, quòd aduersus legum instituta, debitorum missiones & diuisiones agrorum
24 fieri decreuissent. Illi igitur imminens periculum formidantes, regibus persuaserūt, ut communi consensu in idem tendentes, Ephororum decreta irrita facerent. Inerat enim peruetustum sanè institutū, ut si quando reges inter se dissiderent, in eius sententiam quę utilior uideretur, decreta fierent, quanuis altero aduersante. Quòd si cōmuni consensu aliquid ambo reges statuissent, contra hoc pugnare nemini licere: si quis uerò aliquid facere tentasset, hunc cōtra leges facere uideri. His igitur permoti rationibus ambo reges, amicorū multitudine coacta, in forum descendentes Ephoros è sellis deturbant, Ephoris aliis in eorum locum suffectis, è quorum numero fuit Agesilaus. Inde armata multitudine ad eos, qui in carcere erant soluendos processere. Ob hoc iam terribiles aduersariis facti plurimos interfecturi putabātur: quod tamē
25 longè secus euenit. Nemo enim illorū iussu interfectus est. Quinetiam Tegeam proficiscentem Leonidā, cùm missi ab Agesilao milites occidere statuissent, Agis id prę sentiens, alios qui eum tutarentur, celerrimè submisit, quíque eum circunstantes Tegeam usque incolumem perduxere. Rebus igitur in hunc modum constitutis, cùm iam omnia prosperè succederent, ac nemo iam cœptis obsistere auderet, Agesilaus unus cuncta subuertit, pulcherrimam legē, & Laconum moribus maximè congruētem, ob turpissimum auaritiæ morbū corrumpens. Nam cùm ipse præ cæteris agros quamplurimos, eosdémque pulcherrimos possideret, insuper magno ære alieno esset

Secta urbs à rogatione.

obstrictus,cùm neq; creditoribus soluere, nec agros quos habebat dimittere uellet, Agidi persuasit, si utranque rem eodem tempore efficere aggrederetur, æris scilicet alieni missionem,& diuisionẽ agrorum,nimis illum ciuitati nouationis allaturum. quòd si primò debitorum missione facta;his qui agros possidẽt,indulgere uisus fuerit,fore paulò pòst,ut animis iam ab odio quodammodo residentibus,facilè diuisionem agrorũ,adiuuantibus illis conficiat. Hæc & Lysander ab Agesilao deceptus fieri 26
suadebat. Itaque tabulas,quibus debitorum nomina continebãtur omnes in forum, quod Clarium appellãt,comportare iussi sunt,hísque in unum coaceruatis ignis iniectus est. Exorta igitur flãma cùm diuites ac feneratores qui adstabãt, tristes abirẽt, Agesilaus quasi calamitatibus illorum insultans,nunquã se clarius lumen aut ignem puriorẽ uidisse iactabat. Inde cùm plures diuisionẽ quoq; agrorũ fieri postularẽt,regésq; etiã id fieri oportere censerent, Agesilaus causas quasdã cunctandi in medium proferens,& alias ex aliis iugiter nectens, eousq; temporis rem differendo protraxit, quoad Agis ab Achæis Lacedæmonũ sociis accersitus, in expeditionẽ proficisci coactus est. Aetoli nanq; per id tẽporis opibus florẽtes,per Megarenses in Peloponẽsum traiecerunt:quorũ uiribus obsistere cupiens Aratus Achæorum imperator, studiosè copias parabat,atque Ephoros missis literis,huius rei fecerat certiores:qui amore beneuolentiáq; in socios cõmoti, Agidẽ repentè ferre auxiliũ cõpulere,præsertim cùm Lacedæmonum iuuentus promptissimè militiam posceret. Iuniores igitur è quibus 27
maximè constabat exercitus,tum quidẽ pauperes, attamen ære alieno soluti,ut ostẽdimus,cùm post reditum ex militia,diuisionem agrorum faciendam sperarẽt,mirabili quodam modo Agidem obseruabant, eíque in omnibus libenter obsequebãtur, adeò ut finitimis populis admirabile uideretur,quod illos nemini nocentes mansuetéq; & sine ullo propemodum strepitu,per Peloponẽsum facientes iter intuerentur: multíque Græcorum uetusta tempora in memoriã redigentes,mutuò sese interrogabant,qualem fuisse Laconici exercitus obseruantiã putandum esset,cùm Agesilaum, aut Lysandrum,aut ueterem illum Leonidam habebat imperatores,quandoquidem erga impuberem adhuc imperatorem tanta sit exercitus reuerentia & obseruatio. At uerò adolescens ipse frugalitate & laborũ tolerantia,cùm uestium atq; armorum ornatu nihil à quouis gregario milite differret,mirabile in se cunctorũ studium concitabat: ditioribus tamen haudquaquã hæc rerum placebat permutatio,uerentibus ne finitimis populis motus causam huius exempli nouitas præstaret. Interea penes Co- 28
rinthũ Arato cõgressus Agis,cùm de belligerãdi ratione consultarẽt,prõptitudinem quandam non leuitati permistã,& audaciam nequaquã rationis expertem sibi inesse monstrauit. Dicebat enim,sibi optimũ uideri,ut hostibus intra illorum fines bellum inferrent,nec permittendũ,ut Peloponesi claustra ingrederentur: se tamen in cũctis Arati cõsiliis obtemperaturũ,utpote ætate grandioris ac imperatoris Achæorũ,quibus ipse nõ imperaturus,sed auxiliũ laturus aduenisset. Verùm de his Bato Sinopeus aliter scripsit. Tradit enim Agidẽ Arato iubente noluisse pugnare:sed hũc ego Arati scripta de rebus his rationẽ afferentis legisse non arbitror. Scribit enim Aratus, cùm omnes propemodũ fructus ab agrorũ cultoribus in loca tuta cõuecti sint,longè sibi melius uideri hostes intactos relinquere,q̃ pugnando summã totius rei in discrimen 29
adducere. Postquã igitur Aratus hostium cõgressum deuitans collaudatos socios dimisit,Agis magna in se admiratione concitata,domũ rediit. Et iam Spartæ tumultus haud mediocris,magnáq; rerũ cœpta erat perturbatio. Agesilaus enim Ephorus iterum creatus,nullis erga ciues iniuriis abstinebat,dũmodo pecunias quacunq; ratione pararet. Itaque mensium tredecim exegerat tributa,quãuis apertè legibus id agere prohiberetur,nulla temporũ necessitate poscente. Post hæc illorũ quibus iniurias attulerat metu perculsus,cùm se omnibus odiosum esse animaduerteret,milites cũ armis custodiæ causa circa se habere cœpit,quibus stipatus ueniebat in curiã, è regibus alterum

Agis exercitui gratus,& quas ob artes

alterum penitus contemnẽs,Agidẽ uerò affinitatis potius, q̃ regni causa mediocriter honorans. Itaq; uixdum finito magistratu rationẽ inibat,ut in proximũ quoq; tẽpus Ephorus crearetur. Ea res inimicis properãdi causam attulit, quò imminẽs ab eo pe-
30 riculum euitarent. Facta igitur cõspiratione Leonidam palàm è Tegea reuocãtes in magistratu cõstituere,lętis animis negotiũ spectante multitudine,quòd ob prohibitam ab Agesilao agrorũ diuisionem,sese delusos deceptósq; fuisse putabãt. Attamen Agesilaum filius Hippomedon, qui propter eximias uirtutes cũctis ciuibus charissimus erat,clanculũ è periculo subtractũ seruauit incolumem. E regibus autem Agis quidẽ in asylum,quod *Chalcicon appellãt,Cleombrotus autem in Neptuni tẽplum confugit. Huic iratior Leonidas, omisso tũc Agide,ad eum capiendum cum armatis militibus accessit,iustè se illi irasci clamitans,quòd cùm gener eius esset,insidiis cõparatis exutum regno etiã è ciuitate pepulerat. Ad ea Cleombrotus nihil respõdere ua-
31 lens tacitus,incertúsq; consilij sedebat. Chilonis erat Leonidæ filia, quæ cùm pater à Cleombroto damnatus est,grauiter illius iniuriã ferens,auxilium afferre conata fuerat,& à uiro discedens,atq; apud patrẽ habitans,opera sua quoad poterat, illius leuabat calamitatem. Illo autẽ ex urbe depulso discedente,mœsta lugubrísq; & aduersus Cleõbrotũ indignabunda uixerat. Ea tunc igitur in contrariũ uertente fortuna,apud patrem pro uiro supplicare cogebatur. Itaq; inter paruos alios filios media supplexq; manus tendens apud eum cõsedit. Admirantibus cunctis mulieris tum benignitatẽ, tum pietatem erga uirum præcipuã,atq; ob idipsum lachrymantibus,ipsa ut erat pe-
» plum incõpositò trahens, comis nullo ornatu aut ordine fluentibus, Hunc mihi,in-
» quit,habitũ,atque hanc formã,ô pater,non Cleõbroti misericordia imposuit,sed lu-
32 ctus,qui post exilij tui calamitatẽ perpetuus mihi comes adhæsit. Vtrũ igitur decet,
» uictore te rege,& in patriam restituo,in huiusmodi squalore uersari, an uerò splẽdi-
» das & maiestate regia dignas uestes accipientem,paulò pòst uirum,cui uirgo etiã nu-
» psi,interemptũ aspicere? qui nisi filiorum, atq; uxoris lachrymis flexerit seueritatem
» tuam,maiores etiam q̃ tu ipse uoles temeritatis suę pœnas dabit:siquidem me,quam
» uehementer amat,in conspectu suo moriẽtem uisurus est. Qua enim iam ultrà fidu-
» cia inter cæteras mulieres mihi uiuere licet,quippe cui nec apud uirum, nec apud pa
» trem supplicanti misericordiæ locus ullus relinquitur? Verùm ea me conditione ge-
» nitam puto,ut & uxor & filia semper apud meos misera,atq; contempta fore debeã.
» Quòd si qua est idonea ratio deprecandi, illa me tunc usam fuisse arbitror, cùm uiri
» iniustitiam accusans,illius erga te sæuitiam detestabar: sed tu nunc omnes eius iniu-
» rias iustissimas fuisse comprobas, siquidem regnum tanti faciendum esse demon-
33 stras,ut eius potiundi causa, & generos & filios necare fas esse arbitreris. Hæc magna cum grauitate loquuta Chilonis,faciẽ supra Cleombroti caput deposuit, oculos uerò lachrymis & mœrore graues in eos,qui circũ adstabãt defixit. Leonidas uerò pauca cum amicis loquutus,Cleombrotũ exulem esse iussit: filiã autem ut secũ maneret, orabat,se usqueadeò ei deditũ agnoscere, ut uiro, qui tam grauiter cõtra se deliquisset,sui gratia pepercerit. Nec tamen id filiæ persuadere potuit:sed surgenti uiro filiorum alterum in manus tradẽs,alterũ uerò ipsa ex manu ducens, aram dei iuxta quam confederant uenerata, unà cum uiro è templo digressa est. Magnũ profectò uirtutis exemplũ,ut nisi penitus inanis gloriæ tumiditate Cleõbroti mens obcæcata esset,sibi
34 felicius exilium, quàm regnum ob talem mulierem existimare deberet. Pulso igitur Cleombroto Leonidas,Ephoris quoq; magistratu se abdicare iussis, aliísq; in eorum locum suffectis,ipse insidias Agidi parare adortus est,ac primò lenibus uerbis hortari, ut omni timore depositò secum unà regnare uellet. Facilè enim à ciuibus ueniam impetraturũ,quòd intelligant eum cùm propter adolescentiam,tum propter ambitionem ab Agesilao fuisse deceptum. His uerbis cùm nihilo magis è sententia dimoueretur Agis,atq; in ciuitate uitam duceret,Leonidas apertè illum insectari destitit.

Chilonis egregia erga patrem & maritum fides.

Verùm Amphares & Demochares, unáq; cum his Arceſilaus, frequẽter illum adire, multáq; cum eo loqui aſſueuerũt,& iam eouſque familiaritatis proceſſerant,ut è tẽplo digreſſum ad balneum,quod non procul aberat,plerunq; deducerent,atque inde lotum rurſus uſque ad templũ proſequerentur. Erant enim iampridẽ ob diuturnam 35
conſuetudinem ſumma illi familiaritate cõiuncti.Præcipuè uerò inter cæteros Amphares,qui ueſtẽs plerunque ab Ageſiſtrata dono capiens,cõuiuio quoque ab eadem perſæpe excipiebatur . Is maximè inſidias Agidi comparans, uehementer Leonidam atque Ephoros,è quorum numero ipſe erat unus,contra Agidem irritabat,mulieribus facilè ſe Leonidam placaturum eſſe dictitãs . Cum igitur Agis aſſiduè ſe intra tẽplum contineret,niſi cùm fortè ad balneum,quod antea diximus,proficiſceretur,ibi cum deprehendere,cùm extra templũ eſſet,ſtatuerunt.Igitur lauantem illũ aliquãdo conſpicati,redeuntem poſtea ad templũ obuiam facti ſalutauere,atq; inito(ut antea conſueuerant)ſermone,iocis riſúq; fraudem diſſimulantes perducebant.Cúmque ad obliquum uiæ,quæ ad cárcerem ducit,peruenirent, Amphares,qui ob magiſtratum quem gerebat,Agidi inter eundũ propius adſtabat,apprehenſa ueſte, Ego te,inquit, 36
ad Ephoros Agis,deduco,rationem eorum,quę in magiſtratu geſſiſti dicturum.Demochares uerò,& robore & magnitudine corporis præſtans, ueſte circa eius collum obuoluta,reluctantem trahebat.Cæteri uerò ad id negotiũ prẽparati retro proſequebantur. Cúmque nemo auxilium ferre auderet,omnium ope deſtitutus in carcerem coniectus eſt. Iámque Leonidas mercenarios milites cum armis ducens aderat,& totam domum armatis circunſepſerat. Ephori autem ad Agidem ingreſſi cum ſenatoribus aliquot,quos unà ſecum ſentire nouerant,ut iudicij ſpeciem quandã præberẽt, iuſſerunt Agidẽ de rebus à ſe in adminiſtrãda repub.geſtis dicere . Cùm ad hæc Agis, illorum cognita ſimulatione,ſubriſiſſet,Amphares impudentiæ illum ſe dixit accuſare:alius uerò quaſi euadendi periculi occaſionem mõſtrare uolens,interrogauit,an 37
quę geſſerat,ab Ageſilao & Lyſandro coactus geſſiſſet.Cùm ille ſe à nemine coactum ea geſſiſſe fateretur,ſed Lycurgi amore atq; admiratione cõmotum, eandem reipub. gubernãdæ rationẽ inire uoluiſſe.Rurſus idem Ephorus, an talia ſe aggreſſum fuiſſe pœniteret,interrogauit.Agis uerò nulla ſe tangi pœnitẽtia pro his dixit,quæ prudẽter honeſtéque cõſuluiſſet,quanuis mortem ſibi ea de cauſa ſubeundã animaduerteret . His auditis,Ephori morte damnatum,ut in Decada ipſum deducerent, miniſtris præcepere.Eſt autem Decas in carcere locus,in quo morte damnatos ſtrangulari cõſuetudo fuit.Animaduertens autem Demochares,miniſtros Agidem attrectare non audere,necnon & conductos milites id muneris refugere, quòd nefas arbitrarentur corpori regio manus afferre,ipſe minitabundus & aduerſus illos conuitia iactans,in eum,quem diximus,locum Agidem traxit.Et iam captiuitatis huius ad populum fa- 38
ma peruenerat,& fluctuantis multitudinis ſtrepitus ante carceris ianuã audiebatur: iámque Agidis mater & auia ad carceris fores peruenerãt,clamoribus atque ululatibus petentes,ut Lacedæmonum regi apud ſuos ciues dicendi cauſam poteſtas fieret. Quibus rebus Agidis hoſtes perterriti ſupplicium de ipſo ſumere properabant,ueriti ne futura nocte frequẽtior conueniẽs multitudo è carcere ipſum diriperet . Deductus igitur ad ſupplicium Agis,cùm lictorem plorãtem,& circa opus titubantem animaduertiſſet,Omitte pro me has lachrymas amice,inquit:ſic enim iniuſtè,cõtráq; ciuitatis leges moriens,longè melior ſum,quàm qui me nuper damnarunt:atq; hæc dicens ultro collum laqueo innectẽdum præbuit. Amphares poſt hæc ad carceris ianuam ueniẽs,cùm Ageſiſtratam ob doloris magnitudinem humi proſtratam offendiſſet,propter eam quam ſecum habuerat familiaritatẽ,manu illam ſubleuans, nihil eſt,inquit,quòd de Agide pertimeſcas,nulla enim ei uis aut crudelitas affertur, quinetiam ſi placet ad filium ingredi potes. Ipſa uerò,ut matrẽ quoq; ducere liceret,rogãte,nihil,inquit Amphares,ipſam etiã tecum ducere prohibet . Ambas itaq; de manu 39
ſumens

Veræ magnanimitatis exemplum.

Decas.

Agidis interitus, & admiranda uirtus.

ſumẽs cùm introduxiſſet,carceris fores poſt ſe claudi imperat, & Archidamiam ſanè præcedere iuſſit, mulierem iam propemodũ ſenio confectam, ſed quæ maximo honore,ſummáque apud ciues dignitate,& de publicis rebus perita haberetur.Hãc igitur,ut dixi,præcedentẽ cum interfici Amphares præcepiſſet, Ageſiſtratã ad filium ingredi iubet,quæ ut primò locum ingreſſa eſt,humi iacentem filium,ac matrem mortuam quidem,uerùm adhuc è laqueo pendentem cõſpexit, atq; ipſa miniſtros adiuuans cùm propriis manibus è laqueo matrem depoſuiſſet,iuxta Agidis corpus extẽſam compoſuit,utrunq; una & eadem contegens ueſte . Tum ſupra filij corpus procumbens,diúq; faciẽ illius exoſculata,Nimia fili in patriam charitas nimiáq; humanitas ac mãſuetudo te ſimul,inquit,& nos perdidit. Amphares autẽ ab oſtio carceris iſta proſpiciens,ac ſimul uoces exaudiens,locum in quo ipſa erat ingreſſus,iracundia exęſtuans,quòd talia,inquit,filio ſuaſiſti Ageſiſtrata,eadẽ tu quoq; es paſſura:& Ageſiſtrata ſeſe laqueo ſubmittẽs,in hoc duntaxat,inquit,Spartæ utilis fui. Cũ tanti ſceleris fama in populũ manaſſet,& tria eſſent elata cadauera,non tantũ apud ciues poterat timor,quin palàm de his quæ geſta fuerãt quererentur, atq; apertum odium in Leonidã, Ampharémq; demonſtrarent, nihil ſceleſtius,nihil magis impium Spartæ geſtũ eſſe dictitantes,ex quo Dorij Peloponneſum tenuere.Lacedæmoniorum enim regi,ne in pugna quidẽ obuiantes hoſtes temerè manus afferre audere,ſed retrocedere potius conſueuiſſe, regiam maieſtatẽ uenerantes.Itaq; cũ permulta aduerſus Græcos Lacedæmonij bella geſſerint,unum duntaxat Cleombrotũ ante Philippi tempora in Leuctris uulneratũ occubuiſſe memoriæ proditũ eſt. Meſſenij uerò Theopompum quoq; ab Ariſtomene interfectũ aſſerunt:quibus minimè aſſentiuntur Lacedęmonij,neq; enim interfectũ,ſed uulneratũ duntaxat fuiſſe perhibent.Verũ hæc ambiguitatis nõnihil habent,ſed Spartæ quidem primũ Agidem ex his qui regnarũt,ab Ephoris interfectũ fuiſſe conſtat, opus ſanè pulcherrimũ, & Sparta dignũ in ciuitate moliri auſum,cùm & in ea eſſet adhuc ætate cõſtitutus, in qua homines ſi quid errauerint,facilè ueniã cõſequi ſolent: atq; ab amicis potius q̃ inimicis accuſandus,quòd & Leonidã periculo liberauerit, & tantũ cæteris adhibuerit fidei, quòd eſſet ingenio mitis ac perhumanus.Interfecto Agide,Leonidas fratrem eius Archidamũ,quòd repẽtè ex urbe aufugerat,cõprehendere non ualuit. At uerò Agidis uxorẽ cum infanti filio relictam,cùm ex mariti domo inuitã abſtrahi iuſſiſſet,Cleomeni filio quãquam admodum adoleſcenti in matrimoniũ dedit.Neq; enim illam alteri nubere uolebat, quòd cùm eſſet Gylippi filia,magnas ex illius hęreditate diuitias poſſidebat.Præterea corporis forma cæteris ætatis ſuæ mulieribus præſtare dicebatur. Hęc igitur Cleomeni coniuncta,quanuis extremo odio Leonidam odiſſet, ſummo tamen amore & beneuolentia Cleomenẽ complexa eſt:qui & ipſam mutuò diligens,non parũ eius ſortem miſerebatur,ſi quando Agidis memoria incidiſſet,atq; eò magis illam amabat, quò magis defuncti uiri memoriã colere animaduertebat.Itaq; ſæpius illam de rebus ab Agide geſtis interrogabat diligenter,his quæ ab ea dicerentur mentẽ adhibens,cũ Agidis mentẽ conſiliáq; referret.Erat autẽ gloriæ appetens,magnanimúsque natura Cleomenes,ad frugalitatem uerò modeſtiámq; nõ minus Agide procliuis, cautione uerò ac mãſuetudine nequaquã par,ſed inerat animo ſtimulus, & appetitus quidam uehementior ad id quod honeſtum ſibi uidebatur,aſſiduè ipſum compellens.Itaque optimũ fore putabat, ſi uolentes ciues ad honeſtam uiuendi normã redigere poſſet: ſin minus,non abſurdum eſſe arbitrabatur,ipſos per uim ad meliores mores cõpellere. Nec ſanè placebãt ei deſidia uoluptáſq; ciuitatis:quibus pleroſque deditos animaduertebat. Regis uerò mores nulli negotio animũ intendẽtis (modò ne quis otium cui uacabat interpellaret)præterea deliciarum proſecutionẽ ſummopere damnabat. Nam ex hac regis negligẽtia fiebat,ut publicarũ rerum cura poſthabita,quiſq; lucro & cõmodis propriis indulgeret. Exercitationis uerò, modeſtiæq; iuuẽtutis, præterea

Luctuoſum exemplum.

Cleomeni Agidis uxor nubit.

Animi natura.

æqualitatis ac fortitudinis,quæ omnia simul cũ Agide interierant,ne meminisse quidem satis tutum putabatur.Traditur adolescentem adhuc Cleomenem philosophiæ operam dedisse,cùm Sphærus quidem Borysthenes Lacedæmonem ueniés eruendis adolescẽtibus uacaret. Hic Sphærus inter Zenonis Citiei discipulos princeps habebatur.Hic igitur magnitudinẽ animi ac fortitudinem,quam in Cleomene deprehenderat uehementer amans,magis magísq; illius ambitionẽ excitauerat.Nam Leonidam illum uetustiorem memoriæ proditum est interrogatũ aliquando,qualis sibi
Tyrtæus. poeta fuisse uideretur Tyrtæus,respondisse,bonum ad iuuenum animos incitandos: illius enim carminibus permoti,tanquã aliquo furore correpti, nullis parcentes periculis in pugnas ruunt. Verùm Stoicorum disciplina acumẽ habet quoddam, quo
Stoicorũ disciplina. magna & acuta ingenia facilè ad securitatem eriguntur,ita ut nihil pertimescere cõsuescãt : quòd si in facilem ac mansuetum animum inciderit,illum in proprio bono conseruat atq; corroborat. Igitur post Leonidæ mortẽ cùm regnũ Cleomenes susceperisset,ciues omnino moribus solutos animaduertit,cùm diuites luxuriæ, deliciísque
Forma mala reipub. uacantes reipub.curationem contemnerent,plebs autem erga priuatas res malè sese habẽs,ad bellum penitus inutilis,procul ab omni dignitatis, aut honoris cura uitam duceret:& regiæ quidem potestatis nomen duntaxat apud se esse consperiebat,potestatem uerò omnium,rerum statum permutare constituit. Erat ei inter amicos præcipuus quidam nomine Xenarus,qui cùm illum in adolescentia adamasset,quod inspirare appellant Lacedæmonij, postea semper in eis permanserat amicitia. Huius
Cõsilium Cleomenis. igitur animum explorare cupiens Cleomenes,consiliũ dissimulans rogitabat, qualis illi rex uisus fuisset Agis,& quo pacto,quorúmque consilio eam reipub.instituendæ uiam ingressus esset.At Xenarus primò nõ inuitus talia meminisse,& libẽter singula quonam pacto gesta essent enarrare.Pòst ubi Cleomenem his rebus magis permoueri, atque adhibere animũ intellexit, quòd eadem sæpius narrata, rursus etiam peteret audire,iratus ei,quasi non satis mentis compos esset,paulatim sese ab eius colloquio, consuetudinéque remouit,nulli tamen dissensionis causas aperiens. Igitur abnuente negotium Xenaro,Cleomenes alios quoq; amicos idem animo habituros existimás, ipse intra se rei totius peragendæ modũ cõponere statuit.Cúmq; in bello faciliorem, quàm in pace ad res permutãdas occasionẽ fore putaret, aduersus Achæos ciuitatem concitauit,ipsis ultro calumniæ materiam subministrantibus.Aratus enim plurimũ
inter Achæos ea tempestate potens,Peloponesum omnẽ in unam conferendi tributi redigere societatẽ conatus est,atq; hunc sibi multorũ laborũ,& diuturnæ militiæ finẽ proposuerat,putans ita demũ ab externis hostibus Peloponnesios insuperabiles fore. Cùm huic reliqui ferme omnes assentirentur,Elienses Lacedæmoniiq; aduersabãtur, & præterea Arcadũ pars,quæ Lacedæmoniis fauebat.Igitur post Leonidæ obitũ Aratus Arcadibus bellum intulit,eos maximè qui Achæorum finibus adiacent cladibus premens,Lacedæmonios uerò & Cleomenem,quod esset admodum adolescens,contemnebat. His de causis Ephori commoti,Cleomenẽ cum exercitu misere, ut Palladis templum in Belbina positum occuparet. Illinc enim in agrũ Laconicũ ingressus patet,& tũ fortè Lacedæmoniis de eo loco aduersus Megalopolitanos erat disceptatio.Hunc igitur locum Cleomenes occupatum cùm muris, præsidiísque muniisset,
Aratus nulla prius belli denuntiatione facta,noctu exercitum ducens in Tegeatas & Orchomenios proficiscitur,sperãs per proditiones eas urbes occupare posse. Verùm proditoribus ob timorem promissam operam haudquaquam præstantibus, Aratus eodem quo uenerat itinere regressus est,putans profectionẽ hãc ob celeritatem latêre. Ad hunc Cleomenes ironia quadam & dissimulatione utens, tãquam ad amicum scripsit,rogans quam in partem noctu duxisset exercitum. Ad hæc Aratus rescripsit, nũtiatum sibi esse, uelle Cleomenem Belbinam munire, se uerò,ut id prohiberet noctu cum exercitu profectum.Ad ea Cleomenes alio misso nuntio,se quidem his,quæ ille

ille respondisset fidem adhibere inquit,sed rogare, nisi quid fortè sit impedimento,
49 ut rescribat quanam de causa laternas secum & scalas detulisset. Ad hoc dictũ subridens Aratus,qualis iste esset adolescens interrogauit. Tum Democrates Lacedæmoniorum exul, Ego tibi,inquit,si quid aduersus Lacedæmonios moliris, properãdum censeo,antequã pullus hic per ætatem aculeo uti possit.His peractis, Cleomeni cum paucis admodum equitibus, & peditibus trecẽtis in Arcadiã ad concitandũ bellum profecto,Ephori magnitudinem belli formidantes,ut retrocederet imperarũt : quorum ille præceptis cùm paruisset, Aratus repentè Caphias occupauit. Tum Ephori Cleomenem rursus ad ea loca exercitum ducere præceperunt : qui cùm Methydrio capto Argolicũ agrum peruaderet,Achæi uiginti millium peditum, & equitũ mille exercitũ emisere, quibus copiis Aristomachus præerat imperator : qui cùm apud Pa-
50 lantium sese Arato coniunxisset, Cleomenes pugnandi copiã hostibus fecit. Verùm Aratus eius audaciã reformidans, imperatorem à certamine deterrens, retrocedere hortatus est. Quapropter multis probris ab Achæis lacessitus, à Lacedæmoniis uerò delusus atq; contemptus abiit,quòd eos tãtopere metuisset, cùm non amplius quinque millibus militum per id tẽporis in exercitu habuissent. Ex hoc magna Cleomenes audacia uir haberi cœpit. Ipse quoq; maiore iam inter ciues fiducia uersabatur, cùm plerique illius gesta considerantes, ueterũ regum sibi uenire in memoriam asserent,sub quibus Lacedæmonij nunquã de numero hostium, sed ubinam consedissent, percontari soliti fuerunt.Post hæc Eliẽsibus ab Achæis bello pressis, Cleomenes auxiliũ ferens,primo aduentu circa Lycæum Achæorum exercitũ fugauit,& fugientes insecutus permultos occidit,plurimos etiam uiuentes cepit, atque ita fusus fugatúsque exercitus est, ut Aratũ in ea pugna cecidisse apud plerosque fama uulgauerit.
51 Verùm ipse diligenter occasione captata, repentè ex pugna Mantineam se contulit, atque eam urbẽ nihil tale suspicantibus ciuibus,improuisò adortus cùm occupasset, præsidiis firmauit. Igitur Lacedæmonij cùm belli cœpta haudquaquã succederent, Cleomenem eorum quæ in exercitu gesserat rationẽ reddere postulabant. His causis permotus Cleomenes, Archidamũ Agidis fratrem Messana Lacedæmonem reuocare constituit,quòd ad eum ex altera familia successionis iure regnũ spectabat,existimãs ita demum Ephororum potestatem imbecilliorem futuram, si regnũ omni ex parte perfectum stabilitúmq; fuisset.At hi qui interficiendi Agidis causa fuerant,ueriti ne regnum capiente Archidamo, perpetrati sceleris pœnas darent, clanculum uenien- *Archidamũ interitus.*
tem læti excepere, atq; in urbem deductum interfecerunt, siue inuito Cleomene, ut
52 Philarchus arbitratur, siue amicorũ cõsiliis persuaso. Magna etenim facinoris huius culpa in eos redũdauit,quòd Cleomenẽ huic sceleri per uim assentiri coegissent.Post hæc rursus ad permutandum statum ciuitatis intendens animum, Ephoris pecunia delinitis, ut sibi exercitum decernant persuadet, multos sibi per matris humanitatẽ liberalitatémque concilians:ea siquidem pecunias assiduè filio subministrans, apud omnes gratiam inire conabatur: quinetiam quò maiorẽ filio conciliaret beneuolentiam,quãquam penitus à nuptiis eius animus abhorreret,tamen uiro qui plurimùm per id tẽporis in ciuitate poterat,in matrimonium iũgi passa est, ut per eum stabiliorem filio potentiã constitueret.Educẽs igitur exercitum Cleomenes, Leuctra Megalopolitani agri regionem occupauit.Aduersus hunc Achæi Aratũ cum exercitu proficisci iubẽt,& sub ipsa urbe structis aciebus cùm dimicassent, parte duntaxat exercitus Cleomenes superatus est:nam uallem quandam satis profundam Aratus Achæos
53 transire persequendi causa prohibuit. Id Lydiades Megalopolitanus cùm animaduertisset, ira simul atque indignatione percitus, equites qui secum aderant cohortatus in hostes emisit:qui dum fugiẽtes persequuntur,incautius in locũ multis arbustis uinetísq;, præterea fossis & murorum ruinis impeditissimũ deuenere:quòd ubi Cleomenes animaduertit, Tarentinos & Cretenses milites impeditos hostes inuadere

iubet, à quibus Lydiades cum omni equitatu circunuentus fortiter dimicans occi-
buit. Hac uictoria ſublati Lacedæmonij magno clamore in Achæos ferebãtur. Cúm-
que non procul iam abeſſent, omnẽ exercitum in fugam uertêre: in qua cùm plurimi
etiam cecidiſſent, reliquorũ corpora ad ſepulturam petentib. hoſtibus cõceſſit Cleo-
menes: uerùm Lydiadæ cadauer ad ſe portari iubẽs, cùm purpureo amictu coronáq;
ipſum ornaſſet, ad Megalopolis portas deferri præcepit. Hic Lydiades uir magna uir- 56
tute atque animo fuit, qui etiã depoſita tyrannide, ciuib. in libertatem reſtitutis per-
ſuaſit, ut ſeſe ac ciuitatem Achæis permitterent. His itaque geſtis Cleomenes maiora
iam animo percipiens, non dubitabat quin facilè Achęos eſſet ſuperaturus, modò re-
bus domi pro ſuo arbitrio uti poſſet. Igitur Megiſtonum uitricum ſuum admonet, o-
pus eſſe, ut pulſis è magiſtratu Ephoris, & priuatorum ciuium fortunis in commune
poſitis, atq; omnibus ciuibus ad æqualitatem redactis, totius Græciæ principatũ La-
cedæmoniis uendicent. Quibus ille cùm facilè aſſentiretur, paucos præterea ex ami-
cis huius conſilij participes aſſumpſit. Talia meditante Cleomene, fortè accidit ut ex
Ephoris cuidam in Paſiphaes templo dormiẽti ſomniũ appareret huiuſmodi. Vide- 57
batur enim quo in loco Ephori iuri dicendo conuenire aſſueuerant, unam duntaxat
ſellam exiſtere: quatuor autẽ quæ antea fuerãt, deiectas eſſe. quo ſpectaculo cùm ipſe
attonitus miraretur, uocem è templi adyto uiſus eſt audire, quæ diceret, hoc Spartæ
fatale eſſe. Hæc ut geſta fuerant cùm Ephorus Cleomeni nuntiaret, primò quidẽ tur-
batus Cleomenes, ne fortè ſui tentandi gratia hæc ab Ephoro fingerentur, ſuſpicaba-
tur. Poſtquam uerò nihil illum mẽtiri animaduertit, maiori fiducia deſtinatum iam
animo opus aggrediens, quotquot in ciuitate ſuſpectos habebat, & quos cœptis ſuis
cenſebat aduerſari, ſecum in exercitu ducens, Iream & Alſeam Achæorum ciuitates
cepit, & frumenti plurimùm Orchomenium importari iuſſit. Inde contra Mantineã
duxit exercitum. Itaq; multis magnísque negotiis ciues implicans, & modò huc mo-
dò illuc rapiens exercitum, effecit ut magna pars illorũ quos ſecum duxerat, ultrò ab
ipſo peteret, ut in Arcadia ſubſiſtere liceret. Poſt hæc mercenarios milites ſecum du- 58
cens, Spartam rediit, atq; in itinere plurimos quos ſibi fidos eſſe nouerat, cõſilia cum
ipſis communicando, rei gerendæ ſocios adiunxit, tantáq; celeritate iter illud cõfe-
cit, ut penè cœnantes oppreſſerit Ephoros. Cùm enim ciuitati iam propinquaret, Eu-
ryclidam ad locum ubi Ephori conuiuabãtur præmittit, quaſi noua quædã ab exer-
citu nuntiaturum. Tirychium uerò & Phœbim, ac duos ex his qui ſecum fuerãt edu-
cati, quos Lacedæmonij Samothracas appellant, cum paucis militibus ſubſequi iu-
bet. Cúmque adhuc Euryclidas apud Ephoros in colloquio uerſaretur, ſuperuenien-
tes qui à Cleomene miſſi fuerant, nudatis gladiis Ephoros inuaſere. Itaque primus o-
mnium Agileus in ipſo impetu grauiter ſaucius cùm ſeſe mortuũ ſimularet, diu im-
mobilis humi proſtratus iacuit: demum nemine animaduertẽte, in ſacellum Timo-
ri dicatum, quod triclinio proximum erat, clanculũ ſe proripuit. Id cùm ſemper alias 57
clauſum eſſe conſueuiſſet, tunc forte quadam, Agilei bono omine patebat. In id ingreſſus Agileus, oſtio clauſo delituit. Quatuor uerò interfectis Ephoris, ſupra decem
etiam ex his qui auxilium ferre uoluerant cecidere. Eorum uerò qui inermes quie-
que ſpectabant, nemini omnino uis eſt allata, nec uolentium ciuitate egredi quiſ-
quam prohibitus eſt: quinetiam Agileus poſtridie à ſacello digreſſus, ueniã meruit.
Sunt autem apud Lacedæmonios non timori tãtùm, ſed morti etiam, & riſui, & aliis
huiuſcemodi affectibus templa dicata. Timorem autem non ſicut alios dæmones
uenerantur, quos tanquam noxios abeſſe procul à ciuitate uolunt, ſed rempublicam
maximè timore contineri arbitrabantur. Idcirco Ephori cùm primò ineunt magi-
ſtratum, ut Ariſtoteles inquit, dimiſſo per urbem præcone, ciuibus præcipiunt, ut
ſinguli barbam circa mentum tõdeant, & legibus obſeruandis intendant animum,
ne fortè contra quempiam ſæuire cogantur. Atqui, ut arbitror, de tondenda barba 58
præceptum

præceptum eò ſpectat, ut iuniores etiam in rebus minimis obtemperare magiſtrati-
bus aſſueſcant. Quinetiam fortitudinem non carentiã metus, ſed ignominiæ ac tur-
pitudinis timorem quendam exiſtimaſſe priſci uidẽtur. Qui enim maximè leges ti-
ment, hi aduerſus hoſtes audaciſſimi ſunt: & aſpera laborioſáq; perpeti minimè for-
midant, qui malè audire plurimũ timent. Rectè itaq; dixiſſe uidetur ille inquiens:

Hinc timor, aſt illinc pudor urget. Homerus quoq; dicentẽ inducit Helenam:

O metuende mihi ſemper ſempérque uerende
Chare ſocer. Et alibi:

Hi tacitíq; ducem ueriti. Nam uereri timeréq; præcipuè multitudinis eſſe ui-
detur. Propterea Lacedæmoniis iuxta Ephororũ triclinium Timoris ſacellum poſitũ
eſt. Poſtridie Cleomenes octoginta ciues proſcriptos in exilium miſit, diſiectísque E-
phororum ſellis, unam duntaxat ſtare permiſit, in qua ſedens ipſe iura populo dictu-
59 rus erat. Poſt hæc aduocata concione, de his quæ ab eo fuerant acta diſſeruit, & à Ly-
curgo narrandi principium faciẽs, dixit eius regis temporibus ſeniores quoſdam re-
gibus ad conſultandum adhibitos fuiſſe, atq; eo pacto diu rempub. diligenter admi-
niſtratam nullo alio eguiſſe magiſtratu. Procedente uerò tẽpore cùm bello Meſinẽſi
magno ſanè ac diuturno reges ad exercitũ impliciti tenerentur, nec domi iuri dicun-
do uacare poſſent, quoſdã ex amicorum numero à regibus fuiſſe delectos, qui domi
apud ciues interea regis uicẽ gerentes, Ephori ſunt appellati: diutiúſq; hanc permã- *Ephororum origo & occaſio.*
ſiſſe conſuetudinẽ, ut Ephori pro miniſtris regũ haberentur: inde paulatim omnem
in ſe tranſtuliſſe potentiam, eóq; iam licentiæ perueniſſe, ut ſeorſum à rege magiſtra-
tum propriũ Ephoriam conſtituerint. Eorum uerò quæ antea dixiſſet ſignũ eſſe, quòd
60 accerſentibus regem Ephoris, nec primæ nec ſecundę uocationi rex paret. Tertiò ue-
rò uocatus, exurgens ad eos proficiſcitur. Ac primũ quidem Aſteropeium quendam
fuiſſe, qui maximè Ephororũ potentiam auxerit, quem multis poſt Lycurgum ætati-
bus hunc magiſtratũ geſſiſſe conſtat. Verùm ſe arbitrari, ſatius fuiſſe potentia quam
habebant uti moderatè, quàm omnem ſibi licentiã arrogantes, legitimè à repub. in-
ſtitutã legis poteſtatem ſoluere conari, quod eos iam ſæpenumero tẽtaſſe non eſt ob-
ſcurum, cùm regum alios è ciuitate pepulerint, alios indicta cauſa extremo affecerint
ſupplicio: quod ſanè haud quaquã ultrà fuerat tolerandum, ut pulcherrima diuiniſſi-
máq; omnium quæ unquã Spartę fuerint poteſtas, horũ ſuperbia licentiáq; interiret.

» Quòd ſi mihi, inquit, ſine cuiuſquam cæde licuiſſet inueteratos ciuitatis morbos ſa-
» nare, nimios uidelicet ſumptus atq; delicias, inſuper æris alieni magnitudinem atq;
» uſuras, tum his etiã antiquiora mala, diuitias ac paupertatẽ, feliciſſimũ utiq; regum
» omnium me fuiſſe arbitrarer, quòd tãquam medicus abſq; dolore patriæ mederi po-
61 » tuiſſem. Nunc autẽ neceſſitatis huius Lycurgum teſtem imploro, qui cùm neq; rex
» eſſet, nec ullum omnino gereret magiſtratũ, ſed priuatus, regnũ occupare uolẽs, cùm
» armis in concionẽ proceſſit, cuius timore percitus Carilus rex confugit in templum.
» Inde quòd erat ingenio mitis, & amator patriæ, repentè Lycurgo in rebus agẽdis ſo-
» cium ſeſe præbuit, cúmq; in permutando ſtatum ciuitatis adiuuit. Satis igitur ipſa re
» cõprobauit Lycurgus, non facilè poſſe abſq; ui & timore ſtatum ciuitatis permutari:
» quibus ego tamen modeſtiſſimè uſus ſum, eos duntaxat eiiciens è ciuitate, quos La-
» cedæmoniorum ſaluti impedimento futuros eſſe cognouerã. At uerò omnes qui ſunt
» in ciuitate oportet agros reliquáſq; fortunas in cõmune conferre, atq; omne æs alie-
» num debitoribus condonare. Præterea ex peregrinis eos eligere, qui nobiſcum unã in
» ciuitate habendi ſunt, ut hoc pacto optimi omniũ euadentes Spartiatę, ciuitatẽ à pe-
» riculis tutari poſſint, útq; Aetolis & Illyriis prædas è Laconica abigẽdi finẽ impona-
» mus: ſiquidẽ ipſi ob id duntaxat talia audẽt, quòd uacuam defenſoribus regionẽ con-
62 ſpiciunt. His dictis primus ipſe fortunas omnes in mediũ contulit. Idem & uitricus
eius Megiſtonus, & amicorum cæteri, quos omnes ſubinde ciues ſubſecuti ſunt. Ager

etiam omnis æquâ in singulos portione diuisus est, cuius partem his etiã quos in exilium miserat, adiudicauit. Tũ ciues omnes in certos distribuit ordines, ac rebus iam quietè constitutis, colonis quos fidissimos esse arbitrabatur, quíq; ingenio præstabãt, ciuitatem suppleuit, & militũ quatuor millia ex iisdem cõscripta docuit pro lanceis, sariſſis uti, quas utraq; manu & gestare & torquere assuefecit. Præterea clypeum non ex anulo suspensum, sed brachio insertũ gestare docuit. His peractis ad iuuenũ disciplinas & uiuendi normam instituendã conuertit animum, in quo Sphæro præcipuè adiutore usum fuisse tradunt, & repentè gymnasia palæstrásq; satis cõgruo erexit ornatu. Pauci igitur necessitate coacti, sed hi etiã quanuis inuiti, uerũm pars maior uo- 63
lens, in generosam & ueterẽ Laconicam uiuendi consuetudinẽ rediere. Quinetiam quò monarchiæ nominis insolentiã leniret, Euclidem fratrẽ secum regnare iussit, & tunc duntaxat apud Spartiatas duos ex eadem familia regnare contigit. Rebus igitur urbanis ita ut diximus cõstitutis, cùm audisset Aratum atq; Achæos maximè per id tẽporis arbitrari, Cleomenem propter regni nouitatẽ ab urbe nequaquã discessurum, ne tanta rerũ perturbatione cõmotam atq; adhuc suspensam relinqueret ciuitatem, non indecorũ nec inutile fore putauit, sui exercitus prõptitudinem & ferocitatẽ hostibus ostẽtare. Igitur agrũ Megalopolitanum ingressus, latéq; cuncta populatus, ingenti præda ditatum exercitũ reduxit, cùm plurimùm detrimẽti hostibus intulisset. Inde uenientes Messana bacchanaliũ artifices apprehendens, constituto pro tem- 64
poris & loci opportunitate theatro, in hostili terra minas cõferens quadraginta, per integrũ diem ludos instituit, eósq; sedens ipse spectauit, non quòd spectaculi admodum uoluptate aut cupiditate teneretur, sed tanquã hostium dedecori insudãs, ac simul licentiã & contemptum ostentans suum. Constat ex regiis Græcorum exercitiis hunc solũ neq; mimos aut psaltrias, neq; fidicinas habuisse, sed omni penitus adulatione ac scurrilitate, omníq; petulantia carebat, cùm iuuenes perdiscendis moribus, senes uerò iisdem edocendis operæ plurimùm ac tẽporis impertirent. quòd si quãdo
Facetiis decertare Laconũ maximè proprium. relaxationis aliquid affectarẽt, eam facetiis liberalibus, iocisq; nõ turpibus inuicem certantes assequebantur, q; uel maximè Laconũ esse uidetur. Quid uerò utilitatis ha- 65
beat huiusmodi iocandi genus, in his quæ de Lycurgo scripta sunt, enarrauimus. Verum inter omnes rex ipse cæteris erat præceptor egregius, modestã & frugalẽ uitam ducens, nihil fastus aut deliciarũ habentem, ac uelut optimũ exemplũ uiuendi, quod sibi ad res gerendas adiumenti plurimũ attulit. Si quis enim alios ad reges accesserit, non tam diuitiarũ & luxus magnitudine obstupescet, quàm superbiã atq; insolentiã oderit, quibus fastidiosè atq; aspernè in eos qui sua opera indigẽt, uti cõsueuerunt. Qui
Cleomenis quàta fuerit facilitas atq; humanitas. uerò Cleomenẽ adibant, cùm tamẽ rex dici simul & haberi uellet, nõ purpurã, nõ laticlauum, non tricliniorũ aut sellarum ingẽtes apparatus cõspiciebant, nõ lictorum aut ianitorum turbã, non scribarũ multitudinem, qui diu multúmq; rogati uix tandem per literulas respõdere dignãtur: sed ipse breui tunica amictus, ultro sese uenientibus offerẽs aderat, petentibus comiter benignéq; respõdens, summáq; humanitate & loqui & audire paratus. Itaq; inter populares homines utcunq; fors tulisset, huma- 66
niter benignéq; uersatus, charus acceptúsq; omnibus erat, solum hunc dignũ qui ab Hercule natus existimetur dictitantibus. Cœnandi uerò quotidianus apparatus uno duntaxat posito triclinio erat, ísq; exiguus sanè, Laconicæ parsimoniæ conueniens. Quòd si seniores quosdã aut hospites cõuiuio adhibuisset, lecti alij duo sternebãtur, ac paulò lautius ministri mensam struebãt, non aromatum dulcedine, aut uariorum saporum genere cõditis dapibus, sed tantũ ut copia largior paulò, & uinũ aliquanto suauius esset. Nam amicorũ cuidam aliquando subiratus est, quòd hospites conuiuio susciperis, uinum nigrũ duntaxat, & panem duratum igni apposuisset, sicut in Lacedæmoniũ celebritatibus, quàm Phiditiam nuncupãt, fieri cõsueuit. Non enim oportere, inquit, erga hospites tam exactè Laconicũ morem seruare. Sublatis autẽ mensis, 67

tripes

tripes æneus cum æneo cratere, qui uino plenus erat, inferri consueuit. Duæ præterea ex argento phialæ cotylas binas capientes, & argentea pocula admodum parua: his quantùm cuiq; libuisset bibere licebat, nolenti autẽ nemo poculum porrigebat. Aurium uerò oblectatio nec aderat sanè, neque admodũ expetebatur. Ipse enim sermone suo potationes oblectare consueuit, nunc ab aliis quippiã interrogans, nunc aliquid ipse narrans, quod nec seria grauitate uacaret, & esset grata festiuitate iocóque non petulanti conditum. Largitiones autem quibus alij reges ad capiẽdos homines uti consueuerunt, iniustas penitus ac rege indignas arbitrabatur: at sermone blando atque humanitate complecti homines, præterea fide atque integritate ad se amandũ
68 eosdem allicere, honestissimũ & maximè regi conueniens existimabat. Primi igitur Mantinenses ipsum noctu uenientem in urbem introduxere, præsidióq; Achæorum deiecto, sese atque urbem illius arbitrio permiserũt, quibus ipse rempub. & reges restituens, eadem die Tegeam est profectus: & paulò pòst per Arcadiam iter faciens, Pheras Achaiæ urbem peruenit, eo proposito, ut uel pugna cum Achæis decertaret, uel Aratum pugnam detrectantem quasi uictũ superatúmq; ex Achaia pelleret. Erat autem Arati apud Achæos potentia maxima. Igitur populariter egressis in campum Achæis, cùm castra in Dimis iuxta Hecatombœum posuissent, accedens Cleomenes mediũ se inter Dimas & hostium exercitum collocauit. Inde audacter Achæos prouocans, ut secum congrederẽtur effecit: ipsíq; superatis, & in fugam uersis, plurimos
69 in pugna interfecit, multos etiam uiuẽtes cepit. Post hanc pugnam motis ad Lãgum castris, atq; inde Achæorum pulso præsidio, ciuitatem Eliensibus restituit. Sic igitur afflictis Achæorum opibus, cùm singulis annis exercitum educere Aratus consueuisset, tunc militiam recusabat, excusationes quasdam sanè inualidas petentibus atque hortantibus Achæis prætendens: quod ipsum non satis honestè facere uidebatur, qui in tempestate gubernaculũ deteriori concederet, & traditã sibi à ciuibus negligeret potestatem. His auditis Cleomenes, missis ad Achæos legatis nihil, asperũ aut superbum postulabat. Verùm paulò pòst alios submittens, ut sese in eius dederent potestatem, sibíque principatum concederent ciuitatis petebat, aliud nihil eis allaturum esse promittẽs. Nam & captiuos reddere, & ademptos agros restituere se uelle dicebat.
70 Cùm ad ea consultanda inducias Achæi postulassent, & Cleomenem in Lernam ad colloquium uocarent, quòd ibi totius gentis concilium indixerant, accidit ut cùm in itinere aquam bibisset Cleomenes, sanguinis fluxu repentè commoto, propemodum suffocaretur, & uocis usum penitus amitteret. Quapropter nobiliores ex captiuis ad Achæos remittens, & colloquio in aliud tempus dilato, ipse ad curandam ualetudinem Lacedæmonem ingressus est. Creditur hanc uiri cunctationem extremam rebus *Leui momẽto totius Græciæ cõmodũ impedi-* Græciæ perniciem attulisse, quæ illius ductu & auspicio, præsentibus malis liberari, *tum.* & certè Macedonum superbiam atque auaritiam euitare facilè poterat. Aratus enim siue quòd Cleomeni diffideret, siue quòd eius formidaret potentiam, siue quòd illius inuideret felicitati, qua illum præter spem auctum animaduertebat, cùm sibi etiam turpissimum fore putaret, si diuturnam gloriam, & Græciæ principatũ, quem annos tres & triginta tenuisset, subitò ab adolescente sibi eripi pateretur, principio Achæos
71 quin se Cleomeni coniungerent, per uim prohibere conatus est. Pòst ubi parũ id succedere animaduertit, quòd audacia Cleomenis Achæi perculsi, nequaquã ab eo desciscere auderent, præsertim cùm nihil iniustum petere uideretur, si in antiquum uiuendi morem Lacedæmonij Peloponnesum redigere tentarent, animũ ad opus conuertit, cũ omni græco homine dignũ, tum sibi propter res domi forísq; gestas turpissimũ miniméq; conueniens. Id autẽ erat, ut Antigonũ in Græciã reuocaret, & Mace- *Arati perfidia in patriã.* donibus impleret Peloponnesum, quos inde adolescẽs ipse pepulerat, Corinthi arce ex eorum manibus liberata. Cúmq; regibus omnibus infensus esset, tum præcipuè Antigonũ ipsum maledictis probrísq; lacerare cõsueuerat, ut ex eius adhuc monumẽtis

apparet,quibus multa ſeſe egiſſe, multa etiam fuiſſe perpeſſum pro Athenienſiũ ſalute teſtatur,ut eorum ciuitatem cuſtodia Macedonũ liberaret:quos tamen in patriam ſuam atque intra domeſticos parietes tunc armatos inducere properabat, ne Spartanorum regem ab Hercule oriundum, qui uetuſtum patriæ morem uiuendi in uſum reuocans,tanquam diſſolutam harmoniam moderabatur, & ad ſanctas modeſtáſq; Lycurgi leges & uitam reducebat,Sicyonũ & Triccæorum regem ſcribi dicíq; pateretur.Cúmq; Laconici uictus ac ueſtitus aſperitatem refugeret,&id quod inter Cleo- 72
menis inſtituta tanquam duriſſimum accuſabat,diuitiarum & paupertatis adæquationem,diademati purpuræq; Macedonicæ,& imperioſis Satrapum iuſſis ſeſe atque Achaiam omnem ſubdere non dubitabat:ac ne Cleomenis præceptis obtemperaret, Antigono ſacra facere,coronatúſq; pæana decãtare in eius honorem, qui apoſtematis morbo paulò pòſt interitus eſt,poterat ſuſtinere. Verùm hæc non accuſandi Arati gratia ſcripſimus,fuit enim uir alioqui Græcia dignus, & ſummis uirtutibus præditus: ſed ut humanæ naturæ imbecillitatem miſerantes explicaremus,quæ nec etiam tantis ornata uirtutibus,& tam ſanctis moribus inſtructa,fructum inuidia carentem efferre poteſt.Interea cùm Argos ad conuentũ peragendũ Achæi ueniſſent,eodémq; 73
Cleomenes è Tegea mouens properaret,magna erat ſpes omnium,fore ut quę agenda erant,inter eos componerentur. Igitur Aratus cõuentionibus cum Antigono iam peractis,ueritus ne ſi Cleomeni multitudinẽ alloquẽdi poteſtas fieret, aut ui,aut ſuaſionibus in ſuã ſententiã traheret,Achęos à Cleomene petere compulit,ut uel triginta obſidibus acceptis,ſolus ipſe ad colloquendum ingrediatur ciuitatem, uel ad gymnaſiũ,quod Cillaranium appellant, extra ciuitatẽ cum exercitu ueniens colloquatur.His mãdatis auditis, Cleomenes magna ſe iniuria ab illis affici querebatur,quòd oportuerat talia ſibi ſtatim à principio mandari, nõ cùm iam ad portas eorum eſſet, promiſſis fraudantes uenientem expellere. Epiſtolam quoq; ſuper hac re ad Achæos 74
miſit,cuius maxima pars accuſationẽ Arati continebat.Multa etiam Aratus econtrà de Cleomene apud plebem conqueſtus,omnium animos à conditionibus pacis alienauit.Miſſo igitur præcone, Cleomenes repentè bellum Achæis indixit: ex quo magna apud Achæos exorta eſt rerum permutatio, multæque ab eis ciuitates defecere, cùm plebs agrorum partitionem, & debitorum miſſionem ſperaret, primores multis de cauſis Aratum grauiter ferrent,nõnullis etiam ei propterea infenſis, quòd Macedones in Peloponneſum traducere tentaret. His rebus confiſus Cleomenes, exercitum in Achaiam traiecit, primóque aduentu Pellenen, Achæorum præſidio pulſo,occupauit. Inde in Pheræos & Penteleos mouit caſtra. Achæi proditionem Corinthi formidantes, equites plurimos, atque unà cùm his externos milites,quos Ar- 75
gis habebant, ſubtractos è ciuitate ad cuſtodiendum Corinthum miſere. Ipſi uerò per Nemeam deſcendentes, Argos ducebant exercitum. At Cleomenes id quod accidit arbitratus, fore ut magnam turbationem incuteret, ſi urbem imperita multitudine refertam,& theatrorum ludis aſſuetam improuiſò adoriretur, noctu ciuitatis mœnibus admouit exercitum, & penes locum, quem ipſi Aſpidem appellant, murorum partem quæ theatro adiacet occupauit. eſt autem locus aſper ſanè ac deuius. Quem cùm occupatum Argiui ſenſiſſent, ita omnes animo perculſi ſunt, ut nemo ad reliquam ciuitatem tutandam adhibuerit mentem, ſed præſidium accipere atque obſides dare ſeſe paratos eſſe nuntiant: urbem uerò illius permittere poteſtati, præterea ſocietatem cum Lacedæmoniis inire uelle. quæ res non parum ſanè ad
Cleomenis gloriam & potentiam augendam profuit. Nunquam enim priores La- 76
cedæmoniorum reges eam urbem capere potuerunt. Quinetiam Pyrrhus imperatorum omnium bellicoſiſſimus habitus, per uim illam ingreſſus, tamen capere non potuit, ſed in ea occiſus, omnem etiam quam eatenus adeptus fuerat poteſtatem amiſit.Omnes igitur Cleomenis uehementiam & fortitudinem mirabantur. Cúmq;
ridentes

ridentes antea non ſuo ingenio, ſed Lycurgi Soloníſque præcepta imitatum, & debitorum dimiſſionẽ & diuiſionem agrorum Spartę conſtituiſſe dicerent,tunc ipſum ſubitò apud Lacedæmonios permutationis cauſam fuiſſe palàm fatebantur,quos uſqueadeò impotentes antea fuiſſe conſtabat,ut Aetoli fines Laconicos aliquando ingreſſi,quinquaginta millia ſeruorum abduxerint. Vnde facetè dictum ſenis cuiuſdã Lacedæmonij refertur,Plurimùm Laconicã regionem hoſtibus debere, quòd ſe tan-
77 ta leuaſſet multitudine.Tunc non magno temporis interiecto ſpatio,patriis tantùm legibus moribúſq; reuocatis,cùm in antiquis ueſtigiis uiuendi non ſecus ac ſi adeſſet Lycurgus conſiſterent, eò gloriæ fortitudiníſque proceſſerant, ut ſibi totius Græciæ principatum deſtinarent. Captis Argis, Phliontes & Cleonæi ſubitò ſeſe Cleomeni tradidere.Fortè per id tẽporis Aratus Corinthi uerſabatur,quoſdã qui Lacedæmonũ partibus fauere dicebãtur, adhibitis quæſtionibus perquirens.Igitur de Argiuorum captiuitate nuntio accepto, cùm ciuitatẽ omnem ad Cleomenem inclinatã deprehendis Achæis agitare ſenſiſſet,ciuibus in curiam conuocatis, ipſe clanculũ inter homines dilapſus ad portam ciuitatis peruenit, ibi paratum iam antea equum cõſcen-
78 dens Sicyonem confugit. Scribit Aratus omnes Corinthiorũ equos uſque ad necem fatigatos,cùm ipſi inuicem decertarent, ut alter alterum ad nuntiandũ defectionem Argos præueniret:& à Cleomene accuſatos eſſe Corinthios,quòd Aratum non cepiſſent, ſed permiſiſſent abire incolumẽ. Præterea Megiſtonum à Cleomene ad ſe miſſum fuiſſe,petentẽ ut Corinthi arcem,quam Achæorũ præſidio tenebat, magna pecunia accepta ſibi traderet:ſe uerò ad ea reſpondiſſe, id ſibi eſſe conſuetudinis, ut diuitias habere, quàm ab eiſdem haberi malit: atque hæc Aratus ipſe ſcripta reliquit. Interea Cleomenes Argiuorum urbe relicta,Trœzeniis, Epidauriis, atque Hermionibus in amicitiam aſcitis, Corinthũ ueniens, arcem foſſa uallóque circũdedit, cùm illã ſibi Achæi tradere noluiſſent.Arati uerò amicos & curatores qui Corinthi erant, in urbe permanere iuſſit, omnem ab illis iniuriam prohibens,& domos fortunáſque
79 omnes illis intactas relinquens.Tritimallum quoque Meſſinenſem cum his mandatis ad Aratum miſit,ut ſi ita ſibi uideatur, cõmuni Achæorum Lacedæmoniorúmq; præſidio munitam Corinthi arcem cuſtodiant,priuatim ipſi Arato duplum quàm à rege Ptolemæo acceperat,ſtipendium pollicens. His reiectis conditionibus, Aratus repentè filiũ ac præterea è nobilitate adoleſcentes aliquot pro obſidibus ad Antigonum mittit,ſimúlq; Achæis perſuadet, ut uenienti Antigono Corinthi arcẽ ſeſe daturos polliceãtur. Quibus rebus permotus Cleomenes,infeſto agmine Sicyonium ãgrum ingreſſus,omni clade belli populatus eſt.Res inſuper quæ Arati fuerãt, Corinthiorum decreto ſibi traditas,dono ſuſcepit. Inter hæc Antigono magnis copiis Geraneam ingreſſo,non uniuerſam Iſthmum, ſed loca tantùm opportuna uallo foſſáq; munire Cleomenes decreuit,& locorum opportunitatib. utendo magis ipſos conte-
80 rere Macedones,quàm aperto Marte cum phalange pugnare ſtatuit. His igitur artibus utens,in magnam anxietatem Antigonum compulit: neq; enim paratum antea frumentum exercitui ſuppetebat, neque tutò rapere licebat commeatus, Cleomene ſemper collatis caſtris imminente. His igitur anguſtiis preſſus Antigonus, intempeſta nocte mouens caſtra, per Lyceum è Cleomenis manibus dilabi fruſtra tentauit, militibus aliquot in ipſo tumultu amiſſis. Qua uictoria elatus Cleomenes cæteríque qui circa eum aderant,ad capiendum cibum diſcurrere,contemnentes penitus Antigonum, qui aſperrimis locis incluſus, urgente neceſſitate inania quædam agitare animo uidebatur. Statuerat enim in promontorium quod Hireo imminet, motis caſtris,omnes copias nauibus Sicyonem traducere, quod opus & temporis longi-
81 tudinem & non mediocrem apparatum efflagitabat.Eadem die nũtij ab Arato miſſi ad Antigonum uenere, petentes ut omni ſtudio Argos pergere properaret: ſtatuiſſe enim Argiuos à Cleomene deficere. Huius autem defectionis princeps Ariſtoteles

erat, qui facilè multitudinem cõcitarat, indignatam quòd ſperatam debitorum dimiſſionem Cleomenes non inſtituiſſet. Igitur acceptis ab Antigono mille & quingẽtis militibus, Aratus in Epidaurum uenit: ſed eius aduẽtum Ariſtoteles non expectãs, conuocatis factionis ſuæ ciuibus, præſidium quod in arce erat expugnare adortus eſt. Iámq; aderat Sicyone Timoxenus cũ Achæorũ copiis auxilium ferens. Hæc ſecunda uigilia cùm eſſent Cleomeni nuntiata, iracũdia percitus, Megiſtonum quam primũ ferre auxilium Argiuis imperat. Is enim plura Cleomenem pro Argiuis fuerat deprecatus, ſuadens, ut illorum fidei permitteret ciuitatem: quinetiã nolentem ſuſpectos quoſdã è ciuitate pellere prohibuerat. Hũc igitur cum duobus millib. armatorũ proficiſci iubens, ipſe aduerſus Antigonum cõſtitit, ſimul Corinthios in fide continens, nec ſuis rebus diffidere ſuadens: nihil enim aduerſi Argis contigiſſe, ſed tumultum duntaxat ab hominib. paucis eſſe concitatũ. Interea ueniens Argos Megiſtonus cùm in pugna occubuiſſet, uix qui in præſidio erant conſtituti, arcem tutari poterant. Itaque frequentib. nuntiis ad Cleomenẽ miſſis, properè afferre auxilium poſtulabãt. Veritus igitur Cleomenes ne Argis potiti hoſtes, aditus ſibi in patriã intercluderent, atque impunè Laconicã regionem populati, Spartam defenſorib. uacuam obſiderent, Corintho exercitum abducens repẽtè ciuitatem amiſit. Nam ſubitò poſt eius diſceſſum ingreſſus Antigonus, præſidiis illam firmauit. Ipſe uerò Argos ueniẽs, & per muros ciuitatem ingreſſus, primos qui pro muris in ſtatione erant loco deiecit. Inde fornices qui circa Aſpidem erant demolitus, pugnã cum fautorib. Achæorum qui intus erant, conſeruit. Poſt hæc ſcalis admotis interiora urbis loca occupauit, cùm ſagittariis Cretenſibus in prima acie conſtitutis, defenſores in propugnaculis cõſiſtere non permitteret. Poſtquam autẽ Antigonum cum phalãge è ſublimi loco in planos campos deſcendentem conſpexit, equitatum uerò curſu effuſo ciuitatem petere animaduertit, diffiſus illã ultrà iã tutari poſſe, ſuis omnibus ad ſe conuocatis incolumis abiit, penes muros ciuitatis iter faciens. Cúmque rebus maximis breui temporis ſpatio potitus eſſet, quippe qui omnem ferè Peloponeſum ſubegerit, breuiori etiam tempore eadem omnia amiſit: militum nanque magna pars quam primùm abeuntem deſeruere, cæteri non multò poſt urbes in quibus præſidij cauſa locati erãt, Antigono tradiderunt. Tantis belli anxietatibus preſſus, cùm Tegeæ reliquias copiarum colligeris ſubſtitiſſet, ſub ferme crepuſculo nuntij Lacedæmone uenientes nihilo minorem calamitatis nuntium attulere, unicè ſibi dilectam uxorem interiiſſe: quam uſqueadeò amauiſſe conſtat, ut in medio uictoriarum curſu plerunque ab exercitu diſcedens, Spartam ad eam uiſendam redire conſueuerit. Nam cùm Agidis, cuius antea uxor fuerat, ueneratione, tum uirtutibus propriis quibus erat ornata, ſupraquã dici poteſt illam amabat. Quanquam igitur magno dolore perculſus, ut par eſt adoleſcentem præſtantiſſima pulcherrimáque uxore priuatum, non tamen mœrori ſuccubuit, nec perturbationi rationem atque animi ſubdidit magnitudinem, ſed uocem atque habitum eundem ſeruans, quæ agenda opus eſſent ducibus partitus, cùm Tegeatibus quod optimum fore cenſebat pro illorum ſalute conſuluiſſet, Lacedæmonẽ regreſſus eſt. Ibi poſtquam cum matre & filiis defunctæ uxoris caſum conqueſtus eſt, ad publicas curas animum conuertit. Inter hæc Aegypti rex Ptolemæus nuntiis literíſque ad Cleomenem miſſis, auxilia aduerſus Antigonum ultro pollicebatur, ſi matrẽ ſibi ac liberos pro obſidibus mittere uellet. Eam rem diutius Cleomenes matri aperire ob uerecundiam diſtulit, ſæpiúſque prodendæ rei cauſa ad illam accedens, cùm in eius conſpectum ueniſſet, ſilentiũ tenebat, ita ut mater hoc animaduertẽs, ab amicis eius quidnam hoc rei eſſet ſciſcitaretur, tum ipſum bono animo eſſe iubens hortaretur, audacter quicquid uoluiſſet ab ea petere. His igitur hortationib. tandẽ motus Cleomenes, audacia ſumpta rem omnẽ patefecit. Tum ſubridẽs mater, Hoccine, inquit, erat mi nate, quod toties dicere aggreſſus formidabas? atqui magis decuit quã primũ nauibus

nauibus corpuſculum hoc impoſitum quocũque libuiſſet mittere, præſertim ſi quid ex ea re utilitatis Spartæ prouenturum arbitrareris, nec eatenus expectandum quo ad ſenio confectum tabeſceret. Cuncti igitur læto animo profectionem comprobantes, pedibus in Tænarum iere. Ibi priuſquam nauem conſcenderet, Cratiſiclia Cleomenẽ ſolum in Neptuni templum adductum complexa ſæpius atque exoſculata, ubi pietate commotum animaduertit, Agè, inquit, Lacedæmoniorum rex, caue ne quis è templo digreſſos lachrymantes, aut indignum aliquid Sparta facientes animaduertat: hoc enim duntaxat præſtare nos poſſumus: in cæteris uerò ea fortuna quam dæmon dederit, ſequetur. His dictis facie ad nauim cõuerſa, paruum Cleomenis filium manu trahens conſcẽdit, gubernatorémque ſubitò curſum dirigere iuſſit. Poſtquam in Aegyptum ueniens Ptolemæum ab Antigono legatos ſuſcipere, ac ſecum de conditionibus faciendis agitare comperit, Cleomenem uerò nuntiantibus quibuſdam audiuit noluiſſe uocantibus ad pacẽ Achæis aſſentiri, quòd matris cauſa iniuſſu Ptoleniæi bellum finire non auderet, ſcribens ad eum iuſſit, ne quæ Sparta digna eſſent, quæque in rem ſuam conducerent, facere cunctaretur, néue ob unius aniculæ atque infantis unius cauſam, tantopere Ptolemæum formidaret. Inter hæc Antigonus Tegea occupata, Mantineam inſuper àtque Orchomenium diripuerat. Ita intra Laconicos fines coarctatus Cleomenes, ſeruis omnibus qui minas quinque Atticas contuliſſent, libertatem propoſuit, & per hunc modum quingentis talentis coactis, hominum duo millia ritu Macedonico armauit, quos Antigoni Argyraſpidis opponeret. Inde ad opus maximum profectò atque omnibus inexpectatum intendit animum. Megalopolis erat ciuitas, quæ nihilo Sparta minor, aut uiribus inferior, nullius imperio ſubdita in libertate degebat. Habebat autem ab Antigono atque Achæis auxilia per id temporis miſſa, cum ſubſiſtens in Pleuris Antigonus, maximè ut ab Achæis uocaretur, optabat: quod tãdem adnitentibus præcipuè Megalopolitanis eſt aſſecutus. Hanc igitur diripere Cleomenes ſtatuens, cùm nihil celeritate utilius fore intelligeret, milites quoque quinque dierum coacta cibaria deferre iubet, ac totius exercitus robur in Sellaſiam ducens, tanquam fines Argolicos inuaſurus, repentè Megalopolitanum agrum traiecit. Cúmque apud Rhetium poſitis caſtris milites cibũ capere iuſſiſſet, confeſtim per Heliconem ducẽs, ciuitati admouit exercitum. Cúmque haud procul abeſſet, Panthæum cum duabus Lacedæmonũ cohortibus præmittens, turrim quam defenſoribus uacuã eſſe intellexerat, occupare iubet. Ipſe uerò cum cæteris cõpiis raptim ſubſequebatur. Verùm Panthæus non modò præmonſtratum à Cleomene locum, ſed magnam quoque murorum partẽ deſertam comperiens, quęcunque poterat loca præſidiis firmans, magnam murorum partem deiecit. Cuſtodes autem quotcũque obuios habuit, interfecit. Interim aduehiens cum copiis Cleomenes, anteaquam id ciues ſentirent, milites intra ciuitatem deduxerat. Ita uix tandem uulgata inter ciues calamitate, nonnulli rerum ſuarum quicquid in manus uenerat aſportantes fugiebant. Quidam uerò ſumptis armis, ad propellendos hoſtes ferebantur. Verùm id fruſtra ſæpius experti ſunt. Fugientibus autem Cleomenes uim ullam afferri prohibuit. Itaque uix mille in pugna cecidere, cæteri uerò cum coniugibus ac liberis Meſſanam profecti ſunt. Aliquot etiam ex his qui arma ſumpſerãt, ſalute impetrata uiui in hoſtium manus deuenere: ſed hi pauci admodum fuere, inter quos præcipui Lyſandrides & Thearides, uiri cùm generis nobilitate, tum opibus atq; potentia in ciuitate principes habiti. Eos cùm milites qui ceperant agnouiſſent, ſubitò ad Cleomenem perduxere. Igitur Lyſandrides procul adhuc Cleomenem conſpicatus, magna ipſum uoce compellans, In manibus tuis poſitum eſt, inquit, Lacedæmonum rex, facinus omnium quæ unquam geſſeris præclariſſimum ac præcipuè rege dignum perpetrare, unde etiam laudem ab omnibus maximam conſequêris. Intelligẽs autem eius mentem Cleomenes, quidnam hoc eſt rei Lyſandrides, inquit: an me ci-

uitatem uobis reddere censes oportere? Sanè, inquit, idipsum tibi censeo faciendum, « nec talem támque præclaram ciuitatem euertendam, uerùm his implendam uiris, « qui socij tibi fideles atque amici perpetuò sint futuri: quod tibi proculdubio eueniet, « si Megalopolitanis patriam restitues, eius populi saluator meritò nuncupaberis. Post « huius uerba Cleomenes cùm aliquantulũ tacitus perstitisset, Perarduum est, inquit, « huic rei confidere, sed uincat malo semper apud me gloriæ, quàm utilitatis cupidi- « tas. Post hæc uiros quos antea diximus, & cum his unà præconem suum Messanam « dimisit, qui Megalopolitanis ciuibus nuntiet, patriam his conditionibus ab se re- stitui, ut ab Achæis dissidentes, socij atque amici Lacedæmoniorum esse pergãt. His 91 tam benignè támque humaniter à Cleomene concessis, Megalopolitanos uti Philo- pœmenes non permisit, eos ab Achæis descifcere prohibens, & in Cleomenem calũ- nias iactitans. Aiebat enim ipsum non quò ciuitatem restituere uellet talia polliceri, uerùm ut omnes ciues captiuos habere possit. Hæc apud uulgus iactans Philopœme- nes, Lysandridem & Thearidem Messana excedere iussit. Hic Philopœmenes inter Achæos facilè princeps maximam apud omnes Græcos gloriam adeptus est, ut seor- sum de illo scribẽtes docuimus. Ea postquam Cleomeni sunt nuntiata, cùm eatenus ciuitatem ab omni clade seruasset incolumem, ut ne minimum quidem à quoquam diripi passus esset, tunc ira exasperatus fortunas omnes militibus diripiendas conces- sit, statuas uerò & pictas rabulas quibus ea ciuitas abundabat, Lacedæmonem porta- ri iussit. Vrbem uerò locis pluribus ac maxima quæque ædificia subuertit, quædam etiam iniecto igne cremauit. Indè properè Lacedæmonem reuersus est, ueritus ne per 92 eius absentiam Antigonus Achæique Laconicã inuaderent: uerùm illi nihil tale ag- gressi sunt, quòd habendo concilio fuerant occupati. In eo cùm Aratus de summa re- rum dicturus pulpitum conscendisset, chlamyde circa faciem obuoluta, diu tacitus atque immobilis constitit: admirantibus cunctis, atque ut loqueretur hortantibus, Megalopolis, inquit, à Cleomene deiecta corruit. His auditis, repentè concio soluta est, omnibus tum facti magnitudinem, tum celeritatem admirantibus. Verùm An- tigonus si qua posset ratione tantæ cladi auxiliũ ferre cupiens, militibus ut ad se con- uenirent imperauit: qui cùm tardius ex hybernis accessissent, illis in agro ubi consti- terant manere iussis, ipse non multos secum milites ducẽs, Argos profectus est. Qua- 93 propter alterum Cleomenis cœptum, de quo paulò pòst dicere aggrediemur, quidã temerè atque incautè susceptũ arbitrantur. Verùm id Polybius magno consilio sum- máque prudẽtia gestum fuisse testatur. Nam cùm Macedones per ciuitates in hyber- nis dispersos animaduerteret, Antigonum uerò Argis cum amicis duntaxat & mer- cenariis militibus admodum paucis hybernãtem, in Argiuorum agros impetum fe- cit eo consilio, ut uel permotum uerecundia Antigonum ad pugnãdum eliceret, uel in campum prodire non ausum, inimicorum quos Argis habebat, calumniis obno- xium faceret. Quod sanè haud aliter quàm sperauerat accidit. Nam cùm Argiuorum agri latè uastarentur, cunctáque rapinis aut incendio perirent, Argiui cõcursu ad æ- des Antigoni facto, summis clamoribus poscebant, ut uel ipse ad pugnam tutandósque agros prodiret, uel si timore prohiberetur, saltem melioribus principatum con- cederet. Verùm Antigonus ut peritum imperatorem decebat, non temerè periclita- 94 ri, nec suam sociorúmque salutem fortunæ casibus credere uolens, quanquam multis probris contumeliísque lacessitus, tamen immobilis in sententia perstitit. Ita Cleo- menes usque ad ciuitatis muros ducto exercitu, uerbis quoque grauioribus in hostes insultãs, eodem quo uenerat itinere retrocessit. Nec multò pòst cùm Antigonum Te- geam profectum comperisset, ut ipse Laconicum agrum adoriretur, ipse diuersis iti- neribus à læua exercitum ducẽs, iterum Argis improuisus apparuit, atque omnia latè populatus, frumenta quæ iam ad maturitatem uergebant omnia uastauit, non fal- cibus aut gladiis ea metens, sed ingentibus lignis in frameæ formam fabricatis, mi- lites

95 lites in itinere quasi ludentes uniuersa frumenta conterebant. Cúmque ad gymnasiũ quod Cillaranium dicitur, peruenissent, milites ignem tectis iniicere uolẽtes, à Cleo- mene sunt prohibiti: ut facilè appareat, ipsum non sua sponte, sed iracundia exas- peratum, ea quæ crudelius apud Megalopolim gesserat, perpetrasse. Post hæc ubi Anti- gonum Argos redeuntem saltus omnes colléisque præsidiis occupasse cognouit, ut il- lum discessu prohiberet, quasi id nihil ad se pertineret contemnere simulans, misso præcone claues Herei ad se mitti postulabat, ut sacris deo peractis abire posset. Atque ita uerbis hostes eludens, cùm rem diuinam ante fores templi peregisset, in Phliun- ta exercitum duxit, atque inde præsidio deiecto Orchomenium descendit, non mo- dò à ciuibus suis, uerumetiam ab hostibus magni cõsilij atque animi uir, & maximis rebus dignus iudicatus, quippe qui unius duntaxat ciuitatis opibus fretus, cõtra Ma- cedonum opes, contráque Peloponesios omnes bellum ita gereret, ut non solùm bel- li cladibus intactos suos fines seruaret, sed ultro hostiles agros populatus, ciuitates e- tiam ualidissimas caperet: quod profectò non mediocris & animi & uirtutis esse cõ- 96 stat. Sed qui primus pecunias rerum agẽdarum neruos esse dixit, præcipuè ad res bel- licas respiciens ea dixisse uidetur. Nam & Demades iubentibus Athenien sibus deduc- tas triremes nautis militibúsque complere, cùm pecunias nullas haberent, Omnino pecuniis primùm, inquit Demades, opus est. Fertur etiam ueterem illum Archida- mum Peloponesiaci belli principio, conferenda tributa inter socios partiri iussum ac constituere, idem dixisse. Atenim bellum non mensurato atque ad ordinem institu- to uescitur cibo. Sicut igitur bene exercitato ad laboris tolerantiam corpore, athletæ procedente tempore quanquam egregiè arte instructos, atque ad numerũ se mouen- tes aduersarios uel ipso pondere grauatos superãt: pari ratione Antigonus multas di- uersis ex locis uires colligens bellum facilè tolerabat, ita ut demũ succumbere Cleo- menem necesse fuerit, cui uix tantùm aderat facultatum, ut conductis militibus sti- pendium, ciuibus autem uictum suppeditare posset, cùm alioqui domi prosperius Cleomeni, quàm Antigono res succederent, barbaris, per absentiam regis occasione 97 inuenta, Macedoniam inuadentibus. Illyriorũ enim, qui Macedoniæ supereminent, non paruus exercitus Macedoniam populabundus intrauerat, quorum aduentu per- territi Macedones Antigonum ex Peloponeso reuocare cogebãtur: quòd si hæc paulò ante pugnam Antigono nuntiata fuissent, repentè Achæos ualere sinens, in Mace- doniam discessisset: sed quæ maximè rerum humanarum dominatur fortuna, breui admodum spatio temporis, quas uires habeat, quantúmque in rebus possit, ostẽdit. Nanque post commissam in Sellasia pugnam, cùm & potentiam & ciuitatem Cleo- menes amisisset, subitò nuntij ex Macedonia superuenere, qui Antigonum in patriã reuocabãt: quæ res miserabiliorem etiam Cleomenis effecit calamitatem. Nam si bi- duo duntaxat pugnam tergiuersando distulisset, nihil omnino pugnare opus fuerat, sed abeuntibus Macedonibus qualemcũque libuisset pacem cum Achæis facere po- 98 tuisset. Verùm ipse (ut antea diximus) ob pecuniarum inopiam spem omnẽ in armis habens, coactus est (ut Polybius refert) cum uiginti dũtaxat millibus armatorum ad- uersus triginta millia hostium decertare: qua in pugna nullis ipse periculis parcens, imperatorem sese cunctis admirabilem præstitit, ciuibus quoq; operam suam egre- giè nauantibus. Quinetiam conductos milites pro armorum qualitate, contrà grauẽ phalangis armaturam non segniter aut abiectè pugnasse constat. Philarchus autem proditionem quoque huic pugnę interfuisse testatur, quæ maximè Cleomenis opes fregit. Nam Antigonus Illyricos & Acarnanes clanculum ex acie subductos, cornu cui frater Cleomenis Euclides præerat, ex àduerso circũuenire iubet. Verùm Cleome- nes ex specula quadam Antigoni exercitum diligẽtius intuens, cùm Illyricorum at- que Acarnanum arma nusquam conspiceret, ueritus ut res erat, eos ab Antigono in insidias missos, Damotelem ad se uocatum iubet, ut clanculum & ipse ex acie disce-

Pecuniæ rerũ agendarum nerui.

dens omnia circunquaq; loca, præſertim uerò à tergo ſpeculetur. Is iam antea ab Antigono pecunia corruptus, cùm mandata negligenter executus eſſet, rectè ſe habere cuncta ad Cleomenẽ refert. Ipſe igitur his tantùm qui ex aduerſo in acie ſtabant profligandis intentus, cum Spartiatarum globo in Macedonum phalangem inuehitur, referentibus pedem acriter inſtans: quos fugientes cùm ſtadia penè quinque inſecutus eſſet, Euclidem in altero cornu, ut diximus, pugnantẽ ab inſidentibus circunuentum animaduertit, atque ad eum cõuerſus: Cede, inquit, cede chariſſime frater, Spartiatûm pueris mulieribúſque perpetuò celebrande. Atque omnibus qui pro Euclide pugnabant interemptis, cùm uictores hoſtes aduerſus Cleomenem ruerent, animaduertens milites ſuos timore turbatos nuſquam conſiſtere audere, fuga ſibi ſalutẽ quærere coactus eſt. Fertur in ea pugna magnum conductorum militum numerum cecidiſſe. Spartiatas autem ducentos duntaxat ſuperfuiſſe cædi, cùm ad ſex millia in acie conſtitiſſent. Poſt eam pugnam cùm ſe in urbem reciperet Cleomenes, obuiã factos ciues admonebat, ut Antigonum in ciuitatem ſuſciperẽt: ſe uerò quod optimẽ Spartæ futurum arbitraretur, aut uiuẽdo aut moriendo facturum eſſe dictitabat. Cúmque mulieres iis qui ſecum è pugna confugerant obuiam factas, arma eximere atque adreficiendum corpus potum præbere conſpiceret, ipſe quoque domum ſuam ingreſſus eſt: cúmque ad eum puella quam Megalopoli ductam poſt uxoris mortem apud ſe habuerat, accurriſſet, uellétque labore fatigatum reficere, ipſe neque ſitiens bibere, neque feſsus arma deponere uoluit: uerùm ut erat thoracem indutus, altera manu columnam ex tranſuerſo complexus, illíque innitens facie ſupra cubitum depoſita, parumper corpore quieuit. Mente autem per uaria conſilia diſcurrens, cùm plurima ſecum agitaſſet, tandem conuocatis amicis, in Gytheum deſcendit, atque inde naues iampridem ad hos caſus paratas unà omnes conſcendentes abierunt. Inter hæc Antigonus Spartam inuectus ciuitatem occupauit, ac ciues humaniter benignéque alloquitur, nihil eis de priſtina dignitate minuens, & omnem iniuriam contumeliámque ab eis prohibens, legibus ſuis & inſtitutis uti conceſſit. Cúmque diis ſacra feciſſet, tertio poſtquam uenerat die ex urbe diſceſſit, quòd iam nuntios accepiſſet Macedoniam à barbaris incendio rapináque uaſtari. Iámque eum aduerſa deprehenderat ualetudo, quæ ad phthiſim non paruo catarrho permiſtam trahere uidebatur, nõ minus tamen ob hoc domeſticas clades illatas ulciſci properauit, donec maxima potitus uictoria, & barbarorum ingẽti numero interfecto, ut generoſum regem decebat, clariorem mortem obiret. Nam Philarchus in media pugna cùm clamore pectus rupiſſet, expiraſſe tradit: quidam uerò poſt uictoriam lætitia elatum cùm ingenti uoce exclamaſſet, O lætum pulchrúmque diem, repẽtina febre correptum, cùm diſruptis uenis ſanguis abundantius flueret, ſuffocatum interiiſſe. Atque hæc de Antigono dixiſſe ſufficiat. Interea Cleomenes Citheris diſcedens, atque inſulam alteram præteruectus, Aegialiam tenuit. Cúmque Cyrenen proficiſci ſtatuiſſet, amicorum quidam Therycion nomine, uir cùm in rebus agendis prudẽs, tum in periculis obeundis celſo atque inuicto animo, uerùm paulò iactantior & ſuarum uirtutum oſtẽtator: is igitur ſecretò aduocatum Cleomenem huiuſmodi uerbis allocutus eſt: Pulcherrimam ſanè ô rex, inquit, in pugna moriendi occaſionem amiſimus, quanquam plurimi nos iactantes audierint, nunquam fore ut niſi mortuum Spartiatarum regem Antigonus ſuperaret. Nunc igitur altera nobis moriendi præbetur accaſio, ſuperiori quidem & gloria & uirtute ſecunda. Quonam enim, quæſo, nauigamus, fugientes quod in manibus adeſt, ut longè poſita proſequamur? Si enim fortè turpe nõ eſt ab Hercule oriũdos Philippi Alexandríque ſucceſſoribus ſeruire, longæ profectò nauigationi parcere potuimus in Antigoni manus noſmet dedentes, quem Ptolemæo tantò præſtãtiorem eſſe putandum eſt, quantò Macedones Aegyptiis præſtare credũtur. Quòd ſi eos qui nos armis ſuperarunt, nobis dominari indignum ducimus, cur eum qui non uicit,

Antigoni mors.

cit, dominum uolumus nobis imponere, ut duo nobis meritò obiici poſſint, & quòd Antigonum fugiamus, & quòd aſſentari Ptolemæo inducamus animum? An fortè matris tuæ cauſa in Aegyptum eundum cenſebimus, iucundum illi futurum ſpectaculum, cùm inter Ptolemæi mulieres oſtẽdet filiũ ex rege ſeruum, & exulem factum? Cur non potius dum noſtrorum enſium dominamur, adhuc patriam intuẽtes tantas linquimus calamitates, ut inter eos numeremur, qui in Sellaſia pro Sparta pugnantes occubuere? An potius in Aegypto ſedebimus interrogantes quem Spartæ ſatrapam Antigonus præfecerit? Talia dicenti Therycioni in hunc modum reſpondiſſe Cleomenem ferũt: Inter humana omnia facillimũ, quódque omnibus maximè in promptu eſt, mortem homo perdite, proſequẽs, fortis eſſe nonnullis fortaſſe uidereris, cùm reuera turpior hæc, quam tu laudas, fuga ſit, quàm cùm nuper ex pugna profugimus. Nam multi ſæpe meliores nobis ſeſe hoſtibus dedidere, cùm aut in aduerſam fortunam incidiſſent, aut alia ui quadam compulſi id agere cogerentur. Qui uerò labores aut ærumnas, aut ignominiam ſupra modum formidat, is à ſua mollitie ſuperari ſe non animaduertit. Oportet enim ſpontè conſcitam mortem, non fugam negotiorũ, ſed actionem quandam eſſe. Turpe eſt enim ſibi ſoli uiuere ac mori: ad quod tu profectò nos cohortaris, properans præſentes calamitates effugere, cùm tamẽ hanc mortem nihil honeſtum aut utile ſequatur. Ego autẽ & te & me ſimul oportere arbitror ea quæ de patria adhuc ſperare licet non relinquere: ubi uerò omni ſpe deſtituti erimus, facillimè quandocunque libuerit mori poterimus. Ad ea nihil reſpondẽs Therycion, ubi primùm è conſpectu Cleomenis diſcedere potuit, ad littus deſcendẽs ſeipſum iugulauit. At Cleomenes ab Aegialia diſcedens, Libyæ applicuit, & regiis famulis comitatus Alexandriam profectus eſt. Ibi cùm primò in conſpectum regis uenit, communi atque erga cæteros conſueta humanitate exceptus eſt. Poſt ubi uirtutis ſuæ indicia proferẽs, maximi conſilij uir eſſe apparuit, & in quotidiano ſermone Laconicam integritatem gratiæ cuidam liberali permiſtam, ſeruans ingenuitatẽ haudquaquam ſuperbam, nec rurſus propter fortunæ mutationem abiecto animo, aut nimis humili cõſpectus à rege, longéque melior iis qui ad uoluptatẽ atque aſſentationem omnia loquebantur iudicatus eſt. Itaque uehemẽter puduit regem, quòd talem uirum auxilio deſtitutum opprimi ab hoſtibus paſſus eſset, quódque Antigono tanta gloria tantáque potentia augeti præbuiſſet occaſionem. Illum itaque maiori honore atque humanitate complectens, pollicitus eſt uirorum pecuniarúmque auxilia daturum, ut cum iis in Græciam ueniens, amiſſum regnum recuperare poſſit. Tunc uerò talentorum uigintiquatuor ſtipendium ſingulis annis dari conſtituit, quibus ſibi amicíſque ſumptus abundè poterat ſuppeditare. Verùm Cleomenes magnam eius pecuniæ partem in his qui ex Græcia profugi in Aegyptum ueniebant adiuuandis conſumebat. Et ſenior quidem Ptolemæus antequã Cleomeni promiſſa perſolueret, uita functus eſt: & poſt eius obitum, regia in multam laſciuiam luxúmque prolapſa, nimiámque in mulieres conuiuiáque intemperantiam, ſolitus quoque erga Cleomenem cultus deſtitui cœptus eſt. Ipſe enim rex mulierum uiniq; cupiditate uſqueadeò corruptus tenebatur, ut cùm maximè ſobrius & ſeriis rebus peragendis intentus eſſet, inter præcipua opera poneret Bacchanalia celebrare, ac manu tympanum geſtantẽ, amicos in regiam ad ea peragenda conuocare. Summis autem regni rebus adminiſtrandis præerant Agathoclia regis amaſia, eiúſque mater, præterea Oenantes regiarum pellicum gubernator. Attamen cùm primò regnum accepit, Cleomene indigere uiſus eſt. Timens enim fratrem natu maiorem Ptolemæus, quòd per matrem plurimùm apud milites poſſe uidebatur, eius interficiendi conſilium iniit, atque inter conſultores intimos Cleomenem adhibuit, qui ſolus, cæteris conſilium regis probãtibus, obuiam ire, ac tantum facinus prohibere auſus eſt, aſſerens regem potius oportere pro ſalute rerum ſuarum nouos, ſi fieri poteſt, fratres comparare, quàm eos quos

Cleomenis cõſtãtia & uirtus.

Luxus regiæ Aegyptiacæ.

habeat interficere. Inter amicos regis qui plurimùm authoritate posset Sosiuius erat. 108
Is cùm aliquando regi diceret, non tutò se posse mercenariis militibus credere, quo-
ad frater ille maior in uita supersit: adsistēs Cleomenes, Nihil est quod huius rei cau-
sa timeatis, inquit: mihi enim super tria millia sunt clientum atque hospitum in Pe-
loponneso, qui omnes (si modò annuero) præsto cum armis aderunt. Hæc oratio tum
quidem Cleomeni benevolentiæ fidem, & potentiæ comprobationem apud regios
homines præbuit: posteriori uerò tempore cùm Ptolemæi mollities in dies augesce-
rent, timor quoque simul augeri cœpit, quod in talibus rebus accidere oportet. Vbi
enim summa rerum omnium negligentia oboritur, ibi timorem quoque & in maxi-
ma etiam securitate diffidentiam oboriri necesse est. Hæc igitur formidabilem cul-
toribus aulæ regiæ Cleomenem reddidit, quem tantùm clientibus atque hospitibus
posse intellexerant. Itaque plerique audiebantur querentes, non rectè satis leonem 109
hunc inter pecudes uersari: quod uerissimè dictū iudicauerit, si quis domus regię mo-
res intueatur. Itaque naues & exercitum petenti concedere Ptolemæus noluit. Cúm-
que obiisse Antigonum Cleomenes audisset, Achæos autem Aetolico bello implici-
tos teneri, existimans rerum conditionem ipsum exposcere, domúmque reuocare,
dum tanta rerum uarietate omnis agitaretur Peloponnesus, à rege petere instituit, ut
soli cùm amicis abire liceret: quod etiam impetrare nequaquam potuit, cùm regis
alloquendi potestas non esset, qui assiduò inter mulieres choreis & cantibus intentus
uitam duceret. Sosiuius autem qui summæ rerum præerat, uaria secū agitans, arbitra-
batur Cleomenem contra uoluntatē suam illic detentū intractabilem metuendúm-
que fore, dimissum uerò nihilominus timendū, quòd esset uir audax & magnis rebus
gerendis idoneus, regiæ præterea domus imbecillitatē morbósq; optimè nosset: neq;
enim munera illius animū flexerant, sed ueluti sacer taurus, quanquam abundè intra
parietes nutritus, in summis deliciis habeatur, magis tamen consuetā uitam exoptat,
& currendi saltandíque desiderio tenetur, & sacerdotū attrectationē non facilè susti-
nens, ipsis etiā sese terribilem præstat. Eodē modo delicię mollitiésque regiæ haud- 110
quaquam Cleomeni placebāt, sed ut de Achille scribit Homerus, tabescebat animo
in otio permanēs, & tumultū clamorémque bellicum exoptabat. Inter hæc Nicago-
ras Messenius Alexandriam appulit, uir quidem Cleomeni infensus, uerùm illi ami-
cum esse simulans. Is cùm agrum pulcherrimū iampridē Cleomeni uendidisset, pre-
tium nunquam acceperat, quòd Cleomenes in belli sumptibus omnem pecuniā ab-
sumpserat. Huic igitur nauem egredienti Cleomenes cùm fortè iuxta portum deam-
bularet occurrit, & salute data atque accepta, quænam illum causa in Aegyptum ad-
duxisset, interrogauit. Cùm ille pulcherrimos equos & bello maximè idoneos aduc-
xisse responderet, subridēs Cleomenes, Mallem, inquit, mimos & cinædos attulisses,
hæc enim maximè nunc regem delectant. Quo audito risu commotus Nicagoras ab
eo discessit. Nec multò pòst rursus Cleomenem conueniens, Nunc, inquit, cùm omni 111
molestia uaces, debitum mihi soluere decens est, nisi fortè nimia tributorum pensio-
ne grauaris. Tum Cleomenes: Atqui nihil omnino mihi supereſt, inquit, eorum quæ
dedisti. His uerbis commotus Nicagoras, Cleomenis in regem dictum ad Sosiuium
detulit: quod ille iucundè se accipere simulans, iam tum Cleomeni insidias machi-
nari cogitauit: uerùm maiori occasione regem aduersus Cleomenē incitare uolens,
Nicagoræ persuasit, ut discedens epistolam aduersus Cleomenem scriptam relin-
queret, quòd statuisset exercitu nauibúsque à rege acceptis Cyrenen occupare. Hac
perscripta epistola, Nicagoras nauigauit. At Sosiuius post dies quatuor quasi nuper-
rimè acceptam epistolā ad Ptolemæū deferens, uerbis quāmaximè potuit, adolescē-
tis animū in Cleomenē concitauit. Inde cōmuni consensu statuerūt, in magna quadā 113
domo Cleomenem includere, ubi in cæteris suo more uiuēdi licentia perfruens, exi-
tu tātùm prohiberetur. Erat hoc sanè Cleomeni permolestum, sed futuri mali timor
ipsum

ipsum magis angebat. Erat inter amicos regios quidam Chrysermi filius Ptolemæus
nomine, plurimùm amicitia apud regem potens: is antea libenter congressu collo-
quióque Cleomenis utens, magnam secum ob diuturnam consuetudinem familia-
ritatem contraxerat. Is igitur à Cleomene accersitus, ad colloquium uenit, suspicionē
eius quoad poterat uerbis extenuans, & regē excusans. Inde post longum sermonem
discedēs Ptolemæus, non animaduertit Cleomenem inter amicos usque ad ianuam
domus se prosequentem: quapropter custodes grauiter obiurgās arguebat, quòd tam
113 uastam belluam, támque custoditu difficilem, adeò negligenter custodirent. Ea uer-
ba cùm audisset Cleomenes, priusquam Ptolemæus animaduerteret retrocedens, o-
mnia sicut acta fuerant ad socios retulit. Cuncti igitur omni, quam antea habuerant,
spe destituti, atque ad iracundiam concitati, quonam pacto Ptolemæi iniurias ulci-
scerentur, consultabant, útque mortem rebus gestis & Sparta dignam obirēt, nec ex-
pectarent quoad uelut pinguefactæ uictimæ apud aras mactarentur. Neque enim to-
lerandum uidebatur, Cleomenē qui oblatas ab Antigono forti & bellicoso uiro cō-
ditiones repudiasset, tūc otiosum mitrati regis cessationem ab aliis muneribus expe-
ctare, quoad scilicet tympanū deponere, & finire thyasum eos iubeat, quos ad se in-
terficiendum mittere uelit. Postquam igitur tali consilio talia sibi agenda statuerūt,
cùm fortè Canopum secessisset Ptolemæus, primò quo pacto custodia euaderent, cō-
114 silium inierunt. Erat apud Aegyptios reges consuetudo, ut qui interficiendi causa in *Consuetudo Aegyptiaca.*
custodia tenebantur, pridie quàm interficerentur, cœnam & munuscula quædam ex
regis aula missa acciperent. Ea munera Cleomenis amici clanculum magnitudine &
splendore aucta intulerunt, carceris custodibus deceptis, qui illa à rege missa arbitra-
bantur. Eorum munerum magnam partem Cleomenes corona superimposita custo-
dibus donauit, & ipse cum amicis accumbēs spectantibus illis epulatus est. Fertur au-
tem citius aliquantulo quàm statuerat negotium suscepisse, quòd familiarem quen-
dam huius rei cōscium cum muliere quam amabat extra carcerem tunc esse cogno-
uit. Veritus igitur ne per ipsum res patefieret, cùm iam meridies aduenisset, & custo-
des uino grauatos capere somnum animaduerteret, indutus tunicam, chlamyde ue-
rò circa sinistram obuoluta, unà cum amicis eodem modo instructis è carcere exili-
115 uit. Erant autem omnes numero tredecim, inter quos Hippotas cùm esset altero pe-
de claudus, primo quidem impetu unà cum reliquis carcere egressus est. Postquā ue-
rò sui causa socios tardius progredientes agnouit, iussit ut se prius interficientes abi-
rent: neque enim æquum esse tantæ rei agendæ occasionem ob unius inutilis uiri sa-
lutem amitti. Fortè ciuis quidam ante carceris fores equo uehebatur: huic equo Cleo-
menis socij Hippotam, priore equite deiecto, imposuere. Inde per uicos plateásque
discurrentes, ciuium multitudinem ad libertatem uocabant, quibus tantùm dunta-
xat roboris inerat, ut Cleomenis uirtutem atque audaciam admirantes laudarent, se-
qui uerò aut auxilium ferre nemo auderet. Cùm igitur Chrysermi Ptolemæū è regia
fortè uenientem offendissent, in eum facto impetu, tres Cleomenis socij obtruncant.
116 Inde alterum Ptolemæum qui custodiēdæ ciuitati præfectus erat, curru aduersus eos
uenientem, dissipatis comitibus & in fugam uersis, detractū è curru interficiunt. Post
hæc ad arcem ciuitatis iter dirigunt, carcerem qui propè erat refringere meditati, ut
eorum qui illic detinebantur ad rem peragendam opera uterentur. Sed custodes car-
ceris tumultu audito, fores antequam eò peruenirent clausas munierāt, ita ut id quo-
que cœptum irritum caderet. Tunc incertus consilij Cleomenes, huc illuc errabun-
dus ciuitatem peruadebat, & nemine ad ferendum auxilium procedente, sed ob ti-
morem ab eius conspectu fugientibus cunctis, Nihil mirum est, inquit, si talibus ui-
ris qui libertatem negligunt, mulieres etiam dominantur. Inde ad amicos conuer-
sus, hortabatur ut rebus antea gestis dignam mortem oppetere uellent. Et primus *Cleomenis et sociorum sibi cōscita mors.*
quidem Hippotas ab adolescente quodam, cùm id ab eo petisset, uulneratus interiit.

Post hunc aliorum quisque prompto atque intrepido animo seipsum iugulauit, præ- 117
ter unum Panteum, qui primus in occupanda Megalopoli murum conscenderat. Hunc forma corporis insignem, & consilio ac robore præstantem uehementer amauerat Cleomenes, & tunc ei præceperat, ut non antea sibi ipsi manus afferret, quàm se ac cæteros omnes mortuos conspexisset. Omnibus igitur iam humi prostratis, accedens Panteus singulorum corpora pugione perfodiens scrutabatur, ne quis fortè uiuens eum latêret. Postquam uerò cæteris tentatis solus intêtatus restabat Cleomenes, ad eum quoque accedens pedis plantam pugione percussit. Cúmque illum faciem ad ictum uertisse conspiceret, propius accedens atque exosculatus, iuxtà consedit. Pòst ubi illum quoque expirasse cognouit, eius cadauer circumplexus seipsum iugulauit. Cleomenes igitur cùm annos sexdecim Spartæ regnasset, uir qualem antea diximus, in hûc modum uita functus est. Fama igitur huius rei per urbem diffusa, Cra- 118
tisiclia quanquam ingentis generosíque animi mulier, ad tantæ calamitatis nuntiũ mente excidere uisa est. Itaque Cleomenis paruos filios circumplexa, eiulatu ingenti Cleomenem deplorabat. Verùm ex pueris qui natu maior erat, summas ædiũ partes conscendens, nemine tale aliquid suspicante, seipsum è tecto præcipitauit: & quãquam tali casu grauiter afflictus esset, non tamen interiit, uerùm sese alleuans ingenti gemitu querebatur, quòd tantos dolores morte finire non potuisset. Cùm hæc Ptolemæo nuntiata essent, Cleomenis corpus pelle nudatum sublime appendi iussit, filios autem eius ac matrem cæterásque mulieres interfici, inter quas erat Pantei, de quo antea diximus, uxor, corporis forma & uirtute animi præclarissima, quæ cùm primo connubij tempore uirum supra quàm dici potest adamasset, nũquam ob fortunæ uarietatem quicquam de illius amore mutauerat. Ea igitur cùm uirum è patria 119
discedere uelle intellexisset, unà secum enauigare uolens à parentibus prohibita, atque in custodia detenta fuerat. Verùm paulò pòst cùm equum & aliquantulum pecuniæ clanculum parasset, noctu è ciuitate discedens celeriter Tænarum peruenit: in nauem quæ Aegyptum petebat conscendens ad uirum peruenit, cum quo moderatè fortunam exilij perferens, hilariter iucũdéque uitam duxit. Hæc igitur cùm unà cum Cratisiclia ad supplicium traheretur, illam manu deducens & peplum subleuans, bono animo esse hortabatur: quæ & ipsa ad mortem intrepida, nihilque animo deiecta, unum duntaxat ministros rogabat, ut antea sibi mori liceret, quàm pueros interfectos intueretur. Postquam uerò ad supplicij locum deuenere, ministri pueros primùm spectante Cratisiclia, subinde ipsam quoque interfecerunt, cuius in tantis calamitatibus hęc una uox audiebatur, Quonam ô filij, abiistis? Sola iam Pãtei supererat 120
uxor, quæ robore & proceritate corporis præstans, mulieribus cùm morerẽtur uestes circa corpus, ne turpiter iacerent, tacita ac sine gemitu componens, egregiè singulis pro rerum conditione suam operam præstitit. Ea igitur cùm se solam superesse animaduerteret, seipsam quo mori uolebat habitu componens, neminem ad se accedere, aut corporis partem aliquam, præter iugulum, nudam aspicere passa est, ac morte fortissimo etiam uiro dignam obiit, cùm à nemine post mortẽ corpus uelari, aut alio pacto componi petisset: quippe cùm moriens eum ornatum atque id uelamentũ corpori prætenderat, quod uiuens sua constantia atque integritate comparauerat. Lacedæmoniarum igitur mulierum tragica (ut ita dixerim) in extremis temporibus cum uiris certatio, uirtutem à fortunæ iniuriis tutam atq; inuiolabilem esse declarat. Post 121
dies uerò non multos accidit, ut qui Cleomenis corpus cruci affixum seruabant, nuntiarẽt sese draconem permagnum uidisse, qui cadaueris corpus circũplexus, ita illius faciem tegebat, ut nullam auem ad eam depascendã accedere pateretur. Qua de causa reuerentia quædam & diuinitatis opinio regi accessit. Igitur mulieres sacra quædã ad expiandum facinus instituere, quòd uirum diis amicum supráque humanam sortem aliquid habentem interfecissent. Paulatim inde in uulgus huius rei fama percrebuit.

Cratisiclię Cleomenis matris & filiorum ac fœminarũ Spartiatarũ mors.

buit. Itaque concurrentes ad eum locum Alexandrini ciues, heroem fuisse Cleomenem, & deorum filium prædicabant. Nec antea huiusmodi cessauit opinio, quàm à sapiẽtibus uiris huius rei causa prodita est. Tradũt enim, sicut ex bobus apes, ex equis fuci, ex asinis crabrones generantur: ita humana corpora, & præsertim medullas, humorémque ex eis profluentem, serpentes producere. Itaque non absque ratione permoti antiquiores, heroibus draconem consecrarunt.

Draco cur Heroibus consecratus.

Tiberius & C. Gracchus.

LEONARDO ARETINO INTERPRETE.

1 DE AGIDE & Cleomene quæ dicenda fuerunt superius enarratis, nunc in Romanorum partem non minores habituram casus, Tiberij & Caij Gracchorum historiã opponemus. Pater his fuit Tiberius Gracchus, qui quanquam duobus cõsulatibus, duobúsque triumphis, & insuper censuræ gloria insignis, multò plus tamẽ ex uirtutibus eius quàm ex magistratibus atq; honoribus aderat dignitatis. Itaq; Corneliam Aphricani eius qui Annibalem superauit, filiam, licet nõ amicus, sed aduersarius in rep. foret, uxorem habere meruit, quam usqueadeò dilexit, ut duobus in lecto anguibus comprehensis, cùm aruspices eius rei gratia acciti, nec ambos quidem interfici, nec dimitti ambos permitterent: sed si masculus necaretur, Tiberio: si fœmina, Cornelię mortem portendi affirmarent: ob amorem uxoris, & simul quòd maiori natu præmoriendum sibi arbitrabatur, masculo angue necato fœminam emisisse, atque ita ut aruspices prædixerant, non multò pòst ipsum interiisse
2 ferunt, duodecim filiis ex Cornelia relictis. Cornelia uerò puerorũ atque domus cura post mortem uiri susceptа, eum amorem erga filios, eámque diligentiam ac magnitudinem animi præstitit, ut non malè consuluisse Tiberius uideretur, pro tali uxore morte præreptа. Nam & Ptolemæi regis nuptias respuit, cùm ille regni & diadematis communicationem offerret: & in uiduitate perseuerans, cæteris pueris amissis, unã ex filiabus quæ Aphricano minori postea nupsit, & duos ex filiis, de quibus hæc scribimus, Tiberium & Caium superstites sic splendidè educauit, ut cùm magnitudine indolis cæteros omnes Romanos sine controuersia anteirent, doctrina tamen, quàm natura præualuisse uideantur. Cùm uerò ut in Pollucis & Castoris imaginibus picturísque, dissimilitudines quædam inter pugilem & cursorem in ipsa eorum similitudine appareãt, sic istorum adolescentium dum ad liberalitatem, temperantiam, intelligentiam, & magnanimitatẽ similiter feruntur, magnæ in administratione rei. & in cæteris rebus uel prosperis uel aduersis dissimilitudines apparuerint, non alie-
3 num existimo eas præmittere. Tiberius igitur uultu & aspectu & motu corporis mitis ac placidus erat: Caius autem uehemens & ingentis spiritus. Itaque Tiberius locum pulpiti, in quo ascendens constiterat, honestè decoréque in dicendo seruabat: Caius primus Romanorum per pulpitum ambulasse, & togam ab humeris dissoluisse dicitur: ut de Cleone Athenienśi scribunt, primum concionatorum rescidisse inuolucrum pallij, & coxam percussisse. Sermo autem erat Caij quidem terribilis, & ad indignationẽ promptus: Tiberij uerò dulcis, & ad miserationem aptior. Oratio præterea in Tiberio dilucida & planè elaborata: in Caio efficax & redundans. Eodẽ modo in uictu & mensa Tiberius facilis & modicus: Caius si ad alios comparetur, cõtinens austerúsque: si uerò ad fratrem, sumptuosus & nimius. Obiectum est ei à Druso, quòd Delphines argenteos emisset pro singulis libris mille ducentarũ quinquaginta
4 drachmarum. Mores item eodem modo ut de oratione ostendimus. Tiberius mitis

& placidus: Caius acer & uehemẽs, ut ſæpe in dicendo ira efferri, & ad iurgia ac maledicta irritari, orationémque perturbare conſueuerit. Itaque huius exceſſus remediũ machinatus, Licinium quendam haud inſulſum ſeruum poſt ſe in pulpito collocabat, qui quoties exaſperari, ac longius ob iram protrahi uocem ſentiret, uocali organo, quo notas deducere ſolent, mollẽ emittebat ſonum, quo ipſe admonitus, & quaſi ex certamine reuocatus, uehementiam illam atque contentionem nimiam remittebat. Diſſimilitudines quidem igitur inter eos tales erant. Audacia uerò in hoſtes, iuſtitia in ſubditos, diligentia in magiſtratibus, abſtinentia & integritate iuxta inſignes. Aetate nouem annis Caium Tiberius anteibat, quæ res potentiam eorum diuiſam temporibus, nec in unum robur concurrẽtem, facilius labefactari permiſit, magnúmque ad res gerendas ſublato mutuo auxilio attulit detrimentum. Seorſum igi- 5
Tiberius in augurũ collegio receptus. tur de utroque dicendum eſt, ac primo de Tiberio, qui prior fuit ætate. Ille igitur ſtatim à pueritia ita clarus atq; inſignis fuit, ut confeſtim in collegio augurũ ſit receptus ob uirtutem magis quàm ob nobilitatem. Oſtendit uerò Appius Claudius uir conſularis atque cẽſorius, princépsque ſenatus, & magna per id tempus authoritate excellens. Nam cùm augures unà cœnarent, compellans Tiberium, eíque gratulatus filiæ nuptias obtulit: quas cùm adoleſcens læto animo ſuſciperet, ſponſione ſic facta, rediens domum Claudius, ab ipſa ianua ſtatim uxorem Antiſtiam magna uoce appellans, Claudiam uiro ſe ſpopondiſſe nuntiauit. At uerò Antiſtia ſtupens, Quid hoc feſtinationis eſt? inquit. Num ædepol Tiberiũ Gracchum illi ſponſum tradideris? Nec ſanè me fugit hæc quæ modò dixi, nonnullos de Graccho patre & Aphricano tradidiſſe, ſed plures ita tradunt ut nos ſcripſimus: & Polybius poſt mortem Aphricani nupſiſſe Corneliam Graccho affirmat, ex ſententia amicorum omnibus prælato, cùm à patre innupta indeſponſatáque relicta eſſet. Prima Tiberij militia ſub minori Sci- 6
pione in Aphrica fuit, in qua cùm ipſi duci cõtubernalis eſſet, natura ipſius celeriter cognita, & ad imitationem uirtutum traditus, confeſtim modeſtia atque fortitudine cæteram iuuentutem egregiè ſuperauit, primúsque omnium murum hoſtium conſcendit, ut Fannius teſtatur, qui ſe quoque unà cum Tiberio aſcendiſſe, atque eius muneris participem fuiſſe ait. Itaque & præſens exercitui plurimùm charus fuit Tiberius, & abiens deſiderium ſui apud milites ingẽs reliquit. Poſt hanc militiam quæſtor Romæ creatus, cum C. Mancino conſule uiro haudquaquam improbo, ſed tamen ignauiſſimo omnium Romanorum ducum, cui ſorte euenerat, contra Numantinos profectus, in grauibus aduerſísque caſibus non ſolùm ingenium ac magnitudo animi eius emicuit, uerumetiam quod mirabile eſt, incredibilem erga imperatorem ſuum reuerentiam ſeruauit, cùm ipſe conſul præ magnitudine calamitatũ nec ſe quidem eſſe conſulem meminiſſet. Victus enim ingentibus præliis, tentauit noctu auffu- 7
gere. Quod ubi hoſtes cognouerunt, occupatis properè caſtris, & fugientem exercitũ perſecuti, extremíſque eorum cæſis, reliquis uerò circũuẽtis & in loca inuia compulſis, eò rem perduxere, ut conſul deſperatis rebus caduceatorem ad petendam pacem hoſtibus mitteret. At illi ſe credere nemini præterquam Tiberio aſſerentes, ut ipſe ad eos mitteretur poſtularunt. Hoc uerò cùm ipſius Tiberij fama, quæ ad hoſtes quoque peruaſerat, tum etiam Gracchi patris memoria faciebant, qui aduerſus Iberos bellum gerens, pacem cum Numantinis firmauerat, eámque ſemper apud populum rectè iuſtéque defenderat. Miſſus igitur ad hoſtes Tiberius, partim ſuadendo, partim recipiendo, fœdus firmauit, ac per eum modum uiginti millia Romanorum ciuium abſque auxiliariis & aliis qui extra ordinem ſecuti erant, ſeruauit. Cùm uerò in- 8
ter cæteram prædam quam hoſtes captis diripuerant caſtris, tabulæ quoque Tiberij rationes quæſturæ continentes amiſſæ fuiſſent, recordatus earum Tiberius, ac plurimi faciens eas ſecum deferre, hoſtibus iam domum reuerſis, cum quatuor familiaribus Numantiam profectus, ac iuxta urbẽ conſiſtens principibus Numantinorũ ad ſe uocatis,

uocatis, rogauit ut ſibi tabulas reddi iuberent, ne inimicorum calumniis obnoxius fieret, ſi rationem adminiſtratorũ reddere nequiret. At Numantini occaſionem ſibi præſtitam lætati, ab eo poſtularunt ut urbem introiret, deliberabundúmque adeuntes, ac manu prenſantes orabant ne ſe amplius hoſtes, ſed amicos putaret, fideréque. Viſum eſt igitur ſibi ut urbem intraret, cùm tabularum recuperandarum gratia, tum ne diffidentia hoſtes irritarentur. Ingreſſus itaque urbem primùm conuiuio liberaliter acceptus, deinde tabulę reſtitutæ: data inſuper ei poteſtas, ut quicquid uellet arbi-
9 tratu ſuo ex præda deferret, nihil præter thus ſacrificij cauſa paratum aſſumpſit. Vbi uerò Romam rediit, ac fœdus iudicio omnium uelut dedecus Romani nominis improbaretur, cenſentibus cunctis ut more maiorum in bello aduerſus Samnites olim ſeruato, conſul cum quęſtore ac tribunis militum nudi hoſtibus traderẽtur: milites, quorũ plerique ex plebe Romana erant, ad Tiberiũ concurrentes, & fœda ipſa in cõſulem, ſalutaria uerò & in ipſis malis remedia in Tiberiũ referentes, tandẽ effecerunt ut Tiberij gratia, quæ apud populum Romanũ maxima erat, cæteris quoque præter unum Mancinum parceretur. Videtur autẽ & Scipio Aphricanus potens per id tempus in rep. Tiberio ad ſalutem profuiſſe: ſed nihilominus aduerſus Scipionem querelæ iactabantur, quòd non & C. Mancinum conſulem ſeruaſſet, quòd fœdus Numan-
10 tinum per hominem ſibi familiarem & affinem firmatũ improbari paſſus eſſet. Huiuſmodi autem querelæ quoniam ab amicis ſtudioſísque Tiberij emittebantur, offenſam quandam ac ſimultatem inter Scipionem & Tiberium contraxerunt. Nihil tamen maioris momenti ea res habuit. Atque ego puto, ſi fuiſſet domi Aphricanus tempore contentionum illarum, quas poſtea Tiberius ſubiit, ipſum nõ ſic fuiſſe periturum. Sed quo tempore de lege agraria à Tiberio certatum eſt, eo tempore Aphricanus apud Numantiam bellum gerebat. Motus eſt autem Tiberius ad eam legem ferendam iſta de cauſa. Romani quantum uicini agri hoſtibus adimebant, partim *Vide Appianum lib. 1. ciuil. bell.* uenundare, partim in publicũ redigere, ac egenis ciuibus pro modica penſione utendum tradere conſuerunt. Sed cùm cœpiſſent diuites eas penſiones augere, pauperésque excludere, lata eſt lex, quæ ſupra quingenta agri iugera ciuem Romanum habe-
11 re prohibebat. At ea res paucos annos aduerſus locupletes auxilio fuit. Nam primò ſubditis ad conducendum perſonis fraus legi fiebat, deinde apertè iam per ſeipſos diuites propriis nominibus occupare agros cœperunt. Ita ergo exagitatis hominibus neque militiæ dare nomina, neque filios extollere cura erat, eóque proceſſura uidebatur res, ut breui exhauſta liberorum multitudine, ſeruis ac barbaris per quos diuites colebant agros, tota Italia compleretur. In hac igitur parte reip. primus C. Lælius Scipionis amicus ſuccurrere inſtituit, ſed aduerſante locupletum factione, u eritus turbationem atque diſcordiam ciuitatis, ab incepto deſtitit, ob eámque rem ſapiẽs eſt poſtea uocitatus. At uerò Tiberius ut primùm tribunus pleb. creatus eſt, eã actionem ſuſcepit authoribus (ut plerique ſcripſerunt) Diophane rhetore Mitylenæo tunc in Italia exulante, & Bloſſyo Cumano Antipatri Tarſenſis philoſophi diſcipulo, ad
12 quem ſunt quædam ab Antipatro ſcripta. Nonnulli Corneliam matrem aſſerunt ſæpius obiurgando natos, quòd ipſa Scipionis Cornelia, non Gracchorum, uulgò appellaretur, adoleſcentem impuliſſe ad hanc actionem ſuſcipiendam. Alij ob æmulationem Spurij Poſthumij æqualis ſui, quem ab exercitu rediens auctum potentia ac celebritate nominis offendit, cupidinem inceſſiſſe Tiberium credunt, inſigni aliqua & memorabili actione præcellere. Caius uerò frater in oratione quadam ſcribit Tiberium Numantiam proficiſcentem, dum per Tuſciam iter faceret, ſolitudine liberorum & inductione ſeruorum proſpecta, tunc primùm ad legem agrariam, ſibi quidem funeſtã, animum intendiſſe. Plurimũ uerò ipſum plebs Romana impulit per literas in fornicibus & monumẽtis ac parietibus inſcriptas, efflagitãs ut agros publi-
13 cos egenis ademptos reſtitueret. Non tamen per ſeipſum legem ferre aggreſſus eſt,

sed præstantissimorum uirorum cõsilium adhibuit: inter quos Crassus pontifex maximus, & Mutius Scæuola Iurisconsultus, qui per id tempus consul erat, & Appius Claudius socer, fuerunt. Nec uidetur lex ulla aduersus tantam iniuriam mitius ac lenius perscribi potuisse. Nam quos oportebat pro his quæ contra leges fecerant pœnas subire, & quos iniustè tenuerant agros cum perceptis fructibus reddere, eos accepto pretio dimittere, & egenis ciuibus tradi iubebat. Sed ea lex ut plebi grata, sic animos locupletum offendit. Itaque ob auaritiam legem, ob iram uerò atque inuidiam authorem obtrectantes, plebem deterrere cœperunt, quasi ea lex euersionem reipub. libertatísque produceret. Sed frustra id conati. Nam Tiberij facundia, quæ malam etiam causam sustinere potuisset, tunc iustam honestámque dicendi materiam nacta, superior inexpugnabilísq; euadebat. Pauperũ enim adstante plebe causam agens 14
dicere solebat, Feras quidem bestias lustra atque tectum quò se recipiãt in Italia habere, illis uerò qui quotidie pro Italia pugnent atq; intereant, præter aerem ignémq; nihil in Italia esse, sine lare, sine sede cum liberis coniugibúsque uagari. Mentiri autẽ imperatores Romanos, cùm milites hortantur ut pro aris atque focis aduersus hostem depugnent: carere enim iis Romanos ciues: non lares paternos, non monumenta maiorum eos tenere, sed pro aliena luxuria opulentiáque pugnare, pro aliis uulnera ac mortes subire: dominos orbis terrarum uerbo quidem appellari, re autem uera terræ glebam non habere. His & huiusmodi uerbis in cõcionibus grauiter & cum iusta indignatione iactatis, & plebeio fauore receptis, nullus aduersariorum ualebat resistere. Quare omissa contentione uerborum, ad M. Octauium adolescentem gra- 15
uem atque honestum Tiberiúque familiarem, locupletes confugerunt. Erat autem Octauius & ipse tribunus plebis, qui licet ab initio ob amicitiam Tiberij recusaret aduersus eam legem intercedere, tamen postea multitudine rogantium uictus intercessit. Est autem tribunorum plebis maxima in prohibendo potestas. Vno enim prohibente, nihil alij etiam si complures sint, efficere possunt. Irritatus ergo ob intercessionem Tiberius, lege illa priore mitè & humaniter scripta reiecta, aliam plebi magis gratam legem promulgauit, ut agri qui contra leges possessi erant, dimitterentur, nulla mentione pretij facta. Erant igitur quotidie inter Tiberium Octauiúmque in concione certamina, in quibus licet summo studio ardoréque contenderent, nihil tamen contumelioſum unquam, nec uerbum quidem non probum ab alterutro decidisse ferunt. Non solùm etiam in ludis (ut uidetur) uerumetiam in contentio- 16
nibus atque iris, probitas naturæ educatióque modesta conspicitur. Conatus est Tiberius si posset M. Octauium intercessorem quoniam & ipse multùm publici agri possidebat, ab incœpto mouere, restitutione agrorum suorum ex propriis facultatibus, licet nõ admodum splendidis, oblata. Per quam oblationem cùm nihilo magis Octauius desisteret, Tiberius edicto proposito omnes urbanos magistratus agere quicquam inhibuit, priusquam de lege agraria ad populum referretur. Aerario autẽ sigilla impressit, ac per quæstores quicquam depromi aut importari uetuit, pœna adiecta si quis contrà egisset. Qua conterriti magistratus singuli propria officia dimiserunt. Ob hoc edictum locupletes cuncti uestes mutauere, & mœsti ac sordidati circuibant forũ, nec secus paratis clàm percussoribus, necem Tiberio machinabantur. Ille uerò palàm gladium, quem dolonem uocant, accinctus ambulabat. Sed cùm 17
adesset comitij dies, populo Gracchum ad rem perficiendam uocante, locupletes omnibus locis occupatis, magnam præbuerunt turbationem. Sed nihilominus Tiberius multitudine fretus cùm dimouere eos posset, & iam id facere aggrederetur, Mãlius & Fuluius uiri consulares Tiberium adeuntes, & manu prensantes, precibus & lachrymis orant, ne hoc agere uelit. At ille quantũ nunquã antea periculũ attendens, & simul reuerentia tantorũ uirorũ permotus, quid se facere uelint, percõtatur. At illi non esse se tantę rei cõsilio idoneos affirmantes, ut senatus arbitrio permitteret, suaserunt.

Facundia Tiberij.

Tribunorum plebis potestas.

runt. Verùm ubi frequens senatus ob potentiam locupletũ nihil perficere ualuit, conuersus ad rem non legitimã neque humanã, Octauium amouere tribunatu instituit.
18 Ac primò quidẽ multis uerbis suppliciter eum rogauit ut ab incœpto desisteret, populóque Rom. concederet iusta postulanti, & parua pro magnis laboribus periculísque habituro. Deinde ut ille hoc negauit, non posse ambos in eodẽ magistratu æquali potestate præditos, de maximis rebus cõtendentes, sine bello euadere: cæterùm unã se medicinã intueri inquit, ut alteruter eorum magistratu abrogaretur. Itaque de se primò Octauius referret, staturũ populi Rom. iudicio, statímque si iuberet tribunatu abiturũ. Hoc quoque repudiante Octauio, se de illo relaturũ esse dixit, nisi sententiam mutaret. His simul dictis concionẽ dimisit. Postera uerò die reuocata cõcione, rursus Octauium uerbis mouere conatus est: quibus frustra cõsumptis ad populum tulit de
19 Octauij abrogatione, statímq; tribus in suffragiũ ire iussit. Erãt tribus quinque & triginta, quarũ cùm decem & septem iam Octauium abrogassent, unáq; dũtaxat restaret ad rem perficiendam, parumper sistere iubens, iteratò ad Octauium cõuersus est, rogans atque obtestans, ut ab intercessione desistere uellet, néue sibi hanc notam inuri pateretur, simúlque spectante populo Rom. ipsum reuerenter cõplexus deprecabatur. His precibus Octauiũ nonnihil motũ ferunt. Nam & implesse oculos lachrymis, & aliquanto cum silentio stetisse tradunt. Sed ubi ad locupletes prospexit (aderant enim in concione) quasi uerecundia adductus generosè respondit, ut quod uellet Tiberius exequeretur. Eo igitur abrogato populi iussu, missus à Tiberio libertus apparitor de tribunali illum detrahere uoluit. Concursus à locupletibus ac plebe factus, rixáque sic exorta, quòd indignum spectaculum uideretur Octauium à lictoribus con-
20 tumelioſius auelli, Octauius per tumultum euasit. Liberto autem (nam libertis apparitoribus Gracchus utebatur) lumina effossa. In hoc lex agraria fertur, trésque uiri ad agros diuidendos creantur, Tiberius ipse legis author, Appius Claudius socer, Caius Gracchus frater, non præsens ille tunc, nam apud Numantiam cum Scipione militabat. In locum autem Octauij Mutius quidam Tiberij clientulus in tribunatu suffectus. Quibus rebus perculsi locupletes, & Gracchi potentiam ueriti, in senatu aduersabãtur, petentíque ex more tentorium publicum, quo in diuisione agrorum uteretur, aliis etiam leuioribus ex causis sæpe concessum denegarunt. Expensas uerò in singulos dies nouem nummos statuerunt, authore Nasica, qui propter multitudinem possessionum legi agrariæ infensus, uel acerrimum inimicum se Tiberio præ-
21 stabat. Plebs autem multò magis & ipsa exarserat aduersus locupletum iniurias, ac repentè quodam ex amicis Tiberij defuncto, signísque ueneni apparentibus, magno concursu atque clamore plebis funus celebratum. Cadauer enim igne disruptum tantam uim putridi humoris effuderat, ut flammã extingueretur, nec instaurato igne cremari potuit, priusquam in alium locum transferretur: tandem omni arte adhibita uix fieri potuit, ut ignis cadauer attingeret. Ad hæc Tiberius ut magis plebem irritaret, ueste mutata, natos in concionem adduxit, & quasi sibiipsi diffideret, eorum ac matris salutem plebi commendauit. Post hæc Attali Philopatri defuncti testamento à Pergamenis Romam transmisso, in quo populus Romanus hæres scriptus fuerat, statim Tiberius ad populum tulit, ut regia pecunia ciuibus Romanis,
22 quibus agri dabantur, pro cultura assignaretur. De oppidis autem quæ Attali fuissent, nihil ad senatum, sed ad populum Rom. pertinere prædicabat. Hoc uel maximè senatum offendit. Itaque Pompeius in senatu assurgens, se uicinum esse Tiberij, ac ob id exploratum habere inquit, diadema & purpuram ex regia gaza per Eudemum Pergamenum Graccho delatam, tanquam Romæ regnaturo. Quintus uerò Marcellus Tiberium obiurgauit, quòd patre Graccho censuram gerente, quoties redirent à cœna Romani ciues, lumina extinguere solebant, ne conuiuiis ac uoluptatibus nimiũ dediti uiderẽtur: cum filio autem audacissimi ac perditissimi ex plebe ho-

Tiberius legis agrariæ author.

mines pernoctare conſpiciantur. Titus Annius neque ſapiens neque humanus uir, cæterùm interrogare ac reſpondere promptus, cùm dixiſſet Tiberium collegam ſuũ ſacroſanctum uiolaſſe, ac Tiberius aduocata confeſtim plebe Annium accuſaret, inferior & eloquentia & authoritate Annius ad ſuas argutias confugit, ac ut paucis audiretur ante accuſationem obſecrans, concedente Tiberio, ſic interrogauit: Si tu, inquit, Tiberi, condemnare me uelis ac propellere, egóque de tuis collegis aliquem appellabo, an alium mihi auxiliari uolentem abrogabis? Ad hanc interrogationem dicitur Tiberius, quãquam diſertiſſimus ac promptiſſimus erat, obmutuiſſe. Tunc igitur concionem quam Annij accuſandi cauſa uocauerat, re infecta dimiſit. Sentiens autem illa quæ circa abrogationẽ Octauij geſta erant non ſolùm potentibus, uerùm etiã multitudini moleſta ac grauia uideri, pollutã ac deiectam tribunitiã poteſtatem quæ ſacroſancta hactenus fuerat arbitrantibus, orationẽ habuit, cuius nõ ab re fuerit ſententias paucas hîc annotare, ut copiã ac facũdiam eius uiri intelligere ualeamus.

Tiberij oratio pro tribunitia poteſtate abrogãda.

Eſſe quidem ſanctũ & inuiolabilem Tribunũ pleb. ex eo, inquit, quòd plebi cõſecratus, eiúsque innititur poteſtate. Itaque ſi aduerſo animo iniuriã plebi faciat, eiúsque robur impediat, aduerſetúrque, ipſum per hoc ſe priuatũ reddidiſſe, cùm ea non agat pro quibus honor ſibi fuerat demandatus. Nam & capitolium euertere, & naualia incendere tribunũ plebis, ſi quis ſinat, non ob hoc tribunũ plebis eſſe deſiſtere, ſed malum tribunum eſſe: quòd ſi plebem oppugnet, nequaquam tribunum remanere. Eſſe uerò pergraue, ſi conſul à tribuno plebis in carcerem duci poſſit, ipſe autem tribunus à plebe deponi & abrogari non poſſit, cùm poteſtate conceſſa ſibi à plebe, contrà atque data fuerat abutatur. Conſulem namque & tribunum plebis à populo Romano creari. Regiam quidem poteſtatem omnes omnino magiſtratus complexam, & inſuper maximis ſacerdotiis conſecratam fuiſſe, ſed nihilominus Tarquinium exactum à populo Romano, & propter unius regis ſuperbiam, regium nomen, ſub quo Roma condita atque adaucta fuerat, omnino extinctum fuiſſe. Quid ita ſanctum ac religioſum ut uirgines Veſtales? tamen ſi qua ipſarum deliquerit, uiua ſufoditur. Deſinunt enim ſacroſanctæ & inuiolabiles eſſe, dum aduerſus deos delinquunt, per quos ſacroſanctæ & inuiolabiles habebantur. Nec ergo tribunum plebis, ſi plebem offendat, inuiolabilem ac ſacroſanctum eſſe per plebem amplius dignum eſt, cùm qua pollebat potentia, eam ipſe ſuſtulerit. Atqui ſi iuſtè tribunatum adeptus maiori parte tribuum decernente, quomodo nõ iuſtius ſibi auferetur, cunctis tribubus abrogãtibus? Nihil eſſe uſquequaquè ſacrum ac religioſum, ut res deorum immortalium numini dedicatas: attamen illas mutari & transferri poſſe iuſſu pop. Romani, nemo unquam dubitauit. Licuiſſe ergo populo Romano & tribunatum plebis quaſi munus quoddam dedicatum in alium transferre. quòd autem tolli ac trãsferri poſſit, uel ex eo patẽre, quòd ſæpe iam qui habuerunt, ſe ab eo magiſtratu iureiurando excuſauerant. Hæc & ſimilia Gracchus diſſerebat. Poſt hæc amicis minas ac factionem aduerſus eum initam ſentientibus, alióque tribunatu opus fore ad ſalutem Gracchi cenſentibus, rurſus multitudinem aliis legibus per quas tempora militiæ detrahebat, & iudicibus tunc ſenatoribus æquum numerum ex equeſtri ordine admiſcebat, excitare, & apertè iam ſenatus potentiam concione magis, quàm iuſtitia aut honeſtate oppugnare aggreſſus eſt. De his rebus cùm ad populum referret, cernerétque aduerſariorum partem ſuperaſſe, quoniam non ſatis frequens multitudo conuenerat, concionem dimiſit. At poſtridie mutata ueſte in forum deſcendens, lachrymans ac miſerabilis, ac ſe metuere affirmans ne inimici noctu aggreſſi eum necarent, ſic homines commouit, ut frequens multitudo circa domum eius præſidij cauſa excubias agerent. Prima uerò luce aues augurandi cauſa delatæ ſunt, quibus oblata eſca, nulla ipſarum præter unam prodiit, etiam cauea uehementer agitata: nec iſta ipſa quæ prodierat, eſcam attingere uoluit, ſed ſublata ala ſiniſtra & collo producto rurſus

ſus in caueam ſe recondidit. Hoc ſignum propter id quod prius euenerat, magis Tiberium commouit. Erat enim illi galea qua in prælijs utebatur magnificè ornata atque inſignis, in ea angues oua pepererant, iámque fœtus formati erant, quod accedẽte auium ſigno, magis formidinem ineuſſerat. Proceſſit tamen concione populi circa Capitolium audita, & domo egrediẽs pede limen offendit, adeóque percuſſio uehemens fuit, ut unguis maioris digiti ſcinderetur, ſanguíſque profluens per calceum emanaret. Profectus inſuper aliquantulo, coruos ad ſiniſtram in ſtillicidio pugnantes conſpexit, lapíſque ab altero coruorum dimotus iuxta pedes eius in magna turba
28 prolapſus eſt. Hoc non ſolùm Tiberium, ſed etiam audaciſſimos eorum qui aderant turbauerat. Verùm Cumanus Bloſſyus tunc fortè præſens, & pudendum & dolendum eſſe inquit, ſi Tiberius Gracchi filius, Scipionis nepos princépsque populi Romani ab uno coruo deterritus, ciues deſerat ſuos, nec uocatus exaudiat: nec inimicos tamen hoc in riſu poſituros, ſed quaſi regnet, & deliciis deditus ſit, calumniandi occaſionem habituros. Interea nonnulli à Capitolio decurrentes, properare eum iubebant, utpote rebus proſperè ſuccedentibus. Profectus itaque primo congreſſu præclarè acceptus eſt. Nam & popularis plauſus apparenti ſublatus, promptéque uia conceſſa, globo etiam circundatus, ne quis appropinquare poſſet. Deinde per Mutium tribus uocari cœptæ, ſed tamen per tumultum qui ab extremis oriebatur, fieri quicquam non potuit, miſtis atque incertis omnibus pellentium ac retinentium fluctuatione. Inter hæc Flauius Flaccus ſenator in eminentem locum euadens, ubi præ
29 clamore ſtrepitúque multitudinis exaudiri uox non poterat, manu ſignificauit, uelle ſe cum Tiberio loqui. Iuſſu itaque Tiberij per multitudinem receptus, ubi ad eum peruenit, nuntiat diuites poſtquam conſulem mouere nequibant, conſilium de nece eius per ſeipſos agitare cœpiſſe, eáque de cauſa ſeruos ac libertos cum armis habere. Hæc ubi circunſtantes Tiberium audiuerunt, ſubitò togas accinguntur, haſtilibúsque quibus multitudinem reprimunt de manibus miniſtrorum ablatis, fractíſque, ſeſe ad reſiſtendum properè compararũt. Sed illi qui longius aberant hanc præparationem admirantes, cùm quid ea res ſibi uellet percontarẽtur, tangens caput ſuũ
30 Tiberius, periculum ſibi imminere ſignificabat. Hoc ſignum inimici malignè interpretati, quaſi regem diadema petere illum ſenatui nuntiarunt: ob quẽ nuntium cùm omnes perculſi eſſent, Naſica prius conſulem ut libertati ſuccurreret cohortatus, deinde ubi à conſule grauiter reſponſum eſt, nec ſe authorem fore inteſtini belli, nec quenquam Romanum ciuem ſine iudicio necaturum, ſi tamen aliquid decernat populus Romanus à Tiberio coactus, id ſe pro lege non habiturum: proſiliens Naſica, Quandò, inquit, conſul ciuitatem prodit, qui leges ſaluas eſſe cupiunt, me ſequantur. Hæc dicens lacinia togę ſupra caput poſita, in Capitolium ire pergit, aliíque poſt eum toga circa brachium inuoluta ſecuti ſunt. At multitudo ob reuerentiam ampliſſimorum uirorum, aditum negare minimè auſa, ſeſe retrahẽs comprimebat. Tulerant ab initio hi qui cum Naſica cæterísque aduenerant, fuſtes & clauas: inde uerò ſubſelliorum fragminibus pedibúsque reuulſis, obuios ferientes, contra Tiberium
31 euadebãt. Cæde itaque & fuga Tiberij ſociorum facta, cùm ipſe Tiberius curſu euadere properaret, toga per quendam retentus cecidit: ſurgenti uerò P. Saturninus unus ex principibus pede ſubſellij caput percuſſit. Hic primam, ſecundam uerò L. Rufus, de qua etiam gloriari ſolitus erat, plagam inflixit. Et alij uerò circiter triginta mactati fuſtibus & lapidibus omnes, ferro autem nemo. Hanc primam poſt exactos reges contentionem fuiſſe tradunt, quæ ſanguine & cæde ciuium finiretur. Nam alias quidem nec paruas, neque paruis de rebus agitatas ita tranſegerunt, ut cedere magis inter ſe metu quidem plebis ſenatus, plebs autem pudore ac reuerentia patrum, quàm certare uiderentur. Et in hac ipſa contentione facilè ceſſurus uidebatur Tiberius, ſi uerbis & authoritate eum flectere perrexiſſent. Et certè primo impetu in ipſum

Tiberij interitus.

Appianus principio libri primi bellj ciuilis.

facto, perfacilè ceſſit abſq; pugna & uulneribus reſiſtendo illatis. Sed ira potius atque 31
odio locupletum, quàm ob eas quæ iactabantur cauſas, perpetrata cædes Tiberij uidetur fuiſſe: cuius magna fuerit cõiectura, quòd in ipſum etiam mortuum crudeliter ſæuierunt. Non enim tolli corpus, nec fratri uel ad nocturnam ſepulturam poſtulanti conceſſerunt, ſed in Tiberim unà cum aliis cadaueribus proiecerunt. Nec finis hic erat, ſed amicorum ac familiarium eius alios indicta cauſa in exilium pepulerunt, alios captos duriſſimè trucidarunt: inter quos C. Villius in culeo cum anguibus inſutus necatus eſt. Necatus etiã Diophanes rhetor. At Bloſſyus Cumanus Tiberij familiaris ad conſules perductus, cùm de rebus geſtis interrogaretur, ſe Tiberij iuſſu cuncta feciſſe reſpondit. Ad hæc Naſica: Quid ſi te Capitolium incendere iuſſiſſet, an id quoque feciſſes? Nunquam iuſſiſſet hoc, inquit: ſed ſi iuſſiſſet, paruiſſem: nam pro utilitate pop. Rom. nec aliter unquam erat iuſſurus. Hic Bloſsyus tunc euadẽs in Aſiam 33
ad Ariſtonicum fugit, rebúſque Ariſtonici deinde profligatis ſibiipſi mortem cõſciuit. Poſt mortem Tiberij, ut plebis dolor leniretur, ſenatus diuiſionem agrorum impugnare deſtitit, permiſítque ut loco Tiberij alium eligerent ad agros diuidendos. Electus eſt igitur P. Craſsus Gracchorum affinis: filiã enim Craſſi, C. Gracchus uxorẽ habebat. quanquam tradit Cornelius Nepos non Craſſi, ſed Bruti qui de Luſitanis triumphauit, filiam, C. Graccho nuptam fuiſſe: ſed plures ita tradunt ut modò diximus. Sed cùm grauis plebi foret Tiberij mors, & iam uindicta accuſatoréſque contra Naſicam pararentur, ſolicitus de ſalute Naſicæ ſenatus, liberam ſibi legationem in
Aſia decreuit. Non enim obſcura erant populi Romani odia, ſed clamabant obuij, maledictísque inceſsebant, tyrannum cæde tribunitia fœdatum pollutúmque & in- 34
expiabilem uocitantes. Naſica igitur quanquam maximo ſacerdotio illigatus, tamẽ ea de cauſa Italiam dimiſit, ac ubi in Aſiam peruenit, haud multò pòſt circa Pergamum interiit. Nec mirũ ſi uſqueadeò Naſicam oderat populus Romanus, cùm Scipio ipſe Aphricanus, ſumma aliàs gratia fretus, parum abfuerit quin omni beneuolentia & charitate populi Romani deſtitueretur, quòd apud Numantiã cæde Tiberij nuntiata ſibi, carmen Homeri pronũtiauit in hanc ſententiam:

Sic pereant alij qui talia facere pergent.

Quódque in concione rogatus, quid de morte Tiberij ſentiret, non placentem dedit reſponſionem. Ex quo factum eſt, ut plebs illi concionanti obſtreperet, quod antea fecerat nunquam, & ipſe ad maledicta in plebem irritatus eſt: de quibus in Scipionis uita ſigillatim diximus. C. autem Gracchus ſiue inimicos ueritus, ſiue ut inuidiam il- 35
lis accumularet, ſtatim poſt mortem Tiberij fratris omiſſo foro ſe in otium tradidit, quaſi & tunc miſerè & in futurum abiectè uitam acturus, ut etiam quibuſdam de ſe præſtaret ſermonem, quaſi ea damnaret quæ Tiberius geſſerat. Erat autẽ per id tempus admodum adoleſcens. Nam Tiberium conſtat ante trigeſimum ætatis annum interiiſſe, quo, ut ſuprà diximus, nouem annis Caius minor erat. Sed procedẽte tempore, cùm mores in eo graues, & à pigritia, mollitie, auaritia, uoluptatibus alieni apparerent, facultásque dicendi ad remp. comparata, ſtatim creditum eſt illum nequaquam in poſterum quietem acturum. Nam in defenſione cuiuſdam amici ſui Vectij nomine ita excelluit, ut cæteri oratores nihil à pueris differre uiderentur, multitudóque eo dicente mirabili lætitia plauſúque exultaret. Quibus rebus perculſa nobilitas, 36
multa iam inde agitare cœpit, & antè proſpicere, quemadmodum efficere poſſet, ne C. Gracchus tribunus pleb. crearetur. Fortè euenit ut quæſtor in Sardiniam cum Oreſte conſule nauigaret. Id enim munus Caio fortè impenſum inimicis eius gratũ fuit, ſibi uerò non ingratum, utpote qui noſſet non inferiorem ſe bello eſſe quàm in foro. Præterea adhuc roſtra ſuggeſtúmque perhorrens, nec plebi amicísque rogãtibus denegare ſuam operã uolens, omnino profectionem illam libenter ſuſcepit. Atqui opinio magna obtinuit C. Gracchũ ſummum & abſolutum fuiſſe popularem, multóque

in ea

in ea re iudicio populi Tiberium fratrem anteiſſe: quod uerum nõ eſt, ſed neceſſitate potius compulſus, quàm iudicio animi, ſe ad rempub. contuliſſe uidetur. Scribit Cicero orator, C. Graccho omnes magiſtratus repudianti & in otio uiuere cupienti, fra- *Somnium C. Gracchi.*
37 trem Tiberiũ in ſomnis uiſum dixiſſe: Quid tardas Cai? nulla eſt fuga, ſed ambobus unam uitam & unam mortem pro populo Romano certantib. fata ſtatuerunt. Cùm uerò in Sardiniam ueniſſet, ibi omnifariam uirtutem oſtendens, audacia quidem in hoſtes, iuſtitia in ſubditos, beneuolentia & obſeruantia erga conſulem, cæteram iuuentutem, temperantia autem & induſtria etiam ſeniores anteibat. Vehemẽti atque peſtifera hyeme exercitũ opprimente, cùm conſul à ciuitatibus ueſtem militibus peteret, & illæ miſſis ad ſenatum legatis, ſe à præſtatione ueſtiũ excuſarent, nec aliunde ueſtiendi exercitum facultas conſuli permitteretur, magnóque ob eam rem milites afficerentur incommodo, adiens ciuitates Caius effecit, ut ipſæ ſponte ſua ueſtẽ exercitui donarent. Ea Romæ nuntiata cùm popularis gratiæ uiderentur, initio ſenatum turbarunt, & prius quidem ex Libya uenientes Micipſæ legati ingratè accepti fuerãt à ſenatu, quòd dicerent Micipſam C. Gracchi gratia frumentũ in Sardiniam miſiſſe.
38 Vt igitur Gracchum diutius in Sardinia detinerent, ut militibus ſucceſſores mitterẽtur, útque Oreſtes conſul in Sardinia remaneret, decreuerunt ut ſic Caius quoque remanere cõpelleretur. Sed ille re intellecta, ſtatim ob iram è Sardinia nauigauit, Romæque ex improuiſo conſpectus, non ſolùm inimicis, uerumetiã amicis reprehenſionis cauſam aduerſus ſe præſtitit, quòd cõtra maiorum exempla quæſtor ante conſulem è prouincia deceſſiſſet. Attamen cùm de ea re apud cẽſores accuſaretur, oratione habita ſic mentes omnium mutauit, ut magis iniurias paſſum iudicarent. Duodecim ſe annos militaſſe oſtendit, cùm lex cæteris decem in neceſſitatib. definiat. Quæſturam per triennium geſſiſſe, cùm lex finito anno reditum quæſtori permittat. Se unum plenos loculos pecuniarũ extuliſſe, uacuos reportaſſe, cùm alij potato quod ex-
39 tulerant uino, plenas auro atque argẽto amphoras reportarint. Poſt hæc rurſus accuſatus eſt quaſi particeps Fregellianæ coniurationis: in qua cauſa cùm omnem ſuſpicionem à ſe repuliſſet, purúmq; & inſontem eſſe conſtaret, ſtatim tribunatum petere properauit. In quo licet uniuerſa nobilitas ipſum oppugnaret, tamen multitudo tanta in urbem ex Italia confluxerat, ut domus tectáque deeſſent, nec turbam capere comitium poſſet, ex tectoriíſq; atque tegulis ſuffragia præſtarentur. Hoc duntaxat conando aſſecuta nobilitas eſt, ut non primo, quemadmodum ſperabat, ſed tertio loco tribunus crearetur. Poſtquam tribunatum iniit, ſtatim primus omnium collegarum apparuit: nam eloquentia egregiè præditus, & ob ea quæ paſſus fuerat acer & audax, ex quacunq; cauſa in complorationem Tiberij fratris ſermonem traducebat, cõmemorans quæ tunc facta fuiſſent, atque inde oſtendens maiores cõtra Faliſcos bellum intuliſſe, quòd Genutium quendam tribunũ plebis iurgio inceſſiſſent: & M. Vectium ultimo ſupplicio affectum, quòd tranſeunti per forum tribuno plebis de uia non ceſ-
40 ſiſſet. At iſti, inquit, ſpectantibus uobis Tiberium mactauerunt, & per mediã urbem
» tractum ex Capitolio in Tiberim proiecerunt. Amici quicunque capti, ſine iudicio
» necati ſunt. Atqui more maiorum, ſi quis capitali iudicio accuſatus, non ueniat ad ſe
» defendendum, tamen eum domi ante ianuam cõſiſtens nomenclator tuba citat, nec
» antè contra ipſum fertur ſententia. Ita cautè & diligenter maiores noſtri iudicia mo-
» derati ſunt. His ille uerbis multitudine concitata, & erat quidem magnæ uocis, & in dicendo firmiſſimus, duas tulit leges: alterã, ut qui magiſtratu per populum remotus eſſet, facultatem alterius magiſtratus ineundi non haberet: alteram, ut ſi quis in magiſtratu conſtitutus ciuem Romanum ſine iudicio necaſſet, in eum populi animaduerſio foret: quarum altera M. Octauius qui Tiberio rogante tribunatum dimittere iuſſus fuerat, notabatur: altera in Popiliũ, qui prætor amicos Tiberij in exilium pepu-
41 lerat, iudicium parabatur. Sed Popilius ſtatim per fugam ſibi cõſuluit. Octauiũ uerò

ipſe Caius ob Cornelię præces ſeruauit, lege abrogata: nec ingratum fuit populo Romano, cùm diceret in concione, ſe Cornelię matri precanti ſalutem Octauij conceſſiſſe. Nec ſanè ipſa Cornelia minus ob uirtutem filiorũ, quàm ob memoriam Aphricani patris à populo Rom. colebatur, cui etiam cùm poſtea ſtatua decerneretur, ſic ſcriptum eſt: Cornelię Gracchorum matri. Narrantur autem multa uenuſtè & oratoriè de Cornelia matre à Caio dicta aduerſus quendam inimicorum: Tu, inquit, Corneliam uituperare audes, quę Tiberiũ peperit? Cúmq; inimicus ille de mollitie notaretur, Qua ratione, inquit, te cum Cornelia comparas? an tu peperiſti ut illa? Atqui nemo ciuis ignorat, diutius illam ſine uiro fuiſſe, quàm te uirum. Multa huiuſmodi ex orationib. ſuis ſumi poſſunt, in quibus mordacitas uerborum apparet. Leges præterea tulit populares aduerſus potentiam ſenatus, ueluti de coloniis deducendis, de ueſtib. publicè militibus dandis ſine ſtipendiorum diminutione, de minorib. decem & ſeptem annis ad militiam non cogendis. Tulit & de ſuffragiis ſociorum, pares Italos & ciues conſtituens. Tulit & frumentariam legẽ de annona pauperibus aſſignanda. Tulit de iudicibus deligendis. Nam cùm ſoli antea ſenatores iudicarẽt, ob eámq; rem à plebe timerentur, trecentos ex equeſtri ordine iudices adiecit, parem ſenatoribus numerum ſtatuens. Hæc lex potentiam ſenatus magna ex parte præcîdit, atq; in ea lege ferenda, & alioqui egregiè diligentia uſum ferunt, & primùm omnium qui ante ſe fuerant ita concionatum, ut non ad ſenatum & comitium, ut mos erat, ſed ad forum conuerſus perſiſteret, quod poſtea ſemper in dicendo ſeruauit. Atqui ex hac parua re magna in republica mutatio oriebatur, traducta dignitate ad populũ, quaſi nõ de ſenatu, ſed de populo Romano is qui oraret, cogitare deberet. Cùm uerò plebs non ſolùm eam legem ſuſciperet, uerumetiã Caio poteſtatem daret ut ex equeſtri ordine quos uellet iudices eligeret, tunc quaſi regia ſuffultus potẽtia, etiam à ſenatu in dicendis ſententiis obſeruabatur. Quoties uerò ſententiã dicebat, ſemper aliquid decorum ac prẽclarum deferebat, quale fuit decretũ eius de frumento à Fabio miſſo. Fabius enim prorætor ex Hiſpania frumentũ tranſmiſerat: at Caius ſenatui perſuaſit, pretium ciuitatibus reddendum eſſe, Fabiúmq; reprehendẽdum ut grauem prouincialibus, & nimis durè imperantem. Ex quo ſenatuſconſulto magnã ſenatus laudem aſſecutus eſt. Decreuit etiam colonias deducẽdas, uiásq; muniendas, rem frumentariam procurandam: atque his omnibus dum agerentur, ipſe magiſtratum gerens, indefeſſo ſtudio, ac necubi deficiens prærat, tanta ac tam mirabili uigilantia & celeritate, ut ad ſingula dũtaxat uideretur intẽtus, adeóq; ipſe unus omnia obibat, ut etiam acerbiſſimi inimici obſtupeſcere cogerẽtur uirum per omnia efficacem atq; inuictũ. Delectabat uerò populum Romanũ ipſius aſpectus. Semper enim illum turba ingẽs ſequebatur operariorum, fabrorum, legatorum, magiſtratuũ, militum, ſtudioſorum, quos omnes benignè alloquẽs, & in humanitate grauitatem conſeruans, ſéq; unicuique illorum decenter impertiens, calumniatores oſtendit eos, qui ſe ut ſuperbum aut inhumanum criminabantur. Maximè uerò diligẽtem circa uiarum procurationem ſe præſtitit, tum utilitatis cauſa, tum etiam ornatus. Rectis quidem regionibus uias deduxit, & eas partim lapide incuſſo ſtrauit, partim arenæ muniuit aggeribus, iniqua adæquans, & quantùm ualles torrentésq; abrumpebant, pontibus æquali altitudine ac procliuitate coniungens, pulcherrimam operis ſpeciem oſtendit. Dimenſo præterea uiarum ſpatio, ſingulis milliariis (eſt autem milliarium paulò minus quàm octo ſtadia) columnas lapideas ſpatii ſigna prẽferentes conſtituit. Alios inſuper lapides parum inter ſe diſtantes ex utraq; uiarum parte diſpoſuit, ut ex illis faciliter & ſine ſaltu in equos eſſet aſcenſus. Ob hæc cùm à populo Romano laudaretur, omniáq; concedere ſe paratum oſtenderet, dixit in concione ſe pro his rebus gratiam petiturum: quæ ſi concederetur ſibi, pro ſummo beneficio acciperet: ſi negaretur, non grauiter ferret. Hæc uerba expectationem dederunt, quaſi conſulatum petere uellet. Inſtantibus

Leges à Gracho latæ.

41

43

44

45

ſtantibus igitur conſularibus comitiis, cunctíſq; in expectationem adductis, prodiit Gracchus in campum unà cùm amicis, C. Fannium ad conſulatum petendum adducens, pro eóque rogans, deſignari conſulem fecit. Ipſe uerò Gracchus tribunus plebis
46 ſecundũ creatus eſt, plebe id iubente, ſine ulla ipſius petitione. Sed cùm animaduerteret ſenatum ſibi infenſum, Fannium uerò conſulem ob idipſum minus potentem, quòd ſibi amicus putabatur, rurſus aliis legibus promulgatis, animos plebis ſuſcitauit, colonias Tarentum atque Capuam mittendas, & Latinos in communionem ciuitatis uocandos decernens. At ſenatus metuens ne omnino inexpugnabilis fieret Gracchi potẽtia, nouum & inuſitatum remedium adinuenit. Vt enim ſtudia hominum ab illo diuerteret, mulctas contra bonum æquúmq; plebi concedere decreuit, per hũc modum. Erat Liuius Druſus collega in tribunatu, uir claro loco natus, & ingenio, eloquentia, diuitiis plurimùm pollens. Huic ſenatus perſuadet, ut unà ſecum aduerſus Caium inſiſtat, ſine ulla plebis offenſa, ſed ea plebi miniſtrans, pro quibus
47 aduerſus eam reſiſtere pulchrum eſſet. Permittẽs igitur tribunatum ſuum Druſus arbitrio ſenatus, leges tulit, nec præclarum aliquid nec fructuoſum reipub. continẽtes, ſed unum duntaxat agentes, ut C. Gracchus uoluptate & gratia apud plebem ſuperaretur. In qua re ſeipſum arguit ſenatus, non res à Caio geſtas moleſtè ferre, ſed perſonam eius oppugnare uoluiſſe. Nam Graccho duas colonias decernenti reſtiterunt, quaſi populum exhauriret. Liuio autem duodecim colonias, & tria millia ciuium in ſingulas earum deducendas cenſenti, libentiſſimè aſſenſerũt. Et rurſus Graccho pauperibus agrum diuidenti, & penſionem reipublicæ ob id ſoluendam cenſenti, quaſi gratiam plebis aucupanti, aduerſati ſunt. Liuius autem etiam penſionem remouens, eis placebat. Caius paria ſuffragia Latinis concedens, ſenatum offendit. Liuio autem, ne liceret quenquam Latini nominis in exercitu flagellis cædi legem ferenti, auxiliati ſunt. Illud tantùm utilitatis in rebus Liuij fuit, quòd quoties de his rebus ad populum ferret, prædicabat ſe ea dicere ex conſenſu & approbatione ſenatus: quæ res populum in gratiã ſenatus reducebat, antiquarum contentionũ deleta memoria. Maximè uerò Liuio profuit ad authoritatem & gratiam, quòd nũquam propriæ commoditatis cauſa legem tuliſſe apparuit: nec deducendis coloniis præeſſe uoluit, ſed alios præfecit: nec pecunias tractauit, cùm ipſe Caius pleraq; eorum quæ decernebat, per ſeipſum exequeretur. Poſt hæc Rubrio quodam Gracchi collega referẽte, cùm plebs ſciuiſſet ut Carthago à P. Scipione nuper euerſa reſtitueretur, & ſorte Caio eueniſſet, ut ea de cauſa Libyam nauigaret, etiam maior tũc Druſus per abſentiam Caij factus,
49 maximè Fuluianis creuit caluniis. Erat enim Fuluius C. Gracchi familiaris, & in diuiſione agrorum collega, uir ſeditioſus, & ſenatui inuiſus, nec plebi charus propter ſuſpicionem, quòd fama erat, ſocios ad defectionem ſolicitaſſe. Quibus ſine probatione argumentóq; iactatis, ipſe Fuluius fidem non ſani neque quieti animi oſtẽdebat. Ea res Gracchi potentiã minuit, ut illius inuidię ſocij. Et cùm Scipio Aphricanus ſubitò defunctus eſſet, ſignáq; nonnulla plagarum & uiolentiæ (ut in eius uita ſcripſimus) in ipſo mortuo appareret, maxima de Fuluio ſuſpicio fuit, utpote inimico, & ea ipſa die contra Scipionẽ publicè inuecto. Attigit uerò etiam C. Gracchũ ea ſuſpicio: ac tam graue facinus in ſummum uirum & principem ciuitatis perpetratũ, non modò ultione, ſed redargutione etiam caruit: quoniam plebs ſolicita de ſalute Gracchi, ne ille forſan particeps necis inueniretur, iudicium diſſoluit. Sed hæc prius facta erãt.
50 In Libya uerò dum Carthaginem quam Iunoniã appellauit, Gracchus reſtituit, permulta impedimenta à genio loci tradunt oppoſita. Nam primùm ſignum ui uentorum correptum, cùm ſignifer ualidè reſiſteret, fractum eſt: & ſacra altaribus impoſita ſurgens procella diſſipauit, & extra terminos deſignatæ urbis abiecit. Ipſos præterea terminos lupi inuadentes ac turbantes longè detulerunt. Attamen Gracchus omnib. conſtructis atque ornatis, ſeptuageſimo die poſtquam Roma diſceſſerat, in urbem

reuersus est,audita Drusi aduersus Fuluiũ infectatione, & rebus urbanis præsentiam
eius efflagitãtibus.Nam L.Opimius uir potens in senatu, qui prius in petitione con-
sulatus succubuerat,C.Graccho Fannium in comitiis præferente,tunc iterum petẽs,
multis adiuuantibus,si consul fieret, potentiam Gracchi quæ iam quodãmodo con-
senuerat,ob multitudinem ad gratiam plebis, ipso concedente senatu, rempub. ge-
rentium,depositurus uidebatur.Postquam igitur Romam rediit, quò popularior fo- 51
ret,ex palatio ubi prius habitabat,in locum foro propinquum, ubi complures egeni
& tenues ex plebe homines habitabant,immigrauit.Deinde cùm alias promulgasset
leges,ob quas frequens concursus ad eum fiebat, senatus Fannio consuli persuasit, ut
omnes præter urbanam multitudinem urbe depelleret. Facto igitur per præconem
mandato,duro quidẽ atq; insolito,ut nullus ex sociis atque amicis populi Ro.per eos
dies Romæ adesset,opposuit Caius edictum, per quod consulem quidem reprehen-
dit,sociis autem si manerent, opem se laturum aduersus insolentiam consulis polli-
cebatur,quod tamen non fecit. Nam cùm cerneret quendam ex hospitibus ac fami- 52
liarib.suis per apparitores cõsulis trahi,permisit,nec restitit, siue uiribus suis diffisus,
siue,ut ipse inquit,nolens principium pugnæ cupientib.aduersariis præstare.Et fortè
euenerat, ut collegas etiam suos per id tempus haberet infensos ex huiusmodi causa.
Futurum erat in foro gladiatorum spectaculum,& magistratuũ plerique constructis
circa forum ad spectaculum locis,ea mercede locabant.Hæc loca Caius per edictum
purgari iussit,ut plebs spectare sine mercede ualeret. In quo cùm sibi non pareretur,
expectata quæ certamen præcedebat nocte, constructiones ipsas per operarios & fa-
bros suos demolitus,uacuum ad spectandum multitudini locum ostendit.Quòd fa-
ctum ut plebi gratum fuit,sic collegas ab eo tanquam agresti superbóq; alienauit:at-
que ex ea re tertium tribunatum creditur amisisse,suffragiis quæ plurima præstaban-
tur,malignè & fraudulenter per collegas occultatis.Sed hæc non satis clara sunt.Tu-
lit uerò hanc repulsam grauiter & iniquo animo.Aduersus inimicos ridentes insolẽ-
tius quàm par erat inclamauit, eos Sardonium risum ridere, ignaros quàm magnis
tenebris ex suis actis circunfundantur.Cùm autem Opimius consul factus multas ex 53
legibus à Caio latas abrogaret,& Carthaginem in aliũ locum transferendam decer-
neret,atq; ea faceret,ut Caius irritatus,necis suæ occasionem præstaret,primo tẽpore
tolerãtiam habuit:sed ubi familiares amicíq;,& in primis ipse Fuluius, incitare eum
cœperunt,contracta multitudine aduersus consulem resistere statuit. Ad quam rem
tradunt matrem Corneliam ipsum adiuuisse,latenter multitudine cõducta ex agris,
in urbem sub messorum specie transmissa, ut in ipsius Corneliæ epistolis ad filiũ sub
ænigmatis scriptum legitur: licet tradant nonnulli Cornelia repugnante hoc à Caio
factum.Quo die Opimius de abrogandis legibus erat relaturus, prima luce ab utrisq;
Capitolium occupatur.Ibi dum consul sacra faciſſet,minister quidam Antyllius
nomine intestina asportans,illis qui circa Fuluium erant,dixit: Cedite bonis ciuibus 54
mali ciues.& adiungunt quidam ipsum in obscœnam figuram brachium nudum si-
mul his dictis per iniuriam ostendisse.Hic ergo statim occiditur magnis stylis, ea de
causa,ut dicitur,comparatis.Ea cædes populum quidem turbauit,ducum uerò ipso-
rum uaria mens fuit. Nam Caius quidem indoluit,& eos qui id fecerant, reprehẽdit.
Opimius uerò quasi occasione parta, ad ulciscendum suos cohortatus est. Imber ea
die certamen diuisit: postridie uerò summo mane cõsul senatum in curiam uocauit,
atque dum ibi de repub. agitur, quidam, ut ordinatum erat, Antylli corpus feretro
impositum cum planctu & lamentatione in forum secus curiam ipsam detulerunt.
Simulante consule id se admirari, senatus progreditur, positóq; in medio eorum fe-
retro,ueluti super magnum facinus patres inclamant. At multitudinem indignatio 55
habebat,quòd Tiberij Gracchi tribuni pleb. in Capitolio nuper occisi corpus in Ti-
berim proiectum fuerat,ministrum uerò Antyllium, qui etsi non iure necatus esset,
iustas

iustas tamen præstiterat irarum causas, in foro circunfusi senatores populi Rom. de-
plorarent,eúmq; ostenderent ad necem reliquorum ciuium, qui plebem Romanam
defendebant.Senatus post hæc in curiã reductus decernit ut Opimius consul uideat,
ne quid respub.detrimenti capiat.Ille statim iubet,ut senatus arma capiat,útq; equi-
tes Romani singuli binos seruos cum armis postridie adducant. At Fuluius contrà se
parare,& plebem colligere incœpit. Sed Gracchus ipse foro abiẽs, iuxta patris Grac-
chi statuam constitit,atq; eam diutius cum silentio intuitus, tandẽ flens suspiránsq;
discessit. Ob hoc multi ex plebe homines in cõmiserationem adducti, ac seipsos ca- 56
stigantes,quòd hominem derelictum proditúmque patiantur, prosequuti custodiæ
causa,circa ædes eius pernoctarunt,non potationibus & clamoribus intẽti,ut hi qui
circa Fuluium excubabant. Nam illi ebrietatibus & tumultu noctem transegerunt,
ipso Fuluio in primis lasciuiente,& contra ætatem suam multa dicente, agentéque.
At apud Gracchum nihil simile, sed tanquam in publica calamitate mœsti & futu-
rum spectantes,partitis uigiliis excubabant. Albescẽte igitur die, Fuluius uix è som-
no propter uinolentiam excitatus, suos armat spoliis Galatarum, quæ domi suæ ex
triumpho supererant,ac subitò minaci clamore in Auentinum montẽ euadit: Caius
uerò nec armare quidem se uoluit, sed tanquam in forum iturus, togatus processit,
paruo duntaxat accinctus gladio.Exeuntem domo uxor in uestibulo prosecuta, atq; 57
» altera manu natum tenens, altera uirum apprehendens, inquit: Non te Cai nunc in
» rostra tribunum plebis & legumlatorem transmitto,nec ad bellũ glorioſum, in quo
» etsi aliquid accidat aduersi,saltem honestum mihi luctum relinquas:sed Tiberij fra-
» tris tui interfectoribus te obiicis inermem. rectè id quidem, ut patiaris magis,quàm
» agas. Vicerunt enim peiora, ui & ferro iudicia peraguntur. Si apud Numantiam fra-
» ter tuus occubuisset, at corpus ad sepulturam reddidisset hostis: Nunc autem & ego
» fortassis fluuio quodam aut mari te prosequi cõpellar, obsecrãs an sicubi in his tuum
» corpus appareat. Quid enim aut diis aut legibus quis credat post Tiberij mortem?
Hæc deplorantem Liciniam dissoluens sensim à cõplexu Caius, unà cum amicis si- 58
lens ire perrexit.At illa uestem eius capere gliscẽs,solo procubuit semianimis,donec
ministrorum manibus sublata, ad Crassum fratrem delata est. Fuluius ubi omnes in
unum conuenerunt, uoluntatem Gracchi secutus, iuniorem filium cum caduceo in
forum transmisit.Erat hic adolescẽs egregiæ formæ, qui cùm honestè ac decorè cum
lachrymis de concordia ad senatum & consulem locutus esset, ac pleriq; eorum qui
» aderant ad concordiam flecterentur, Opimius consul, Non nuntiis, inquit, senatui
» persuadendum,sed descendendum ex Auẽtino, ac se iudicio senatus ut obnoxios ci-
» ues subiiciendum esse,atque ita ueniam postulandam.Et simul adolescenti edixit,ut
uel cum iis rediret,uel omnino non rediret. Caium itaque tradunt uoluisse in forum
descendere,ut senatui loqueretur:sed cùm id cęteri non probarent,rursus adolescens
à Fuluio cum mandatis haud dissimilibus remissus est. At Opimius pugnãdi auidus 59
puero statim in custodiam tradito, contra Caium & Fuluium profectus cum multi-
tudine armatorum & sagittariorum Cretensium, ferit aduersarios ac perturbat. Fa-
ctáque exinde fuga Fuluius in quoddam balneum se coniecit, ac paulò pòst depre-
hensus unà cum maiori filio occiditur. Caium uerò nullus ea die pugnantem cõspe-
xit,sed ea quæ gerebantur permolestè ferens,in templum Dianæ se retulit,manúsque
sibiipsi afferre cùm uellet,à Licinio & Pomponio fidissimis familiarib. suis prohibe-
tur:hi nanq; præsentes gladium ademerunt,& ad fugam cohortati sunt. In quo loco
dicitur Caius in genu procumbens,& manus ad deam tendens precatus fuisse,ut po-
pulus Romanus pro tanta ingratitudine ac proditione nunquam à seruitute exime-
retur:palàm enim cuncti ipsum deseruerant, quam primùm fuit eis per præconẽ im-
punitas, si inde,discederent, concessa. Fugientem ergo Caium aduersarij prosecuti, 60
cùm iuxta pontem ligneum iam assequerẽtur,familiares duo quos suprà memorau,

Val.Max. li. 4. cap. 7.

illum procedere ac maturare fugam iubent: ipsi uerò in ponte ipso ruentibus aduersariis se obiicientes, non prius quenquam transire permiserunt, quàm ipsi pugnantes occisi sunt. Cum Caio seruus unus aufugerat Philocrates. At cùm uniuersi certatim eum ad fugam hortarentur, nemo tamen auxilium præstaret, nec petéti equum quisquam cõcederet, & iam aduersarij adessent, præripit ille se in sacrum deorum nemus, ibíque occiditur per manus Philocratis serui, qui primò dominum, deinde seipsum peremit: quanquam tradunt nonnulli ambos in manus inimicorum uiuos peruenisse, sed seruum dominum complexum nõ prius diuelli potuisse, quàm ipse cæderetur. *C. Gracchi mors.*

Caput Gracchi tradunt abscissum primò ab alio, deinde ab amico quodam Opimij Septimuleio nomine per uim ablatum. Nam promissum erat in principio pugnæ, ut 61
qui Caij & Fuluij capita referret, æquum auri pondus ex publico acciperet. Relatum est igitur à Septimuleio pilo transfixum, statera deinde impositum librarum decem & septem ac dimidiæ põdus traxit, Septimuleio improbè machinato, nam detracto cerebro, plumbum infuderat. Qui uerò Fuluij caput retulerunt (erant nanque ex tenuioribus) nihil omnino reportarũt. Corpora Caij & Fuluij & aliorum omnium (circiter enim tria millia cæsa fuerant) in Tiberim proiecta, bonáque eorum publicata. Edictum est mulieribus ne lugerent. Dos Liciniæ uxori adempta. Crudelissimi uerò omnium in eo fuerant, quòd Fuluij iuniorem filium concordiæ sequestrem, quem paulò antè diximus à consule captum & in custodiam traditum, cùm is nec in prælio fuisset, nec manus in arma intulisset, tamen post uictoriam acerbissimè necauerunt. Super omnia tamen plebem afflixit templum Concordiæ ab Opimio constructum. 62
Iactatio enim quædam uisa est atque superbia, & quasi de nece Romanorum ciuium triumphus. Itaque per noctem sub ipsius templi hypogrammate quidam scripserũt hunc uersum:

O pus uecordiæ templum Concordiæ facit.

Hic tamen Opimius qui primus in consulatu Dictatoris potestate fretus est, quíque supra tria millia, Caium Gracchum, & Fuluium Gracchum, quorum alter consularis & triumphalis, alter suæ ætatis uirtute & gloria princeps fuit, indemnatos occîdit, furti crimine non caruit. Nam missus postea legatus ad Iugurtham Numidię regem, & pecunia corruptus, cum summo dedecore in iudicio cõdemnatus, infamis consenuit, inuisus ac spretus à populo Rom. qui etsi iuxta res ipsas perculsus metu se contraxerat, tamen paulò pòst desiderium & beneuolentiam Gracchorum apertè ostendit. Nam & statuas illorum posuit celeberrimis urbis locis, & ubi illi occisi fuerant, 63
sacella ædificauit, coluítq;, & sacrificia quotidie in his fiebant, procumbebátq; multitudo, ut deorum templis. Ipsa etiam Cornelia mater dicitur, & cætera omnia quæ fors attulerat, generosè tulisse, & de sacellis ipsis dixisse, dignas eorum corpora sepulturas habere. Ipsa uerò circa Misenos uitam duxit, nihilo de priore consuetudine immutata. Erat ei ingens amicorũ multitudo, & ea de causa frequens hospitalitas. Nam è Græcia eruditi homines, & à cunctis regibus dona ferentes referétésque nuntij, domum eius frequẽtabant. Fuit illi dulcissimum patris Scipionis facta commemorare, mirabilísque cùm de filiis loqueretur, atque illorum casus facta referret, indolentia, quasi fabulam quãdam rerum antiquarum enarraret. Vnde quosdam suspicari coegit, ne ob senectutem & doloris magnitudinem sensum amisisset, ipsos nimirũ absq; 64
sensu, non intelligentes quantùm generositas naturæ & educatio laudabilis prosit hominib. aduersus dolorem moderatè perferendum, quódque fortuna aduersus uirtutem bona custodientem interdum prœualet, sed in cadendo moderationem animi ferentis aduersa non aufert.

Lysander

Lysander.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 ACANTHIORVM Delphis thesaurus inscriptione huiusmodi habet: Brasidas & Acanthij ab Athenienſibus. Hinc factũ est ut multi statuam quæ foribus applicita intra templum posita est, Brasidę esse putarint. Est autem Lysandri, ad uiuã eius imaginem expressa, densa cæsarie, & ritu ueteri promissa barba, generosum quendam in modum. Neque enim, quemadmodum putant quidam, Argiuis, cùm magno prælio succubuissent, ob cladem acceptam caput tondentibus, aduersarij Spartani uictoria exultantes comam alere cœperunt. Nec Bacchiadis Corintho Spartam fugientibus, quòd promissa coma horridi tristésq; aspectu admirationi Spartanis essent, cœpta tum ali Spartę coma est: sed ex institutis Lycurgi ad Lacedæmonios peruenit, quem dictare solitum aiunt, eorum qui honesta facie forent, accedente coma decorem magis augeri: at iis qui deformes essent, ex ea plus terroris 2
ineſſe. Lysandri pater Aristocletus ex prosapia minimè sanè regia, cæterùm ex Heraclidarum genere natus esse dicitur. Lysander in rei familiaris educatus angustia, sese patriæ legibus obtemperantem ut quisquam alius præbuit, nec minus fortẽ, & omni uoluptate superiorem, nisi si qua ex honore & rebus rectè ac magnificè gestis efferebatur. Hoc uoluptatum genere adolescentes superare Spartana ciuitas turpe nequaquam existimat. Pueros enim ab ineuntibus statim annis aliquo affectionis stimulo ad gloriam duci uolunt, ut ita & uituperatos dolor angat, & laudes ad maiora prouehant. Quem uerò hæc ipsa non tangunt ac permouent, ut ab honore alienum, & ad uirtutem omnino secordem & ignauum aspernantur. Itaque Lysandro honoris cu- 3
piditas & contentionis studium à Laconica disciplina permansit innatum. Quibus in rebus eius natura magnopere incusanda non est. Ad colendos autem urbis primores supra Spartani hominis morem pronus uidetur extitisse. Ad tolerandum insuper magistratuum pondus uocante necessitate, facilis, quod ad rei ciuilis aptitudinem aliqui non mediocrem particulam faciunt: Aristoteles cùm melancholicorum demonstret ingenia, ut Socratis, ut Platonis, ut Herculis, Lysandrum non statim, sed ætate iam grandiore in melancholiam incidisse scriptum reliquit. Eius est maximè proprium, quòd cùm paupertatem moderatè tulerit, nullo in loco uictus aut corruptus pecunia, patriam tamen diuitiis & diuitiarum auiditate imbuerit: quam cùm opes minimè mirantem admirarentur omnes, eam intercepit admirationem post Athenienſe bellum, ingentem auri atque argenti uim introducens, cùm interim sibi 4
ne unam quidem drachmam reliquam faceret. Dionysius tyrannus ingentis pretij ex Sicilia tunicas ad eius filias miserat, quibus repudiatis, Vereor, dixit, ne per has lõgè deformiores appareãt. Non longè pòst ad eundem tyrannũ missus eadem ex urbe legatus, duabus ad se missis ab illo stolis, ut utram uellet filiæ deferendam eligeret, Illam ipsam melius delecturam inquit: & acceptis ambabus abscessit. Postea cùm Peloponnesium bellum diutius duraturum uideretur, & Athenienſes post acceptã cladem in Sicilia confestim ex maris imperio iectum iri suspicio esset, nec multò pòst omnimoda rerum desperatione laboraturos: Alcibiades ab exilio reuocatus & rerum summæ præfectus, magnam adeò fecit mutationem, ut naualia certamina æquatis iam uiribus constituerit. Pauore igitur Lacedæmoniis rursus iniecto, promptis animis ad id bellum recentes facti, cùm & imperatore grauissimo, & apparatu ualidiore 5
indigere uidebantur, ad maritimum imperium Lysandrũ emittunt. Profectus Ephesum ciuitatẽ sibi quidem amicã, & Laconicas partes promptissimè fouẽtem inuenit:

Capitis intõsi consuetudo unde orta.

Plutarchus in Apophtheg.

cæterùm per id tempus infelicem, & ne barbaricis Perſarum moribus efferaretur pẽ-
riclitantem, quippe cui Lydia circunfuſa frequentes immiſceret conuenas, & duces
ibi regij diutius otia tererent. Itaque iaciens ibi uallum, & onerarias undique naues
contrahens, magnúmque ad ædificandas triremes apparatum ordiens, Epheſiorum
portus mercaturis, forum negotiatoribus, domos atq; artificia opibus lucríſq; refer-
ſit. Ex illo primùm tempore ipſius amplitudinis ac magnificẽtiæ, quã ciuitas in præ-
Iuſtinus li. 5. ſentia uiget, ab Lyſandro ſpes exorta eſt. Accipiẽs deinde regis filium Cyrum Sardis
ueniſſe, ut in eius colloquium ueniret aſcẽdit, ſimul & Tiſaphernis crimina deferret.
Cui cùm edictum eſſet, ut Lacedæmoniis auxilio eſſet, ac ex mari Athenienſes ſum-
moueret, remiſſior & minimè prõptus uidebatur, quò Alcibiadi morem gereret, &
ad ſoluendã naualem potẽtiam tenuiter ac malignè neceſſaria ſuppeditabat. Cupie- 6
bat & Cyrus Tiſaphernis operas uitio dari, & turpes de illo rumores diſpergi, cùm
propter hominis improbitatẽ priuatas cum illo inimicitias exerceret. Hiſce de cau-
ſis & aliis item rationibus, tum uerò ſingulari cõſuetudinis comitate charus, & ado-
leſcentem magis alliciẽs, eum ad bellũ firmius animauit. Cyrus illum cùm diſcedere
uellet conuiuio accipiens obſecrabat, ut nullas eius liberalitates munificentiásq; re-
pudiaret, ſed quicquid optaret, explicaret, ac peteret, nullã repulſam paſſurus. Exci-
piens Lyſander, Quandoquidem, inquit, Cyre, tantùm prõptitudinis habes, peto at-
que hortor, ut ſtipendio nautico unum adiũgas obolum, ut pro ternis obolis quater-
nos captare liceat. Cyrus igitur hominis magnificẽtia delectatus, ei decẽ daricorum
millia dedit. Ex quibus additum nautis annumerans obolũ, & ſplendoris plurimùm
uendicauit, & breui tẽpore hoſtiles naues euacuauit. Nam ad eos qui maiorem mer- 7
cedem exhibebant, frequẽtes cõmigrabant: quíq; manſerant & ſegnes erant, & ſedi-
tiones agitabant, & mala ductoribus quotidie ingerebant. Lyſander licet auulſis &
detrimẽto affectis hoſtibus, nauali tamen pugna cõfligere auſus non eſt. Alcibiadem
enim ſtrenuũ & acrem uirũ, & nauium multitudine ſuperiorẽ, & ad uniuerſa mari-
tima & terreſtria ad id tẽpus prælia inuictũ reformidabat. Poſtquã Alcibiades è Sa-
mo Phoceam enauigans, claſſis præfectũ reliquit Antiochũ, Antiochus habito quaſi
per contumeliam Lyſandro, factus audacior, duabus aduerſus illum triremibus in
Epheſiorũ portum annauigat, & magnis riſibus ac plauſu inſolẽter uſus, curſum prę-
ter nauale duxit. Id ferens indignè Lyſander, non multas ab initio triremes deducẽs,
inſectari cœpit Antiochum. Subinde ferentes auxilium cõſpicatus Athenienſes, re- 8
liquas implet: nauali denique pugna cõſerta, uictor Lyſander quindecim captis tri-
remibus, trophæum erexit. Ea re ira cõcitatus in urbe populus, Alcibiadem exautho-
randum cenſuit: qui dehinc ab iis qui circa Samum ſtatiua habebãt militibus igno-
miniosè habitus, & malè de ſe audiens, in Cherroneſum ex caſtris nauibus profectus
eſt. Hanc pugnam, licet re geſta nequaquam ingentem, fortuna ipſa per mortalium
ora propter Alcibiadem uolitare faciebat. Lyſander ex urbibus accerſitus Epheſum,
cùm nonnullos audacia & ſpiritu ſupra uulgus elatos cerneret, occulta ſeminabat
initia, ut, quemadmodum poſtea factum eſt, decemuiratum crearent, & rebus no-
uandis intenderent. Nec minus ſolicitabat ac irritabat, ut ſubtiliter conſpirantes ſic
rebus animos adhiberent, ut in deſtruendis Athenienſibus, ſimúlque ex urbibus ex-
pellendis, illos per eorum patrias potentiam uendicaturos intelligerent. Horum fi- 9
dem re ipſa quibuſq; præbuit, amicos atque hoſpites ad imperia, ad res ampliſſimas,
ad honores prouehens, próq; illorum auaritia uiolandi iuris & peccatorum adiutor
& ſocius. Quocirca omnes illi mentem attendere, gratioſi in eum uideri, illius deſi-
derium præ ſe ferre, illo uictore & imperium obtinente nihil nõ aſſecuturos ſpe-
rare. Eapropter claſſis præfectum Callicratidam Lyſandro ſuccedentem ab initio
uidebant inuiti, neque ſui mores imperij ſimplices quidem & Dorico ritu ueros
approbabant, cùm poſterius dato de ſe periculo, uir præſtantiſſimus & iuſtiſſimus
appa-

apparuiſſet. Cæterùm huius uirtutẽ non ſecus ac in ſemidei cuiuſdam ſtatua pulchri-
tudinem admirati, illius ſtudium in amicos, charitatẽm & utilitatem quæritabant, a-
10 deò ut eo nauim conſcendẽte, prę mœrore lachrymas effunderent. Eos adhuc in Cal-
licratidam inuiſos magis reddebat, quòd ex argento etiam in nautas à Cyro tradito,
quod reliquum fuerat, Sardis remiſit, cúmque petere ſi uellet, & de alendo milite co-
gitare iuſſit. Enauigaturus denique illum teſtatus eſt, ſeſe nauales ita copias tradere,
ut in poteſtate mare habeant. At ille ſuperbam & inanem hominis iactãtiam redar-
guere uolẽs, Tu igitur læuorſum captata Samo, & circa Miletum nauigatione defle-
xa, illic mihi triremes tradito. Nam ſi mari imperamus, hoſtẽ in Samo cõmorantẽ, ut
nauigando formidemus opus non eſt. Cui Lyſander: Naues ipſæ nõ meo quidem, in-
quit, ſub imperio, uerùm ſub tuo ſunt. Quo dicto in Peloponẽſum contẽdit, magna
perplexũ ambiguitate relinquens Callicratidã: nec enim ullas ſecum ex domo pecu-
nias deferens acceſſerat, nec ex oppidis propter eorum inopiam ac tenuitatẽ tributa
colligi patiebatur. Reſtabat igitur, ut ſicut Lyſander fecerat, eũtes ad regias fores du-
11 ces peterẽt. Quam quidẽ ad rem uir ille ineptiſſimus erat, qui ingenuus & animo ex-
celſo præditus, omnem ex Græcis in Græcos cladẽ honeſtiorẽ exiſtimaret, q̃ barbaris
adulari, & eorũ fores adire, qui præter magnã auri uim nullũ bonũ habeant. Vrgente
tamen neceſſitate Lydiam aſcendẽs, Cyri regiã petiit, referri iubens Callicratidã claſ-
ſis præfectũ cum eo collocuturũ aduentaſſe. Ei ianitore quodã aduentaſſe. Ei ianitore quodã aduentaſſe dicente, Nunc Cyro, ô
peregrine, nequaquã otium eſt, ipſe enim potat: Callicratidas magna quadã ſimpli-
citate reſpõdit, Graue profectò nihil eſt, hîc enim ſtans quoad potet, expectabo. Tũc
ruſticus exiſtimatus, & à barbaris deriſioni habitus, abſceſſit. Secundò reuerſus cũ in-
tra fores nõ admitteretur, moleſtè ferẽs, in Epheſum abiit, multa imprecatus iis ma-
la, qui barbarorũ deliciis illecti, eos per opulentiã incontinẽter laſciuire docuiſſent,
deósque præſentibus teſtatus eſt, ſe quamprimùm Spartam tetigerit, omnẽ daturum
operã, ut in gratiã Græci priſtinã reuertãtur, quò barbaris terrori ſint, & in mutuam
12 cædem illorum potẽtiam implorare deſinant. Verùm Callicratides pro Spartana di-
gnitate gerens animos, cùm æquitate, magnanimitate, ac fortitudine excellentiſſimis
Græcorũ par eſſet, paruo deinde tẽpore nauali pugna ſuperatus, in Argenuſis eſt dele-
tus. Rebus retro ferri cœptis, ſocij miſſa legatione Spartam, claſſis ducẽ Lyſandrũ de-
poſcebant, uti ſub eo imperatore negotia ardentius amplexuri. Eadem & Cyrus fla-
gitans miſerat. Vetante uerò lege bis eũdem claſſis præfectum fieri, cùm Lacedæmo-
nij morem ſociis gerere uellẽt, præfecturæ quidem nomen Araco cuidam impoſue-
rant: cæterùm Lyſandrum uerbo quidem legatum, re autem uera cunctorũ ſummę
præficiunt. Plurimis igitur, qui in rebuſpublicis uerſabantur, & in eorũ urbibus mul-
13 tùm poterant, dudum exoptatus aduenit. Spes enim iniecta erat, eius opera ampliо-
res illorum potẽtias futuras, re populari omnino diſſoluta. Qui uerò ſimplices ac ge-
neroſos imperatorum mores amabant, Lyſandrum quoties Callicratidæ compara-
retur, uerſutum, captioſúmque cenſebãt. Qui res bellicas uariis tractans modis, ipſam
quoque iuſtitiam utilitate amplificabat, alioqui cõmodis ut honeſtate utens, & uera
mendaciis non natura præſtantiora exiſtimans, utriuſque pretium atque honorẽ ne-
ceſſitate definiebat. Quíque Herculis progeniem ſine fallaciis belligerare dignũ iu-
dicabant, eos irrideri iubebat. Quò enim leonis pellis non attingeret, inſuendam eſſe
uulpinam. Huius generis ſunt, quæ in Mileſios feciſſe dicitur. Amicis atque hoſpiti-
bus populare potẽtiam ſeſe diſſoluturũ eſſe promiſerat, ſimúlque aduerſam factionẽ
14 eiecturum. Mutatis interim ſententiis, cùm pacatis animis inimicitias depoſuiſſent,
aperto quidem uultu & gratulari, & conciliandis opem afferre ſimulabat, clàm uerò
conuitiis & maledictis ad inuadendã multitudinẽ inſtigabat. Vt autẽ inſurgentium
tumultũ accepit, cueſtigio auxiliũ importaturus oppidũ irrumpẽs, quos rerũ nouarũ
ſtudioſos habebat obuiam grauiore tono uocis increpabat, & aſperrimè perducebat,

ut ſupplicium illis inflicturus:alios confidentiores eſſe iubebat, ut eo præſente graue nihil expectaturos. Hæc ipſa ſimulator tam uariè fingebat, ne qui dominatione populari potentes erant,euaderent,ſed circa urbem reſidẽtes,cæderentur, quod & euenit:ſiquidem uniuerſi fide Lyſandri dictis habita,ſunt interfecti. Androclidæ ſermo memoriæ proditus eſt,permultam Lyſandri ad iuſiurandum leuitatem arguens.Is enim,ut aiunt,iubebat pueros quidem aſtragalis,uiros autem iureiurando fallere,Polycratem Samium tyrannum imperator nõ rectè profectò imitatus. Haud enim Laconicum,ſed contumelioſius eſt deis ſicut & hoſtibus uti.Nam quiſquis abiurat,hoſtem quidem formidare,Deum uerò negligere cõfitetur. Cyrus Lyſandro Sardis accerſito,ut ei iuueniliter aſſentaretur,ipſius gratia nõnulla præſtare præ ſe tulit, quædam ſubinde pollicitus, ſi pater minimè traderet, uel domeſticam ſuppellectilem ſuppeditaturum. Quòd & ſi cuncta defuerint,aureum & argenteum ſecturum eſſe ſolium,unde populis ius dicere conſueſſet. Denique in Mediam ſuum profectus ad patrem,ciuitatũ tributa illi ſuſcipienda deſignauit, & eius fidei proprium cõmendauit imperiũ,gratum in primis habens,& omni rogatu ab eo uehementer cõtendens, ne ſuum ante reditum cum Athenienſibus nauali certamine dimicaret,aduenturum nanque magnam ſecum claſſem ex Cilicia & Phœnice ducentem. Lyſander cùm neque pari multitudine pugnare, neque tot cum nauibus otioſus ſedere poſſet, nõnullas in poteſtatem redegit inſulas,Aeginam quoq; ac Salaminam adiẽs,incurſationibus uexauit. Dehinc deſcẽdit in agrũ Athenienſem,ubi ſalutato Agide,quia ex Decelia uenerat,pedeſtribus copiis uires maritimas oſtendere uoluit, quibus maris ditionem obtinebat.Tamen interea doctus inſectantes illum Athenienſes aduentare,aliò per inſulas curſu effugit in Aſiam.Deſtitutum offendens Helleſpontum, Lampſacenos aggreſſus eſt nauibus.Thorax quoque pedeſtres ſimul expeditas muris admouit copias.Vrbem itaque capiens ui,prædam militi conceſſit.Attica uerò claſſis centũ & LXXX.triremium eo tempore penes Elæuntem Cherroneſi oppidum ſtabat in anchoris:Audita Lampſacena clade cõfeſtim Seſtum aduehũtur,inde frumentatũ euntes,ad Aegoſpotamos nauigant è regione hoſtium, adhuc circa urbem Lampſacum cum claſſe ſtationẽ habentiũ.Atticæ claſſis,& alij multi ductores erant,& Philocles, qui populum induxit oratione ſua, ut captorũ in pugna hoſtiũ dexteræ manus pollicem præciderent,ut cùm haſtam ferre nequirent,remũ tamen agere poſſent.Eo die ceſſatum eſt à prælio.Poſtridie pugnam inire ſperãtibus, Lyſander cùm alia uerſaret animo nautis edixit & gubernatoribus,ut perinde ac circa diei ortũ futuro certamine triremes conſcenderent,& ſilentio ſedentes,& ordine edictum expectarẽt. Itidem & pedeſtres copias ſtructas in littore conquieſcere iubet. Exoriente ſole Athenienſes directis in hoſtem frontibus totam claſſem cõcitant.Quibus prouocantibus Lyſander aduerſas tenens proras frequenti bellatore completas, intendentibus iam tenebris,non tamen ſe in altum eduxit. Ad primas deinde naues ſcaphas ſummittens ordine conſidere,& conquieſcere iuſſit,& nullum edentes tumultum, nullo pacto exire obuiam. Hunc in modum circa crepuſculum concedentibus retro Athenienſibus, nullum dimiſit ex nauibus militem, niſi duas aut tres triremes, quæ explorandi gratia miſſæ,deſcendentem ſpecularentur hoſtẽ.Poſtero die,tertio item,& quarto idem factitatum eſt.Ea res magnam Athenienſibus iniecit audaciam atque contemptum, perinde ac hoſtibus terrore cõpreſſis. Alcibiades interim (nam is circa Cherroneſum ſuam intra arcem uitã trahebat)ad Athenienſem equo peruectus exercitum,duces increpuit:primũ quòd malè & minimè tutò caſtra in littoribus locaſſent,quæ & ſtatione carerẽt,& ad uentorum impetus exponerẽtur. Deinde peccare illos quòd è Seſto exercitui neceſſaria capiãt, cùm oportuiſſet mox, poſteaquam nauigatione Seſtum circuiſſent,intra portum aut urbem ſeſe procul ab hoſtibus cõſtituiſſe,qui ſub unius ductu atque auſpicio imperatoris tantũ in portu habeant exercitum,qui dato ſigno ſtatim

19 ſtatim omnia ad timorẽ imperata perficiant. Quæ cùm edocuiſſet,non modò nõ obtemperarunt,uerumetiam Tydeus contumeliosè reſpondens; Non tu quidẽ,inquit, ſed alij imperatores adſunt. Alcibiades igitur aliquam inter eos proditionem ſubeſſe ſuſpicatus abſceſſit.Die quinto annauigantibus rurſum Athenienſibus & remeãtibus, ut conſueuerant,ſumma cum negligentia,paríque contemptu,Lyſander ſpeculatoriis emiſſis nauibus eorum præfectis imperat,ut cùm primùm egreſſos proſpexerint Athenienſes,retro omni celeritate remigẽt,cúmq; medio in traiectu fuerint, æreum de prora ſcutũ attollãt,irruptionis ſignum. Ipſe interim gubernatores & triremium præfectos adiens prouocabat,incitabátque,ut remiges & commilitones ſtructos cõ-
20 tinerẽt,ſigno dato,omni promptitudine ac robore in hoſtes inferrent.Sublato è nauibus ſcuto,è prætoria naui tuba inſonuit,in altum ſe ſubuehunt,& incurſionem faciunt: peditatus in littore certatim aduolans,promõtorium petit. Hoc autem intercedens utriuſque continentis ſpatium quindecim ſtadiorum eſt. Id uerò ſtudio & promptitudine nauigantium ueſtigio corripitur.Conon Athenienſium imperator primus è continenti annauigantem derepentè claſſem proſpiciens, mœrore claſſis uexatus uociferari,ut conſcenderent, uocare alios, obteſtari, nonnullos coactos inferre.Diſſipatis autem hominibus nihil ſtudio proficiebat. Nam ut primi exierant, ſtatim ut qui nihil expectabãt, aut in rebus emendis uerſabantur, aut in agro deambulabant,aut intra tentoria ſopiti iacebant,aut parandis prandiis incumbebant,lon-
21 gè à futuri cogitatione per ducum imperitiam exiſtentes. Clamore ac ſtrepitu illato aduentantium iam hoſtium, Conon octo ſublectis nauibus in Cyprum ad Euagoram fugiens enauigauit.Cæteræ aut uacuæ captæ,aut refertæ,confractæ.Homines inermes,atque diſperſi cùm auxilium ferrent, ante naues cæſi, uel ſi fugam capeſſerent,deſcendentibus in terram hoſtibus necabãtur.Capta tria hominum millia cum ducibus & claſſis uniuerſa, præter oram maritimam ac naues, quæ cum Conone ſalutem fuga compararunt. Inde religatis poſt ſe nauibus cùm caſtra diripuiſſet, Lyſander cum tibiarum cãtu & pæanis, Lampſacum reuertitur, re ampliſſima minimo labore confecta,& una hora longiſſimo tempore, & fortunis euentísque diuerſiſſimo à prioribus, ac incredibili maximè bello contracto: quod bellum poſt infinitas certandi formas, & rerum geſtarum permutationes, complures quàm antea Græciæ
22 duces conſumpſit, & unius uiri conſilio & grauitate trucidandos dedit. Quocirca nonnulli hoc opus diuinitùs factum exiſtimauere, Caſtorem & Pollucem in Lyſandri naue utraque ex parte extitiſſe,& quo tẽpore portum erumperet ſydera clauo circunluxiſſe aſſerentes. Quidam & lapidis caſum ad earum rerum euentum prodigio fuiſſe ferunt. Nam ut conſtans multorum eſt opinio, miræ magnitudinis ſaxum ad Aegoſpotamos è cælo delatum eſt,quod & ætate noſtra oſtenditur, id præcipua religione proſequentibus Cherroneſi incolis. Anaxagoram quoque prædixiſſe traditur, quòd eorum quæ cælo infixa ſunt corporũ, lapſu quodam & agitatione facta, unius effracti caſus futurus eſſet,& abiectio. Aſtra etiam haud eo in loco eſſe quo apparẽt. Nam cùm ſaxea ſint & grauia,ætheris quidem reſiſtentia,& reflexione ſplendere:cæterùm per uim adſtricta trahi uertigine ac circuitionis tenore, ſicuti cùm frigida & ponderoſa ab rerum primordio ſecernebantur à toto, ne huc deciderent & continẽ-
23 rentur. Alia quædam quàm hæc credibilior eſt opinio,aſſerentibus nonnullis,ut radiantes ſtellæ nequaquam ſint ignis ætherei fuſio,& diſtributio in aere, qui circa incenſionem ipſam extinguitur, nec aeris in ſuperiore parte multitudine ſoluti ſucceſſio & inflammatio: uerùm cæleſtium corporũ iactus & caſus, uelut quadam tenoris inclinatione, motionis auerſæ exagitationibus delatorum,nec ad habitatos terræ locos, ſed ferè exterius in mare magnum excidentium nos latẽre. Cæterùm Anaxagoræ teſtis accedit Damachus in iis, quæ de religione tradit,quòd ante illius lapidis caſum,quinq; ac ſeptuaginta dies aſſiduos corpus igneum eximiæ magnitudinis,uelut

Lyſandri uictoria maritima contra Athenienſes.

Diog. Laer. lib. 2.

flammea nubes cælo ſpectabatur,minimè quietum,ſed multimodis perfractis agitationibus delatum,ſicut abſciſſæ auulſæque ignis formæ motu & errore paſſim perlatæ,in modum radiãtium ſtellarum fulgurant.Poſtquam deiectum eſt ſaxum,incolæ 24
metu ac pauore ſedato cõuenere. Nullum ignis aut opus,aut ueſtigium cernũt:lapis alioqui grandis quidẽ iacebat,cæterùm illius igneæ figuræ, &(ut ſic dixerim) ambitus partẽ nullam habebat. Vnde Damacho diſcretis opus eſſe auditoribus liquet. Si uerus eſt ſermo,eos uehemẽter arguit,qui petram aliquo ex colle uentis & tẽpeſtatibus effractã dicunt,inde more turbinis derelictam,ubi primùm circunuoluẽs agitator ille deſtitit, diſſolutúsq; eſt,eiectam decidiſſe: niſi fortè quòd multos per dies apparuit, re uera ignis extitit, ſed extinctũ atque corruptum aeri mutationẽ in uentos motúsque uiolẽtiſſimos præbuit,à quibus ut ſaxum ipſum abiiceretur obueuit. Hęc alio ſcribendi genere diligentius excutienda ſunt. Lyſander uerò cùm tria captiuorum millia morte damnatos à collegis intelligeret, Philoclem eorum imperatorem accerſens rogauit, quanam ſe dignũ pœna cenſeret,cùm talia ciuibus aduerſus Græcos conſilia tribuerit. At ille nulla ex parte ad calamitatem demiſſus, iuſſit eos ne in- 25
cuſaret,quorũ nemo iudex adeſſet,ſed ea uictor ageret,quæ uictus paſſurus erat. Deinde lotus ſplendida ſumpta læna ante alios ciues,ut iugularetur proceſſit,quemadmodum Theophraſtus ſcriptum reliquit. Poſt hæc ad oppida nauigans Lyſander, quoſcũque obuios Athenienſes haberet,Athenas abire imperauit: nulli enim ſe ueniam cõceſſurum,ſed trucidaturum quotquot extra urbem offenderet. Hæc uerò idcirco faciebat,& uniuerſos intra urbem compellebat,ut cùm in ciuitate fames cõfeſtim inualeſceret ac inopia,in obſidione nullas moleſtias exhiberent, per rerum copiam facilius tolerantes. Deſtructis populis & rebus eorũ publicis,in ſingulas unum duntaxat ac Lacedæmonium gubernatorem dimiſit. E ſocietatibus autem,quæ per 26
urbes eius opera congruebant,decem ex ſuis præfectos impoſuit. Hæc ipſe & per hoſtiles,& per ſocias ciuitates peragens lẽtam nauigationem ducebat,ſibi Græciæ principatum quodammodo inſtruens. Haud enim primates,aut locupletes ad præfecturas deſignabat,ſed in ſodalitia & hoſpitalitates res ipſas gratiosè conferebat,honoris ac ſuppliciorum dominos authorésque conſtituẽs. Compluribus etiam præſens cædibus,& amicorum ſuorum inimicos ex urbibus eiiciens,iudicium haud ſanè benignum de Lacedæmoniorum imperio Græcis exhibebat. Theopompus igitur comicus delirare uiſus eſt,qui cauponarum & uina uendentium mulierculas ſimiles Lacedæmonios dixit, quòd cùm Græcis libertatis guſtum propinaſſent, acetũ inſtillarunt. Illico enim moleſta & acerba erat præguſtatio,cùm Lyſander nullam populis adminiſtrandarum rerum authoritatem permitteret,& paucis confidentiſſimis quidem & contentioſiſſimis, ciuitates manu & potentia tenendas committeret. In his 27
non multo tempore moratus,miſſis Lacedæmoniam legatis, nuntiat ſe cum ducentarum nauium claſſe annauigare: deinde circa terram Atticam ſe cum Agide ac Pauſania regibus coniungit, tanquam ueſtigio urbem capturus. Repugnantibus uerò Athenienſibus,aſſumptis nauibus,rurſus traiiciẽs in Aſiam,cæterarum planè ciuitatum ſtatum diſſoluit,conſtitutis decem uiris,multis ubique iugulatis, multis exilio mulctatis, uniuerſis eiectis Samiis ciuitates in exulũ poteſtate poſuit. Abrepta Athenienſibus Seſto, prohibitis habitare Seſtianis,gubernatoribus & nautarum hortatoribus agrum & urbem fruendam depaſcendámque tradidit. Quam ad rem refragrati primò Lacedæmonij, Seſtianos in agrum denuo reduxerunt. Illa Lyſandri opera cuncti iucundè ſpectauere Græci. Aeginenſes longo pòſt tempore ſuam recuperare urbem, Melios & Sicyonios in propria reſtitutos domicilia, expulſis inde Athenienſibus & oppida reddentibus. Audiens autem Athenienſes inualeſcente intra urbem 28
fame malè habere,ad Piræum nauigat,ubi inductã neceſſitate ciuitatem ad pacẽ imperata facere coegit. Operæpretiũ eſt Lacedæmonios audire dicentes,Lyſandrum ad

Ephoros

» Ephoros hoc pacto ſcripſiſſe: Captæ ſunt Athenæ. Ad quem ſic reſcripſerunt Epho-
» ri: Sat eſt captas eſſe. Hic ad decorem fictus eſt ſermo: uerax autem ab Ephoris decre-
» tum hunc in modum ſe habet: Primores Lacedæmoniorũ decreuere, Piræo & longis
» murorum turribus deiectis, ubi ex uniuerſis exieritis urbibus, ueſtram poſſidete ter-
» ram. Hæc ipſa cùm feceritis,pacẽ habete: quæ opus ſunt,exhibete. Remiſſis exulibus,
» de nauium multitudine quicquid deliberatum fuerit, facite. Athenienſes Theramene Anconis filio ſenatum habente hanc ab Lacedæmoniis acceperunt epiſtolam, quo tempore Cleomenem ab iuuene quodam ex factioſis interrogatum fuiſſe tradunt, Num aduerſus Themiſtoclem,& dicere & facere auderet, muros Lacedæmoniis tra- 29
dere nequicquã reformidans,quos ille inuitis Lacedæmoniis altius ædificauerat? Cui Cleomenes,Nihil aduerſus Themiſtoclem,inquit,adoleſcentule,facio: nam quos ille muros ad ciuitatis ſalutem ædificauit,nos ad ſalutem diruemus. Quòd ſi mœnia felices ciuitates efficiunt, infeliciſſimam eſſe Spartam neceſſe erat, cùm nullis ſepta ſit mœnibus. Itaq; cùm Lyſander uniuerſis nauibus,duodecim dũtaxat exceptis,& muris Athenarum potitus eſſet XVI. Martij,quo & penes Salaminẽ nauali certamine Barbarum deuicerant,ſtatim de permutãdo reipublicæ ſtatu conſilium agitauit. Quam rem cùm Athenienſes aſperè & cõtumacibus ferrent animis, miſit qui denuntiaret, fœdifragam à ſe ciuitatem eſſe deprehenſam: ipſam enim præteriſſe dies,quibus diruendi fuerant muri,quos adhuc ſtare cerneret. Alteram igitur in illos denuo latam 30
eſſe ſententiam,ut qui conuenta diſſoluerint. Sunt qui de ciuitate in ſeruitutem redigenda reuera ſententiam inter ſocios propoſitam fuiſſe dicant,quo quidem tempore Thebanum Erianthum authorem extitiſſe,ut urbe diruta agrum pecori paſcendum relinquerent. Poſtmodum coactis ad cõuiuium ducibus, Phocenſis quidam tibicen Electram cantabat Euripidis,cuius initiũ eſt: Tuas agreſtes Electra petij domos Agamemnonis gnata: ad cuius cantum fractis cunctorum animis,miſerabile uideri facinus eam uaſtare ac delere urbem, cuius immortalis extet gloria,& quæ tam claros in lucem uiros extulerit. Lyſander igitur Athenienſibus ad omnia ſummiſſius inclinãtibus,permultas ex urbe,uniuerſas ex caſtris tibicinas accerſit, quibus iterum modulantibus,muros à fundamẽtis eruit,& triremes cremauit,ad tibiam coronatis, inter- 31
eáque ludentibus ſociis,perinde ac dies illa principium libertatis afferret. Confeſtim etiam reipublicæ ſtatum permutans,triginta quidem intra urbem,decem uerò in Piræo præfectos inſtituit,præſidiũ arci & Callibium Lacedæmoniũ gubernatorẽ impoſuit. Hic poſtea cùm Autolyco pugilli, de quo Xenophontis conditũ eſt Sympoſiũ, ſublato fuſte plagam inflicturus eſſet, is eleuatis in ſublime cruribus, pronũ euertit hominẽ. Quod cùm Lyſander minus moleſtè ferret, ipſum inſuper redarguit Callibiũ, his adiectis uerbis, Ignorare Callibi, uideris, q̃ in liberos geris imperiũ. Paulò deinde pòſt triginta, ut Callibij gratiam inirent, Autolycum occiderunt. Poſtea uerò Lyſander in Thraciam enauigans, grandem pecuniam, dona, coronásque ſuſcepit, compluribus (ut par erat) conferentibus in eum, ut uirum potentiſſimum, & quo- 32
dammodo Græciæ dominantẽ. Ex quibus quæcunque ſuperuacanea fuerãt, per Gylippum, qui in Sicilia ductarat exercitum, Lacedæmonem tranſmiſit. Gylippus diſſutis (ut aiunt) ſacculis, non mediocrem ex ſingulis pecuniam ſubducens, denuo cõſuit, ignorans ineſſe unicuique literulas numerum ſignificantes. Spartam itaq; profectus, cùm ea quæ ſubduxerat domi ſub tegulis clàm occultaſſet, ſacculos Ephoris tradidit, ſigilla commonſtrans. At illi cùm recluſiſſent, dubitationem res afferebat, quòd argenti numerus cum ſcriptis diſſonare uideretur. Seruus interim Gylippi ueniens factum ſubambiguè indicabat, multas ſub tegulis cubare noctuas. Eo nanque tempore, ut plurimùm, Athenienſium gratia, noctuæ nummis inſigniebantur. Gylippus igitur poſt res ab eo præclarè ac magnificè geſtas, turpe ac indignum facinus 33
adortus, è Lacedæmone ſpontè commigrauit. Quocirca Spartani qui plurimùm

ſapientia pollebant, eo facto pecuniæ uim uehementiſſimè formidantes (haud enim infimos iam ciues attigerat) Lyſandrum carpentes, Ephoros obteſtabantur, uti uniuerſum argentum atque aurum, perinde ac peſtes introductas abiicerent. Itaque latam eſſe in ſenatu rogationem (ut Theopompus author eſt) ferente Sciraphida, uel (ut Ephorus tradit) Phlogida, aurum atq; argentum intra urbem ſuſcipi non licere, patriæ autem ritu nummis utendum. Hi ferrei principio fuerãt, ſed igniti aceto tincti, ne in uſus fabriles accommodarẽtur, ac iunctura molles, & ad incidendum prorſus inutiles redderentur: deinde graue pondus portatúque difficile, magno ex numero atque mole puſillum ſanè pretium ualens. Apud prius ſeculũ ſic omnino habuiſſe ueriſimile eſt, ut nummorum loco ferreis uterentur uirgulis, id eſt, obeliſcis: pleriſque & æreis, à quibus hoc etiam tempore nummorũ aceruum obolos uocari certum eſt, & obolos ſex unam conficere drachmã, quia tot manus ipſa complecteretur. Cæterum cõtradicentibus Lyſandri familiaribus, & ſummo ſtudio contendentibus, ut pecuniæ in ciuitate manerent, decretum factũ eſt, huius quidem generis nummos in fiſcum referendos eſſe. Quòd ſi quis priuatim poſſidere deprehenſus fuiſſet, ei capitis ſupplicium definitum: quaſi Lycurgus nummos quidem, nõ autem nummorũ auaritiam pertimuerit, quam nõ tantùm priuatis interdicta poſſeſſio inhibebat, quantũ ciuitati conceſſa ingerebat, quippe ipſo uſu dignitatem, æmulationémq; ſuſcipiẽte. Haud enim id ut inutile priuatim cõtemnere facilè erat, quod publicè in pretio habere contuerentur: nec ad domeſtica non conducibile arbitrari, quod cõmuniter & probari & amari cõſpicerent: quin longè citius à communibus exercitiis ad priuatorum uitas, conſuetudines, morésque manant, quàm ſingulorum affectiones, ciuitates rerũ turpitudine ac flagitiis impleant. Partes enim cum toto pariter uerſari ueriſimilius eſt, quando uergit in peius. At delicta partis ad totũ, multa ab iis qui rectè ualẽt, intenta habent adiumẽta. Illi quidẽ ne pecunia ciuium domos irrumperet, metũ, legémq; uelut cuſtodem adhibuerũt: animos uerò ut incõcuſſi & ad argenti cupiditatem infracti manerent, minimè cõſeruauerunt, iniecto cunctis diuitiarũ amore, perinde ac honeſtũ quiddam & ampliſſimũ foret. Hęc cùm alio quodam in genere ſcribendi uerſaremur, de Lacedæmoniis attigimus. Lyſander æream ſui ſingulorúmque præfectorum ſtatuã è manubiis poſuit in Delphis, & aureã Caſtoris & Pollucis aſtra, quæ ante res Leuctricas euanuerunt. In theſauro Braſidę & Acanthiorum triremis ex auro & ebore compoſita duorum cubitorũ erat, quam Cyrus ei uictoriæ monumẽtum miſerat. Alexãdrides Delphis ſcriptum reliquit, eo in loco Lyſandri depoſitum eſſe talentum argenti, & minas duas & quinquaginta, præterea ſtateres undenos: qua in re minimè cum cæteris concordat hiſtoricis, qui de hominis paupertate confeſſa ſcripſerunt. Ea igitur tempeſtate Lyſander quãtùm priſcorum nemo Græcorum potentiſſimus, & elatione & poteſtatis magnitudine uiſus eſt uti. Nam ut Duris tradit, illi primò Græcorum perinde ac deo, per ciuitates & aræ, & ſacrificia cõſtituta, eíque ante omnes pæanes decantati ſunt. Ex quibus unus huius generis initiũ habuiſſe memoratur: Almæ Græciæ imperatorem à latiſſima Sparta diuinis celebremus cantibus Io Pæan. Samij ut dicata Iunoni templa Lyſandria uocarentur, ſenatuſconſulto decreuere. Chœrilum poetam ſuo ſemper adiunctum lateri habuit, ut res quas geſſerat, uerſibus exornaret. Antilochus mediocria quædam de illo carmina ediderat, qua re delectatus Lyſander muneris gratia pileum impleuit argento. Antimachus autem Colophonius & Niceratus Heracleotes Lyſandria poemata certatim agebant. E quibus cùm Nicerato coronam donaſſet, Antimachus dolore percitus, ſcriptũ à ſe carmen aboleuit. Tunc iuuenis adhuc Plato, Antimachi poeticum admiratus ingeniũ, qui ſuperatum ſeſe moleſtè ferebat, reuocatum mitigabat, ignaris ignorantiam malum eſſe præfatus, quemadmodum cæcitatem non uidentibus. Ariſtonus citharœdus cùm ſexies Pythia uiciſſet, ut Lyſandri gratiam iniret ei pollicitus eſt, ſeſe cùm denuo

Oboli unde dicti.

denuo uictoriam reportaret, Ariſtonum Lyſandri ſeruum præconio declaraturum. Ambitioſus Lyſandri animus primoribus, & ſui ordinis hominibus grauis tantùm
38 erat. Cùm autem elationis pariter, ac moleſtiæ plurimùm, & mores, & ambitio per familiares contraxiſſent, in eo neque honoris, neque ſupplicij uulgaris modus inerat. Hoſpitalitatis & amicitiæ præmia proponebãtur, urbani ſine interpellatione potentatus, & dominationes indiſcuſſæ. Vna uerò explendæ iracundiæ uia erat, inimicũ extinguere, cui ne ulla quidem fugiendi licentia præſtabatur. Poſteriori tempore latentes Mileſios in medium produci cupiebat, qui quoniam populi partes pro uirili defenſabant, ueritus ne quo pacto effugeret, neminem uiolaturum iureiurando affirmauit. Hi uerò cùm fide habita peruenìſſent, *factionis ſuæ hominibus iugulãdos tradidit, haud octingentis pauciores. Aliis etiam in oppidis innumerabiles plebeio-
39 rum cædes fiebant. Iam enim non priuatis ipſius cauſis trucidari uidebãtur, ſed pleriſque ſimultatibus, & compluribus auaritiis eorum, qui ubiuis gentium erant amicorum morem gerebat, & opem ſimulac operam impẽdebat. Quocirca Lacedæmonius Eteocles frequentem conſecutus eſt laudem, cùm dixit, Bene actum cum Græcia, quòd duos minimè Lyſandros protulit. Hoc idẽ (ut author eſt Theophraſtus) de Alcibiade ab Archeſtrato dictum eſt. Cæterùm ibi contumelia, mollities & cõtumacia moleſtiam maximè pariebat, in Lyſandro autem acerbitas morum graué pariter ac terribilem potentiam efficiebat. Lacedæmonij cæteris Lyſandrũ incuſantibus, nequaquam animum uehementer adhibuerunt. Vt uerò Pharnabazus poſt multas eius iniurias uiolentius agrum uexantis Spartã miſiſſet accuſatores, indignabundi Ephori unum ex amicis & ſociis ducibus Thoracem, quem priuatum argentum poſſidere
40 deprehẽderunt, ſupremo affecere ſupplicio. Lyſandro uerò miſſa Scytala, ut Spartam adueniret, edixerunt. Scytala talis eſt: Cùm Ephori claſſis præfectũ, aut imperatorem emittunt, duo teretia ligna, & longitudine, & craſſitudine diligenter adæquãt, adeò ut deraſa uiciſſim congruant, è quibus cùm alterum ſibi reſeruent, alterum tribuunt diſcedenti. Hæc autem ligna Scytalas appellant. Cùm igitur arcanum aliquid & arduum ſignificare cupiũt, chartam inſtar lori prolixam, & anguſtam Scytalæ ſuæ circunuoluunt, nullúmque facientes interuallum undique ſuperficiẽ charta occupãt, quo facto quæcunque uoluerint circumplicata Scytalæ charta deſcribunt. Dempto dehinc codicillo, ad imperatorem abſque ligno ſcripta mittunt, quæ cùm is accepit (alioqui lectitari nihil ualet, adeò literis hinc inde diſſipatis, ut nullum prorſus cõtactum habeãt) ſua ſumpta Scytala, codicillum ſic præciſum circumplicat, adeò ut cir-
41 cunductione ſimilem in ſeriem conſtituta uerborum continuatio reperiatur. Codicillus ſicut & lignum Scytala uocatur, ut à mẽſura menſuratum dici plerunq; ſolet. Lyſander allata ſibi ad Helleſpontum Scytala perturbatus eſt, præcipuè accuſationes Pharnabazi reformidãs, ſtudiũ & accuratam adhibuit operã, ut in eius colloquiũ ueniret, quò mutuas cõtrouerſias ſolueret. Cõuenientibus illis Lyſander precibus orabat, ut literas ad magiſtratus daret, perinde ac nullis uiolatus iniuriis, & nullas accuſationes afferẽs: & profectò in Creticũ Pharnabazũ Cretica ſeſe uti uerſutia uidebatur ignorare. Omnia enim ſeſe facturũ eſſe recipiens, apertè quidem pro Lyſandri precibus conſcripſit epiſtolã, aliam uerò clanculum conſcriptã ibidem habuit. In imprimendis autem ſigillis literas alternans nihil aſpectu differentes, quas occultè ſcripſerat, Lyſandro dedit. Itaque Lacedæmoniam perueniens, & ſic in prætorium de more profectus, Pharnabazi literas reddit Ephoris, uehementiſſimam criminum ſuorum
42 partem amotã exiſtimans. Pharnabazus enim magnæ Lacedæmoniis charitati erat, ſupra omnes regios præfectos in Spartanos promptiſſima uſus opera. Poſtea uerò, quàm Ephori lectam epiſtolam Lyſandro commonſtrauerunt, planè intellexit, non ſolùm Vlyſſem uerſutum eſſe. Tum admodũ perturbatus abſceſſit. Paucis pòſt diebus magiſtratus adiens, oportere ſe dixit ad Hammonis templũ aſcendere ſacrificio-

De Scytala Laconica, Gel. lib. 17. cap. 9.

rum gratia faciendorũ,quæ ante bella deo uouerat.Sunt qui in ſomnis Hammonem illi adſtitiſſe dicant,dum Aphygæorum oppidum obſideret in Thracia.Quapropter perinde ac iubente Deo obſidione omiſſa,Aphygæis,ut immolarét Hammoni,præcepit:& ut ſuſcepto in Aphricã itinere Deum placaret,ſummo nixus eſt ſtudio. Plurimi tamen Deum ſibi prætextũ duntaxat feciſſe autumabãt. Alioqui Ephoros metuens,domeſticũ minimè iugum ferens, & alieno parêre imperio haud ſanè tolerãs, errare & aliquandiu luſtrare terras magis appetebat,quemadmodum equus in liberis paſcuis,& pratis apertis ad præſepe rurſus & ad ſolitas reductus operas. Quam uerò peregrinationis cauſam Ephorus,ſcriptis mandauit, paulò pòſt explicabo. Vix autẽ ac difficulter impetrãs,ut ab Ephoris dimitteretur,enauigauit.In eius peregrinatione communi conſenſu reges effecere, ut electis illius amicis res urbanę populis reſtituerentur.Ciuitates enim per ſodalitia ab eo detẽtæ prorſus erant, & Græcia ſuæ dominationi erat obnoxia. Quas inter res iterum concitato tumultu, cùm Atheniẽſes aduerſus triginta è Phyla impetu facto uictores eſſent, reuerſus extemplo Lyſander, Lacedæmoniis perſuaſit,ut paucis intra ciuitates factioſis auxilium mitterẽt, populósque uaſtarent. In primis triginta tyrannis ad belli ſubſidium centum talenta mittunt,imperatorémque Lyſandrum. Reges cùm inuidia,tum metu, ne denuo Athenas in poteſtatem redigeret,ut eorum alter exiret decreuere. Egreſſus igitur eſt Pauſanias,uerbo quidem,ut opem tyrannis contra populum afferret,re autẽ uera,ut bello finem imponeret,ne per amicos Lyſander Athenarum dominationem denuo uẽdicaret.Hoc itaque facilè perfecit.Nam conciliatis inter ſe Atheniẽſibus, & ſeditione ſedata,Lyſandro ambitionem eripuit.Paruo poſtmodũ interiecto tempore, cùm deſciſcerẽt Atheniẽſes,culpatus eſt Pauſanias, ut qui populum paucorũ dominatione, ueluti fræno antea coercitum liberãs, contumelioſè ſuperbéque ſæuiẽdi copiam ei feciſſet. At Lyſandro gloriam,hominis factum adiecit, qui non ad aliorum gratiã, non ad ſimulatam oſtentationem,ſed ad rei Spartanæ commoda ſeuerũ agitaret imperium. Erat quidem audax alloquio,& repugnãtibus terribilis. Cùm Argiui de agri finibus ambigerent,ac Lacedæmoniis iuſtiora ſeſe dicere cenſerent,enſe commõſtrato,Qui huius,inquit,eſt dominus,optimè de agri finibus dixerit.Megarenſis homo quodam in conuentu orationis confidentia in eum utebatur. Cui Lyſander, Aduena,inquit,tua ciuitatis indiget oratio.Bœotios neq; amicos planè, neque apertè hoſtes interrogabat, rectís ne,an inclinatis per ipſorum agrum haſtis incederent. Poſtquam incumbentibus Corinthiis mœnia prætergrediens languidiores ad inuadendum cernit Lacedæmonios, interim lepus foſſam tranſire uiſus eſt: Non pudet uos, ait,eius generis hoſtes pertimeſcere, quorũ mœnibus per ſecordiam lepores indormiunt?Cùm ſupremum uitæ diem rex Agis obiiſſet,Ageſilao fratre relicto, ſimul & Leotychida filio eius credito, Ageſilai Lyſander amator ei ſuadebat, ut regnũ occuparet,uelut legitimus ab Herculis progenie ortus. Leotychidæ calumniã infigebat, quòd ex Alcibiade procreatus eſſet,qui occultos cum Agidis uxore Timęa congreſſus habuiſſet, quo tempore profugus Spartæ uerſabatur. Agis autem, ut ferunt, rem diutius animo uerſans,ut quæ nequaquam ex ſe grauida foret,Leotychidam per cõtemptũ habebat,& reliquum tẽpus eum palàm abdicabat.Poſtea uerò,quàm morbo correptus ad Heræam urbem delatus eſt,urgente iam morte,tum adoleſcentuli precibus,tum amicorum ſuaſionibus exoratus,in complurium cõſpectu Leotychidam filium ſuum declarauit,obſecratíſq; præſentibus, ut ad Lacedæmonios earum rerum teſtimonium afferrẽt, uita exceſſit. Hi quidem Leotychidæ teſtes affuerunt.At Ageſilao homini ſanè ſplẽdido,& Lyſandri opibus freto, Diopithes uir illuſtris detrimẽto erat,huius generis oraculum in Ageſilai claudicationem adducens:

Magna licet iactes Sparte,iam mente reuolue,
Ne pedibus ualidam te perdat regia clauda.

Tempore

Tempore te longõ labor inſperatus habebit,
In te lethalis bellorum corruet unda.

47 Multis ad oraculum inclinatis,& ad Leotychidam uerſis, Lyſander Diopithen haud rectè oraculũ intelligere dixit:nec ſi quis offenſi pedis Lacedęmoniis imperet,Deum indignari,aut moleſtè ferre:uerùm enimuero claudum imperium fore, ſi ſpurij maléque progeniti inter Heraclidas regnum teneant. Hæc locutus,ut qui potẽtiſſimus eſſet,in ſuam omnes induxit ſententiam, qua rex creatus Ageſilaus. Tum ſtatim Lyſander quò expeditionem in Aſiam ſuſciperet, incitabat, ingentem illi ſpem ſubiiciens, ſi Perſicum uaſtaret imperium, uir futurus eſſet ampliſſimus. Datis in Aſiam ad familiares literis, iubebat ut in bello aduerſum barbaros ducem à Lacedæmoniis depoſcerent Ageſilaum:qui obtemperantes rogaturos Lacedæmonem mittunt oratores.At Lyſandri opera non minus regia poteſtate bonum Ageſilao uidetur extitiſ-
48 ſe. Cæterùm ambitioſorum ingenia cùm alioqui ad principatus maligna non ſint, non paruum ex inuidia,quam ad pares propter gloriam gerunt, impedimentum ad res gerendas habent.Nam quibus ſociis & adiutoribus uti licet,eos æmulos & aduerſarios in uirtute ſibi faciunt. Ageſilaus igitur inter triginta conſiliarios Lyſandrum adduxit,ut eo amicorum uel præcipuo,uel primo uteretur.Poſtquam autem in Aſia conſtitutus,mortales ad eum pro parua familiaritate rara faciebãt colloquia, Lyſandrum autem amici cùm pro multa illa priſtina conſuetudine colerent, ſuſpecti uerò pertimeſcerent,& ad fores commeabant,& uadentem conſectabantur, quemadmodum hiſtrionibus in tragœdiis frequenter obuenit, ubi nuntij cuiuſdã aut ſerui perſonam gerẽs collaudatur,& priores partes agit:qui autem diadema geſtat & ſceptrũ,
49 per crebros etiam clamores non auditur: ſic & conſiliario tota imperij dignitas inerat,cùm ipſi regi nomen poteſtatis inane relinqueretur. Hęc igitur tam inconcinna honoris auiditas aliquo pacto demulcenda erat,& Lyſander uſque ad ſecundum poteſtatis gradum remittendus: uirum autem & beneficum & amicum omnino reiicere,& per contemptum habere,Ageſilao indignum erat. Primùm quidem nullam ei rerum,gerendarum occaſionem præbuit: poſtmodum ſi quibus operam ac ſtudiũ dantem Lyſandrum ſentiſceret, eos rebus omnibus infectis remittebat, & muneris quamuiliſſimi uotorum compotes. Sic eius potentiam tacitè diſſoluẽs & extinguẽs, ſimul cunctorum ſeſe impotentem Lyſander intellexit, ſuúmque amicis ſtudiũ obeſſe,ipſe opem tribuere deſiit, ad ſéque ne accederent neu colerent, obſecrabat: cum rege haberent colloquia,& iis qui maiorem in præſentia commoditatem afferre pro acceptis honoribus poſſent. Hæc cùm audiſſent multi, ſuis pro negotiis moleſti eſſe deſtitere,cæterùm non obſequia,non honores omittere,quin ſeu deambularet,ſeu in
50 gymnaſiis uerſaretur, frequentes adire. Quæ res longè magis Ageſilao quàm antea mœrorem incutiebant,& ex honore ſtimulabat inuidia. Quapropter cùm militibus multis principatus,& rerum gubernandarum officia tribueret,Lyſandrum diuidundis carnibus præfectum deſignauit. Deinde contumelioſius aſpernatus,ad Ionas cõuerſus,Ite,inquit,& meum carnis ſectorem colite. Itaq; Lyſander cum Ageſilao ſermones haberi oportere cenſuit.Fit igitur breuis Laconico more diſputatio:Num A- geſilae,bene noſti minores amicos reddere? At ille: Si uelint me maiores effici. Qui uerò meas opes amplificauerint, eos in partem uocare par eſt.Cui Lyſander: At forſan Ageſilae,tibi magis dictum quàm mihi perpetratum eſt. Te autem oro & exter- norum hominum gratia,qui cõiectos in nos habent oculos,in eo me imperij tui or- dine conſtituas, ubi minus quidem inuiſum, magis autem tibi cõmodum fore cen-
51 ſueris. Eam ob rem legatus ad Helleſpontum miſsus eſt:qui tametſi Ageſilao ſuccẽſeret,neceſſaria tamen agere non neglexit.Mithridatem Perſen uirum ſtrenuum exercitúsque ductantem inimicum Pharnabazi cùm ad deſciſcendum induxiſſet, ad Ageſilaum perduxit.Ad nullum alium belli uſum habitus, progrediẽte tẽpore Spar-

tam ignominiosè nauigauit,litem in Ageſilaum fouens,& uniuerſam maiori quàm
antea odio perſequens rempublicam. Rebus ad permutationem & nouationem cõ-
paratis ac inſtructis, manum adiicere inſtituit cunctatione ſublata. Erat autem hu-
iuſcemodi:Heraclidarum genus, qui in Peloponneſum reuocati ſe Dorienſibus im-
miſcuerant,ampliſſimum & illuſtre Spartæ florebat. Haud unicuique illorum rega-
lis faſtigij erat communicata ſucceſſio. Duabus tantùm è familiis reges deligebãtur,
quas Eurytiontidas appellabant, & Agidas. Ex reliquis nullus per generis nobilitatẽ 52
plus quàm alter in rebus urbanis habebat uirtutis:honores potentibus omnibus erãt
propoſiti.Horum cùm Lyſander eſſet,ubi ad ingẽtem rerum geſtarum gloriam ſub-
limior factus, & poteſtatem & amicos permultos comparaſſet, indolebat cùm ciui-
tatem ſua opera latè propagatam cerneret regnantibus aliis gubernari, quos tamen
nulla ex parte ſe præſtantiores eſſe perſpiceret. Decreuit igitur regiam dignitatẽ dua-
bus è familiis traducens, Heraclidis omnibus communem reddere. Sunt qui dicunt
non Heraclidis,ſed Spartiatis, ut non Herculis nepotibus, ſed iis qui per uirtutẽ cen-
ſerentur,id præmium proponeretur, qualis extiterat Hercules, quem uirtus ad diui-
nos perduxit honores.Quòd ſi hunc in modum regni iudicium fieret, ſpes erat inie-
cta,nullum ante ſe delectum iri Spartiatam.Primùm igitur negotium aggreſſus,per 53
ſe ciuibus perſuadere paratus erat,orationẽ pro materia meditatus, ei à Cleone Ha-
licarnaſſeo meditatam ac conſcriptam. Deinde rei tam nouæ támque inuſitatæ mã-
gnitudinem ante oculos proponens,audaciori indigẽtem auxilio,omnem, ut in tra-
gœdia dici ſolet,in ciues machinam attollens,Pythicas ſortes & uaticinia compoſuit
& adornauit, quaſi nullum ſibi fructum Cleonis allatura foret eloquentia, niſi Dei
metu & ſuperſtitione prius obſtupefactos ciues occupaſſet, & ſic ad orationem ad-
duxiſſet,Pythicum,ut Ephorus inquit,corrumpere conatus oraculum,& Dodonæas
puellas Phereclis interceſſione ſuam in ſententiã alliciens,reiectus eſt. Tum ad Ham-
monis templum cõſcendens, colloquio cum uatibus habito, magnam uim auri ob-
tuliſſe traditur:quod indignè ferentes illi, quoſdam miſere Spartam qui Lyſandrum
accuſarent.Eo abſoluto Libyos diſcedentes dixiſſe commemorant: Nos,ô Spartani, 54
rectius faciemus iudiciũ cùm apud nos Libyam habituri ueneritis.Vetus erat nam-
que oraculum, Lacedæmonios Libyæ fore cultores. Vniuerſas autem inſidias, ſini-
ſtrúmque figmentum cõſcribamus,quod non à uilibus cepit exordium,ſed,ut in de-
ſignatione mathematica,multas & ingentes aſſumpſit materias,& ad concluſionem
per præmiſſas graues difficilésque progreſſum. In ea ratione uirum hiſtoricum phi-
loſophúmque ſequemur. Mulier quædam in Ponto ex Apolline grauidam ſeſe præ-
dicabat,cui(ut par erat)multi fidem abrogabant,multíque adhibebãt. Cùm ea puel-
lum peperiſſet,complures nobiles alendo ſtudium, & curam diligenter impertierũt.
Puello quadam ex cauſa Sileno impoſitum eſt nomen. Hoc accepto Lyſander initio, 55
reliqua ſuis texuit artibus, non paucis aut contemptis ad eam fabulam uſus adiuto-
ribus,qui procreationis pueri rumorem ſine ulla ſuſpicione ad fidem ac ueriſimilitu-
dinem adducerent. Alium quoque ex Delphis ſermonem allatum Spartam diſſece-
runt diſſeminauerúntque, uetuſtiſſimas quaſdam ſortes in arcanis ſcriptis à ſacerdo-
tibus ſeruari, quas neque comprehendere neque legere cuiquam fas eſſet, niſi qui ex
Apolline ortus adueniſſet longo pòſt tempore,qui obſeruantibus indubitabile ſignũ
præſtaret,eas capeſſeret tabellas quibus inſcriptæ ſortes erãt. His ex compoſito com-
paratis Silenus cùm aduẽtaſſet,ſortes ut Apollinis filiis petiit: ſacerdotes qui rei ope-
ram conferebant,ſingula diligenter indagare,& de origine accuratius ſciſcitari. Po-
ſtremò fidem adhibentes, Sileno uti Apollinis filio ſcripta commonſtrare, qui præ-
ſentibus multis lectitauit cùm alia complura uaticinia, tum idipſum de regno cuius
gratia figmentum erat inſtitutum, præſtare, ac fructuoſius eſſe Spartanis, ſi ex opti-
matibus reges deligerent.Cùm iam Silenus adoleuiſſet, & ad rem gerẽdam accederet, 56
ecce

ecce Lyſander ab actione fabulæ corruit mimorum ignauia, & unius puſillanimita-
te ac trepidatione complicis,ut primùm ſubeundum erat opus. Nihil tamen uiuen-
te Lyſandro deprehenſum eſt,ſed poſt eius mortem. Ante enim quàm Ageſilaus re-
diret ex Aſia,functus eſt uita in Bœotium incidens bellum,uel illud potius in Græciã
importans.Nam utroque diuulgatur modo,& culpam nonnulli Lyſandro, quidam
Thebanis attribuunt, alij communem faciunt, Thebanis crimini dantes ſacrorũ diſ-
ſipationem.In Aulide Androclides quoq; & Amphiteus regia corrupti pecunia bel-
lo Græciæ Lacedæmonios implicarant:unde facto in Phocenſes impetu,eorum agrũ
57 populauerant. Lyſander indignãter ferre dicit, quòd ſoli Thebani ex bello decimam
uendicarent,reliquis ſociis tacitè ferentibus,& Spartam miſſas ab Lyſandro pecunias
iniquo animo tuliſſent. Orta præſertim indignatio, quòd Athenienſibus datum eſt,
ex triginta tyrannis libertatis initium:quos cùm Lyſander conſtituiſſet,Lacedæmo-
nij terrorem eis & potentiam addiderunt,facto decreto,ut quiſquis ex Athenis fuga
ſeſe ſubduceret,undique duceretur in uincula:quòd ſi quis obſtaret ducenti,eum ho-
ſtis loco haberi. Thebani contraria iis faciunt decreta,conuenientia ſanè atque ger-
» mana rebus ab Hercule,& Libero patre geſtis: Omnia tecta omnéſque Bœotiæ urbes
» Athenienſibus pro neceſſitate patentes eſſe. Si quis fugitiuo dum traheretur auxiliũ
» non attuliſſet,condemnationis nomine talentum ſolueret.Si quis aduerſus tyrannos
58 per agrum Bœotiũ Athenas arma deferret,Thebanos obaudire ac diſſimulare. Qui-
bus in decretis adeò humanis ueréque græcis,facta ſcriptis haud reſponderunt: nan-
que Thraſybulus reliquíque conſpirationis ſocij Phylan occupantes, è Thebis pri-
mum fecerunt impetum,Thebanis arma,pecunias,latendíque & inchoandi facultã-
tem parantibus. Has in Thebanos cauſas Lyſander accipiens (iam enim moroſus, &
atra bile per ſenectutem inualeſcente iracundus erat)Ephoros incitabat, & ad mittẽ-
dum in eos præſidium perſuadebat. Accepto igitur imperio, eduxit exercitum. Po-
ſteriori deinde tempore Pauſaniam regem cum copiis emiſit, qui circunducto per
Citharonem exercitu,agrum Bœotium irrupturus erat.Lyſander per Phocẽſes cum
magna militum manu uenit obuius. Orchomeniorum oppidum ultro cedens acce-
pit.Inde progreſſus Lebadiam diripuit.Datis poſtmodum ad Pauſaniam literis, ut ſe
cum illo ex Platæis ad Haliartum cõiungeret (ipſe enim cum ſolis ortu ad Haliartio-
rum mœnia ſtationem habiturus erat) literæ ad Thebanos referuntur, tabellario in
59 quoſdam ſpeculatores incidente.Cùm Athenienſes auxilium attuliſſent,urbe illorũ
præſidio credita,Thebani cùm prima quies mortalibus incipit,egreſſi,paulò pòſt Ly-
ſandrum præueniunt, Haliartum cum parte copiarum ingreſſi. At ille exercitum ſi-
ſtens quodam in tumulo,Pauſaniam præſtolari decreuit.Mox progrediente die,mo-
ræ prorſus & quietis impatiẽs, acceptis armis, & ſociis adhortatis,recto curſu phalã-
gem ducit ad muros.Thebani qui foris permanſerant,læuorſum urbem habentes,in
nouiſſimos pergunt hoſtes,ſub fontem quem Ciſſuſam appellant indigenæ, ubi nu-
tricẽs infantem in lucem editum abluiſſe Bacchum in fabulis traditur. Nam & colo-
re uini ſplendet, aſpectúque tranſlucidus, & potu dulciſſimus eſt. Nec procul hinc
Cretenſes pullulant* ſtyraces, quæ Haliartij ea Rhadamanthum incoluiſſe loca fa- * σίραξ, ſtyrax
60 ciunt indicia,eiúsque ſepulchrum commonſtrant,quod Alea uocant. Extat iuxtà & Alcmenæ monumentum.
Alcmenæ monumentum, quam ibi humatã eſſe memorant: poſt enim Amphitryo-
nis interitum Rhadamantho nupſerat. Thebani qui intra oppidũ erant, ſtructa cum
Haliartiis acie, quietem aliquantiſper agebant. Vbi uerò Lyſandrum unà cum pri-
moribus mœnibus propinquantem aſpiciunt, reſeratis derepentè foribus irruunt,
ipſúmque cum augure paucísque aliis obtrũcant. Plurimi nanque ad phalangem
ſeſe fuga recipiunt,non remittentibus inde Thebanis,quin urgentibus undiq;, uni-
uerſi in tumulos terga fugæ uertunt.Mille ex eis cecidere: deſiderati ſunt & Theba-
norum trecenti, qui cum hoſtibus ad aſpera, & munita loca permiſti contenderant,

His dabatur crimini, quòd Laconicam fouerent facti onem. A quo cùm omni se studio dissoluere & ciuibus purgare concupiscerent, nulli parcentes discrimini, inter insectandum mortem oppetiere. Pausaniæ è Platæis Thespias commeanti casus in itinere nuntiatur, qui instructa acie petit Haliartum. Venit & Thrasybulus è Thebis, Athenienses secum ducens. Consilium de repetendis per inducias mortuis agitante Pausania, Spartiatæ natu grandiores inter se grauiter & indignè ferebant, & regem adeuntes testati sunt, minimè per inducias repetendum esse Lysandrum, at per arma, pro cadauere susceptо certamine ac uictoria comparata, sic uirum sepulturæ mandandum: quòd si superati fuerint, pulchrum & honestum fuerit eo in loco suo cum imperatore pariter occúbere. Hæc orantibus senioribus, Pausanias arduum opus esse cernens, uictores nuper superare Thebanos, sub muros etiam Lysandri corpus collapsum, adeò ut corporis recuperatio absque induciis uel uictori difficilis redderetur, misso præcone & induciis confectis, reduxit exercitum. Qui Lysandrum deferebant, 62
ut primùm Bœotiæ confinia præteriere, in amicorum sociorúmque agro Panopæorum condiderunt, ubi ex Delphis Chæroniam euntibus secus uiam monumentum est. Eo in loco cùm exercitus statiua haberet, quidam Phocensis alteri, qui prælio non interfuerat certamen exposuisse dicitur. Cùm Lysander Hopliten traiecisset, hostes impressionem fecere. Admiratus Spartanus Lysandro familiaris, rogat quemnam Hopliten esse diceret, id enim ignotum sibi nomen esse. Vbi primi nostrorum ab hoste cæsi sunt prope urbem fluentum est, quod Hopliten appellant. Id cùm Spartanus audisset, obortis lachrymis, Quàm ineuitabile homini fatum est, dixit. Erat Lysandro datum oraculum, hunc se in modum habens:

Hopliten iubeo te deuitare sonantem,
Terrigenam qui ponè subit cum fraude dracona. Quidam Hopliten non pro- 63
pe Haliartum fluere asserunt, sed prope Coroniam torrentem esse, qui in Phliarũ fluuium penes oppidum infertur, quem cùm ueteres ὑάλιαν, ætatis nostræ homines Isomantum nuncupãt. Qui uerò Lysandrum interemit, Haliartius erat Neochorus nomine: insigne clypei draconem habuit, hoc ut assequi coniectura licet, portendit oraculum. Bello quoque Peloponnesiaco Thebanis in æde Ismenia sortem datam memoriæ proditur, quæ simul & Deliacam pugnam prædiceret, & hanc ipsam Haliartiam anno trigesimo posteriorem. Ea huius generis sors est:

Qui insidiare lupi catulis uitato Supremam,
Et collem Orchalidem, hunc uulpes non deserit unquam.

Proximum Delio lucum Supremam appellauit, ubi Bœotia Atticæ confinis est: Orchalidem uerò collem quem nunc Vulpecum uocant, ad Heliconem in Haliarti partibus situm. Cæterùm hoc mortis genere absumpto Lysandro, Spartiatæ adeò grauiter 64
tulere, ut reum capitis regem iudicauerint. Cuius rei iudicium minimè subire decernens, in Tegeam fugiens sese recepit, ubi supplex in Mineruæ templo uitam duxit. Defuncto Lysandro, ipsius detecta paupertas clariorem effecit principatũ: quippe qui tantis ex pecuniis, tanta ex potentia, tanta ex ciuitatum ingentísque adeò imperij procuratione, ne pusillùm quidem in argenti ratione domum suam illustrarit, ut author est Theopompus: cui laudanti magis quàm carpenti fides uidetur adhibenda: siquidem uituperare quàm laudare iucundius. Posteriori tempore, quemadmodum tradit Ephorus, cùm Lacedęmone disceptatio inter socios agitaretur, & proinde inspiciundæ forent literæ, quas apud se Lysander habebat, eius domum profectus Agesilaus codicem inuenit, in quo illa de reipub. statu conscripta erat oratio: Ab Eurytiontidarum & Agidarum manibus auulso regno, in medium ponendam, & optimatibus faciẽdam delectionem. properans orationem ad ciues efferebat, ut Ly- 65
sandrum ostenderet qualis ciuis fuisset. At uir prudens Lacratidas per id tẽpus Ephoriæ princeps, Agesilaum non oportere ait Lysandrum effodere, sed orationem secum infodere, quę tanta esset suadendi arte & astutia compilata. Reliquos tamen honores Lysandro tametsi uita functo reddidere: & filiarum sponsos condemnarunt, qui eas post Lysandri obitum, cùm inops esset inuentus, repudiauerunt, quòd illum cùm diuitem existimassent, coluissent, iustum uerò & bonum uirum; & pauperem cognoscentes deseruerint. Erat enim Spartæ & cælibi, & tardiori marito, & malo marito indicta pœna, cui eos præsertim subigebant, qui pro bonis & propinquis locupletum affinitates quæritabant. Hæc quidem de Lysandro hunc se in modum habentia sumus prosecuti.

Sylla.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 LVCIVS uerò Cornelius Sylla patritia procreatus est familia, ex *Genus.*
cuius maioribus Rufinus consularem gessit dignitatem. Huic tamen longè maiorem ex ignominia quàm ex honore nobilitatem affuisse perhibent: etenim supra libras argenti concaui decem possedisse, idque prohibente lege, deprehensus, è senatu eiectus est. Posteriores inde humili diutius in fortuna permanserunt. Ille etiam *Facultates.*
Sylla haud amplo sanè in patrimonio educatus, ab adolescentia penes alios habitans non grandem pro domicilio mercedem soluebat, sicut posteriori tempore cùm indignè secundam adeptus fortunam putaretur, ei obiectum est. Glorianti siquidem & Aphricanam post uictoriam militiámq; magnificis utenti uerbis, quidam ex honestiori ordine dixisse fertur: Quonã modo uir bonus esse potes, qui cùm nihil à pa-
2 tre tibi relictum sit, tot ac tanta possideas? Nam cùm rectus ille ac nitidus uiuendi mos haud amplius permaneret, iámque deliciarum & luxurioſi apparatus æmulatione susceptа, è maiorum curriculo deflexisset, par tamen cõuitium ponebatur, & suorum facultates amittere, & paternam minimè paupertatem conseruare. Potitus postearerum Sylla cùm multos occideret, & libertini generis homo quẽdam ex proscriptis occultare diceretur, & proinde è saxo præcipitãdus esset, obiecit Syllæ, quòd unà simul in domo diutius uitam agitassent, cùm interim ipse quidem pro superiore habitaculo duo millia nummûm, ille autem pro inferiore tria millia mercedem afferret. Itaque inter utriusque fortunam * mille nummos interfuisse, qui drachmas Atticas ducentas, & quinquaginta ualebãt. Hæc quidem de antiqua Syllæ fortuna me- ** Mille nũmi ualent 25. coronatis solaribus.*
3 moriæ produntur. Eius autem corporis speciem aliam statuæ ipsæ declarant: glaucos oculos cùm uehementer acerbi ac sæui essent, color in facie terribiliores reddebat aspectu. Rubor enim sparsim immistus albedini efflorebat, quam quidẽ ad rem & coloris nomen inditum fuisse dicunt. Quidam etiã ex dicacibus Syllam Athenis mordens, Sylla, inquit, morũ est farinis inspersum. Huius generis de homine indiciis uti nequaquam absurdum est, quem adeò in exercendis salibus natura studioſum extitisse ferunt, ut ab ineunte ætate plurima cum ignominia sodalitia cum mimis atque ridiculis petulanter habuerit. Postea uerò quàm in rerum omnium dominatu constitutus est, è scæna spectaculísque impudentissimos cogens, inter potandum quoti-
4 dianis dicacitatibus certabat. Quæ cùm ab eo grandiori ætate patrari, & dominantis insuper dignitati probrum ac dedecus afferre uiderentur, cõplura negligenter omittebat, quæ studio indigebant ac diligentia. Cœnanti siquidem Syllæ nullus circa seria usus erat. Verùm cùm alio tempore impiger & eximia seueritate esset, ut primùm in sodalitia & compotationes abierat, uno impetu mutationem capessebat, ut mimis

& ſaltatoribus manſuetus ad omnem familiaritatem pronum ſe obnoxiúmq; ſubiiceret. Huius tam ſolutis moribus animi ad amores leuitas, & ad illecebras præcipitiũ, à quibus ne prouectioribus quidem annis ſeſe reuocauit, occaſionem præbuere. Metrobium ſcænicum à iuuenilibus annis magno amore complexus, longius prouectus eſt, eo indies ſecum floreſcente morbo. Nam cùm initio publicam quidem, cæterùm locupletem mulierem quam Nicopolin appellabant, deperiret, à qua deinde conſuetudine & formæ gratia mirificè amatus erat, ab ea cùm uita excederet, hæres eſt relictus. Nouercæ quoque hæreditatem ſortitus eſt, quæ illum perinde ac filium diligebat: quibus ex rebus iam mediocres ad eum opes peruenerant. Quæſtor deinde Mario primum gerenti cõſulatum deſignatus, cum eo ad bellum Iugurthinum nauigauit in Aphricam. Profectus igitur ad exercitum cùm alias ad res ſpectatum ſe præbuit, tum uerò bona uſus occaſione, Bocchum regem Numidarum intima ſibi deuinxit amicitia. Ipſius nanque legatos cùm à Numidis latronibus euaſiſſent, ſingulari comitate excipiẽs, ornatos muneribus tutiſſimo etiam adiuncto comitatu remiſit. Fortè Boccho Iugurtha gener & inuiſus & formidoloſus erat: quo per id tempus profligato, & ad ſe confugiente, Syllam acciuit: ab illo enim quàm à ſe, Iugurthã & comprehendi, & tradi malebat. Ea re Mario communicata, paruam militum manum aſſũmens magnum diſcrimen adiit. Nanq; homini barbaro, & aduerſus neceſſarios infideliſſimo, de altero capiendo fidem adhibens, eius manibus ſeſe commiſit. Bocchus tamen accepta ab utroque poteſtate, cùm de frangenda in alterũ fide in neceſſitate ſe conſtituiſſet, poſt multos mentis æſtus, prioris proditionis ſententiam cõprobauit, & Iugurtham Syllæ tradidit. Eo de negotio Marius quidem triumphum egit: cęterùm tam præclari facinoris gloria quę propter inuidiam Marij Syllę adſcribebatur, tacitum Mario mœrorem importabat. Sylla enim ipſe natura iactabundus, & ex humili ac ignota uita, per ora ciuium tum primùm uolitare incipiens, guſtata honoris dulcedine, ad id ſtudium & auiditatem progreſſus eſt, ut in annulo inſculptã eius rei geſtæ circunferret imaginem, eóque continuè uteretur. Erat autem ſculptura, Bocchus qui Iugurtham traderet, Sylla qui ſuſciperet. Hæc Mario triſtitiam afferebant. Syllæ autem minorem quàm ſuam eſſe inuidiam exiſtimans, illo ad rem militarem uſus eſt plurimúm. Siquidem conſul ſecundùm creatus Syllam legatum habuit: tertiùm uerò conſul, militum tribunum, ipſius opera multa utilia edens facinora. Legatus enim Tectoſagorum ducem Copillum cepit. Tribunus militum Marſos populoſiſſimam ſanè gentem ad Romani pop. amicitiam ſocietatémque perduxit. Marium poſtea ſibi infeſtum, necdum ullas rerum gerendarum occaſiones libenter omittentem, quin ad augendam fortunam incumbentem ſentiẽs, Catulo Marij collegæ ſe dedit, uiro quidem bono, uerùm ad certandum hebetiori, à quo maximas ad res atque primarias fidem conſecutus, ad potentiam pariter & gloriam proceſſit. Is magnam incolentium Alpes barbarorum partem debellauit. Ingruẽte deinde commeatus inopia, Sylla curam ſuſcipiens tãtam effecit copiam, ut Catuli milites & maxima in abundantia agitarent, & inſuper Marianis exhiberẽt. Qua in re Marium uehementi dolore affectum fuiſſe dicitur. Hæc igitur inimicitia breuem adeò iuuenilémque prius materiam exordiúmque capeſſens, mox per ciuilem cruorem inexpiabilésque ſeditiones degraſſata, ad tyrannidem uſque, ac rerum omnium cõfuſionem progreſſa eſt. Quod Euripidem ſapientem hominem & ciuilium morborum peritiſſimum, demonſtraſſe ferũt: qui honoris certamen & ſtudium, quaſi numen aliquod peſſimum atque perniciоſiſſimum, deuitandum eſſe utentibus præcepit. Sylla gloriã ex re bellica ad ciuilia negotia iam ſibi ſatis eſſe exiſtimans, cùm militaria poſt facinora ſtatim popularibus rebus ſeſe tradidiſſet, prætura urbana petere cœpit, quã aſſequi non licuit. Cuius ipſe rei culpam in plebem reiecit. Plebem enim, inquit, cùm ſuam in Bocchum amicitiam animaduertiſſet, uenationes ſplendidas & aduectarum

ex Aphrica belluarum dimicationes expectaſſe, ſi ante prætura ædilitatẽ adipiſceretur: itaque alios prætores deſignaſſe, ut ædilitatem coactus ipſe exerceret. Cæterùm Sylla ueram repulſæ cauſam minimè confiteri uidetur, quod & re ipſa comprobatur. Anno enim poſt, tum colenda plebe, tum largitionibus animos adducẽs populi, prætura adeptus eſt. Eo igitur prætura gerente, cùm indignabundus Cæſari ſua ſe in illum poteſtate uſurũ eſſe dictitaret, ridens Cæſar, Rectè, inquit, tuum putas eſſe magiſtratum, quem tuis habes pecuniis comparatum. Poſt eam prætura in Cappadociam cum exercitu mittitur, ſpe quidem ut Ariobarzanem reduceret in regnum, re autem uera Mithridatem reprimeret, qui non minorem quàm antea poſſidebat potentiam, ac regnum complectebatur. Non magnas itaque ſecum adducẽs copias, cæterùm prompta ſociorum uſus opera, multis in Cappadoces, plurimis in Armenios auxilium ferẽtes editis ſtragibus, Gordium eiecit, Ariobarzanem regem declarauit. Syllæ ad Euphratem moram trahenti, regis Parthorum Aeſacij legatus Orobazus in colloquium uenit, cùm nullum antea Romani & Parthi commercium habuiſſent. Hoc etiam ingentis fortunæ Syllæ factum uidetur, quòd Parthi amicitiam ſocietatémque petentes, ad illum potiſſimum Romanorum principem congreſſum habuerunt. Tres eo tempore ſellas propoſitas ferunt, unam Ariobarzani, alteram Orobazo, tertiam Syllæ, unde amborum medius reſidens ius diceret: quam ob cauſam poſtea rex Parthorum necauit Orobazum. Syllam nonnulli tanquam barbaros ludibrio per delicias habentem, probare: alij difficilem & intempeſtiui honoris ambitioſum increpare. Memoriæ proditum eſt, uirum quendam genere Chalcidenſem ex iis, qui cum Orobazo deſcenderant, Syllæ uultum ſæpius contemplatum, & ad corporis atque animi motus haud incuriosè incumbentem, quin ad artis materiam hominis ingenium attentius conſiderantem, dixiſſe: Neceſſe eſt hunc maximum fieri uirum. Miror etiam nunc, inquit, quomodo ne cũctorum primus ſit, tandiu patiatur. Redeuntem inde Syllam Cenſorinus repetundarũ poſtulauit, quòd ex amicorum ſociorúmque regno magnam contra legem pecuniæ uim compilaſſet. Nec tamen cõtrà in iudicio ſtetit, ſed ab accuſatione deſtitit. Excandeſcebat interim Mariana ſeditio, nouã quandam ex congeſtis à Boccho honoribus nacta materiam. Is ut populum Romanum delinimentis coleret, ſimul & Syllę gratiam aucupatus, triumphales in Capitolio poſuit imagines, aureúſq; inerat Iugurtha ab eo Syllæ traditus. Ea re grauiter inſtigatus Marius, cùm ſtatuas detrahere niteretur, ac reliqui Syllæ ſubuenirent, incenſa quantùm antea nunquam amborum ſtudiis ciuitate, ecce ſociale bellum dudum gliſcens aduerſus urbem exarſit. Quo quidem in tumultu maximo uarióque, & plurima Romanis mala grauiſſimáque pericula importante, Marius grande nihil oſtẽtare ualens, argumẽto fuit, uirtutem bellicam uigore pariter ac uiribus indigere. At Sylla complurima celeberrima edens facinora, imperatoris gloriam reportauit, magni quidem penes ciues, maximi autem penes amicos, feliciſſimi uerò penes hoſtem. Quibus in rebus illud Timothei Cononis filij nequaquam paſſus eſt. Nam cùm inimici præclara ipſius facta fortunæ adſcriberent, & in tabulis dormiente illo fortunã urbibus retia circumponentem pingerent, ille acrius irritari, & fingentibus grauiter ſuccenſere, quaſi rerum ab ſe geſtarum gloria priuaretur. Aliquando autem ab expeditione re bene geſta remeans, ad populum conuerſus, Viri Athenienſes, inquit, huius rei bellicæ nullam ſibi partem fortuna uendicat. Ipſam deinde fortunam aduerſus ambitioſum adeò Timotheum iuueniliter irritatam ferunt, ut nullum deinceps inſigne facinus ab eo patratum fuiſſe conſtet: ſed iniquis belligerantem prorſus auſpiicis, & populo ſemper aduerſatum, ex ipſa demum patria eiectum profugiſſe. Sylla uerò non modò eius generis felicitatem, ac fortunæ fauorem libenter admiſit, uerumetiam in maius extollens, & bona in ſe fortunæ diuinitus data magis ac magis illuſtrabat, ſiue per iactantiam id faceret, ſiue de his ita ſentiret. Etenim ſuis in cõmen-

Sociale bellũ.

tiriis ſcriptum reliquit, cùm conſultaſſet quæ contra animi ſui ſententiam pro tempore audacius aggredieda eſſent, ſecundiora ſibi euenisse. Rurſus cùm ſeſe ad fortu- 14
nam, quàm ad bellum melius à natura inſtitutũ eſſe dicit, plus fortunę uidetur, quàm uirtuti tribuiſſe, & omnino ſeipſum in fortunæ poteſtate poſuiſſe: quippe qui concordiæ, quam cum Metello ſocero, & eiuſdem ordinis uiro habuit, cauſam diuinæ cuidam fortunæ attribuit: magnæ enim ſibi moleſtiæ futurum illuſtrem hominem, qui in communicando principatu tantam benignitatem exercuit. Lucullum etiam in commentariis quos ad illum inſcripſit, commonefacit, nihil tam ſtabile ducere, quàm quod noctu ſibi numẽ imperaret. Cùm ad bellum ſociale magnis cum copiis mitteretur, circa Lauernam uaſtum terræ hiatum extitiſſe ſcribit, è quo lucidũ emerſiſſe ignem, magnámque in cælo flammam perſtitiſſe. conſultos uates dixiſſe, quòd ſi uir bonus, ſingularis aſpectu, ac præſtantiſſimus principatum geſſerit, præſentes tu- 15
multus ſedaturus ſit. Hunc ipſum ſe Sylla fuiſſe edicit: non uulgari enim aſpectu eſſe, flauo colore comæ, uirtuti ſe non eſſe dedecori, ſibi teſtimonio eſſe tot ingentia facta. Hæc quidem de diuinitate. Reliquis in moribus tanta inæqualitas, ut ſecum diſcrepare uideatur: rapere multa, largiri plura, honorare indignos, uiolenter agere, colere quorum indigeret opera, ludibrio habere ſupplices, adeò ut neſcias utrum contemptoris, an aſſentatoris habuerit ingenium. In puniendo quanta fuerit diuerſitas, hinc iudicaueris. Nõnullos leuibus quidem ex cauſis torſit: rurſus maximas iniurias æquo tulit animo: inexpiabiles ob cauſas recõciliatus eſt facilè: minimis ex noxiis & abiectis, cædes bonorúmque publicationes fecit. Sylla itaque cùm ingenita ferueret iracundia, durum & ultionis auidum ſe præbere. Vbi uerò per rationem abiiceretur acerbitas, ad utile ferri. Cùm eius milites in hoc ipſo bello ſociali Albinum uirũ prę- 16
torium legatum ſaxis & fuſtibus mactaſſent, tantam iniuriam impunem præteriit. Gloriabundus etiam diuulgabat, ſe illis alacrioribus ad pugnas uſurum, peccatũ per fortitudinis opera emendaturis. Accuſatorésque nihili faciebat. Nam cùm Marium deleſſe, & ſociali bello finem impoſuiſſe cenſeret, ut aduerſus Mithridatem imperator crearetur, exercitum delinimentis alliciebat. Profectus in urbem, conſul cum Q. Pompeio deſignatur, & iam quinquagenarius erat. Tunc & celebratiſſimũ fecit connubium, Cæcilia Metelli pontificis maximi filia in uxorem accepta. Qua in re cùm plebei multa decantarent, multi primores indolebant, eum tali muliere cenſentes indignum, quem conſulatu dignum cenſuerant, ut Titus inquit. Non modò autẽ hanc 17
duxit uxorem, ſed priorem Iliam, cùm adhuc pubeſceret, quę & illi filiolam enixa eſt. Poſt illam Aeliam. Tertiam Cęliam, quam ut ſterilem ſummo cum honore donis adiectis repudiauit. Paucis pòſt diebus ducta Metella, haud rectè Cæliam improbaſſe uiſus eſt. Metellam quidem aſſiduè tantopere coluit, ut cùm populus de reducendis Marianis exulibus ſtuderet, Sylla uerò pernegaret, Metella rogantibus illis opem attulerit. Sylla quoque captis Athenis acerbius ſæuiſſe creditus eſt, quòd de muro ſalibus & conuitiis Metellam fuiſſent inſectati. Sed hæc poſterius. Tum ad futura parui cõſulatum exiſtimans, ad Mithridaticum bellum mente & cogitatione deflagrabat. Contrà Marius ob gloriæ ſtudium & honoris inſaniam, in affectiones minimè ſeneſcentes inſurgebat, uir & corpore grauis, & proximis per ſenium militiis iam defatigatus, tam longinquis & tranſmarinis inhians bellis. Cúmque Sylla ad reliqua negotia iam properaret in caſtra, Marius domi perſtans pernitioſiſſimam illam ſeditionem fabricauit, tantis cauſam cladibus, quantis Romanam ciuitatem uniuerſi ne- 18
quaquam hoſtes afflixerant, ſicut & diuinis præmonſtratum eſt ſignis. Haſtæ quibus uexilla geſtantur, per ſe ignem emiſerunt, qui ægrè reſtinctus eſt. Tres corui pullos in uiam productos deuorarunt, eorúmque reliquias intra nidum retulerunt. Mures ſuſpenſum in templo aurum corroſerant, è quibus æditui quandam caſſe fœminam ceperunt. Ea ibidem quinque enixa muſculos, tres abſumpſit. Quod autem maximum

Ingenium marium.

Prodigia quæ bellum ſociale præceſſerunt.

maximum fuit, ex aere ſereno & omni prorſus carenti nebula, tubarum ſonus increpuit, acutas & lugubres intendens uoces, adeò ut cuncti præ magnitudine timoris uecordes comprimerentur. Thuſci uates alterius generis permutationem, & trâſ- 19
ferendum ordinem portendi commonſtrabant. Octo enim cuncta eſſe genera moribus & uitæ inſtitutis inuicem differentia. Vnicuique temporis definitum eſſe numerum à deo, anni magni ambitu perfectum, qui cùm finem habuerit, inſtante iam altero, admirandum è terra uel cælo moueri ſignum, adeò ut curioſis earum rerum peritis ueſtigio declaretur, ut homines aliis moribus, & uitæ rationibus uſuri in lucem iam producti ſint, qui diis aut maiori aut minori quàm ſuperiores curæ ſunt. Cætera in ipſa generum permutatione magnas innouationes capeſſere, diuinationémque magnis interdum honoribus excreſcere, & ipſis nuncupationibus aſſequi, cùm plura & manifeſta ſigna à deo ipſo præmittantur. In altero rurſus genere humilem ſtatum eſſe rudémque ut plurimùm, & qui per incerta & obſcura quædam inſtrumenta res futuras attingat. Hæc quidem à Thuſcis, qui ratione ac ſapientia re- 20
liquis anteibant, diſſerebantur. Sedente ſenatu in templo Bellonæ, & ſuper hiſce rębus operam uatibus dante, paſſer inſpectantibus cunctis inuolauit, ore cicadam gerens, cuius eiectam partem reliquit, partem etiam tenens abſceſſit. Hinc augures ſeditionem, agreſtium aduerſus urbanam & forenſem turbam dimicationem coniectabant. Hanc enim ſicut cicadam uocalem canorámque eſſe, ruſticam uerò ex aruis. Marius itaque tribunum plebis Sulpitium aſſumit, hominem nulli flagitioſiſ- *Sulpitius tribunus pleb. homo ſceleratus.*
ſimo ſecũdum. Ne requiras quonam modo altero improbior fuerit, cùm ſeipſo fuerit ſceleratior, crudeliſſimus, & nimia incitatus audacia pariter & auaritia: quocunque turpitudo & mala cuncta uocaſſent, nihil penſi habere, nihil cogitare, Romanam rempub. libertis & inquilinis in propatulo uenundare, pretia poſitis in foro menſis dinumerare. Tria hominum millia gladios tenentium nutrire, equitum iuniorum manum ad omnia promptiſſimorum, ad corporis ſui cuſtodiam habere. 21
Hos Antiſenatum appellabat. Is lege promulgata, ne quis ordinis ſenatorij ultra duo millia drachmarum æs alienum conflare poſſet, cùm uita exceſſit, trecentas myriadas debiti nomine reliquit. Hic à Mario dimiſſus in plebem cùm omnia ui & ferro inſtituiſſet, cùm alias leges flagitioſas ſcripſit, tum illam, quæ bello aduerſus Mithridatem gerendo imperatorem Marium præficiebat. Quare indicto à conſulibus iuſtitio, concionem habentibus illis in æde Caſtoris, Sulpitius turbam inferens, & aliorum complurium ſtragem edidit, & Pompeij conſulis filium adoleſcentulum medio in foro confodit. Ipſe uerò Pompeius fugam capeſſens ſeſe abdidit. Sylla in Marij domum pertractus, iuſtitium ſoluere coactus eſt. Pompeio deinde prætore creato, Sulpitius conſulatum quidem Syllæ minimè abſtulit, cæterùm exercitum in Mithridatem deſtinatum Mario attribuit. Itaque tribunos Nolam confeſtim emittit, qui acceptum exercitum deducant ad Marium. Prævenientes autem Syl- 22
la, militibus acta renuntiat: quod ut accepere, uenientes tribunos iactis lapidibus obruerunt. Marius intra urbem Syllæ amicos interficit, bona diripit: fugas inde cerneres ac tranſmigrationes ex urbe in caſtra, ex caſtris in urbem. Senatus non ſuis, ſed Marij atque Sulpitij trahebatur edictis. Audiens Syllam ad urbem aduentare, duos prætores Brutum & Seruilium miſit, qui Syllam reuocarent: quibus aſperiora Syllæ facientibus uerba, milites ad eos mactandos incitati, & effractis faſcibus, paludamentis exuerunt, & multas per contumelias uexatos remiſerunt. Hinc mœror ingens aderat, cùm prætoriis ſpoliati inſignibus cernerentur, intolerandam iam im- 23
medicabilémque diſcordiam renuntiantes. Marius igitur apparatum agebat, Sylla uerò ſex plenos ducens ordines à Nola, cum collega caſtra mouebat: qui cùm milites ad inuadendam urbem uideret impigros & ardentes, anceps erat, & ſecum formidans pericula uerſabat. Augur Poſthumius poſt ſacrificia ſignis intellectis, in Syllam

Appianus lib. 1. belli ciuilis.

manum utranque tendens, Colligari me iube, inquit, & ad confectum usque prælium diligentius asseruari: nisi enim omnia tibi & maturè & prosperè perfecta obuenerint, etiam extremum supplicium subire non recuso. Ferunt & dormienti Syllæ uisam esse deam, quam Romani eximia ueneratione colunt, accepta ex Cappadocibus disciplina, siue Luna sit, siue Minerua, siue Bellona: hanc sibi adstitisse Sylla æstimauit, & posito in manibus fulmine, nominatim ut suos feriret inimicos imperasse, eósque percussos collabi atque deleri. Eo ex insomnio spe plenus, cunctis collegæ eius expositis, Romam ductabat exercitum. Inter eundum circa oppidum *Πιτίνας *Triripa legati fiunt obuiam, suppliciter orantes, ne impetu irrumpat urbem: iusta enim omnia mox illi decreto senatus adfutura. Quapropter ut Sylla castra locaret, conuenit, locúmque metiri duces exercitus pro more iussit. Cui adhibita fide discessere legati. Illis abeuntibus, statim L. Basillum, & *C. Micinium submisit, qui portam occuparent, montémque simul Exquilinum. Ipse deinde omni studio iter adiungebat. Basillo per captam irrumpente portam, populus inermis iniectis de mœnibus saxis, & tegulis cursum continuit, & ad muros repressit. Quod Sylla conspicatus (iam enim aduentarat) domos incenderent clamitabat: ipse primus facem tenens ardentem uiam inibat, tum sagittariis, ut in superiora tecta tela ignita nullius habita ratione iacerent, edixit, affectus ira, & omnibus in rebus furori sese regendum committens: qui dum hostes tantùm aspectat, non amicos, non consanguineos, non familiares ulla in mentione aut miseratione ponens, per incendia discurrebat, sontem insontémue neminem internoscens. Inter hęc pulsus ad Telluris ædem Marius, per præconem seruos spe libertatis accersebat. Aduentante deinde superatus hoste, concessit ex urbe. Sylla coacto senatu, Marium, & paucos alios, in quibus & tribunum plebis Sulpitium, reos mortis decernit. Cæterùm Sulpitius seruo prodente cæsus est, quem Sylla prius libertate donatum præcipitauit è saxo. Mario autem grandem præconio indixit pecuniam, ingratè sanè, & ciuili nequaquam de more, quippe qui paulò antè in Marij potestate domi suæ cùm dedisset se, tutus dimissus erat. Quòd si à Mario Syllam à Sulpitio necari permissum esset, ipsi rerum omnium potiri licuerat. Et tamen ueniam impartiuit paucis pòst diebus eadem occasione præstita, sed eandem nequaquam assecutus est clementiam. Quibus ex rebus Sylla senatum magno dolore clàm afficiebat. Populi autem maleuolentia & odium operibus minimè obscurum obiiciebatur, qui Nonium eius nepotem & Seruium, cùm magistratus Syllæ fauore peterét, repulsos ac fugillatos habuit, aliis subinde creatis quorum honores præcipuè Syllæ indignationi fore rati sunt. Quibus ille magnam simulabat lætitiam, quòd is populo libertatis fructus esset, cùm quæ uellet liberè faceret. Populare etiam odium colere adortus, ex aduersa factione consulem constituit L. Cinnam, execrationibus ac iureiurando præoccupans, suis eum rebus studio ac beneuolentia consulturum. Is Capitolium ascendens lapidémque manu tenens, iurauit ei: deinde præsente multitudine imprecatus est, nisi amorem in illum beneuolentiámque seruasset, non secus ex urbe extrudi ac lapis è manu: & lapidem abiecit in humum. Inito consulatu confestim Syllæ decreta rescindere aggressus, in Syllam accusationem instruxit: Tribuno etiam plebis Virginio diem dixit. Eum Sylla cum sedibus iudiciariis omittens, aduersus Mithridatem traiecit. Diebus quibus ex Italia Sylla mouebat exercitum, cùm alia complura Mithridati circa Pergamum missa diuinitus signa traduntur, tum uerò coronatum Victoriæ simulachrum, quod Pergameni quibusdam supernè machinis in eum demittebant, cùm ferè caput attingeret effractum, coronámq; multa per frusta humi per theatrum esse collapsam. Quæ res uulgo quidé terrorem, Mithridati autē non parum mœroris incussit, tametsi per id tēpus res supra spem illi succederēt. Ipse enim intercepta Romanis Asia, regibúsque Bithynia & Cappadocia expulsis, Pergami consederat, amicis opes,

opes, potentatus, ac regna dispertiens. Filiorum eius unus antiquum principatum in
28 Ponto ac Bosphoro supra Mæotim, obstantibus nullis obtinebat. Alter Ariarathes Thraciam & Macedoniam magno subegerat exercitu; aliáq; alij loca duces magnas habentes copias in potestatem redigebant. Ex quibus maximus Archelaus uniuerso mari nauibus imperitabat, Cyclades insulas in seruitutem trahebat. Reliquas omnes quæ intra Maleam sitæ sunt, simul & Eubœam ipsam subiugarat. Inde concitatus ab Athenis usque Thessaliam omnes à Græcis gentes ad defectionem solicitauit; circa Chæroniam paulùm quiddam nactus obstaculi. Hìc nanq; Brutius Sura, Sentij prętoris Macedoniæ legatus, sese tulit aduersum, uir & fortitudine, & sapientia singulari. Ille Archelao torrentis instar per Bœotiam ruenti uehementius occurrens, tribus
29 apud Chæroniam prœliis decertans eum repulit, & ad mare denuo repressit. L. deinde Lucullo imperante ut aduentanti Syllæ cederet, & decretum illi bellum permitteret, statim ad Sentium relicta Bœotia copias reduxit, quanquam res illi super uota secūdæ fluerent, & Græcia propter hominis bonitatem ac modestiam familiarius sese ad permutationem haberet. Hæ quidem res à Brutio præclarissimè gestæ sunt. Reliquæ ciuitates missis legatis Syllam uocabant. Athenis autem, quæ Aristionis dominationem pati cogebantur, collecto robore incubuit, eísque capto Piræo obsidionem circumposuit, omnibus instans modis & uaria committens prœlia: quòd si tempus non magnum tolerare instituisset, nullo cum discrimine superiorem capere urbem potuisset, cùm fame ac necessariorum inopia ad extremum iam perducta diem esset. Verumenimuero cùm rerum nouarum metu Romam festinaret, multis cum periculis,
30 multis cum pugnis, ingentibus impēsis, omni studio bellum illud urgebat. Cui præter reliquum apparatum, machinamētorum decem mulinorum iugorum millibus quotidiana impendebatur opera. Vt uerò deficere materia cœpit (nam alia excindi opera, alia suis effringi ponderibus, & assiduis hostium iactibus incendi) sacros aggressus est lucos: ipsum etiam secuit Lyceum & Academiam, cuius super omnia suburbana densissimum erat arbustū. Cùm ad usus belli pecuniæ urgeret inopia, ad mouenda Græciæ sese conuertit asyla, quæ in donariis ornatissima & pretiosissima fuerant, tum ab Epidauro tum ab Olympia ad se deferri iussit. Delphos etiā ad Amphictyones literas dedit, præstare ipsas dei pecunias ad se portari: aut enim tutius seruaturum, aut si necessarios ad usus consumpsisset, non pauciores sanè restituturū: & Caphin Phocensem ex familiaribus unū misit, cui ut singula pondere susciperet mādata dedit. Tum Caphis Delphos profectus, aliquid sacrorū tangere ueritus, corā Amphictyonibus necessitatem multis testatus est lachrymis: asserentibúsq; nonnullis, se citharæ sonitum intra sacram ædem audisse, Caphis seu dictis fidem adhiberet, seu
31 Syllæ religionem uellet incutere, ad eum renūtiauit audita. Cui per facetias Sylla rescribens, Miror, inquit, Caphi, ignorare te non quidem indignantis, cęterùm exultantis indicium tantùm esse. Quocirca perinde ac deo summa cum hilaritate pecunias tribuente, tu quoq; confidentius accipe. Cætera quidem clam Græcis emissa sunt: dolium uerò quod unum egregiis muneribus reliquum erat, cùm & pōdere & magnitudine tollere iumenta nequirēt, Amphictyones coacti cōsciderunt. Qua in re tum Flaminium, tum Manlium Acilium, tum Paulum Aemilium memoria repetierunt: quorū hic electo è Græcia Antiocho, illi debellatis Macedoniæ regibus, non modò à Græcorum templis sibi temperauerant, uerumetiam dona illis, honorē, & ornamen-
32 ta cōplura adiecerant. Atenim illi modestissimorum hominum, qui tacitas magistratibus manus præbere didicerant, duces legitimi, animo quidem reges, sumptibus autem tenues ac perparci, mediocribus ac taxatis utebantur impensis, cùm interim militem per assentationem sibi conciliare, quàm hostem reformidare deformius ducerent. Huius uerò tēpestatis imperatores uiolētia magis q̄ uirtute fastigiū uendicātes, & in mutuā perniciem armis indigentes, factiosè ipsos etiā hostes in expeditionibus

Græcię fana expilat Sylla

cogebantur allicere. Deinde ut commilitonum operas emerent, cùm grades ad illorum uoluptates ac libidines consumerent opes, uenalem sese patriam facere non intelligebant, & ut in meliores dominationem exercerent, flagitiosissimorum seruitio sese obnoxios reddere. Hæc Marium eiecerunt, hæc eum rursus aduersus Syllam reduxerunt: hæc Cinnanos in Octauij, hæc Fimbrianos in Flacci necem suscitauerunt. Sylla non minima dedit initia ad eos, & corrumpendos, & concitandos, qui sub alio- 33
rum essent imperio, cùm suis sumptuosas largitiones suppeditaret. Vnde cùm cæteros ad proditionem, suos certè ad prodigalitatem corruptione incitaret, grandi semper illi pecunia opus erat, ad tantā præsertim obsidionem. Ad capiendas enim Athenas grauis quædam & inexorabilis cupiditas hominē habebat, seu uetusta urbis gloria incensus illud umbratile bellum suscepisset, seu furiosius conuitia morsúsq; ferret, quibus eum atque Metellam passim de muris irridens & insultans tyrannus Aristion irritabat, homo & flagitio pariter ac crudelitate compositum habens animum. Is quicquid Mithridaticis ex morbis atque uitiis effluxerat, in seipsum exceperat, & ciuitatem quæ infinita bella complurésque tyrannidas, intestinásque discordias sicuti mortiferam ægrotationem euaserat, ad extremum tempus adduxerat. Tritici
Caritas annonæ ingens. medimnus mille drachmis in urbe ueniebat. Reliquis mortalibus nascentia circum 34
arcem gramina pascentibus, coctósque calceos & uasa commanducantibus, ipse iugiter diurnis compotationibus per lasciuiam petulantissimè saltans, ridiculos in hostem factos à se uersus usurpabat. Cùm sacram deæ lucernam per inopiam olei extinctam audisset, nihili fecit. Sacerdoti quæ dimidium frumenti sextarium petierat, piper misit. Senatoriæ dignitatis uiros, ac sacerdotes suppliciter orantes, ut misericordia ciuitatis motus pacem cum Sylla fœdúsq; faceret, iectis sagittis dissipatos submouit. Tandem suis ex compotoribus duos aut tres, qui de pace agerent, ægrè misit: qui cùm nihil salutare postulantes, sed Theseum, Eumolpum, & res aduersum Medos gestas inani quadam ostentatione prædicarent, Abite ô beati homines, inquit Sylla, & istas uobiscum orationes recipite: haud enim capessendæ studiosus disciplinæ à Rom. populo Athenas missus sum, cæterùm ut rebelles euertam. Interea senio- 35
res quidam cùm in Ceramico uerba inter se facerent, inuehi cœperunt in tyrannū, q muri custodiam circa heptachalcum (is intra urbē locus est) negligentius faceret, quà impetu facto facilis hosti patēret ascēsus. Is exceptus sermo deinde renūtiatur ad Syllam. Quod nequaquā aspernatus, noctu locū captu facilē speculatus, rem ipsam aggressus est. Ipse Sylla in cōmentariis suis refert, M. Teium qui prior in murum euaserat, cùm occurrenti hosti uiolētius galeæ ictum inflixisset, gladiū infregisse, haud tamen cessisse loco, sed perstantē tenuisse. Ea igitur ex parte Athenienses natu grandiores urbem captā fuisse cōmemorabant. Ipse uerò Sylla inter Piraicam & sacrā portam muro effosso, & æquato solo, nocte irrupit media, terrore maximo, cùm tubæ cornuáq; streperēt, & copiæ quas ad cædem, ad rapinam immittebat, per angiportus mi- 36
litari clamore strictis gladiis ferrentur. Innumerabiles obtruncati. Cruoris unda & magnitudo ipsis etiam nunc locis definitur. Nam præter urbis reliqua cadauera, occisorum circa forum numerus uniuerso intra Diphilum Ceramico continebatur. Tradunt & multi suburbium per portas inundasse. Cùm hunc in modum tot interfecti sint, non pauciores extitere, qui patriæ iam extinguendæ misericordia & desiderio, sibi necem ipsi cōsciuerint: hoc enim optimates pertimuisse, ac salutem desperasse fecit, quòd nullam in Sylla clementiam, moderationémq; crederent. Cęterùm Midias & Calliphon exules, precantes ac genibus obuoluti, & senatores commilitones eius ne ciuitatē deleret petiere. Ad quos ille, collaudatis Athenienſibus priscis, ultione iam expletus ac saturatus, Donare se, inquit, multos paucis, uiuósque defunctis. Sylla Athenarum urbe potitus est, ut ipse in commentariis scriptum reliquit, Calend. 37
Martiis, qui dies ad Ἀπατουρίους mensis exordiū maximè concidit, in quo multa ad imitationis

tationis illius ac diluuij memoriam pernicioſámque ſtragem fortè patrantur. Vrbe capta, tyrannus in arcem confugiens obſidione cingebatur. Eius operis cura Curioni demandata, poſt longi temporis tolerantiam, premente ſiti, in deditionem uenit, & ſtatim ſigna diuinitus affuere: qua enim die atque hora illum Curio deducebat, tot ex ſereno nubila concurſārunt; tanta uis erupit imbrium, ut arx inundaret. Nec diu pòſt Pyræus in Syllæ poteſtatem uenit, cuius pars maxima incendio uaſtata, ubi & Philonis armamentarium, opus ſingulāri admiratione proſequendum. Interea Taxilles Mithridatis præfectus ex Thracia & Macedonia centum millibus peditum, equitum decem, & falcatis curribus nonaginta deſcendens, Archelaum adhuc circa Munychiam ſtantem in anchoris arceſſit, neque mari decedere uolentem, neque ad conſerendam cum Romanis manum acrem ſtrenuúmue, ſed ad conterendum bel-
38 li tempus, & commeatus eis intercipiendos. Quæ Sylla longè melius illo conſpicatus, è locis ſterilibus, quæ uel pace uix alere poſſet exercitum, in Bœotiam caſtra mouit. Per eius rei conſilium compluribus errare uiſus eſt; quoniam relicto Athenienſi agro, aſpero quidem, & equis inuio, in planos ſeſe campos & patentes Bœotiæ locos iniecerit, cùm equitibus & curribus cerneret robur conſtare barbaricum. Verùm famem, ut dictum eſt, inopiámque deuitans, Martis diſcrimina ſectari coactus erat. Rurſus ei terrorem Hortenſius importabat, homo imperatoriis inſtructus artibus, & certandi percupidus, quem ad Syllam ex Theſſalia copias adducentem, inter anguſtias barbari inſidiantes ſeruabant. Ea propter in Bœotiam Sylla mouerat. At Caphis noſtris fauens partibus, deceptis per alios tramites barbaris, ſub Tithoræam
39 per Parnaſſum deduxit Hortenſium. Erat autem haud tantæ quantæ hac tempeſtate amplitudinis ciuitas, ſed exciſum in præcipiti rupe caſtellum, quo Phocenſes cùm irrumpentem Xerxem fugerent, ædificato ibi loco, ſalutem ſibi compararunt. Hîc caſtris poſitis Hortenſius die quidem reiecit hoſtē, noctu uerò ad Patronidem per aſpera deſcendens loca, occurrenti cum exercitu Syllæ ſeſe coniunxit. Commiſti collem quendam qui è campis Eleaticis medius eminet, occupant: ſolum ſanè fertile ac rerū ubertate commodum, in cuius radice aquarum abundantia erat: hūc Philobœotum appellant. Eius naturam Sylla mirificè ſitúmq; collaudat. Caſtrametantiū paruus hoſtibus uiſus eſt numerus. Equites enim mille & quingenti, haud plures erant: pedites
40 quindecim millibus pauciores. Quocirca reliqui duces Archelaum uel inuitum induxerunt, ut acie ſtructa, copiæ deſcenderent. Cernere erat campum equis, curribus, clypeis, ſcutísque refertum, uoces ac ſtrepitus ipſe minimè capiebat aer. Cùm tot pariter gentes inſtructæ conſtarent, tam ſumptuoſi præterea apparatus, ac ſpiritus iactantia pleni, elatæque ceruices, fruſtra non erant, nec ad ſtupefaciendum inutiles: arma quoque radiantia auro & argento decora, & Medicarum Scythicarúmque ueſtium colores luculentiſſimo ære ferróque permiſti, dum agitarētur, inſtar ignis terribilem incutiebant aſpectum. Eas ob res intra uallum Romani ſeſe comprimebant, ita ut Sylla nulla eis ratione pauorem poſſet adimere. Violentius itaq; refugere, nec ullo pacto quietem agere, grauiter uerò ferre, & conuitiis Syllam inſectari, qui bar-
41 baros aſpernans ridénsque ſpectaret. Hæc tamen ipſa res maximè omnium Syllę profuit. Etenim Romanos contemnentes aduerſarij, confuſos admodum uertere ordines, cùm alioquin ob præfectorum multitudinem nequaquam ducibus audirent. Nā cùm pauci toleranter in caſtris ſe tenerent, maxima turba direptionibus & rapinis ineſcata, complurium dierum uiam longè à caſtris palantes uagabātur. Tum Panopæorum oppidum excidiſſe dicuntur, & Lebadæorum urbe direpta, oraculū depeculatos fuiſſe, nullo interim imperante duce. Sylla cùm in eius oculis tot urbes delerētur, mœrore anxius & indignabūdus, nullo interim otio militem langueſcere patiebatur: at nunc ex alueo Cephiſum cogebat auertere, nūc nulli conceſſa quiete, ingētes cauare foſſas: quòd ſi quē cedere animaduerteret, inexorabilis caſtigator inſtabat,

ut labore ad tanta defatigati opera, animo belli diſcrimina libentius amplexarentur: quod & euenit. Cùm enim tertio pòſt die laborantibus illis Sylla præteriret, ſeſe ut in hoſtes ducerentur magno clamore precabantur. Quibus ille, Haud iſtud profectò pugnare uolentium, ſed laborare nolentium prælium eſt. Sin uera certandi cupiditas ineſt, illuc uenite, dixit, armati: commonſtrátque ubi ſuperiori tempore finitimo fluuio arx fuerat, tunc autem urbe deleta, præruptus ac ſaxeus reſtabat tumulus, ab Aedylio monte diſiunctus, quantum flumen Aſſus continet, qui ſub radicem montis Cephiſo commiſtus, ſimúlque uiolentior factus munitiorem caſtris reddit tumulum. Quò cùm ferreis inſignem clypeis hoſtem feſtinantem Sylla conſpiceret, locum captaturus præuenire contendebat. Itaque prompta militum uſus opera, potitus eſt monte. Inde retruſus Archelaus, aduerſus Chæroneam facit impetum. Chæronenſes qui cum Sylla militabant, eum ſuppliciter orabant, ne conſeruandæ ciuitatis curam abiiciat. Gaminium igitur tribunum militum cum cohorte ſtatim mittit Chæronenſibus omiſſis, qui tametſi cuperent, Gaminium tamen celeritate conſequi nequibant: adeò bonus, & Chæronenſibus ad eorum ſalutem animoſior atque ſtrenuior extitit. Iobas non Gaminium, ſed Hercium miſſum fuiſſe dicit. Noſtra itaque ciuitas eò deducta periculorum euaſit incolumis. A Lebadia & Throphonio ſortes uictoriam portendentes, & ſecunda Romanis mittebãtur oracula, de quibus per incolas plurimus ſermo manat. Vt autem à Sylla undecimo commentariorum ſcriptum eſt, Quintus Titius, inter eos qui per Græciam negotiabantur non ignobilis, poſt partam in Chæronea uictoriam ad eum profectus, annuntiat ſecundam & pugnam & uictoriam à Trophonio eodem in loco non diu pòſt ſignificari. Poſt hunc quidam in ordine militans Saluenius nomine, à deo prædictum eſſe retulit, qualem Italicis, talem & illis rebus futurum finem. Vtrique de dei reſponſo hæc ipſa prædicabant: ſe enim ſimilem Ioui Olympio uenuſtatem & magnitudinem uidiſſe commemorabant. Vt uerò Sylla traiecit Aſſum, ſub Aedylium profectus uicina Archelao caſtra poſuit, qui per id tempus inter Acontium & Aedylium penes Aſſios (ſic enim appellant) munitiſſimum iecerat uallum. Locus in quo tẽtoria fixit, in hunc uſque diem Archelaus ab illo nominatur. Sylla diem unum intermittens, Murenã uno cum ordine, ac duabus cohortibus reliquit, qui confuſum turbaret hoſtem. Ipſe in Cephiſi ripis immolauit, quo facto in Chæroneã pergit, ut acceptis inde copiis, Thurium ab hoſtibus captum inſpiceret. Eſt autem cacumen aſperum multis frequẽs anfractibus, quod uocamus Orthopagum: ſub flumen, Apollinis Morij Thuriíq; templum eſt. Id deo à Chæronis matre Thuria inditum eſt cognomentũ. Chęronem autẽ Chęroneæ habitatores induxiſſe, rerũ ſcriptores prodiderũt. Nonnulli aſſerunt bouẽ, quã Pythius Cadmo ducem exhibuit, eo in loco primùm cõparuiſſe, & ab ea locum appellatum: Thur ſiquidem Phœnices uaccam nuncupant. Aduentanti Chæroneam Syllæ, tribunus militum urbis præfectus præſidio, inſtructos armis ducẽs milites obuiam prodit, lauream geſtans coronã. Suſceptis & appellatis benignè militibus, cùm ad ingrediendum periculum adhortaretur, duo Chæronenſes ei ſuperueniũt homines, Homoloichus & Anaxidamus, qui accepta parua militum manu, Thurij præſidium obtruncaturos ſe pollicebantur. Occultam enim barbaris eſſe ſemitam, quæ à Petrocho penes Muſæum ſupra uerticem ducat ad Thurium, quà commeãtes, facto in eos impetu, facilè iactis ſupernè ſaxis exploſuros in plana. Gaminio de hominum fide ac fortitudine teſtem ſe præbente, Sylla rem aggrediẽdam imperauit. Tum acies inſtruit, & diſpartitis in utrunq; cornu equitibus, ſibi quidem dextrum, Murenæ uerò ſiniſtrum attribuit. Galba & Hortenſius legati inſtructas habentes cohortes poſtremi ſuccedebant, ne circunductio ab hoſte fieret obſeruantes: hoſtes enim complurimis equitibus, & leuis armaturæ peditibus cornu, & inflexum & agile apparare ſpectabantur, ut cùm longius reduxiſſent Romanos, circundarent. Interea Chæronenſes

Chæronenſes cùm accepto à Sylla Ericio duce, clàm Thurium circuiſſent, ſéq; deinde oſtentaſſent, ingens tumultus & barbarorum fuga fit, tum plurima cædes inuicẽ. Nec enim permanſere, uerùm per prona delati propriis incumbebant iaculis, ſéque mutuò pellentes in præcipitia dabant: hoſtes è ſuperioribus inſtabant, & nuda cuncta feriebant. Hoc pacto ad Thurium tria millia cecidere. Ex fugiẽtibus partem Murena inſtructis ſuis excipiens truncat ac delet. Reliqui intra ſuorum caſtra compulſi
47 phalange fuſim irruentes, pauore latè ac turbatione cuncta replebant, quódque non minimùm ſtragis importauit, ducibus morã intulerunt. Mox enim Sylla copias turbatis inuehens, interuallúmque celeritate corripiens, omnem falcatis curribus uim intercepit, & momentum, cui maximè currẽdi longitudo robur immittit, & exagitatione uehementem præbet impetum. Spatij uerò breuioris ictus imbecilles ſunt, & obtuſi, ſicuti tela quę tenorem ac uim non accipiunt. Quod eo tempore barbaris obtigit: priores nanque currus lentius agitati, & debiliter inuecti, à Romanis plauſibus retrudebantur & riſu, quale ſpectaculum curſus equorum præbere ſolet. Hinc robur pedeſtre irrumpit inuicem, barbaris quidem longas ſariſſas protẽdentibus, & clypeorum ſerie phalangem inſtructam ſeruare conantibus: Romanis autem cùm pila deiciſſent, gladios nudantibus, & ut confeſtim quantùm ira concitabat manum con-
48 ſererent, ſariſſas repellentibus. Nam ſeruorum millia quindecim ſtructa cernebant in fronte, quos regis præfecti uno præconio liberos dictos inter militares ordines locarant. Tunc Romanum quendam Centurionem dixiſſe ferunt, ſeruis duntaxat ad Saturnalia licentiam impartitam eſſe ſcio. Hos ipſos denſitate ac frequentia tardè repulſos, & præter ingenium manere auſos, Romani ſagittis & *glandibus innumeris * ὀλόφυρτοι
terga uertere & aciem turbare cogunt. Archelao dextrum cornu ut circundaret referente, Hortenſius ex tranſuerſo inuolans, curſu delatas immiſit cohortes. At illo cõfeſtim duo ex ſuis equitum millia conuertente, à multitudine repreſſus Hortenſius, ſe ad montana ſubtrahebat, à legione ſenſim abruptus, & ab hoſte circuncinctus. Id ubi Sylla reſciit, nondum marte conſerto à dextro cornu, ſubſidium allaturus inſe-
49 quitur. Archelaus hoſtis aduentum ex pulueris nube ſuſpicatus, Hortenſio libenter omiſſo, in dextrum cornu flexit iter, unde Sylla fecerat impetum: illud enim ab imperatore deſertum facilè ſeſe capturum in ſpem uenerat. Præterea aduerſus Murenam Taxilles ferreis munitum ſcutis peditatum induxit. Quocirca uocibus bifariam illatis, & tumulis clamorem referentibus anceps Sylla ſubſtitit, utra in parte præſens potius adeſſet. Suam tandem aciem recipiens, Murenæ ſubſidio quatuor cum cohortibus miſit Hortenſium. Ipſe uerò quinta ſubſequi iuſſa, ad cornu dextrum pleniore greſſu pergit ire, iam aduerſus Archelaum conſtanter pro dignitate pugnans. Vt autem apparuit Sylla, uiolentius incumbentes uincunt, uictos ad fluuium uſque, & ad Acontium montem effuſa fuga perſequuntur. Murenæ tamen periculum minimè Sylla contempſit, ſed ad ferẽdum concitatus auxilium, ubi eos quoque uicto-
50 res aſpexit, rurſus ad inſectandum conuertitur. Multi barbarorum cæduntur in campo, plurimi dum uallum petunt, obtruncantur. Ex tot millibus decem tantùm millia in Chalcidem elapſa ſunt. Sylla refert ſuis ex militibus conquiſitos eſſe quatuordecim, ex quibus cùm adueſperaſceret, duos adueniſſe, idcirco trophæis Martem, Victoriam & Venerem inſcripſit, perinde ac in eo prælio non minus felicitate, quàm ſolertia & potentia rem bene geſſerit. Hoc quidem trophæum de campeſtri pugna erexit, qua primùm Archelaus uſq; ad * Medum fluuium inclinauit. Alterum eſt ad * μέδιον
cacumen Thurij de circundatis barbaris, græcis inſcriptum literis, Homoloichum & Anaxidamon bellatores præſtantiſſimos ſignificantibus. Huius pugnæ uictoriã Thebis celebrauit, ædificata circa Oedipi fontem ara: iudices Græcos aliis ex oppidis acerſens, quando cum Thebanis ſimultatem exercens, dimidium illorũ agrum abruperat, & Apollini Pythio & Ioui Olympio conſecrarat, iuſſit utriq; deo pecuniam ex

fructibus reddere,quam ipſe rapuerat. Audiens poſtmodum Flaccum ex aduerſa fa- 51
ctione conſulem electum, Ionium mare cum exercitu traiicere, uerbo quidem contra Mithridatem,re autem uera cõtra Flaccum ipſum,ut ei ſe ferret obuium,in Theſſaliam caſtra mouit.Ei cùm penes Meliteam urbem eſſet, crebri afferũtur nuntij, regias copias haud ſanè minores quàm antea, relictos à tergo locos denuo populari. Nanque Dorylaus ingenti nauium apparatu delatus ad Chalcidem, in quibus octoginta hominum millia in armis ſpectata, & ex omni multitudine Mithridatico exercitu præſtantiſſimè inſtructa ducebat, mox Bœotiam incurſarat, agróque potitus erat. Is ut Syllam eliceret ad prælium, promptam exhibebat operam, Archelao nequaquam audiens, ne id faceret obſiſtenti,rumores de priore pugna diſſeminans, tot uirorum millia non ſine proditione deleri potuiſſe. Maturè igitur Sylla reuerſus, 52
Archelaum uirum ſingulari prudentia præditum, & Romanæ uirtutis etiam atque etiam expertiſſimum eſſe Dorylao demonſtrauit. Nam prope Tilphoſium in Syllam incidens,primus erat qui diſſuaderet ne prælio decerneretur,at impenſis & tempore bellum terendum.Spem tamen nonnullam præbuit Archelao propinquus Orchomeno locus, in quo locata caſtra fuerant, iis ad decertandum mirum in modum idoneus, qui equeſtribus copiis pollerent. Ex agro nanque Bœotico uniuerſo, quæ pars pulchritudine ac magnitudine excellit, maximè ea ad Orchomeniorum urbem pertinet.Ea tantùm planities diffunditur arbuſtis uſque ad paludes uacua, in quibus Melas fluuius aſſumitur,ſub Orchomeniorum urbem emergens,magnus quidem & ſolus è Græciæ fluminibus à fonte nauigiorum patiens, & æſtiuum circa ſolſtitium inſtar Nili incrementa ſuſcipiens:eadem quæ in illo naſcuntur & ipſe producit, præterquam ſi qua fructum non ferunt,aut non augeſcunt. Cæterùm longè non excur- 53
rit,maxima ex parte in occultos continuò lacus aut ſyluas extinguitur: nõ magnam uerò partem Cephiſo commiſcet,quo in loco præcipuè lacus, ut uidetur, commodâ conficiendis tibiis producit arũdinem.Locatis igitur proximè caſtris,Archelaus quidem otioſus erat: at uerò Sylla foſſas utrinque cauat, ut ſi qua præſtaretur facultas, è ſolidis locis & equorum curſui aptis ad paluſtria hoſtes excluderet. At illi morarum impatientes, ut primùm à ductoribus emiſſi ſunt, tam effuſa uelocitate curſitant, ut non modò qui operibus deſtinabantur,uerum etiam perturbati ordines plurimi fugam capeſſerent. Vbi deſiliens ab equo Sylla, correpto ſigno, per mactantes in hoſtem conuolat, & uociferatur, Mihi quidem,inquit,ô Romani milites hîc pulchrum eſt mori: uos autem cùm rogabimini, quonam in loco imperatorem ueſtrũ prodideritis, dicere mementote, in Orchomeno: quo dicto reuocati ſunt. Mox etiã 54
duabus cohortibus à cornu dextro ſubſidium afferentibus incurſans uertit hoſtem. Reductis paululum deinde militibus, prandium cùm dediſſet, rurſus ab hoſte uallum foſſa muniebat. At illi denuo inſtructiores quàm antea impetu deferebãtur, ubi Diogenes Archelai priuignus, cùm in dextro cornu pugnam cieret, cunctorum admiratione ſpectabilis,occidit. Romani ſagittarij cùm incumbẽtibus aduerſariis quò ſe uerterent non haberent, collectas manu ſagittas ut enſes infligentes conſauciabãt. Deinde intra uallum incluſi,per mortes ac uulnera miſerabiliter pernoctabant. Sylla rurſus cùm illuceſceret, adductis ad uallum militibus foſſam agitabat. Erumpentes deinde complurimos commiſsa pugna dare terga coegit, ad quorum trepidationem conſiſtente nemine uiolentius incumbens caſtra obtinet. Lacus & paludes adeò 55
cruore cadaueribúsque repletæ, ut hac etiam ætate barbaricos arcus, galeas, fragmenta thoracum ferrea, gladios cœno immerſos offendant, cùm poſt eam pugnam anni fermè ducenti elapſi ſint.Res quidem ad Chæroneam & Orchomenum hoc pacto geſtæ memorantur. Cùm Cinna & Carbo Romæ in clariſſimos uiros flagitiosè ac impudenter agerent, complures ab eorum dominatione fugitantes, in Syllæ caſtra perinde ac portum ſeſe conferebant. Paruo deinde tempore, quædam apud eum

eum ſenatus forma creata erat.Metella cùm pueris clanculum ſe ægrè ſubducens, ad ipſum quoque profecta nuntiat,& domum & uillas ab inimicis incenſas:proinde ut domeſticis opitularetur,ſupplex orabat. Quas ob res cùm Sylla fluctuaret ambiguus (nec enim patriæ uaſtitatem negligẽter tolerare poterat,nec bellum Mithridaticum, opus tam arduum imperfectum relinquere cogitabat) Archelaus Deliacus mercator aduentat,ſpes nonnullas & ſermones à regio ferens Archelao:quæ res adeò Syllæ cõ-
56 placita eſt,ut & ipſe ad Archelai colloquia properantius uenerit. Ad mare circa Delũ conuenere,ubi templũ eſt Apollinis. Prior Archelaus orſus, petebat,ut Aſiæ ac Ponti rebus omiſſis, Sylla ad Romanum enauigaret bellum, quantùm pecuniarum triremiúmque & copiarum à rege uellet accipiens. Tum excipiens Sylla, Mithridatis, inquit,ſecurus eſto. Tu uerò in eius locum regnum aggredere, & inita cum populo Rom.ſocietate naues trade. Archelao autem regis proditionẽ abominãte, Sylla ſubiecit: Tu cùm ſis Archelae,Cappadox, & barbari regis ſeruus, ſeu mauis amicus, ad bonorum talium adeptionẽ turpitudinẽ ſubire nolis: mihi autem qui ſum & Rom. populi imperator, & Sylla,de proditione uerbum audes facere? quaſi non ille ſis Archelaus, qui nuper ex Chæronea ex centum & uiginti millibus militũ minima cum manu ſalutem fuga comparans, & biduum in Orchomeniorum paludibus latitans,
57 inacceſſibilem præ interfectorũ multitudine Bœotiam dereliqueris. Archelaus mutata poſt hæc ſentẽtia,caput inclinat,& ad preces uerſus, obteſtatur ut bellum finiat, & Mithridati ſe conciliet.Sic inuitatus rem Sylla ſuſcipit,fœderáque cõficiuntur, ut Mithridates Aſiam Paphlagoniámque dimittat, Bithyniam, Nicomediam, Cappadociámque cedat Ariobarzani,duo talẽtûm millia Romano pendat populo,ſeptuaginta naues æratas cum apparatu & armamẽtis exhibeat, Sylla reliquum illi regnum ſtabiliter aſſerat,& regem populi Rom. ſocium decernat.His conuentis atque confixis,flexo curſu per Theſſaliam & Macedoniam ad Helleſpontũ iter facit,Archelaum honorificè comitem habens. Eo nanque penes Lariſſam in aduerſam incidente, & quidem grauiter, ualetudinem,ſiſtit iter, & de hominis ſalute non ſecus ac unius ex
58 ducibus & commilitonibus ſuis curam diligentiámque ſuſcepit. His rebus in Chæronea geſtis criminationem iniecerunt,perinde ac ibi non ſine uitio decertatum ſit: quódque Sylla cęteros Mithridatis amicos,quos captiuos habebat reſtituẽs, Ariſtionem duntaxat tyrannum ueneno ſuſtulit, qui cum Archelao ſimultatem exercebat, præſertim cùm decem millia agri iugera in Eubœa Cappadoci data forẽt, & Romanorum amicus ac ſocius inſcriberetur à Sylla: quas res in commẽtariis Sylla refellit. Tunc aduentantibus à Mithridate legatis, cùm alia quidem ſuſcipere eum dicerent, Paphlagonia uerò ne Mithridatem ſpoliaret, obſecrarent, de nauibus quoque haud omnino cõſentirent: indignabundus Sylla, Quid dicitis?inquit:Mithridates ad uindicandam Paphlagoniæ poſſeſſionem ſtudet,& de tradẽdis nauibus it inficias? quem caput inclinaturum ego ſanè exiſtimabam, ſi dexterã illi manum relinquerem, qua
59 tantùm ciuiũ Romanorũ numerum trucidauit. Atqui alterius generis uoces emittet illico,ubi ipſe in Aſiam traiecero.Nunc Pergami ſedẽs bellum quod nequaquam aſpexerit imperatoriis diſponat artibus.Itaque legati pauore perculſi quietem ſeruabant.At Archelaus Syllę preces afferebat,& iracundiã mitigabat multis cum lachrymis,dexteram eius attingens.Denique ut ad Mithridatem legati remitterentur, perſuaſit,pacem enim per eius ſententiam confecturos:quòd ſi non exoret,ſibiipſi mortem conſciturum.Eo igitur has ad res emiſſo,ipſe agrum Medicum inuadẽs,& multa depopulatus loca, rurſus reuertit in Macedoniam. Deinde Archelaum apud Philippos admittit, cuncta rectè habere nuntiantem,opus autem eſſe penitus,ut ſecum Mithridates in colloquiũ ueniat: cuius rei Fimbrias potiſſimùm cauſa erat,qui cùm alterius factionis principẽ Flaccum obtruncaſſet,Mithridatis duces ſuperans,aduer-
60 ſus eum commeabat.Quæ Mithridates pertimeſcẽs,Syllæ potius familiaritatẽ ami-

citiámque delegit. Proinde in Troadis Dardano conuenerunt, Mithridates quidem ducentas uniremes habens, ex pedestribus uerò copiis uiginti armatorum millia ac sexcentos equites,currúsque falcatos plurimos: at Sylla cohortes quatuor,equitésque ducentos. Cùm Mithridates obuiam prodisset, ac dextram protendisset, Sylla percontatus, Belló ne,inquit, finem imponis iis conditionibus quas cõfessus est Archelaus? Tacente rege,Sylla,Eos,inquit,quibus pace opus est,uerba prius facere cõuenit: at uictoribus silentia tenere satis est. Postquã Mithridates purgationem suam orsus,belli causas partim in deos uertere, partim in ipsorum culpam Romanorũ referre conatus est: excipiens Sylla,Dudum,ait,aliis renuntiãtibus audieram,nunc autem ipse intelligo,quàm singulari Mithridates,polleas eloquentia,qui tam flagitiosis in rebus,támq; impiis prætextu & ratione probabili minimè caruisti.Cùm autem 61
quæ acerbissimè ab eo patrata fuerant, confutasset,& accusando improbasset, denuo rogauit, num quæ cum Archelao pacta conuentáque sint,absoluat. Illo eum in modum facturum sese respondente, familiarissimè salutauit, & amplectens,exosculatus est. Insuper Ariobarzanem & Nicomedem reges adducens conciliauit, in gratiámque reuocauit. Mithridates itaque nauibus septuaginta traditis,sagittariísque quingentis,in Pontum enauigauit. Eam pacem milites grauiter & iniquo ferebant animo: siquidem regum omnium iniustissimum, qui uno die centum & quinquaginta Romanorum millia paratis iugulari fecerat insidiis, tantis opibus & spoliis datis, ex Asia uelis ascendere indignum censebãt, quam annos iam quatuor populationibus collectísque tributis exhauserat. Quod cùm Sylla sensisset, eã facti defensionem afferebat,quòd Mithridati simul & Fimbriæ,si in se cõspirassent,bellum nequiret inferre. Inde aduersus Fimbriã incitatus,qui penes Thyatira castra habebat,iacto pro- 62
ximè uallo castra fossa circuncinxit.Tum Fimbriani milites è castris solis elapsi tunicis, Syllanos familiariter amplexati, operum adiutores se fecerunt, promptissimam impartientes operam.Eam conspicatus Fimbria permutationẽ, & cum Sylla in gratiam redire posse desperans,intra uallum necem sibi consciuit. Sylla* duobus millibus talentûm uniuersam condemnauit Asiam.Priuatim autẽ cùm contumeliis,tum obsidione immorantium domos absumpsit.Edictum enim erat,ut hospes diuertẽti apud se militi* quatuor tetradrachma præberet in dies, cœnam insuper ei, & quotcunque familiares inuitasset.Centurioni* drachmas quinquaginta in dies singulos. Vestem aliam cùm domi uersaretur,aliam cùm prodiret in publicum. Cũcta dehinc 63
cum classe discedẽs Ephesо,die tertio intra Piræũ iecit anchoras. Vbi cùm sacris initiatus esset,sibiipsi peculiarem Apelliconis Teij bibliothecam exemit, in qua omnia ferme Aristotelis & Theophrasti uolumina fuerant,quorum notitia nondum apertè manarat in uulgus.Ea Romam delata,maximam partem à Tyrannione grammatico digestam in numerum fuisse traditur. A quo Rhodium Andronicum cùm esset facilè nactus, exemplaria in medium posuisse, & quæ nunc feruntur, tabulas exscripsisse. Cæterùm uetustiores Peripatetici per se quidẽ eximij, & doctrinarum studiosi uidentur, uerùm in Aristotelis ac Theophrasti scriptis non multis sanè, aut multa cum diligentia uersati, propter Nelei Sceptij hæredem, cui Theophrastus suos codices legarat:qui deinde ad imperitos homines,quos nulla honoris & laudis cura tãgebat, peruenerant. Syllæ moram circum Athenas trahenti, dolor cum stupore pe- 64
dibus atque molestia incidit, quem Strabo*balbutientem podagram appellat.Quapropter Adipsum enauigans calidarum usum aquarum habuit, per otium simul & illecebras scænicis cum histrionibus diem exigens. Per littus deambulanti piscatores quidam eximiæ pulchritudinis pisces attulerunt: quo munere plurimùm delectatus ut Halæenses esse cognouit,An,inquit,quidam ex Halæensibus adhuc superstites restant? Post partam enim ex Orchomeni prælio uictoriam, in persequendis hostibus tres unà Bœotiæ urbes deleuerat,Antedonẽ, Larymnam,& Halæas. Hominibus uerò

*12.00000 coronatis.

*Faciũt duos florenos cum dimidio.

*Aequualẽt coronatis 5.

*φθειριάσεως.

rò nullam metu uocem edere ausis,subridẽs Sylla,lætos abire iussit: haud enim cum
65 uilibus aut neglectis,quæque reiici debeant, aduenisse. Eam ob rem Halæenses spe pleni in unum congregati, urbem denuo repetisse dicuntur. Sylla per Thessaliam & Macedoniam ad mare descendens, mille ac ducentis nauibus à Dyrrhachio Brũdusium traiicere parabat. Proxima est Apollonia,quam penes est Nymphæum sacer locus, è uirenti colle ac pratis ignis fontes effundens assiduè per sparsos riuulos defluentes.Hoc in loco memoriæ proditũ est,somno pressum Satyrum fuisse captum, qualem poetæ ac pictores effingunt. Is perductus ad Syllam complures per interpretes quisnam esset interrogatus,nihil quod posset intelligi uix uociferatus est. At uocem asperam equi præsertim hinnitu,& hirci balatu permistam edens, cùm Syllam
66 obstupefecisset,datis comitibus dimissus est.Sylla cùm transmissurus esset milites,ac uerereturne ubi prehendissent Italiam,quisque per urbes dilaberetur,primùm quidem iurarũt per se mansuros, nullámque sponte sua Italiæ uastitatem importaturos. Post modum cùm grandi pecunia illi opus esse conspicerent,unusquisque suis rebus primitias adimens pro facultate ad Syllam conferebant: quas tamen Sylla minimè suscipiẽs,collaudauit. Tum adhortatis & accensis animis aduersus imperatores XV, & quidem,ut ipse inquit,inimicissimos,quadringẽtas & quinquaginta cohortes habentes traiecit,cùm antea deus illi felices rerum successus manifestissimè portendisset.Nam eo circa Tarentum,quà traiecerat immolante,iecur extrema sui parte laureæ coronæ formam habens inspectũ est,*corymbo pendente gemino. Pridie quàm * κηρύλου. Campaniam ingrederetur,duo eximiæ magnitudinis hirci penes Ephæum montem conserere conspecti sunt,omnia quæ inter pugnandum euenire mortalibus solent,
67 nunc inferentes,nunc tolerantes.Erat autem uisio,quæ paulatim à terra eleuata quaquauersus per aerem dispergebatur, obscuris idolis perquam similis: postmodum euanuit. Nec diu pòst,Mario iuniore & Norbano consule magnas inducentibus copias, Sylla cùm neque aciem,neque turmas suorum instruxisset,cominus strenuitatis robore & audaciæ usus impetu,in fugam conuertit hostes,& septem millibus cæsis,intra urbem Capuã Norbanum inclusit. Hanc extitisse causam inquit,ut per oppida milites non dissoluerentur, sed coniuncti aduersarios aspernarentur, tametsi multò amplior esset numerus. In Syluio seruum Pontij numine afflatum sibi obuiam ueniisse scribit, qui diceret se à Bellona missum, ut belli potẽtiam atque uictoriam nuntiaret: quòd si non maturaret, Capitolium incendio periisse. Quod ipsum,
68 & qua die prædictum ab homine fuerat,obuenit. Ea uerò fuit pridie nonas Quintiles,quas nunc Iulias uocamus. Marcus etiam Lucullus ex Syllanis ducibus unus, ad Fidentiam sedecim cohortes aduersus hostiles quinquaginta instruens,fisus militum strenuitate, è quibus tamen cùm inermes permultos haberet, tardior subdubitabat. Eo deliberante è propinquo prato mollis aura frequentissimos exercitui flores incutiens,& sua sponte manentes insperfit, & adeò super scuta & galeas intulit, ut hostis coronatos existimaret. Ea re animosiores facti conserunt manus,uictorésque decem & octo millia trucidant,& hostem castris exuunt. Hic eius Luculli frater erat, à quo posteriori tempore Mithridates atque Tigranes debellati sunt. Sylla multis adhuc exercitibus & ingentibus copiis circũfusos undique sibi hostes uidens, potẽtiæ fraudes adiunxit, alterum ex consulibus Scipionem ad pacem inuitans, qui cùm acciperet,plures in unum conuentus colloquiáque fiebant. Sylla uerò semper aliquam al-
69 liciẽdi rationem iniiciens & occasionem,Scipionis commilitones per suos corrumpebat,qui ad fraudandos & omni incautos ratione demulcendos homines,quemadmodum & eorum ductor,exercitati erant. Hostilia nãque ingressi castra, & illis immisti,nonnullos confestim argento, quosdam pollicitationibus,alios blandimentis & suadendi suauitate pelliciebant. Postremò Sylla cum cohortibus XX propius aduentante,nonnulli Scipionianos salutant. Illi autem salute reddita,ad illos accedũt.

Plin. lib. 2, cap. 106. strabo lib. 7.

Scipio intra tentoriũ ſolus relinquebatur. Sylla cum cohortibus XX perinde ac mã-
ſuefactis auibus aduerſus inimicorũ quadraginta luctatus,cũctos ſuos reduxit in ca-
ſtra. Quo tẽpore Carbonẽ dixiſſe memoriæ proditũ eſt, quòd cùm aduerſus uulpem
atque leonem Syllæ animũ incolentes belligeraret,maior ex uulpe ſibi mœror infer-
retur. Poſt hæc Marius LXXXV cohortes circa ſignũ habens,Syllam prouocabat ad 70
prælium. Is autem eo die ad ineundũ certamen promptiſſimus erat: quieſcenti enim
Syllæ ſomniũ huiuſce generis obuenerat inſomnium. Seniorem nãque Marium diu uita functum,
filio Mario ſuadentẽ admonentémq; exiſtimarat, ut diem qui inſequebatur cautius
euitaret,uti permagnã ſibi infelicitatem importantẽ. Quocirca Sylla ad conſerendã
manum ardentior,Dolabellã procul inde metatum accerſit. Incumbẽtibus hoſtibus
& uiam intercludentibus,Syllani ſuſcepto, ut uias ſternerent prælio, laſſitudine frã-
gebantur,frequens ſimul pluuia operibus ingruẽs maius illis malum iniecit. Ea pro-
pter centuriones Syllã adeuntes ſuppliciter orabãt,ut aliud in tẽpus præliũ differret.
Milites pariter per laborem eiectos,& humi quieſcentes,ac ſcutis incumbentes oſtẽ-
tabant. Quod ſimulac inuitus Sylla conceſſit,dato locãdis caſtris edicto (iam uallum 71
iacere priuſquam reuocaretur exercitus,& foſſam ducere cœperãt) ecce Marius ſuos
elatus infert inter propugnatores adequitans,tanquã cõfuſis ordinibus & tumultuo-
sè perturbatis,cũcta diſſipaturus. Vbi fortuna uocem inter ſomnos auditã Syllæ per-
ducebat ad exitũ: cuius ira militibus aſtitit,qui operibus intermiſſis, fixíſq; ante foſ-
ſam pilis,gladios ſtringunt,ſublatíſq; militari de more clamoribus,manum cũ hoſte
conſerunt. Marianorũ,cùm diutius ſubſiſtere nequirent,terga uertentiũ ſtrages per-
magna fit. Marius ſeſe Præneſte fuga ſubtrahens obſeratas iam portas offendit, fune
ſupernè demiſſo cùm ſe incinxiſſet,receptus eſt in murũ. Nõnulli,è quibus eſt Fene-
ſtella,aſſerunt ne prælium quidẽ ſenſiſſe Marium: cæterùm cùm per uigilias ac labo-
res humi incumberet in umbra,dato iam pugnæ ſigno ſopori ſe dediſſe, poſtea fuga
iam facta ægrè excitatum. Eo in prælio Sylla ſcriptum reliquit,tres ac uiginti dunta- 72
xat amiſiſſe,cùm ex hoſtibus uiginti millia obtrũcarit,octo autem millia in poteſta-
tem uiua redegerit. Eodem etiã modo reliqua per eius præfectos,Põpeium,Craſſum,
Metellum,Seruilium,proſperè cedebant: hi enim aut nihil, aut parum incurrẽtes ad-
uerſi,ingentes hoſtium copias deleuere,adeò ut Carbo,qui cõtrariã factionem unus
continebat,ab eius exercitu fugã noctu faciens,tandem in Aphricã naui ſeſe recepe-
rit. Certamine extremo,quin ante Romanas portas Samnis Teloſinus, qui Syllæ laſ-
ſo uelut inſidiator incumbebat, proſterneretur parum abfuit. Magnam ſiquidem is
manum adunans,Lamponio Lucano ſocio ſecum adſcito,Præneſte iter accelerabat,
ut ab obſidione Marium eriperet. Cùm autẽ uir bellicoſus & ingentium præliorum 73
expertiſſimus,Syllã à fronte, Põpeium à tergo in ſe incurſantes intellexiſſet, antè re-
tróq; compreſſus,noctu caſtra mouit, in ipſam Romã uniuerſo cum exercitu cõuo-
lans. Nec multũ defuit,quin Romã omni præſidio nudatã offenderet. Decem ſtadia
prope portã Collinã ſuos cõtinens Sylla,ſtationẽ poſuit,ingenti gloria elatus ac ſpe,
quòd tot talésq; duces imperatoriis artibus & uaframentis illuſiſſet. Vt primũ illuxit,
flore iuuentutis aduerſus illum adequitante,cùm alios permultos,tum Appiũ Clau-
dium uirum generoſum ac ſtrenuum proſternit. Orto intra urbẽ (ut par erat) tumul-
tu,ſimul & ululatu muliebri atq; diſcurſu,ueluti ab hoſte uiribus urbe capta,primus
Galba præmiſſus à Sylla ſummo ſtudio cum equitibus ſeptingentis aduentãs cõſpi-
citur,qui facto tanto tẽporis interuallo,ut equis ſudorem refrigeraret,rurſus deinde
frænis impoſitis,eueſtigio cum hoſtibus conſerit. Sylla interim apparuit,qui primo- 74
ribus prandium capere iuſſis, confeſtim aciem inſtituit. Dolabella & Torquatus, ut
impetũ contineret, multis inſtabãt precibus,ne domitos defatigatione homines pe-
riculis ſupremis obiiceret: haud enim Carbonẽ aut Marium, uerùm Samnites atque
Lucanos acerbiſſimas inimicis & hoſtilibus animis nationes aduerſus Romã ſimul
inſtare:

inſtare: quibus reiectis,tubas pugnæ ſignum & inuadendi initium canere iuſſit. Dies
iam horam uergebat in decimã,cùm decertantibus qualiter nũquam aliàs, dextrum
cornu,cui Craſſus præerat ſplendidam uictoriã reportabat. Siniſtrũ uerò laborabat,
& malè habebat. Cui cùm Sylla albo inſidẽs equo,& pedum uelocitate præſtanti, &
inde notior,opem ferret, duo in eum hoſtes iamiam dimiſſuri haſtas intentant, quos
minimè quidẽ præuidit ipſe,uerùm ſtabulario equo plagas intorquente, tantũ abla-
tus præuenit,ut haſtarũ cuſpides penes equi caudam collabentes humi defigerentur.
75 Traditum eſt Syllam cùm quandam Apollinis imagunculam è Delphis nactus eſſet,
eam inter præliãdum ſinu ſemper ferre ſolitum,hãc eo tẽpore exoſculatum, & hiſce
uerbis eſſe alloquutum: O Apollo Pythie,qui felicem Syllã Cornelium tot ex præliis
illuſtrem,ampliſſimúmq; ſuſtuleris, hîc in patriæ portis ſuis cum ciuibus fœdiſſimè
pereuntẽ abiicies? Huiuſcemodi uocibus cùm Sylla deum inuocaſſet,nonnullis ſup-
plicem obuolutum,aliis minas incuſſiſſe, quoſdã increpaſſe: ſiniſtro denique cornu
confracto,inter fugientes permiſtum intra uallũ ſeſe recepiſſe,magno & amicorũ &
familiariũ amiſſo numero. Ex urbe non pauci qui ſpectatum aduenerãt,cõculcati &
extincti ſunt,adeò ut ciuitas deleta putaretur. Cúmq; multi Prẽneſte ex fuga trucida-
rentur,Marius ab obſidione ferè ſolutus eſt,iubẽtibus iis Lucretium Oſellam, quem
obſidioni Sylla præfecerat,mox caſtra mouere, tanquã Syllæ rebus in pernicié datis,
76 & in hoſtiũ poteſtate exiſtente iam Roma. Profunda iam nocte,quidã in Syllæ caſtra
à Craſſo miſſi peruenium, ſibi ac ſuis cœnam depoſcentes. Fuſis enim & fugatis An-
temnam hoſtibus,ibi locaſſe caſtra: quo accepto nuntio,cùm iam aduerſariorũ eſſet
latiſſimè ſtrages edita,ſub aurorã profectus eſt Antemnam. Ad eum tribus millibus
caduceatorem mittentibus,tutum illis futurũ promiſit,ſi aliquo hoſtium exercitum
incommodo afficerent. Quibus pollicitationibus cùm credidiſſent,facto in reliquos *Crudelitas immanis Syllæ.*
impetu,multi mutuis uulneribus cæſi ſunt. Hos tamen & alios qui ſupererant ad ſex
millia in Circo congregat,ſenatum in æde Bellonæ uocans. Eodem tempore & Syl-
la orationem in ſenatu exorſus eſt,& quibus negotium datũ erat,ſex illa millia trun-
cabant. Cùm tot millibus paruo in loco iugulandis fremitus deferretur, attonito ſe-
natu,ipſe nihilominus immutato atq; cõſtanti uultu orationẽ cõtinuãs, ſenatum di-
ctis eius intentos adhibere animos edicit,nec quæ foris gerãtur perinde ac ſuperua-
77 canea curioſius perſcrutari,ſe nanq; iubẽte caſtigari pleroſq; flagitioſos. Nemo Ro-
manus tam tardo extitit ingenio,cui non cognitu facilè fuerit, eum habitum potius
tyannidis cõmutationem,q̃ liberationẽ fuiſſe. Marius quidẽ cùm initio grauis eſſet,
per potentiã auxit,non autẽ mutauit ingeniũ, Sylla uerò principio ſumma cum mo-
deſtia,& ciuili de more,ſua in fortuna uerſatus,eam de ſe præbuit opinionẽ, ut fau-
tor optimatiũ & utilitatis publicę ſtudioſus princeps foret,qui quidẽ ab ineunte etiã
ætate riſibus deditus fuerat,& ſic ad miſericordiam flexibilis, ut ei facilè oborirentur
lachrymæ. Quas ob res magnis potẽtatibus iure calumniã impreſſit,quippe qui mo-
res in priſtino uiuendi ritu permanere nõ ſinãt,& uecordes, molliculos, ac humani-
tatis reddãt expertes. Hoc igitur ſeu naturę cõmotio ſit,& à fortuna facta cõmutatio,
ſeu ſubiacentis malitiæ in licentia reuelatio,alio quodã tractatu & facultate definiẽ-
78 dum eſſet. Sylla ad iugulandũ uerſo,& cadaueribus iam urbe repleta,cùm cædes neq;
numerum,neq; modũ haberent ullum,multi quibus nullæ cum Sylla res erãt,priua-
tis inimicitiis ſunt interempti,ſic ſuis permittente & gratificante Sylla. Tunc iunior
quidam C. Metellus Syllam in ſenatu rogare auſus eſt, Quis malorũ finis erit? Quonã
uſque progrediens incumbentiũ gladiorũ requiem expectare iubes? haud enim ſup-
plicium ab his deprecamur,ut quos necari inſtituiſti,ſed ambiguitatem ab his quos
conſeruare decreuiſti. Reſpondente Sylla, necdũ ſibi compertum eſſe quos dimittat:
Metellus ſubiecit, Itaque declara qui ſunt quos pœnis affecturus es. Id ſe facturũ Sylla
dixit. Quidã non Metellum,ſed Oſidium ex aſſentatoribus hoc dixiſſe aſſerunt. Sylla

Proscriptiones Syllæ.

igitur extemplo octoginta proscripsit, nulli senatorũ cõmunicato consilio. Omnibus ægrè ferentibus uno interiecto die ducentos ac uiginti alios adiecit. Deinde tertio non pauciores rursus adiunxit. Super his cùm concionem haberet, quotcunque memoria tenuisse cõtigit, eos proscribere se inquit: quos uerò in præsentia delet obliuio, denuo proscripturum. Qui proscriptum acceptasset, salutíque cõsuluisset, humanitati pœnam mortẽ definiuit: nõ fratrem, nõ filium, nõ parentes excepit. qui necasset, cædis mercedi duo talenta cõstituit, seu dominum seruus, seu patrem filius interemisset. Quod autem omniũ iniustissimum existimatum est, proscriptorum filios ac nepotes honore priuauit, omnium bona publicauit. Nec Romæ solùm, uerũtiam in omnibus Italiæ oppidis proscriptiones fiebant, neq; deorum templa, neq; hospitales penates, neq; paternum domicilium à cædibus purum erat. In uxorum sinibus mariti, in matrum liberi cõfodiebantur. Fuere & qui per iracundiam occiderentur, alij per inimicitiam, nulla sanè portio præ iis qui pecuniarum gratia obtruncarẽtur. Atenim interfectoribus ipsis dicendũ obueniebat, hunc quidẽ domus interemit amplissima, illum hortus, alium aquæ calidæ. Q. Aurelius nullis se prorsus negotiis implicãs, tantúmq; ad se malorum cõmunicationem pertinere arbitratus, quantùm infelicibus aliis cõdolere fas esset, forum ingressus proscriptorũ nomina perlegebat. In quibus cùm seipsum comperisset, Væ mihi misero, inquit, Albana me uilla persequitur: paululúmq; procedens à persequutore iugulatus est. Interea Marius cùm in hostium potestatẽ ueniret, sibi ipse mortẽ conscíuit. Sylla dehinc Prænestæ ueniens, priuata uiritim iudicia faciens cruciatus inferebat. Postea quasi nõ esset otium, cunctos unum glomerans in locum, millia duodecim trucidari iussit, soli præstãs libertatem hospiti. At ille generosa nimiùm usus uoce, Nũquam salutis gratiam sum habiturus, ait, si extinctori patriæ permiscear: & sponte sua cum ciuibus obtrũcatus est. Maximæ nouitatis L. Catilinæ uisum est facinus. Is enim rebus nondũ iudicatis, fratrẽ occiderat. Tunc magnis precibus Syllam obsecrat, ut hominẽ in proscriptorũ numerũ redigat, perinde ac uiuus esset, proscriptúsque fuit. Huius rei gratiam Syllæ referens, quendam M. Marium aduersæ factionis hominem confodit, & Syllæ in foro sedenti caput eius attulit: ad proximũ deinde Apollinis lauacrũ accedens manus abluit. Præter hęc funera, & alia mœrorẽ hominibus inferebãt. Seipsum enim Dictatorẽ dicens, id magistratus genus ad annos centũ ac uiginti desumpsit. Factorum omnium ab eo per senatuscõsultum ei attributa licentia. In posterum quoq; data potestas necis, cõfiscationis, sortitionum, possessionis, populationis, auferendi regni, cõferendi cuicũque collibuisset. Publicatarum uenditiones ædium adeò superbè, adeò imperiosè factitabat in suggesto considens, ut longè magis in largiendo, q̃ in spoliãdo inuisus & acerbus esset. Venustis mulieribus, fidicinibus, histrionibus, libertinis, monstris, gentium agros, urbium prouentus elargiebatur, nõnullis inuitarũ cõiugia fœminarum. Cùm Pompeium Magnũ affinitate intima sibi deuincire uellet, cũ uxore diuortium facere imperauit, & Aemiliam, & Scauri, & Metellæ cõiugis suæ filiam à magno Glabrione distractã ac prægnãtem locauit. Adolescẽtula uerò cùm penes Pompeium pareret uita excessit. Lucretio Ofellæ, qui per obsidionem Mariũ expugnauerat, consulatum petenti, Sylla impedimento erat. Ille autem solicitatus à multis in forũ uenerat, quem missus à Sylla cẽturio iugulauit: ipse in Castoris æde sedens è suggesto cædem supernè spectabat. Capto à circunstantibus centurione, & ad tribunal adducto, tumultuantes silere iubens, Ego, inquit, hoc mãdaui: & ut centurio dimitteretur imperauit. Triumphus eius cùm magnifico sumptu, & regiorũ nouitate spoliorum excellentissimus, tum exulibus iucundus, ornatissimũ præbuit spectaculũ. Ciues enim & gloria & potentia longè primarij coronati sectabantur, cõseruatorẽ patrémq; Syllam uocitantes, perinde ac eius opera in patriam reuersi uxores ac liberos receperint. Cunctis unum coactis in locum in media concione rerum à se gestarum rationem reddidit.

reddidit. Nec minore studio fortunatos euentus, q̃ fortia facta dinumerauit, & tandẽ felicem sese propter ea appellari iussit. Ad Græcos scribens, aut sententiam dicens, se
84 uenustum appellabat. Hũc & in modũ apud nos in trophæis inscriptus est, L. Cornelius Sylla uenustus. Metella quoq; gemellos enixa, marẽ quidem Faustũ, fœmellam uerò Faustam nominauit. Felicem enim atq; hilarem Faustũ Romani uocant. Tantã profectò nõ gestis, sed felicitati fidem præstabat, ut post tot ab eo peremptos cùm rerum innouatio, permutatióq; fieret in urbe, sese magistratu abdicauerit, & consularibus comitiis in populi potestate constitutis, nec ipse prorsus accesserit, & uolentibus expositũ corpus exhibens, uti priuatus medio uersaretur in foro. Præter eius sententiã audacissimus quidam inimicitias secum exercẽs, cæterùm uir clarissimus M. Lepidus consul designandus erat, nõ sanè propter eum, uerùm Pompeij gratia, qui maximum
85 ei studium impendẽs, ingentes populo preces adhibuerat. Itaq; cùm ea lætũ uictoria Pompeiũ Sylla cerneret, discedentẽ ad se uocans, Quàm honestum est, inquit, tuum illud, ô adolescens, in ciuitate facinus, quo stolidissimum hominem Lepidum prius, quàm omniũ præstantissimum Catulũ renuntiasti. Tibi tamen haud dormiendi tẽpus est, qui antagonistam fortiorẽ tibi ipse delegisti. quod quidẽ Sylla perinde ac uates præsagiuit. Etenim Lepidus extẽplo cõtumacius ad sæuitiam uersus, in Põpeium belligerans perstitit. Sylla ex uniuersis fortunis Herculi decimam sacrificans, opipara populo fecit conuiuia, in quibus tam superuacaneus ac redundans in necessariis apparatus extitit, ut plurima omnis generis cõdimenta, cibariáq; deiicerẽtur in fluuiũ;
86 & quadragenariũ ac suprà uinum potaretur. Inter cõuiuia multos celebrata dies, Metella morbo extinguebatur. Prohibẽtibus amicis ne Sylla prorsus eã adiret, aut ædes funere cõtaminaret, is scripto ad illam repudio, uiuentẽ adhuc alterũ in domicilium transferri iussit, & hoc legitimum summa cum diligentia per superstitionem seruandum curauit. Legem autem prius à se latam, quæ funebres definit impensas, omnino transgressus est, nullis parcens sumptibus. Institutũ etiam à se de cœnarum tenuitate ac parsimonia modũ excessit. Inde compotationum & conuiuiorũ lasciuia & dicacitate consolatus est luctũ. Paucos post menses gladiatorum spectaculum edidit. Locis necdum distinctis, ac promiscuis in theatro uiris ac mulieribus, decorã specie fœminam & genere illustrem prope Syllam sedere contigit. Erat enim Messalæ filia, oratoris Hortensij soror, Valeria nomine: ei cum marito discordia nuper obuenerat. Ipsa post Syllam accedens, atq; manum applicãs, trahénsque uestis rugam, suas trãsiuit in sedes. Inspectante intentioribus oculis Sylla, & admirationis signa præ se ferente, Nihil, inquit, ô Dictator grauius succense, uelim & ego paululũ tuæ felicitatis portionem capere: & sanè non iniucunda ad Syllæ aures peruenit oratio, statímq; pruriẽtis dabat indicia: misso nanq; nuntio, mulieris nomen, prosapiam, uitámq; edoctus est. Dehinc alter in alterum iactabãt oculos, uiciśímque uersabantur uultus assidui, nec pauciores molliculorum risuum collationes erãt: postremò nuptiarum consensus & pactiones, nullam fortasse Valeriæ increpationẽ afferentes. Sylla uerò tametsi pudicã maximè ac generosam, non tamen ex pudico ac honesto uxorem cepit initio, oculis & ratione uenustula seductus instar adolescẽtuli, à quibus turpissimi & procacissimi
88 motus natura excitari solent. Verumenimuero cùm hanc etiam domi haberet, sodalitia cum mimis mulierculis, citharœdis, scænicis hominibus agitabat, & stratis humi tapetibus interdiu compotationes celebrabat. Qui enim plurimùm apud Syllam ea potestate poterant, hi erant, Roscius comœdus, Sorex mimorum princeps Metrobius * Bacchanaliorum cãtor, quem licet cutis nitore delapso, amoribus omnino cõplecti pergebat, nec ea de re ibat inficias. Vnde leui nimirũ ex causa incipiẽtem morbum aluit, & per intestina ulcus innascens diutius nõ intellexit, inde caro corruptione contracta in pediculos tota conuertebatur, adeò ut cùm permulti die simul ac nocte interempti, præ iis, qui innascebãtur interceptorũ nulla pars erat. Tunicę omnes,

* Λυσιμαθὲς. *Sylla in phthiriasin morbum incidit.*

thermæ, lauacra, dapes, illius exundantis ſordis implebantur, tanta uis epullulabat. Quocirca ſæpenumero per ſingulos dies ingrediebatur aquam, ut per inundationes membra emundaret. Nulla uerò erat utilitas: celeriter enim inualeſcebat permutatio, & pædoris magnitudo omnia purgamenta ſuperabat. Ferunt ex antiquiſſimis Acaſtum Peliæ filium hoc morbi genere, quem Phthiriaſim appellant, interiſſe: ex posterioribus autem Alcmanem, qui mirificus componendis cantilenis artifex fuit: & Pherecydem rerum diuinarum ſcriptorem, & Calliſthenem Olynthium dū carceris cuſtodia teneretur. Præterea & Mutium iuriſconſultū. Quòd ſi eorū etiam mētio facienda eſt, qui nulla ex re bona nobiles tamen euaſere, traditum eſt eum, qui in Sicilia belli ſeruilis author fuit, Eunum nomine & fugitiuum ſeruum, deinde captū, Romámq; perductū, ex phthiriaſi mortē obiiſſe. Sylla nō modò ſuum præuidit interitum, uerumetiā quodam modo eum ſcriptis cōmendauit. Nam ùigeſimū ſecūdum commentariorū librum biduo antea q̄ mortuus eſt ſcribendi finem fecit, ubi Chaldęos ſibi prædixiſſe affirmat, quòd ei cùm beatè uixiſſet, in ipſo felicitatis uigore moriendum eſſet. Scribit etiam filiū, qui paulò antè Metellam expirauerat, per ſomnum ſibi uiſum uiliſſimo indumento ſibi aſſiſtentē, patrem ſuppliciter obſecrātem, ut ab his ſe curis abſolueret. Euntem cum eo ad matrē Metellam, quietè & omni negotiorum abiecta cura cum illa uitam duxiſſe. Haud tamen reipub. ſtudio ſeſe retraxit: decem enim prius, quàm mortē oppeteret, diebus, orto Puteolis inter incolas tumultu, reuocatis in gratiam animis, legem de gubernatione ciuitatū illic conſcripſit. Pridie cùm principē Granium, qui æs grande publicè debebat, minimè idcirco ſoluere uelle intelligeret, quia ipſius præſtolaretur interitū, accerſito intra cubiculū homine miniſtros circunlocauit, & eis ut Graniū ſuffocarent edixit. Inter uociferationes & animi cruciamenta effracto apoſtemate, cruoris gurges erupit, inde uiribus deſtitutus acerbè nocte perducta, uitam euomuit. Duos ex Metella reliquit infantes. Nam poſt ipſius obitum, Valeria filiolam peperit, quam Poſthumā appellauerunt. Quos enim poſt parentis interitum naſci contigit, eo nomine Romani uocant. Multi facto cōuentu concitati, Lepidum adierunt, ut corpus à conſuetis obſequiis arcerēt. Pōpeius uerò licet Syllæ ſuccenſens (ſolus enim ex amicis in teſtamento præteritus erat) quoſdam precibus & gratia, alios minis reprimēs, comes cadauer Romam deduxit, & funeri preſidium pariter & honorem exhibuit. Tantam à matronis uim odorū allatam eſſe dicitur, ut præter eos qui in lecticis decem atq; ducentis cōportabantur, quædam iuſtæ magnitudinis imago Syllæ formaretur, & thure cinnamomóq; ingentis pretij lictor formaretur. Sub ſolis ortum cùm nubilus dies eſſet, & cæleſtes expectarentur aquæ, hora uix nona cadauer extulerunt: clari deinde flatus exoriēte procella, quæ rogum multas exuſcitaret in flammas, ante pluuias elatum eſt corpus. Tabeſcente iam rogo, & ſopitis ignibus, multus effuſus eſt imber ad noctem uſque perdurans, ut eius fortuna & ſepeliēdo corpori comes permanſiſſe uideatur. Monumentum in campo Martio ſitum eſt. Inſcriptio ab eo cōſcripta hunc in modum ſummatim relicta fertur: Nemo me amicus beneficentia, nemo inimicus inferenda iniuria ſuperauit.

Posthumi qui dicti.

Epitaphium Syllæ.

LYSANDRI SYLLAE'QVE COMPARATIO.

QVando & huius percurrimus uitam, iam cōparationem ipſam aggrediamur. Itaq; permagnos euaſiſſe cùm amplitudinis initiū in ſe ſuſceperint, fuit utrique commune. Peculiare Lyſandri eſt, à uolentibus ſanísque ciuibus quoſcūque adeptus eſt magiſtratus accepiſſe, neq; uiolenter ab inuitis quippiam extorſiſſe, aut præter leges ualuiſſe. Seditione ſummos ſortitur honores, ſicut tum Romæ corrupto populo & ægrotante repub. alius alio ex loco potētior oriebatur. Et profectò mirandū non erat, ſi tunc Sylla dominationē

minationem uſurpabat, cùm Glauciæ Saturniníq; ex urbe Metellos explodebāt, conſulū filij in cōcionibus obtruncabātur, argento atq; auro militibus emptis arma capeſſebant, igni ac ferro ſuperatis uiolentius aduerſariis leges ferebāt. Nec eū incuſo, qui ut plus cæteris poſſet in huiuſmodi rerū perturbationibus accuratā dederit operam: uerūenimuero non id optimū pono ſignum, eum præſtantiſſimū eſſe, qui in urbe tam infelici priores partes geſſerit. At qui à Sparta præſertim tam bonis eo tēpore legibus inſtituta, modeſtiſſimáque, ad ampliſſima miſſus eſt imperia, résq; gerēdas, is ferme optimorū optimus, priorū primus iudicatus eſt. Quibus ex rebus alter ſæpius à magiſtratu ſe abdicans, ſæpius illū recepit. Virtutis enim manebat honor, qui principatum obtinebat. Alter Dictator ſemel delectus exercitus, decē aſſiduos annos, nūc conſulē, nunc proconſulem, interdū Dictatorē ſeipſum faciens, ſemper uerò tyrānus permanſit in armis. Lyſander, ut explicatum eſt, ciuitatis gubernacula minore quadā ratione magíſq; legitima, quàm Sylla, permutare conatus eſt: ſuaſione, nō armis, nec ſimul uniuerſa deſtruens, ſicut ille, uerùm regalem ſtatū ad meliora dirigēs, quod & natura profectò iuſtū uidebatur, ut & optimus ea in urbe regnum haberet, quæ Græciæ principatum nō generis nobilitate, ſed uirtute cōparauerat. Nam quēadmodum uenator, nō canis prolem, ſed canem: & equitandi ſtudioſus non equi fœtū, ſed equū quæritat (nam ex equo mulū procreari contingit) ita & adminiſtrādæ ciuitatis curioſus errabit omnino, ſi ciuitatis principē nō quis, ſed à quo ſit inueſtigauerit. Ipſi utique Spartiatæ regnantes nonnullos deiecerūt, perinde ac minimè regales, uiliſſimos, ac nihili faciūdos. Quòd ſi flagitia cum ipſa etiā generis nobilitate ignobilia & honoris expertia ſunt, neque uirtus à nobilitate, ſed ex ſe honorē uendicat, iniuſtitiam nōnulli pro amicis, quidā uſq; ad amicos patrauere. Plurima Lyſandrū propter amicos peccata commiſiſſe confeſſum eſt, plurimas pro illorum potētia & dominatione cædes confeciſſe. At Sylla per inuidiā, non paruam exercitus partem Pompeio abſcidit. Dolabellæ claſſis præfecturā quam tribuerat, conatus eſt eripere. Lucretium Ofellam, cùm pro multis & magnis officiis conſulatū peteret, ſe inſpectante iuſſit occīdi, ut per amiciſſimorum necem, horrorem ac metum in ſeipſum omnibus incuteret hominibus. Rurſus uoluptatū ac pecuniæ ſtudium in uno quidem principe dignā, in altero autē tyranno conueniētem electionem oſtendit. Vnus enim nihil incontinens, nihil iuuenile in tanta rerum licētia ac poteſtate feciſſe uidetur, & ſi quiſquam alius, ipſe ſanè uulgatum illud effugit, domi quidem leones, ſub diuo autem uulpes: adeò modeſtam & laconicā, caſtigatámq; uitæ regulam in omni actione præ ſe tulit. Alter neque per inopiā, cùm adoleſcens eſſet, neque per ætatē cùm ſeneſceret, ad uoluptates moderatior erat, uerùm cùm & amoribus & adulteriis indulgeret (ut ait Salluſtius) de re uxoria & tēperantia leges ciuibus inducebat. Quibus ex rebus tantopere mendicam urbem, & pecuniis exinanitam reddidit, ut & ſociorum & amicorū ciuitatibus libertatē, & legum ſuarum uſus argento uendiderit, tametſi pretioſiſſimas & ampliſſimas ædes quotidie redigeret in fiſcum, & præconis uoce ſubhaſtaret. At enim dilapidatarum opum, & aſſentatoribus profuſarum modus nullus aderat. Nam quæ uiro aut ratio aut parſimonia erat habēda intra ſodalitia gratiáſq; uinarias, qui in aperta populi corona ingētia bona cuidam amicorum pretio, ut obuenerat, uendens, à præcone pronuntiari iuſſit? Alio id excedente pretiū, cùm præco additamentū prædicaſſet, indignabundus inquit, O ciues amici, grauia patior atque tyránica, quoniam pro meo arbitratu mea diſponere ſpolia mihi non licet. Lyſander etiam & collata ſibi munera unà cum aliis miſit ad ciues. Nec opus hoc probo: forſan enim hic tantùm Spartæ damnum pecuniarū adeptione dedit, quantis ille Romam eripiendo non afficiebat incommodis. At quantopere uir ille diuitias cōtempſerit, ſignum hoc facio. Proprium quippiam erga ſuam urbē obuenit utrique. Sylla multa refertus intemperantia & ſumptuoſus homo, ad ſobrietatem ciues reuocabat. Lyſander à qui-

bus ipſe uitiis abſtinebat,iis ciuitatem replebat. Peccabant igitur, ille quidem quòd ſuis erat legibus deterior,hic autem quòd ſeipſo deteriores ciues eius efficiebat.Spartam enim hiſce indigere docuit, quibus ipſe nequaquã indigere didicerat. De rebus quidem urbanis hactenus.De bellicis autẽ & geſtis ab imperatore negotiis,Sylla neque trophæorum multitudine, neque periculorum magnitudine ullo cõferri pacto cum quoquam poteſt. Is quidem uictorias duas ex duobus præliis naualibus reportauit. Adiiciam & Athenarum obſidionem,opus haud ſanè arduum,cæterùm gloria illuſtre. Res uerò in Bœotia,& ad Haliartũ ſiniſtra quadã fortaſſe fortuna geſtæ ſunt, uel iniquo potius conſilio, cùm proximum è Platæis auxilium & aduentantem magnis cum copiis regem non expectauerit, uerùm ira & ambitione intẽpeſtiuam ad muros fecerit impreſſionem.Vnde cùm gregarij homines exiliſſent,eum nulla difficultate deprehenderũt. Non enim quemadmodum Cleombrotus in pugna Leuctrica incumbentibus ſeſe opponens hoſtibus,nec ſicut Cyrus, nec uelut Epaminondas inclinatam continens aciem & uictoriã confirmans,lethali cõcidit uulnere. Atenim hi quidem regum,& imperatorum mortem obiere. Lyſander autem ſcutifer,aut cuiuſdam præcurſoris inſtar ſeſe cum ignominia perdens,priſcis Spartiatis attulit teſtimonium, qui rectè murales oppugnationes euitabant, in quibus non ſolùm uiliſſimis ab hominibus,ſed etiam à pueris & mulierculis uirum fortiſſimum conſauciari ac necari contingit,ſicut Achillem à Paride inter portas interemptum fuiſſe ferunt. Quot ex acie ſtructa uictorias Sylla retulerit, quótque hoſtiũ millia dederit in ſtragem,haud numeratu ſanè facile. Ipſam bis Romã cepit. Piræum Athenienſium portum nõ ſanè ſicuti Lyſander,ſed multis magnísque præliis occupauit, cùm è terra ad mare eieciſſet Archelaum.Magnum eſt etiam tales aduerſarios imperatores habuiſſe. Delicias nãque iocúmque arbitror, aduerſus Antiochum Alcibiadis gubernatorem nauali decertaſſe pugna,& Philoclẽ Athenienſis plebeculæ ducem defraudaſſe,ignobilem acutæ linguæ hominem, quos neque Mithridates ſtabulario, neque Marius lictorum ſuorum copiæ conferri dignum cenſuiſſet. Vt autem alios principes,conſules,duces factione primarios omittam,qui contra Syllam arma tulerunt, quiſnam ex Romanis Mario terribilior? aut ex regibus Mithridate potentior? aut ex Italis Lãponio & Theloſino bellicoſior? Ille tamen exul hunc quidem eiecit, alterum parẽre coegit,alios neci dedit. Quod autem dictorum omnium maximum eſt (ut mea fert ſentẽtia) Lyſander domeſtico ſuorum auxilio præclara omnia geſſit opera.Cæterùm Sylla cùm exul eſſet,& ab inimicis ſeditione implicitus, quóque præſertim tempore eius uxor expellebatur, ædes diruebantur,amici necabantur, iſ in Bœotia cum innumerabilibus hoſtiũ millibus belligerans,adeundis pro patria periculis trophæa conſtituebat. At Mithridatis ſocietatem, & aduerſus hoſtes copias impertiens, nulla ex parte mollitus inclinauit,aut humanius habuit,quin ne compellauit quidẽ, nec dextram prius applicuit,quàm ex eo præſente audiſſet,ut & Aſiam relinqueret, & naues traderet,& regibus cederet,Bithynia,Cappadociáque relicta. Quibus nullum animo præclarius facinus,aut maiore ſpiritu Sylla confeciſſe uiſus eſt,quòd rempub.priuatæ prætulerit,& generoſi more canis,qui non prius arreptã mordicus ferã interimit, quàm obluctantem laſſarit hoſtem,ad ſuas ulciſcendas concitatus eſt iniurias.Super omnia & res Athenis confectæ aliquod ad morum comparationem momentum habent.Siquidem Sylla raptã urbem,quæ pro Mithridatis potentia & imperio bellum ſuſceperat, libertate donauit, & ſuis uiuere legibus permiſit. Lyſander autem tanto principatu ſpoliatam & imperio, miſeratus nõ eſt: at ſtatu populari ſublato, flagitioſos & immaniſſimos in ea tyrannos inſtituit. Conſiderãdi iam tempus eſt, ne in proferenda ſententia à ueritate multùm aberremus,plura præclara eſſe facinora,quæ Sylla patrauerit,pauciora quæ Lyſander perperam egerit. Alteri quoque cõtinentiæ atque modeſtiæ,reliquo rei militaris & fortitudinis principatum reddimus.

Pyrrhus.

LEONARDO ARETINO INTERPRETE.

1 THESPROTIS & Moloſſis poſt diluuium Phaethonta primum imperaſſe tradunt,unum ex iis, qui cum Pelaſgo in Epirũ trãſierant. Alij uerò Deucalionem & Pyrrham ad Dodonæum templũ profectos in Moloſſis reſediſſe putant.Sequẽti uerò tempore Neoptolemus Achillis filius in ea loca populo deducto, regionem tenuit, ac ſucceſſores reliquit reges,Pyrrhidas ab eo cognominatos. Nam & ſibi Pyrrho fuit puerile cognomen, & unum ex legitimis filiis ex Lanaſſa Cleodis, qui Hylli fuit,filia ſuſceptis,Pyrrhum nominauit. Ex hoc autẽ Achilles in Epiro, ut deus colitur, lingua eorum Aſpetus appellatus. Sed qui medij uſque Tharritam reges fuerunt, nec ſatis noti ſunt, & barbarie efferatos fuiſſe credunt. Tharritam uerò primùm ſcribunt Græcis moribus, literíſque & humanis legibus ciuitates compo-
2 ſuiſſe, atque exinde claritatem aſſequutũ. Tharritæ filius fuit Alcetes, Alcetæ Arymbas, Arymbæ & Troiadis Aeacides. Hic Phthiam Menonis Theſſali filiam,uiri circa Lamiacum bellum clari, & ſummæ omnium ſociorum poſt Leoſthenem authoritatis,uxorem accepit,ex qua Deidamiam & Troiada filias,ac Pyrrhum procreauit. Seditione uerò exorta, Aeacide exacto,cùm Moloſſi Neoptolemi filios reduxiſſent, Aeacidæ amici interfecti ſunt quotquot remanſerunt. Pyrrhum autem filium infantem adhuc ab inimicis quæſitum, Androclides & Angelus clàm ſubtractum aſportarunt, paucos ſeruos & nutricem pueri ſecum trahentes. Cúmque fuga ob huiuſmodi turbam,quæ neceſſariò trahebatur,laborioſa ac tarda foret,hoſtéſque aduentarent, puerum Androcleo & Hippo & Neandro adoleſcentibus fidis & robuſtis
3 tradiderunt,iubentes ut in Megaras locum Macedoniæ properarent. Ipſi autem partim repugnando, partim rogando, uſque ad ueſperas perſequentes remorati ſunt. Deinde celeriter ueſtigia eorum, qui Pyrrhum ferebant proſecuti, cùm propè iam putarent omne periculum euaſiſſe, ſubitò impedimentum obiectum eſt fluuij, qui iuxta urbem labitur,grauis quidem uiſu ac trãſire conantibus aſperi, & omnino inſuperabilis. Ingens enim ac turbidus ingenti pluuia fluebat, nóxque formidabiliora omnia faciebat. Diffiſi igitur per ſeipſos puerum & mulierem traducere poſſe,hominibus quibuſdam ultra flumen commorantibus puerum oſtendẽtes, clamore atque prece auxilium poſtulabant. At illi ob ſtrepitum ac fragorem aquarum exaudire uocem nequibant, erátque mora quædam ac trepidatio horum clamantium,illorum percipere quid clamor ipſe ſibi uellet non ualentium, donec quis querno cortice ex arbore dempto, indigentiam ac fortunam pueri fibula perſcripſit,& ſaxo al-
4 ligatum trans flumen proiecit. Quidam autem dicunt compactum corticem tragula iaculaſſe. Poſtquam uerò hi, qui trans flumen erant lectis literis quantam celeritatem tempus exigeret cognouerunt, cæſis arboribus, & ſimul connexis, flumen tranſierunt: ac fortè euenit,ut primus eorum qui tranſierant Achilles nomine Pyrrhum ſuſciperet. Alios item alij, ut caſus tulit, detulerunt. Per hunc modum periculo inſequentium euitato, in Illyricum ad Glauciam regem peruenerunt.In cuius præſentia cùm puerum expoſuiſſent, atque ipſe Glaucias ob metum Caſſandri, quem Aeacidæ inimicum fuiſſe ſciebat, deliberabundus aliquandiu perſtaret,puer humi reptans,& Glauciæ pedibus ſeſe admouens, & apprehenſa ueſte ad genua eius conſurgens,riſum prius, deinde commiſerationem excitauit,quaſi precator, & lachrymans
5 ſalutem ſuam Glauciæ commendaret. Tradunt quidam non Glauciæ ueſtem, ſed aram deorum à puero apprehenſam: quæ cùm res diuina Glauciæ uideretur, non ſo-

lùm eum ſuſcepit, & unà cum filiis educauit, ſed & filiam ei uxorem tradidit. Nec quęrentibus inimicis, nec ipſi Caſſandro ducenta pollicenti talenta puerum dare uoluit, ac duodecim annorum factum, copiis in Epirum traductis, in regnũ paternum reſtituit. Fuit autem in Pyrrho tremendi magis, quàm moderati principis aſpectus. *Pyrrhus aſpectu formidabilis.* Nec plures habuit dentes, ſed unum atque integrum os deſuper quaſi leuibus quibuſdam rimulis in dentium figuram diſtinguebatur. Splene laborantibus mederi uidebatur galli ſacrificio albi facto, & reſupinis iacentibus dextro pede preſſis: nec quiſquam adeò uilis, aut adeò pauper erat, cui huiuſmodi auxilium poſtulanti denegaret. Præmium uerò huius medelæ poſt ſacrificium gallum capiebat, ídque ſibi iucũdiſſimum erat. Ferunt eius pedis maiorem digitum uim quãdam habuiſſe diuinam, 6
ita quòd cùm eius mortui reliquum corpus crematum eſſet, digitus ille integer illæſúsque ab igne permãſit. Sed hæc poſtea. Septimumdecimum ſuæ ætatis annũ agens cùm regnũ ſtabiliſſimè tenere uideretur, fortè euenit, ut cũ uno ex Glaucię filiis, cum quo ſimul educatus fuerat, qui tunc uxorẽ acceperat, proficiſceretur: eo abſente, Moloſſi rurſus inſurgentes amicos Pyrrhi expulerunt, ac regia gaza direpta ſe Neoptolemo tradiderunt. Sic igitur regno ſpoliatus, ac deſertus ab omnibus, ad Demetriũ Antigoni ſe contulit. Nam Demetrius ſororẽ Pyrrhi Deidamiã uxorem habebat, quam adhuc paruam Alexandro Rhoxanes promiſſam, rebus illius fractis, iuſtæ iam ætatis Demetrius acceperat. In magna uerò illa apud Hypſum pugna, qua ab omnibus regibus terræ certatũ eſt, Pyrrhus affuit admodum tunc adoleſcens. Pro Demetrio pu- 7
gnãs hoſtes aduerſus ſe cõſtitutos in fugã uertit, conſpicuúsq; inter pugnatores longè apparuit. Victum autem Demetriũ nõ deſeruit, ſed & urbes Græciæ fideliter ei cuſtodiuit, & fœdere cum Ptolemæo ínito, obſes pro Demetrio in Aegyptum nauigauit. Poſtquam uerò in Aegyptum peruenit, ſæpe in gymnaſiis uenationibúsque audaciæ, ac fortitudinis opera regi oſtentando, & Berenicen, quam maximè potentem inter coniuges regias uirtute præſtare uidebat, egregiè obſeruando colendóque, promeruit, ut inter multos regios adoleſcentes prælato, Antigona Berenices filia ex Philippo, antequam Ptolemæo nupta foret, ſuſcepta, ſibi uxor traderetur. Fuit autẽ Pyrrhus ut deſpector inferiorum, ſic potentiores commodi ſui cauſa adire promptus: uictu ſplendido, ſed moderato. Poſt has uerò nuptias etiam magis quàm antè claruit, & annitente uxore, ut cum copiis, pecuniísque in Epirum pro recuperatione regni mitteretur, obtinuit. Fuit autem eius in Epirum aduentus gratus ob Neoptolemi o- 8
dium, qui grauiter uiolentérque regnabat. Veritus tamen ne ad aliquem potẽtiorem regum Neoptolemus conuerteretur, fœdus cum eo firmauit ſuper regni ſocietate: ſed procedente tempore non deerant, qui clàm eos irritarent, & alterutrum in ſuſpicionem adducerent. Quæ tamen cauſa maximè Pyrrhum cõmouit, tale principium dicitur habuiſſe. Mos erat regibus in Paſſarone (is eſt Moloſſidis regionis locus) Ioui pugnaci quotãnis ſacra facere, ibíque iuſiurandum Epirotis præſtare reciperéque: hi ſecũdum leges ſe gubernaturos regnum, illi regiam poteſtatem legitimè cõſeruaturos promittebant. Ad hæc peragenda aderant ipſi reges munera accipientes donãtésque. In his itaque Gelon quidã Neoptolemo in primis fidus, Pyrrhum benignè adiés duobus boum iugis eum donauit. Hos boues Myrtilus, qui uino præerat à Pyrrho 9
poſtulauit: Pyrrhus donare noluit, ſed alteri conceſſit. Quod cũ grauiter ferret Myrtilus capta hinc occaſione, Gelon ipſum ad cœnã uocat, ſuadétque ut ſuſceptis Neoptolemi partibus, ueneno Pyrrhum necare aggrediatur. Id Myrtilus cùm ſibi placere oſtendiſſet, polliceretúrque facturum, cuncta ut erant Pyrrho ſuggeſſit. At ille cupiens rem quam pluribus eſſe notam, ut ſic redargui clarius poſſet, Alexicratem poculorum magiſtrum participem facinoris acciri iubet. Quo facto ad Gelonem per Myrtilum deducto, cùm ipſe Gelon per hunc modum deciperetur, Neoptolemus falſa ſpe ductus, & inſidias rectè procedere credens, rem non conticuit, ſed cum lætitia

tia ad amicos protulit, & apud ſororem Cadmiam aliquando exhilaratus, de his re-
10 bus loquacitate uſus eſt, cum audiri ſe à nemine putaret. Nullus enim aderat, præter Phanareten Sammonis magiſtri pecoris uxorem, quæ cõuerſa ad parietem in lectulo quodam dormire uidebatur. Sed Phanarete omnibus auditis, poſtridie ad Antigonam Pyrrhi uxorem cuncta, quæ Neoptolemum dicentem audierat, detulit. Pyrrhus ergo his cognitis, tũc quietem egit, ſed paulò pòſt in ſacrificio ad cœnam uocatum Neoptolemum occídit, intellecta Epirotarum uolũtate, quorum magnam partem ſibi fauere ſentiebat, iubẽtes ut anticiparet Neoptolemum de medio tollere, nec parte regni contẽtus foret, ſed naturam ſuam maiora flagitantẽ ſequeretur. Poſt hæc memor Berenices & Ptolemæi, filium ſibi natũ ex Antigona, Ptolemæum: & urbem in Cherroneſo Epiri à ſe cõditam, Berenicida nominauit. Dehinc cùm multa & magna concepiſſet animo, ac prius propinquis maximè intenderet, Macedoniæ ſe inſe-
11 ruit per hunc modũ. Antipater primus ex Caſſandri filiis Theſſalonicam matrẽ necauit, & Alexandrũ fratrem regno expulit. Hic ad Demetrium miſit petẽtes auxilium, & ſimul Pyrrhum uocauit: ſed Demetrium aliis negotiis remorãtibus, ſuperueniens Pyrrhus ſocietatis præmiũ petiit Nympheam urbẽ, & maritimam Macedonię oram, & ſubactarũ gentium Ambraciam, Acarnaniam, Amphilochiam. Quibus ab adoleſcente cõceſſis, ea Pyrrhus loca præſidiis ſuis firmauit, reliqua uerò ab Antiparro abducere, & Alexandro acquirere perrexit. At Lyſimachus cupiens quidem Antipatro ſuccurrere, ſed aliis impedimentis prohibitus, literas Ptolemæi nomine, cui nihil denegare Pyrrhum ſciebat, falsò tranſmiſit, per quas poſtulabat, ut Pyrrhus trecẽtis talentis ab Antipatro acceptis exercitũ deduceret. Eas literas cùm diſſoluiſſet Pyrrhus,
12 ſtatim fallaciam animaduertit. Non enim ſcriptum erat ut conſueuerat, Pater filio Sal. ſed, Ptolemæus rex Pyrrho regi Sal. Lyſimachum itaq; iurgatus, cùm nihilominus pax ei placeret, ac eius firmandæ cauſa reges conueniſſent, capro, tauro, & ariete ſacrificij cauſa adductis, aries ipſe repentè nulla adhibita opera mortuus eſt: ob quod ſignum licet ab aliis deriſum, Pyrrhus firmare pacẽ noluit, monitus à Theodoro aruſpice, hoc uni ex tribus regibus mortẽ portendi. Sic igitur infecta pace, cùm res Alexandri ſtabilitatem iam accepiſſent, Demetrius aduenit: & quoniam non indigente, nec uocante tunc Alexandro ueniebat, ſuſpectus ſtatim fuit eius aduẽtus. Paucis denique diebus unà commorati inſidias in alterutrum tendere cœperunt, ſed præuenit
13 Demetrius, adoleſcentéque obtrũcato rex Macedoniæ appellatur. Erant & prius Demetrio aduerſus Pyrrhũ querelæ, & diſcurſiones quædã ex Theſſalia factæ, innatúsq; potẽtiis cupiditatis morbus uicinitatẽ ſuſpectam infidámq; faciebat, præſertim poſt Deidamiæ mortem. Tunc itaque Macedoniã ambo obtinentes, & in idem permiſti, maiores diſcordiarum occaſiones cõtraxerunt. Cùm igitur Demetrius fines Aetolorum ingreſſus Aetolos ſuperaſſet, Pantaucho duce cum parte copiarum ibidem relicto, ipſe aduerſus Pyrrhum contẽdit. Nec ſecus Pyrrhus ubi hæc audiuit, cõtra illum properauit. Sed cùm diuerſis itineribus procederent, ambo tranſierunt, Demetrius quidem in Epirum, & prædam abduxit, Pyrrhus uerò uſque ad ea loca ubi Pantauchus erat progreſſus, pugnam conſeruit. Magnum fuit in eo prælio militum certa-
14 men, ſed maximum ipſorũ ducum. Nam Pantauchus audacia, robore, & arte pugnãdi, omnes qui apud Demetriũ erant ſine controuerſia antecellens, magnitudine animi & fiducia uirtutis adductus, Pyrrhum in congreſſum prouocauit. Ipſe tamen Pyrrhus nulli inferior, & Achillis gloriã per uirtutem magis, quàm per genus ſibi uſurpare ſtudens, per anteſignanos aduerſus Pantauchum diſcurrit. Infeſtis itaque pri- *Pyrrhi ac Pãtauchi monomachia.*
mò haſtis concurrunt, deinde cominus ui atque arte gladiis utebantur. Tandem Pyrrhus accepto quidem uno uulnere, duobus illatis, altero ſecundum femur, altero ſecundum collum, uertit Pantauchum, proſternítque, non tamen interfecit, amicis illum rapientibus. Epirotæ ob uictoriam regis exultantes, eiúsq; uirtutem admirati,

phalangem Macedonum perfregerunt,fugientésque perſequuti,multis cęſis,quinq; millia Macedonum uiua ceperunt. Hæc pugna nō tantùm odij ac inimicitiæ aduerſus Pyrrhum pro iis quæ paſſi fuerant, Macedonibus attulit,quantū gloriæ & admirationis uirtutis eius pręſtitit iis,qui præſentes in prælio pugnam eius conſpexerunt, alacritate uultus & uelocitate manuum perſimilem magno Alexandro Pyrrhum æſtimantibus, uiolentiæque & procellæ certandi, quaſi umbras & imitationes quaſdam conſpexiſſe. Alios reges purpura ac ſatellitibus & iactatione ceruicis occupatos eſſe,ſolum Pyrrhum armis & uirtute magnum Alexandrum referre aiebant. Et ſanè quanta peritia rei militaris fuerit in Pyrrho,ex iis,quę in ea facultate ſcripta reliquit, intelligi poteſt. Ferunt Antigonum interrogatum,quis ducum ſibi optimus uideretur: reſpondiſſe,Pyrrhum,ſi ſeneſceret,omnium ſuæ ætatis ducum ſibi optimum uideri. Sed hic ætati ſuæ duntaxat eum prætulit. At Annibal Carthaginięſis,omnium omnino ducum primum peritia & ſagacitate Pyrrhum, Scipionem ſecūdum,ſe tertium iudicauit,ut in Scipionis uita perſcripſimus. Hāc uerò diſciplinam ſemper uigilantiſſimè meditatus fuiſſe Pyrrhus uidetur,ut omnium ſcientiarum maximè regi congruentem, cæteras uerò nihili æſtimaſſe. Quodam autem conuiuio Python an Caphiſias melior ſibi muſicus uideretur interrogatus, dicitur reſpondiſſe,Polyſperchonta ducem ſibi meliorem uideri, quaſi ea duntaxat regem quærere & intelligere deceret. Fuit autem Pyrrhus mitis ac facilis, promptus uerò & liberalis ad gratias rependēdas. Aeropi mortem permoleſtè tulit, illum quidem humana perpeſſum affirmans: cæterùm ſeipſum cruciare & improbum ducere,quòd differendo ac tardando gratiam uiuenti non rependerit. Creditam enim pecuniam hæredibus creditorum ſolui licere: at gratias niſi ſcientibus iis,quibus debentur perſoluerit,uir honeſtus & gratus offenditur. Ex Ambracia,ut quendam maledicū pelleret precantibus, reſpondit,Potius ad paucos illic manens,quàm circumiens apud multos de nobis obloquatur. Quoſdam qui per uinolentiam iurgia in eum iactauerant,ad ſe poſtea deductos rogauit, an illa aduerſus ſe dixiſſent: reſpondente uerò quodam ex ipſis, Ita ô rex,& plura etiam dixiſſemus,ſi plus uini adfuiſſet: ridens Pyrrhus ſtatim eos dimiſit impunes. Vxores potentiæ ac rerum gratia multas accepit poſt Antigonæ mortem. Nam & Autoleontis Pannoniæ regis filiam, & Bircennam Bardyllij Illyrici, & Lanaſſam Agathoclis Syracuſani, dotem afferentem Corcyram ab Agathocle captam. Ex Antigona quidem Ptolemæum, ex Lanaſſa uerò Alexandrum, ex Bircenna Helenum filios ſuſcepit,omnes manu promptos ac bello feroces, ſtatim à pueritia ad hoc ipſum innutritos. Dicitur cuidam ex filiis puero adhuc patrem roganti, cuinam regnū relinqueret: reſpondiſſe,ei ex uobis qui gladium acutiorem habebit. Sed hoc nihil differt ab illa tragica deteſtatione, Acuto ferro diuidāt fratres domū. Adeò fera & inhūmana regnandi cupiditas eſt. Poſt hanc pugnam Pyrrhus cum magna gloria & celebritate nominis ac lætitia in Epirū reuerſus, cùm Aquila ab Epirotis ſalutaretur, Per uos,inquit,aquila ſum,qui me ueſtris armis tanquam alis in altum extuliſtis. Deinde cùm audiſſet Demetrium grauiter ægrotare, celeriter Macedoniā, quaſi prædam abacturus ingreſſus, parum abfuit, quin totum regnum acquireret: uſque ad Edeſſam enim profectus eſt, nemine obuiam prodeunte, multis uerò ad eum deficientibus ac iuuantibus,donec ob magnitudinem periculi Demetrius contra ualetudinem ſuam excitatus,& per duces ac familiares cōpiis contractis,aduerſus Pyrrhum ſurrexit. Ille autē,quia magis prædatoria manu quàm exercitu uenerat,non ſuſtinuit,ſed fugiens partem copiarum paruā amiſit. Non tamen quia faciliter repulerat eum Demetrius, ideo Pyrrhum contempſit,ſed cùm ſtatuiſſet res magnas aggredi,& paternum recuperare imperium,& ad hæc centum millia militum,& quingētas naues compararet, non uoluit cum Pyrrho bellando tēpus terere,nec uicinū grauem impigrúmq; Macedoniæ hoſtem relinquere: ſed pacem cum eo firmauit, ut contra alios reges uadere poſſet.

15 16 17 18 19

Dicta faceté.

Exercitus Demetrij cētū millia militū,& quingentas naues habens.

poſſet. Facta igitur pace,cùm magnitudo apparatus, ac mens Demetrij ſimul cōſpiceretur, cōterriti reges per literas ac nuntios Pyrrhū ſolicitabant,mirari ſe affirmantes,ſi facultatē nocēdi Demetrio præclarè nactus eā omittat,& cùm ipſum aliis bellis occupatū,perturbatúmque Macedonia expellere poſſit,tēpus expectet,quo cum illo aucto potentia ac uacuo cæterorum impedimētorum, pro aris ac focis Moloſſorum decertet,præſertim qui nuper ſibi Corcyram,& eius uxorē abſtulerit. Nam Lanaſſa Pyrrho infenſa,quòd aliis uxoribus magis deditus uideretur,in Corcyram abiit,Demetriúmque quem maximè indulgentem mulieribus audierat,ad nuptias uocauit. Ille ueniēs uxorem Lanaſſam accepit,& Corcyram ſuis præſidiis occupauit. Hæc reges ad Pyrrhum ſcripſerunt, & ſimul ipſi dum circa apparatus belli Demetrius immoratur,nouare res cœperunt. Nam Ptolemæus magna claſſe Græcas adiens urbes, à Demetrio eas ſeduxit. Lyſimachus uerò ſuperiorem Macedoniæ partem per Thraciam ingreſſus populauit. Et Pyrrhus ſimul inſurgens Berœam inuaſit, ratus quod euenit,Demetrium contra Lyſimachum obuiam euntem, inferiorem Macedoniæ partem ſine præſidiis reliquiſſe. Ea nocte uiſum eſt Pyrrho ſe ab Alexandro Magno uocari,atque adeuntem iacentem conſpicere, uerbísque humanis & amicabilibus recipi. Et cùm inter cætera diceret Alexander auxilium ſe Pyrrho impigrè laturum, fretus audacia Pyrrhus, Et qua ratione, inquit, imperator, qui ægrotus iaces, me iuuare poteris? Ad hæc Alexander, ſe uel nomine duntaxat id facturum promittens, equum aſcendiſſe, ducémque ſe Pyrrho præſtitiſſe uiſus eſt. Hoc itaque ſomniū erexit Pyrrhum: quamobrem ſubitò exercitu traducto, Berœam inuaſit, ibíque parte copiarum relicta, reliquos ſequi iuſſit. At Demetrius his cognitis cùm præterea in caſtris tumultum Macedonū cerneret, formidauit ulterius contra Lyſimachum exercitum ducere,ne ob propinquitatem regis Macedonis originem & gloriam habētis milites ad ipſum deficerent. Itaque contra Pyrrhum,utpote alienum & Macedonibus peroſum ſe conuertit. Sed poſitis iuxtà caſtris, multi ex Berœa uenientes Pyrrhum laudibus extollebant, bello inuictum ac præclarum uirum,humanum uerò ac benignum erga eos quos uicifſet prædicantes. Summittebat quoſdā & ipſe Pyrrhus, qui ſe Macedonas ſimulantes dicerent,adeſſe tempus,ut ex graui Demetrij dominatu ad uirum benignum, & amatorem militum tranſirent. His plerique Macedones mentem præſtabant,ac uidere Pyrrhum quæritabant. Pyrrhus autem ſtabat detracta caſſide, ac rurſus eam capiti imponebat,ut inſigne hircinorum cornuum noſceretur. Macedones teſſeram petere,alij quernas ſibi coronas facere cœperunt,quod & Pyrrhi milites ea fronde coronatos cernebant. Iam quidem ipſi Demetrio dicere auſi erant,ipſum rectè facturum ſi cederet,ac regnum dimitteret. Itaque Demetrius motum exercitum cernens, atque ob id cōterritus,clàm aufugit,cauſia quadam & ſimplici chlamydula ſuccinctus. Pyrrhus autem in caſtra receptus rex Macedonum appellatus eſt. Sed adueniente poſtea Lyſimacho & commune opus Demetrij profligationem prædicante, ac diuidendum inter eos regnum cenſente, quòd nondum ſatis credebat Macedonibus, Pyrrhus iuxtà Lyſimachi poſtulata regnum & urbes diuiſit. Hoc tunc bellum diſtulit, ſed paulò pòſt ſenſerunt nō ceſſationem inimicitiæ, ſed indignationum ac diſcordiarum principium per diuiſionem iniſſe. Quorū cupiditates enim non pelagus,non montes,nō deſerta ſolitudo, nō qui Aſiam Europámque diuidunt,termini definiunt, eos ſe cōtingentes ac permiſtos quieſcere nullo modo eſt exiſtimandū: ſed pugnabunt ſemper,inſidias atque inuidias ingenitas habentes. Pacis enim & belli nominibus tanquam nummis,ut cōtigit utuntur,non ad iuſtitiam, ſed ad cōmoditatem,tunc meliores cùm apertè bellū inferre fatentur, quàm cùm iniuriarū ceſſationem amicitiam uocāt. Oſtendit id Pyrrhus, iterū contra Demetrium uires tanquam ex infirmitate aliqua colligentem, pro auxilio Græcarū urbium profectus. Nam cùm Athenas ueniſſet,& arcem ingreſſus deæ Palladi ſacra feciſſet,atque

20 21 22 23 24

Somnium Pyrrhi.

Cupiditatis effectus.

eadem die ex arce deſcẽderet, Gratam inquit ſibi fuiſſe Athenienſium fiduciã, quam eos de ſe habere conſpexerat: cæterùm ſi ſaperent, nulli poſthac regũ portas aperirẽt. Deinde cum Demetrio pacẽ fecit, ac paulò pòſt ille in Aſiam profectus, rurſus cum Lyſimacho in gratiam reuerſus Theſſaliam Demetrio abſtulit, melioribus utẽs Macedonibus in bello, quàm in pace, & ipſe omnino nequaquã ad quietem natus. Tandem Demetrio in Syria profligato, Lyſimachus iam à cæteris bellis otioſus & quietem agens, aduerſus Pyrrhum contendit, cúmq; apud Edeſſam ſuperatũ ad inopiam commeatuum redegit, ac ſubinde per literas ac nũtios ad principes Macedonũ ſcriptas, perabſurdum eſſe inquit, ſi peregrinum hominem, cuius maiores ſemper Macedonibus ſeruiſſent, dominum habere contenti, Alexãdri amicos, familiarésque repellant. Quibus uerbis cùm multi permouerentur, conterritus Pyrrhus, cum Epirotarum ac ſociorum manu abiit, amiſſa per eum Macedonia modum, per quem antea ipſam quæſierat. Vnde nec accuſare populos ad utilitatem ſuam ſe mutantes regibus licet. Nam populi in hoc ipſos reges imitãtur, perfidiarũ ac proditionum magiſtros, qui eum maximè lucrari putant, qui minimè iuſtitia utatur. Tunc itaque in Epirum amiſſa Macedonia reiecto, cum quiete & pace uiuere fortuna dabat. Sed ipſe ſi nõ inferret aliis, nec ab aliis pateretur moleſtias, nauſeã ratus, inſtar Achillis tolerare quietem non poterat, ſed tabeſcebat animus illic manens, pugnámque & bellum cupiebat. Suſcepit igitur nouarum rerum huiuſmodi materiam. Romani aduerſus Tarẽtinos bellum gerebant. Hi cùm nec bellum ſuſtinere, nec deponere ob ſuperbiam ac prauitatem principum ſuorum ualerent, Pyrrhum ducem ad bellum uocare ſtatuerunt, utpote inter cæteros reges magis otioſum, & rei militaris peritiſſimum. Huic ſententiæ licet per maiores natu, grauiorésque reſiſteretur, tamen qui bellum cupiebant in concionibus plus poterant, ſtrepitúque & ui audiri bonos & prudentes uiros non permittebant. Quo in tempore quidam Meton nomine uir urbanus, ea ipſa die qua decretum de Pyrrho uocándo ſciri per populum debebat, & multitudo in cõcione ſederet, accepta corona & lampade, quaſi ebrius, tibicine ducente ludibundus in concionem peruenit: útque fit in turba populari, aliis applaudentibus, aliis ridentibus, & ut procederet in medium inuitantibus, proceſſit ille, & quaſi cantaturus aſtitit. Sed ubi ſilentium nactus eſt, Viri Tarentini, inquit, bene facitis, qui iocari & ludere uolentibus, dum licet permittitis. Si tamen ſapitis, cuncti hac ludorum libertate fruemini antequam Pyrrhus adueniat: nam tunc non noſtro, ſed ipſius arbitrio uiuendum erit. Hæc uerba multos ex Tarentinis commouerunt, murmúrque fuit per concionem laudantium approbantiúmque: ſed qui Romanos timebant, ne facta pace dederentur formidantes, populum increparunt, quòd ita inhoneſtè ſe deludi paterentur: & ſimul his dictis Metonem concione propellunt. Decreto igitur per hunc modum firmato, oratores cum donis ad Pyrrhum tranſmittuntur, non ſolùm Tarentinorum, uerumetiam Italicorum, qui dicerent, ſe duce indigere ſapienti & magnæ authoritatis. Nam copias ſatis ingentes ſibi in Italia affuturas ex Lucanis, Meſſapiis, Samnitibus, equitum eum XX, peditum CCCL millia habiturum. Hæc nõ ſolùm ipſum Pyrrhum extulere, ſed etiam Epirotas ad militiam promptiores fecerant. Erat quidam in Theſſalia Cyneas uir magni ingenij, & utpote qui Demoſthenis auditor fuerat in imitationem eius traditus, maximè uim dicendi illius aſſequi uidebatur. Hic apud Pyrrhum degens, cùm ſæpe ad ciuitates tranſmitteretur, uerum eſſe oſtendit id Euripidis dictum: Omnia conficit oratio, quæ hoſtile ferrum conficere non poteſt. Nam Pyrrhus ipſe dicere ſolebat, plures à Cynea oratione, q̃ à ſe armis urbes eſſe partas. Itaq; ipſum ſemper in honore habuit maximè, uſúsq; opera illius plurimùm eſt. Hic igitur Cyneas Pyrrhum ad Italiam inclinatũ cernens, nactus illum aliquãdo otioſum, in huiuſmodi ſermonẽ adduxit. Egregij quidem bello Romani eſſe dicuntur, multísque bellicoſis gentibus imperare: quòd ſi eos ſuperare dij nobis

Cyneas uir magni ingenij.

Cyneæ ad Pyrrhum de abſtinẽdo ab Italia ſermo.

29 nobis dederint, quid tunc agemus Pyrrhe? Ad hæc Pyrrhus: De re haudquaquam obſcura, inquit, ô Cynea percontaris: neque enim barbara nobis, neque græca ciuitas illic reſiſtere ualeret Romanis ſuperatis, ſed haberemus confeſtim Italiam totam, cuius minimè magnitudinem & potentiam te ignorare arbitror. Parumper ergo commoratus Cyneas, Enimuerò cùm Italiam ceperimus, inquit, quid tunc agemus? Et Pyrrhus nondum mente eius intellecta, Proxima, inquit, Sicilia eſt inſula felix ac populoſa, capi uerò facilis ob ſeditiones ac diſcordias ciuitatum. Rectè dicis, inquit Cyneas: ſed an finis militiæ nobis erit Siciliam cepiſſe? Deus modò, inquit Pyrrhus, uictoriam præſtet: nam his ueluti præludiis utemur ad res maximas conficiendas. Quis enim ſe Libya abſtineat & Carthagine? quam nuper Agathocles clàm ex Syracuſis
30 profectus exigua claſſe paulò abfuit quin caperet. His autem uictis, nullus nobis reſiſteret hoſtis. Ita eſt, inquit Cyneas: conſtat enim quòd & Macedoniam recuperare, & Græciæ dominari certiſſimè cum hac potentia licebit. Sed uictis omnibus ac ſubactis quid faciemus tandem? Et Pyrrhus ridens, Otium, inquit, agemus, & quotidiana feſtiuitate mutuíſque ſermonibus lætitiáque perfruemur. Cùm ad hæc Cyneas Pyrrhũ adduxiſſet, At quid uetat ô rex, inquit, quò minus nunc iſta lætitia & feſtiuitate, & otio perfruamur? Adeſt quippe nobis ſine labore facultas eorum, ad quæ per ſanguinem, moleſtias, & pericula noſtra & aliorum, peruenturi ſumus. His Cyneas uerbis turbauit potius regem, quàm ab incepto retraxit, ſpem eorum quæ conceperat deponere nequeuntem. Primò igitur Cyneam cum tribus millibus militum Tarentum miſit. Deinde multis ratibus & omnifariam nauigiis ex Tarento delatis, uiginti elephantes, equitum tria, peditum uiginti tria millia, ſagittariorum duo millia, funditores quingentos impoſuit. Hoc apparatu nauigans, cùm medium teneret Ionium,
31 rapitur uento Borea intempeſtiuè exorto: claſſis per mare diſiecta, nauésque diuerſæ aliæ in Libycum ac Siculum pelagus delatæ ſunt, alias ſummam Iapygiam ſuperare nequeuntes, nox ſimul & procella in loca aſpera cæcáque illidens omnes cõfregit, præter regiam nauim. Hæc enim nautarum & gubernatorum magna ui aduerſus uẽti impetum nitentium tandem littus uerſum adigitur, & dum obliquum habuit uẽtum, magnitudine ac robore reſiſtebat euadebátque. Sed poſtquam à terra ueniens procella ferire proram cœpit, ac periculum erat ne fatiſceret, & ſe mari ſæuienti uariísque agitato uentis permittere terribiliſſimum omnium uidebatur, Pyrrhus ſeſe ex naui in mare deiecit, ſtatímque circa ipſum familiarium amicorúmque erat certamen: ſed nox & fluctus cum magno fragore ac uiolentia opus difficile auxiliantibus faciebant: itaque uix tandem luce exorta, uento deficiente, ad terram peruenit, corpore quidem exhauſto penitus, ſed robore animi inuicto. Meſſapij, in quorum littora
32 euaſerat, promptiſſimè ad opem ferendam cõuenerunt, & ſimul naues quædam Pyrrhi tempeſtate ſuperſtites aduenerũt, in quibus erant equites perpauci, peditum uerò circiter duo millia, elephanti duo. Cum his itaq; copiis profectus, militibus quoque à Cynea obuiam ductis, Tarentum intrauit: primóque tempore nihil inuitis Tarentinis agere cœpit, quoad nauibus ex mari ſeruatæ copiæ conuenere. Tunc autem uidens populum ſua ſponte nec ſeruare ſeipſum, nec ſeruari ab alio poſſe, ſed tanquã illo propugnaturo domi ſedere balneis conuiuiísque indulgentem, clauſit gymnaſia & deambulatoria, in quibus ſpatiantes, pro rebus uerbis militabant, potus uerò & laſciuias intempeſtiuas inhibuit. Delectum habuit ita acrem, ut multi imperium ferre
33 inſueti ex urbe migrarent, ſeruitutem uocantes, non uiuere ad uoluptatem. Sed cùm Albinus Romanorum conſul cum magno exercitu aduentare, & iam Lucaniam uaſtare nuntiaretur, quanquam nondum adueniſſent ſociorum eius copiæ, tamen indignum ratus id tolerare, Pyrrhus cum exercitu obuiam profectus eſt, præmiſſo caduceatore ad Romanos, ſi uellent ante bellum, ſe iudice & mediatore, cum Tarentinis de iure cauſam decerni. Reſponſo autem à conſule dato, Romanos nec elegiſſe Pyr-

Naufragium Pyrrhi.

rhum iudicem, nec formidare hostem, tunc progressus inter Pandosiam urbem Heracleámque castra posuit. Ibi cùm audiret Romanos trans flumen Sirin castra habere, secus ipsum amnem speculandi gratia obequitauit, ordinémq; & formam castrorum custodiásque & disciplinam Romanorum admiratus, Hæc, inquit, barbarorum disciplina barbara nõ est, sed opera eorum uidebimus: ac de futuro iam solicitus, expectare socios statuit. Aduersus autem Romanos si fortè transire amnem tẽtent, stationem opposuit. At Romani ut ille expectare decreuerat, sic ipsi præuenire festinantes, transire flumen cœperunt uado pedites equitésque pluribus simul locis. Itaque Græci metuentes ne circunuenirentur, se retraxerunt: & Pyrrhus ut hæc sensit turbatus, ducibus pedestrium copiarum mandauit, ut confestim armatos milites in ordinibus continerent. Ipse autem cum tribus millibus equitũ profectus est, sperans trãseuntes adhuc & sparsos Romanos sine ordine inuasurum. Sed postquã clypeos multos pro flumine stantes, equitésque in ordine obuiam prodire conspexit, primus in hostes delatus, armis atque ornatu egregiè insignis, gloriam & famam uirtutis suæ rebus ipsis asseruit. Manus enim & corpus exhibens prælio, & contra hostes fortiter pugnans, prouidentiam tamen boni ducis non omittebat, sed ubicunque auxilio opus erat, accurrens, rectis consiliis bellum gubernabat. In ea pugna Leonatus Macedo uirum Italicum conspicatus in Pyrrhum intentum, sempérque contrà stantem, & simul se mouentem: Cernis, inquit, ô rex, barbarum illum quem niger equus pedibus albis portat? is magnum quiddam agitare animo uidetur: nam te solum intuetur, & tibi soli intendit. Et Pyrrhus ad hæc: Fata quidem ô Leonate, nemo potest effugere. Verùm enim nec iste nec alius quisquã hostium in manus nostras uenisse gaudebit. Adhuc loquebantur, cùm Italus citato equo infesta hasta Pyrrhum inuadit, nõ tamen regem percussit, sed equum, & simul à Leonato ipsius equus percutitur: ambo in terram ceciderunt, sed rex à suis protectus asportatur, Italus uerò pugnans confoditur. Erat hic genere Ferentanus præfectus turmæ, nomine Oplacus: hoc docuit regem magis cauere. Itaque cùm equites aspiceret impetum ferre non posse, phalangem insuper accitam opposuit. Ipse chlamyde & armis uni ex amicis Megacli traditis atque illius assumptis, incognitus ad prælium reuertitur. Resistentibus autem acriter Romanis, diu anceps fuit prælium: septies enim dicuntur pepulisse ac pulsi esse. Nam permutatio armorum, quę ad salutem regi plurimùm contulit, paulominus rem subuertit, uictoriámque hostibus præbuit. Certatim enim ad cædem eius, qui arma regia gestabat concursum est: sed ante omnes Dexter quidam nomine illũ prostrauit, cassidéque & chlamyde detracta, se Pyrrhum occidisse clamitans, & spolia ostentans, ad consulem properauit. Erat ob hoc Romanis lætitia, Græcis uerò secordia atque formido, donec Pyrrhus intellecta re, per aciem discurrens nudo capite se militibus ostendit. Tandem uerò equis Romanorum ob elephantos conterritis, ac sessores inde efferentibus, immissus à Pyrrho Thessalus equitatus Romanos cum magna cæde in fugam uertit. Dionysius non multò pauciores x v. millibus ex Romanis cecidisse scribit, Hieronymus septem millia solúm. Ex his autem qui cum Pyrrho erant Dionysius x III millia, Hieronymus pauciores quatuor millibus cecidisse tradit. optimos certè ex amicis & ducibus, & quibus maximè utebatur fidebátque Pyrrhus eo prælio amisit. Sed tamen castra Romanorum cepit illis deserentibus, & urbes sociorum recepit, ac regionem multam populatus est. Tantùm enim processit, ut non amplius trecentis stadiis Roma abesset. Post pugnam Lucanorum atque Samnitum copiæ ad eum uenerunt, quos licet de tarditate reprehenderit, tamen gaudere & magnificare uidebatur, quòd ipse cum suis & Tarentinorum duntaxat copiis magnum Romanorum exercitum superasset. Romani Albinum non reuocarunt, quanquam dicatur Fabricius dixisse, non Romanos ab Epirotis, sed Albinum à Pyrrho superatum fuisse, arbitratus non esse uictum exercitum, sed ducem à duce arte superatum.

34 35 36 37

Romani à Pyrrho cæsi.

Supplemento

38 Supplemẽto igitur habito, & insuper amplificato numero militũ, nulla mentio pacis à Romanis facta est: quæ res Pyrrhum in admirationem conuertit. Visum est igitur Pyrrho ut prior ad eos mitteret, experiretúrque an pacem uellent. Non enim esse præsentis potentiæ suæ urbem Romanam capere posse, amicitiam uerò & pacem gloriosam sibi post uictoriam iam partem fore existimabat. Missus itaque Cyneas à rege, cum primoribus ciuitatis locutus est, donáque ipsis & eorum uxoribus transmisit: accepit autem nemo, sed responderunt omnes uiri mulierésque, si pax publicè fieret, & sua omnia regi offerre. In senatu uerò multa præclarè & humaniter dicta sunt à Cynea, cùm & liberationem captiuorum, & auxilium ad subigendam Italiam populo Rom. Pyrrhus offerret, ac pro his nihil aliud quàm amicitiam sibi, Tarentinis securitatem postularet. Et constabat Senatores ad pacem inclinari, uictos iam semel
39 magno prælio, & secundã Pyrrhi uictoriam ob superadditas Italicorum copias metuentes, cùm Appius Claudius uir amplissimus quidem, cæterùm senectute & orbitate oculorum à reipub. muneribus cessans; auditis his quæ à rege nuntiabantur, ac rumore obtinente senatum pacem esse decreturum, tolerare nõ potuit, sed in curiam se deferri iussit. Latus igitur in lectica per forum, ubi ad ianuam curiæ peruenit, filij simul & gener suscipientes ipsum stipantésque in senatum duxerunt. Factum est silentium ad præsentiam tanti uiri. Ille autem ubi suo loco cõstitit, ita dicere orsus est:

» Antea quidem, inquit, P.C. hanc meam oculorum fortunam permolestè ferebam, *Appij Claudij Cæci oratio.*
» nunc autem doleo atque angor quòd non ultra cæcitatem ipsam surdus etiam sim,
» ne turpes consultationes ac sententias uestras, quæ huius urbis gloriam subuertunt,
40 audire compellerer. Vbi est enim illa iactantia, quàm crebrò uerbis usurpare soletis,
» affirmantes, Si magnus Alexander in Italiam profectus nobiscum adolescẽtibus, aut
» cum patribus nostris tunc florentibus conseruisset bellum, nequaquam eum nunc
» ut inuictum gloriam habiturum, sed aut fuga aut morte sua maiorẽ huic urbi gloriam nonénque relicturum fuisse? Hanc igitur insolentiam uerborum nunc rebus
» ostendite: Chaones & Molossos, qui semper Macedonum præda fuere, & Pyrrhum
» regem eorum formidatis, unum ex Alexandri satellitibus, quem semper sequutus est
» ac coluit, & nunc non magis Tarentinis auxilium ferens, quàm hostes domi fugiens,
» in Italia uersatur, ausus profiteri principatum in Italia cum hac potentia, quæ ad par-
41 uam Macedoniæ partem conseruandam sufficere non ualuit. Non itaq; hunc remo-
» uebitis si amicum feceritis, sed alios inuitabitis per contemptum nostri, quasi supe-
» rare nos facile sit, si Pyrrhus abibit nedum pœna non data eorum quæ contra nos fecit, uerumetiam mercede accepta fœderis eo authore cum Tarentinis Samnitibúsq;
» recipiendi. Hæc Claudij uerba ad studium belli animos traduxere. Itaque Cynea dimisso responderunt, Pyrrhus Italia excederet, tunc si uellet de amicitia ac societate uerba faceret: quoad uerò in armis adesset, populum Romanum aduersus eum belligeraturum, etiam si mille Albinos pugna superasset. Dicitur Cyneas interea dum hęc agerentur, cupiditate cognoscendi moribus ac institutis Romanis studium impartisse, atque de ea re cum optimis uiris loquutus Pyrrho postea retulisse cùm alia mul-
42 ta, tum senatum Romanum multorum regum sibi consessum uideri. De multitudine autem populi formidare se inquit, ne aduersus quandam Lernæam Hydram pugnare uideantur: supra duplum enim plures quàm antea pugnassent, consuli decretos, & multiplos insuper ex his qui arma ferre possent, superesse. Post hæc legati ad Pyrrhum pro captiuis redimendis missi, inter quos C. Fabricius fuit, cuius Cyneas retulerat maximam apud Romanos mentionem haberi, ut uiri boni quidem atq; bello egregij, cæterùm uehementer pauperis. Huic igitur rex seorsùm blãditus, ut pecuniam à se caperet suadebat, non ob aliquam turpem causam, sed ob amicitiæ & hospitalitatis indicium. Renuente autem Fabricio, tunc quidem destitit: postridie uerò ipsum terrere uolens, utpote qui nunquam antea elephantum uidisset, iussit dum si-

mul loquerentur, maximum elephantum post aulæam iuxta se cõstitui, ac deinde subitò aulæa sublata,elephas ex improuiso conspectus proboscidem super caput Fabricij extulit, ac uocem terribilem asperámque emisit. At Fabricius tranquillè con- 43
uersus,lenitérque arridens inquit,Nec heri aurum,nec me hodie bestia permouit. In cœna autem apud regem acta cùm multi ac uarij sermones inciderent, plerique uerò de Græcia ac de philosophis,fortè euenit ut Cyneas Epicuri mentionem faceret,memorans ea quæ ab Epicureis dicuntur de diis immortalibus,ac de repub. ut nonnulli finem bonorum in uoluptate ponentes,curam reipub.fugiendam censent, utpote felicitatis corruptionem: deos autem à gratia atque ira longissimè remotos,nec ullã de nobis curam suscipientes, in otiosam uitam, & plenam uoluptatum coniiciant. Etiam ipso dicente Fabricius exclamans, O utinam,inquit, hæc Pyrrho & Samnitibus cordi sint, quandiu aduersus nos bellum gerunt. Sic itaque mentem uiri rex admiratus, magis ac magis optabat pacem,quàm bellum cum Romanis habere, & Fabricium priuatim rogauit ut facta pace unà secum esse uellet, primus amicorum & 44
ducum suorum futurus. Ad hæc dicitur Fabricius submissa uoce respondisse, At ne hoc quidem tibi,ô rex,conducit: illi enim ipsi qui te nunc admirantur & colũt,si me experiantur,à me potius,quàm à te regi optabunt. Pyrrhus non tyrannicè neque superbè uerba Fabricij suscepit, sed quanta magnitudine animi Fabricius foret ad amicos protulit,& captiuos illi credidit soli, ut si non decerneret pacem senatus, postquã cum parẽtibus ac domesticis Saturnalia peregissent,ad eum remitterentur. atque ita factum est, post festiuitatem aduersus non redeuntem pœna mortis per senatum decreta. Deinde cùm Fabricius consulatum iniisset,ueniens quidam ad eum in castra epistolam detulit à medico regis perscriptam, in qua offerebat se Pyrrhũ ueneno necaturum, si præmium traderetur sibi absque ullo discrimine bellum pro Romanis 45
concienti. At Fabricius iniuriam hominis detestatus, & collega in eandem sententiã adducto, Pyrrhum statim per literas monuit, ut insidias medici caueret. Literæ huiusmodi fuere:C. Fabricius & Q. Aemilius consules, Pyrrho regi salutem. Neq; amicorum,neque hostium fortunatus existimator esse uideris cognosces enim cùm hãc epistolam ad nos transmissam perlegeris, te bonis quidem ac iustis uiris bellum inferre,malis uerò atque iniustis confidere. Hæc autem non tui gratia nota facimus tibi, sed ne mors tua nobis calumniam afferat, quasi uirtute nequiremus te superare, dolo contendisse. Acceptis itaque Pyrrhus Fabricij literis, medicóque conuicto, & supplicio iustè affecto, ad retributionẽ beneficij captiuos omnes gratis Fabricio Romanísque restituit,rursúsque Cyneam misit pro pace firmanda. At Romani nec gra- 46
tias ab hoste,nec mercedem accipere uolentes,parem Tarentinorum atque Samnitũ captiuorum numerũ Pyrrho remiserunt. De amicitia uerò & pace nihil agitari permiserunt, priusquam rex ipse cum armis atque exercitu, cúmque his quas secum ex Græcia duxerat naues,ex Italia nauigasset.Procedẽte itaque bello, rursus apud Asculum urbem cum Romanis pugnatum est.In ea pugna compulsus rex ad loca aspera & flumen graue atque limosum, cùm elephanti impetum capere nequirent, multis uulneribus ac magna suorum cæde usque ad noctem dimicauit: nox prælium diremit.Postridie uerò æquioribus locis structa acie,& asperioribus saltibus præsidio occupatis,missísque inter elephantos iaculatoribus ac sagittariis, dẽso agmine Roma- 47
nos inuasit. At Romani nequaquam à loco ut pridie adiuti, sed æqua planitie contra frontem uenientes, cùm priusquam adessent elephanti, pedites profligare properarent,grauiter aduersus sarissas cum gladiis pugnabant nullo labori parcentes,uulnerare ac cædere hostem intẽti,nullam prorsus rationem habebant. Tandem post longum tempus dicitur fuga ex ea parte qua rex premebat fieri cœpta. Sed plurimũ elephanti suo robore atque audacia perfecerunt,nequeuntibus Romanis uirtute uti,sed quasi uiolentia cuiusdam superuenientis fluctus ac terræmotus in fugam compulsis.

Earũdẽ literarũ exẽplũ ex Cl. Quadrigario scribit Gellius lib. 3. cap. 8.

sis.Fuga uerò non longa,sed in castra fuit.Hieronymus sex Romanorũ millia eo prælio cecidisse tradit.A Pyrrho autem in regiis commẽtariis relatum esse dicit,tria millia & quingenta quinque desiderata. Dionysius tamen nec duas apud Asculum pugnas, nec superatos tradit Romanos: at semel duntaxat usq; ad occasum solis pugnatum,uix tandem prælium diremptum uulnere, cùm Pyrrhus hasta brachium transfi-
48 xus esset,& impediméta Samnites diripuissent. Cecidisse autem & à Pyrrho & à Romanis supra x v millia hominum,& utrinque pariter à pugna cessatum.Dicitur Pyrrhus in recensendo numero militum suorum dixisse, Si alia item pugna Romanos uicerimus, omnino periimus. Maxima enim pars militum quos secum adduxerat, interierant,& præterea amici atq; duces omnes præter admodum paucos: alios quos uocaret nulli erant,& simul socios minus impigros cernebat.Romanis uerò quasi ex fonte quodam domi manante celeriter castra replebantur, nec superati remittebant animum, sed magis ad prælium incendebantur. His difficultatibus circunuentus, in nouas rursus spes incidit: simul enim ex Sicilia & ex Græcia uiri ad eum uenerũt, alij Agrigentum, Syracusas, & Leontinos bfferentes, rogantésque ad pellendum Sicilia Carthaginienses,insulámque à tyrannis liberandam sibi auxilium ferret:alij ex Græcia nuntiabant Ptolemæum Ceraunum contra Galatas profectum cum exercitu pe-
49 risse, maximéque id tempus flagitare, ut cupientibus Macedonibus adesset.Questus itaque aduersus fortunam quòd plurium ac magnarum rerum occasiones unum in tempus coniecisset, & quasi utranque in potestate sua haberet, alteram sibi perire arbitratus, deliberabundus atque anceps aliquantùm perstitit. Tandem uerò ad Siciliã utpote materiam rerum grandiorum propter propinquitatem Libyæ afferentem cõuersus,statim Cyneam misit ciuitatibus,uti consueuerat,ex parte sua præfaturũ. Ipse autem præsidio apud Tarentum relicto, Tarentinis id grauiter ferentibus, & aut aduersus Romanos bellum gereret unà secum qua de causa uenerat, aut qualem acceperat urbem talem relinqueret postulantibus,nullo benigno dato responso,sed quie-
50 scere eos,& expectare tempus iubẽs,in Siciliam nauigauit. Vt primùm Siciliam attigit,ciuitates secundum spem antea præstitam,sese illi dediderunt.Eorum autem ad quæ ui & armis opus fuit,nihil à principio restitit:sed cum triginta millibus peditũ, duobus millibus quingentis equitibus,ac ducentis nauibus Carthaginienses aggressus,eorum potẽtiam euertit. In expugnatione Erycis munitissimi oppidi, & magnis Carthaginiensium præsidiis firmati,integra se armatura induit, & mœnia subiẽs ludos Herculi uouit, si daret sibi ut genere ac fortunis suis ea die se dignum pugilem ostenderet.Inde scalis admotis,primus omnium mœnia conscendit.Resistentium uerò qui multi erant, alios ab utraque parte muro deiecit, alios circa se gladio necatos coaceruauit. Ipse quidem illæsus,& terribili ac truci aspectu,illud Homericum probauit rectè ac peritè dictum,Fortitudinem solam inter cæteras uirtutes sæpe furentes quosdam impetus habere. Capta urbe,uota deo persoluit,spectaculúmque omnifa-
51 riam ludorum exhibuit. Mamertinos deinde qui circa Messanam incolentes Græcos uexabant, ac plerosque ex his uectigales sibi fecerant, aggressus (erant autem hi barbari,multitudo ingens,& bello ferox, ex quo Latina lingua à Marte nominabantur) publicanos eorum necauit:ipsis autem pugna superatis,præsidia multis ex locis deiecit.Carthaginiensibus pacem poscentibus, pecuniámque & classem pro amicitia offerentibus,respondit, unam esse pacis uiam, si omissis omnibus, citra Libycum mare terminos caperẽt. Successibus autem & magnitudine rerum elatus, cùm spes eorum pro quibus à principio nauigarat responderet, primámque Libyam concupisceret, atque ea de causa ad implendas quas habebat naues remiges cogeret,nõ benignè,sed
52 imperiosè ac superbè ciuitates premebat. Sic ergo contra consuetudinem sui initij, in quo egregiè mitis ac placidus,nullíque molestus fuerat, de populari tyrannus factus,ingratitudinis ac perfidiæ notam contraxit. Sed hoc ciuitates quanquam grauа-

tè,tamen quandò neceſſe erat,tolerabant.Verùm cùm Thœnonem & Soſtratũ principes Syracuſanorum,qui authores fuerant ciuitatem ei tradendi, adiutorésq; in cũctis per Siciliam fuerant, ſuſpectos haberet, nec ſecum ducere, nec domi relinquere uellet,ac Soſtratus quidem metu aufugiſſet,Thœnõ uerò ab eo interfectus fuiſſet,nõ pedetentim neque parumper mutati animi, ſed repentè aduerſus ipſum Siculorum odia exarſerunt, ac ſtatim aliæ ex ciuitatibus Carthaginienſibus, aliæ Mamertinis ſe coniunxerunt.Cernens defectiones & conſpirationes contra ſe initas Pyrrhus,literis Samnitum & Tarentinorum acceptis,qui uix reſiſtere bello poterãt,& excluſi regionibus auxilium rogabant,occaſionẽ hinc arripiens abeundi ex Sicilia,quaſi non metu,nec deſperatione rerum Sicularum,ſed opitulationis cauſa,receſſit. Re autem uera cùm Siciliam ueluti nauem tempeſtate agitatam tenere non poſſet,& occaſionem abeundi quæreret,ſeipſum rurſus in Italiam proiecit. Ferunt cùm abiret Siciliam reſpexiſſe ac dixiſſe:O qualem Carthaginienſibus & Romanis pro hac inſula relinquimus palæſtram.Et hoc quidẽ ut coniectatus eſt, ita euenit. Barbaris autem in ipſo receſſu inſultantibus,Carthaginienſibus uerò nauali prælio in ipſo portu laceſſentibus, compluribus ex nauibus ſuis amiſſis,in Italiam peruenit.Mamertinorum haud pauciores decem millibus primo tranſgreſſu ſignis collatis dimicare cùm non auderent, iniquis locis, impetu contra regem facto, totum exercitum turbauere. Ibi duo elephanti,& multi ex iis qui poſterius claudebant agmen,oppreſſi. Ipſe rex à fronte diſcurrens aduerſus homines bello aſſuetos, magno cum periculo reſtitit: uulnere autẽ in capite accepto cùm paulò ex pugna ceſſiſſet, etiam magis extulit hoſtes, quorum unus præ cæteris ferox,procero corpore,& ſplẽdidis armis,ſuperba uoce, regem ſi ui-
Pyrrhus barbarum ſe prouocãtẽ in partes diſcidit.
ueret in certamen prouocabat. At Pyrrhus ob hæc irritatus, iráque incenſus, & ſanguine fœdatus,trucíque aſpectu terribilis,in pugnam rediit,& barbarum illum conſecutus ita caput percuſſit,ut ui ictus & uirtute gladij,uſque ad partes inferiores plaga deſcenderet, cederéntq; hinc inde diuiſæ corporis partes. Hoc barbaros continuit ne amplius perſequerentur,quaſi ſupra humanam uim Pyrrhum admiratos, conterritósque.Ipſe uerò quod reliquum erat itineris ſecurè profectus,Tarentum peruenit, peditum x x,equitum tribus millibus ſecum adductis: ſtatímque optimo quoque ex Tarentinis delecto,aduerſus Romanos qui tunc in Samnio caſtra habebant, contendit.Samnites multis iam præliis ſuperati, & ſpe ſimul cum rebus amiſſa, ſimúlque ob nauigationem in Siciliam aduerſus Pyrrhum infenſi, minus frequentes ad eum uenerunt. Sed Pyrrhus omnibus copiis bifariam diuiſis, & partim in Lucaniam miſſis, ut alterum conſulem demorarentur, ipſe contra M. Curium apud Beneuẽtum caſtra habentem exercitum duxit.Curius uerò,quòd & collegę aduentum expectabat,& ſimul auguriis pugnare uetantibus,pugnam detrectabat. Præparãs igitur Pyrrhus antè eum opprimere, quàm collega aduẽtaret, fortiſſimis militibus & bellaciſſimis elephantibus delectis noctu caſtra ex ſuperiori loco aggredi contendit. Vadentem longam uiam & ſyluis denſam lumina defecerunt,errórque factus, ortáque exinde mora dies albeſcere cœpit,& ab Romanis conſpicitur ex montibus deſcẽdere.Primò itaque trepidatum eſt in caſtris,ſed tamen peractis ſacris,neceſſitate cogente, Curius caſtra egreſſus primos inuadit,eósque in fugam uertens omnes conterruit,ut etiam cõplures ibi caderent,& quidam ex elephantibus caperentur.Hæc uictoria Curium extulit,ut ad iuſtam deſcenderet pugnam.Itaq; prodiens in apertum,& ſigna conferẽs, partim hoſtes in fugam uertit, partim & ipſe elephãtorum impetu ad caſtra repulſus eſt.At milites præſidio caſtrorũ relicti,qui frequentes pro uallo ſtabant,à conſule uocati,impetu de ſuperiori loco facto, beſtias in fugam per ſuos retrouertere coegerũt: quæ res uictoriam Romanis tradidit,& ſimul principatum. Nam gloriam quaſi inſuperabiles ex illa uictoria nacti,confeſtim Italiam,& paulò pòſt Siciliam ſubegerũt. Per hunc modum Italia Siciliáque decidit Pyrrhus,ſex annorum tempore in illis abſumpto,

ſumpto, & rebus quidem attenuatis, ſed robore animi inuicto: famam ex eo bello nactus, quaſi peritia rei militaris, & fortitudine atque audacia plurimùm inter ſuæ ætatis reges præcelleret,ſed quæ poſſidebat,ſpe illorum quæ nondum habebat deper-
57 deret, nihílque eorum quæ ad tuendum iam parta attinent, conſeruaret. Itaque aſſimilauit ipſum Antigonus luſori, qui & multa & bene iaciat, ſed cedentibus uti neſciat.Reuerſus in Epirum cum octo millibus peditum,& quingentis equitibus,cùm pecuniam non haberet, bellum quærebat unde exercitum alere poſſet. Igitur ad eas, quas antea habebat copias, quibuſdam Galatis adiũctis, Macedoniam ingreſſus eſt, quaſi prædam exinde abducturus.Sed cùm frequentes cepiſſet urbes,militúmq; duo millia ad eum defeciſſent,amplificata ſpe, ad uerſus Antigonum Demetrij filiũ Macedoniam tunc obtinentem ducit,ipſúmque inuadens iuſta acie dimicauit. Qui extremum Antigoni claudebant agmen (Galatæ erant)fortiter reſtiterunt,uehementíque exorta pugna,ferè omnes à Pyrrho occiduntur. Duces uerò elephantorum circunuenti, ſeipſos ac beſtias dediderunt. Itaque acceptis his, & fortuna magis quàm
58 conſilio fretus,phalangem Macedonum inuaſit.At Macedones metu ac trepidatione pleni,ſeſe ab impetu pugnáque cõtinuerunt, ac fide per primores accepta, ſe Pyrrho tradiderunt.Antigonus uerò profugiens,quaſdam maritimas urbes retinuit.Sed Pyrrhus in huiuſmodi fortuna magnũ aliquid ſibi ad gloriã per ea, quæ circa Galatas egerat, peractum exiſtimans,ornatiſſimis ac ſplẽdidiſſimis eorum ſpoliis in templo Itonidis Mineruæ ſuſpenſis,hoc carmen inſcripſit:

Hæc de pugnaci Galatarum munera gente
Moloſſus Pyrrhus fixit captiua Mineruæ,
Cùm totum Antigoni robur,totásque ſubegit
Pugnando turmas.nec id eſt mirabile,nanque
Egregij bello & clari ſunt ſemper in armis Aeacidæ.

59 Poſt pugnam confeſtim urbes ſuſcepit. Aegæis uerò expugnatis, & in aliis durus fuit ac moleſtus, & in eo potiſſimùm, quòd ibi præſidium Galatarum, quos ſecum habuerat, cuſtodiæ cauſa dimiſit. Galatæ genus inſatiabile pecuniis, ſepulchra regum, quæ ibi erant fodere nequaquam ueriti, aurum & ornamenta opima ſubtraxerunt, oſſa uerò per ſuperbiam abiecerunt. Hoc Pyrrhus leuius quàm decebat tolerare uiſus eſt, ſiue ob alia impedimenta differens, ſiue ob timorem, quòd barbaros ad ſupplicium cogere formidabat. Itaque in ipſum redundauit infamia. Nondum ſatis firmæ res Pyrrhi in Macedonia erant, cùm ipſe ad alias rurſus ſpes mentem conuertit. Cleonymus erat Spartiata regio genere exortus, cæterùm quòd uiolentus ac ſuperbus uidebatur, nec beneuolentiam, nec fidem apud Lacedæmonios habebat. Itaque eo excluſo, Areum regnare iuſſerant. Hæc erat uetus eius indi-
60 gnatio aduerſus ciues. Vxorem uerò accepit Chelidonida Leotychidæ, forma præſtantem, & regio item genere exortam. Hæc Acrotati Arei filij adoleſcentis inſano amore correpta, triſtes ac infames nuptias Cleonymo præbuit: non enim latuit quenquam Spartiatarum ab uxore ſpretus. Sic igitur domeſticis rebus ſimul & publicis infenſus, ira atque indignatione concitus, Pyrrhum contra Spartam induxit, uigintiquinque peditum,duo millia equitum,elephantos uigintitres habẽtem. Itaque ex magnitudine apparatus ſtatim conſtitit non Cleonymo Spartam, ſed Peloponneſum totam ſibi affectare, quanquam uerbo quidem Lacedæmoniorum legatis apud Megalopolim negauit. Ait enim ſe ueniſſe, ut ciuitates ab Antigoni dominatu liberaret, ſéque natos ſuos minores, ni quid prohibeat, Spartam miſſurum,
61 ut Laconicis moribus erudirentur, & hoc præ cæteris haberent regibus. His ſimulationibus obuios decipiens, quamprimùm Laconicam attigit, prædam & rapinam latè exercuit. Incuſantibus autem legatis, quòd non indicto bello eos inuaſiſſet, At nec uos, inquit, Spartiatæ, quod facturi eſtis aliis prænuntiatis. Inde Lacedæmona

exercitum admouit, quam cùm Cleonymo placeret primo aduentu inuadere, ueritus, ut ferunt, Pyrrhus ne milites urbem noctu ingressi diriperent, exercitum continuit, inquiens hoc postridie se facturum. Ea dilatio ciuitatem seruauit. Nam Spartiatæ quidem pauci erant & imparati, Areus ipse non aderat, sed in Creta Corcyræis bellantibus auxilium tulerat. Pyrrhus igitur neminem sibi repugnaturum existimans, iuxta urbem castra posuit. Cleonymi uerò domum amici clientésque sic ornauerant ac parauerant, quasi Pyrrhus apud eum cœnaturus esset. Per noctem Lacedæmonij primò decreuerant fœminas omnes in Cretam mittere, sed ipsæ contradixerunt, quarum Archidamia cum gladio in senatum uenit uiros iurgata, si uiuendum fœminis putent Sparta euersa. Deinde contra hostium castra uallum ex curribus fossæ immissis, usque ad rotarum medium educto aggere, facere statuerunt, unde stationem ab impetu elephantorum tutam habentes resistere possent. Hoc facere incipientibus, uenerunt uirgines ac mulieres, hæ quidem palliolis cinctæ tunicas, illæ uerò solis indutæ tunicis, unà cum senioribus id opus conficiendum susceptura: eos qui pugnaturi erant, quietem agere corporáque curare iusserunt. Ipsæ insuper tertiam partem fossæ fecerunt: erat latitudo sex cubitorum, profunditas quatuor, longitudo sesqui propemodum stadij, ut Philarchus scribit: ut uerò Hieronymus, aliquanto minor. Postridie summo mane cùm hostes moueretur, mulieres arma teláque uiris ministrantes, pugnare uiriliter hortabantur, quòd dulce quidem in oculis patriæ uincere esset, præclarum uerò in manibus matrum ac fœminarum interire. Chelidonis autem seorsum ab aliis laqueum parauerat, ne urbe capta in potestatem Cleonymi uiua peruenire. Pyrrhus cum robore armatorum in ipsa fronte aduersus confertos Spartiatarum clypeos per ipsum aggerẽ haudquaquam satis firmum propter recentiam operis, impetum fecit. Ex alia parte Ptolemæus filius cum duobus millibus Galatarum atque Chaonum delectorum repleta fossa, currus transgredi nitebatur. Currus altè defossis in terram rotis, & inter se connexi, non solùm transire conantibus aditum non permittebant, sed & Lacedæmoniis grauem ac difficilem defensionem reddebant. Sed cùm Galatæ rotas euellere, & in flumen trahere conarentur, conspicatus periculum Acrotatus adolescens per urbem discurrit, secúmque trecentos homines rapiens, Ptolemæum minimè hoc suspicantem per quædam conuexa abiens circunuenit, extremósque adortus, ab oppugnatione ualli in se pugnam uertere coegit: impeditos inter currus & in fossas ruentes magna cæde propellit. Spectauerant seniorum, & mulierum turbæ Acrotatum egregiè pugnantem: itaque cùm paulò pòst per urbem ad stationem suam reuerteretur sanguine madens, & uictoria exultans, celsior sanè ac pulchrior Lacænis uidebatur, & Chelidonidis inuidebant amori. Seniorum uerò nonnulli sequebantur, clamantes, Vade agè Acrotate, tibi habeas Chelidonida, modò quoque probos natos patriæ crea. Ab ea etiam parte qua Pyrrhus erat multi ex Lacedæmoniis egregiè pugnarunt, & in primis Phyllius post plurima fortitudinis opera, & magnâ hostium cædem, cùm sentiret multitudine uulnerum se deficere, loco suo alteri tradito, inter suos cadere prouidit, ne corpus eius hostes haberent. Nox tandem oppugnationem diremit. Ea nocte per quietem Pyrrhus talem habuit uisionem. Videbatur sibi Lacedæmona fulminibus à se missis percussam conflagrare totam, séque ob id factum mirè lætari. Præ gaudio itaque excitus è somno, milites arma capere iussit, & amicis somnium enarrauit quasi urbem expugnaturus. Cui cùm alij uehementer assentirent, congauderéntque, Lysimachus non placere sibi uisionem respondit, sed uereri se ait, ne quemadmodum loca de cælo tacta remanent auia, sic Pyrrho ingressus in urbem denegari à diis immortalibus ostendatur. At Pyrrhus hæc ut uana atque indocta aspernatus, fiducia plenus, luce prima milites in oppugnationem adduxit. Lacedæmonij uirtute mirabili resistebant, & aderant mulieres tela,

spartanæ mulieres quã tutandæ patriæ operam nauarint.

Pyrrhi somnium.

tela, uina, & cibaria ministrantes, uulneratósque susci pientes. Macedones qui cum Pyrrho aderant, fossas implere materia armísque cadaueribus inuectis conabantur. Ad hoc cùm Lacedæmonij concurrerent, cernunt Pyrrhum inter currus ipsos equo prouectum, magna ui anniti ut urbem irrumpat. Clamore ab ea parte exorto, & concursu in eum facto, dum adigit equũ in hostes Pyrrhus, Cretensi telo sub uẽtre equus percutitur: quo ex uulnere concitus, moribundus in loca ardua ac lubrica Pyrrhum prostrauit. Tumultuantibus autem circa ipsum sociis, accurrentes Spartani telis in eos missis omnes depulerunt: ex hoc & cætera cessauit pugna. Sperabat tamen Pyrrhus Lacedæmones qui penè omnes uulnerati, & complures mortui erant, remissuros tandem animos. Sed bona eius urbis fortuna, siue hominum uirtutem experiri, siue quantam summo in discrimine haberet potestatem ostendere uolens, cùm iam parum spei Lacedæmoniis superesset, Aminiam Phocensem unum ex ducibus Antigoni cum militibus conductis ex Corintho auxilium ferentem adduxit. Nec multò pòst Areus rex his cognitis, ex Creta properè rediit, militum duo millia secum ducens. Itaque mulieribus domum remissis, nec amplius eis permissa defensionis cura, & senioribus, qui arma necessitate cogente acceperant, dimissis, ipsi pugnam susceperunt. At Pyrrhum maior habebat cupiditas ob ea quæ superuenerant auxilia urbis expugnandæ. Sed cùm nihil proficeret, multis plagis acceptis, tandem ab oppugnatione destitit, prædáque ex agris abacta ibi hyemare cogitabat. Sed fatum uitari nequaquam potest. Argis enim Aristei contra Aristippum factio erat. Cùm ergo Aristippus Antigoni amicitia frui uideretur, Aristeus Pyrrhum uocare Argos properabat. At Pyrrhus alias spes ex aliis semper inuoluens, & successibus quidem ad alia capessenda elatus, quæ autem aduersa euenerant aliis corrigere & emendare cupiens, nec uincens, nec uictus quietem agere sciebat. Confestim igitur Argos contendit. Areus multis insidiis dispositis, uiáque quà maximè difficilis erat occupata, Galatas & Molossos qui extremum claudebant agmẽ lacessebat. Pyrrho ex sacris ritè peractis dictum per aruspices erat, iacturam cuiusdam ex necessariis ea die cauendam esse: sed ex tempore ob tumultum mente seductus, iussit Ptolemæum filium laborantibus auxilium ferre. Ipse properè angustiis exercitum educebat. Acri autem pugna circa Ptolemæum exorta delectorum Spartiatarum, quorum dux erat Eualcus, & inuicem implicatis, Orœsus quidam Cretensis uir robustus ac manu promptus, ex obliquo discurrens, acriter pugnantem adolescentem transuerberat, prosternítque. Ad cuius casum cùm fuga suorum facta esset, sequentes Lacedæmonij uincentésque, in apertam planitiem parum cautè se effuderunt. In eos itaque Pyrrhus audita filij morte, dolore & ira incensus, se cum equitatu Molossorum conuertit. Ipse ante omnes prouectus, cæde ac sanguine Lacedæmoniorum cuncta repleuit, semper quidem inuictus ac summus bello uir, sed tunc priora omnia fortitudinis opera longè supergressus. Citato autem in Eualcum equo, parum abfuit quin Eualcus, qui obliquus erat, manum Pyrrhi qua habenas tenebat, amputaret, & certè ipsas habenas præscîdit. Sed Pyrrhus cùm illum transfodisset, ex equo prosiliuit, ac pedes dimicans, totam super uno Eualco pugnantem delectorum cateruam occîdit. Per hunc modum magno stetit Lacedæmoniis ambitio ducum, qui cùm finem iam cepisset bellum, gloriam uincendi sequebantur. Pyrrhus uerò quasi lustrationem quandam filio soluisset, & funebre splendidum celebrasset certamen, magna doloris parte in ultione relicta, Argos cum exercitu contendit. Cognito autem Antigoni aduentu, qui arduis locis supra planitiem insederat, ipse circa Naupliam castra posuit. Sequente uerò die, per caduceatorem ad Antigonum missum, ut in campum descẽderet & pugna decerneret prouocauit. Ad hæc Antigonus respondit, militiam suã nõ magis armorũ, quàm temporũ esse: Pyrrho autẽ si uitæ suæ tædeat, satis multas uias ad interitũ patêre. Ambobus autẽ oratores ex Argo uenerũt, rogantes ut

urbem dimitterent ad neutrum eorum pertinentem, ambobus amicam. Antigonus uerbis eorum motus, filium ſuum obſidem Argiuis tradidit: Pyrrhus autem promittebat quidem ſe abiturũ, ſed cùm fidem non haberet eius promiſſio, ſuſpectior erat. Hîc dum ſacra faceret Pyrrhus, capita boum iam reciſa linguas cum gemitu emittere conſpecta ſunt. In Argo autem Lycæi uates cucurrit, clamitans cæde & cadaueri- 71
Pyrrhus Argos occupat. bus plenam urbem ſe uidere. Per obſcuram noctem Pyrrhus mœnia ſubiẽs, per portam quam Diampares uocant apertam ſibi ab Ariſteo, Galatas in urbem præmiſit. Et fuit ſilentium quoad forum Argiuum occuparunt, nec quicquam Argiui ſenſerant. Sed cùm tandẽ elephantos adductos porta non caperet, atque ob id turris ablata reponeretur, & utpote in tenebris mora ac ſtrepitus fieret, Argiui rem ſentiẽtes ad Aſpidem & alia munita urbis loca concurrunt, miſsóque ad Antigonum nuntio, ipſum in urbem uocarunt, qui ueniens prope mœnia ſubſedit. Milites autem & filium cum ualido præſidio in urbem tranſmiſit. Venit etiam Areus Lacedæmonius, mille Cretenſes ac Spartiatas ſecum agens: & ſimul omnes, in Galatas impetu facto, haud ſegniter conturbarunt. Pyrrhus autem cum clamore urbem circa Cylarabim 72
ingreſſus, cùm à Galatis alacriter reclamaretur, coniectans laborantium ac trepidantium eſſe ſigna, properare ſuos iuſſit per cloacas & aquæductus, quibus urbs plena eſt, cum ſummo periculo equites impellẽs. Erat autem maxima incertitudo uiarum atque clamorum, errorésque ut in nocturno prælio, per loca arcta atque incognita: nec ulla ducum moderatio aut opera præ tenebris & ambiguitate eſſe poterat, ſed perſtabant ambo diem expectantes. Cùm itaque iam illuceſceret, Aſpis armis hoſtilibus referta, ipſo aſpectu Pyrrhum deterruit, & ſimul in foro inter cætera ornamenta lupum æneum & taurum quaſi præliantes conſpicatus perhorruit, ueteris oraculi memor, ſibi fatum impẽdêre extremum, cùm lupum cerneret aduerſus taurum pugnare. Hæc Argiui ob antiqui facti memoriam ſculpta in foro habebant. Nam Da- 73
nao primùm eas partes adeunti, lupum aſſerunt uiſum aduerſus taurum pugnantem: poſuiſſe uerò ſe lupum, qui aduena incolas inuaderet. Sic pugnæ ſpectato euentu, cùm lupus uiciſſet, Apollini uouiſſe Lycæo, ac ſubinde rem capeſſentem ſuperfuiſſe, Gelanore qui tunc Argis regnabat expulſo. Hæc erat cauſa cur in foro Argiuo lupi ac tauri imago poſita eſſet. Ob illorum igitur aſpectum Pyrrhus, & ſimul quòd ea quæ ſperauerat non procedere cernebat, turbatus, pedem referre ſtatuit: ſed cùm anguſtias portarum formidaret, ad Helenum filium, qui cum magna extra mœnia ſedebat manu, mittit, murum diruat, & exeuntes excipiat, tutetúrque. Dum uerò properat ac trepidat is qui miſſus erat, nec quicquam rectè nuntiat, adoleſcens per errorem cum reliquis elephantis & militibus delectis per portas auxilium pa- 74
tri laturus denſo agmine ingreditur. Iam Pyrrhus retrocedere cœperat, & quandiu forum permiſit copias ſubducere, egregiè hoſtes repreſſit. Sed poſtquam ex foro in angiportum, quò ad portam iter erat, deſcendit, in hoc hi qui auxilium ferre ueniebant obuiam facti, eius ſubductionem impediunt. Nam & partim eo clamante non exaudiebant, partim etſi parêre uellent, ab extremis uenientibus impellebantur, & maximus elephas in ipſa porta caſu ex tranſuerſo proſtratus exitum prohibebat: alter uerò ex his qui iam intrauerant, cui Victori erat nomen, proſtratum uulneribus gubernatorem recipere quæritans, ſe inter eos qui pedem referebant admiſcuit, hoſtes & amicos pari impetu conculcans, donec repertum gubernatoris caduer proboſcide ſublatum, ac dentibus ambobus ſuſceptum reportauit, ac ueluti furens obuios quoſque necabat. Sic ergo inter ſe preſſis & complicatis nihil agi po- 75
terat, ſed tota multitudo ueluti in unum corpus conflata erat, nec ulla pugnandi repugnandíue facultas dabatur. Si gladius promptus aut haſta deflexa erat, per multitudinem eximi non poterat, nec in uaginam reponi: ac per eum modum non in hoſtium, ſed in ſuorum tela compulſi necabantur. Pyrrhus igitur cùm hunc æſtum fluctua-

fluctuationémque uideret, inſigne quo galea eius conſpicua erat, detractum cuidam ex amicis tradidit. Ipſe autem equo confiſus, in eos qui inſequebantur hoſtes impetum fecit. Ibi haſta percuſſus, cùm per thoracem non magnum, nec mortale uulnus accepiſſet, in percuſſorem (is erat Argiuus, nec claro natus loco, ſed pauperis aniculæ filius) equum adegit. Mater fortè deſuper unà cum cæteris fœminis pugnam ſpectabat, quæ cognito filij periculo, & ob id formidans, ambabus manibus tegulam ſu-
76 blatam in caput Pyrrhi demiſit. Eo ictu caſſide percuſſa, & ſpondylis ſecundum cer- *Pyrrhus ictus tegulæ à fœmina deiectæ occidit.*
uicem attritis, lumina eum defecerunt, prolapſísque habenis ab equo delatus iuxta Licymnij monumẽtum incognitus ferè omnibus cecidit. Sed Zopyrus quidam Antigoni miles duobus aut tribus comitatus, cùm ipſum cognouiſſet, in ueſtibulum quoddam protraxit incipientem iam ſe ex ictu recipere. Ibi cùm Zopyrus ceruicem inciſurus gladium eduxiſſet, ita toruè ipſum proſpexit Pyrrhus, ut illum ad tremorem præ metu compelleret, nec rectè, ſed ad os & mentum uix tandem ceruicem ſecaret. Iam res pluribus nota erat, cùm Alcyoneus Antigoni filius adiens caput petiit, quaſi cogniturus, ídque acceptum ad patrem ferre properauit. Is tunc unà cum amicis ſedebat: qui poſtquam caput aſpexit cognouítque, filium baculo percuſſit, ac re-
77 pulit, barbarum & pollutum appellans. Ipſe chlamyde ante oculos obducta lachrymauit, Antigoni aui & Demetrij patris recordatus domeſticorum exemplorum uolubilis fortunę. Caput itaque & corpus Pyrrhi magnificè cremauit. Cùm uerò Alcyoneus ſordidatum conueniſſet Helenum, eúmque benignè & humaniter patri adduxiſſet, conſpiciens eum Antigonus, Melius, inquit, nunc quàm prius à te factum eſt fili, ſed ne nunc quidem ſatis, qui hanc ueſtem non abſtuleris, ob quam nos qui uiciſſe uidemur magis dedecorat, quàm ſe. Poſt hæc adoleſcentem complexus ad priorem habitum ornatúmque reſtituit, & in Epirum remiſit. Erga amicos quoque Pyrrhi benignus fuit, caſtrorum atque exercitus uniuerſi potitus.

Caius Marius.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 NEC Caij Marij, quemadmodum neque Q. Sertorij, qui Iberos in ius ditionémque populi Romani redegit, neque L. Momij, qui Corinthum deleuit, tertiũ nomen dicere poſſumus. Nam Achaicus huic, ut Aphricanus Scipioni, ut Metello Numidicus, ex re geſta cognomen fuit. Ex quo magnopere Poſidonius reprehenſione dignos putat eos, qui cenſent tertium nomen Romanis proprium eſſe, ut Camillum, ut Marcellum, ut Catonem. Nam qui tantummodo duobus nominibus nuncupantur, nomine carerent. Errat autem, quòd hac ratione rurſus ipſe ſine nomine mulieres eſſe uoluit. Nulli enim mulieri primum nomen imponitur, quod
2 proprium apud Romanos Poſidonius eſſe arbitratur. Cæterorum uerò aliud commune à cognatione ductum eſſe, ut Pompeios, ut Manlios, ut Cornelios, tanquam ſi quis Heraclides & Pelopidas diceret. Aliud uerò denominatiuum, appoſitum ex rebus geſtis, uel ex natura, uel ex aliqua figura & modo corporis putat, ut Macrinum, & Torquatum, & Syllam, ut eſt Mnemon, Grypus, & Callinicus. Id genus argumenta innumerabilia conſuetudinis inconſtantia ſuppeditat. Marij ſtatuam marmoream multam præ ſe ferentem rigiditatem & acerbitatem, moribus eius ſimilem, Rauennæ, quæ urbs in Gallia ſita eſt, uidimus. Nam durum atque bellicoſum animum ei natura effinxerat. Qui cùm magis ad rem militarem, quàm ad

rempublicam se contulisset, potestatem nactus, impotenti ira ferebatur. Fertur quidem neque literas græcas didicisse, neque ullis in studiis græcis præceptoribus uti uoluisse, tanquam ridiculum esset literis, quarum magistri aliis seruirent, operam impendere. Post secundum triumphum cùm in templo quodam rem diuinam faceret, & græca spectacula adhiberet, in theatrum ingressus, tantùm consedit, statímque discessit. Quemadmodum igitur Plato Xenocrati philosopho qui tristior natura uidebatur, sæpius dicere consueuerat, Rem sacram, ô bone Xenocrates, Gratiis perage: ita si quis suadendo, Marium Gratiis literísque Græcis conciliasset, nunquam puto præclaris illis bello pacéque gestis ab se rebus coronidem tam turpem imposuisset, ira & ambitione fœda, tum cupiditate habendi inemendabili, in senectam crudelem & feritatis plenam, uelut in scopulum impingens. Hæc profectò ex rebus ipsis nosse statim licet. Marius longè obscuro genere ortus, patrem Marium, matrem Fulciniam, pauperes homines atque mechanicos habens, serò urbem inspexit, & studia urbana degustauit. Reliquo tempore in uilla Cirræatone, quæ erat in agro Arpinati, uitam ab urbanis uenustísque uiuendi moribus alienam, sed modestam & priscis uiuendi institutis similem egit. Cùm primùm in Hispania militaret, Scipione Aphricano Numantiam obsidente, & fortitudine cæteris adolescentibus præstaret, Scipionem eius præstantia minimè latuit: nam mutationem disciplinæ militaris, quam corruptis tum exercitibus Scipio induxit, facilè amplexus est Marius: ac fertur, cum hoste congressus, illum in conspectu imperatoris confecisse. Quapropter ad alias dignitates continuò sub Scipione prouectus est. Cúmque post cœnam de imperatoribus sermo fieret aliquando, & quidam ex præsentibus siue seriò siue ioco Scipionẽ interrogaret, quem post se ducẽ Romanus populus habiturus uideretur: Scipio leniter percusso Marij humero, hunc fortassis, inquit. tam facilè hic etiam à teneris pro magno uiro agnosci, ille ex initio euentum coniectare ualebat. Fertur hac Scipionis uoce tanquam diuino quodam oraculo Marium in magnam spem erectum, ad rempub. animum applicuisse, & tribunatum Cæcilio Metello, cuius domum ipse à pueritia ac pater eius magno studio colebant, iuuante adeptum. In tribunatu cùm legem quandam de suffragiis ferendis tulisset, qua potẽtum uires in reddendis suffragiis ac in magistratibus designandis minui uidebantur, cõsul Cotta surgens senatui persuasit, ut contra legem certaret, Marium ad promulgationis legísque latæ rationem reddendam euocaret. Marius uerò ingressus non ut iuuenis, aut qui nuper rempub. attigisset, rudis quispiam, sed tantùm sibi promittens, quantùm postea res gestæ declararunt, in carcerem abducturum se Cottam minatus est, nisi legi subscripsisset. Cotta uerò cùm ad Metellum confugisset, & eius sententiam rogaret, Metellúsque consuli subscriberet, accito lictore prehendi Metellum Marius iussit: cúmque ad Tribunos Metellus prouocaret, nemo subsidio fuit: itaque senatus cedens locum fecit legi. Marius magnificè ad concionem reuersus, cùm neque terrore, neque reuerentia flectendus uideretur, & terribilis aduersus senatum insurgeret, studerétque auram atque fauorem populi consequi, legem sanciuit. Verùm mox alio facinore hanc de se opinionem commutauit. Nam cùm lex ferretur de diuisione frumenti, ciuibus sese opponens, utrisque pari potentia fortiter operam suam dedit, tanquam nemini præter æquitatem gratificaturus esset. Post tribunatum, maiorem ædilitatem petiuit. Duplices enim erant ædiles: alteri Curules, qui magistratus nomen habebant: alteri minores, quos populares uocabant. Eodem die de utroque magistratu eligendo suffragia habebantur. Marius repulsam in maiori ædilitate petenda passus, statim surgens alteram petiuit: & quia arrogans ac contumax esse uideretur, utraque excidit. Ita uno die, quod nulli alteri acciderat, bis repulsam est passus. Hæc res non parum illam animi sublimitatem fregit. Paulò pòst cùm præturam peteret, paululũ abfuit quin repulsam pateretur. Cùm autẽ ultimus esset qui per suffragia

Græcas literas cur non didicerit Marius.

Genus.

Aedilũ duo ord.nes.

suffragia mitteretur, de ambitu accusatus est. Huius rei cõiecturam suspicionémque maximam præbuit Cassij Sabaconis minister, qui intra cancellos inter suffragia ferẽtes cõspectus est. Nam Sabacon familiaritate Marij plurimùm utebatur. Accitus igitur à iudicibus, respondit, æstuantem se frigidam postulasse, ad seruum qui poculum habebat uenisse, deinde statim cùm bibisset abiisse. Igitur à cẽsoribus postea è numero senatorum deiectus est, cùm dignus uisus esset qui uel propter mẽdacium, uel propter intemperãtiam damnaretur. Contra Marium Caius Herennius testis adductus, non esse moris patrij, inquit, patronum aduersus clientes testem adduci, uerùm lege patronos hac necessitudine releuari: sic enim Romani qui causam pro alio recipiunt, appellabant. Nam parentes Marij, ipsúmque Marium Herenniorum familiæ clientes semper fuisse constabat. Recipiẽtibus autem iudicibus * testimoniũ, Marius ipse contradixit, quandò tum cùm primùm magistratus declaratus esset, cliens esse desiisset, quod non erat in uniuersum uerum. Magistratus enim non quisuis patrocinio liberat eos qui se contingunt genere, sed ædilitas illa curulis. Veruntamen primis diebus cùm non admodum causa Mario succederet, & aduersos iudices haberet, tandem existentibus suffragiis paribus, præter omnium opinionem iudicium euasit. In prætura mediocrem se gessit. Post præturam ulteriorem Hispaniam sorte assequutus, eam prouinciam latrociniis repurgasse fertur, indomitam adhuc moribus & feram, & tunc Iberos prædari non amplius honestum putauisse. Cùm rempub. tractaret, neque diuitias, neque eloquentiam, quibus qui tunc primi in urbe erant populum ducebant, comparauerat. Ipsam autem animi altitudinem, ac in rebus gerendis assiduitatem, & dexteritatem morum cùm plebs amplecti uideretur, facilè honoribus augebatur. Quare clarissimas nuptias sibi comparauit, & Iuliam insigni familia Cæsarum ortam, uxorem duxit: cuius Cæsar, qui postea seditione ciuili inter Romanos potentia & authoritate omnium longè clarissimus fuit, sororius nepos erat. Hic Marium, ut in rebus ab eo gestis scriptum est, propter familiaritatem imitandum sibi duxit. Temperantiam tolerantiámque fuisse in Mario asserunt. Exemplũ est, quòd cùm ex ambobus cruribus laboraret, & plena uaricibus haberet, ferrétque ægro animo illarum deformitatem, medicum sibi ad alterum crus adhibuit, & inter medendum nec se mouit, nec suspiria emisit: sed cùm tacitus fixísque oculis inspiciendum se exhiberet, moras quasdam dolorum inter incidendum perferre non formidauit. At medico alterum crus curare uolenti, minimè assensum præbuit, dicẽs remedium istis doloribus indignum. Postquam Cęcilius Metellus aduersus Iugurthã imperator factus est, legatum Marium in Libyam adduxit. Maximis rebus gestis & amplissimo honore potitus Marius, Metellum colere quemadmodum cæteri, & inseruire renuit, nolénsque à Metello legatus uocari, sed à fortuna in pulcherrimam occasionem & maximum negotiorum theatrum induci, omnem uiri fortis strenuíque operã ostendit, & multa in ipso bello discrimina subiẽs, nullum ex magnis laboribus exhorruit, nullum ex paruis se indignum existimauit. Sed cùm præstantes uiros consilio & prudentia excederet, cum militibus uerò de frugalitate & tenuitate tolerantiæ certaret, multùm ab illis beneuolentiæ sibi comparauit. Prorsus enim est laboris solatium, collaborantem non inuitum habere: uidetur enim uim atque necessitatem auferre. Iucundissimum quidem Romanis spectaculum erat, imperatorem panem eundem edere cum militibus, more omnium uel in solo iacere, uel pratis, uel in fossis, uel in aggeribus ducendis, operam communem præstare. Magis enim admirantur duces periculis ac laboribus participantes, quàm pecunias honorésque distribuentes: & maiori amore in eos afficiũtur qui una laborem inire uolunt, quàm qui ignauiæ patrocinantur. Cùm Marius rem militarem hoc modo administraret, repentè nomen & gloria eius Libyã, Romámque compleuit. Nuntiabãt enim milites Romanis per literas, nunquam finẽ habitura bella contra barbaros, nisi C. Marium cõsulem crea-

Marij uxor.

* ἀπεῤῥησεν ἡ μαρτυρίας.

rent. His rebus uehemẽter Metellus animi angebatur, & præsertim eo, quod in Turpilium actum est. Hic enim usque à parentibus hospes erat Metelli, & aduersus Teutones unà militauit, principatum & curam architectorum gerens, Vaccámque urbẽ maximam præsidio tenens, nulla in re ciues molestia affecerat. Sed cùm putaret usui fore sibi mansuetudinem atque humanitatem, inscius in hostium manus peruenit: ciues enim Iugurthæ urbem tradidere, Turpilium uerò illæsum saluúmque dimisere. Quare proditionis accusatum, Marius unus inter eos qui laturi de illo sententiam erant, infestius oppugnauit, plurimósque alios in eum concitauit, ut contra uoluntatem Metelli Turpilius capite plecteretur. Paulò pòst cùm appareret Turpilium falsò 13
accusatum, alij unà cum Metello casum grauiter ferebãt: Marius uerò lætus, & rei gerendæ occasionem oblatam esse ratus, nõ erubuit dicere, diras ob hoc se ultrices Metello inflixisse. Deinde apertas inter se inimicitias exercebant. Fertur Mario præsenti Metellum per contumeliam dixisse, Romam generosè traiicere paras, & consulatum petere? non satis tibi est si huius mei filij competitor futurus sis? Erat tunc filius
Viginti ánorũ, teste Sallustio. Metello ualde adolescens. Sed Mario Romã properante, postquam Metellus magnã temporis intercapedinem obiecit, cùm iam duodecim dies interessent, ad petendum consulatum ipsum dimisit. Marius autem celeribus itineribus biduo & una nocte à
Sallustius Vticæ hoc factũ refert. castris ad mare in Itycam profectus, antequam nauigaret, rem diuinã peregit. Tunc 14
uatem dixisse ferunt, secundas res magnitudine incredibiles omníque spe meliores Mario portendi. His uerbis Marius sublatus, & mare quatuor dierum cursu legens, confestim à populo qui eius desiderio tenebatur conspectus est, & à quodam Tribunorum plebis ad populum ductus, multis contra Metellum calumniis magistratum petiit, promittẽs se uel è medio sublaturũ, uel uiuum Iugurtham capturũ. Postquam orationẽ splendidam habuit, statim copias ad bellũ, & præter legem aut consuetudinem, seruos & rei familiaris tenuitate laborantes conscripsit, quos superiores imperatores reiecerant: nam arma his qui idonei ad res uidebantur, strenuis hominibus dabant, cùm suas quisque facultates pignori opponere uideretur. Hæc sanè in Mariũ calumniæ ferebantur: uoces uerò quæ superbè contumelioséque à Mario effundebã-
Valer. Max. lib. 2. cap. 1. tur, optimates tristitia efficiebant. Nam exclamabat Marius, trophæũ esse consulatũ 15
suum, aduersus nobilium diuitúmque luxum partum, séque propriis uulneribus, nõ monumentis mortuorum, neque alienis imaginibus gloriaturum. Et sæpe Albinũ & Bestiam, uiros ex claris familiis ortos, sed eosdem imbelles, & qui propter imperitiam rem in Libya infeliciter administrarant, appellãs, rogauit num arbitrentur maiores suos Mario quàm ipsis similem nepotem relinquere uelle, cùm illi quoque non propter generis claritatem, sed propter uirtutem & egregia facinora gloriam consequuti fuissent. Hæc non temerè, neque petulanter à Mario dicta sunt, neque frustra inimicitias cõtra potentiores exercere uolebat. Nam populus qui senatus iniuria lætabatur, insolentia uerborum Marij, animi magnitudinem metiens, Marium laudibus extollebat, irritabátque ne uera loqui cõtra senatum desineret, & plebi grata perageret. Pòst in Libyã traiecit. Metellus inuidia uictus & animi æger, quòd iam ipsius 16
opera confecto bello, & excepto corpore, rebus omnibus Iugurtha spoliato, Marius palmam & triumphum suscepturus ueniret, sua ignominia laude ipsi quæsita, illum ad se accedere nõ expectauit, sed discedens, Rutilio legato qui exercitum Mario traderet, negotium dedit. At in fine rerum ultio quædam exorta est contra Marium: sic enim Sylla gloriam secũdarum rerum Marij, quemadmodum Marius gloriam Metelli intercepit. Verùm hoc quo pacto contigisset, paucis memorabo: nam singula ut habeant, ex ipsius Syllæ uita cognosci potest. Bocchus qui superioribus barbaris imperabat, Iugurthæ filiam suam in matrimonium collocarat. Qui cùm bellum gereret, pertimescens ne Iugurthæ imperium excresceret, illi non multùm præsidij præstabat, hominis perfidiã prętexens. Sed postquã Iugurtha errando fugiendóque, tan- 17
dem

dem omnes spes suas in Bocchum cõiecerat, ac ad illum supplex confugit, Bocchus pudore potius, quàm beneuolentia, Iugurtham apud se recepit, atque tenuit, ad Marium palàm quidem & intrepidè pro se scribens, quasi traditurus non esset, sed clàm insidias Iugurthæ tendens. Lucium itaque Syllam Marij quæstorem, qui in eo bello multa in se officia contulerat, ad se accersebat. Postquam uerò Sylla ad Bocchum accessit, mutata sententia, huius consilij pœnitentia barbarum cepit, & permultos dies huc itaque illuc animum uertens, consilio agitabat, utrum Iugurtham Syllæ traderet, an Syllam retineret: tãdem ad proditionem animum adiecit, & Iugurtham manibus Syllæ uiuum tradidit. Hinc graues illæ inter Marium & Syllam ac nefariæ se- *Origo dissidiorum inter Syllã & Marium.*
18 ditiones, quæ ferè Romam funditus euerterunt, primordia habuere. Nam multi qui contra Marium propter inuidiam sentiebant, Syllæ operã captum esse Iugurtham prædicabant. Sylla sphragide signabat, cuius sculptura Iugurtham à Boccho traditũ repræsentabatur, atque ea semper utebatur, Marium ambitiosum hominem & durũ in odiis exercendis, qui neminem sibi socium gloriæ ferebat, irritans: inimicis illius hunc impellentibus, qui primas maximásque belli laudes Metello, secundas autem & ultimas Syllæ tribuebãt. Itaque populus, qui in primis Marij partibus fauebat, perculsus terrore, Marium deserebat. Verùm subiti inopinatíque ab occidente rumores, qui iam omnem Italiam peragrauerant, hanc inuidiam & odia, calumniásque Marij momento dissipauerunt. In primis cùm copia optimi imperatoris deesset, agitabatur cogitatione ciuitas, quem consulem diceret, qui tantam belli tempestatem profligare posset, cùm nemo ex illis qui diuitiis insignes erant, neque ex illis qui claro genere originem traxerant, comitia cõsularia adire uellet: sed omnes Marium ab-
19 sentem consulem pronuntiarent. Itaque cùm nuper nuntiatum esset Iugurtham captum, adeò fama ingẽs exorta est de robore & multitudine Teutonũ atque Cimbrorum, ut fidem Romani principiò nõ haberent. Paulò pòst minor fama ueritate comperta est. Nam hominum arma ferẽtium triginta myriades domo egressæ. Turba uerò puerorum ac mulierum, quæ sedem atque urbes quærebat in quibus habitare possent, multò amplior erat. Quemadmodum Celtas ante se audierant, Tyrrhenorum optimam Italiæ regionem in ius ditionémq; suam redegisse. Illi quidem ex eo quòd agrum suum nunquam exierant, & remotissima regione uenerãt, unde, quíue essent, non constabat, qui tanquam nubes in Galliam, Italiámque irruperant. Sed Romani ex eo arbitrabantur populos Germanicos esse eius generis, quod ad Borealem Oceanum sedẽ habet, quòd homines magno corpore, horrendísque oculis essent, & quòd
20 apud Germanos Cimbri prædones appellarentur. Quidam ferunt Celticam terram propter magnitudinem regionis ab extremo mari à septẽtrionalibus climatibus ad Orientem uersus Mæotim fluuium conuersam, Pontica Scythiam attingere, & hinc gentiũ commistionẽ factam esse: hos nõ uno impetu, nec cõtinuo, sed quolibet anno Veris tempore, sedibus relictis, ultrà semper progrediẽdo, uix longo tempore ui belli sedes sibi & solum parare. Quapropter sigillatim multa nomina cùm habeãt, Celtoscythæ communi nomine appellabantur. Alij tradunt, Cimmerios primùm à priscis Græcis cognitos, nõ magnam totius fuisse particulam, & hos fuga uel seditione quadam à Scythis compulsos, in Asiam à Mæoti flumine, Lygdamio duce, traiecisse. At plurimi ipsorum, & illi qui in armis præstantiores erant, ad ultimos populos, qui
21 sunt ad mare extremum, concesserunt. Hæc regio opaca & syluosa est, & propter altitudinem ac spissitatem arborum sole omnino carens: hinc usque ad Herciniorum terram pertingere, & cælum sortitos esse, propterea quòd polus altitudinẽ ob inclinationem circulorum, quos ambitu sol scribit, susceipiens, parum abesse eo puncto, quod in uertice cæli est, uideatur: diésque breuitate & longitudine pares cum noctibus esse, & tẽpora pariter distribuere. Inde Homero cùm de mortuis fabularetur, copiam ad scribendũ suppeditatam. Hinc igitur barbari in Italiã cõcessere, antea Cim-

merij, tunc autem Cimbri, ſed non à moribus, appellabantur. Verùm hæc coniectura magis, quàm certa ratione hiſtoriæ traduntur. Multitudinem porrò haud minorẽ, ſed maiorem quàm diximus fuiſſe, à multis proditum eſt, qui animo & audacia præſtantiſſimi, & manuum uirtute, ac celeritate, & impetu egregij in bello, fulguri ſimiles uidebantur. Itaque ipſorum impetum nemo ſuſtinere poterat, ſed quæcunque illis occurrebant, prædæ inſtar agebant ferebántque. Nam multi magníque exercitus Romani duces, qui ultra Galliæ Alpes copias eduxerãt, turpiter uicti fuerant, qui uel maximè imperitia ſua calamitatem exitiúmque Romam adduxerunt. Primò debellatis omnibus quæ obuiaſſent, & præda ingenti comparata, ſtatuerunt nuſquam ſedem ponere, priuſquam Romam euertiſſent, atque Italiam prædando diripuiſſent. Hæc cùm Romanis denuntiata eſſent, Marium multis hortationibus ad conſulatum accerſerunt, conſulémque ſecundò deſignauerũt. Et quanquã propter abſentiam lex eum excluderet, & tempus ut iterum aſſumi ad magiſtratũ poſſet nondũ impleretur, plebs inuitis omnibus qui obſtabant, Marium adire magiſtratũ iuſſit. Putabat enim leges non hoc primùm cõcedere utilitati, nec minorem cauſam eſſe, quàm cùm Scipio aduerſus leges conſul iterum crearetur, ut qui non ſuæ tum urbis periculum arcere, ſed alienæ, nempe Carthagini inferre exitium ſtatuiſſent. Cùm ſic ſancitum eſſet, Marius ex Libya accitus, & cum exercitu in Italiam delatus calẽdis Ianuariis, quibus apud Romanos principiũ anni inchoatur, conſulatũ iniit, & triumphum egit, incredibile ſpectaculũ Romanis Iugurtham captiuum oſtendens: uiuẽtem, adeò uarium atque callidum hominem, adeò fortunę mutationibus aſſuetum, tanta uerſutia, tanta animi magnitudine præditum, ut nemo crederet unum in Romanorum poteſtatem peruenturum: ſed excidit tum, ut dicunt, triumpho conſpectus, calliditate ſua. Cui poſt triumphum in carcerem deiecto, quidam ueſtimentum uiolenter lacerauerunt, alij uerò dum inaures ui auferre certarent, auriculam unà dilacerarũt. Detruſus autem nudus in barathrum perturbatione plenus obtrectans, Hercules, inquit, quàm frigidum ueſtrum eſt balneum. Sed hunc ſex dies colluctantem cum fame, & uſque ad ultimam horam deſiderio uitæ ſuſpenſum, condigna pœna ſuis crudelitatibus confecit. In triumpho auri ſeptem & tria millia pondo delata fuiſſe feruntur. Argenti autem non ſignati quinque millia ſeptingẽta ſeptuagintaquinque pondo. Numiſmatũ uerò, drachmarum ſepties mille, & uigintiocto myriades extitiſſe. Poſt pompam Marius ſenatum in Capitolium conuocauit, & ſiue ignorantia, quòd eum mos patrius fugeret, ſiue quòd fortuitò ſic faceret, inciuilius habitu triumphali ingreſſus eſt. Sentiẽs autem ſenatum ægro animo illud ferre, ſtatim aſſurgens ſuſcepta prætexta, ad concionẽ rediit. In militia autẽ ut ritè uires ſuas curſu, & uariis longíſq; itineribus exerceret, pondera eadẽ ferebat: atq; hanc ſibi diætã ſpontè qui præſtituerent, laborésq; & iuſſa imperatoris libenter aggrederentur, muli Mariani uocabãtur. Sed quidã huius appellationis aliam fuiſſe cauſam ferunt. Cùm enim Scipio eo tempore quo Numantiã obſidebat, non ſolùm arma, equos, ſed etiã mulos & currus luſtrare uellet, quò omnia & exercitata & parata haberet, Marium ferunt pulcherrimũ equum, ac mulũ habitus bonitate ac manſuetudine roboréque longè aliis præſtantẽ adduxiſſe. Quæ res cùm probaretur imperatori, multotiésq; laudibus iteraretur, milites obliquè & per irriſum commendare aliquẽ uolentes qui aſſiduos labores ferret atque aggrederetur, mulũ Marianũ uocitabant. Videtur autẽ fortuna plurimũ Mario aſpiraſſe. Nam dum barbarorũ impetus uelut refluxu quodã etiam in Hiſpaniam uſque diffluit, tempus ipſe interim & exercendi corpora ſuorũ, & animos cõfirmandi habebat, & quod maximũ eſt, qualis imperator eſſet, militibus oſtendendi. Nam illa principis rigiditas & ſeueritas in puniendo, neque errare, neque inobediẽtes eſſe milites aſſuefaciebat, & unà cum iuſtitia ſalutis ſpem promittebat. Mox ad illã uehemẽtiã atq; aſperitatẽ uocis & uultus feritatẽ paulatim aſſuefacti, nõ ſibi, ſed hoſtibus terribilem

Marij de Iugurtha triũphus.

Muli Mariani.

terribilem eſſe iudicabãt. At magnopere militibus placuit æquitas illius in iudicando, de qua illud exemplum legitur. Caius Luſius eius ex ſorore nepos præfecturam quandam habens ſub eo militabat, qui ad alia uir haud impiger uidebatur. Hic pulchritudine captus, adoleſcentulum quendam nomine Trebonium ſub eo merentem adamabat: cuius animum cùm multoties tentauiſſet, neque eo potiri poſſet, tandem noctu miſſo miniſtro, Trebonium ad ſe accerſiuit. Adoleſcens accitus, cùm non liceret non parẽre iuſſis ſui ducis, Caium adiit, ac intra tẽtorium uim afferre conãtem, ſtricto gladio interfecit. Hæc Mario abſente facta ſunt. Cùm rediiſſet, iudicij diem Trebonio dixit. Poſtquam animaduertit Trebonius à multis ſe accuſari, neminem autem cauſam ſuam agere, ipſe audacter aſſurgens rem omnem expoſuit, teſtimoniáque habuit, quibus conſtabat multoties illum Luſij uoluntati obſtitiſſe, nec unquam muneribus, quæ multa dederat, ut corpus proſtitueret adduci potuiſſe. Admiratione captus Marius, iuſſit pro uirtutis remuneratione, coronam, quæ more patrio propter inſignia facinora datur, afferri: ea Trebonium coronauit, tanquam in tempore pulcherrimis exemplis indigẽte, pulchrum facinus peregiſſet. Hoc Romæ nuntiatum, permultùm ad conſequendum tertiò conſulatum Mario cõtulit. Et cùm barbaros uerno tempore adfuturos expectarent, nolebant Romani per ullum alium imperatorem, quàm per Marium contra illos dimicare. Atqui non ita celeriter, ut opinio ferebat, barbari affuere, ſed iam tempus conſulatus Marij finitum erat. Cùm iam comitia conſularia inſtarent, & huius collega diem ſuum obiiſſet, relinquens in caſtris Manlium Acilium, ipſe Romam contendit. Multis bonis uiris cõſulatum petentibus, L. Saturninus, qui inter Tribunos plebis plurimũ apud populum ualebat, & quem Marius uenerabatur, pro Mario in conſulem eligendo orationem habuit. Cùm Marius fugiendorum laborum gratia magiſtratum recuſaret, tãquam non indigeret, proditorem patriæ Marium dixit, quòd in tanto rerum periculo imperium renueret. Sed non latebat audientes, Saturninum haud perſuaſum ficta ad Marium proloqui. Verùm cùm populus Rom. perſpiceret, ea tẽpora Marij fortitudine & fortuna egere, illi quartum conſulatum demandauit, Catulúmque Luctatium uirum in honore apud optimates habitum, & multitudini non inuiſum, collegam tradidit.

Marius audiens iam hoſtes appropinquare, confeſtim Alpes traiecit: munitis caſtris apud Rhodanum fluuium, earum rerum quæ eſſent ad uictum atque uſum militarem neceſſariæ, magnam copiam comportari iuſſit, ut nunquam præter utilitatis rationem, propter indigentiam rerum neceſſariarum cogeretur in aciem deſcendere. Itinera quibus commeatus comportarentur, quæ antè exercitui ad mare perlonga erant, operam dedit ut facilia atq; expedita eſſent. Oſtia Rhodani propter maris impedimentum ſuſcipientia multam congeriem & aceruos arenæ cum ingenti cœno, ut cùm minori difficultate, breuioríque nauigatione frumẽta comportarentur, idonea nauibus agendis reddidit hoc pacto. Nam huc uacuo tum exercitu diuertens, foſſam latam profundámq;, in quam exhauriri magna parte flumen poſſet, effodit, & ad mare perduxit, quà profundum nauiúmq; capax, ſed quietum ac uentis fluctibúsque tutum littus erat. Ea ab illo cognomentum etiam nunc ſeruat. Barbari partitis copiis, Cimbri quidem per Noricos contra Catulum, ut itinera illa per uim occuparent, proficiſci ſtatuerunt: Teutones autem & Ambrones per Lingones cõtra Marium contendebant: & Cimbri quidem diutius cũctabantur: Teutones uerò & Ambrones ſtatim ſeſe expedientes, traiicientésque locum qui in medio erat, multitudine infiniti, & facie deformes, uoce uerò & plauſu omnibus diſſimiles apparuerunt. Cùm planitiem omnem circundaſſent, caſtráque poſuiſſent, Marium ad pugnã prouocabant. Marius quidem hoſtem non contemnens, intra uallum milites continebat, temerariósque acriter redarguit, & irruere atque manus conſerere uolentes, patriæ proditores appellauit. Nam, inquit, non pro uictoria aut triumpho certandum

esse, sed ut tanta belli tempestate, tantóque fulmine propulsato, Italiam seruarēt. Ad
Prudens strategema. duces & ad eos qui in magistratu erant, priuatim hunc sermonē habuit. Milites uerò supra uallum cōsistens, hostes intueri iussit, ut formam illorū tolerare, & uocē longè ferinam, & à Latinorum lingua abhorrentē, perferre possent, atque apparatus incessúsque perdiscerent. Qua re breui effecit, ut ea quæ horrenda uidebantur, domestica esse milites putarēt. Iudicabat enim nouitatem multarum rerum quæ nusquam sint, falsum hominibus terrorem afferre: assuetudinem autē eorum quæ natura horrenda sunt, timorem cohibere. Horum itaque quotidianus aspectus non solùm trepidationem auferebat, uerùm ad barbarorum minas ac superba & intolerāda uerba animos militum irritabat, atque inflammabat, cùm non solùm agerent, traherēt circumcirca omnia hostes, sed usque ad ipsum uallum ingēti cum petulantia & audacia irruerent. Quare uoces & questus militum contra Marium in hæc uerba efferebantur: Qua
32 nostra ignauia Marius nos à conserendis cum hoste manibus, tanquam mulieres sub
" custodia ianitoris clausas prohibet? Hac postquam nos qui libertate fruimur, iniuria
" afficit, interrogemus, an alios expectet qui pro libertate prælium aggrediantur. Ve-
" rùm tanquam operariis in fossis fodiendis, ac exhauriendo cœno, diuertēdísque flu-
" minibus, nostra opera utitur. Ad hæc, ut apparet, multis laboribus nos exercuit, &
" huiusmodi operibus sese in consulatu ciuibus ostentans, calamitatē Carbonis atque
" Cepionis, quos hostes deuicerant, perhorrescit, qui & gloria & uirtute à Mario longè
" superantur, longéque deteriores copias secum duxerant. Sed dummodo in dimica-
" tionem descenderetur, pulchrius esset rem malè agere, quàm sedendo pati ante ora,
" sociorum agros igni & ferro uastari. Hæc Marius cùm audiret, lætabatur, & placabat
33 eos, ut qui non diffideret illorum uirtuti, sed qui auspiciis locum tempúsque pugnæ
opportunissimū captaret. Nam mulierem quandā Syram, nomine Martham, quàm
uaticinari aiebant, in lectica stantem honorificè circunduxit, & sacrificia ea iubente
celebrauit. Hanc senatus antea rogari de his rebus uolentem, & diuinorū notitiam
profitentem, expulit. Sed postquam ad matronas commeans periculum artis fecit,
præsertim uerò apud Marij uxorem cùm esset, & gladiatoribus tum congressuris, qui
uictor abiturus esset, prædiceret, uxor Marij hanc ad illum misit, ac eam Marius ad-
mirabatur: & in lectica plerunq; aduehebatur. Et cùm sacrificia aditet, duplici pur-
pura induta, hastam uittis atque coronis ligatam ferebat. Hoc spectaculum multos
dubios reddidit, num Marius persuasus captúsque præstigiis, an ex composito ac si-
mulans anum produxisset. Illud de uulturibus admiratione dignum Mindius Ale-
34 xander scribit: nam duo circa exercitus ante prælium assiduè comparebant, sequebā-
túrque, noti torquibus ferreis: hos torques cùm milites captis auibus appendissent,
illas rursus dimiserunt: ex quo uultures militibus uelut notis, extra castra quocunque
egressis, obuios se læti & tanquam boni quiddam allaturi ingerebant. Sed cùm pro-
digia multa contigissent, alia quidem uulgaria fuerunt: at ex Ameria & ex Tuderto
Italiæ urbibus renuntiatum est, noctu per cælum hastas, ardentes & scuta principio
errantia uisa fuisse, deinde ad inuicem irruentia, more hominum pugnantium acie,
impetu facto. Tandem his cedentibus, illis insequentibus, omnes uersus occasum
abiisse. Per ea tempora aduenientes Bathabaces Pessinunte, Magnæ matris sacerdos,
nuntiauit deam in templo ex adytu ad se loquutam, uictoriam belli prędixisse: sena-
túque fidem habente, & templum præmij loco matri deûm decernente, cùm Batha-
baces ad plebem hæc relaturus esset, A. Pompeius tribunus prohibuit, impostorem
Impietatis sibita uidicta. appellans, petulanter pulpito repulsum. Verùm fidem orationi hominis præstitit, 35
quòd dissoluta concione Aulus domum haud redire potuit, & adeò uehemens fe-
bris eum occupauit, ut omnibus appareret intra septimum diem obiturum esse.
Teutones Marij castra occupare aggressi, cùm in multa tela è uallo iacta incidissent,
& quosdam eorum amisissent, statuerunt ulterius procedere, uti Alpes intrepidè
transcen-

transcenderent. Itaque instructi castra Romanorum præteriere. Tunc profectò longitudine ordinis incedentium, & temporis, ingentem hominum uim esse apparuit. Fertur per sex integros dies iuxta uallum Marij transeuntes, per risum Romanos interrogasse, si quid mandare ad uxores Romam uellent, se enim confestim apud illas futuros. Postquam barbari uallum præterierunt, tumultuario bello illos Marius inse-
36 cutus est. Nam propè semper positis munitissimis castris, loca difficilia, ut tutus pernoctaret, uallo munibat. Sic progredientib. barbaris, & ad aquas, quæ Sextiæ nuncupantur, unde non multùm uiæ ad Alpes intererat, peruenientibus, Marius hîc cum hoste manus cōserere statuit, & locum castris munitissimum, aqua uerò haud abundantem occupauit. Volebat, ut fertur, hac quoque re milites ad conserendas cum hoste manus proniores reddere. Multis hoc molestè ferentibus, dicentibúsque siti laborare, ostendens Marius manu fluuium quēdam, qui iuxta barbarorum castra defluebat, inquit illinc potum sanguine emendum. Illi cōtrà: Cur igitur non properè contra illos irruimus, dum sanguis supereſt, nec prorsus exhaurimur? Marius uoce sum-
37 missa, Primùm, inquit, castra munitiora habeamus. Milites etsi molestè id ferrēt, tamen Mario assensere. Sed turba ministrorum cùm nec ipsi, nec iumenta aquam haberent, aquæ desiderio collecta ad fluuium ueniens, partim bipennibus, partim securibus, partim gladiis & pilis unà cum hydriis manus armauerat, tanquam nisi ferro & Marte aquas rapere non possent. Cum his principio pauci hostium prælium commiserunt. Nam barbarorum plerique prandebant, postquam illic lauissent: hi uerò tum lauabant. Nam plenus hic locus calidis aquis est, & partim barbaros loci amœnitate & admiratione captos exultantésque Romani confecerant, sed ad clamorem plurimi concurrerunt. Mario difficile erat milites seruis suis timentes coercere. Hostes bellicosiores, à quibus Romani Manlio & Cepione ducibus antè uicti sunt, Am-
38 brones appellabantur. Hi soli multitudine supra triginta millia erant, qui satietate uentris graues ac superbi, prouocati ad arma capienda concurrebant. Sed neque temerariis, neque furiosis cursibus ferebantur, neque incerto clamore gradiebātur, uerùm arma rhythmo & cōsonantia quadam pulsantes, atque unà omnes gradientes, Ambrones, Ambrones sæpe iterabant, siue ut semetipsos conuocarent, siue ut hostibus aperta & nota appellatione terrorem iniicerent. Ligures primi Italorum sese opponentes, postquam conuenerunt, & illos clamantes audiuere, contrà patria appellatione clamabant ipsi quoque. Nam seipsos gētili appellatione Ligures uocāt. Itaq; inuicem & crebrius priusquam in dimicationem uenirent, pariter conclamabant. Quare utrinque suos imperatoribus appellātibus, & de uocis magnitudine inuicem certantibus, clamor animos militum irritauit atque prouocauit. Sed Ambrones fluuius diuulsit: neque enim ordinem tranando seruarunt. Liguribus uerò pleno gradu
39 contra priores repentè irruentibus, ad prælium ueniebatur. Romani Liguribus subsidia ferentes, desupérque in barbaros impetū facientes, in fugam hostes uertunt, & multi circa fluuiū detrusi, inuicémque sauciati, flumen cæde & cadaueribus oppleuerunt. Eos qui tranauerant, non ausos sese cōuertere, usq; ad currus atque castra persequendo Romani interfecere. Hîc mulieres gladiis & securibus obuiam euntes, horrēdéq; inclamantes, bellantibus se immiscebant, & fugientes atque insequentes ulciscebantur, hos quidem ut proditores incusabant, in illos autē ut hostes irruebant. Quæ cùm inuicto animo essent, uulnera cædésque in corpore usque ad mortem tolerantes, nudis manibus gladios atque clypeos Romanis eripiebant. Hoc certamen quod præter fluuium patratum est, fertur fortuitò potius, quàm imperatoris consilio confectum
40 fuisse. Pòst ubi Romani Ambrones multa strage oppressérant, & Marius receptui canere iussit, iam orta nocte, haud potatione aut pæanis carminibus circa tentoria, uel inter cœnandum salibus somnóue, quæ aliarum uoluptatum hominibus suauissima est, noctem ob tantam uictoriam peregere: sed uel maximè eam noctem turbulen-

tam atque timendam putauere. Nam caſtra nec foſſa nec uallo ſepiuerant, & multæ barbarorum myriades inuictæ ſupererãt. Ambrones qui aufugerant, noctu gemitus ingentes emittebant, qui neque clamoribus, neque gemitibus humanis ſimiles erãt, ſed frendentis beſtiæ, quæ in plagas incidiſſet. Stridor flebilibus minis commiſtus ex tanta multitudine uidebatur, & undique per montes ac ſpeluncas planitiésq; horrẽdum quiddam reſonabat. Quapropter cùm terrore ingenti Marius, timore Romani perculſi eſſent, turbulentam eam noctem & inſomnem peregerũt. Atqui præter opi- 41
nionem res cecidit: nam nec noctu quicquam barbari facientes, acies in ordinem redactas tenuere. Interea Marius ad quaſdam cõcauitates circum ſyluas, quæ ſuprà capita barbarorum imminebant, & ad ualles arborum denſitate umbroſas, Claudium Marcellum in inſidiis conſidere cum tribus millibus militum iubet, imperátque ut à tergo pugnantibus ſeſe oſtẽtet. Cæteros uerò cibo & ſomno curatis corporibus, poſtquam dies illuxit, ante uallum in aciem reduxit, & equites in planitiẽ præmiſit. Teutones uiſis hoſtibus haud expectauere Romanos dum in planitiem deſcenderent, & ex æquo præliũ miſcerent, ſed repentè ac per iram ſumptis armis in tumulũ irruunt. Marius circunquaq; duces præmittens, ſtare & expectare hoſtem hortabatur: & cùm propius accederent, primò iacula, deinde gladios ſtringere, & ſcuta ſcutis pulſare iubebat. Nam cùm locus illis eſſet iniquus, nec impetum ictus, nec uim militum con- 42
globatio corporibus conuertentibus agitantibúsque ſeſe, propter inæqualitatem habere potuiſſet, hæc & monuit Marius, & primus omniũ obſeruauit: neque enim quoquam militum corpus deterius exercebat, & confidentia omnes præcellebat. Vt igitur Romani uiderunt deſuper hoſtes impetu ferri, paululũ tergiuerſati, in planitiem ceſſere. Et iam primis in acie ſtantibus, ſcutorum colliſio & clamor oriebatur apud eos qui in extrema acie erant. Nam tempus Marcellum nõ latebàt, clamore ad ſuperiora perlato. Itaque curſu atque impetu à tergo in hoſtes prorumpit, ultimósq; proſternit atque trucidat. Hi à fronte ingruentes aciem ſtatim uniuerſam turbabant. Ita-
Teutones à Mario ſuperati. que copiæ hoſtiũ duabus ex partibus turbatę paſſim funduntur atque fugantur. Nam 43
utrinque perculſi barbari, non diu uim impetúmque ferre potuerunt, uerùm derelicto acierum ordine uertuntur in fugam: quare uel uiui capti, uel trucidati ex barbaris circiter decem myriades fuere. Tentoria & currus cæteráque uſui militari opportuna omnia, exceptis quæ ſubtracta erant, Mario communi militum ſuffragio data: quod munus ſplendidum licet cùm haberet, nihil habere tamen tanta uictoria dignum, propter periculi magnitudinem uidebatur. Quidã uerò de ſpoliorum largitione & occiſorum numero aliud ſenſere. Feruntur Maſſilienſes oſſibus uineas ſepſiſſe: terram in qua cadauera diffuſa iacebant, ſuperueniẽtibus imbribus, ita pinguedine oppletam eſſe putredine cadauerum, quæ terram ipſam ſubierãt, ut incredibilem fructuum cõpiam coloni ex agris extulerint. Quod Archilocho fidẽ facit, qui huiuſmodi re agros pingueſcere dicit. Illud autem ueritati non diſſimile eſt, tempore belli 44
inuſitatos imbres de cælo uenire, ſiue deo purgante ac diluente terram puris & cæleſtibus aquis, ſiue quòd ſanguine hominum atque putrefactione euaporatio humida ac craſſa exhalat, quæ aerem alioqui mobilem, & leui cauſa uehementer permutabilem, cogit. Poſt pugnam Marius armorum atque ſpoliorum quantùm deuictis barbaris detraxerat, pulchriora atque integra ad triumphũ delegit: cæteris in pyra quadam ingenti collectis, rem diuinam fecit, circunſtante in armis coronato exercitu. Ipſe præcinctus, ut mos erat, & purpura indutus, cùm facem ardentem ſumpſiſſet, & utriſque manibus ad cælum extuliſſet, uelut pyram incenſurus ſtabat. Milites interea equis adactis, & celeri curſu Marium petebãt, & ſilentibus cũctis & in expectatione conſtitutis, ſummis uiribus omnes accelerabant. Poſtquam uerò propius acceſſerant, 45
equis deſilientes, dextras Mario dantes iungebant, & quintũ conſulatum denuntiãtes, de hac re pòſt literas Romam mittebant. Magno gaudio militibus itaque exultãtibus,

tibus, & plauſum percuſſis armis facientibus, corona laurea rurſus Marium coronantibus, Marius accenſa pyra ſacrificia peregit. Verùm quæ rerum humanarum nullam magnam felicitatẽ moleſtiæ expertẽ eſſe ſinit, quæ uaria ac inſtabilis, uitam humanam nunc ſecundis rebus, nunc aduerſis, ſeu fortuna, ſeu inuidia deorum, ſeu neceſſitas naturæ, permiſcet, Mario poſt paucos dies de Catulo eius collega, tanquam in lucido ac ſereno die nebulã quandam, timorẽ atque tempeſtatem Romanis imminere nuntiauit. Nam Catulus qui contra Cimbros copias duxerat, deſperabat illos ab Alpium tranſitu arceri poſſe, ne ſi in multas partes exercitus diuidendus eſſet, propter
46 imbecillitatem atq; tenuitatem copiarum ſuperaretur. Itaque ſtatim in Italiã ad fluuium Atiſonem deſcendens, ibíq; conſidens, utrinq; ea loca quibus aditus eſſet muniuit, & uadũ uallo coniunxit, ut his qui eſſent ultrà flumen auxilio eſſe poſſet, ſi barbari propter meatus anguſtiam in propugnacula impetũ inferre mollirentur. Sed his tantus inerat deſpectus hoſtium atque audacia, ut robur atque animi elationẽ magis oſtentarent, quàm id quod in uſum ac neceſſitatem ueniret, efficerẽt. Nam nudi niue contegi ſuſtinebant, & per glacies & altiſſimas niues ad ſumma aſcendebãt. Vt uerò ſumma montium occupauerant, lata ſcuta corporibus ſupponẽtes, quæ lapſus ueloces ingentésque habebant, per prærupta atque præcipitia deſcenſu ferebantur. Poſtquam prope flumen caſtra poſuere, & tranſitũ ſpeculati peruiũ iam reddere cõnabãtur, tumulos qui iuxtà erant inſtar gigantum demolientes, ſimul arbores euulſas atq; montium præcipitia, & terræ aggeres in fluuium comportabant, fluxum aquarum frangere, uaſtísq; roboribus defixos palos & põtem deturbare, ſecundo flumine miſſis actísque conati, multi ex militibus Romanorum terrefacti, maioribus derelictis
47 caſtris, ſeceſſere. Hìc Catulus (ut imperatorẽ optimum decet, qui gloriã ſuam ciuium gloriæ poſtponat) uirtutem animi ſui oſtentauit. Nam poſtquã ut perſtarent perſuadere militibus non potuit, proſpexítque magno terrore caſtra moueri, iubẽs aquilam ac ſigna attolli, ad primos curſu contendit, & prima acie cõſtituit: uolebat enim ſibi, & non patriæ turpitudinem aſſignari, uideríque Romanos nõ fugam capere, uerùm ſecedentẽ ducem cõſequi. Barbari traiecto Atiſone propugnaculũ Romanorum occupauere, & Romanos ibi exiſtentes uiros fortes ac pro patria digna pericula aggreſſos admirati, induciis poſtulantib. ſub ænei tauri iuramento conceſſis, dimiſerunt. Hunc captum poſt pugnam trophæi loco in domũ Catuli delatum fuiſſe tradũt. Re-
48 gionem nullis præſidiis munitam latè ac paſſim barbari populabãtur. Interea per literas accitus Marius Romam profectus, arbitrãtibus cũctis ipſum acturũ eſſe triumphum, decernẽte ſenatu haud triumphare uoluit, ſiue quòd milites aut ſocios uictoriæ ea gloria priuare nollet, ſiue ut impræſentiarũ plebem confirmaret, & partam recenti clade gloriam fortunæ urbis uelut depoſitum cõmitteret, quam, ſi denuo uiciſſet, magno cum fœnore eſſet recepturus. Poſtquam pro tempore orationẽ habuit, ad Catulum profectus, multis illo confirmato, milites ex Gallia accerſiuit. Deinde traiecto Eridano, barbaros ab Italia arcere pro uiribus nitebatur. Ex hoſtibus quidã erant qui cenſerent expectandos eſſe Teutones, admirabantúrque quòd moram traherent, atque ita prælium differebant, ſiue quòd ignorarẽt illorũ cladem, ſiue quòd fingerẽt.
49 Nam qui renuntiarant cæſos eſſe, graui pœna ab illis afficiebãtur. Itaq; legati ad Marium ex Cimbris miſſi à Mario poſtulabant, ut regionem atq; ſufficientes ad habitãdũ urbes ipſis ac fratribus traderet. Cùm Marius interrogaret, qui eſſent quos fratres appellarent: reſpondentibus eſſe Teutones, cæteri quidem riſu tenebantur, Marius uerò ſalibus utens, inquit: De fratribus cedat ex animis cura, nam illi regionem apud nos habent, ſempérque habituri ſunt. Legati ironiam intelligentes, Marium conuitiis aggrediebantur, nempe pœnam mox Cimbris daturum: Teutonibus autem, ubi primùm aduenìſſent. Atqui adſunt, inquit Marius, & haud decet hinc uos ſoluere, priuſquam fratres ſalutetis. His dictis, iuſſit Teutonum reges uinctos adduci: nam

illos fugientes Sequani in Alpibus exceperant. Poſtquam hæc Cimbris renuntiata
ſunt, repentè Marium tacitè caſtra cuſtodientem petunt. Fertur Marium in ea pugna
rationē uenabuli nouam excogitaſſe. Nam haſta ipſa lignea quæ ferrum ingreditur,
antea duabus fibulis cohærebat. Marius alteram ut erat ſeruauit, alteram tollens, cla-
uum ligneum non magnum pro altera accommodauit, hoc ſtruens, ut incidens ho-
ſtili ſcuto uenabulum non hæreret rectà, ſed obliquè figeretur ligneo clauo fracto,
traheretúrque haſta ob cuſpidem flexam retenta. Bœorix Cimbrorum rex cum pau-
cis exercitum adequitans, Marium prouocabat, tempus atque locum, quo de regio-
ne cum hoſtibus in dimicationem ueniret, conſtituere iuſſit. Marius cùm diceret,
nunquam Romanis de more fuiſſe de prælio adeundo conſiliariis hoſtibus uti, gra-
tum tamen hoc Cimbris fecit, ut tertio die in planitiem apud Vercellas ad dimican-
dum deſcenderetur. Nam hic locus Romanis ad equitandum, Cimbrorū uerò mul-
titudini ad iactantiam ſuam idoneus erat. Seruantes igitur indictum pugnæ diem
Romani, in aciem copias ſtruxere. Habebat Catulus uiginti millia & trecentos mili-
tes, Marius uerò duo & triginta millia, qui media acie Catulum cinxere, ut Sylla qui
in eo prælio aderat, literis mandauit. Scribit enim Marium ſpem omnem in corni-
bus poſuiſſe, & ut ſolus uictoria potiretur, & Catulus excluderetur, nec hoſtibus per-
miſceretur, ſinuaſſe mediam aciem, quemadmodum fit cùm longiores frontes ſunt,
copiis rectè inſtructis. atque idipſum de Catulo ſcribitur, malignitatem in ea re Ma-
rij accuſantem, ab ignominia ſe defendiſſe. Cimbrorum autem pedeſtris armatura
Equites Cimbrorum. pariter diuiſa, ex munimento filētio procedebat, æquabiliter frontem trahēs. Quod-
libet enim latus per ſtadia triginta porrigebatur. Equites, quorum numero quinque
& decem millia erant, fulgentibus armis equis inſederant. Nam galeas ornatas hor-
rendis hiantium animalium formis ferebāt, quas quia criſtis pennatis faſtigiabant,
uidebātur altiores: etiam thoracibus ferreis, ſcutísque albis protecti, multo ſplendo-
re fulgebant. Teli genus erant, bina manibus iacula. Cùm in hoſtes irruerent, magnis
grauibúsq; machæris manus conſerebant. Tunc autem Romanis non à fröte ſeſe op-
ponebant, ſed ad dextrā inclinati, inferentes ſe, paululum in mediū quod inter ipſos
& peditum aciem intererat, quæ ſtructa ad ſiniſtram fuit, progrediebātur. Quanquā
uerò duces Romani dolum barbarorum animaduertiſſent, cōtinere tamen militem
non poterant. Nam cùm quidam fugere hoſtes clamaſſet, ad perſequendū omnes ex-
citabantur: hîc barbarorum peditatus ueluti pelagus uaſtum ſeſe mouens aduenie-
bat. Marius manus lauans & in cælum tollens, ſolennia hecatombes ſacrificia uo-
uit. Catulus identidem ſublatis in cælum manibus, diem illum Fortunæ ſacram uo-
uet. Fertur Marium rem diuinā agētem, inſpectis hoſtiis, magna uoce clamaſſe, Mea
victoria eſt. Poſtquam ad prælium itum eſt, rem admiratione dignā Mario cōtigiſſe,
Sylla literarum monumentis tradidit. Puluere enim, quemadmodū ueriſimile eſt, in
concurſu acierū ingenti excitato, & uelut nube aciebus utriſque inuolutis, quia prior
impetum fecit, copiis ad perſequendum intentis, fronte hoſtium aberrauit, præter-
uectúsque diu mediis campis deſtituebatur. Catulus interea fortefortuna in hoſtem
incidens, prælium cum ſuis inter quos etiam Sylla ſe fuiſſe ſcribit, totum ſuſtinebat.
Sol & æſtus hoſtiū oculis obiecti, præſidio Romanis erant. Illi enim ad perferēda fri-
gora duri, quòd umbroſis in locis atq; frigidis, ut aiunt, nutriti, grauiter æſtum fere-
bant, ſudorem magno cum anhelitu è corporibus emittentes, ſcutis ora tegebant.
Nam poſt æſtiuum ſolſtitium, ut ferunt Romani, triduo ante Calend. nunc Auguſti,
tunc Sextilis, dimicatū eſt. Puluis etiam Romanis animū uirésq; auxit, quòd multi-
tudo Cimbrorū uelut nube tecta, conſpici nequibat. Ergo curſu Romanus incitatus,
ut quiſque ſeſe obtulit ita cominus adoriebatur, ex ipſo conſpectu nullo antea metu
concepto. Erat autem ea Romanorum tolerātia, ut anhelantē ſudantémue militem,
in tāto æſtu & curſu, nemo uiderit quenquā, id quod etiam ab ipſo Catulo illā mili-
tum

tum uirtutem extollente proditum ſcribunt. Itaque maior atque bellicoſior pars ho-
ſtium illic cæſa eſt. Erant enim centuriones quò minus acies diſſolui poſſet, longis
catenis inter ſe per baltheos traiectis coniugati atque connexi. Itaque in fugam coa- *Miſerandum ſpectaculum.*
ctos perſequuti, in miſerandum ſpectaculum inciderunt. Nam mulieres quæ ad cur-
rus nigro amictu ſtabant, fugientes neci tradebant. Quædam enim uiros, quædam
fratres, quædam parentes & filios infantes manibus ſuffocantes, ſub currus ac iumē-
torum pedes deiiciebant, ſeipſas autem gladiis iugulabant. Vnam ferunt è ſummo
temone ſuſpenſam, pueros laqueo talis ſuis alligatos appendiſſe: uiros autem arborū
penuria alios cornibus, alios cruribus boum, funè colla alligauiſſe, deinde ſtimulo
quem manu ferebant actis bobus, tractos expiraſſe. Etſi hoc modo barbari necem ſi-
bi inferrent, capti tamen ex iis ultra ſex myriades, cæſi autem bis totidē fuere. Opum
quantùm aderat, Marij milites diripuere. Spolia autem & tubę & ſigna in caſtra Ca-
tuli delata feruntur, ut appareat Catulum uictoriæ authorem extitiſſe. Cùm inter mi-
lites Marij & Catuli de uictoria contentio oriretur, ita cōuenit, ut legati Parmenſium
qui tum aderant, de hac re iudicium ferrent. Hi ducti per cadauera hoſtium à mili-
tibus, conſpexerunt iaculis militum Catuli barbarorū corpora eſſe confoſſa. Digno-
ſcebātur ex inſculpto nomine Catuli tela. Verùm famam & gloriam huius rei totam
Mario propter primam uictoriam & nomen imperij tribuebant. Populus præſertim
tertium Romæ inſtauratorem Marium appellabat, quòd non minori diſcrimine tūc
Romam ſeruauiſſet, quàm Gallico bello. Itaque læti omnes Romani cum filiis atque
uxoribus Mario & diis domi libabant. Qui cùm Mario ambos triumphos uni offer-
rent, non tamen hoc Marius eſt obſequutus: ut enim in ſecundis rebus manſuetum ſe
præberet, cum Catulo triūphare inſtituit, tum propter milites qui in hoc cōſpirarāt,
ut ſi Catulus honore excluderetur, nec ipſi triumphum conceſſuri eſſent. Quinquies
itaque Marius conſulatu functus eſt. Sextum ſic ut nemo alius primus ambiuit, obſe-
quiis populi beneuolentiam captaturus. Ad gratiam enim multitudinis inclinabat,
non ſolùm præter ordinis dignitatíſque magnitudinem, ſed præter animi etiam na-
turam uideri facilis popularisque, cùm minimè eſſet, uolens. Fuiſſe enim putant in
repub. & in tumultu populari ob gloriæ cupiditatem timidiſſimum, & animū quem
inuictum bello gerebat, in concionibus propter laudes & uituperationes quaſlibet
etiam amittebat. quanquam fertur, cùm mille homines Camertes, qui egregiè in
prælio pugnauerant, ciuitate donaſſet, & quidam id accuſaſſent, quòd contrà legem
uideretur, reſpondiſſe, ob ſtrepitum armorum auditurum ſe legem non eſſe. Sed ui-
detur tumultum & clamorem cōcionis potius expauiſſe. In re militari propter uſum
atque rerum peritiam, authoritatem ac potentiam habuit. In repub. cùm primis ex-
cidiſſet, fieri maximus, non optimus uir eſſe uolens, ad multitudinē confugit. Omni-
bus igitur optimatibus ſeſe opponens, præſertímque Metellum cui malè gratiā red-
diderat, formidans, qui eo ingenio erat ut uirtute ſua contra multitudinis captatores
ſtaret, urbe uirum eiicere cogitabat. Quod ut conficeret, Glauciam & Saturninum
homines audaciſſimos, qui multitudinis inopis atque ſeditioſæ beneuolentiam con-
flauerant, familiares ſibi faciens, per ipſos legem tulit, & turbam militum extollens,
concionibus admiſcuit, & per ſeditionem Metellum oppugnauit. Sed ut à Rutilio
ſcriptū eſt, ueritatis ac probitatis alioqui ſpectato uiro, priuatim uerò Mario infenſo:
cùm Marius ſextum conſulatum peteret, per tribus argentum ſpargens, atque ſuffra-
gia emens, magiſtratu Metellum excluſit: Valerium autem Flaccum miniſtrū potius
quàm collegam in conſulatu habuit. Nemini eorum qui ante Marium conſulatum
adierant, præterquam Valerio Coruino, toties conſulatum populus Romanus, li-
berè, nec ullo cuiquam ingratificandi ſtudio contulit. Ferunt autem inter primum
illius & ultimum conſulatum quinque & quadraginta annos interceſſiſſe. Marius
uerò poſt primum eodem fortunæ impetu quinque conſulatus peregit: & in poſtre-

mo, dum Saturnino nimis ſtudet, qui Numium tribunatum petentem necauerat, permultam ſibi inuidiam conflauit. Saturninus deinde tribunus legem agrariam promulgauit, & ut ſenatus in illam iuraret, identidem tulit, nempe ut his quæ plebs decreuiſſet, ſtaret, nec quicquam reluctaretur. Marius hanc rogationis partem in ſenatu ſimulãter accuſabat, & recipere ſe negabat, nec alium recepturum quenquam credere qui ſapiat: niſi enim mala ſit, non fuiſſe per uim ſenatum adigendum, ultro bonis aſſentire ſolitum. Hæc ita monebat, longè interim aliud ſtruens: inſidias enim 60
Metello ineuitabiles parabat: uirtutem etenim dolum eſſe ratus, & parum curans, ſi quæ apud ſenatum diſſeruiſſet, poſt diffiteretur, Metellum autem uirum conſtantem eſſe perſuaſum habens, & qui iuxta Pindarum, magnæ uirtutis principium eſſe *Veritas uirtutis principiũ.* ueritatem putaret, in odium plebis implacabile hominem adducebat. Atque id quidem ſic accidit. Metello iuſiurandum detrectãte, ſenatus dimiſſus eſt: poſt uerò paucos dies Saturnino conuocante ſenatum in concionem, cogentéque illum ad iuſiurandum, Marius orationem habiturus, ſilentibus cunctis, atque in illius ſententiam erectis, longum uale ſenatui dicens, qui fuerat uerbis huius confiſus, non tam latum ſe collum habere inquit, ut rei tantæ aduerſetur, iuraturúmque ſe dixit, legíque obſequuturum, ſiquidem ea eſſet lex. Hunc enim colorem tanquam impudentiæ prætextum appoſuit. Populus propterea quòd iuraſſet lætus applauſit, atque collaudauit. Optimates ex eo, quòd Marius fefellerat, nec in ſententia ſteterat, graui mœrore atque odio afficiebantur. Itaque omnes plebem pertimeſcentes præter Metellum, ſtatim iuſiurandum præſtiterunt. Metellus, etſi orarent ſuppliciter amici ut iuraret, nec ſeipſum ineuitabilibus malis opponeret, quæ Saturninus non iurantibus meditaretur, ſententia dimoueri non potuit, nec ad iuſiurandum acceſſit: ſed ita perſtitit, paratus omnia potius moleſta ferre, quàm in aliquam turpitudinem labi. Ex concione uerò digreſſus, his qui aderant, fœdum eſſe ſcelera perpetrare dixit: honeſtè " uerò agere ſine periculo, omnibus commune: cum diſcrimine uerò, hoc propriè bo- "
ni uiri officium eſſe. Saturninus conſules per præcones Metello aqua igníque, & do- "
micilio interdicere iuſſit: & aderat fex plebis tollere uirum parata. Metellus optimis 62
uiris ad ſe concurrentibus, non permiſit ſua cauſa ſeditionem exoriri, uerùm optima ratione uſus, urbe egreſſus, inquit: Vel ego in patriam reuocabor, cùm melius reſpublica habebit, & plebs reſipiet: uel ſi eodem modo habebit, abeſſe præſtiterit. Metellus autem quanta apud omnes beneuolentia atque honore in diſceſſu fuerit, & quam Rhodi cum philoſophantibus conſuetudinem habuerit, rectius in rebus ab eo geſtis dicetur. Marius uerò Saturninum pro iſto obſequio omnia iam audentem negligere coactus, non uidit facinus committere ſe non tolerandum, dum ille cæde & armis palàm ad tyrannidem & reipublicæ euerſionem properabat. Optimates enim reuerentia, multitudinem autem beneficio afficiens, facinus tandem prorſus illiberale & perfidum commiſit. Nam cùm ad ipſum ſub noctem primores 63
ueniſſent, hortarentúrque contra Saturninum, clam his porta alia Saturninum admiſit. Deinde apud utroſque uentris fluxum prætexens, nunc ad hos, nunc ad illum, per domum diſcurrens, eos in ſe mutuò concitauit. Itaque ſenatorio ac militari ordine congregato, arma in forum ferri iuſſit, & illos in Capitolio ſiti fatigatos in poteſtatem ſuam coegit: nam aquarum ductus deiecit. Illi de ſalute deſperantes Marium aduocauerunt, & ei ſub publica fide ſe tradiderunt. Poſtquam nullo conſilio ſaluti illorum adeſſe potuit, in forum profecti trucidantur. Hac re & optimatibus & populo inuiſus, cùm Cenſorum creandorum tempus inſtaret, & Marius cùm magiſtratum petiturus eſſe crederetur, non comparuit: ſed multò inferiores legi paſſus eſt, ueritus ne repulſam pateretur: gloriabatur tamen nolle multorum inuidiam incurrere ſe, aliorum moribus & uita cenſendis. Cùm decretum eſſet de Metello ab exilio 64
reuocando, poſtquam omni conſilio & cura fruſtra repugnaſſet, tandẽ eam rem deſperans

ſperans intermiſit. Cùm populus alacriter legem ſanciret, Marius ne Metellũ in urbe uideret, adducta in medium cauſa, quòd ad peragenda Matri deorum uota profecturus eſſet, quanquam aliam mentem peregrinationis haberet, quam populũ latére uolebat, in Cappadociam atq; Galatiam traiecit. Bello enim aſſuetus, & togæ pacíq; minimè idoneus, laudem quam hactenus bello quæſierat cùm perſpiceret otio & quiete paulatim imminui, primordia ac ſemina nouarum rerũ quærebat. Sperabat enim regibus irritatis, & Mithridate rege belli gloria cupido excitato, ſtatim contra ipſum ducem ſe futurum, & urbem nouis triumphis, domum quoq; ſpoliis Ponticis atque
65 regiis gazis oppleturum. Quapropter Mithridate proſequente ſummo cultu & honore Marium, nec geniculatus regi, nec loco cedens ſubmitténſue ſe, Vel minus, inquit, ô rex; Romanis poſſe aſſueſcito, uel quod imperant abſq; controuerſia exequere. Exterritus hac uoce Mithridates eſt; hactenus fama tantùm, tũc uerò etiam re Romanorum libertatem diſcens. Reuerſus Romam Marius, prope forum ædes exædificauit, ſiue, ut ipſe ferebat, quòd ſui ſtudioſos atq; cultores longius ſe comitari ac moleſtia affici nollet, ſiue quòd putaret hanc occaſionem ſibi dari, ut à pluribus etiã aliis limina eius frequentarentur. ſed hæc fingebat: nam & aliorum gratia, & quòd ciuilẽ conſuetudinem odiſſet, uelut bellicum aliquod inſtrumentum, tempore pacis ab omnibus negligebatur. Et cæteros minus moleſtè ferebat: Syllæ autem cum primis in-
66 ſenſus erat, quem primores ob inuidiam Marij euexerãt. Fuerunt illi cum Mario inimicitiæ, primus ad rempub. gradus. Nam poſtquam Bocchus Numida in ſocietatem Romanorum adſcriptus, uictorias triumphales in Capitolio erexit, & apud has aureum Iugurtham Syllę manibus ab ſe traditum conſtituit: ea res Marium in iram atque contentionem commouit, quòd Sylla eam ſibi gloriam arrogaret. Itaque ſtatuas deiicere parabat: Sylla cõtrá. Hinc ſeditio quanta nunquam antea incumbebat, quã bellum ſociorum ſubitò aduerſus urbem exortum, continuit atque repreſſit. Nam *Bellũ ſociale.* bellicoſiſſimæ Italiæ gentes contra Romanos inſurgebant, ac paululum abfuit quin imperium confudiſſent. Nam non modò armis & corporibus multùm ualebant, uerumetiam per fortes & excellentes imperatores bellum gerebatur. Fuit hoc bellum uarietate calamitatum & fortunæ mirabile, in quo quantùm gloriæ & opum Sylla
67 comparauit, tantùm Marius amiſit. Nam ignauia atque inertia Marius in congreſſionibus, ac omnibus in rebus tardus uidebatur, ſiue quòd ſenectus calorem extinxiſſet, cùm iam ſupra quintum & ſexageſimum annum ætatis eſſet, ſiue quòd, ut ipſe ferebat, & neruis laborans, & officio corporis in rebus agendis minus uti ualens, militiã præter uires & robur obiret: tamen eo tempore magno prælio uictor ſex millia hoſtium trucidauit, nec ullam omnino hoſtibus occaſionem reliquit. Qui cùm uallo munitus eſſet, & ludibrio habitus, prouocatúsque, nunquam à recto conſilio irritatus diſceſſit. Fertur quidam Publius Silon, qui uoce & uiribus multùm inter hoſtes pollebat, ſic Marium prouocaſſe: Si magnus es imperator, ô Mari, deſcende ad conſerendam manum: reſpondiſſe Marium, Tu quoque, ô Silon, ſi magnus imperator
68 es, inuitum me ad pugnam compelle. Rurſus cùm hoſtes opportunitatem rei faciendæ Mario dediſſent, timentibus Romanis, poſtquam utrique receſſerunt, conuocatis ad concionem militibus, Haud ſcio, inquit, cõmilitones, utrum hoſtes effœminationes, an uos appellem: quòd neque illi terga ueſtra, neque uos illorum habenas uidere ſuſtinuiſtis. Tãdem, tanquã minùs idoneus ad rem propter corporis imbecillitatem, militia ſe abdicauit. Poſtquam bella iam ſedata erant in Italia, & multi Mithridaticũ bellum per factioſos homines tribunos Romæ iterũ ambirent, præter omnium expectationem Sulpitius tribunus plebis homo temerarius, Marium proconſulem cõtra Mithridatem declarauit. Populus in duas partes diſceſſit, partim Mariũ, partim Syllam ad principatum eligentes, Marium ad thermas Baianas curandi corporis gratia,
69 quod ſenectute & fluxibus (ut ipſe ferebat) confectum erat, proficiſci iubens. Nam

ibi apud Miſenum magnificas ędes atq; effœminatiores, quàm talis uiri dignitas, qui tot bella geſſiſſet, pateretur, habebat. Has Cornelia ſeptuaginta millibus ſeſtertiũ ſemis emiſſe fertur: paulò pòſt L. Lucullus, quingentis millibus ac ducentis: ita repẽtè ſumptus aucti, & tantùm ad luxum tam breui momento acceſſit. Itaq; Marius nimis ambitioſè iuuenilitérq; ſenectutem atque corporis imbecillitatẽ amoliens, quotidie in campum deſcendebat, & corpus cum adoleſcentibus exercens, agilem ad arma ferenda, idoneum ad equitandum ſeſe efficere nitebatur, quãquam ſenilis moles non leuem, ſed grauem redderet. Quidã capti uoluptate exercitationũ Marij, ad iſta ambitioſa certamina inſpicienda accedebant. Bonos uerò hæc intuentes, eius ambitionis atq; inſatiabilis cupiditatis miſerebat, quòd cùm ex paupertate diuitias, ex humilitate altitudinem cõſecutus fuiſſet, terminum felicitatis non aſpiciebat, neque in otio rebus præſentibus fruebatur, ſed ita agebat, tanquã omnium indigens eſſet, cum Archelao & Ptolemæo Mithridatis ſatrapis dimicaturus, & in Cappadociam ac Euxinum pontum, ut triumphis & gloria ſenectutem extolleret, traiecturus. Equidem quas ille ad hæc excuſationes afferebat, ipſum delirantem oſtenderunt. Aiebat enim, ſe præſente uelle filium ad rem militarem exerceri. Hæ res ulcera ac latentem diu urbis morbum reſciderunt. Nã Marius aptiſſimum inſtrumentum, Sulpitij temeritatẽ, ad cõmunem perniciem inuenit, qui inter alia cùm admiraretur atq; imitaretur Saturninũ, timiditatẽ ac tarditatẽ eius accuſabat: ipſe uerò haud tardus ſexcentis equeſtribus uiris tanquã ſatellitibus, quos præſidia cõtra ſenatum eſſe dicebat, ſtipatus incedebat. Cùm concionem uocaſſet egreſſus, armatus cõtra cõſules ruit, quorum alterius ex foro fugiẽtis captum filium iugulauit: Syllã autem fugientem, & ædes Marij ingreſſum, qui inſequebantur currentes præteriere. Sed ferunt eum per aliã portam à Mario tutum emiſſum, ad exercitum cõtendiſſe. At Sylla in Cõmentariis ſuis non ad Marium cõfugiſſe ſe ſcribit, uerùm cùm abducẽdum ſe cõiectaret, quòd circundatus nudis gladiis à Sulpitio inuitus ſuffragium reddere coactus eſſet, dum ille ad Marium cõtendit, atq; hinc ad forum redit (ſic enim putabatur) interea ſeſe expediuit. His actis Sulpitius uictor Mario prouinciam decreuit ſuffragiis. Cùm Marius iam ad expeditionem accinctus eſſet, duósque tribunos militum à Sylla exercitum accepturos legaſſet, Sylla, cui erant triginta millia equitum, & non minus quàm quinq; millia armatorum, exhortatis militibus & tribunis militum, trucidatiſq; legatis Marij obuiã ueniẽtibus, cõtra urbem copias duxit. Marius quoq; ex amicis Syllæ multos necauit. Cùm ob militiam libertate ſeruos donaſſet, tres duntaxat comparuere. Marius poſtquàm paululum Syllæ irruenti obſtitit, eueſtigio ui ſuperatus fugam arripuit. Qui cum eo erant, ut primùm urbe expulſus eſt Marius, ſparſi ſunt paſſim noctu, ipſe ad quoddam eius ſuburbanum Solonium euaſit. Filium uerò ad loca Mutij ſoceri ſui, quæ nõ multùm diſtabant, neceſſaria ſumpturum miſit. Ipſe autem Hoſtiam ingreſſus, amico quodam Numerio ſibi nauem apparante, non expectato filio, ſed aſſumpto Granio eius priuigno, nauem conſcendit. Adoleſcens poſtquam ad uillam Mutij peruenit, paraútque ea quæ ferenda ſibi erant, cùm altero die abiturus eſſet, non omnino hoſtes latuit, ſed equites quidam ex hoſtibus coniectura quadam ducti, ad uillam Mutij properant. Hos cùm ille cui agrorum cura erat, proſpexiſſet, Marium in curru fabas portante celauit, & iunctis currui bobus, atque equitibus obuiam profectus, in urbem currum aduexit. Sic Marius domum uxoris delatus, ſumptis quæ uolebat, noctu ad mare peruenit, & nauem ingreſſus in Libyam traiecit. Marius uerò ſenior poſtquam ſecundo uento iuxta Italiam delatus eſt, Geminium quendam ex potentibus Tarracinæ, ſuum inimicum, pertimeſcens, nautas monuit, ut à Tarracinæ littoribus longius nauigarent. Illi pro uoluntate Marij agere uolebant: ſed cùm uentus aliunde oboriretur, & iam ingens tempeſtas mari incumbere cœpiſſet, neque ſcapha undis agitata ſuſtineri poſſet, & ægrè Marius grauitérque propter agitatio-

Appianus ſex legiones ſcribit Syllã habuiſſe.

agitationem haberet, uix iuxta Circeum applicare potuerũt. Sæuiente mari, relicta re frumentaria, egreſſus Marius nullo certo propoſito errabat: & ut fit in magna turbatione, ex præſenti ſtatu, uelut peſſimo, fugã ſemper meditari, & ſpem in ignota ponere. Poſtquã Mario ſociiſq; terra hoſtilis, mare aduerſum, hominibus occurrere periculoſum, non occurrere propter penuriã magis periculoſum erat, tandem quibuſdã paſtoribus obuiauere. Hi rogantibus, quòd copia dandi deerat, nihil præbentes, cùm Marium nouiſſent, monuere quamcelerrimè fugã arriperet: nam paulò antè equites Marium quærentes diſcurrentésq; cõſpexiſſe ſe ferebãt. Cùm omniũ rerum penuria laboraret, & præſertim famem ſocij tolerare nõ poſſent, à uia diuertens in profundũ nemus ſeſe proripuit, ingentíq; cum moleſtia ibi pernoctauit. Poſtridie fatigatus fame, priuſquam occumberet, omnia experiri animo inſtituẽs, ad littora diſceſſit, hortabatúrq; ſocios multis precibus, ne in ultima ſpe, ad quã ſeruari ſe antiquorũ augurũ reſponſo credebat, deſererent. Nam cùm ualde adoleſcens eſſet, & in agris uerſaretur, nidum aquilæ ſeptem pullos habentem domũ retulit. Parentes hoc magna cum admiratione intuentes, augures conſuluerunt. Illi reſpõderunt, Marium clariſſimũ uirum futurum, maximum principatum atq; imperium ſepties habiturum. Hæc planè Mario quidam ſic accidiſſe ferunt. Quidã uerò, eos qui & tunc, & in altera fuga Mario de hac re fidem habuerunt, rem ualde fabuloſam ſcripſiſſe dicũt: aquila enim geminos tantummodo pullos parit: & Muſæum de aquila ſcribentem dicentémq; tres pullos parere, duos autem excludere, unum uerò alere, mentitum aſſerunt. Mariũ in hac fuga atq; extrema rerum difficultate multoties dixiſſe ferunt, nõ dubitare ſe quin ſeptimum cõſulatum ſit conſequuturus. Cùm iam uiginti ſtadiis à Minturno Italiæ oppido abeſſent, turmam equitum in ſe irruentem, & duas naues onerarias fortè errantes proſpexere. Vnuſquiſq; igitur pro uiribus pedum corporísq; ad mare ſeſe cõiecere. Qui iuxta Granium erant, altera nauium in inſulam Aenariam appellatã, quæ in conſpectu erat, traiecerunt. Ipſum uerò Marium grauem difficilémq; portatu, duo ſerui uix & difficulter per mare ferentes, in alteram nauem impoſuerunt. Cùm iam equites inſtarent, iuberéntq; nautas nauem ad littora appellere, uel iecto Mario quò uellent nauigare, Marius cùm ſupplex multis lachrymis atq; precibus ad pedes nautarum ſe proieciſſet, principes nauis huc atq; illuc agitato conſilio, equitibus reſponderunt, ſe Marium in mare non immerſuros: ſed cùm equites indignarentur, rurſus in aliam uerſi ſententiam, terræ propinquauerunt, & iuxta Liris fluminis oſtium paludoſum anchoras proiicientes, Marium hortabãtur curandi corporis gratia egrederetur, expectarétque auras & ſecunda flamina, ea affutura cùm uentus à mari langueſceret, & paluſtria nebulam expirarent. Mario his uerbis perſuaſo, & ad terram in quodam cęſpite à nautis expoſito, longè aliter, quàm in animum ſibi induxerat, accidit. Illi eueſtigio nauem repetẽtes, retractis anchoris fugam capeſſunt. Nam nec prodere Mariũ hoſtibus pulchrum eſſe, nec contrà facilè ſeruari poſſe uidebant. Itaq; cùm deſertum ſe ab omnibus uideret Marius, in littore diu mutus iacebat: ac uix tandem collectis uiribus, miſerè per inuia profectus, poſtquam profundas paludes & foſſas aquarum cœno oppletas peruaſit, ad tugurium ſenis cuiuſdam lacunas purgãtis peruenit. Hunc, poſtquam ad pedes eius ſupplex procubuit, orabat ut ſuæ ſalutis author exiſteret: quòd ſi præſentem aduerſámque fortunam euaderet, magna eius officij præmia conſequuturum. Senex, ſiue quòd antea Marium nouiſſet, ſiue quòd ipſo aſpectu ut præſtantem uirum admiraretur, inquit tugurij copiam ſibi facturum, & ſi idcirco erraret quò hoſtes fugeret, eum alio in loco obſcuriore & minus cognito celaturum. Cùm Marius rogaret ut id faceret, ductus à ſene in quãdam paludem, in loco cõcauo iuxta fluuium introiuit, & ſenex eum calamis atque aliis leuibus uirgultis texit, quibus grauari nõ poſſet. Paulò pòſt Marius ſtrepitum atq; tumultũ è tugurio audire cœpit. Nam cùm ex Tarracina à Geminio multi ad eum inſequendũ miſſi

Ariſt. lib. 6. de animalibus.

fuissent,quidam fortefortuna hinc atque illinc eò uenientes,senem clamoribus perterrebant, quòd hostem Romanorum suscepisset atque occultasset. Marius exiliens cùm se nudasset,in palustrem atq; cœnosam aquam sese demittens delitescebat: uerũ non latuit hostes:extractus hinc ab hostibus nudus & cœno oppletus ad Minturnen-
Marius capitur. ses abreptus est,& principibus urbis traditus. Nam per omnẽ urbem edictũ erat, ut publicè Mariũ insequerentur, & captum necarent. Tamen de nece cõsilia prius agitare principes uoluere,& Mariũ in custodiam Fãniæ,quam illius inimicam ob uetus
79 quoddã odium arbitrabantur,tradiderũt. Hæc Fannia uirum Tinnium habuerat, ac cùm odia inter eos orta essent,dotem amplissimã Fannia reposcebat: contrà maritus illam adulterij accusabat. Marius sextum tum agens consulatũ, iudex in hac re præerat.Ergo ubi in iudicio Fanniã non satis quidẽ continẽtem fuisse animaduertit, sed quia talem esse Tinnius cùm sciret,uxorẽ duxerat, & conuixerat diu, utriq; indignatus,maritum restituere dotẽ iussit:ipsam propter turpitudinẽ damnatam,usura in semiobolos mulctauit. Fannia uerò neutiquam offensæ mulieris animum tum retinebat,sed ut Marium prospexit,atq; suscepit, consolando diligenter eum curauit, tantùm aberat ut uindictam cogitaret.Marius quoque illam laudibus prosequẽs, bono
Omen. animo esse iussit,optimum sese omen uidisse.hoc huiusmodi fuit.Postquam Marius
80 in domum Fanniæ adductus est, patentibus portis asinus foris ad propinquum fontẽ delatus currebat, & Marium uelut admiratione quadam & gaudio intuens, constitit è regione primùm,mox clara uocẽ emissa, lætitia iuxta Mariũ exultauit. Marius ista animo coniectans, magis,inquit, mari quàm terra à numine salutis signa sibi portẽdi,cùm asinus aridum cibum negligeret,ab eo ad aquam diuerteret. Hæc cùm ad Fãniam dixisset,interquiescens ostium iussit claudi.Postquam à principibus & à senatu Minturnensium de Mario consilium agitatum est,tandem in hanc sententiam cessere,*ut confestim Marius necaretur.* Ex ciuibus qui rem conficeret neminem habuere, sed eques Gallicus genere, uel Cimbrus(na m de utrisque legimus) assumpto gladio
81 Marium petit.Cubiculum ubi Marius seruabatur subobscurum erat. Hîc fertur ingentem flammam ex oculis Marij apparuisse militi, magnámq; uocem ex loco opaco auditam: Tu homo necare C. Marium audes? Barbarus repentè proiecto in medium gladio, porta erumpit, exclamátque, Non possum C. Marium morti tradere. Hac re omnes terror ingens inuasit: deinde seipsos accusantes, quòd ingratum iniquúmque consilium contra eum cepissent, qui Italiam seruarat, cui opem non ferre nefas esset,pœnitentia ac misericordia in Marium ducti, Eat, inquiunt, exul quò uelit,alibi fatum subiturus: nos uerò uota faciemus, ne dij nobis irascantur, quòd Marium egenum ac pauperem urbe eiicimus. Hac mente collecti Minturnenses ad Marium contendentes, eúmque circunstantes, unà ad mare proficiscuntur. Cùm alius aliud obsequi prompto animo curaret,omnésque properarent,temporis quid-
82 dam interfuit. Lucus enim qui Marica dicitur (è quo,si quid semel illatum sit, referre quicquam fas non est, quod religiosè incolæ obseruabant) cœpto ad mare itineri obstabat: quòd si lucum circuirent, longius fuit cunctandum. In ista deliberatione tantisper hærebant, dum senex quispiam nullum inuium iter esse clamaret, per quod Marius saluaretur. Primus itaque Marius, quæ res portandæ ad nauem erant, subiens, per eum locum euasit. Hac promptitudine confestim omnibus unà proficiscentibus, & Belæo quodam nauim Mario exhibente, postea omnia hæc,ut gesta fuerant,literis mandauit,& in templo tabulis inscripta suspendit. Hinc Marius secundo uento nauigans,fortè ad insulam Aenariam appulit: ubi cùm Granium cæterósq; amicos conuenisset,unà in Libyam traiiciebant.Sed aquæ penuria defatigati,
83 Siciliam apud Ericinam coacti petiere. Romanorũ quæstor ea loca custodiens paulum abfuit quin Marium cõprehenderet.Interfecit uerò ex his qui aquatũ cõcesserant decem & sex.Marius festinãter recedens,& pelagus legens, Meningámq; insulã

petens,

petens,hîc primùm de salute filij & Cethegi audiebat.Hinc abeũtes,ad Iampsam Nomadum regem auxilia imploraturi contẽdunt: cum quibus ubi paululum animi resumpsit Marius,audere cœpit ex insula Carthaginẽ contendere.Sextilius homo Romanus in Libya prætorem tum agebat.Hic quanquam neque officio, neque iniuria à Mario affectus esset,tamen misericordia moueri, ut aliqua in parte auxilio esset, uidebatur. Statim Mario cum paucis in Libyam discessuro, lictor occurrens,atque in conspectu stans,Sextilius prætor,inquit,ô Mari,in Libyam uenire te prohibet:si autẽ huic edicto non obtemperaueris, se decretum senatus uindicaturum, & te pro hoste
84 Romanorum habiturum. Hæc cùm Marius accepisset,mœrore animi uoce intercepta,cùm lictorem toruè intueretur,permultùm temporis proloqui nõ potuit. Cùm ille interrogaret, quid prætori renuntiandum esset, ab imo pectore suspirans, Referas, inquit, C. Marium in ruinis Carthaginiensibus exulem sedentem abs te uisum: haud malè & urbis eius casu, & fortunæ suæ mutatione, uelut exemplo Sextiliũ admoniturus. Interea Iampsas Nomadum rex cùm dubia consilia animi agitaret, Marium minorem & socios honore afficiebat quidem: uolẽtes autem abire,in medium causa adducta,moram nectens non sinebat.Nec obscurum erat,hac mora exitiũ moliri.Verum hîc accidit,quod ad salutem opportunum uidebatur. Nam Marij iunio-
85 ris,cùm eleganti forma esset,una ex pellicibus indignum casum lugebat.Hic luctus, principium occasióque amoris fuit:ac primùm quidem repellebat mulierem, sed ut fugæ nullam aliam esse uiam animaduertit,& officia illius in se studiosius,quàm illiberalem uoluptatem redimeret,eam benignè alloquutus,& ab ipsa emissus unà cum amicis ad Marium seniorem fugam arripuit.Postquam inuicẽ conuenere penes mare congredientes,scorpionibus dimicantibus occurrũt.Hoc malum omen cùm Marius esse duceret,repentè nauẽ ingressi,ad insulam Cercinam, quæ non multùm à cõtinente distat,traiecerunt.Mox paululum progressi, equites qui à rege ad locum unde abscesserant, missi erant, approperantes cernebant. Hoc discrimen inter maxima Marius numerauit.Romę fama dissipata erat,Syllam in agro Bœotio Mithridati bellum inferre.Consules inter se agitantes seditionem, ad arma uenerunt: & Octauius uictor euadens,Cinnam tyrannidem exercere conãtem urbe eiecit, & loco eius Cor-
86 nelium Merulam consulem suffecit. Cinna autem per reliquam Italiam copias cogens,aduersus illos arma ferebat.Hæc cùm Marius accepisset, uestigio nauigãdum putauit.Qui sumptis quibusdam equitibus Mauruſiis ex Libya,necnon quibusdam exiis qui Italia cesserant, utrisque non amplius mille existentibus, ad Telamonium Tyrrhenum oppidum hinc egressus appulit: hîc seruos libertate donauit. Colonis gloria Marij excitis,& ad mare concurrentibus,persuasísque iunioribus,magnã manum breui Marius collegit, & quadraginta naues armauit. Cùm animaduertisset Octauium uirum optimum,& æquis legibus imperare uolentem,Cinnam uerò suspectum Syllæ,& arma contra instantem rempub.ferentem, huic cum exercitu se socium adiungere animo instituit. Itaque nuntiauit cõsuli, pro uoluntate imperij eius
87 omnia facturum.Cinna cùm eum susciperet, proconsulémq; appellaret, & fascés atque alia magistratus insignia mitteret, hæc ornamenta fortunæ suæ non conuenire Marius inquit: uilis nanque uestę, & prolixa barba, intonsísque capillis semper usus fuerat ab eo die quo Roma effugit.Iam septuagesimum annum agens tardo ingressu accedebat,miserabilem se ostendere uolens: huic uerò luctui & tristitiæ, uultus terribile illud Mario consuetum inerat,transluceb́atque mœror,qui animum non humiliorem,sed exulceratum ferúmq; magis reddidisse mutatione rerum uidebatur.Postquam Cinnam salutauit & milites accessit,statim ad negotia peragenda animum applicuit,& magnam rerum mutationem fecit.Primùm enim præcisa nautis pensione, & mercatoribus prædando spoliatis, pretia rebus constituit ipse. Deinde ad maritimas urbes nauigans, illas excîdit: & tandem Hostia per proditionem occupata, res

Marij pulcherrimũ responsum,quo Sextiliũ à Libya eũ prohibentẽ admonet,fortunæ non esse fidendum.

ciuium diripuit,& plurimos necauit.Cùm ponte flumen coniunxisset, commeatum 88
hostibus qui per mare aduehebatur,præcîdit.Deinde ad urbem contendês, non tan-
tùm imperitia atq; negligentia Octauij, quantùm inutili cura seruandarum legum,
montê Ianiculum occupauit. Quin multis hortâtibus ut ad libertatem seruos uoca-
ret,quò leges diligentissimè coleret,se patriam non daturum seruis respõdit, à qua C.
Marius arceretur.Postquam uerò Metellus,eius Metelli filius qui à Mario expulsus in
Libya militabat,Romæ esset,& multò præstantior imperator Octauio uideretur,mi-
lites dimisso Octauio ad illum contendunt, rogant imperiũ capesseret, & urbi saluté
uendicaret. Longè enim peritum ducem atq; præstantiorem ad bellandum uincen-
dúmq; sibi asciscere uolebant.Metello hoc molesto animo ferẽte,ac dicẽte ut ad con-
sulem concederent,ad hostes cessere.Metellus de repub.diffidens, abeundi consilium 89
cepit. Octauium Chaldæi ac uates quidam suis persuasionibus Romæ detinuerunt,
tanquam ibi manere,& nusquam discedere operæpretiũ esset. Hic uir cùm inter alia
Romanarum obseruantissimus legum esset, & præsertim formam consulatus circa
mores patrios ac leges tanquam ad præscriptum immobiliter custodiret,imbecillita-
te quadam rempub. gubernauit, qui plurimùm temporis per præstigiatores & uates
potius, quàm per uiros in repub.& in re militari uersatos, imperium administrauit.
Hunc priusquam Marius aduentaret, à suggesto diuulsum, uulneribus confossum
præmissi milites trucidauerũt. Fama est diagramma Chaldaicum in sinu eius reper-
tum fuisse. Hæc res multũ admirationis in se habuit,quòd ex duobus clarissimis im-
peratoribus, Marius qui uaticinia non contemnebat, secundas res habuerit, Octa-
uius uerò mortem obierit. Cùm hoc modo respub. sese haberet, senatus frequens per 90
legatos Cinnam & Marium orabat,uti ciuibus ueniam impartirẽt. Itaq; Cinna tan-
quam consul in sella consulari sedens,atque iura dicens,legatis humanissimè respon-
sa præbebat. Marius uerò cùm iuxta sellam tacitus adstaret, apparebat semper rigide
ac tetro eius aspectu & facie, cuestigio inaudita cæde urbem repleturus. Postquã sur-
rexere,Cinna militibus septus incedebat. Marius uerò cùm apud portas stetisset, per
indignationem ludens, exulem se esse inquit,& patria pro legibus arceri:si quis ope-
ra sua indigeret, opus esse legem ueterem, quæ se eiecisset, noua lege antiquare, ut se
uirum iustum liberam rediisse in urbem ostenderet. Populum in forum accersiuit,&
priusquam tres aut quatuor tribus suffragia misissent dimittens,simulationem illam
atque fucatam de exilio orationem missam fecit: cum satellitibus, quos ex præmissis
Crudelitas Marij. seruis Bardæis delegerat,descendit. Hi quidem aut iubẽte Mario,aut innuente, mul- 91
torum strage manus suas inquinauere.Tandem Acharium uirum senatorium atque
militarem occurrentem Mario,& non salutatum,coràm gladiis confecerunt. Signũ
enim dederat,uti omnes quibus salutatus non respondisset, resalutarétque,necarent.
Quare amici mœstitia simul & horrore animo agitabantur, quoties homines salu-
tandi causa accessissent. Multis interfectis, iam Cinna quidem satiatus plenúsq; cæ-
dibus erat:Marius autem animum in dies magis efferatum habens, cædémque sitiés,
omnia suspecta scrutabatur.Itaque omnes uiæ,uniuersa urbs, insequentum & uenã-
tum,fugientum latitantúmque plena erat:confundebatur hospitalitatis & amicitiæ
fides, nihil amplius quàm cætera fortunæ habens, paucíque fuere qui ad se fugientes
non proderent amicos. Itaque admiratione ac laude digni fuere Cornuti cuiusdam 92
serui,qui cùm in ædibus herum suum occuluissent,cadauer quoddam ex multitudi-
ne cæsorum surreptum collo suspendentes,atque aureum annulum apponentes, illũ
satellitibus Marij ostenderunt,cadaueréq; ornato, quasi herum sepelierunt,nec quis-
quam animaduertit.Cornutus à seruis in Galliam delatus est. M. Antonius orator in
optimum amicum inciderat, sed inuidit fortuna. Nã uir quidã & pauper & popula-
ris,cùm læto uultu uirum Romanorum primum Antonium suscepisset,ad uicinum
cauponẽ emendi uini gratia seruum misit. Cùm seruus uinum diligẽtius degustaret,
suauiúsque

suauiúsque rogaret,caupo quæsiuit, quid esset cur nouum communéq; uinum fasti-
diret. Ille cùm inconsultò ac simpliciter, tanquam ad familiarẽ & ad amicum homi-
nem loqueretur,herum apud se M. Antonium Marij gladios fugientẽ ac latentẽ ha-
bere dixit:caupo impius ac nefarius, ut abit seruus, ad Marium cœnantem uestigio
93 contendens,M.Antonium ei se traditurum pollicetur. Marius postquã hæc accepit,
fertur uehementer exclamasse, & manibus propter lætitiam plausum fecisse, paulu-
lúmq; abfuisse quin ipse exurgens ad locum ubi erat Antonius cõcederet. Amicis ne
pergeret eum arcentibus,cum militibus Annium mittit,ut statim Antonij caput re-
ferret. Vt igitur ad locum uentum est,ad portas subsistens Annius, milites per scalas
thalamum irrumpere iubet.Illi ut coram Antonio steterunt, alter alterum ad cædem
prouocabat.Antonius orare incipiens,adeò suauis ac dulcis & iucunda erat eius ora-
tio ad milites,ut necem tantisper deprecaretur.Nemo enim ex militibus Antonium
tangere,aut toruè aspicere audebat,sed defixo in terram uultu, omnes collachryma-
bantur.Sic cùm immoratio redeundi à militibus facta esset,Annius ascendẽs, Anto-
94 nium orantem,milites uerò deterritos atq; ab eo persuasos offendit. Itaque conuitio
acriter illos insequẽs, atq; irruens ipse Antonij caput detruncauit. Catulus Luctatius *Catuli interi-tus.*
qui Marij collega fuerat,& de Cimbris cum eo triumphum egerat,postquam Mariũ
pro se rogantibus respondisse comperit,mori oportere, incluſus domi accẽsis carbo-
nibus se suffocauit.Truncatis corporibus in uiam proiectis calcatísque,homines nõ
misericordia,sed horrore atque tremore ipso aspectu omnes afficiebantur. Sed quod
magno præcipuè dolore populum excruciabat,erat Bardęorum petulantia.Nã post-
quam dominos iugulauerant, in exercẽda Venere pueris pro mulieribus utebantur,
& matronis uim adferebant. Qui omnia diripientes,& rapina & cæde perturbantes,
inhiberi non poterant, quousque à militibus Cinnæ & Sertorij in castris dormientes
impetu facto,ad unum omnes necati sunt.Interea tanquam omnibus commutatis,
undique fama orta est,Syllam bello Mithridatico confecto, & prouinciis occupatis,
95 cum magna manu Romam contendere. Hic rumor effecit,ut ferrum à cæde nefan-
da paululum arceretur,quòd bellum in se Romani ingens conuerti arbitrarẽtur.Ita-
que Marius septimo cõsul designatus est: & cùm calen.Ianuariis, quæ principia sunt
anni, magistratum iniisset, Sextum Lucinum quendam præcipitem dedit, quod ipsi
& urbi ad futuras calamitates magnum portentum esse putabatur. Ipse autem Ma-
rius iam laboribus corporis, & animi solicitudine tanquam exhaustus subactúsque,
ac ad tanta munimina noui belli nouorúmque certaminum perterritus, quòd mul-
ta pericula expertus fuerat, hac in re animi ferociam amisit, facilè intelligens non
cum Octauio aut Merula, instabilis ac seditiosæ turbæ ducibus, rem sibi futuram,sed
cum Sylla, qui ipsum antè expulerat patria, nunc autem Mithridatem ad Euxinum
96 pontum fugere cõpulerat,Romam repetente. Huiusmodi mentis agitationibus ue-
xatus Marius, cùm ante oculos longos errores, exiliáque, ac pericula maris & terræ
adduceret,in uarias dubiásque partes distrahebatur, & nocturnis turbulentísque in-
somniis terrebatur. Videbatur enim quendam continuò audire dicentem, Nec tu-
tus subeas absente cubile leone. Sed maximè uigilias pertimescens, intempestis po-
tationibus atque ebrietatibus præter ætatis dignitatem indulgebat, per somnum ani-
mi cogitationes uitaturus. Tandem cùm quidam renuntiaret ea quæ apud mare ge-
rebantur,nouis timoribus perculsus,partim futura timens,partim tanquam præsen-
tium pondere oppressus,leui causa accedente,ut Posidonius scribit,in morbum late-
rum incidit. Et cùm iam in malam ualetudinem incidisset,secum differebat de rebus
97 ab se gestis. C.autem Piso uir historicus memoriæ literarum tradidit, Marium post
cœnam cum amicis deambulantẽ in sermonem de rebus ab se gestis ueniſſe, & à pri-
mordiis incipientem, sæpiúsque de utraque fortuna disputantem dixisse, Non sanæ
mentis hominem esse,qui fortunę sese cõmitteret.Post hæc appellatis læto uultu qui

Marij obitus

aderant,cùm per ſeptem dies decubuiſſet,diem ſuum obiit. Quidam ferũt eius ambitionem in eo morbo omnino detectam,in abſurdam dementiam abiiſſe. Putabat enim ſe in bello Mithridatico imperatorem eſſe. Deinde quemadmodũ in ipſis præliis ſolebat, uarios geſtus motúsque, ingenti clamore & aſſiduo plauſu reddebat, adeò ingens earum rerum cupiditas ex ambitione & inuidia hominem ceperat. Quocirca ſeptuaginta annos natus, primus mortalium qui ſeptimum conſulatum atti-
giſſet,domo & opibus collectis quæ multis regibus ſuffeciſſent,fortunam ſuam cru-
delem appellabat, quòd priuſquam conſilia ac deſideria ſua peregiſſet, mortem obi-
Plato iamiã moriturus de tribus rebus fortunæ gratias egit. ret.Plato quidem cùm mortis tempus inſtaret, ſuo genio atque fortunæ gratias egit: 98
primùm,quòd homo, & non beſtia:ſecundò,quòd græcus, & non barbarus natus eſ-
ſet: tertiò,quòd in Socratis tempora incidiſſet. Ferunt Tarſenſem Antipatrum cùm
ſub mortem in ſermonem ueniret de his, quæ proſperè ſibi ſucceſſerant, haud obli-
tum fuiſſe nauigationis, quam domo Athenas habuerat, ut qui omnia bona fortu-
næ dona cum gratia accipienda ducens,memoria uſque ad uitæ finem tenuiſſet, qua
nullum theſaurum hominibus natura meliorem impartiuit.Eorum uerò qui immemores & ignaui ſunt,ſemper res geſtæ unà cum tempore effluunt.Quapropter nihil
retinentes, bonorum uacui, ſpei autem pleni, præſentibus rebus neglectis, ad futura
oculos intendunt:nam quod promittit fortuna,prohibere poteſt: quod dedit,ut nõ
dederit efficere non poteſt.Sed tamen hoc quod fortuna prius dedit,tanquam alienũ 99
abiicientes,illud ipſum incertum ſomniant:atque hoc rectè illis accidit. Nam priuſ-
quam diſciplinam atque ſapientiæ ſtudia, ad firmanda tutandáque bona externa ue-
lut fundamenta petunt,hæc bona fortunæ cumulant,commodáque ex illis ſuſcipiẽ-
tes,explere inſatiabilem animi cupiditatem nõ poſſunt. Mortem igitur obiit Marius
ſeptimo & decimo ſeptimi conſulatus die, quæ ſtatim Romam magno gaudio atq;
Marius iunior. exultatione affecit,quòd graui tyrannide liberata fuiſſet. Sed tãtùm crudelitatis Ma-
rius iunior ſenioris Marij filius oſtẽdit, primores atque optimates trucidando, ut in-
tra paucos dies reuiuiſcentem ſenis tyrannidem Romani ſentirent. Qui cùm auda-
cia inſignis eſſet,& pericula intrepidè adiret,principio filius Martis uocitabatur:mox
ex rebus geſtis deprehenſus, filius Veneris nuncupabatur. Tandem cùm in Prænesti-
na urbe à Sylla obſideretur,extrema omnia tentans ut euaderet, cùm nullo modo ef-
fugere poſſet,ſeipſum necauit.

Eumenes.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

EVMENI Cardiano patrem fuiſſe Duris hiſtoricus ſcriptũ reliquit, 1
qui in Cherroneſo propter rei familiaris anguſtias ex uehiculis uictum quæritaret:Eumenem tamen in literarum ſtudiis ac palæſtra liberaliter eruditum. Is cùm puer eſſet, eò Philippum aduẽtaſſe:qui dum per otium, puerorũ & adoleſcentum Cardianorum luctas & certamina ſpectaret, inter illos ſtrenuè obuerſatum Eumenẽ: eius prudentia & fortitudine delectatum Philippum, illum ſibi deſumpſiſſe. Verum-enimuero longè probabiliora dicere uidentur, qui Eumenem hoſpitij & amicitiæ paternæ cauſa à Philippo ad altiora prouectum perhibẽt. Mortuo Philippo, cùm inter æquales Alexandri nemini prudentia aut fide ſecundus haberetur, Archigrámateus,id eſt,ſcribarum princeps,uocabatur.Ex his qui Alexandro amicitia,& cõſuetudine iunctiſſimi eſſent, adeò ampliores conſequutus eſt honores, ut in expeditione 2
Indiæ

Indiæ magnis cum copiis per ſe imperator emitteretur, & Perdicæ præfecturam acciperet,cùm & in Hephæſtionis uita functi locũ Perdicas ſucceſſiſſet.Quocirca Macedones regiis præfectum ſtipatoribus Neoptolemum deriſioni habebant, quòd extincto Alexandro dictitarent, illum quidem clypeo atq; haſta, Eumenem uerò ſtylo ac tabellis ſequi ſolere.Siquidem Eumenem cùm aliis honeſtiſſimis rebus, tum uerò ea dignitate affectum,ut neceſſitudine matrimonij ſibi deuinctũ faceret. Cùm enim Alexander primus in Aſia mulierem Barſinen Artabazi filiam cognouiſſet, ex qua filium Herculem ſuſceperat, huiuſce ſorores, alteram quidem Apamiam Ptolemæo, alteram Barſinen Eumeni tradiderat, quo tempore etiam reliquas æqualibus
3 ſuis Perſicas uirgines in coniugium diſpartiens collocabat. Verùm interea Alexãdro plerunque aduerſatus, Hephæſtionis gratiâ magnum ſæpe periculum adiit. Principio cùm Hephæſtion quãdam Euio tibicini domum tribuiſſet, quàm antè Eumenis ſerui occupauerant, indignabundus Eumenes ad Alexandrum unà cum mœrore ueniens uociferari cœpit,quòd abiectiſ è manibus armis,tibia canere,quàm tragicè quid agere præſtaret.Id autem moleſtè ferens Alexander, Hephæſtionem cõuitiis inſectatus eſt.Cæterùm mutata ſtatim ſententia, grauiter ſuccenſuit Eumeni, quòd propter contumeliam qua erat affectus,magis quàm libertatem loquendi,eo ſermone uſus eſſet. Deinde Nearchum ad exterius mare cum claſſe dimittens,ab amicis pecuniam conquirebat: erat enim per id tempus inanis regia.Eumenes igitur trecenta petitus talenta,centena duntaxat exhibuit,tenuitérque & magno cum labore ſuis ex
4 diſpenſatoribus eam ſummam corraſiſſe affirmauit.Cęterùm Alexander ea neq; improbans,neque ſuſcipiens, ſeruis ut occultos ignes tabernaculis eius ſubiiceret,edixit.Volebat enim,ut cùm ex incendio exportaretur argẽtum,homo fallax deprehẽderetur in crimine: prius tamen,quàm afferre opem ualerẽt, exuſtum eſt tabernaculum.Quæ res Alexandro pœnitendi cauſam attulit,eius conſumptis igni codicibus. Quod autem auri & argenti ex flamma in unum conflati,poſtea in unum cõpertum eſt,mille talẽtùm ſummã exceſſit,ex quibus ne minimã quidem partem accepit. Cæterùm datis ad cũctos prætores,& prouinciarum præſides literis, ut incenſorũ exemplaria librorum ad ſe mitterentur,effecit:quæ omnia iuſſus accepit Eumenes.Rurſus inter ſe & Hephæſtionem orta de munere quodã contentione, cùm multa malè au-
5 diſſet,multáq; malè dixiſſet,eo quidem tẽpore nihil à rege minus accepit.Paulò uerò pòſt,ut primũ Hephæſtion exceſſit è uita,rex dolore uehemẽter afflictus,cùm omnes uiuenti inuidos,ac mortuo inſultantes grauiſſimis & aſperrimis uerbis inſectabatur, tum uerò maximas in Eumenẽ ſuſpiciones agitabat,illa ſæpenumero conuitia & diſceptationes obiectãs. At ille callidus,& ad perſuadendũ idoneus,ut unde perniciem ſenſerat,inde ſalutẽ compararet,nouã aggreſſus eſt rationem. Ad eam enim gratiam & honores confugit,quos in Hephæſtionẽ Alexander factitabat. Eius nanq; generis decora excogitabat,quæ defunctũ honeſtare poſſe uidebantur,plurimas ad inſtruendum ſepulchrum effuſiſſimè,ac promptiſſimo ſanè animo pecunias impertiens.Poſt Alexandri mortem,orta inter milites & æquales eius ſeditione, iis quidem Eumenes conſiliũ ac ſententiam impertiebat,cùm tamen oratione communis & priuatus eſſet.
6 Haud enim ſibi,homini ſanè peregrino,conuenire putabat,de Macedonũ cõtrouerſiis anxius curioſiúsq; inquirere. * Reliquis ſubinde ex Babylonis inſtructis æqualibus,ipſe relictus in urbe, plurimos peditum leniit, & ad res componendas mitiores reddidit.Poſtea uerò quàm duces in mutuam deuincti concordiam priſtinos depoſuere tumultus,& prouincias imperiáque diuiſerunt,Eumenes Cappadociã,Paphlagoniam,& ſubiectam mari Põtico regionem uſque Trapezuntem ſuſcepit,quæ nec-
dum Macedonico ſuberat imperio: eam enim Ariarathes rex habebat.Itaque decretum eſt,ut Leonatus & Antigonus manu magna deductũ Eumenẽ illius præfectum regionis declararent. Cætęrum Antigonus iam elatus,& omnia per contẽptũ habẽs,

* ἡ δὲ τῶν ἄλλων ἑταίρων, ἐκ Βαβυλῶνος ἀναστρεψάντων. *Iuſtinus lib. 13.*

Perdicæ ſcripta neglexit. Leonatus uerò Eumenis gratia expeditione ſuſcepta,ex ſu-
perioribus locis deſcendit in Phrygiam.Interea Hecatæus Cardianorũ tyrãnus Leo- 7
nato congreſſus orabat,ut Antipatro & Macedonibus ad Lamiam obſeſſis opem af-
ferret. Quare ad traiiciẽdum permotus,ſecum etiam inuitabat Eumenem,quem per
id tempus cõciliabat Hecatæo. Erat enim inter eos ſimultas,quam in patria propter
urbanas contentiones cõtraxerant.Nam multoties Eumenes Hecatæum,quòd rem-
pub.per iniquum occupauerat dominatum,palàm accuſarat,Alexãdrúmq; ad reſti-
tuendam Cardianis libertatem prouocauerat.Quapropter tunc Eumene illã aduer-
ſus Græcos expeditionem recuſante, præſertim cùm ſeſe Antipatrũ reformidare di-
ceret,ne dudum illi inimicus,& nunc morem gerẽs Hecatæo,ipſum necaret,Leona-
tus ei fidẽ habẽs,ſuum conſilium haud aperuit, uerbis quidẽ ſeſe opem afferre dicti- 8
tans,Macedoniæ uerò principatũ ſtatim ut traieciſſet,uẽdicare conſtituerat.Subinde
nonnullas Cleopatræ(ea autem Alexandri magni ſoror erat) commonſtrat epiſtolas,
quibus futura uxor eum palàm accerſebat. Verùm Eumenes ſeu Antipatrum perti-
meſceret, ſeu Leonatum inſanum, ac incerto uchementioríq; refertum animo co-
gnoſceret,ſuis acceptis militibus nocte diſceſſit.Habebat enim trecentos equites: ex
his autẽ quos à pueritia inſtruxerat Alexander,ducentos armatos: in argenti uerò ra-
tionem talentũm quinque millia. Hoc pacto fuga ſeſe ad Perdicam ſubtrahens, ac
Leonati conſilia detegens,ſtatim apud illum ampliſſimus factus eſt, & in principãdi
ſocietatem aſcitus. Haud lõgè pòſt cum militaribus copiis in Cappadociam & præ-
ſente & exercitum ductãte Perdica deductus eſt.Tum capto Ariarathe rege,& regio-
ne in poteſtatẽ redacta,Eumenes præfectus deſignatur. Dehinc urbes amicis cõmẽ-
dat,cuſtodes imponit,quíque iuri dicendo & rebus adminiſtrandis præeſſent,ex ſen-
tentia reliquit.Cùm interim Perdicas omnẽ rerum earum curã abiiceret,eo exercitũ 9
ducente unà profectus eſt Eumenes,omni illum indulgẽtiæ cultu proſequens, cùm
nulla ex parte cæteris poſteriorem regibus ſe eſſe cuperet. Cæterùm Perdicas cùm ea
quæ inſtituerat per ſeipſum tranſigere poſſe conſideret,quæ autẽ reliquerat,impigrũ
ac fidelem conſeruatorẽ poſtulare cẽſeret, ex Ciliẽia remiſit Eumenẽ, uerbo quidem
ut ſuam ad præfecturam reuerteretur, re autẽ uera,ut perturbatam à Neoptolemo &
ſibi finitimã Armeniam pacatam præberet.Hunc autem quanquam inſolentia qua-
dam & inani tumeſcentem animo,ſuauiſſimis tamen uerbis & morum facilitate re-
tinere tentabat Eumenes.Cúmq; phalangem Macedonicam elato ſpiritu ac ferocem
inueniſſet,ut equeſtri robore,quaſi firmaméto inſtructiorem redderet,potentiſſimos
incolarum equites tributorum uacatione ac immunitate donauit,tum ſuis quos fide
ſpectatos habebat, equos emptos impertiit, eorum quidẽ animos honoribus ac do-
nis incitans, corpora uerò nunc mouendo, nunc exercendo, ad perferendos labores
impigra efficiẽs,adeò ut cùm ſtupore,tum audacia Macedones afficerentur,cùm tre-
centorum & ſex millium equitum circa Eumenem numerũ breui cõſpicerent. Poſt- 10
eaquam Antipater & Craterus Græcia potiti, Perdicæ regnũ uaſtaturi in Aſiam tra-
iecerunt. Cum irruptionem in Cappadociam facturi nuntiarentur, Perdicas expedi-
tionem in Ptolemæum,cui Aegyptus ſorte euenerat,agẽs, Eumenem omnium quæ
in Armenia,quæque in Cappadocia fuerant,copiarum ducem & imperatorem crea-
uit.Hiſce de rebus literas edidit, quibus Alcetam fratrem ac Neoptolemum Eumeni
parẽre,Eumenem autem rebus pro arbitrio uti iubebat. Alcetas itaq; ſeſe arma ſum-
pturum haud diſſimulanter negauit.Eos enim Macedones,qui ſecũ militarent,cum
Antipatro dimicare uereri,Craterum autem propter charitatem etiam ſuſcipere pa-
ratiſſimos. At uerò Neoptolemus proditionem, quam ne occultare quidẽ potuit, in
Eumenem ordiebatur. Vocatus quoque non ſolùm non audiuit, ſed etiam aduerſos
inſtruxit milites. Hîc primũ Eumenes ſui apparatus,& prouidentiæ fructũ collegit. 11
Siquidem uicto eius peditatu, per equites Neoptolemum uertit in fugã, omnes eius
ſarcinas

ſarcinas corripien s: tum ad inſectandũ profuſæ phalangi cùm totis adequitaſſet ui-
ribus,uictos poſitis armis iurare coegit cum eo ſe militaturos. Neoptolemus igitur
paucis ex fuga collectis,ſe ad Craterũ & Antipatrum recepit.A quibus ad Eumenem
miſſi legati,ut ſe cum illis coniungeret,prouocabãt.Frueretur quidem,quos ex præ-
fecturis percipiebat, fructibus, militias ab eis atq; agros habiturus,Antipatro amico
pro hoſte futuro accederet,nec Crateri familiaritatẽ in inimicitiã conuerteret. Qui-
bus auditis Eumenes, Minimè fieri poteſt,inquit,ut nouã impræſentiarũ cum Anti-
patro creetis amicitiam,cùm quo ueteres inimicitias gerò, quãdò illum amicis tan-
quam hoſtibus uti uideo,ſéque ut Perdicæ Craterum conciliet,& ad æqua omnia at-
que iuſtiſſima coniungat paratũ:ei præterea,qui pro dominantis auaritia ulla ſit op-
preſſus iniuria,quoad ſpiritus ſuos regat artus,futurum auxilio, corpúsque ac uitam
12 potius poſiturum eſſe,quàm fidem.His attentè acceptis,Antipater de rerum ſumma
conſiliũ agitabat. Neoptolemus ad eos confugiens de prælio certiores facit, & cùm
utrunque,tum uerò Craterum,ut auxilium ſibi ferat,orat.Eum nanque tam magno
Macedonibus eſſe deſiderio,ut modò pileum eius ſpectent, & uocẽ exaudiãt,ad eum
non mediocri uenturos impetu.Sanè enim grande Crateri nomen erat,& in eũ poſt
Alexandri mortẽ multitudinis animi mira charitate inclinabantur.Tenebat ſiquidẽ
memoria,eum quamplures in Alexandrum inimicitias pro eorum ſalute ſuſcepiſſe,
cúmq; procliuius ad Perſicos ritus deferretur,obſtitiſſe,ac ciuibus ſuis,quos per mol-
litiem & inſolentiã contumelioſè tractatos cernebat,præſidio fuiſſe.Quocirca miſſo
tunc in Ciliciã Antipatro,Craterus cum magna copiarũ parte & Neoptolemo,con-
tra Eumenem profectus eſt,ratus inſectaturum, & in neminem expectantẽ, ac ex re-
13 centi uictoria inter pocula cum diſſipatis obuerſatum,ſeſe facturum incurſum.Qua
quidem in re, quòd Eumenes illius præſenſerit impetum, ocyúsque ſeſe inſtructum
præſtiterit, uti intenti & uigilantis imperatoris, ita ſummi ſanè acuminis indicium
quis facere poſſit.Cæterùm etiam quæ ſibi aduerſa erant,hoſtibus eorũ occultaſſe,&
eam cõmilitonibus ſuis opinionẽ incuſſiſſe, ut ſe cum Cratero prælium inituros eſſe
neſcirent,hoc ipſum peculiare imperatoris officium fuiſſe dixerim. Rumorem itaq;
diſſeminat,Neoptolemũ ac * Tigrem cum Paphlagonum & Cappadocum equitatu *Πίγρης.
rurſus aduentare.Cùm caſtra noctu mouere inſtituiſſet,in ſomnis noua quędam oc-
currit imago.Videre nanque uidebatur geminos Alexandros inter ſe ad dimicãdum
inſtructos,cùm uni uterque Phalangi præeſſet: alteri deinde Mineruam, alteri Cere-
rem ſubſidio aduẽtaſſe. Acri commiſſo prælio, ſuperatos quibus ſocia Minerua fue-
14 rat.Tum uictori Cererẽ ſpiceam intexuiſſe coronã. Ex re igitur ipſa ſomnium conie-
ctans,ad ſe pertinere interpretatus, ſe quidẽ pro fertiliſſimis agris, & magnam per id
tempus,& bonã in ſpiceis uaginis frugẽ habentibus dimicare: omnes enim ſeminati
erant,& paſſim ſpecioſam ubertim pubeſcentiũ camporum faciẽ ipſa pax præbebat.
Ad id autẽ confirmatior factus eſt,ubi aduerſariis ſignum belli Mineruam & Alexã-
drum eſſe certior eſt factus. Quamobrem ſuis Cererem & Alexandrum belli ſignum
exhibens,omnes ſpicarum ſertis illigatos arma ſpicis iubet inuoluere. Multoties im-
pulſus eſt,ut ſuis ducibus & præfectis militaribus aperiret, quibus cùm bellãdũ eſſet,
ne ſolus tantæ neceſſitatis arcanum celatum comprimeret, cõſilio tamen perſtare,&
15 menti periculum credere ſatius uiſum eſt. In Craterum neminẽ quidem Macedonũ,
ſed mercenarios equites mille ac uigintiquatuor è regione locat, quibus Artabazi fi-
lius Pharnabazus,& Phœnix Tenedius præerant:quos,ut primũ hoſtes in conſpectũ
ueniſſent,incitatis ferri curſibus iubet, atq; nullis editis uocibus,non regrediẽdi ſpa-
tio dato,non miſſo ſuſceptóue præcone manũ derepente conferre:ualde enim perti-
muerat,ne Macedones cognito Cratero ad eum tranſfugerent.Ipſe ex equitũ robore
trecẽtis in agmine inſtructis adequitat,in cornu dextro Neoptolemũ inuaſurus. Vbi *Pugna inter*
autem medio ſuperatos tumulo proſpectũ ſui hoſtibus præbuit,citatũ uehemẽtiſſi- *Eumenẽ & Neoptolemũ.*

mè faciũt impetum. Ea res magnũ Cratero ſtuporem incuſſit, qui multa in Neoptolemum acerbè & contumelioſè inuectus, quòd ab eo de Macedonũ defectione fraudatus eſſet, ſuos ad capeſſendũ fortiter pugnam adhortatus incurr-. Primis ingreſſibus & quidẽ grauiſſimis, cùm poſt fractas haſtas ſtrictis decertare gladiis cœpiſſent, Craterus haud ſanè dedecori fuit Alexandro. At uerò proſtratis plurimis, multoties etiam uerſis in fugã aduerſariis, cùm ex Thrace quodã ex tranſuerſo adequitante cõſauciaretur, ex equo delapſus eſt. Quod cùm cæteros tranſcurrentes latuiſſet, Gorgias dux Eumenianus agnouit. Is ab equo deſcendens, corpori iam malè ſe habenti, & per acerbos dolores pereunti, cuſtodem ſe conſtituit. Dum hæc agũtur, Neoptolemus & Eumenes mutuis inter ſe odiis, & diutina flagrantes ira cõgrediuntur: duobus quidẽ concurſibus, cũ ſe minus conſpectaſſent, tertiò cogniti nudis enſibus ſublato clamore ſtatim equos in ſe cõcitant: quibus more triremium in ſumma colliſis, manibus ſe mutuis lora omittentes captant, caſſides detrahunt, thoraces ex humeris diſcerpunt. Sic igitur in mutuos laniatus intenti, ſubterfugiẽtibus equis ad terram corruunt. Ibi diu multúmq; luctantes, Eumenes exurgenti prius Neoptolemo ſub genu uulnus inflixit: quo debilitatus, alteri innixus totis ſe uiribus in arduũ & erectũ tollẽs, Eumenem petit: ictus tamen haud lethiferos incutiens, accepta in ceruice plaga, protenſus cõcidit. Eumenes ueruſtis odiis, & iracundia probris carpere, & arma ei detrahere: uerùm ille gladium adhuc tenens ſenſim ſub thorace Eumenem in inguine conſauciat. Vulnus non ſanè profundum ex imbecillitate, terroris plus habuit, q̃ detrimẽti. Raptis dehinc ex interfecto ſpoliis, propter crurum & lacertorũ uulnera ſe grauiter habebat. Reiectus tamen in equum, perſtantibus adhuc in unum hoſtibus, alterum inſectatus eſt cornu. Cæterùm audita Crateri morte, celer aduolans, ubi ſpirantem adhuc, intelligentémque conſpexit, deſcendit, & multis lachrymis iniecta dextra, multa inuectus in Neoptolemũ, & ſuam uehementer ſortem, & propriã miſeratus eſt neceſſitatem, per quam eò deductus eſſet, ut uel tam fœda homini per amicitiã, conſuetudinémq; coniuncto infligeret, uel ab eo pateretur. Eumenes hoc prælio decẽ ferme poſt alterum diebus uictor, magnã ex eo ſibi gloriam & amplitudinem comparauit, quòd nonnulla per ſapientiam, quædã per fortitudinem cõfeciſſet. Plurimam etiam penes hoſtes, & ſocios inuidiam, & odium planè contraxerat, quòd uir peregrinus atque aduena, armis & manibus Macedonũ primarium ex eis, & ſplendore præſtãtiſſimum confodiſſet: quòd ſi prius de Crateri cæde ad Perdicã peruenisſet, nemo illum inter Macedones potentia ſuperaſſet. Biduo autem poſtquam Perdicas per ſeditionem in Aegypto eſſet obtruncatus, huius prælij rumor in caſtra delatus eſt. Quocirca indignati ſtatim Macedones, Eumenem mortis reum faciũt, & ſuſcepti in eum belli ducem unà cum Antipatro Antigonũ creant. Eumenes poſtmodũ in regia equorum armenta, quæ circa Idam paſcebantur incidẽs, ſumptis ad uſum equis, rationem magiſtris pabuli deſcriptam miſit. Quo audito, riſiſſe ferunt Antipatrũ tãtam Eumenis prouidentiam admirãtem, qui regiis de rebus rationem, aut redditurũ, aut accepturum ſperarit. Cupiebat autem Eumenes circa Sardes uictorioſo potens equitatu, intra Lydiæ campos depugnare, ſimúlq; ſuas Cleopatræ copias oſtentare glorians. Ea deinde rogitante (pertimuerat enim ne aliquã ex Antipatro criminationẽ culpámue capeſſeret) ſuperioté petens Phrygiã intra Celænos hybernauit. Vbi cùm Alcetã, Polemonem & Docimũ de imperio contra eum contendentes offendiſſet, Hoc illud eſt, inquit, quod dicit ſolet, nulla perniciei ratio eſt. Deinde pollicitus intra triduũ ſtipẽdiũ militibus redditurũ, uillas eis & mitiora agri loca mortalibus pecoribúsq; referta uendidit. Qui autẽ emerant centuriones, reliquorúmq; ordinũ præfecti, ſuſceptis ab Eumene inſtrumentis & machinamentis, illa ui & obſidione expugnãtes ex rebus captiuis debitam militibus mercedẽ impertiunt. Hæc res adeò magnam Eumeni beneuolentiam cõparauit, ut cùm epiſtolæ caſtris aliquando ab hoſtibus diſiectę comparuiſſent,

Eumenis & Neoptolemi pugna ſingularis.

paruiſſent, quibus centũ talenta, & ampliſſimos illis pollicebantur honores, qui Eumenem trucidaſſent, maiorem in modũ Macedones inſtigati ſint. Decretũ igitur faciunt, ut ex principalibus mille milites ad corporis cuſtodiã cõſtituãtur, euntibus in orbem pro ſua uice uigiliis. Illi ſubinde eos ab Eumene honores magna cum charitate capiebant, quos regum familiares aſſolent. Eumenes nãque purpureos apices & chlamydes, quod quidem apud Macedones egregium regis munus habetur, donare poterat. Quibus tenue ac puſillum eſt ingeniũ, hi à ſecundo ſucceſſu rerum leuitate ac elatis extolluntur animis, ita ut cùm rebus ab excelſis, conuerſos in ſe habent oculos, magnitudinis aliquid & excellentiæ nacti uideãtur. Verùm autẽ magnus animus & conſtans, afflictis magis rebus, aduerſísque dignoſcitur: qualis Eumenes fuit. Nam in conſiliis Cappadociæ proditione ſuperatus, fugatúsque ab Antigono, nõ ante fugientẽ ad hoſtes proditorem omiſit, quàm patibulo captũ ſuffixerit. Is ex fuga cõtrario inſectantibus curſu clàm iter conuertens, ad pugnæ locũ profectus, caſtra poſuit, ubi collecta interfectorũ corpora ex effractis circuniacentium uillarum foribus cõcremauit, conditísque ſeorſum primoribus, ſeorſum plebeiis, omnes aggerãs tumulos inde diſceſſit, ut aduenientes poſtmodum Antigonus, hominis audaciã & conſtãtiam admiratus ſit. Poſtea in Antigoni ſarcinas & prædã incidens, plurima quidem ingenuorũ corpora, plurima quoque ſeruorũ, ingẽtes opes ex tãtis prælijs & diſcurſionibus coaceruatas reliquit, cùm eas facilè diripere poſſet, ueritus ne tãtis locupletati ſpoliis cõmilitones ad fugã grauiores, & ad ſubeundos errores molliores fierent, & ad tolerandũ tempus, in quo omnẽ ſpem belli collocauerat, tandẽ repreſſurus Antigonũ. Vbi uerò ita præſentes, & ad diripiendũ propinquas opes cernit, ut Macedones apertè inhibere graue ſit, equis obiicere pabulũ, & corpora curare imperat, ut ſic in hoſtes cõmearent. Clàm deinde ad Menandrum ſubmittit, qui ſarcinis hoſtilibus præfectus erat: Magnã ſe de illo pro ueteri conſuetudine, atq; amicitia curã ſuſcepiſſe: proinde animaduertere monet, ut quamcelerius liceat, ex inferioribus locis ad incurſiones expoſitis, ad proximas montis radices concedat, quæ nullos equites, nullos circumacti agminis incurſus admittat. Id autem periculũ, ut primũ Menander intellexit, abſceſſit. Eumenes miſſis palàm ſpeculatoribus, armari milites, & frenari equos iubet, perinde ac ducturus in hoſtem. Vt autem Menandrũ ad iniqua confugiſſe loca à ſpeculatoribus renuntiatũ eſt, Eumenes ingenti ſimulato mœrore ſuos introduxit. Hæc ad Antigonũ poſtmodum teſtãte Menandro, Macedones Eumenẽ magnopere collaudaſſe, & mitiores in eum animos ſuſcepiſſe fertur, quòd cùm eorũ liberos in ſeruitutem redigere, & uxores probro habere potuiſſet, pepercisſet, omiſiſsétque. Quibus Antigonus: Ille, inquit, ô beati homines, haud noſtri ſanè cura res noſtras omiſit, uerumenimuero ne ſuæ compedes fugæ adiicerẽtur pertimuit. Dehinc circũuagari & ſubterfugere coactus Eumenes, magnæ ſuorum cõmilitonum parti, ut abirent perſuadebat, ſiue quòd illis timeret, ſiue quòd trahere ſecum eos conſilium non eſſet, quos ad conſerendã quidem manũ perpaucos, ad occultãdum autẽ fugam perimios intelligeret. Tum fugiens ſeſe cum quingentis equitibus & peditibus ducẽtis ad Noram recipit. Is autem in Cappadociæ ac Lycaoniæ cõfinibus locus eſt. Hinc denuo quicunque ſe ex amicis, & iniquitatis locorum, & duriſſimæ uitæ impatiens, miſſum fieri orauit, benignè ac gratioſè alloquutus abire ſiuit. Aduentans poſtmodum Antigonus, Eumenẽ ante obſidionẽ ad colloquium uocauit. Cui Eumenes ita reſpõdit: Complures familiares Antigoni & duces eſſe, ſecum uerò ex eis quorum ipſe defenſor eſſet, eſſe neminem. Quocirca ſi colloquia fieri cupiebat, obſides ad ſe mittat. Cùm autẽ Antigonus ſibi, ut potẽtiori, Eumenem uerba facere iuberet, Nullum, inquit, meipſo potentioré eſſe arbitror, quoad huius gladij fuero dominus. Antigono tamen nepoté Ptolemæum, prout popoſcerat Eumenes, eum ad locũ mittente, deſcendit, ubi per mutuos cõplexus amicè & familiariter data acceptáq; ſalute, cõ-

Eumenis in rebus afflictis ſolidus animus.

greſſi ſunt,ut qui plurimo uſu & cõſuetudine inuicem iuncti eſſent.Inter multa colloquia cùm Eumenes nullam de pace,aut ſui tutela mentionẽ introduceret:cæterùm præfecturas ſibi firmari, aut reſtitui dona poſtularet, præſentes cepit admiratio, ingenti hominis ſpiritu,& animi robore delectatos.Frequens ſimul Macedonũ cõcurſus factus eſt,qui aſpectandi hominis deſiderio afficiebantur. Etenim poſt occiſum Craterũ,nulla de altero tanta in caſtris crebruerat oratio.Verùm Antigonus aliquid illi uiolentum metuens,primũ quidem aduentantes clamore ſubmouere, & irruentes ferire ſaxis, denique manibus amplexatus Eumenem, repulſa per ſatellites turba, eum uix in tuta reſtituit. Dehinc circunductis ad Norã muris,& relicto ibi præſidio, 26
reliquum abduxit exercitũ.Obſeſſus igitur Eumenes,cùm eo in loco præter annonã quidem,aquas & ſal,quod eſui eſſet,nihil haberet,nec condimentũ quod apponeret: tamen hiſce de rebus hilarem ſociis uiuẽdi conſuetudinẽ inſtruxit,eos ad ſuæ mẽſæ & conuiuij admittens eſcas,quas interim lepõrũ & ſermonũ gratia & comitate con-
Eumenis aſpectus, ſtatura & facũdia. diebat.Erat autẽ Eumenis aſpectus perquam ſuauis,nõ ut hominis bellicoſi,& plurimùm armis attriti, at perpolitus & iuuenili decore inſignis, uniuerſa ſtatura mẽbris ac proportione ſanè mirifica,perinde ac ſingulari artis diligẽtia cõparatis.Vim quoque non magnã orandi cõſecutus, facũdus tamẽ & dulcis erat eloquio,quẽadmodũ ex eius epiſtolis coniecturã fieri licet. Durãte obſidionis tempore, plurimũ omnium 27
locus anguſtiſſimus ſuos magno afficiebat detrimẽto,pabulũ & ipſi & equi per ſummum otium capiebant.Cùm igitur Eumenes,ne per deſidiã intabeſcerẽt,remedium adhibere uellet,& ad fugam quodãmodo expeditos,ſi qua obueniret occaſio,reddere,habitaculum cubitorũ quatuordecim longitudine, quod eo in loco erat ampliſſimum,ad hominũ deambulationem deſignauit,ubi corpus agitare iubebãtur. Equos autem ad tectum magna per lora collo religatos, rotíſq; in ſublime ſuſcitatos erigebat,ita ut poſterioribus quidem pedibus terræ niterẽtur, anterioribus autem ſumma uix ungula pertingerent.Quibus hunc in modũ ſuſpenſis, ſtabularij nunc clamore, nunc ſcutica inſtantes,adeò inſtigabant,ut animis & indignatione referti,poſtremis quidẽ inſilirent pedibus : dũmq; altiores humi ſiſtere concupiſcerent,ſolum pulſantes,totúmq; corpus agitantes,plurimo cum anhelitu ſudorem effunderent. Ea res ad 28
roboris & uelocitatis exercitium ſanè non incõmoda.Hordeáque minutim attrita in eſcam obiiciebant,ut & citius cõficerent,& melius digererent.Interea per obſidionis moram Antigonus uita functum in Macedonia cùm accepiſſet Antipatrum,& propter Caſſandri & Polyperchontis ſeditiones res perturbari, non parua ſanè ſpe uniuerſum animo cõplexus imperium,ad res gerendas adiutorẽ Eumenem habere ſtatuit.Quocirca miſſo Hieronymo,inducias cũ Eumene fecit,prius tamen iureiurando propoſito:quod cùm emendaſſet Eumenes, apud obſidẽtes Macedones iudicium faciendum permiſit, uter eorũ maiori æquitate præditus eſſet. Antigonus enim quò ſe à relegione liberaret,initio facta de regibus mẽtione, reliquũ in ſeipſum obſtrigebat iuſiurandũ.Eumenes autem primã quidem poſt regum nomina in iureiurando 29
conſcripſit Olympiadem: poſt modũ ſeſe non ſoli quidem Antigono beneuolũ fore iuratus eſt,neque ipſius hoſtem pro hoſte,& amicũ pro amico habiturum eſſe:ſed & Olympiadi ac regibus ſacramentũ referebat.Ea cùm iuſtiora cenſerẽtur,Macedones adacto in hęc uerba Eumenis ſacramento,obſidionẽ ſolutam fecere, ad Antigonum, ut idẽ iuramẽti genus referret ipſe Eumeni,mittẽtes. Eumenes interim,quos ad Noram Cappadoces habebat,obſides reſtituit, acceptis pro redemptione iumẽtis, equis & tentoriis.Tunc cõgregatis militibus,qui ex fuga palantes in regione uagabantur, ad mille cõuocauit equites,quos fugæ ſocios habens ob Antigoni metum euaſit.Ille enim ſuſceptã iuriſiurandi emendatione, non ſolùm Eumenẽ denuo angi obſidione 30
iubebat,uerumetiam acerbiſſimas Macedonibus literas miſit in fugientẽ. Ad Eumenem in Macedoniam referuntur epiſtolę ab iis,qui augeri Antigoni pertimeſcebant imperium.

imperiũ.Obteſtabatur Olympias,ut ueniẽs Alexandri filiolum multorũ obiectũ inſidiis educãdum caperet.Polyperchon autẽ,& Philippus rex uolebant, ut præpoſitus Cappadociæ copiis cũ Antigono belligeraret, ſimul ex Indorũ donariis & theſauris ad rerum ſuarũ reſtitutionẽ quingẽta talenta caperet,ad bellicos autẽ uſus quantuncunq; cuperet:quibus de rebus & Antigeni & Theutamo ducibus Argyraſpidũ literas miſerant. Acceptis illi literis,uerbis quidẽ Eumenem humaniter ac benignè ſuſcipiunt,cæterùm liuore & cõtentione referti,prioré ferre Eumenẽ indignabãtur.Eorũ inuidiã placauit Eumenes,cùm perinde ac nihilo indigens, nihil pecuniarũ accepit. Ad ambitioſas autẽ eorum cõtentiones,cùm neq; præeſſe uaderẽt, neq; ſubſequi uel-
31 lent,hunc in modũ ſuperſtitionẽ induxit. Alexãdrum enim,inquit,uiſum in ſomnis apparatu regio tabernaculũ cum ſolio cõmonſtraſſe, dixiſſéque: Hîc cõſedentibus & iuris dicundi locũ habentibus adero,opémq; ſimul afferam, modò omniũ à me cõſiliorum,& inſtituendæ rei principiũ capiatis.Hæc facilè Theutami & Antigenis animum induxerunt,ad eum nullo aduentare pacto uolentiũ,cùm Eumenes etiam pro alienis aſpectari foribus indignaretur.Quocirca regio tabernaculo ac ſolio in ſomnis denuntiato hunc in modũ collocato, illic cõſilium magnis de rebus habituri cogrediebantur.Illis deinde ad ſuperiores euntibus regiones, Peuceſtas amicus exiſtens, ac cæteri ſatrapæ cùm obuiaſſent, ita copias in unũ corpus adunarũt,ut cùm armorum
32 multitudine,tum apparatus ſplendore Macedones cõfirmauerint.Hi poſt Alexandri mortem,ob dominandi licentiã enerues & uiuendi cõſuetudine deliniti,cùm tyrannicorum ſpiritus barbarorũ arrogantia innutritos in unum cõtuliſſent, inter ſe quidem moroſi ac diſcordes erant:Macedones uerò effuſis blandimẽtis, ſumptuoſis cõuiuiis,& ſacrificiorũ impenſis delinientes,paruo tẽpore caſtra ipſa, quaſi quaſdã nũdinas & prodigalitatis receptaculũ reddiderunt:ínque deligendis ducibus omnia tumultu & factionibus,quemadmodũ inter populares principatus fieri ſolet,permiſcebant. Eumenes cùm illos ſeſe quidem mutuò aſpernantes uideret, propter metũ au- *Eumenes quo aſtu ſalutem ſibi cõparauerit.*
tem,ſi ulla præſtaretur occaſio,de ipſius nece cogitãtes, ſe argenti penuria teneri cõmentus eſt,& ab his potiſſimũ,qui ſimultates in eum exercebant,plura mutuatus eſt talenta,quo & maiorem erga illum fidẽ haberent,& à ſe de mutuata pecunia ſoliciti,
33 manus cõprimerẽt. Quamobrem effectũ eſt,ut alienas opes ſui corporis præſidia habuerit,ſolus tutelam ac ſalutem accipiendo conſecutus : quam ut adipiſcãtur cæteri, magna impendere ſolent. Macedonum tamen animi ſuorũ gratia largitorũ per immenſam quandam licẽtiam corrumpebãtur, circa illorum fores frequentes obuerſabãtur,latùs ſtipabant, ac duces extollebant. Poſtea uerò,quàm Antigonus magnas ſecum trahens copias non longè metatus eſſet,tum res ipſæ quaſi uocem edentes,uerum inuocare imperatorẽ,nec ſolùm ſubditi Eumeni auſcultare,uerum etiam in pace ac deliciis ampliſſimus quiſque cedere,ſeſe dedere, & tacitus adſcriptũ ſibi ſeruare locum.In traiiciendo Paſitigre fluuio,cùm cæteri,qui pro ſtatione erant,nihil ſenſiſſent,ſolus Eumenes Antigonii ſuſtinuit impetũ,& collato Marte,ſtratíſq; compluri-
34 bus cadaueribus flumen oppletum eſt:quatuor millia in poteſtatẽ redacta.Præcipuè uerò Macedones in aduerſa eius ualetudine quid de illo ſentirẽt, declarauerunt: cùm cæteros in apparandis ſplendidè cõuiuiis & celebritatibus, ſolum autẽ Eumenem in adminiſtrandis principatibus,& re bellica ualere dictitarent.Nam cùm Peuceſtas eis in terra Perſica opiparè epulum præbuiſſet,arietem uiritim ad ſacrificeandum impartiens,ampliſſimũ fore ſe in ſpem uenerat.Paucis pòſt diebus militibus iter in hoſtem agentibus,Eumenes ad euitandas uigilias tacitè ab exercitu,ob periculoſam quandã ægrotationem,fortè in lectica ferebatur. Paululum progreſſo hoſtes derepente ſuperatis quibuſdam collibus apparuere in planum deſcẽdentes. Inſtructa igitur acie incẽdentibus,ut primùm auratis in armis ad ſolem ſplẽdor enituit, ac belluæ cum turribus,& purpureæ ueſtes inſpectæ ſunt(is enim uadentibus in prælium ornatus eſt)pri-

mi iter cum clamore ſiſtunt,Eumenē uocitare: haud enim longius progrediendum,
niſi exercitum ductet Eumenes. Deinde fixis humi telis,ſe quidem ut maneant,mu- 35
tuò adhortantur,duces uerò ut quieſcāt,neque ſine Eumene aut pugnam, aut ullum
cum hoſte ineundum eſſe periculū. Quo accepto,Eumenes incitatis lecticariis,curſu
delatus ex utraque lecticæ parte ſummouit aulæum, magna lætitia manū protendēs.
Id conſpicati milites continuò uerbis Macedonicis cōſalutant,receptísque clypeis &
ſariſſis,inſtrepētes uociferātur,pérque uices, quaſi præſente iam imperatore, hoſtem
prouocant. Antigonus ægrotū ex caſtris Eumenē,audiens malè ſe habentem deferri,
reliquos nullo negotio propter illius ualetudinē diſſipari poſſe cēſuit: quocirca ſuos
ad pugnā feſtinabundus eduxit. Vt uerò adequitans inſtructam hoſtium aciem,for-
mámq; cōpoſitam aſpexit,ſtupore affectus diutius ſubſtitit,cùm interim à dextro in
ſiniſtrum cornu cōportari lecticam cerneret. Magnum itaque, ut aſſolet,riſum edens 35
Antigonus,ad amicos hæc inquit: Illa nobis ex aduerſo nimirum lectica uidetur in-
ſtructa:ac ſtatim relictis copiis caſtra locauit. Alia ex parte paululū denuo reſpirātes,
ad factiones reuocati ſuis cum ducibus laſciuiā agētes, uniuerſum ferme Gabenorū
agrum ad hybernandum inter ſe diuiſerunt, ita ut primorū à poſtremis tabernacula
mille ſtadiorū ſpatio abeſſent. Quibus de rebus factus certior Antigonus, per com-
pendioſam quidem, cæterùm aſperam,difficilem & aquarū indigam cōuerſus uiam
eò ſcilicet motus eſt. Spe enim ducebatur, ſi diſperſos per hyberna milites adorire-
tur,fore,ut ea hominū multitudo ſuis haud facilè ducibus iterū adſciſceretur. Is ubi
inhabitatum ingreſſus eſt agrum,terribiles uenti & immēſa frigora, exercitu pertur-
bato,iter non mediocri ſanè detrimēto rapuerunt. Ad hanc igitur rem ignes quam- 37
plurimi neceſſario fuere adiumento, quocirca hoſtes non latuit. Tum barbari, qui
montes inhabitabilem reſpicientes agrum incolunt, tantam incendiorum multitu-
dinem admirati, nuntios ad Peuceſtam cum curſoriis mittunt camelis. Quod ut in-
tellexit, terrore exanimatus, cùm & cæteros eodem modo habentes cerneret, citatus
in fugam,reliquos inter eundum repertos milites ad fugiendum permouit. Eume-
nes autem omnibus pauorem ac perturbationem ademit, hoſtium uelocitatem ſta-
tim repreſſurum ſe eſſe pollicitus,ut triduo expectatione tardius aduentent. Illis ita-
que perſuaſis tum nuntios dimiſit,quibus ut copiæ ex hybernis quamprimùm con-
gregarentur, iubebat: tum ipſe cum reliquis exequitans ducibus, locum qui deſerta
permeantibus ſpectari poteſt procul amplexus & dimenſus, incendia permulta ca-
ſtrenſi more per intercapedines fieri præcepit. Ignibus deinde ex collibus ad Antigo-
nianos comparentibus,dolor & anguſtia cepit Antigonum: exiſtimauerat enim hoſ-
tes, cùm iampridem eius aduentum ſenſiſſent, obuios fieri. Ne igitur itineris labo- 38
re laſſatus, attritúsque manum cùm hoſtibus cōſerere cogeretur, expeditus quidem,
& per bona eductus hyberna, omiſſo uiæ compendio per uicos urbésque tacitus co-
pias abduxit. Interim ex hoſtibus,ut aſſolet, occurrente nullo, audiens poſtmodum
ex incolis nullum ſibi fuiſſe exercitum, at loca duntaxat ignibus referta, imperatoris
Eumenis arte deluſum ſe eſſe cognouit. Quod grauiter ferens, ut aperto Marte de-
cerneret ſæpius admouit copias. Coactis interea militibus,maxima eorum pars Eu-
menis ſapientiam admirari,& ſoli imperium deferre. Eam ob rem principes Argyra-
ſpidum Antigenes & Theutamus dolore ac inuidia cōmoti,inſidias tendere,& con-
uocatis præfectorum ac principum complurimis, modum ac tempus necādi Eume-
nis cogitant. Decernunt igitur omnes,ut ad huius uſum prælij reſeruatus,confecto
ſtatim prælio trucidetur. Cæterùm Eudamus elephantum præfectus, ac Phædimus, 39
rem decreram Eumeni denuntiant, nulla mediusfidius in Eumenem beneuolentia
aut charitate, uerùm enimuerò pertimuerunt, ne mútuatas Eumeni pecunias amit-
terent. Eumenes illis collaudatis, tabernaculum ingreſſus, ſeſéque intra belluarum
conuentū uerſari præfatus,teſtamenta conſcripſit,ac codicillos deſcriptos conſcidit,
&

& diſperſit. Nolebat enim poſt eius mortem ullis ex literis accuſari, & crimina de re-
bus occultis conflari. His itaque diſpoſitis deliberare cœpit, uictoriámne aduerſariis
dimitteret,an per Mediam fugitans & Armeniam,in Cappadociam proficiſceretur.
Nihil autem in amicorum præſentia firmum decernit,ſed permulta mouens animo,
ſéq; pro fortunis in partes uerſans uarias, aciem inſtruxit, Græcos exhortatus & bar-
baros. Phalanx deinde & Argyraſpides eum bono animo eſſe iubent,tanquam ſuum
hoſtib. haud expectaturis impetum. Philippi ſiquidem & Alexandri ueterani fuerāt, *Argyraſpi-*
quaſi quidam inuicti bellorū pugiles, & ad id uſque tempus intrepidi, multi annos *des.*
ſeptuaginta nati,nullus autē ſexagenario minor: quapropter Antigonianos tali cla-
more compellabant,In parentes, ô mala capita, delinquitis: ínque eos cum indigna-
tione irrumpentes,ſuſtinente nullo,uniuerſam diſſipant phalangem, manu obtrun-
cantur plurimi. Hac quidem ex parte ſumma ui prorſus ſuperatus eſt Antigonus, e-
quitatu tamen uictor euadebat. Cunctum etiam Peuceſtæ apparatum ſarcinásque
diripuit,cùm ſegniter ac remiſsè prælio iniiſſet. Se autem Antigonus cùm terror uo-
caret ad uſum belli uigilantem ac intentum exhibuit,opportunitatē ex loco nactus.
41 Aperta enim erat ac uaſta planities,non ſanè pinguis,non aſpera, nō ſolida, ſed are-
noſa & ſqualenti referta ſalſugine. Ea tot equorum, tot mortalium pulſata curſatio-
nibus,ſub ipſum pugnæ tempus puluerem calcis inſtar exhalans aerē inalbabat, qui
oculos turbidus inuolueret. Hoc igitur occultatus Antigonus, hoſtiles facilius ſarci-
nas & bona in ſuam poteſtatem redegit. Statim poſt pugnam Theutamus legatos res
ſuas repetitum mittit. Antigonus Argyraſpidis has res redditurū ſe, & cæteris in re-
bus benignè cum illis comitérque acturum pollicitus eſt, ſi Eumenem ſibi traderēt.
Argyraſpides abominandū cepere conſilium, ut uiuum Eumenem in hoſtili manu
ponerent. Principio nullam per ſuſpicionem ſeſe propius applicant, obſeruántque.
42 Nonnulli pro rebus amiſſis lamentabantur,alij bono eſſe animo tanquam uictorem
iubebant,alij accuſabant duces:tandem irruentes,ei pugionem detrahunt,& reflexa
in manus zona colligant. Poſtquam miſſus eſt ab Antigono Nicanor ut illum ſuſci-
peret, ductus per Macedones Eumenes,ut ſibi exercitum alloqui liceret orat, non ut
precibus aut excuſationibus uteretur, cæterùm de illorum commodis uerba faceret.
» Silentio facto in edito quodā loco conſtitutus, colligatas protendit manus: Ecquid- *Eumenis ca-*
» nam,inquit,ô Macedonum peſſimi,de uobis Antigonus trophæum erexit? quale ipſi *pti ad milites*
» de uobis erigitis,cùm imperatorem uestrum uinctum captiuúmque deditis? Nónne *oratio.*
» graue & periculoſum erat, ut uictores uos propter rerum uestrarum iacturam uictos
» eſſe fateremini? quaſi uerò in pecuniis atque opibus, non armis uictoria ipſa conſi-
43 » ſtat. Quinetiam pro uestrarum redemptione ſarcinarum imperatorē uestrum mitti-
» tis. Ego quidem inuictus, atque hoſtium uictor à uobis trahor, ab his qui mihi ſocij
» ſunt in perniciem datus. Vōsque per caſtrenſem Iouē, per iuriſiurandi præſides deos
» oro & obteſtor, hîc me inter uos occidite, cùm apud Antigonū obtruncatus opus ue-
» ſtrum futurus ſim. Nec ullas quidē querimonias edet Antigonus: illi ſiquidem non
» uiuente, ſed defuncto Eumene opus eſt. Quòd ſi uestris parcitis manibus, una ſoluta
» ſaterit, ut meis rem ipſe conficiā. Si autē gladiū mihi non creditis, obſtrictū feris ob-
» icite. Quod cùm perfeceritis, uos uti ſanctiſſimos uiros & in ducē uestrū equiſſimos,
» iureiurando ſoluo. Hæc cùm oraret Eumenes, cætera multitudo dolore cōpreſſa col-
lachrymabat. Argyraſpides autē ducendum eſſe, & cōtrarianti inaniáq; iactanti mi-
44 nimè adhiberi animos oportere clamabāt. Haud enim indignū facinus eſſe, ſi Cher-
roneſiaca pernicies lugeat, cùm innumerādis Macedonas bellis defatigauerit. Id au-
tem grauiſſimū eſſe, ſi præſtātiſſimi Alexādri ac Philippi milites tot antea per labo-
res agitati, ſuis bellorū præmiis in ſenectute priuētur, ab aliis cibos capiētes, cùm ſuæ
interim uxores tertiam iam noctem cum hoſte concumbāt. Poſt hæc Eumenem ma-
turato curſu ducunt. Antigonus globum ueritus (nemo enim in caſtris relictus erat)

decem ualidissimos emisit elephantos, frequentissimósque Medos & Parthos hastatos,qui multitudinem summouerent.Eumenem autem propter ueterem amicitiam & familiaritatem in suum uenire conspectum minimè sustinuit.His qui asseruādum acceperant,quonam pacto custodiendus esset rogantibus, Vt leo, ut elephantus, inquit.Non longè tamen pòst miseratus eum, & grauiores dimisit catenas, & consuetum dedit seruum, qui illum perungeret, & ex amicis quisquis interdiu secum uersari,& necessaria illi deferre uellet,& adire,siuit,agitans pluribus diebus de illo consilia & sermones, & pollicita faciebat. Cùm Demetrius eius filius & Nearchus Cretensis maiorem in modum de eius salute contenderent, incumbētib.eius morti unà cæteris omnibus,ferunt Eumenem custodem suum Onomarchum aliquando interrogasse: Quamobrem Antigonus hostem atque inimicum in potestate habens nec maturè necat,neque generosè liberat? Cui cùm Onomarchus contumeliosè dixisset, Non impræsentiarum equidem,uerùm in prælio animosus ad mortem esse debuisti: subiecit Eumenes: Et ita mediusfidius per id tempus fui, ab his percontator, inquit, qui mecum manū conseruere.Verùm præstantiori concurrisse nemini me scio. Tum Onomarchus: Quandoquidem præstantiorem non comperisti, cur eius expectandum esse tempus non existimas? Antigonus ubi neci Eumenem dedere constituit, ei cibum subduxit.Ita bidui aut tridui inedia ad summū uitæ diem adducebatur. Cùm autem castra repentè mouenda forent, intromisso homine eum iugularunt. Deinde Antigonus corpus amicis traditum cremari permisit, simúlque reliquias in urna argentea compositas,ad uxorem & liberos reddendas misit. Eumene hunc in modum expirante, proditorum suorum ducum atque militum nulli alij uindictam fortuna concessit:uerùm Antigonus ipse Argyraspidas & impios homines & immanissimas belluas propulsans & abiiciens,eos Ibircio Arachosiæ procuratori tradidit, ut quouis modo homines ita disperderet,ac in perniciem daret,ut nemini in Macedoniam abire,aut græcum cernere pelagus liceret.

Eumenis interitus.

Sertorius.

LEONARDO ARETINO INTERPRETE.

NON est fortasse mirandum, per infinitum tempus, alibi aliter fortuna influente,res humanas in eundem sæpius casum deferri. Siue enim quòd subiacentiū rerum multitudo terminata nō est, abundantem & facilem habet fortuna ad similitudines edendas materiam:siue quòd ex quibusdam terminatis numeris series rerum cōnexa existit,necessariū est ex illarum discursu sæpe eadem euenire. Cùm uerò quidam huiusmodi fortunæ opera, quæ ratione & consilio factis similia uidētur, historia adnotarint,ueluti ex duobus Atteonibus,quorum alter Syrus,alter Arcas fuit,utrunque ab apro interemptum fuisse: duorum Actæonum,alterum à canibus,alterum ab amatoribus discerptum:duorum Scipionum,ab altero uictos Carthaginienses,ab altero funditus euersos:Troiam ob Laomedontis equos primùm ab Hercule,deinde per ligneum equum ab Agamemnone,tertiò propter equum qui in porta consistens Ilionsibus claudere uolentibus impedimento fuit,à Charidemo duce captam fuisse.Duarum ciuitatū quæ olentissimarum plantarum nomina habent, Chio scilicet ac Smyrna, in altera natū fuisse Homerū, in altera decessisse:agè & hoc adiungamus,qui duces maximè bellacissimi fuerunt, eos altero caruisse oculo, Philippum, Antigonum, Annibalem,& Sertoriū de quo ista scribimus, quem Philippo continētiorem in mulieres, Antigono fidelioré in amicos, Annibale placabiliorem in hostes

Monoculi duces bellacissimi.

in hostes fuisse nemo inficias iuerit: ingenio autem nulli eorum inferiorem, sed fortuna omnibus ipsis, qua semper magis infesta quàm hostibus usus,se peritia Metello,audacia Pōpeio,fortuna Syllæ,potentia Romano populo, exul & barbaris imperitans adæquauit. Huic autem præcipuè omnium Græcorum Eumenem Cardianum assimilabimus. Nam imperiosi ambo, & cum dolo bellaces, extorres suarum ciuitatum,duces alienarum fuerunt. Ambo præterea fraude suorum ad extremum necati. Q.Sertorij genus non obscurissimum fuit ex Nursia urbe Sabinorum.Educatus autem honestè sub matre uidua, summo amore coluisse illam uidetur. Matri nomen Rheam fuisse tradunt. Exercitatus uerò in causis orandis,potentiam quandam in ciuitate adolescens adhuc sibi per eloquentiam comparauit, licet postea rei militaris splendida opera,illum ad se totum attraxerint. Prima eius militia sub Scipionè fuit: & aduersus Cimbros tūc Galliam ingressos, cùm ab Romanis malè pugnatum esset, amisso equo, & uulnere insuper accepto, Rhodanum amnem cum thorace & scuto per aduersos fluctus plurimùm natando traiecit, ita robusto & exercitato erat corpore.Post hæc sub C.Mario duce aduersus eosdē hostes militauit: quo in tēpore cùm Cimbri tanto terrore,tantáque multitudine Italiam intrassent, ut uix quisquam Romanus inueniretur, qui ordinem seruare, aut duci parēre uellet, Sertorius ipse intrepidus castra hostium ingressus est, Celtica ueste & quadam eorum linguæ notitia ad congressus obuiantium fretus. Per hūc modum consiliis ordinibúsque eorum exploratis, ad Mariū redijt, ciúsque rei gratia ab eo donatus est. In reliqua uerò expeditione multa prudentiæ & fortitudinis opera ostendens, famam & gloriam sibi comparauit.Post Cimbricū & Theutonicū bellum, sub Didio prætore tribunus militum in Iberiam missus, in urbe Castulone cùm hybernaret, & milites utpote in magna rerū copia constituti petulantia uterentur,ac sæpe ebrij essent,oppidani conspiratione facta,& auxilio ex uicina Gyriscenorum urbe per noctem intromisso,hospitia militum inuadentes eos trucidare adoriuntur. At Sertorius cum paucis prolapsus,& quotquot effugiebant ex militibus in unum collectis circuiuit urbem,ac peripsam portam,quà paulò antè hostis clàm eruperat (eam namque apertā reperit) ingressus, nec stationib. ut antea barbari fecerāt,neglectis, sed diligenter in ipsa porta dispositis, urbéque subinde omnib.locis occupata,cunctos qui per ętatem ferre arma poterant,trucidauit, ac milites arma & insignia hostium sibi aptare iubet, séque ad eam urbem sequi, ex qua auxilium Castulonēsib.uenerat. Sic ergo illos specie armorum deceptos ciuibus suis obuiam effusos repentè occupat, multisque circa portas mactatis,reliquos in deditionē accepit,uenundedítque. Ex hoc Sertorius magnam in Iberia famā assecutus, ut primùm Romam rediit,quæstor Galliæ quæ circa Padū est,designatur,& quidem opportuno tempore.Instante enim Marsico bello,delectum militum & armorū preparationem sibi commissam tanta celeritate diligētiáque peregit,ut uiri impigri, & in rebus agendis maximè efficacis,ex ea quæstura gloriam reportarit. Nec tamen ad honores licet dignitatésq; prouectus militarem audaciam remisit: sed in prælijs sine ulla exceptione corpus suum periculis obiectans, & fortitudinis opera manu propria edens, tādem alterum amisit oculū.De quo etiā gloriari solebat, quòd alij non semper uirtutis suæ testimonia secum deferrēt, sed torques & hastas & coronas domi relinquerēt: sibi uerò bellicæ laudis insignia cōtinuò adessent,eosdémq; haberet fortunę & uirtutis suæ inspectores.Tribuit ei & populus Rom.pro his rebus magnificè gestis honorem.Venientē siquidē in theatrum, populari plausu & multis cōmendationibus eum excepit:quod genus honoris nec senioribus quidē & clariori prosapia ortis facilè tribuebatur.Cùm tamen tribunatū peteret,non obtinuit, Sylla per factionē ipsum oppugnāte:eáq; uidetur fuisse causa,cur Sertorius Syllam oderit. Mario deinde pulso,Syllāq; ad Mithridaticum bellum profecto,cùm Octauius consul in partibus Syllanis perseueraret, Cinna uerò eius collega res nouare adortus, partes Marij

ſibi aſciſceret, Sertorius Cinnæ adhæſit, ea potiſſimùm ratione, quòd Octauium hebetiorem, & Marij amicis minimè fidentem cernebat. Commiſſa itaque in ipſo foro 7
inter conſules pugna, Cinna & Sertorius ſuperantur, pelluntúrq; ex urbe, haud paucioribus quã decem millibus in pugna ipſa amiſſis. Poſt hæc militibus qui circa Italiam erant collectis, cùm ſufficiens robur contra Octauium ſibi cõparaſſent, Marius ex Aphrica nauigauit: quem ut priuatum ſe conſuli offerentẽ, cùm alij recipiendum cenſeret, Sertorius diſſuaſit, ſeu ueritus ne Syllæ authoritas præſente uiro maioris authoritatis minueretur, ſiue ne Marius ob ſæuitiam & iram modũ in uictoria ſeruare neſcius, cũcta euerteret. Diſſerebat ergo Sertorius, parum iam negotij ad plenam eis uictoriam ſupereſſe: quòd ſi Marium reciperent, totam apud illum cõfecti belli gloriam futuram, grauémq; & infidum fore poteſtatis ſociũ. Cuius cùm rationib. Cinna 8
ſe aſſentiri diceret, cæterùm neſcire qua fronte Marium repudiare poſſet, præſertim in ſocietatem belli à ſe uocatum: reſpondens Sertorius, At ego, inquit, ſuopte cõſilio ueniſſe Marium putabam, non à te uocatũ. Itaque cùm de eo recipiẽdo, uel non recipiendo conſultares, quæ optima rebar oſtendi. Tu uerò ſi eum uocares, ne in conſultatione quidem an recipiẽdus foret, ponere debuiſti, ſed ultro recipere, cùm fides tua illi tradita cogitandi ac deliberandi rationem excludat. Sic igitur Mario ab eis recepto, diuiſis trifariã copiis bellum confecerunt, & cùm in uictoria Marius ipſe & Cinna omnia crudelitatis exempla proderent, Sertorius ipſe nec trucidaſſe quẽquam ob iram, neque contumeliã alicui intuliſſe dicitur, ſed ea continuò improbaſſe quæ Marius fœdè crudelitérq; faciebat, & apud Cinnam interceſſiſſe, ut moderatius uictoriã exerceret. Tandem uerò ſeruos, quos Marius in bello quidem ſocios, poſt uictoriam 9
uerò ſatellites, ac miniſtros tyrannidis habuerat ſuæ, cùm partim illius iuſſu, partim ex ſeipſis cuncta fœdè ac uiolenter agerent, dominos mactarent, dominorum uxoribus per uim commiſcerentur, pueros etiam conſtuprarent, indignè ferens Sertorius, nec ulterius id tolerandum ratus, contra eos impetum fecit, omnésque ad unũ (ſupra quatuor enim millia ſeruorum erant, & caſtra in campo habebant) trucidauit. Deinde cùm C. Marius diem obiiſſet, & Cinna paulò pòſt interfectus fuiſſet, ac Marius adoleſcens inuito eo contra leges conſulatũ occupaſſet, Carbones uerò & Narbonij & Scipiones aduerſus Syllam redeuntem malè reſiſterent, ac partim ignauia ducũ, partim proditorũ malignitate res corrumperentur, nec Sertorius ipſe quanquã præſens, propter improbitatem eorum qui plus poterant, emendare res poſſet, ac tandem Scipio ſub ſpe pacis à Sylla deceptus, exercitum amiſiſſet, deſperatione rerum urbanarũ adductus, in Iberiam contendit, eo cõſilio ut partium ibi ſuarum refugium compararet. Graui autem atque aduerſa tẽpeſtate delatus per loca montuoſa & aſpera, tran- 10
ſitum à barbaris pecunia redemit. Quod cùm ſocij indignè perferrent, ac turpe eſſe dicerent, ſi populi Rom. proconſul barbaris tributum perſolueret, Tempus ſe redimere inquit, quo nihil carius eſſe cõſueuerit magnarum auidis rerum uiris. Sic igitur barbaris pecunia placatis, in Iberiam tranſiuit. Suſcipiens autem prouinciam multitudine quidem populorum florentem, ſed auaritia & ſuperbia magiſtratuum malè diſpoſitam, familiaritate & conuerſatione potentes, tributorum releuatione populos in ſuam beneuolentiam conuertit. Inter cætera gratiſſimum prouinciæ fuit, quòd à receptione militum homines liberauit: in ſuburbanis enim milites hybernare iuſſit, tabernaculis ſibi pro tẽpore inſtructis, ipſéque ante omnes ita fecit. Non tamen 11
ad gratiã prouincialium omnia gerebat: ſed armatis quotquot in Iberia habitabant Romanis, tormentáq; omnis generis machinatus, ciuitates ſub imperio continebat. Humanus quidem in pace, ſed in bellico apparatu terribilis. Vt uerò L. Syllam audiuit Romã ingreſſum, Mariíq; & Carbonis partes deletas eſſe, ratus confeſtim ducem aliquem cum exercitu contra ſe uenturũ, Pyrenæi iuga per Iulium Salinatorem cum ſex millibus militum occupauit. Nec multò pòſt C. Annius à Sylla miſſus aderat, qui cum

cùm inexpugnabilem Salinatorem cerneret, ſub ipſis montibus cum exercitu ſubſedit. Salinatore autem per dolum à quodam Calpurnio cognomine Lanario interfecto, cùm Sertoriani milites Pyrenæi deſeruiſſent arcem, tranſgreſſus Annius magna
12 manu contra Sertorium contendebat. At Sertorius cùm non tãtas haberet copias ut Annio reſiſtere poſſet, cum tribus millibus hominum Carthaginem nouã aufugit, indéque nauibus mare ingreſſus, Libyæ apud Mauruſiam applicuit. Hîc ſine ſtationibus aquatum egreſſi milites, à barbaris impetu facto, multi necantur. Inde rurſus in Iberiam rediens, cùm repelleretur à littore, Cilicibus piratis ſibi coniunctis, in Pityuſam inſulam ſuperato Annij præſidio quod illi præerat, deſcẽdit. Nec multò pòſt ipſe Annius uehit cum multis nauibus, & quinque millibus militũ, cõtra quem Sertorius nauali prælio, quanuis eas naues haberet quæ non ad pugnam, ſed ad uelocitatem fabricatæ erant, pugnare aggreſſus, ſurgẽte Zephyro, & pelago agitato, pleriſque Sertorij nauibus ob leuitatem per tranſuerſum in ſcopulos delatis, ipſe cum pau-
13 cis terra ab hoſtibus, mari autem à uentis cùm excluderetur, decem cõtinuos dies infeſtis undis agitatus, uix tandem fluctus ſuperauit. Ceſſante uẽto, ad inſulas quaſdam aquarum expertes delatus eſt: ex quibus poſtea nauigans, Gades tranſuectus, extremam Iberiæ oram tenuit haud multùm ſuper Bætidis fluuij oſtia, qui Atlãticum intrans mare nomen circuniacenti Iberiæ tradit. Hoc in loco nautæ quidam Sertorio obuiam fiunt, tunc fortè redeuntes ex Atlanticis inſulis, quas Beatas uocãt. Duæ qui- *Inſulæ Beatæ.*
dem hæ ſunt paruo inter ſe diuiſæ mari, decem millibus ſtadiorum à Libya diſtãtes. Imbres illic rari, mediocréſq;, uenti autem plurimùm ſuaues, ac roriferi: ſolum uerò pingue, nec arari modò plantariue facilè, ſed etiam ex ſe abſque ullo humano ſtudio fructum producit, dulcem quidem, & otioſam multitudinem nutrire ſufficientem.
14 Aer ſyncerus ac temperatus, & mediocri mutatione per tempora contẽtus. Nam qui à terrã perflant uenti, Boreásq; & Aquilo, propter lõginquitatem uaſta & inania incidentes ſpatia fatigantur, & deficiũt prius quàm ad eas inſulas peruenerint. Qui uerò à mari perflant Argeſtæ & Zephyri, refrigerantes raros quidem & temperatos imbres ex pelago afferunt. Plurima uerò per humiditatem aeris cum ſumma facilitate nutriũt, ut etiam apud barbaros increbruerit fides, ibi Elyſios eſſe campos, & beatorum domicilia ab Homero decantata. Hæc igitur cùm audiſſet Sertorius, mirabilis eum cupido cepit inſulas eas adire, incoleréque, & illic quietè uiuere ſine magiſtratibus & bellorum curis. Cuius animum cùm intuerentur Cilices, homines nequaquam pacis aut quietis, ſed rapinarum auidi, ſtatim in Libyam nauigarũt, Aſca-
15 lium Iphthæ filium in Mauruſiorum regnum reducturi. Nec tamen ob hoc Sertorius defecit animo, nec ſibi quieſcendum putauit; ſed hoſtibus Aſcalij ferre auxiliũ decreuit, ut hi qui ſecum erant iniecta aliqua ſpe nouarum rerum continerentur. Cupientiſſimè itaq; Mauruſiis aduenientes, Aſcalium debellauit, obſedítque. Ad quem liberandum cùm Pacciacus à Sylla miſſus ueniſſet, Sertorius ipſum aggreſſus, Pacciacum quidem necauit; exercitum autem ui cepit, Tigennam uerò oppidum in quod Aſcalius & fratres confugerant, expugnauit. Ibi ſepultum eſſe Antæum incolæ tra- *Strabo lib. 7.*
dunt, eiúsque monumentum cùm propter magnitudinem aſſerentib. barbaris fidem non præſtaret, Sertorius perfodit, repertóque ibi corpore ſexaginta cubitorum, obſtupuit, inſtauratóque tumulo, famam eius honorémque adauxit. Fama eſt apud Tigennitas, Antæi uxorem Tigẽnam nomine, poſt mortem uiri ab Hercule cognitam Syphacem genuiſſe, qui poſtea illis in locis regnans urbem de matris nomine condi-
16 diſſe dicitur. Ex Syphace natum poſtea Diodorum tradunt, cui græcum habenti exercitum ex Olbianis Mycenæíſque ab Hercule his in regionibus relictis, magna pars Libyæ paruit. Hæc dicta ſint gratia Iobæ omnium regum in hiſtoria præſtantiſſimi, cuius origo à Diodoro & Syphace tracta eſſe memoratur. Sertorius cùm omnia uictor ſuperaſſet, Mauruſiis qui ſeſe illi crediderant, abſque ulla fraude urbes,

& imperium & pecunias restituit, nec quicquam nisi quæ illi sponte dabãt, retinuit. Inde cùm iam de recessu cogitaret, legati Lusitanorũ uenerunt, rogantes ut imperiũ eorum acciperet. Omnino enim uiro aliquo rei militaris perito magnæque authoritatis, ob eum qui imminebat à Romanis metum, indigentes, in Sertorium propter egregiam eius famam conuersi erãt. Etenim dicitur Sertorius neque uoluptate, neque metu superari facilis fuisse, fortissimus in aduersis, modestus uerò in secundis, subitis improuisisque in casibus ita constans & audax, ut omnes sui tẽporis duces anteiret. *Sertorij laus à uirtutibus.*

In cunctis uerò quæ siue ingenio, siue astu conficiũtur, occupatione locorum, & præuentione hostium, celeritate, fallaciis, circunuentionib. & dolis, quoties expediret, profundissimus artifex: in remunerando largus, in puniendo mitis & clemens: quanquam id quod ad extremum in obsides Iberorũ peregit, arguere uideatur ipsum non mitem, neque placidum natura, sed arte & consilio temporis causa simulatum fuisse. Mihi uerò meram uirtutẽ & ratione stabilitam, fortuna nunquam in contrariũ mutare posse uidetur. Bonas tamen uoluntates & naturas laudabiles nihil prohibet magnis aduersitatibus contra merita cõtingentibus immutari: quod equidem Sertorio euenisse credo, rebúsq; aduersis irritatum, cõtra iniurias malignantiũ acerbius insæuisse. Tunc ergo ex Libya in Lusitaniam profectus, & dux cum imperio factus, prouinciam stabiliuit, & Iberiam proximã eius imperio adiunxit, plerisq; spõtè sese illi dedentibus, maximè propter humanitatem eius, & efficaciam in agendo. Sunt quoq; ab ipso nonnulla altiori fallacia & arte perfecta, in quibus illud præcipuum, quod de cerua narratur. Id autem habebat hũc in modum. Erat eius regionis uir quidam plebeius Spanus nomine, is cùm inter uenandũ in ceruam non ita pridem enixam incidisset, ipsam quidem haud assequebatur. Hinnulum autẽ, cuius rarum insuetúmque colorem (erat enim cãdidus totus) mirabatur uehementer, dum acrius persequendo instat, capit. Cùm autem fortefortuna Sertorius tum iis in locis moram traheret, & eiusmodi munuscula, quæ uel ex uenatione, uel agris afferrẽtur, haud grauatim acceptans, benignè ad modum hoc pacto sibi gratificantes remuneraret, Spanus hinnulum illi donat, quem Sertorius acceptum paulatim mansuefacere illico cœpit, temporisque progressu adeò cicurem & hominibus familiarem reddidit, ut uocantem eum exaudiret, & uadentem sequeretur, nec strepitum castrorum, nec militũ clamorem formidaret. Paulatim apud barbaros homines & religioni pronos iactare cœpit, donum id esse Dianæ sibi transmissum, multáque ex occultis per illam edoceri. Videbatur enim eiusmodi præstigiis & superstitionib. barbaros facilè capi. Quoties igitur hostes ingressos fines, aut urbem aliquam cepisse occultè præsenserat, in somnis dictum sibi à cerua simulabat, ut copias in armis haberet. Rursus uerò si uictoria aliqua suorũ ducũ deferebatur, occultato nuntio ceruam coronabat, sibíq; ab ea fauste nuntiatum, & ob id diis supplicandum esse dicebat, quasi feliciter aliquid gestum audituros. Per hanc artem illos sibi magis ac magis parẽre cõpellebat, ueluti non hominis alienigenæ, sed dei consiliis ducerentur. Et sanè huic famę res ab eo gestæ attestabantur. Cum duobus enim millibus & sexcẽtis, quos Romanos uocabat, septingẽtis Aphris admistis, in Lusitaniã uenerat: ibi ad has copias quatuor millib. Lusitanorum peditũ, & septingẽtis equitib. adiũctis, aduersus quatuor duces Rom. bellũ gessit, sub quibus erant peditũ millia centum uiginti, equitũ septem millia, sagittariorum & funditorũ duo millia, urbes innumerabiles, cùm ipse non nisi uiginti urbes in sua ditione ab initio haberet. Tamen cum hac tanta copiarum tenuitate, non solùm gentes magnas, & urbes multas subegit, sed & missos contra eum à Romanis duces, Cottã quidem apud Mellariã nauali prælio superauit: Phidium uerò prætorẽ Iberiæ iuxta Bætidẽ profligauit, interfecítq; in ea pugna duo millia Romanorũ ciuiũ. Domitium & Lucium proconsulẽ Iberiæ contriuit, Toraniũ à Metello missum cum toto exercitu deleuit. Ipsum quoq; Metellũ uirum suæ ætatis amplissimum, in tantam compu lit

Val. Max. li. 1. cap. 3.

compulit necessitatem, ut Lucius Lollius ex prouincia Narbonensi ei auxilium ferre cogeretur, & Pompeius Magnus ex urbe cum summa festinantia mitteretur, ut Sertorio resisteret. Neque enim habebat Metellus quò se uerteret contra hominem infestæ audacię, & non iusta acie, sed tumultuariis certaminibus, & uariis semper artibus insultantem expedito ac leui exercitu. Ipse stabili ac pedestri assuefactus pugnæ, & cum eo exercitu qui manus conferere, & robore decertare egregiè doctus erat: cæterùm montes scandere, & se succingere, & persecutiones fugásque incessabiles, & difficultates inediæ inquietudinísq; tolerare, instar Sertorianorum militum, nequaquã potens. Accedebat ad hoc, quòd Metellus ipse iam grandior natu, ex multis ac magnificis gestis ad quietem ac uoluptuosam uitam declinabat: congrediebatur autem cum Sertorio recentis spiritus uiro, cui corpus mirabiliter dispositum erat ad robur, & celeritatem; & laborum tolerantiam. Vino enim nec dum quietem ageret indulgebat: ad difficultates maximas, ad longas itinerationes, ad continuas uigilias, ad uenationes per aspera quæq; atque inuia assuefactus, ex quibuscunq; locis inuadendi e- uadendíq; peritiam habebat. Ex quo fiebat, ut Metellus facultate pugnandi non præstita, omnia quæ uictis euenire solent pateretur, hic autem pugnam detrectando superaret: neque enim aquatum, nec pabulatum exeũdi facultatem inimicis præstabat, mouere castra prohibebat, castrametatos uexabat: quòd si quam urbẽ obsidere pergerent, ipse superueniens obsidentes obsidebat, ut uicti tædio qui cum Metello erãt, quò se uerterent, aut ubi consisterent nescientes, clamarent ut Metellus ipse singulari certamine cum Sertorio (eum nanque Sertorius prouocauerat) dimicaret, dux cum duce, & Romanus cum Romano. Detrectantem uerò pugnam Metellũ, ut ignauum, spernebant. Sed ipse Metellus hæc dicentes meritò cõtemnebat: Ducem enim, ut inquit Theophrastus, nõ militis, sed ducis obire mortẽ decet. Cùm uerò animaduertisset Metellus Lagobritas, qui non paruam opem Sertorio afferebãt, siti faciliter expugnari posse (unum enim duntaxat puteum intra urbem habebant) suburbanas uerò & circummœnianas obsessor aquas poterat auferre, aggrediebatur urbem ea spe, ut duorum spatio dierum ablatis aquis, ea potiturus esset. Itaque militib. edixerat, ut quinque dierum cibaria secum deferrẽt. At Sertorius celeriter cognita re auxiliatus, duo millia utrium impleri aqua iubet: pollicitúsque pro quoque utre certa argenti pondera, multis ex Iberis, multis etiam ex Mauruſiis negotium susципientibus, delectis uiris robustis ac uelocibus mandat, ut cùm aquam inferant, tum inutilem bello turbam, ut diutius potus sufficiat reliquis, educãt. Quod cùm intellexisset Metellus, & iam deerãt cibaria, Aquilium cum sex millibus militum frumentatũ mittit. Huic uerò redeunti Sertorius insidias tẽdit, in eúmq; redeuntẽ tria millia militum à tergo ex quadam ualle excitat, ipse à fronte obuiam factus uertit Aquiliũ, profligátque. Ex militibus, qui cum Aquilio erant, partim capti sunt, partim necati. Aquilius amisso equo armísque solus effugit. Quo facto confestim obsidionem relinquere Metellus, ac turpiter nimiũ à Sertorianis derisus, abire coactus est. Sertorius cùm ob huiusmodi opera plurimùm à barbaris amaretur, tum etiam quòd Romanis armaturis ordinibúsque & signis feritatem ipsorum auferens, pro prædatoria manu ingentem exercitum effecerat, insuper argento & auro liberaliter usus, galeas militũ, clypeósq; ornabat, docebátq; ut chlamydibus pictis floridísq; uterẽtur, ad hoc donãs & prouocãs, homines sibi beneuolos faciebat. Maximè autem beneuolentiã sibi cõparauit ex his quæ circa puerorũ eruditionem machinatus est. Nobilissimis siquidem adolescẽtib. in Oscam urbẽ conuocatis, præceptores eis tradidit græcarum simul & latinarũ literarum. Per quem modũ re quidem uera obsides habebat, specie autẽ erudiebat, quasi cùm uiri forẽt, in partẽ administrationis & imperij eos susceпturus. At patres eorum uehemẽter gaudebant, cernẽtes filios prætextatos honestissimè ad magistros euntes, & Sertorium pro eis salaria pendentẽ, ac sæpe ipsos examinantẽ, & præmia doctiori-

Sertorij mira laborum tolerantia.

bus tribuentem, bullásque aureas donantem. Quanta uerò beneuolentia prouinciales erga Sertorium affecti essent, uel ex illo intelligi potest, quòd cùm mos esset Iberis, ut qui duci se deuouerant, unà cum illo morerentur, atque ob eam causam cæteris quidem ducibus pauci admodum amici adesse consueuissent, Sertorium multa hominum millia deuota sequebantur. Et dicitur, iuxta quandam urbem superantibus hostibus, sese neglexisse Iberos, ut Sertorium protegerent, nec prius de salute propria cogitasse, quàm Sertorium humeris asportatũ in tuto posuissent. Nec solùm Iberis, uerumetiam Italis charus erat Sertorius. M. Perpennam igitur eiusdem factionis 26
hominem cum multis pecuniis & magnis copiis in Iberiam profectum, & per seipsum seorsum aduersus Metellum belligerare cupientem, grauiter ferebant milites, plurimúsq; sermo apud eos de Sertorio erat, ita ut Perpennam nobilitate generis & diuitiis tumentem perureret. Cùm ergo nuntiatum esset Põpeium montes Pyrenæos transcendere, Perpennæ milites raptis signis magno clamore postulare cœperunt, ut ad Sertorium ducerentur, & nisi eos duceret Perpenna, se relicturos eum testabantur, iturósque ad uirum, qui & seipsum & eos seruare posset. qua necessitate adductus Perpenna, copias suas (tres etenim supra quinquaginta cohortes habebat) Sertorio coniunxit. Sertorius autem omnibus trans Iberum amnem ad eum concurrentib. multitudine quidem abundabat: nam confluebant ad eum undique: sed erat, ut fit, barbara turba, quæ feritate & superbia cuncta turbaret, nec expectaret iussum ducis, sed sua temeritate in hostes ferretur. Primùm igitur Sertorius rationib. ac uerbis instruere eos 27
conatus est: deinde, ut uidit ipsos nihilominus temerè properãtes, statuit sic eos obiicere hosti, ut non omnino frangerentur, sed plagas acciperent multas, sperãs per hoc ipsis dereliquo mãsuetiorib. usurum. Gesta itaque re, ut ipse cogitauerat, succurrit in
tempore, & fugientes susce pit, reduxítque in castra, ac post paucos dies, ut mẽtes eorum erigeret consolaretúrque, aduocata totius exercitus concione, duos equos adduci iussit, alterũ macie senióq; confectum, alterũ fortem & nitidum, caudámq; habẽtem magnã. Adstabat autẽ iuxta gracilẽ illum uir magnus & robustus; iuxta nitidũ uerò & fortem uir paruus & imbecillis. Dato autem signo, uir ille magnus, ut ei præceptum erat, cauda gracilis equi ambabus manibus capta, euellere setas omnes uno impetu adnixus est: paruus contrà uir nitidi equi caudã paulatim uellebat. Tandem 28
uerò ubi ille frustra simul totam caudã trahẽs, sibi quidẽ molestias inanes, circunstãtibus uerò risum præbẽs defessus est: & ille paruus euellendo paulatim singulas setas, caudam fortis equi spatio perbreui nudauit: tunc assurgẽs Sertorius, Videtis, inquit, «
commilitones, ingenium plus posse quàm uires. Multa enim quæ uno impetu superari non possunt, paulatim superantur. Omnia nanque uincit studiosa sedulitas: nec «
est ulla tam magna potentia, quam non exuperet tempus, fidele auxilium eorum qui «
aptitudinem eligunt, intempestiuè autem properantibus inimicissimum. Hæc Sertorius ad consolationem simul disciplinámque barbarorũ de tẽpore differebat. Non
paruæ admirationis inter cætera eius egregia rei militaris opera illud habitum est, quód in Characitanos, ut uocant, edidit. Ea est gens supra Tagoniũ amnem, non op- 29
pida neq; uicos habens, sed montem iustæ magnitudinis, antráq; & concauitates ad Boream uersus. Cæterùm omne circà solum argillã continet, & terram facilè ab æstu putrescentẽ puluerulentámq;, neq; supergredientes sustinere idoneã, & modicè contacta uelut cinis diffunditur. In eas speluncas barbari, quoties belli terror imminet confugere, suáque asportantes securè degere consueuerant, quasi nulla uis nocere eis posset. Euenit igitur Sertorium per id tempus à Metello pulsum, haud procul ab eo monte castra habere: quem cùm barbari ueluti uictum contemnerent, siue ob iram, siue ne fugere uideretur, prima luce obequitãs situm naturámq; loci contẽplabatur: qui cùm nullum penitus aditũ haberet, uaníq; omnes essent conatus, cernit ex solo magnam uim puluer is in eos deferri. Etenim speluncæ, ut diximus, ad Boreã conuer- 30
sæ

Val. Max. li. 7. cap. 3. Sertorij machinatio ad domãdos barbarorum animos.

sæ sunt, & uentus ab Arcto ueniens, quem Cæciam uocant, maximè contra eos perflat. Tunc igitur licet æstas foret, uehemens & arctæ glaciei liquefactione nutritus, dulcissimè flabat, ipsos & pecora per diem refrigerãs. Hac igitur re animaduersa, Sertorius iubet milites puluerulentam ac cineroſam terram confodere, & contra ipsum montem cumulum agere: quem barbari putantes ad expugnationem aggerem strui, ab initio deriserũt. Sertorius cùm usque ad noctem milites in opere habuisset, eos in castra reduxit. Postridie prima luce aura lenis perflare cœpit, & subtilissimum puluerem deferre, deinde ualido flante uento, milites aggerem quatere, ac nonnulli cum equis ingressi perequitare, ut puluis altius insurgeret, cœperunt: quicquid insurgebat puluer is uentus arripiens in barbarorum habitacula deferebat, quæ cùm ad eam partem duntaxat qua uentus flabat aperta essent, subitò fauces repletæ, spiritúsque
31 præclusi sunt. Itaque uix duos dies tolerantes, tertia sese Sertorio dediderunt, nõ tantùm inde commoditatis, quantùm gloriæ consecuto, quòd ea quæ armis superari nõ possent, ingenio confecisset. Quãdiu Sertorius aduersus Metellum bellum gessit, ob senectutem potius, & innatam Metelli tarditatẽ, superior esse æstimabatur: sed cùm iam aduersus Pompeium montes Pyreneos transgressum decertaret, positísque iuxtà castris, omnem rei militaris experientiam inferendo repellendóque pericula ostenderet, ac etiam aduersus Pompeium superior esset, tũc maximè fama Sertorij claruit, ut etiam Romæ opinio esset, cunctos eius ætatis duces in bello gerendo Sertoriũ antecellere. Neque enim tũc parua erat Pompeij fama, sed maximè floruerat ob res sub Sylla gestas ab eo, ob quas etiam Magnus meruerat appellari, & per quas nondum
32 pubes triumphauerat. Vnde primo eius aduentu in Hispaniam, multæ ciuitates quæ antea in partibus Sertorianis erant, in Pompeium conuersæ defectionis impetũ ceperant: quarum tamen consilia repressit, id quod præter omnium spem circa Lauronum oppidum euenit. Sertorio nanque eos obsidente, accessit Pompeius cum omnibus copiis, auxilium his qui obsidebãtur laturus. Ibi cùm Sertorius opportunum aduersus urbem tumulum occupare uellet, & Pompeius prohibere niteretur, ac præueniens Sertorius in eum locum milites deduxisset, Pompeius facultatem sibi præstitã rei gerendæ, & hostem medium inter urbem sociorum & sua castra inclusum conficere posse ratus, lætitiam suscepit, oppidanísque per nuntium edixit ut bonam spem haberent, intuerentúrque pro mœnibus sedentes ipsum Sertorium non obsidentem,
33 sed obsessum. At Sertorius hæc audiens risit, & Syllæ discipulo (sic enim Pompeium uocitabat) se ostẽsurum inquit, oportere ducem post terga magis, quàm ante se prospicere. His simul dictis, sex millia militum in primis castris unde profectus ad occupationem tumuli præcesserat, à se relictos ostẽdit, ut Pompeij, si se aggrederetur, terga inuaderent. Quos cùm Pompeius uidisset, nihil est ausus attentare, ne circunueniretur formidans. Sed cùm erubesceret socios in periculo constitutos deserere, præsens eorum euersionem aspicere coactus est. Oppidani enim amissa spe se dediderũt Sertorio, qui eis quidem pepercit, & omnes dimisit, urbem autem incendit, non ira, neque crudelitate (minimè enim omnium ducum hic uir indulgebat iræ) sed dolore & uerecundia eorum, qui Pompeium admirabãtur, ut uulgaretur inter barbaros, quòd præsens Pompeius quasi ad incendium sociæ urbis calefactus, auxilium ferre amicis
34 nequiuisset. Victorias igitur Sertorius multas tulit, in quibus semper euenit ut ipse inuictus esset, eósque qui iuxta se erant incolumes seruaret. Instaurationes uerò ac remedia in rebus aduersis magis claram eius uirtutem faciebãt: ueluti in ea pugna quæ apud Sucronem contra Pompeium commissa est, & rursus in ea quæ apud *Turiam *Tóλλιαν.
aduersus Metellum simul & Pompeium. Dicitur autem in illa pugna quæ apud Sucronem fuit, Pompeius manus conferere properasse, ne Metellus particeps uictoriæ foret. Et ipse quidem Sertorius cupiebat antequam Metellus coniungeretur, contra Pompeium dimicare. Sed tamen instructa acie, inclinato iam sole præliari cœpit,

ratus aduenis & locorum inſciis hoſtibus, tenebras & ad fugam & ad inſectationem impedimento futuras. Ac fortè euenit, ut contra eam partem qua Sertorius erat, non Pompeius, ſed Afranius pugnaret: nam Pompeius dextrum cornu, Afranius ſiniſtrũ regebat. Cùm ergo audiſſet Sertorius ſuos qui cõtra Pompeiũ ſtabant ſuſtinere Pompeij impetum nõ poſſe, dextro quod ipſe ducebat cornu aliis commiſſo, celeriter accurrit, ac ſuis in ordinem reductis Pompeianos uictoria exultantes iuuaſit, fugauítque, ita ut Pompeius ipſe penè interficeretur, proſtratúsq; ex equo & uulneratus nulla alia cauſa euaſit, quàm quòd milites Sertoriani capto Pompeij equo, aureis phaleris magnificentiſſimè & pretioſiſſimè ornato, dum ſimul de præda cõtendunt, Pompeius ipſe inter lapſus aufugit. Afranius uerò, qui ab alio erat cornu, ut Sertorius abiuit, aduerſarios ſuperauit, & uſque ad caſtra perſecutus caſtra diripiebat: non enim ſciebat Pompeij fugam, nec milites à rapina continere poterat. Inter hæc Sertorius uictor redibat, & contra Afranium impetu facto, milites eius uariè diſperſos occîdit, ſuperátque. Deinde cùm ſentiret Metellum cum alio exercitu aduentare, præliũ diſ- 36
Scomma. ſoluit, reuocatíſque ſuis, At ego, inquit, puerum hunc, niſi ueniſſet anus illa, caſtigatum uerberibus domũ remiſiſſem. Per id tempus cerua illa, de qua diximus, nuſquã apparente, grauiter angebatur Sertorius: ea nanque fictio ad continendos in fide barbaros plurimũ ualebat, tunc maximè conſolatione aliqua indigentes. Sed paulò pòſt inuenta à quibuſdam per noctem, & colore cognita, ad Sertorium reducta eſt. Sertorius illis nẽ cui diceretur magnam pecuniam pollicitus, ceruam in ſecreto loco continuit, & poſt paucos dies profectus ad tribunal, exhilarata facie, quaſi fauſtum aliquid Iberis quod in ſomnis uidiſſet, nuntiaturus. Cùm ſuggeſtum aſcendiſſet, cerua à cuſtodibus ut mandatum erat dimiſſa, curſu ad ſuggeſtum (ibi nanque Sertorium aſpexerat) ſe contulit, capútque inter genua eius ſubmiſit, oréque illius dexteram tetigit, conſueta quoque prius hoc idem peragere. Cui cùm blandiretur Sertorius illa- 37
chrymarétque, primùm admiratio habuit milites, deinde plauſu & gratulatione, ut diuinum & cæleſtibus amicum hominem Sertoriani laudauerunt, ipſi autem in lætitia ac bona ſpe erant. In agro Saguntino in extremas neceſſitates compulſis hoſtibus, tandem pugna decernere coactus eſt, dum frumẽtatum prc ficiſcerentur. Pugnatum eſt egregiè ab utraque parte, quo in prælio Memmius uir omniũ, qui apud Pompeium erant, præſtantiſſimus, interfectus eſt. Vicit autem Sertorius, & multa hoſtiũ ſtrage uſque ad Metellum peruenit. Hîc dum Metellus ſupra ætatem uiriliter reſiſtit, pilo percutitur: quod & qui uiderant & qui audierant ex Romanis, grauiter ferentes, ac turpe rati ducem ſuum deſerere, per iram cõuerſi Metellum protexerunt, magnáque ui adniſi, Sertorianos in fugam uertunt. Facta itaque conuerſione uictoriæ, Ser- 38
torius ut ſuorum fugæ conſuleret, aliúmque ſibi exercitum clàm compararet, in urbẽ montuoſam ſe recepit, portáque obſtruſa, & mœnibus undique munitis, ſe obſidendum præbuit, callido conſilio, ut Romani circa oppidum intenti, & potiri poſſe cõfiſi, cætera negligerent, nec inſtaurari copias prohiberent, aut uictos perſequi curarent. Miſerat enim Sertorius duces ad eas ciuitates quæ ſibi parebant, pro delectu habendo, dederátque illis in mandatis, ut cùm ſatis copiarum cõgregaſſent, certiorem ipſum facerent. Quod cùm eſſet factum, abſque ulla difficultate ex obſeſſa urbe aufugiens ſe ſuis coniunxit, rurſúsque cum magna manu profectus, mari & terra hoſtẽ uexabat: terra quidem inſidiis, circuitionibus, & omnium locorũ tentationibus improuiſis: mari autem prædatoria claſſe ſic littora infeſtans, ut deficiente commeatu, duces ſeſe diſiungere, ac alter in Galliam tranſire, alter circa Baccæos hyemare cum
Florus in Epitome. ſumma penuria cogerentur. Vnde etiam ad ſenatum ſcripſit Pompeius, niſi pecuniæ 39
ſibi mitterentur, milites è prouincia deducturũ: ſe iam dum Italiam protegat, ſuum patrimoniũ cõſumpſiſſe. Fuítque Romæ opinio, Sertorium prius, quàm Pompeium, in Italiam rediturum, in tantum præſtantiſſimos belli duces Sertorij aſtus perfregerat.

gerat. Oſtendit autem Metellus quanti Sertorium faceret. Nam publicè præmia ſtatuit, ſi quis eum necaret, centum argenti talenta & uiginti millia agri iugera, ac ſi exul foret, reductionem & ueniam: niſus proditionibus cõſequi, quod bello non poterat. Inſuper cùm aliquãdo aduerſus Sertorium ſuperior in pugna fuiſſet, ſic gloriatus eſt, ſic ſeipſum extulit, ut imperatorem appellari, & feſtis ac ſacrificiis à ciuitatibus ſe recipi ſuſtinuerit, & ſerta capiti impoſuiſſe, & conuiuia in ueſte triumphali
40 egiſſe dicatur. Victoriæ inſuper pictæ agibilibus inſtrumentis circunferebantur, coronas & trophæa aurea geſtantes, & chori puerorum ac mulierum eius laudes canẽtes obuiabant. Pro quibus planè ridiculus erat Metellus, ſi eum, quem fugitiuũ Syllæ, & reliquias Carbonianæ fugæ nuncupabat, ſic gloriabatur ceſſiſſe. Magnanimitatis uerò Sertorij illud fuerit, quòd pulſos ex urbe ſenatorios, qui penes eum degebãt, Senatum nuncupabat, ducésque & quæſtores ex eis deligebat, & patriis legibus cuncta adminiſtrabat: deinde quòd armis, pecuniis, & urbibus Iberorum utens, nullam eis poteſtatem cõcedebat: ſed prætores & magiſtratus omnes ex Romanis creabat, quaſi non Iberos contra populum Romanũ augeret, ſed libertatem populi Rom. aſſerere uellet. Etenim erat Sertorius patriæ amator, affectúsque humanè ad reditum. Sed in aduerſis durísq; temporibus fortem ſe præſtabat, in uictoriis autem ad Metellum Pompeiúmque mittebat, ſe paratum offerens depoſitis armis priuatim in urbem redire uellè, ſi ſibi permittatur: malle ſe enim Romæ ignobiliſsimũ ciuem, quàm exu-
41 lem, omnium aliarum ciuitatum imperatorem nuncupari. Dicitur enim non minimè cupiuiſſe reditum ſuum, ob amorem matris, ſub qua orphanus educatus mirabiliter erga illam affectus erat. Cuius morte pòſt, cùm ab amicis in Iberia ad imperium uocaretur, audita, parum abfuit quin mœrore interiret. Septem nãque continuis diebus nec teſſeram dedit, nec ab amicorum quopiam conſpectus eſt. Vix tandem annitentibus iis qui ordinem ducebant, perſuaderi potuit ut exiret, ac ſe militibus oſtẽderet, & rebus quæ feliciter procedebant uti uellet. Ob quę multis uiſus eſt uir natura mitis, & ad quietem aptus, ac præter uoluntatem coactus ſe bellis ac imperiis immiſcere: & cum ſecurè uiuere ſibi non liceret, ſed ab aduerſariis compelleretur, in arma neceſſariam corporis tutelam diuertiſſe. Declarant etiam magnanimitatem eius res cum Mithridate geſtæ. Nam cùm Mithridates ex Syllano cõflictu ueluti ad ſecundã luctationẽ aſſurgens Aſiam inuaſiſſet, & magna Sertorij fama iam cuncta penetrãte, rumoribúsq; de eo ab Heſperia in Pontũ per nauigãtes delatis omnia cõplerẽtur, cupido cepit Mithridatẽ legatos ad Sertoriũ mittere, maximè ab adulatoribus incitatum: qui Sertoriũ Annibali, & Mithridatẽ Pyrrho comparantes, negabant populum Rom. contra tam ſublimia ingenia tantásque potentias bifariã inuadentes reſiſtere
42 poſſe, peritiſſimo rei militaris duce cum maximo rege coniuncto. Miſit igitur Mithridates in Iberiam literas Sertorio, & legatos mandata perferentes, per quos offerebat ſe pecunias & naues Sertorio daturum: petebat uerò ut Aſia prouincia, de qua Romanis, in fœderibus cum Sylla factis, cõceſſerat, ſibi redderetur. Aduocato itaque cõcilio, quem ſenatum appellabat Sertorius, cùm de hac re ad eos referret, cenſentibus cunctis oblationes regias læto animo recipiendas eſſe, titulum uerò inanem eorũ quæ in ſua poteſtate nõ forent, pro his quorũ plurimũ indigebant concedendum, nõ tulit Sertorius, ſed Bithyniam inquit, & Cappadociam occupanti Mithridàti nõ inuidere, gentes parêre aſſuetas, nec quicquam pertinẽtes ad imperiũ populi Romani. Quòd ſi prouinciam populi Rom. iuſtè partam ipſe occuparit, & dum eam teneret à Fimbria depulſus ſit, & in fœdere quod cum Sylla icerit illã dimiſerit, hanc inquit
43 ſe nõ laturũ, ut iterum uſurpet. Etenim ſuis uictoriis rem Romanã augeri debere, nõ
" autẽ per ipſum diminutionẽ fieri Romanæ reip. Generoſo quidem homini cum ho- *Generoſõ homini quid cõueniat.*
" neſtate uincere optandum eſſe, cum turpitudine uerò nec ſalutem quæri deberi. Hæc Mithridati renuntiata plurimùm terruerunt: & dicitur dixiſſe ad amicos, Quid cen-

ſeret Sertorius ſi Romę in palatio ſederet, quandò nunc in Atlanticum depulſus mare, terminos regno noſtro imponit, & imminentibus Aſiæ bellum minatur? Inita eſt tamen inter eos confœderatio, ut Mithridates Cappadociam & Bithyniam haberet, útque Sertorius ducem ſibi & milites tranſmitteret, ipſe autem Sertorio naues quadraginta, & tria millia talentûm præberet. Et miſit quidē Sertorius in Aſiam M. Marium prætorem, uirum ſenatorij ordinis, & ipſum exulantem, quem urbes quaſdam Aſię intrantem cum faſcibus & ſecuribus, ipſe Mithridates ſequebatur, illum tanquā maioris poteſtatis præmittens. Ab eo prætore quædam ciuitates liberatæ ſunt, quibuſdam tributa remiſſa Sertorij gratia. Quæ res Aſiam ſuperbia & auaritia publicanorum dudum uexatam, ad ſpem nouarum rerum & Sertorij deſiderium erexit. In Iberia uerò ampliſſimæ dignitatis homines qui cum Sertorio erant, ut primùm ſpes magna affulſit, metúsque euanuit, inuidia aduerſus illum inceſſit, cupidóque mala inuaſit animos. Ante omnes M. Perpenna nobilitate familiæ & ingenij uanitate principatum affectans, ſermones haudquaquam ſanos inter amicos diffudit: Quiſnam, inquit, dæmon improbus de malo in peius nos continuò differt? Totius ſimul orbis dominanti Syllæ parēte domi manentes indignum putauimus, huc autem profecti uoluntariè ſeruimus, & Sertorij exilium tanquam ſatellites cuſtodimus, deriſi ab omnibus ob inane ſenatus nomen, in quo mandatis, contumeliis & laboribus Sertorij nō minus quàm Iberi aut Luſitani, obnoxij ſumus. His & huiuſmodi uerbis concitati quidam Sertorio infenſi erant, non tamen apertè, nam formidabant eius potentiam: ſed clàm res corrumpebant, & ſubditos per acerbitatem punitionum ac tributorum onera, quaſi Sertorio iubente, ad defectionem concitabant. Ex quibus rebus ciuitates quædam à Sertorio deſciuerunt, & turbis quibuſdam exortis, qui ad eas ſedandas comprimendásque mittebantur, fomenta diſcordiarum exaugendo multis bellis & ſeditionibus regiones implicuerunt, effecerúntque ut in dies minus Sertorio pareretur. Et hæc quidem indignatio ex priori humanitate Sertorium contra pueros Iberorum qui in Oſca erant, irritauit, ut alios necaret, alios uenderet. Perpenna uerò cùm multos ſibi aſciuiſſet, Manlium quendam ex Sertorianis ducibus ad hoc ſibi adiungit. Hic tum fortè adoleſcēti, cuius amore detinebatur, hęc omnia pandit, & hac ſpe elatus, cæteris amatoribus omiſſis, ſibi uni ſe addicere hortatur, maximam confeſtim potentiam habituro. Adoleſcens cuidam Aufidio amatori qui ſibi gratior erat, hæc aperuit. Quæ cùm audiſſet Aufidius, obſtupuit, nam & ipſe unus ex coniuratis erat: ignorabat tamen Manlium iſta ſentire. Perpennam uerò, Gracinum, & quoſdam alios de quibus ſibi notum erat, nominante adoleſcente conturbatus, ſermonem abrupit, & inſanum contemnendúmque Manlium dixit, qui ita uanas fictiones inducat. Ipſe autem ad Perpennam profectus, rem prout audiuerat, & quanta celeritate opus foret, expoſuit. Rem igitur aggreſſi conficiendam, nuntium induxerunt uictoriam quandam unius ex Sertorianis ducibus, & cædem magnam inimicorum ſignificantem. Ad quem exhilaratus Sertorius cùm immolaſſet, Perpennam ipſum & alios qui aderant (hi erant omnes coniurati) ad cœnam inuitat, exorátque. Mos erat Sertorio in conuiuiis plurimā ſemper honeſtatē decorémq; ſeruare, nec uidere quicquā turpe, nec audire ſuſtinebat, docuerátque omnes ſuos ab omni maledicto ac iurgio abſtinere, ſed placidè ac modeſtè ioco uti. Tunc igitur in medio conuiuij rixæ initiū quærentes, apertè uerba turpia flagitioſáque iactabant, & ficta ebrietate multa ſceleſtè agebant ut Sertorium prouocarent. Sertorius uerò, ſiue quòd grauiter ferebat inconcinnitatem eorum, ſiue quòd ipſorum mentes extarditate loquēdi, & inconſueto contemptu animaduerteret, mutato diſcumbendi modo, ſe ſupinū diſpoſuit, quaſi uidere nec quicquam uellet, nec audire. Perpenna autem phialā meri in medium proiiciente, & ſtrepitu inde facto, quod erat ſignū coniuratis datum, Antonius qui ſuprà diſcumbebat, gladio Sertorium percutit: conuerſi uerò ad plagam, & inſurgere conantis in pectus ruit, manúsque ambas capit ne reſiſtere ualeret: per hunc modum à multis cōfoſſus occiditur. Maxima Iberiæ pars Metello & Pompeio poſt mortem Sertorij ſeſe tradidit. Eos qui manſerunt Perpenna ſuſcipiens, aduerſus inimicos bellum gerere adortus eſt. In quo ſtatim ſui experientiam dedit, ut uiri nec ad parendū, nec ad imperandū apti. Nam fretus Sertorij apparatibus, aduerſus Pompeium congreſſus, breui ſuperatus fuit, & captus. Nec ultimā quidē fortunā ingenuè tulit: ſed cùm haberet Sertorij literas, Pompeio promiſit uirorū cōſulariū, & qui plurimùm Romæ poterant epiſtolas propria manu ſcriptas, per quas cupidi nouandarū rerum Sertorium in Italiam uocabant, ſe oſtenſurū. Sed Pompeius nō ut iuuenis, ſed ut grauis & prudentis animi uir, eas quidē literas nec legere ipſe uoluit, nec à quoquā ut legerentur permiſit, ſed ipſas omnes in unum collectas cremauit. Quod eius factū multo ciues periculo, & magnis nouitatibus patriam liberauit. Perpennam inſuper ſtatim occîdit, ueritus ne uulgatis quorundam nominibus, turbationes & ſcandala orirentur. Reliquorum uerò qui Sertorianæ necis conſcij fuerant, alij ad Pompeium deducti mactati ſunt, alij in Libyam profecti, à Mauruſiis interfecti fuerūt: nec quiſquam eorum euaſit, præter unum Aufidium Manlij riualem: hic enim ſiue latens, ſiue neglectus, in quadam barbara uilla inops inuiſúsque conſenuit.

Coniuratio Perpennæ & cæterorum in Sertorium.

Sertorij interitus.

EVMENIS SERTORII'QVE COMPARATIO.

HAec ſunt quæ de Sertorio ac Eumene digna memoratu ſuſcepimus. In quibus comparandis illud utrique commune, quòd & externi, & alienigenæ, & extorres, uariis gentibus, bellaciſſimis exercitibus, & ampliſſimis copiis, uſque ad exitum præfecti fuere. At peculiare quidem eſt Sertorio, quòd ei uniuerſis à ſociis, dignitatis gratia, collatus eſt principatus: Eumeni uerò, quòd cùm permulti de imperio diſceptarent, priores ad ſe partes ex rebus ipſis aſſumpſit. Præterea qui iuſto ſubeſſe principi uoluerunt, alterum ſecuti ſunt: qui autem ipſi principes eſſe non poterant, alteri ad utilia parebant. Romanus enim Iberis & Luſitanis: Chæronenſis uerò Macedonibus imperitabat. Ex quibus cùm illi iandudum Romanis ſeruirent, hi cunctos in ſeruitutem homines deducebant. Ad hæc Sertorius conſilij & rei militaris admiratione: cæterùm Eumenes ob ſcribæ officium in contemptu habitus, ad imperatoris peruenit dignitatem. Eumenes non modò paruis, quæ ſibi adeſſent, ad poteſtatem occaſionibus uſus eſt, ſed etiam maiora quædam habuit impedimenta. Nam & qui aperti ſibi eſſent aduerſarij, & qui occultas ei tenderent inſidias, complures habuit. Non ſic alter, cui cùm nemo palàm, pauci poſtremò ſocij clàm inſurrexere. Quamobrem huic quidem hoſtes periculorum exitum attulerunt: illi autem inuidi ex uictoria periculum importarunt. Quæ ad militandi negotium attinent, inter ſe paria ſunt, alio tamen modo. Contentionis enim ac bellandi ſtudioſus fuit Eumenes: comitatis & quietis Sertorius amator. Quoniam alteri cùm tutam & honorificam uitam (modò ſeſe eminus conſtituiſſet) agere liceret, aduerſus primatios & optimates: alteri contra eos qui ſibi pacis interceptores erant, bellum fuit. Eumenem ſiquidem Antigonus, cùm de rerum faſtigio inter eos contentio eſſet, ſecundo contentum ordine, libens utique ad uſus regni aſciuiſſet: Pompeius Sertorium ne otioſam quidem uitam agere permittebat. Idcirco illi, ut initio ſpontè regnaret, obuenit: huic uerò, ne oppugnaretur, ut inuitus imperaret. Qui maiores tutelæ fortunas anteponit, is bellorum auidus habendus eſt: at bellicoſus, qui tutelam bello uendicat. Rurſus extingui contigit, huic quidem ut nihil antè præſenſiſſet: illi uerò ut necem continuò expectaret: è quibus alterum benignitatis eſt (amicis enim fidem habere uidebatur) imbecillitatis alterum: quoniam cùm ſalutē fuga comparare uellet, comprehenſus eſt. Alteri mors

nullo dedecore uitam maculauit, qui ab amicis ea passus est quæ nullus hostis inferre potuit. Alter cùm prius quàm in captiuitatem ueniret, fugam capessere nequiuerit, & postquam in captiuitaem uenerit, uitam retinere cupiuerit, mortem nec bene uitauit, nec rectè tulit, qui supplex atque orans hostem, qui corpus duntaxat in manu habere uidebatur, sui quoque animi compotem fecit & dominum.

Cimon.

LEONARDO IVSTINIANO INTERPRETE.

PERIPOLTAS uates ex Thessalia Opheltam regẽ suósque in Bœotiam populos deducens, familiam multis deinde temporibus nobilissimam ex se reliquit. Plurimi ex ea Chæroneam urbem incoluerunt, ubi primùm, expulsis ui barbaris, consedere. Ex hac stirpe quamplures & natura pugnaces atque uiriles in Medicis incursionibus prælijsque Galaticis negligẽtia sui cecidere. Superstitit adolescens quidam parẽtibus orbus, Damon, cognomine Peripoltas. Is & uenustate formæ, & animi elatione æqualium suorum nemini concedebat, durum alioqui & indocile ingenium nactus. Romanus quidam (is fortè per id temporis cohortis militũ præfectus Chæroneæ hybernabat) in huius iam adolescentis libidinem exardebat. Cùm itaque nequicquam & preee & largitionibus hunc sibi pellicere atque cõciliare tentasset, neglectis tandem iuribus urbis, haud à uiolentia temperaturus esse uidebatur: erat enim nostra tunc patria nec multitudine ciuium, nec diuitiis abundans. Damon effreneta uiri procacitate irritatus, in hunc irasci, postremas illi extruere insidias atque parare, ex æqualibus suis haud plures, quàm sex & decẽ delegit, quòd parua complicum manu occultius id facinus patrari posse sperabat. Hi cùm plurimam bibendò noctem contriuissent, simulac illuxit, facie prius caligine fauilláque illita, in forum armati irrumpunt. Ibi Romano inter sacrificãdum, & compluribus qui secum aderant trucidatis, confestim ex urbe diffugiunt. Tumultu orto, cùm frequens Chæronensium concilium ueniſset in curiam, in hos reos animaduersum est, atque pœna capitis damnati. Hoc decretum Chæronensiũ causam maximè tuebatur apud Romanos. Vrbis deinde principes (ut consuerũt) uesperi concœnantes, Damon cum 3
suis in curiam irruentes cùm necauissent, iterum ex urbe profugiunt. Lucius Lucullus per eos fortè dies istac suas copias præterducens, cùm has Romanorum cædes accepisset, signa firmauit. Summa deinde diligentia causam percontatus, cùm comperisset non modò insontem ciuitatem, uerumetiam iniuriis affectam, susceptis militibus suũ cum exercitu iter prosecutus est. Damon uerò excursiones in agros facere, regionẽ prædari atque diripere, & iam urbi ipsi periculo maximo imminere. Tunc oppidani eum dolo subducere aggressi, simulata uenia reditum in urbem ei decernunt, missísque ad eum legatis, patriæ restituunt. Ita in urbem regressus, gymnasij præfectus extemplo declaratus est, inde eum in thermis se ungentem interfecere. Eo loco horrendæ species diu uisæ, suspiria (ut à patribus nostris accepimus) exaudita. Spectrum.
Eapropter thermarum fores obstructæ atque obturatæ: & nunc quoque eius loci uicini turbulentissimas ibi uoces & simulachra circunferri arbitrantur. Huius familiæ homines (superstant enim aliquot circa Stirin Phocidis inter Aeolios uersati) Caligẽnatos cognominant, quòd Damon caligine litus in Romanorum cædem sæuierit. Erant Orchomenij non modò Chæronensibus finitimi, sed odio pariter ac simultate infensi. Hi Romanum quendam calumniatorem in Chæronenses mercede concitant,

tant, qui eis de trucidatis Romanis diem diceret. Hic ad prætorem Macedoniæ querelam deferens (nec enim in Græciam Romani prætores miserant) haud secus quàm in uirum unum, uniuersum in urbis nomen inuehebatur. Qui contrà pro Chæronẽsibus causam dicebant, Luculli testimonium inducere. Hic super ea re per prætorias literas rogatus, omnem ut erat ei seriem planè exposuit. Hoc præsidio Chæronenses cùm è tãto totius urbis periculo euasissent, statuam lapideam in foro penes Liberum patrem publicè Lucullo decernunt. Nos itaque tametsi multa interim ætas effluxerit, 5
Lucullo tamen gratias debere existimamus. Atqui ea, quæ corpus aut uiri effigiẽ imitetur, longè clariorem statuam arbitrati, quę & mores eius declaret atque ingenium, aggrediemur in his clarissimorum hominum contentionibus, huius quoque uiri res gestas referre. Neque tamen ob gratiam quicquam historiæ ueritati detrahemus. Sola etenim rerum commemoratione officio nostro satisfeciſſe uidebimur: quandò ne ipse quidem æquum duxisset, pro uero erga nos testimonio fictam de se mercedem suscipere, mendacem scilicet rerum suarum expositionem. Cæterùm ut pictores cùm pulcherrimas describunt imagines, multáque formæ gratia perornatas, si quippiam ineptulum illis insit, neque omnino prætermittere, neque penitus exculpere dignum censent: sic, quoniam humanis in rebus non modò difficile, sed impossibile penè arbitramur, omni ex parte integram purissimámque hominis uitam posse cõstare, igitur si quid uel casu aliquo, uel temporum necessitate, non integrè factum clarissimis rebus intercidat, haud multa id diligentia insigniri oportet: quinimò idipsum magis defectum quendam uirtutis, quàm nequitiæ uitium iudicare par est, humanæ ueneratione naturæ adductos, quæ nihil decorum ad summam natum uirtutem perfectè integréque producit. Videbatur itaque considerantibus nobis Cimoni permaxi- 6
mè conferendus esse Lucullus. Dux enim uterque bellicæ rei peritissimus, & in barbaras gentes clarissimi ambo. Mites in rep. multas ab intestinis seditionibus respirationes patrię prębuere, celeberrima insuper trophęa, illustrissimásque de hostibus retulere uictorias. Non enim Græcorum Cimone prior, non Romanorum quispiã Lucullo, in tam remotas orbis terrarũ regiones infesto exercitu profectus est, Hercule ac Libero patre exceptis, siue etiam Perſei in Aethiopes, Medos atque Armenios, aut Iasonis uerisimile aliquod facinus seculis ab illis ad nostram usque ætatẽ memoriæ delatum est. Hi præterea ambo bellis pariter infectis, militia excesſere, cõfractis dunta- 7
xat hostiũ uiribus nõ tamen deletis penitus. Maximè uerò in colendis hominibus comitérque apud se suscipiendis, par quædã fuit humanitas atque munificentia: similis quoque in uita splendor urbanitásque facilè conspiciebatur: & alias fortasse prætermittimus conuenientias, quas ex eorũ uita rebúsq; à se gestis perfacilè intelligere poterimus. Cimoni Miltiades pater fuit, mater uerò Hegesipyle, Thracia genere, Olori regis filia, ut in Archelai Melanthiíque poematis ad ipsum Cimonẽ cõscriptis traditum est. Vnde & Thucydidi historico, genere quidẽ Cimoni necessario, Olorus pater fuit, ad Olorum regem ceu ad progenitorem suum referens nomen. Is Thucydides Chrysia circa Thraciam est adeptus, fertúrque in Scapte Hyle (hic Thracię uicus est) diem ultimum obiisse. Eius sepulchrum, cùm reliquiæ in Atticam traductæ fuerint, 8
in Cimonio conspicitur, penes Elpinices Cimonis sororis monumentũ. Atqui Thucydides tribu quidem Alimusius, Miltiades uerò Iaciades fuit. Miltiades itaque cùm quinquaginta talentorum damnatus esset, in uincula cõiectus moritur. Cimon adolescẽs admodum cum Elpinice sorore innupta à patre superstes, primo quidem ætatis suæ flore maximã sibi in urbe infamiam comparauit, quòd incontinens, uinolentus, & auo suo Cimoni natura persimilis esset, quem ob amentiã Coalemum cognominatum fuisse ferũt. Stesimbrotus uerò Thasius, qui per illa fermè Cimonis tempora fuit, neque musicam eum didicisse tradit, neque aliam ex liberalibus disciplinam, quibus Græci nauare operam consueuere: cæterùm à lepõre dicacitatéque Attica pe-

Cimonis & Luculli elogia.

nitus abhorruisse. Moribus suis affuisse ingenuitatẽ quandam, in primísque ueritatis cultum, ut Peloponesiaco magis, quàm Attico fretus uideretur ingenio. Deiectus, incomptus, maximis in rebus optimus, quemadmodũ Euripidis Hercules. Hæc de Cimone ex Stesimbroto conscripta accepimus. Creditũ uerò est adolescentẽ eum haud à sororis cõsuetudine abstinuisse, neque eam pudicam alioqui fuisse Elpinicen, quinimò obsecutam ultro Polygnoto pictori ferunt. Eapropter cùm in Pœcile porticu, tunc Plesianactio appellata, Laodicen inter Troianas pingeret mulieres, Elpinices sibi imaginem præposuisse. Is uerò Polygnotus nullo artem pretio exercebat, nullãue mercede adductus: sed ob gratiam tantummodo erga urbem porticum illam rerum scriptores pinxisse tradidere. Et poeta Melanthius id insinuans ait:

Sumptibus ipse suis ornauit templa deorum,
Cecropiúmque forum, heroum certamina pingens.

Sunt qui Elpinicen non clàm, uerùm cum Cimone palàm concubuisse dicant, quòd marito se digno diu ob inopiam coniugari non posset. Demũ Calliæ nupsit, cui quòd inter Athenienses diuitiis opulẽtus, atque illius amore captus, alienum pro damnato patre æs persoluere spopondisset, haud inuitam Elpinicen Cimon uxorem dedit.

Cimon in mulieres intemperans.

In mulieres uerò intemperantis ingenij fuit. Etenim Melanthius poeta elegiis in Cimonem ludens, Asteriam commemorat genere Salaminiam, Mnestram quoque mulieres summo studio coluisse. Idem etiam intelligi licet, quòd uxoris Isodicæ Eurytolemi filiæ mortem periniquo molestóque animo tulerit, si id coniicere à conscriptis ad eum pro leuandis lachrymis leniendóque dolore elegiis par est, quarum authorem Panætius philosophus arbitratur Archelaum physicum extitisse, à temporibus haud ineptè coniectans. Cæteri uerò Cimonis mores & generosi, & gratia quadam admodum affluentes. Neque enim Miltiadi audacia concedentem, neque prudentia Themistocli, ambos tamen iustitia & æquitate superasse constat: uirtute quoque militari haud inferior, quanquam iuuenis adhuc armorum experientia imperitus, rebus urbanis maximè præcellebat. Etenim Medis ingruẽtibus cùm Themistocles Athenienſi populo suaderet deserta pro Salamine urbe ac agris in naues arma transferre, totámque belli molẽ mari gerendam esse, aduertẽs Cimon plerosque eius rei stupore exanimatos, sumptò equestri freno per Ceramicũ forum exultans cum sociis in arcem conscendit, illud deæ Palladi oblaturus, quòd nauali deinceps, nõ equestri certamine ópus esset. Donato itaque freno, cùm ex his clypeis qui circa templum appensi erant unum accepisset, habita prius deæ supplicatione, ad mare deinde contendit. Visum est id facinus haud paucis audaciæ dedisse principiũ. Fuit quippe specie & forma non negligendus Cimon, ut Ion poeta tradit, corporis statura mediocri,

Cimonis statura.

habebátque multa & crispa coma suffultum caput. In eo uerò certámine cùm acriter strenuéque dimicasset, maximã sibi in urbe gloriam cum ciuium beneuolentia comparauit. Iam multi eius uirtute ad eum conuenire, animũ ingenti laude attollere, iuberéque digna Marathone iam eum excogitare. Atqui cum se ad capessendas dignitates in rep. contulisset, à populo qui iam Themistoclis fastidio abũdabat, perhumanè admissus est. Fecerant eum populo charum compositi mores, mansuetudo quædá atque humanitas, familiare ac urbanum uiuendi genus. Neq; parum illius dignitati conduxit, quòd Aristidi Lysimachi filio mores ac eius ingenium conspicanti, aptissimus is uisus est in fastum audaciámque Themistoclis obiiciẽdus. Medis uerò è Græcia fugientibus, cum nondũ ad Athenienses Græciæ principatus traductus esset, sed adhuc penes Lacedæmonios ac Pausaniã summa rerũ cõstaret, naualibus copiis dux est declaratus. Primũ quidẽ in ea militia ciues suos summo studio exercebat, ut præter cæteros longè primarij ornatissimíque in armis conspicerentur, atq; prõptissimi. Pausanias interea literis clàm ad Persicũ regẽ datis, de proditione cœpit cum barbaris agere. Is in socios temerarius & crudelis, multa per licentiã impiè superbéque nefanda

fanda patrarat. Cimon occasionem nactus, socios iniuriis indignè affectos ad se benignè pellicere, humanè colligere atq; solari: ut sensim, nõ ui aut armis, cæterùm arte atque ingenio fretus, patriæ uendicaret Græciæ principatum. Hoc humanitatis studio plurimi sociorum à Pausaniæ insolentia abhorrentes, Cimoni Aristidíq; eos perhumanè fouentibus adhærebant. Ephoris deinde scribunt, cõsulunt, monẽt, ut Pausaniam domum reuocent, quòd iam Sparta per ignominiam neglecta, turbulentúsq; rerum status in Græcia uideretur. Ferunt uirginem quandam Byzantiam Cleonicen nomine, clarissimo genere ortam, à Pausania in libidinem accersitam: parentes uerò ui, pauoréque consternatos, pudicam ei uirginem prostituisse. Hanc Pausaniæ domum obscura nocte ingressam, sumptõ ab his, qui thalami foribus præerãt, lumine, silentio ad cubile accedentem incautè cęspitasse, euersámque cum strepitu lucernam sopitum iam Pausaniam excitasse. Is hostilibus se insidiis circunuentum arbitratus, stricto gladio insciius in uirginem ruens, eam confodit. Cleonices deinde manes omnem Pausaniæ quietem adimere atque turbare, eiúsque umbra frequenter sibi per somnium uisa iratè dictitare heroicum illud:

I, iuris te pœna uocat mortalibus horror.

His itaque gestis cùm indignitate sceleris, tũ uirginis pietate concitati in Pausaniam socij, illum solicitante Cimone Byzantij obsident, eúmque mox urbe eiiciunt. Is tũc inde diffugiens uirgineis manibus admodum uexatus, in Heracleam ad Necromanticum se oraculum contulit, ubi reuocata Cleonices anima, supplex infestæ uirginis iram lenire nitebatur: quæ in conspectu adueniens, confestim inquit his malis liberatum fore, cùm in Spartana urbe constiterit. Ea sermonis ambiguitate uisa est hominis mortem prædixisse. Multi profectò hanc rerum scriptores historiam tradidere. Sociis itaque ad Cimonem iam coactis, nobiles quidam Persarum uiri, regísq; necessarij, qui ea fortè tempestate Eionem urbem Strymoni fluuio adiacentem detinebant, uicinis Græcorum coloniis uim intulerant. Quod ubi Cimoni nuntiatum est, confestim cum copiis in Thraciã enauigauit. Ibi primùm cum Persis conserto prælio, fusum fugatúmque hostem in urbe concluſit. Thracum deinde agris unde per Strymonem urbi commeatus aduehebantur desolatis, cæteráque regione undique obseruata, tantam obsessis rerum inopiam, tantam iniecit famem, ut Butes eius præsidij pro rege præfectus, desperatione rerum in urbẽ ignem immiserit, multáq; opum ui in eo congesta, ipse cum amicis semetipsum eodem præcipitarit. Potitus urbe Cimon, cùm iam plurima à barbaris igni absumpta essent, nullam propemodum ex ea prædam abegit. Regio illa ferax suapte natura pulcherrima erat. Ab Athenienſibus eò colonia deducta. Tres inde lapideos Mercurios Athenienſis populus Cimoni decreuit, quorum primo sic erat inscriptum:

Magnanimi uirtute uiri, qui Strymonis olim
Ante fluenta, genus Medorum intra Eionis arcem
Confecere fame, gelidi quoque numine Martis
Cædibus hostili fœdarunt sanguine terram. Secundo:
Hæc ducibus magnis, patriámque tuentibus armis
Cecropiam, decreta manet clarissima merces.
Ventura his laudum studiis accensa iuuentus,
Promptius ardebit patrios defendere muros. Tertio:
Atridis clara hinc Menestheus agmina ducens,
Venit ad excelsæ sacra olim mœnia Troiæ.
Carmine & hunc magni celebratum constat Homeri,
Instruxisse acies, Danaúmque ornasse phalangas.
Quis modò pro tantis haud æquum censet Athenis
Viribus, ingenio, studiísque excellere belli?

Necromanticum oraculũ.

In his tametſi haud uſquã Cimonis nomẽ declaratum ſit,maximum tamen honoris ſplendorem præ ſe ferre uidebantur:neque enim eiuſcemodi Themiſtocles, aut Miltiades quippiã conſecuti ſunt. Quinimò huic uirentem pro parta uictoria coronam poſtulanti,Sochares Deceleus è media concione exurgens obſtitit,ſi nõ gratam, quæ tamen populo probaretur,ſententiã dicens:Cùm enim,ô Miltiades,inquit,ſolus pugnando de barbaris uictoriam cõſequutus fueris,& te unum tunc honorari æquum cenſeto. Quòd igitur tanto ob ipſius facinora Cimon honore habitus fuerit,ob id arbitror cõtigiſſe,quoniam ſub cæteris quidem ducibus iniurias ultro illatas Atheniẽſes propulſabant: hoc uerò uno & hoſtes uincere, & aduerſas urbes infeſto agmine petere, & hoſtiles agros deuaſtare, & ipſam denique Eionẽ & Amphipolim ſubigere,incoleréque potuerunt. Scyrum quoque inſulam tali à Cimone occaſione ſubactam incoluere. Dolopes eam inſulam habitabant,uiri agrorum cultus parum ſtudioſi,ſed ueteres nauigãtium prædones. Hi neglecto tandem hoſpitalitatis iure atq; officio,neque ab his,qui crebrò,honeſtéque in ea inſula uerſabãtur abſtinuere:cæterùm Theſſalos quoſdam inſtitores quæſtus gratia eò profectos deprædati in uincula coniecere. Theſſali confractis uinculis, cùm ad Amphictyonicum iudicium confugiſſent,raptæ urbs illa pecuniæ mulctata eſt. Ciues eas nõ ex ærario publico,ſed ab his, qui rapuiſſent,res repeti debere contendebant. Ea ſententia trepidi raptores,clàm Cimonem literis accerſebant,ut cum claſſe ueniens inſulam à ſe in deditionem acciperet. Traiiciens eò Cimon,cùm inſula Atheniẽſium imperium ſubiiſſet,Dolopes inde expulit,cõpoſitísque rebus tutum nauigantibus Aegæum præſtitit. Ferunt Theſeum priſcum Aegei filium ex Athenis profugum transfretaſſe in Scyrum,ibíque à Lycomede rege ob trepidationẽ dolo fuiſſe interfectum. Quod ubi accepiſſet Cimon(habuerunt enim reſponſum quoddam Athenienſes, Theſei iubens reliquias in urbem reduci, próque dignitate illum uelut heroẽ uenerari) ſummo ſtudio cœpit indagare ſepulchrũ. Ignorabatur ubinam Theſeus iaceret,quòd Scyrij ſemper id celaſſẽt, prohibuiſſẽntque antea id corpus perquiri. Monumento ſumma tandem diligentia uix comperto,oſſibúsque in prætoriam triremem magnificè ſplendidéque ornatã impoſitis,ea Cimon induxit in patriam poſt annos ferme quadringentos. Hæc res ampliſſimam ei apud populum gratiam conciliauit, atq; in eius memoriam inſtitutum eſt celebre illud uulgatúmq; tragœdorum certamen. Nam cùm primam Sophocles iunior adhuc fabulam dediſſet,iámque multa contentio, multúsque ſpectantiũ hominum conuẽtus adeſſet,Aphepſion præfectus non alios in hoc certamine iudices ſortiri uoluit: cæterùm in theatrum unà cum reliquis belli ducibus aduentans Cimon, cùm diis conſueta ſacra libaſſet,ab Aphepſione ibi detentus eſt: ſacramento inde adactus cum ſingulis ex omni tribu ſedere atque iudicare iuſſus eſt. Hi uiri decẽ fuere, quorum dignitate atque præſentia ingentem hæc concertatio ſplendorem eſt conſequuta. Viciſſe Sophoclem tradunt, uictum uerò Aeſchylum, & graui mœrore affectum iniquè id tuliſſe, parúmque deinde temporis commoratum Athenis, obiram diuertiſſe in Siciliam,ubi moriens prope Gelam ſepultus eſt. Ion uerò adoleſcẽtulus adhuc Athenas ueniens,unà cum Cimone penes Laomedõtem concœnaſſe ſe tradit, poſtremíſq; poculis iam libatis,iuſſum Cimonẽ non iniucundè cãtaſſe. Ea re omniũ, qui aderant conſenſu ſupra Themiſtoclem laudatus eſt: quòd ille neq; cãtare,neque fidibus didiciſſe,uerùm ampliſſimã ſe ſcire opulẽtámq; rempub. facere iactaſſet. Inde uerò(ut in cõuiuiis par eſt)cùm ad res Cimonis defluxiſſet oratio, plurimáque ibi geſta clariſſimè commemorata fuiſſent, prudẽtiſſimum ipſe de ſe facinus narrare orſus eſt. Multos ex Seſto atque Byzantio captiuos barbaros Athenienſium ſocij cùm cepiſſent, omnem diuidendam prædam Cimonis arbitrio cõceſſere. Hic uerò partiens, cùm hinc nuda corpora,illinc uniuerſa barbara ſpolia ſtatuiſſet,accuſabant ſocij partes,quòd iniquæ eſſent. Facta deinde poteſtate,ut utram uellent ipſi deligerẽt,Athenienſésque

nienſésque quauis altera ſatis contentos fore,Herophyti Samij ſententia,omnem ornatum,barbarámque ſupellectilem ſocij elegerũt,captiua Perſarum corpora Athe-
23 nienſibus relinquentes. Diſcedens tunc Cimon ridendus quippe partitor uiſus eſt, qui aureas armillas, bullas, torques, candyas, purpuram,magna operæpretia retuliſſent: contrà uerò Atheniẽſes nuda Perſarum corpora nulli ſatis apta labori ſuſcepiſſent. Cõtinuò uerò pleriq; captiuorum cùm amici, tum familiares atq; domeſtici ex Phrygia Lydiáq; deſcendentes,adeò eos ingẽti pretio redemerũt, ut cũ ea pecunia ad educãdas quatuor menſes nauales copias Cimoni abundè ſuffeciſſet,multũ præterea auri ex ea redemptione in publicũ ærarium eſſet congeſtũ. Cimon itaque ſpoliis iam hoſtium militiæ partis opulẽtus ac locuples,ut honeſto belli iure eas ſibi diuitias cõparauerat, ita pulchrum in ciues eas liberaliter partiri duxit. Primũ amotis undiq; agrorũ ſuorũ ſeptis, egenis ciuibus,hominibúsq; peregrinis poma frugésq; inde aſſu-
24 mere licebat impunè. Parabatur quotidie ingens domi cõuiuiũ, ſi nõ apparatus ſplẽdore excellẽs,abundãs tamen,& quod uel multos homines affatim paſcere poſſet. Eò pauperes quicunq; uellent liberè cõuenientes,educationẽ inde per otiũ ſibi uendicabant,ut rebus tantũ urbanis intenderẽt. Cæterùm Ariſtoteles non id omnibus Athenienſibus datum eſſe,ſed ex Laciadis contribulibus ſuis uolenti cuilibet licuiſſe tradit. Comitabantur præterea Cimonem familiares quidã iuuenes,eíque conſueti: his ſingulis pulchra ueſte amictis imperatũ erat,ut ſi quis grandior natu ſordidè ob inopiam indutus cum Cimone fortè congrederetur,ueſtẽ cum illo permutarẽt. Viſum eſt hoc munificentiæ genus plurimũ in ſe maieſtatis habere. Iidem etiam copioſè ſecum numos deferentes, ſiquidem in foro uirum indigna oppreſſum egeſtate conſpicerent,quamproximè accedentes pecuniam ei clàm in manibus deponebãt. Quæ
25 iam Cratinus comicus in Archilochis memoriæ mandaſſe uiſus eſt uis uerbis:

Nanque & ego Metrobius uitam uolui ſcriba
Primo & ſummo Græcorum cum duce Cimone
Tranſigere, placida & frui ſenecta.

Aſt illud eripuere nobis prius fata!. Et Gorgias Leontinus,Cimonẽ,inquit,ſibi diuitias cõparaſſe,ut uteretur:uſum uerò fuiſſe,ut honorẽ conſequeretur. Critias uerò,unus ex triginta tyrannis,elego,diuitias Scopadũ,morésque animũmq; Cimonis, atq; trophæa regis Ageſilai,ſibi flagitabat. Etenim Spartanũ Lycham celebrem quidem inter Græcos uirum haud aliũde cognoſcimus, q̃ quòd in gymnicis ludis ac ex-
26 ercitiis externos cõuiuiis excipere ſolebat. Iam uetus illud Athenienſium in hoſpites ſtudium atque humanitas,Cimonis munificentiæ concedebat:illi enim,unde ciuitas plurimũ ſibi gloriæ deberi arbitrabatur, Græcis hominibus educationis ſemina impartiti ſunt:fõtiũ quoq; ac ignis uſum hos, quibus opus erat,homines edocuere:hic uerò,intra priuatos lares,perinde ac in publicũ quoddã urbis diuerſorium ciues excipiens,frugibus etiã agrorum ſuorũ & primis,& eximiis quibuſq; pulchritudine,uel peregrinis quoq; hominibus per omnẽ anni horam ultro oblatis indulgebat,ut propemodum uiſus ſit fabuloſa illa Saturni tempora in uitam deintegro excitaſſe. Qui falsò hanc ampliſſimam liberalitatem in populares factiones, aſſentationésq; trãſferunt cõtrariis uiri factis redarguuntur. Hunc enim,optimatũ imperio more Laconũ obtinente,Themiſtocli plebis uires ultrà q̃ æquum eſſet attollenti,planè conſtat unà cum Ariſtide acerrimè obſtitiſſe:ac in Ephialtẽ iterum,qui populari gratia Areopagi
27 potentiã diſſoluere nitebatur,grauiſſimè fuiſſe inuectũ. Expilationibus quoq; publicis & largitionibus penitus abſtinẽtẽ,omnia caſtè integréq; in repub. obiiſſe, tametſi præter Ariſtidẽ ac Ephialtem uniuerſos primores ea peſte uideret eſſe cõtactos. Ferũt præterea Roeſacem quendam barbarum,qui à rege Perſarum deficiens,cum plurima ui auri Athenas ſeſe contulerat,à calumniatoribus laceratum in Cimonis confugiſſe tutelam,tuliſſéq; illi domũ dona phialas duas,quarum altera aureis Daricis,altera ar-

Inſignis liberalitas ac munificentia.

Apophthegma pulcherrimum.

genteis plena erat. Cõuersum uerò ad eũ Cimonem subrisisse, rogasséq; barbarũ, utrũ mercenariũ Cimonẽ, an amicũ habere mallet: cùm respondisset ille, amicũ, Abi hinc igitur, inquit, tuáq; hæc munera defer. Ego enim amicitia tua fretus, hisce cùm opus fuerit liberaliter utar. Maximã interea Athenienſium duces ſimultatem penes ſocios 28
ſibi cõſciuerant. Hi enim longa militia feſſi, cùm nil præter quietẽ & otium in colendis agris cuperent, maximè quia barbaros inde ſummotos tumulti nihil inferre cernebant, ſicut integrè uectigalia perſoluebãt, ſic neq; nauiũ, neq; indictũ militum numerum cõferebãt. Atheniẽſium ducibus ea res permoleſta erat: adeò, ut ab his qui uel militum, uel numerũ nauium non cõpleuiſſent, in iudiciũ uocatis ſumerent pœnas. Cæterùm ab his tantũ eſt uiſus diſſentire Cimon, ut neminem Græcorũ in uiolẽtam militiam traxerit, ſed pecuniã modò, nauésq; uacuas ab his, qui detrectabãt arma, accipiẽs, emeritos eos, exauthoratósq; faciebat. Patiebatur enim illos otio allectos domi torpere, ut qui antè pugnaces uiri fuiſſent, iam ad agrorũ cultum, quæſtúsq; dulcedinẽ uerſi, imbelles, ſolutíq; ob delicias, ab armorũ uſu penitus abhorrerent. Athe- 29
nienſes uerò, ad militiã uiciſſim cõſcribens atq; exercens, haud multũ poſt tẽporis id effecit, ut uel ſociis ipſis, quorũ mercede atq; pecunia militauerãt, imperarẽt: etenim crebra nauigatione, labore aſſiduo, multo deniq; armorũ uſu tantũ illis terrorem incuſſerãt, ut ſenſim pro ſociis tributarios eos, ſeruósq; haberent. Perſici uerò regis ſuperbiam nemo ſuper Cimonẽ depreſſit atq; contudit. Eiectum enim Græciæ finibus eueſtigio ſubſequutus, antequã ille aut páuore reciperet animos, aut res barbaras cõponere poſſet, hæc quidem ſubuertit atq; dirupit, illa uerò à rege deficiẽtia in Græcorum ditionẽ adegit: adeò ut omnẽ Aſiam ab Ionia uſq; Pãphyliam Perſicis præſidiis, atq; armis deſolatã fecerit. Nuntiatũ eſt deinde magno regis exercitu, ingentíq; claſſe obſideri Pãphyliam. Quod ubi accepiſſet Cimon, cupiẽs maritimæ aditũ oræ, quæ 30
intra Chelidonios iacet, hoſtibus terrore præcludere, à Cnido & Triopio cũ ducentis triremibus enauigauit. Hæ fuerãt à Themiſtocle & ad celeritatẽ, & ad gyrũ aptiſſimè fabricatæ, quas Cimon latiores faciẽs, curricula quoq; per tabulata diſpoſuit, ut multo milite refertæ acrius in hoſtẽ inueherẽtur. In Phaſelitas itaq; primũ profectus eſt. Hi cùm Græci eſſent, de defectione cũ eis, deinde de admittẽda claſſe actũ eſt: utrunq; pariter eſt negatũ. Cimon uaſtatis agris, ad urbis mœnia ſigna mouet. Chij in ea expeditione cum Cimone cõmilitabãt, qui officio ueteris erga Phaſelitas amicitiæ freti, cùm Cimonẽ leniendo, tũ codicillos ſagittis alligatos ſuper mœnia trãſmittẽdo, eos tandẽ cõciliauere, ea cõditione, ut decẽ talentis perſolutis, in barbaros ſecũ armati cõmilitarent. Ephorus Tithrauſtẽ maritimis regiis copiis, terreſtribus Pherendacẽ, 31
duces fuiſſe tradit. Calliſthenes uerò Ariomandẽ Gobryæ filiũ ſummæ rerũ præfuiſſe author eſt, detrectãtémq; cum Græcis cõgreſſum, penes Eurymedontẽ ſeceſſiſſe, ubi octoginta propediẽ Phœnices naues expectabat è Cypro. Quas cupiens eo prælio excludere Cimon, maturius inſtructa claſſe in hoſtẽ ſubuehitur, ut ui, ſi illi recuſaſſent, ad cõſerendas manus cõpelleret. Illi ne ui cogerẽtur ad decernendũ, intra flumen receperunt claſſem. Quod ubi inſequentes uiderũt Athenienſiũ naues, & ipſi tandẽ ad pugnã uerſi, dimicaturi in hoſtẽ ueniũt, ſexcẽtis, ut Phanodemo, ut uerò placet Ephoro, quinquaginta nauibus ac trecẽtis. Nil tantis copiis dignũ nauali ab eis certamine geſtũ eſt. Nam mox proram in terrã dantes, proximi quiq; è nauibus deſilierunt, & in 32
caſtra (nã ea propè locata erant) ſe recepere: deprehenſos uerò barbaros omnes unà cũ nauibus perdiderũt. Hinc ingẽtem fuiſſe barbarã claſſem cõiicere par eſt, quãdoquidem multis in fugã uerſis, multíſq; alliſis nauibus atq; cõfractis, ducẽtas tamẽ captiuas Athenienſes cepere. Pedeſtres uerò barbarorũ copiæ inſtructa acie ad littus deſcẽdunt. Conſtitit paululũ Cimon deliberabundus, terreſtríne prælio ſibi decernendum eſſet, quòd iam ſuos pugnando defeſſos, hoſtes uerò integros, & numero ſuperiores cerneret. Tandem ſuos conſpicatus, & robuſtitate uirium, & proximæ uictoriæ gloria

ria elatos, atq; cominus cum barbaris manũ conſerere cupientes, pedité nauali adhuc certamine ſudantẽ in terrã explicat: clamóre deinde ſublato, citato agmine in hoſtem
33 ruunt. Conſtiterunt Perſæ impetum ſtrenuè excipientes. Atrox inde initur prælium *Pugna Cimonis aduerſus barbaros.*
cum ingenti optimatum atq; primorum Atheniẽſium ſtrage. Anceps diu certamen fuit, & barbari tandẽ fuſi, pars cæſi atq; trucidati, pars cum tentoriis multarũ refertis opum capti ſunt. Cimon itaque, ut ualidiſſimus certator, binos uno die ſubiẽs ſponte cõflictus, hoc pedeſtri quidem apud Salamina, illud ad Platæas nauali pugna trophæum duabus uictoriis ſuperauit. Ad octoginta deinde Phœnices naues, ſeu ad huiuſce belli reliquias cõuerſus, ad Hydropem, quò eas applicuiſſe audierat, ire pergit. Nõdum quicquã de reliquis copiis hoſtibus allatũ fuerat, ſed integro animo & elato ad exercitum recenti clade cõfectum tendebãt. Eapropter ſubito ac inſperato uictorum pauore perculſi, uniuerſa claſſe amiſſa, cæſi atq; obtruncati ſunt. Ea clades tãtam
34 Perſico regi trepidationẽ incuſſit, ut uulgatiſſimas illas pacis conditiones acciperet: Temperaturũ à Græco mari, quantũ eſt equi curſus: intra Cyaneos atq; Chelidonios longa naui ferróq; roſtrata nõ fore nauigaturũ. Atqui Calliſthenes nõ illa pacis fuiſſe fœdera tradit, ſed barbarũ reuera id ſponte feciſſe, cladis illius terrore cõſternatum, tantúmq; deinde à Græcia abſtinuiſſe, ut cùm Pericles primò quinquaginta, triginta iterũ Ephialtes nauibus in Chelidonios nauigaſſent, nullas obuiã habuerint barbarorũ naues. Cratero uerò in decretis, quæ ipſe collegit, eas conditiones inter pacis fœdera cautas fuiſſe placet. Ferunt etiã propterea Pacis aram Athenis dedicatã fuiſſe, & Calliã legatũ maximo honore habitũ. Vẽditis deinde hoſtium ſpoliis, cùm iam ærariũ eo bello ſatis opulentũ eſſet, in alios publicos ſumptus pecunia erogata, & murus *Cimonis inſtaurationes Athenis.*
35 ad Notũ uergens arci exædificatus eſt. Dicunt quoq; muros longos, quos Scelea uocant, poſtea quidẽ abſolutos fuiſſe: prima uerò eorum fundamenta paluſtribus locis, multáq; pluuiarũ cõgerie limoſis ieciſſe Cimonẽ, plurimo cæmẽto grauibúsq; lapidibus palude compreſſa: omnémq; eius ſumptum propriis opibus exoluiſſe. Primus quoque diuerſoriis, quæ liberalia ac amœna uocãt, quæúe paulò pòſt magnificè celebrata ſunt, urbem perornauit. Platanos plãtauit in foro. Academiam uerò, quæ arida prius fuerat & inculta, irriguum lucũ effecit, ſua opera puriſſimis alueis umbroſíſq; deambulacris elaboratũ. Et iã Perſæ quidẽ ope à Thracibus implorata, Cherroneſum deſerere recuſabant, neq; multi faciebãt Cimonẽ, qui ab Athenis cum paucis admodum triremibus eò nauigarat. Quatuor itaq; ipſe nauibus hoſtes adortus, tres atq; decem illorum triremes cepit, expulſíſq; inde Perſis cũ Thraces etiã latè fudiſſet, uni-
36 uerſam tandem Cherroneſum patriæ uendicauit. Thaſij præterea, qui ab Athenienſibus deſciuerant, nauali certamine profligati, tres eorum atque triginta naues captæ, & ciuitas per obſidionem in poteſtatem redacta. Chryſea quoque ulteriora, omnémque cui præerant Thaſij regionem Athenienſibus ipſe ſubegit. Illinc erat facilis in Macedoniã tranſitus, & multa uendicandi agri occaſio. Quocirca accuſatus eſt, eum agere id noluiſſe Alexandri regis mercede ſubductum: eorum tamen qui in ſe cõſpiraſſent, calumnias euaſit. Cùm uerò cauſam pro ſe apud iudices ageret, Non ego, inquit, quemadmodũ cæteri, ut colantur pariter ac dona capiãt, Iones aut Theſſalos locupletiſſimas gentes hoſpitio habeo, cæterùm Macedones & colo & diligo, eorũ frugalitatem, modeſtiámq; imitatus, cũ quibus nullas prorſus opes conferendas eſſe arbitror. Lætor uerò plurimùm iudices, quòd hoſtili gaza ciuitati noſtræ diuitias com-
37 pararim. Teſimbrotus uerò Elpinicen ad fores Periclis (is erat uehementiſſimus Cimonis accuſator) ſupplicem ueniſſe author eſt, illúmque ſubridentem, Conſenuiſti dixiſſe, conſenuiſti ad huiuſmodi res obeundas ô Elpinice. Mitiſſimum tamen in Cimonẽ fuiſſe deinceps, nec ultrà quàm ſemel duntaxat, & tunc quidẽ leuiſſimè illam cauſam cõtra Cimonẽ peroraſſe, tandémque ea occaſione abſolutũ fuiſſe Cimonem. Dehinc quoad in urbe aderat, potẽtiſſimus in repub. factus diſſipabat cõſilia plebis,

quæ in optimates insurgens, uniuersam urbis potentiam, cunctósq; magistratus in se usurpare tẽtabat. Rursum uerò, ubi cum classe ex urbe profectus est, plebs de integro in animos erecta, omnẽ pristinũ reipub. statum, patriásque, quibus præside Ephialte regebantur, consuetudines euertêre: curias ex Areopago omnes ferme præter paucas sustulerunt. Iámq; iudiciorũ authoritate in se usurpata, uidebatur status urbis in ple- 38
beios integrè defluxisse. Poterat tũc plurimũ in urbe Pericles, à quo & plebs summo studio fouebatur. Reuectus in urbem Cimon dignitatẽ tanti consilij prostratam indignatus, pristinũ Areopagi statum integrare adortus est, & ad optimates summã rei traducere. Tunc rerum nouarũ authores exclamare, populũ in eum irritantes lacessere, crebrò ei obiicere flagitiũ in sororẽ, uocitaréq; eum Lacedæmoniis fautorem. Inter quæ uulgò iactabantur illa ab Eupolide tradita de Cimone: Malus quidem non fuit, uinolentus uerò ac negligens, & quãdoq; iacebat in Lacedæmone, hanc tamen Elpinicen relinquens solã. Si uerò segnis, si immodestus tãtas domuit urbes, toties de hostibus uictorias retulit, quis modò inficiabitur, si is & sobrij & uigilantis fuisset ingenij, nemini superiorũ Græcorũ, aut qui deinde fuere, rerum gestarũ gloria concessurum fuisse? Lacedæmonẽ profectò ab initio coluit atq; amauit, & geminos filios uno 39
sibi partu ex Clitoria editos, alterũ Lacedæmoniũ, Heliũ alterum nominasse Stesimbroto placet: proinde Periclẽ maternũ ei genus improbasse frequẽter. Diodorus uerò
*μειμνητὸς. *Cosmographus, præter eos tertiũ quoq; Cimoni ex Isodice Euryptolemi Megaclei filia gnatũ fuisse tradit Thessalũ nomine. Non autẽ minimas eorum, quos cõsecutus fuerat, magistratuũ partes Lacedæmoniis ipse debebat. Iam enim Themistocli maximè infensi curabant, ut omnis urbis authoritas, omnis potẽtia in adolescentẽ Cimonem cõflueret. Primũ quippe Athenien sis populus id probare atq; iucundè cõspicere, quòd permulta propter illũ emoluméta Athenien sibus Lacedæmonij cõtulissent. Nam cũ res Attica plurimũ augeretur, & bellicis rebus pulchrè prospiceret, id quie- 40
tè Lacedæmonij Cimonis gratia atq; authoritate tulere. Eius enim ductu atq; auspiciis plurimæ Græcarũ rerum gubernabãtur, quòd sociis quidem comẽ atq; benignũ, & gratissimũ seipsum Lacedæmoniis exhibebat. Postea uerò quàm res Atticæ suis uiribus nitebantur, uigilans Cimonis erga Spartanos studium Athenienses fastidire. Etenim cunctis in rebus Lacedæmonem extollens, si quando suos aut improbare, aut irritare uolebat, dictare solitum scribit Stesimbrotus, Non utiq; Lacedæmonij tales: & inde quoddam penes ciues suos odium atque simultatem sibi cõflauerat. Maximã uerò omnium, quas unquam subierit, calumniã hinc ortam fuisse constat. Regnabat
Terræmotus atque hiatus apud Lacedæmonios facti. quartũ in Spartanis annũ Archidamus Zeuxidami filius. Terræmotu facto omnium ante eam ætatem memorabilium maximo, ingentibus Lacedæmonia tellus hiatibus soluta est. Concussis Taygetis mõtibus, quidã eorum uertices patefacti, uniuersa ci- 41
uitas diruta atq; cõfusa, domos singulas præter quinque, cùm ingẽti fragore & ruina prostrauit. Exercebãtur tunc fortè in medio porticus puberes simul atq; adolescẽtes. Ante eam terræ concussionẽ leporem quendã in cõspectum eorum aduenisse ferunt. Hunc adolescentes (ut erant) unctos ioco extra gymnasium insectatos fuisse, puberes uerò, qui intus se cõtinuerant, ruina gymnasij obrutos omnes ad unũ pariter perisse, eapropter eorũ sepulchrũ, & nũc quoq; Sismatium appellatũ est. Aduertẽs itaq; Archidamus in tanta totius urbis confusione, atq; ruina imminentẽ perniciem, & ciues passim solutos priuatarũ duntaxat rerum saluti intẽtos esse, aduentum hostium tuba undique significari facit, ciues armatos quamprimùm ad se conuenire iubet. Tota in huius unius cõsilio uisa est pendêre tum Spartanæ urbis salus. Vicini nanq; homines 42
concursione undique ex agris facta, direpturi ruinæ reliquias ueniebãt: qui armatos iam ciues instructosq; conspicati, terga dantes in proximas quiq; se urbes recipiunt, inde finitimos populos obeũdo ad prædam diruta urbis solicitare. Multis, & Messeniis maximè ea res cùm placuisset, omnes in Spartanos arma suscipiũt. Lacedæmonij Periclidam

Periclidam Athenas mittunt, opem atq; auxilium à sociis imploraturũ, quem scribit Aristophanes comicus pallidũ aris insidẽtem punicea in ueste exercitum postulare. Ephialtes itaq; id protinus prohibere, obtestaríque, ne ullã aduersariæ urbi opem ferrent, at sinerent Spartanorũ fastum, atq; superbiã conculcari atq; iacere. Cimonẽ uerò Lacedæmoniorũ sãlutem patriæ cõmodis, & incremento prætulisse, suasisse populo de auxilio sociorũ: atq; profectũ deinde cùm haud parua militũ manu in Lacedæ-
43 moniorũ subsidiũ, Critias author est: Ion uerò eius orationis meminit, qua maximè ciuium animos in suam sententiã conciliauit, hortatus ne Græciam claudam paterẽtu, néue societate iam copulatã illis urbem per contemptũ negligerẽt. Profectus itaque Lacedæmonẽ Cimon, cùm copias præterduceret per Corinthũ, inuectus est in eũ Lachartus, q̃ inexploratis eius loci ciuibus, illac exercitũ traduceret: neq; enim decere illum alienum pulsantẽ ostium ingredi priusquã dominus iuberet. Et Cimon, Cęterùm nõ uos, inquit, ô Lacharte, Cleonensiũ ac Megarensium pulsantes ostia, sed armis ac ui cõfringentes, in eorum domos irruistis, arbitrati his, qui uiribus præualẽt omnia aperta esse debere: Hæc fertur Cimonis in Corinthũ, haud magis mordax, q̃ opportuna respõsio, statímq; cum copiis excessit. Acciti iterũ à Lacedæmoniis Athe-
44 nienses contra Messenios & Helotas Ithomam habitantes, opem tulerunt. Maximus inerat illis in armis splendor atq; promptitudo. Quos suspicati Lacedęmonij tanquã nouarũ rerum cupidos, solos ex omnibus sociis ea militia abdicare. Illi, ut par erat, indignati abscedentes, iam palàm in omnes Spartanarũ partium fautores difficiles esse, & leui in Cimonẽ occasione capta, exilio damnatum relegarũt in decem annos. Erat enim decennale tempus præfinitũ omnibus, qui tẽporario tantùm exilio damnabãtur. Lacedæmonij interea expeditionẽ ingressi, liberaturi postremò Delphos à Phocensibus, in Tanagra castra locant, quibus cominus dimicaturi Athenienses occurrũt. Cimon armatus ad Atticum exercitũ ueniens, tribui suæ Oeneidi se adiunxit, ardentissimus unà cum ciuibus suis patrias iniurias uindicare. Cæterùm concilium, in quo quingenti erant conscripti uiri, cùm id pauidè accepisset (aduersa enim factio eũ istuc uenisse clamitabat, Attica turbaturum agmina, atque patriã Lacedęmoniis sub-
45 acturum) extemplo in nullos ordines Cimonem admitti iubet. Discedẽs ille è castris, Euthippum Anaphlystium, cæterósque, quos Lacedęmoniorũ fauor suspectos fecerat, hortatur, ut in hostem forti animo pugnent, uelíntq; opera atq; uirtute apud ciues suos ab hac se nota purgare. Hi cùm omnem Cimonis armaturam penes se detinuissent, in turmas distributi, tam acriter, tam constanter aduersus hostem dimicãdo constitere, ut cùm centum essent, nemo tamen ex pugna uiuus emerserit. Magna hęc uirtus, ingens istorũ salutis desideriũ Athenienśium excitauit, pœnituítq; quòd falsas atq; iniustas tantis uiris causas iniecissent. Subinde & ipsi Cimoni cõciliati sunt, cùm sociorũ suorum cæde, tum gerendarũ rerum opportunitate adducti. Ingenti nanque strage in Tanagra profligati, cùm primo uere infestum Pelopõnensium exercitũ trepidi expectarent, Cimonem ab exilio reuocant, qui Pericle sibi decretũ conscribente,
46 in patriam est reuersus. Tales tunc ciuiles erant disceptationes, mutuęque ciuium iræ adeò mẽsuratæ, ut pro publicis utilitatibus facilè pacari posset, & ipsa ambitio cũctos animi impetus excedens, ipsi tamen patriæ pietati penitus concedebat. Cimonis itaque opera id bellum dissolutum est, & urbes inuicẽ cõciliatæ. Pace perfecta, animaduertens Cimon iuuentutem Atticã domi nõ posse quiescere, cæterùm & militia nutriri & augeri gliscentẽ, timens ne bellãdi cupiditate in proximos Græcos arma mouerent, néue ad insulas, aut Peloponesum ingenti classe cõuersi causas intestini belli, aut socialiũ criminationũ origines in urbes excitarẽt, ducentas armauit naues, omnẽ bellorũ cupidinem in Cyprios aut Aegyptios profusurus, simul ut inquietos Athenienses pugnãdo contra barbaros exerceret, & diuitiis ab hisce qui natura sibi inimi-
47 ci erant cõparatis, honestè Græciam locupletaret. Omnibus itaq; iam paratis, cùm in

littore nauales constitissent copiæ,horrēda Cimoni ſpecies in ſomnis uiſa apparebat, canem quandā in eum laceſſitam latrare,inter latrandū uerò humana uoce admixtū hunc uerſum edidiſſe:I, mihi téq; meis catulis facturus amicū. Cimoni quidnā hoc phaſma portenderet ambigenti,Aſtyphilus Poſidoniates uir uaticinij peritus, eíque familiaris,mortē ait hanc ſibi ſpeciem præſagire,hoc modo cōiectans:Canis huic,in quem latrat,hoſtis eſt:hoſtē uerò nō alia quiſpiam re magis,q̄ morte lętum facit. Illa demū miſta uox,Medum hoſtē deſignat,quòd Medorum dux Græcis pariter ac barbaris uiribus immiſtus eſt. Sub hāc ſpeciē ecce & aliud ei,dum Libero patri ſacrificaret,prodigiū uiſum.Cùm enim uates de more uictimā cecidiſſet, id ſanguinis, quod iam humi congelatū erat,formicarū caterua paulatim corripiētes ad Cimonē deportabant,& circa pedis pollicē extendētes,diu huic rei intentæ ſingulos latuere. Simul itaque,cùm Cimon huic miro formicarū ſtudio mentem adhibuiſſet,aderat & ſacerdos iecur uictimæ ſine capite ei oſtentās.Hæc cùm ſic obtigiſſent,enauigauit tamen Cimon,qui tāti apparatus militiā honeſtè detrectare nō poterat. Sexaginta itaq; nauibus in Aegyptū tranſmiſſis,ipſe cum reliquis ea maria perluſtrans,regiā claſſem in qua Phœniſſæ & Ciliciæ naues erant,profligauit.Circuniacētes deinde urbes ſubegit, & in Aegyptios omnē belli cōuerterat molē. Nihil humile amplius ei in animo reſidebat:cæterùm in ingentes atq; ampliſſimas ſpes mentē attollens,uniuerſum Perſici regis imperium delere parabat. Stimulabat quāmaximè ingētis ſpiritus uirum Themiſtocles:quē tantam apud barbaros gloriā, atq; authoritatē cōſecutum audierat,ut rex Perſarū in Græcos atma moturus,uniuerſis ſuis copiis eum ducē declaraſſet.Themiſtocli uerò ad mortē ſibi ſpontè cōſciſcendā,haud parum id acceſſiſſe ferunt,quòd inſuperabili Cimonis uirtute atq; fortuna,in Græcarū rerū deſperationē deuenerat. Cimon itaq; ingētes certaminū moles ſtruens, circa Cyprū nauales cōtinens copias, ad Iouem Hāmonium quoſdā ex ſuis mittit,ſecretum quoddam à deo ſciſcitaturos. Ignoratur enim prorſus quidnam id eſſet,quod ſcire cuperet:nec uerò deus ulla ei reſponſa tulit.Vt primùm enim eò uenēre,iuſſit eos iſthinc abſcedere:Cimonem enim ipſum iam penes ſe exiſtere aſſeuerabat. Hæc illi audiētes cōfeſtim ad mare deſcēdūt, & cùm deinde in Græcorū caſtra ueniſſent,quæ circa Aegyptū locata erant,cognita Cimonis morte,réq; ipſa cum Hāmonis collata reſponſo, intellexerūt planè eum de uiri morte uaticinatum fuiſſe,tanquā iam penes deos immortales ipſe cōmoraretur. Obiit itaq; diē dum Citiū obſideret,aduerſa(ut plurimis placet) corporis ualetudine captus. Quidā uulnere,quod aduerſus barbaros pugnās acceperat, eū confectū fuiſſe tradūt.Moriens uerò ſuis imperauit,ut celato eius interitu,copias cū claſſe in urbem reducerēt: obtigítque,ut cū neq; hoſtes,neq; ſociorū quiſpiā id ſenſiſſet,liberi ac tuti in patriā remearēt,duce(ut Phanedemus inquit)Cimone,qui triceſimū ante diē è uita migrarat. Nil poſteaquā is mortuus eſt,ab ullo Grācorū imperatore magnificè in barbaros geſtū: cæterū ad factiones & diſcordias cōuerſi, cū nemo manus afferret in mediū,* ab externis bellis penitus diſciſſi ſunt. Ea re maximū in reſumendis uiribus momētū barbaris præſtitere,& Grēcis rebus quātā iacturā intulerint,uix dici poteſt. Haud paulò uerò poſt hūc,Ageſilaus Aſiæ inferens arma,breue cum his ducibus,qui pro Perſico rege maritimas oras tuebātur,bellū geſſit,& cū nihil adhuc clarè,nil magnificè geſtū eſſet, ſeditione tumultúq; aduerſæ factionis reuocatus abſceſſit, in mediis ſociorū ac amicorū urbibus publicanos Perſarū,qui tributis populū uexabāt derelinquēs: in quas, dū Cimon uiueret,nec Perſicus modò tabellarius deſcēdebat,nec equus intra XL. ſtadia ad mare conſpectus eſt. Reliquiæ uerò eius in Atticam tradūctæ fuerunt,quod monumēta teſtantur,quæ & nunc quoq; Cimonia appellata ſunt. Colunt uerò & Citienſes quoddā Cimonis ſepulchrum,ut Nauſicrates rhetor tradit: quibus in fame terræque ſterilitate à deo aliquādo imperatum eſt, ne Cimonem negligant,ſed ut deum uenerentur ac colant. Atq; eiuſmodi quidē græcus ille dux fuit.

* συνεξέβησαν δὲ καὶ πόλεμον.

Lucius

Lucius Lucullus.

LEONARDO IVSTINIANO INTERPRETE.

LVCII Luculli auus fuit uir conſularis,auunculus autem Metellus is, qui Numidicus eſt cognominatus.Parentum eius hic quidem furti damnatus eſt: Cæcilia uerò mater amiſſa pudicitia,parum in urbe gloriæ eſt conſequuta. Lucullus ipſe adoleſcens, cùm priuatus nullum adhuc in rep. magiſtrātū geſſiſſet,Seruilio auguri,qui patrem accuſauerat,diem de publicæ pecuniæ peculatu dixit.Viſa eſt ea res clariſſima Romanis,& omnium laudata conſenſu. Id enim accuſandi ſtudium,uel ſine priuata occaſione,haud ignobile uidebatur:quinimò plurima delectatione eos mirari laudaréque iuuenes conſueuere, quos ſceleſtis ac flagitioſis hominibus, ceu feris generoſos catulos acerrimè cernerēt incumbētes. Ingenti itaq; in eo iudicio orta cōtentione,cùm uulnerati quidam,aliquot præterea fuiſſent occiſi, euaſit tamen accuſationem Seruilius.Tantā uerò Lucullus grǽcis pariter ac latinis literis operam dedit,ut uel in utriſque poſſet aptiſſimè ornatéque dicere,& Sylla rerū ſuarū commentaria inſcripſerit ad Lucullum,ad eum quippe qui elegātius eam hiſtoriam diſponere poſſet.Nō erat eius ſermo,ut multorum eſt,in curia modò,roſtris,aut ſubſellíis, ſed in omni publica priuatáque re promptiſſimus atque diſertus. neq; forum, uelut irretitus thynnus pelagus,perturbabat:inde uerò egreſſus,aridus, ſine eloquio confectus. Cæterùm ornatiſſimis illis diſciplinis,quas liberales uocant, omne ſuum ſtudium adhuc adoleſcens accommodauit. Grandior uerò ætate factus,cùm ob eam potiſſimùm diſſenſionem,quam aduerſus Pompeium habuit, omni prorſus animū ambitione in tempore abdicaſſet, à diuturnis laboribus ad otium atque quietem, ad nobiliſſima philoſophiæ ſtudia ſe conuertit,& in eius contemplatiuo genere, ceu in iucundiſſimo quodam diuerſorio,quieſcebat. Quanta uerò ei fuerit in dicēdo facultas,hinc arbitror poſſe perfacilè iudicari.Ferunt enim Hortenſium cauſidicum & Siſennam hiſtoricum ex ioco quodam in rem ſeriam(ut fit plerunque)conuerſos,cum Lucullo adoleſcente compoſuiſſe, ut poemate orationéq; græca pariter ac latina propoſitis, eo quem ſors dediſſet ſtylo, eáque lingua teneretur Lucullus Marſicum conſcribere bellum,obtigítque ei ſorte græca oratio.Defluxit enim ad nos uſque Marſici belli hiſtoria graio ſermone contexta. Multa uerò Luculli in Marcum fratrem inſignis beneuolentiæ argumenta Romani tradidere.In primísque id memoriæ mandatum eſt,quòd maior natu cùm eſſet,ſolus tamen nullum in repub.magiſtratum inire uoluit,uerùm legitimam fratris moratus ætatem, ut eius quoque ratio haberi poſſet, tantam ſibi hac humanitate apud populum gratiā conciliauit,ut uel abſens unà cum fratre ædilis declaratus eſſet.Multa præterea iuuenis adhuc in Marſico bello audacię, multa grauis conſilij facinora declarauit:& Sylla eius conſtantia humanitatéque ductus,tantùm illi authoritatis atque uirtutis tribuebat,ut ubi quid fortiter, clarè, ſtrenuè agendum eſſet,Luculli potiſſimùm, quoad uixit,opera uteretur.Datum eſt ei in Peloponneſo ſignandi numi negotium, in Mithridatico bello, qui & Luculleus diu ab illo eſt appellatus,* celerémq; ob neceſſitatem in bello uſum accepit.Dehinc Sylla Atheniēſi agro potitus,cùm maritimum annonæ aditum hoſtili claſſe ſibi præcluſum cerneret,Lucullum in Aegyptum & Libyam,unde quammaximam ſibi claſſem compararet,traiicere iuſſit. Is rigente tunc maximè hyeme, tribus cum græcis myoparonibus & biremibus æqualibus fermè Rhodiis,ab Athenis enauigauit, non horridi modò & efferueſcentis pelagi, ſed multarum quoque hoſtilium nauium periculum ſubiens,quę per licentiam uagabantur.In Cretam itaque Lucullus ueniens,eam

Luculleus numus.

* ᾧ διετέλεσεν ὂπι πλεῖστον ὑπὸτῶν στρατιωτῶν χρώμενος ἐν τῷ πολέμῳ καμελάυκιον ἀμοιβὴν παρέχειαν.

Μυοπάρων πλοῖον μέγας, Suidas.

sibi conciliauit,& Cyrenæos diuturnis tyrannidibus bellísque confractos cùm ad se recepissẽt,inconditam atque turbatam eorum remp.ordinauit. Tunc illum meminisse ferunt eius sententiæ,quam olim in Cyreneos diuinè dixerat Plato.Rogantibus enim illis,ut leges sibi cõscriberet, uellétque eorum ciuitatem in optimæ cuiuspiam reipub.formam constituere: Difficillimum esse inquit,Cyrenæos amplissima fortuna solutos legibus continere.Nil enim imperatu difficilius esse eo homine, quẽ prospera fortuna extulerit: neque iterum regi quippiam leuius illo, qui aduersis fuisset casibus depressus atque cõtractus.quæ res perfaciles instituenti Lucullo præstitit Cyrenẽos.Inde uerò traiiciens in Aegyptum,maxima nauium suarum parte amissa,ipse cum reliquis in Alexandriam clarissimè deuectus est.Etenim aduentanti ei, uniuersa classis magnificè perornata obuiam tanquam regi enauigauit. Aliud subinde adolescentulus Ptolemæus singulare Lucullo ac inusitatũ humanissimæ beneuolentiæ studium declarauit:nam intra regiam eum cùm familiariter,tum splendidissimè est hospitatus,quo nemo ante Lucullum superiorum ducum honore à Ptolemæo donatus fuerat. Cibariorum uerò non quantùm parari cæteris consueuerat, sed quadruplum Lucullo dabatur, tametsi nil amplius ipse, quàm quod modestissimo uiro dignum esset,acciperet. Pretiosissima quoque uel octoginta talẽtorum munera recusauit. Ferunt autem non Memphim,non aliud quippiam in Aegypto mirabile uoluisse conspicere:otiosi enim & delicati peregrini id esse, non eius qui suum imperatorem sub diuo,sub hostium mœnibus cubantem,in tãto rerum discrimine reliquisset. Lucullus itaque cùm tumentem Ptolemæum in Romanorum societatem allicere nequiuisset, naues tamen quæ suam nauigationem tutarentur usque in Cyprum, ab illo quàm liberaliter datas accepit,recedentíque plurima Ptolemæus clarissima beneuolentię insignia demonstrauit. Donauit eum postremò pretiosissima pulcherrimáque smaragdo auro alligata,quam Lucullus penitus recusásset,nisi rex propriam illi lapidi insculptam ostendisset imaginem. Verebatur enim ne quod animi magnitudine faceret,si ad inimicitiam Ptolemæus transtulisset,nauales sibi pararet insidias. Profectus igitur ab Alexandria Lucullus,cæterásque maritimæ oræ urbes adiens, à singulis quæ modò piraticam non exercebant,naues accepit. Coacta itaque classe cùm tutò traiecisset in Cyprum,ibi hostes intra littoris sinus absconditos insidias sibi tendere,eúmque obseruare accepit. His allatis, Lucullus confestim machinis comparatis, naues in terram subducere iubet. Literæ deinde ad urbes uicinas datæ, quibus proximum uer moraturum sese dicebat, commeatúsque ad augendam fidem,& cætera ad hybernandum necessaria postulabat. Hoc interim spatio, cùm secundas sibi auras afflare conspexit,deductis repentè nauibus classem in altum recepit. Interdiu demissis contractísque uelis, ignaro hoste pernauigauit. Nocte uerò quamaltè sublatis armamentis,in Rhodum integra classe applicuit. Nauibus ibi à Rhodiis receptis, Cois atque Cnidiis non modò de defectione ab rege, sed ut in Samnios quoque arma mouerent,suasit.Omnes deinde ex Chio expulsi,& Colophonios capto Epigono eorum tyranno libertate donauit. Ea fortè tempestate Mithridates deserto Pergamo, intra Pitanen sese receperat, ubi à Fimbria terra obsessus atque conclusus, ad mare (quod unica salutis spes erat)conuersus, quammultas poterat naues ad contrahendam classem undiq; accersebat.Desperabat enim cum Fimbria signa conferre,uiro cùm summa audacia,tum recentis fortuna uictoriæ metuendo.Fimbria cui nullę aderant maritimæ uires,hæc conspiciens, Lucullum sibi adiungere pergit. Mittit igitur quamprimùm qui eum orent,moneant, supplicent,ut uniuersa cum classe adueniat, uelítque secum infestissimum regẽ, omnium Romani populi inimicissimũ perdere atq; delere.Non patiatur clarissimum tot laborum,tot certaminum,tot deinde periculorum præmium, Mithridatem iam intra retia cõpulsum,ac propè captum, Romanos euadere.Si enim is in Romanam potestatem ueniret,neminem omnium tãtùm gloriæ,

Platonis diuina sententia.

Liberalitas Ptolomæi erga Lucullũ.

riæ,tantùm sibi laudis uendicare,quàm ille, qui uel fugam eius unum modò perditis rebus consilium inhibuisset, aut cepisset fugientem. Ab se nanque terris expulsum, undique ab illo mari conclusum Mithridatem, amplissimam utrique gloriam allaturum. Huiusce tantæ rei magnitudinem, Syllæ ad Orchomenum atque Chæroneã
10 summa Romanorũ laude celebrata facinora extinctura. Videbantur hæc omnia ab ratione nil dissentire: neque dubiũ erat,si obsecutus Fimbriæ Lucullus, nauibus quæ parum aberant eò traductis portus fauces occlusisset,id bellum penitus confici potuisse, Romanos quoque innumeris,quas deinceps subiere,calamitatibus fore solutos. Non placuit ea res Lucullo,aut quia legatus iura Syllæ erga se omni cõmodo priuato publicóque prætulerit, siue quòd Fimbriã suæ gloriæ socium recusarit,sceleſtũ quippe hominem, ac dominãdi cupidũ,uiri & sibi amici,& imperatoris recenti cæde fœdatum: seu potius quòd diuina quadã fortuna Mithridati tũc parcẽs in destinatũ sibi tempus debellandũ seruauit. Vnde & liberã hosti fugam, & Fimbrianũ militem ludibrio barbaris esse effecit.Ipse uerò primùm circa Lectum (hic Troadis locus est) regias sibi naues obuias profligauit. Neglecto deinde Neoptolemo, qui cum maiori
11 se Tenedi classe tenebat, cõfligere cum eo instituit. Cõscendẽs itaq; in Rhodiã quinqueremem, cui Damagoras præerat, uir & longa naualium certaminum experientia doctissimus, & summa cum Romanis beneuolentia cõiunctus, primus omnium in hostes deuehitur:Neoptolemus uerò gubernatori suo imperat,ut in occurrentem nauem quammaximo possit impetu ruat. Damagoras pondus aduersæ nauis ferreíque rostri asperitatem reformidans, proris concurrere recusauit, itaque conuersam nauem retrò inhibuit,ut ceu fugiens impetum quamægrè in puppim exciperet.Ictus eo consilio leuissimus fuit, & in his fermè nauis partibus, quæ mari contegebantur. Aderant interea reliquæ naues, & Lucullus unà conuersus, & uerbis & opera militũ animos ad pugnam accendit. Conserto prælio,cùm multa egregiè pugnando fecisset,hostes tandem in fugam conuertit, & Neoptolemum ipsum est insectatus. Syllæ deinde per Cherronesum transituro congrediens, liberato itinere exercitum eius tutò traiecit.Fœdere icto Mithridates in Euxinum Pontũ profectus est. Sylla uerò xx.
12 millium talentorum damnata Asia, colligẽdi munus Lucullo commisit,ut inde numos cuderet. Is itaque in tam graui acerbóque negotio, non integrè modò ac iustè, sed adeò prudẽter,benignè,humanè uersatus est, ut pro Syllæ difficultate afflictis urbibus,uel maximum ipse solamen fuerit.Atqui Mitylenæos pro his quę in Marium ipsi peccarant, & pœnas dare uolebat, impares tamen criminis grauitati, non tamen id Mitylenæi passi sunt. Quod ubi Lucullo allatum est, mulctam uidelicet Mitylenæos detrectare,classem confestim illò admouit, collatísque utrinque signis hostem uictoria superatum in urbe concluſit. Castris deinde ad obsidendam urbem positis, hac arte atque ingenio Mitylenæos occupauit. Interdiu nanque,ut se hostes conspicere possent, ad Eleam enauigauit: nocte uerò ad obsidionem frustrato hoste egres-
13 sus,locatis circa urbem insidiis,quiescebat.Mitylenæi postridie Romanũ abesse rati, temerè fuséque ad diripienda Romana castra discurrunt.Prodiens ex insidiis Lucullus,& dissipatum hostem adortus,plurimos captiuos habuit, quingentos hostiũ pugnando trucidauit. Sex millia mancipiorum, aliáque innumerabilis præda inde abacta.Ab Italię uerò miseris calamitatibus,quas Sylla Mariúsque tristi ac flebili plurimorum clade mortalium intulere,Lucullus cælesti quadam sorte rebus Asiæ immoratus ferme abstinuit. Nec tamen minorem apud Syllam,quàm cæteri,& gratiam & dignitatem est consequutus: cæterùm commentaria rerum suarum, ut diximus, ob summam cùm authoritatem,tum in eum beneuolentiam, ei inscripsit. Et moriens, posthabito Pompeio,Lucullum filij tutorem testamento instituit,eámque uisum est flagrantissimis ad gloriam iuuenibus primam succendendæ discordiæ facem fuisse.
14 Mortuo Sylla, habitis non multò deinde comitiis, unà cum M. Cotta consul est de-

claratus,circa centeſimam & ſeptuageſimamſextam Olympiadem. Videbatur multis Mithridaticum bellum ſuſcitandum eſſe, & M. Cotta non dimiſſum, ſed intermiſſum eſſe dicebat. Conſulibus itaque ſortiri prouincias iuſſis, Gallia ciſalpina Lucullo ſorte obuenit,parúmque læto animo id accepit,quòd prouincia latam comparandæ ſibi gloriæ materiam non haberet. Stimulabat permaximè ingẽtis ſpiritus uirum Pompeius, qui rebus à ſe geſtis in Hiſpania tantùm ſibi laudis uendicarat, ut ſi motus Hiſpaniæ quieuiſſent, Mithridaticum bellum omnium ſibi conſenſu decernendum eſſe uideretur.Proinde cùm pecunias ille petiiſſet,ſcripſiſſétque ſenatui, niſi mitterent,relicta Hiſpania atque Sertorio,omnes in Italiam copias reducturum,Lucullus ut quam primùm ei mitterentur effecit, ne ulla penitus occaſione Pompeius Romam ſe conſule remearet. Nec erat neſcius,ſi tanto ille cum exercitu aduentaſſet, 15
omnem in ſe urbem fore conuerſurum. Cethegus præterea, qui iam propè Romanæ libertatis dignitate extincta, omnia ad gratiam obeundo,princeps in rep. uidebatur, Lucullo infenſus erat,quòd is obſcœnam Cethegi uitam,libidinum, flagitiorum,errorum, ſcelerum plenam faſtidiret. Lucij uerò Quintij factioſi hominis, qui decreta Syllæ antiquare,qui motus in rep.excitare,qui urbis turbare quietem tentabat, multa priuatè, publicè multa commonefaciens, temeritatem audaciámque compreſſit, ſeditioſúmque uiri impetum pro ciuitatis ſalute cohibens, ingentium calamitatum radicem extirpauit.Romæ interea nuntiatum eſt,Octauium qui Ciliciam habebat,è uita migraſſe.Multi enim prouinciam competituri Cethegum, cuius ampliſſima in 16
ea re uidebatur authoritas,ſumma cum diligentia colebant.Lucullus tametſi Ciliciã non multi faceret,omne tamẽ ingenium,omne adhibuit ſtudium, ut ea ſibi prouincia decerneretur, arbitratus ſi Ciliciam Cappadociæ propinquam tenuiſſet, fore ut alter nemo ad Mithridaticum bellum deſtinandus eſſet.Cùm itaque multa tentaſſet, rem denique à ſuo prorſus ingenio alienam adortus eſt,eámque magis uilem aut abiectam, quàm potiunda ea prouincia opportunam. Mulier erat in urbe Præciano mine,nulli & uenuſtate formæ,& uerborum lepõre ac comitate concedens, nil tamẽ uita impuriſſimo quopiam ſcorto præſtabat. Hæc ex frequenti nobiliſsimorum iuuenum congreſſu,geſta in rep. perdiſcebat,ciuium diſcordias componebat,amicitias confirmabat:híſque artibus pariter cum placidiſsima corporis atque uerborum gratia,ampliſsimam ſibi in urbe beneuolentiam conciliarat. Vbi uerò Cethegum, qui 17
ſummã florebat gloria,urbémque ſuo nutu ductitabat,inſano æſtuantem amore ſibi deuinxit,iam in Præciam omnis reipublicæ potentatus confluxerat.Nihil enim non interueniente Cethego in ſenatu, & in populo decernebatur: neque Cethego quippiam probatum erat quod Præcia non iuſsiſſet. Hanc Lucullus cùm donando,tum plurimùm blandiendo ſubducens(non enim inflatę ambitioſæque mulieri parua uidebatur merces,ſi tantus eam uir publicè coluiſſet)continuò Cethegum & fautorem, & prima ſibi ferentem ſuffragia eſt adeptus. Ciliciam uerò prouinciam conſecutus, neque Præciæ deinceps,neque Cethegi patrocinium poſtulauit. Ampliſsimo nanq; omnium cõſenſu, Mithridaticum ei bellum deferebatur, quòd ab altero nemine ea res clarius, fortius, accuratius geri poſſet. Pompeius enim contra Sertorium adhuc bellabat,Metellus ætate mala confectus erat, qui duo duces de militari cum Lucullo uirtute certare uidebantur. Atqui Cotta eius collega patres obeundo,ſolicitãdo,ſup- 18
plicando,ad Propontidem obſeruandam,debellandámq; Bithyniam miſſus eſt. Lucullus cum una modò,quam ipſe per ſeſe ſcripſerat,legione trajecit in Aſiam.Eò deueniens,alterum ſibi aſciuit exercitum.Hi erant Fimbriani milites appellati,qui diuturnis deliciis inueteratáque habendi cupiditate contabeſcebant, qui effrænata peccandi licentia atque libertate ſine duce diu ſoluti fuerant.Flacco enim conſule & imperatore,duce Fimbria,interfecto,ipſum denique Syllæ Fimbriam prodidere,uiri ſeditioſi,intractabiles,iniqui:cæterùm fortes & continuo armorum uſu pugnaciſsimi.

Hos

Hos itaque ſibi Lucullus adiungens,breui temeritatem eorum adeò contudit, ut tũc primùm & uerum ducem,& fortiſsimum imperatorem experirentur.Cùm per cętera & ſuperiori tempore magis affectarent imperium, quàm caperent, longa conſuetudine ad uoluptates propendentes,ægrè nec diu admodum cum Lucullo commilitarunt. Hæc de Romanis hactenus, nũc res hoſtium ediſſeramus.Mithridates itaque 19
ceu ſophiſtarum plurimi iactabundus primùm atque elatus, cum inani atque ignauo exercitu, ſummo tamen armorum ſplendore conſpicuo, in Romanos profectus eſt. Vbi uerò non minori cum ignominia quàm periculo euadens cum hoſtibus iterum pugnaturus erat,non uariæ populorum multitudini, nõ barbaris multiplicium linguarum minis,non gemmis denique auróque ornatis armaturis potiundæ uictoriæ ſpem commiſit,quia hæc quaſi uictorum manubias nil momenti geſtantibus attuliſſe ſenſiſſet: cæterùm pro his Romanos enſes, ualidiſſimósque clypeos fabricari iubet.Non amplius ornatos equos, ſed domitos militiæque inſtructos admittit. Peditum cẽtum uiginti millia Romano more in ordines diſtributa, decem & ſex equitum millia in armis habuiſſe conſtat, præter falcatos currus, quos centum fuiſſe tra- 20
dunt.Naues præterea non deauratis tentoriis fulgentes,neque delicatarum pellicum balneis elaboratas,ſed armis, miſſilibus telis,opibus refertas parauit. His cum copiis traiiciens in Bithyniam,ab urbibus benignè iterum exceptus eſt.Non enim has modò, ſed uniuerſam Aſiam intolerabili ueteríque peſte euerterant Romani fœneratores & publicani, quos poſtea Lucullus uelut harpyias labores mortalium depaſcentes eiecit. Tunc uerò placidè monendo conatus eſt rapacem eorum ingluuiem aliquantulum delinire, ſedauítque populorum motus, qui iam penè omnes Romani fœnoris onere defecturi uidebantur.Hæc dum geruntur à Lucullo,Cotta gloriæ ſibi comparandæ occaſionem ratus,cum Mithridate decernere ſtatuit. Certò ſibi nuntiatum erat aduẽtare Lucullũ,& iam in Phrygia caſtra poſuiſſe. Sed ne ille huius triumphi,quem Cotta manibus tenere arbitrabatur,aliquam ſibi laudem uendicaret, cum 21
hoſtibus ſigna conferre quamcelerrimè feſtinauit. Terra mariſque profligatus Cotta, ſexaginta cum omni milite naues, & quatuor præterea peditum millia in ea pugna amiſit: & ipſe in Chalcedone concluſus unicam ſalutis ſpem in Lucullo poſuerat. Erant nonnulli qui Cotta neglecto, Lucullum ulterius progredi ſtimulabant, quòd Mithridatis regnum omni præſidio deſolatum, facillimè capi poſſet. Hæc maximè militum ſententia erat.Nec enim pari poterant animo tolerare, ſi Cotta non ſuã modò,ſuorúmque militum perniciem procuraſſet,ſed ipſis quoque impedimento foret ad tantam ſine ulla pugna uictoriam capeſſendam. Lucullus itaque militibus ad cõcionem uocatis,cùm multa clariſſimè diſſeruiſſet,tandem ſe malle,inquit, uelunum ab hoſtibus Romanorum eripere,quàm omnes ſibi res hoſtium uendicare.Et Archelao iterum,qui in Bœotia pro Mithridate præfectus defecerat ad Romanos aſſeuerãti,ſi in Ponto Lucullus conſpiceretur,omnia pariter Romanum imperium ſubitura: 22
Non ego,inquit,Archelae,uenatoribus audacia cedo,ut relictis feris,ad uacua illarũ luſtra progrediar. Hæc ita dicens in Mithridatem ducebat exercitum. Triginta,non ultrà,peditum millia,equites bis mille quingentos in armis habuiſſe cõſtat.Cùm itaque in hoſtium conſpectu caſtra locaſſet, ingentes eorum copias admiratus, tutius à prælio,ſi poſſet abſtinere cenſebat,& moram trahẽdo rem gerere. Marius autem,quẽ Sertorius ex Hiſpania cum copiis ad Mithridatem tranſmiſerat, cùm occurriſſet, laceſſitus ad prælium Lucullus copias in aciem pugnaturus educit. Datum erat utrinque pugnæ ſignum, cùm nullo prorſus indicio præcedente, ingens flammeum corpus aere repentè cõfracto intra duos exercitus eſt elapſum.Erat id corpus forma quidem dolio,argento uerò ignito colore perſimile.Subitus itaque tanti prodigij pauor 23
certamẽ diremit.Hoc circa Otrias(hic Phrygię locus eſt)eueniſſe traditũ eſt.Lucullus ſubinde hoſtium multitudine cognita, nullas opes, nullos humanos apparatus ad eã

Prodigiũ corporis flãmei, inter duos exercitus elapſi.

diu nutriendã ſuffecturos eſſe cẽſebat,præſertim ſi aſſidens ipſe,frumentãdi facultatem hoſtibus ademiſſet. Rem itaque graui cõſilio indagare adortus,unum ex captiuis ſibi adduci iubet. Rogat primũ, quot cum hominibus Mithridates caſtra cohybernabat:poſtea, quantùm ſibi cõmeatus in tentorio reliquiſſet. Cùm ille ad ſingula reſpondiſſet, amoueri iubet, & ſecundum deinde ac tertium pariter percontatus eſt. Hoſtium denique numero cum cibariorum quantitate collato, comperit non ultrà quàm trium aut quatuor dierum commeatum hoſtibus ſupereſſe. Ea re Lucullus ad cunctationem maximè confirmatus, ingentem commeatuum copiam intra uallum congeri iubet,ut abundantia ſua obſeſſum hoſtem inedia debellaret. Mithridates interim Cyzicenos, qui in Chalcedonica pugna decem naues,triáq; hominum millia cum maximo rei ſuæ detrimento amiſerant, inſidiis occupare aggreſſus eſt, Lucullúmque maximè latêre cupiens,prima ſtatim uigilia noctis,quę tenebroſa & humida erat,ſilentio caſtra mouit. Ad urbẽ itaque, prima diei luce aduenientes,prope Adraſteæ montem ſigna firmauit. Accipiens id Lucullus, & confeſtim citato greſſu Mithridatem ſubſecutus, lætatúsque quòd in hoſtem incompoſito agmine nõ incidiſſet,in uico qui Thracia dicitur locauit exercitum. Hunc in locum omnia prorſus itinera confluebant, quibus frumentatum pabulatúmque hoſtis exire compellebatur. Quare Lucullus proxima iam uictoria mente concepta, ſpem ſuam ad leuandos militum animos expromere cenſet. Poſitis itaque caſtris,ut primùm ab opere ceſſatum eſt,milites ad concionem uocat. Ibi cùm ſuum conſilium honeſtè ac magnificè laudaſſet,promiſiſſétq; ſine ulla ſuorũ cæde uictoriam de hoſtibus propediem daturum, milites optimè ſperare iuſſos à concione dimiſit. Mithridates decẽ caſtris à terra Cyzicenorum urbem aggreſſus,cùm illum quoque maris meatum quo à continenti ciuitas diuiſa erat,nauibus occluſiſſet,urbem utrinq; obſidione tenebat. Cyziceni uerò ad tuendam urbem, ad propulſandos hoſtium impetus, ad ſeruandam ſocialem Romanorum fidem,uſque ad ultimam ſui pernicié conſtantiſſimi erant. Hac tamẽ una cura aliquantulum angebantur,quia ubinam Lucullus eſſet,penitus ignorabãt. Poterant quippe Romana caſtra ſatis ab urbe uideri:cęterùm doloſi hoſtes,ut oppidanis pauorem incuterẽt,ad Romanos conuerſi, Videtísne illos aiebant? Armeniorum atque Medorum eſt ille exercitus, quos Tigranes in auxilium Mithridati tranſmiſit. Cyziceni uerò tantarum copiarum admiratione ſtupentes,nullum amplius Romanorum auxilium expectabant: quia tam ingenti armorũ horrore undiq; circunfuſo, omnis ferendæ opis facultas Lucullo adempta eſſet. Primus igitur ab Archelao Demonax immiſſus præſentiã Luculli Cyzicenis enuntiauit. Nõ ſatis tamen huic nuntio creditum eſt,ſed Archelaum ad leuandos eorum animos id cõmentari arbitrabãtur. Adoleſcentem ſubinde qui captiuus è caſtris hoſtiũ fugiẽs ueniebat,ſtudioſè cõueniunt,rogántq; ut ubinam Lucullus eſſet,ediſſerat. Subriſit adoleſcens,quia iocari eos æſtimabat:ut uerò ſeriò quæritãtes animaduertit, Romano eis uallo manu ſignificato,priori Cyzicenorum animos audacia integrauit. Stabant tunc fortè in Daſcylitide palude cõplures ſcaphæ,harum maximam Lucullus admotis machinis in terrã ſubduci iubet,inde plauſtris impoſitam ad mare cùm tranſuexiſſet,quàm multos capere potuit milites eam ingreſſos, proxima nocte fruſtratis hoſtium uigiliis in urbẽ immiſit. Nec humana magis quàm cæleſti ope leuatos ea tẽpeſtate Cyzicenos fuiſſe ferunt:ſed cùm aliis multis,tum hoc uno læto prodigio optimũ rerum euentũ ſperare ſunt iuſſi. Aderant Proſerpinalia feſta,nec bouem nigram, qualis in his ſacris mactari ſolebat,ob circunfuſum hoſtem parare potuerant,ſed pro boue placentã altaribus offerendã conficiunt. Victima uerò quæ ad hæc ſacra quotannis educabatur,unà cum reliquis ciuiũ armentis, in ulterioris ripæ pabulis paſcebatur. Hæc itaq; quo die Proſerpinalia agebantur,à cætero grege ſecreta ſola tranauit ad urbem,& ſeſe ſponte altaribus mactandã admouit. Dea deinde ipſa Ariſtagorę populi tabellioni per ſomnium

nium uiſa,Ego modulatorem,inquit,Libycum in ponticũ tubicinem inductura adueni,itaque ciues integro animo eſſe iube. Cùm uerò nemo ambiguã deæ uocem ſatis interpretari poſſet,ubi primũ illuxit,tam uehementes undiq;,tam rapidi uentorũ turbines oborti ſunt,ut ſublatis in cælũ fluctibus mare funditus euerteretur. Mithridatis machinæ,quæ ad oppugnandã urbem mœnibus admotæ fuerant(miranda profectò Niconidi Theſſali opera) horrendo primũ ſtrepitu atque ſtridore ruinã proximam præſignabant. Repens ſubinde incredibilis impetus à Noto turbo exortus cætera cùm ſubitò machinamenta diruiſſet,ligneã quoq; turrim centum cubitorum altitudinis concuſſam deiecit. Ferunt Mineruã eo tempore multis in Ilio per ſomnium apparuiſſe plurimo ſudore madentẽ,& conſciſſum peplum oſtentantẽ dixiſſe, quòd Cyzicenis nuper auxiliata ueniret. Quocirca Iliaci columnã ſtatuere, in qua huiuſce rei memoria literis mandata erat. Iam ultimo omnium ſupplicio fame Mithridatis abſumebatur exercitus. Ipſe tamen penitus tantæ cladis ignarus (nam aſſentãdi cauſa ſui duces id eum celarant) ad expugnationem urbis, quæ ſpe diutius protelabatur, omnes curas ſuas intenderat. Vbi uerò nuntiatum eſt omnium cõmeatuum inopiam eò creuiſſe,ut ab humanis carnibus nõ abſtineretur,ingens ampliſſimæ gloriæ ſperatæq; uictoriæ expectatio ſibi continuò decidit:quia non armis Lucullus,non acie,nõ cõgreſſu certaret:ſed in uentrem(ut aiunt) omni belli mole cõuerſa, extremã ei famis cladem inferret. Itaq; cùm Lucullus in oppidi cuiuſdã obſidione cum parte exercitus teneretur, Mithridates inutilem peditem omnémq; ferme equité cum ſarcinis in Bithyniã repentè dimiſit. Lucullus his auditis,cõfeſtim nocte adhuc in caſtra reuerſus, mane cura decẽ cohortibus,& omni equitatu fugiẽtes inſectatur,tãto gelu,tantáque niue obrutus,ut quidã milites intolerabili rigore cõfecti in itinere defecerint. Cũ reliquis Lucullus aſſecutus circa Rhyndacũ fluuiũ hoſtẽ, tam latè fuſéq; proſligauit,ut accurrentibus ex Apollonia mulieribus,& ſarcinas rapere,& interẽptos barbaros ſpoliare licuerit. Multis itaq;,ut par eſt,trucidatis,ſex tamen equorum,quindecim uirorum millia,cum innumerabili iumentorum multitudine capta. Hanc tantã prædam ante hoſtiũ caſtra præteruehens Lucullus,ad ſuos reuerſus eſt. Salluſtium uerò mirari ſoleo,qui Romanos tunc primũ camelos uidiſſe ſcribit, arbitratum fortè nõ eos primùm,qui cum Scipione Antiochum deuicere,neque iterum,qui cum Archelao ad Orchomenum & Chęroneã nuper conſeruerunt,cognouiſſe camelum. His itaq; geſtis,rebus ſuis cõſulere ſola fuga Mithridates inſtituit. Itaq; moræ atq; retardationis cauſas poſt ſe Lucullo extruens, Ariſtonicum præfectũ claſſis ad græcum mare præmiſit:cúmq; is quãproximè enauigaturus eſſet,eum per proditionẽ Lucullus in poteſtatem redegit cum decem aureorũ millibus, quibus aliquid ſibi Romani exercitus cõciliare poſſe ſperabat. Mithridate interim ad mare profugiente, copiarum ſuarum duces terreſtri itinere exercitum abducebãt. In quos Lucullus ad Granicũ flumen incidens,captis quãpluribus,uiginti hoſtiũ millia trucidauit. Ferunt autem ex omni & miniſtrorum & militum turba, circiter tercentena millia eo prælio fuiſſe deſiderata. Lucullus ſubinde in Cyzicum ſe cõferens,cùm ingentes honores modeſtiſſimáſque uoluptates apud liberatos ciues aſſequutus eſſet,claſſem deinde cõparat in Helleſpõtum celerrimè profecturus. Troadem uerò deuectus,dum Veneris in templo contubernaret, dormienti ferunt nocte deã in ſomniis uiſam dixiſſe, O leo quid dormis? catulos ſectare propinquos. Exurgens continuò, accerſitis ad hæc nocte amicis, cùm quid ſibi contigiſſet exponeret, aderant pariter ab Ilio nuntij,qui dicerent tres,& decem regias quinqueremes in Lemnum annauigãtes ad Achæorum portus fuiſſe cõſpectas. In altum eueſtigio cum claſſe receptus, capta prætoria quinqueremi, atque Iſidoro præfecto claſſis interempto,in alias aduerſis proris ſubuehitur. Cæteras in littore firmabat anchora, & cùm trepidi barbari accurrentem conſpexere Lucullum, nauibus extemplo in terram ſubductis,per tabulata diſpoſiti pugnam ineunt. Loco-

rum iniquitate Romanus aliquantum cladis acceperat: non enim loci ſitus hoſtem circunueniri,neq; cum nauibus in terrã ſubactis cominus pugnare Romanorũ nauiũ magnitudo præſtabat.Lucullus tandẽ quà protenſa erat aliquantulum in altũ inſula, expeditos milites in terrã demittit.Hi à tergo hoſtẽ adorti,cùm multos trucidaſſent, cæteros terrã fugiẽtes, præciſis retinaculis nauiũ, delapſas rates inuicem collidere cõpulerũt,& in oppoſita Romanorũ roſtra decidentes confringere. Multi in ea pugna barbari cecidere.Inter captiuos autẽ & ipſe,qui à Sertorio cum copiis uenerat,Marius
deprehẽſus eſt:altero enim oculo priuatus erat, & ineuntibus prælium Romanis imperatũ fuerat,à cæde cuiuſq;, qui altero careret oculo,abſtineri,ut Marius ignominia primò contumeliiſq; affectus, mortem deinde oppeteret. His geſtis ad inſectandum Mithridatẽ Lucullus celerrimè ſe cõuertit. Sperabat adhuc circa Bithyniam eum offendere à Boconio obſeruatum,quem ipſe Mithridatis fugam impediturũ, cum aliquot nauibus miſerat Nicomediam. Cæterùm Boconius tãta re neglecta,initiatus in Samothrace,ac feſtis immoratus, haud in tẽpore affuit. Mithridates uerò ne ſe antequam in Pontum applicuiſſet, Lucullus aſſequeretur, omni diligentia ſtudióq; circa nauigationẽ accelerabat. Ingẽti uerò tempeſtate oborta aliquot nauium ſuarũ alliſæ ſunt,aliq; uertiginoſo pelago abſorptæ,& omne littus tabulis,quas,minutè perfractis
nauibus,procella hinc inde diſiecerat,diu opertũ fuit. Iam Mithridati poſtremũ im-
minebat periculum: neque enim oneraria in qua erat nauis cùm ſua,tum æſtus magnitudine in terram aduehi, neque gubernatori in tanta fluctuum agitatione ſatis poterat audire. Sed cùm inhibito pelago grauis, non admodum exhauriri poſſet, ipſéque ob id in piraticum myoparonem conſcendens, corpus, uitam, ultimámque fortunam piratarum perfidiæ credidiſſet, in Ponticam tandem Heracleam præter omnium ſpem euaſit. Iam apud Romanos patres ampliſſimam Lucullus omniũ ſententia laudẽ eſt conſequutus. Noluit enim cùm poſſet ex ſenatuſconſulto,ad gerendum id bellum tribus talentorum millibus claſſem comparare: quin literis ad ſenatum datis,ne id fieret uetuit: ſe enim præter omnem ærarij ſumptum maritimũ confecturũ bellũ: nec amplo apparatu,ſed ſolùm ſociorum nauibus Mithridatem omni pelago exacturũ. Atqui creditum eſt cæleſtis numinis ope eam ſibi Lucullũ gloriam peperiſſe.Ferunt enim Priapinæ Dianæ indignatione,tam uaſtã Ponticos tẽpeſtatem
inuaſiſſe,quia hi ſpoliato templo,deæ quoq; ſtatuam abſtulere. Erãt complures, qui hoc bellũ aliquanto differendum cenſebant,quorum neglecta ſententia,Lucullus in ipſos regios fines per Bithyniã & Galatiam induxit exercitũ. Tãta uerò ei fuit in itineris principio cõmeatuum egeſtas,ut Galatarũ,qui ſinguli ſingulum tritici modiũ geſtarẽt,triginta millia ſecum ducere cõpelleretur.Progrediens uerò ac omnibus latè potitus tam ingẽti omniũ rerum copia affluebat,ut in caſtris bos una drachma, mãcipium uerò quatuor uenderetur,reliqua præda aut paſſim relinquẽdo, aut effuſiſſimè diſſipãdo neglecta: quia iam ditatis omnibus,nil amplius apud quenquã deponi ſolebat. Latiſſimis itaq; excurſionibus uniuerſa uſq; ad Themiſcyrã Thermodontianósq; cãpos regione uaſtata,iam in Lucullũ inſatiabilis auaritia milites ſtimulare,incuſare eum q; tot ſibi cõciliatis urbibus nullã penitus per uim cepiſſet,noluiſſe ad locupletãdos milites uel unã ſibi urbem diripiendã permittere.Cæterùm irati dicebãt, Aminſo opulentiſſima fortunatiſſimáq; ciuitate,nec longiori obſidione expugnabili derelicta, age milites tuos per Tibarenorum Chaldæorúmq; deſerta Mithridatem debellaturos.Cõtemnebat Lucullus has effrenatas pernicioſásq; militum uoces:quia non in tantã,ut demum euaſit, deſperationem,eorum iram conuerti poſſe ſperabat. Maximè uerò apud eos purgatũ ſe eſſe curabat,qui ſummã eius prudentiã in tarditatem transferẽtes accuſabant, q; tandiu circa negligendas urbes ac uicos immoratus,
inſtaurandarum uirium facultatẽ Mithridati præſtaret. Quibus ille:Hocidẽ,inquit,
arte,ſtudio, induſtria ſuperſedẽs expecto,ut Mithridates cõparatis copiis,maioríque
in

» in certando,quàm fugiendo ſpe poſita, Romanã cominus uirtutem audeat experiri.
» Videtís ne,inquit,ei patêre immẽſam terram penitúsque deſertã uaſtitatem à tergo?
» Nunquid uicinum Caucaſum non uidetis?nunquid pleróſque celſos montes, qui nõ
» Mithridatẽ modò,ſed innumerorũ propè regum fugã tuerentur atque celarent?Non
» multis præterea diebus à Cabiris in Armeniã iter conficitur, ubi Tigranes nũc ſedet,
» rex quippe regũ, qui tanta potentia uiget,ut ab Aſia Parthos arcens, græcas in ipſam
» Mediã ciuitates traducat,qui Syriæ imperat atq; Palæſtinæ,qui ortis ex Seleuco regi-
38 » bus interfectis,filias eorũ atque uxores captiuas impunè trahit.Hunc Mithridatis ge-
» nerum,num fugatũ hominẽ,ſupplicémque ſocerũ neglecturũ fore ſperamus? In nos
» profectò iratus arma mouebit,& dum celerè conabimur eiicere Mithridatẽ, irritati
» quoque Tigranis uires experiemur. Nam ipſi indicendi Romanis bellum cauſas diu
» quærenti,quænã dignior,ſanctior,honeſtior quærenda erit, quàm pro uiolato rege,
» pro neceſſario,pro ſocero,bellum mouere? Deſinamus itaq; ignauũ Mithridatẽ mo-
» nere cum quibus ſibi ſociis bellum nobiſcũ gerendum ſit, qui niſi cõpulſus, ſummã
» ſibi Tigranis auxiliũ implorare ignominiã arbitraretur.Dandum eſt illi ſpatiũ,dan-
» da eſt facultas, ut ex proprio regno ſibi uires comparet, cauendúmque magis eſt,ne
» iũctis ſibi Medis atque Armeniis,ſuũ cum illis tueatur imperium, quàm in eis, quos
» ſæpe deuicimus,Colchis,Tibarenis,ac Cappadocibus confiſus, in medium certamẽ
» ueniat.His potiſſimũ ductus Lucullus ad Aminſum diu cõſedit, lentámque obſidio-
39 nẽ de induſtria protrahebat.Exacta deinde hyeme, relictóq; Murena ad Aminſum
obſidendã,ipſe cum reliquo exercitu in Mithridatẽ profectus eſt.Is ad Cabira ſtatiua habuerat,& iam cum Romanis congredi ſtatuens, quia quadraginta ſibi peditum, quatuor equitum millia coegiſſet,Lycum flumen traiecerat.Inde Romanis in pugnę diſcrimen uocatis,cùm equites utrinque cõcurriſſent, ſuccũbens Romanus,diu ſtare non potuit.Captus eſt in eo congreſſu Pomponius uir inſignis, qui cùm acceptis uulneribus ad Mithridatem ductus fuiſſet,rogaretúrque ab eo,an curatus ei futurus eſſet amicus:Si tu,inquit Pomponius, Romanis amicus fueris: ſin minus,me quoque inimicum habebis. Mithridates clariſſimam uiri conſtantiam admiratus, ab omni pe-
40 nitus in eum iniuria temperauit.Lucullus uerò cùm hoſtem equitatu ſibi prẽſtantem cerneret,æquos iam campos extimeſcebat, neque tutum uidebatur per montana capeſſere iter,quòd longum,ſylueſtre,ac propè inuium eſſet. Deliberãti itaque ſibi,aliquot interea Græci, qui quodã in ſpecu fugientes capti fortaſſe fuerant, adducuntur. Cæteris grandior ætate Artemidorus exercitum Romanum ducturum ſe pollicetur, ubi & caſtra tutò locari poſſint, & caſtellum quoddã Cabiris ſupereminens ſitũ erat. Præſtita ei fide,Lucullus prima ſtatim uigilia noctis,incẽſis ignibus caſtra mouit. Et itineris anguſtias tutò præteriens cùm promiſſum ſibi locũ tenuiſſet, in ea parte locauit exercitũ,ubi & pugnaturo copias in aciem educere,& quieſcẽti hoſtium inſultus negligere impunè licebat. Stabant ambo exercitus, & neuter incertam pugnæ fortunam experiri audebat.Ferunt autem barbaris ceruum quendã inſectãtibus, fortè obuiam fuiſſe Romanos,occurrentésque confeſtim iniſſe certamen. Augebatur continuò utrinque pugnãtium numerus,& cùm Luculliani tandem uicti terga dediſſent,
41 Romani milites ſuorum fugam ex uallo indignè cõſpicientes ad Lucullum concurrunt,orantes ut in aciem ducantur,& pugnæ ſignũ quam primùm dari iubeat.Lucullus uerò ſuos docere cupiẽs quale quãtúmq; in belli diſcrimine ſit momentũ, prudẽtis ducis aſpectus atque præſentia, bello quieſcere iubet, & ipſe continuò in campos deſcendens,ac primis ſuorum fugientibus obuiã factus,ſiſtere fugã imperat, ac ſecũ in hoſtem reuerti. His itaque reliquíſque fugientibus in barbaros deinde conuerſis, haud multo labore fugatus hoſtis in caſtra redigitur.Inde uerò ad ſuos rediẽs, cõſueta quadã eos qui fugerãt ignominia affecit.Illos enim interioribus tunicis ſolutis indutos,ſub oculis militũ duodecim pedum foſſam cauare iuſſit. Erat ea tempeſtate in

Dardarij populi circa Caucasum. steph.

Mithridatis exercitu Olthacus quidam ex Dardariis homo primarius. Sunt autem 41
Dardarij genere ex his barbaris qui circa Mæotidem habitant. Hic siquidem Olthacus uir erat impiger atque promptissimus, & qui difficillimis arduisque in rebus & audacia & consilio egregiè uti sciret, potissimúmque in colendis hominibus comitas quædam atque urbanitas summa cum diligentia ei erat innata. Hic aduersus Dardarium quendam contribulē suum mutua æmulatione accensus, quòd uterque primos sibi laudis locos uendicare certabat, Mithridati pollicetur ingens atque strenuum (si modò fortuna faueat) facinus patraturum, Lucullo uidelicet mortem inferre. Mithridates cùm Olthaci animū ingēti laude extulisset, iram in eum ex composito simulauit, fictásque ignominias simulato furori adiecit. Olthacus inde fugiens cùm ad Romanos, ad quos etiam celebris eius fama peruenerat, se cōtulisset, ab Lucullo perhumanè exceptus est, qui Olthaci prudentiam studiúmque erga se ac diligentiam admiratus, tanto eum honore habuit, ut in conuiuio atque consessu eum plerūque sociū non recusarit. Dardarius tandem præstitam sibi occasionē ratus, ministros suos equū 43
extra uallum educere iubet, & ipse meridie motus, cùm Romanos passim solutos hinc deambulare, hinc quiescere cerneret, ad imperatoris prætorium ire pergit. Liberum sibi patēre aditum arbitrabatur, quia iam Lucullo plurimùm consueuerat, & altis de rebus secum habere sermonem sibi operæ esse simulabat: Patuisset profectò aditus, nisi qui iam plurimos duces perdidit, somnus Lucullum tunc fortè saluasset: dormiebat enim ipse: & Menedemus unus ex cubilis custodibus, Non in tempore, inquit, aduenisti Olthace: Lucullus enim longâ uigilia tantísque laboribus lassatum corpus iam iam quieti reddidit. Olthacus, si spontè non liceat, per uim in prætorium irrumpere minatur, quia in re opportuna maturato sibi consilio opus esset: Iratus Menedemus, Non equidem arbitror, inquit, Luculli salute quippiam opportunius esse: quo dicto impetū Olthaci ambabus ab se manibus propulsauit. Ille iam 44
excitata re trepidus, extra uallum tacitò sese recepit, & citato equo ad Mithridatem infecto negotio reuersus est. Sic ipsum profectò tempus ad res gerendas, quemadmodum & medicamenta, maximum uitæ mortísque momētum affert. Post hæc Sornatius à Lucullo cum decem cohortibus frumentatum emissus, ad occurrentē sibi Menandrum unum ex ducibus Mithridatis constitit, consertóque prælio post ingētem
* Ἀδιευεῖῆ. hostium cædem eos in fugā cōuertit *. Hadrianū iterum Lucullus cum copiis frumētatum emisit, ut cōmeatuum copia Romani milites abundarent. Mithridates ea re sibi nuntiata, Menemachū atque Mironem cum plurimo equite peditéque Hadriano occursuros immittit. Hos usqueadeò aduerso Marte rem gessisse ferunt, ut omnibus 45
cæsis duo tantùm cladis nuntij superstiterint. Tantæ stragis magnitudinē Mithridates occultā esse cupiebat: neque fuisse ingentē, neque aliam ob rem, quàm imperitia ducum, euenisse dicebat. Verùm Hadrianus hostiū prope castra, multa cōmeatibus spoliísque referta plaustra summo cum splendore præteruehens, tantum Mithridati mœrorē, militibus tantum metū ac trepidationē iniecit, ut non amplius manendum esse uideretur. Duces itaque soli suas opes per otiū asportabant. Prohibiti uerò milites cùm sibi suísque rebus nequicquā tentarent fugiendo consulere, intestinus tumultus castrorum portis oboritur. Diripiuntur principum opes, & iam sæua habendi cupiditas in eorū cædes armauerat milites, ubi
* Δορύλαος. * Dorylao duce ob solā, qua indutus erat, purpuram trucidato, Hermæus quoque sacerdos ante castrorum portas conculcatus interiit. Ipse uerò Mithridates non famulum, non stabulorum tantùm ministrum, 46
non equum regium expectans, fugienti turbæ immistus è castris erupit. Sed Ptolemæus eunuchus eum in tantis fugientium fluctibus deuolutum tandem conspiciēs, suum, cui insederat, equum ei dedit. Aderant à tergo Romani quam proximè incumbentes, & celeritate quippe præstantes, Mithridatem ipsum cepissent: uerùm cęca militum auaritia quęsitum tot laboribus, tot periculis, tot denique præliis hostem Romanis

Romanis eripuit, & Lucullum ipsum digno partæ uictoriæ præmio frustratum fecit. Iam enim ad ipsum Mithridatis equum deuentum erat: sed onustus auro mulus, siue spontè, seu Mithridatis industria, insequentibus Romanis obiectus, eos ab insectatione aliquantò continuit, & ad diripiendum aurum certatim intenti, fu-
47 giendi ei otium præstitere. Neque id modò detrimenti auariſſima militum fames Lucullo attulit, uerùm Callistratum etiam qui alta Mithridatis arcana sciebat, cùm ad se duci iussisset, & milites inter ducendum quingentos aureos succinctos ei sensissent, prædæ cupiditate illum interfecere. Nihilominus tamen Lucullus hostium castra quibus potitus erat, militi diripienda concessit. Ob eam fugam & Cabira & plurima circùm castella capta, ingentes thesauri comperti, & multi Græci, multíque Mithridatis cognati, qui carcere detinebantur, laxati. Quibus cùm iandiu se periisse iudicarent, non liberatos modò, sed renatos denuo, atque secundam quandam se uitam Luculli clementia consequutos esse uidebatur. Nyssa quoque Mithridatis so-
48 ror tunc capta fuit, & meliori quippe sui fortuna. Nam reliquæ regiæ sorores ac mulieres, quarum saluti, quia in Pharnacia per otium obseruabantur, tutissimè consultum esse apparebat, miserabiliter interiere, quibus Mithridates fugiens Bacchidem eunuchum tristem earum mortis nuntium misit. Erant inter cæteras duæ ipsius regis sorores, Statira atque Roxana, quæ annos ferè quadraginta natæ, uitæ uirginitatem eousque seruarant. Duæ præterea eius uxores genere Ionicæ, Verenica ex Chio, Monima uerò Milesia. Huius celeberrimus erat in Græcia sermo, regi se in libidinem accersenti, spretis quindecim aureorum millibus, noluisse parēre, donec uxorem sibi ascitam misso diademate eam reginam appellauit. Hæc diuturnis lachrymis atque mœroribus tristem duxerat uitam, miseramque suam fortunam deluserat. Execrabatur mœsta uenustissimum pulchritudinis suæ florem, qui superbum pro marito dominum, pro regia atque penatibus barbaram sibi custodiā, ac propè carcerē cōparasset, & relicta Græcia, ubi tot sibi splendidissima fortunæ munera affluebant, pro spe-
49 ratis bonis inane quasi somnium suscepisset. Hæc itaque Monima, cùm aduenies in Pharnaciā Bacchides regiis mulieribus imperasset, ut quod cuiq; facillimū & gratū esset, id sibi genus mortis eligerent, auulsum à capite diadema cùm collo circūligasset misera se suspendit. Et cùm corporis grauitate laqueus ille cōfractus esset, O execrandū, inquit, diadema, neq; in tam tristi mihi ministerio profuisti. Et cùm super illud ab se deiectū inspuisset, Bacchidi continuò iugulandā sese cōmisit. Verenica uerò ueneni sibi paratū calicem cum eius matre, quæ ueneni partē supplex orabat, partita est. Et cùm ex illo utraque bibisset, debiliori profectò corpori, & mala ætate cōfecto, ueneni uirtus abundè suffecit: Verenica autem, quia minus, quàm ad extinguendum satis fuerat, hausisset, & uiuentem contorquebat uirus incendio sæuiens, à Bacchide
50 celere suffocata interiit. Ferunt etiam uirgines illas Mithridatis sorores hausisse uenenum: Roxanam quidem iratam extremas fratri miserias fuisse imprecatam: Statiram uerò nil crudele, nil ignobile loquutam, fratrem summopere laudasse, quòd ille in tanto suæ uitæ discrimine, haud sororum dignitate neglecta, liberas eas atque inuiolatas occumbere maluisset. His rebus apud Romanos nuntiatis, Lucullus ingenti misericordia est affectus. Moto itaque deinde exercitu, castris ad Talaura consedit: ubi cùm accepisset Mithridatem illac quarto iam primùm die trangressum, ad Tigranem in Armeniam confugisse, signa conuertens, Chaldæos Tibarenósque subegit, & accepta minori Armenia, cùm partas urbes atque castella composuisset, Appium subinde ad Tigranem legatum mittit, qui Mithridatē iure belli sibi deposceret. Ipse uerò ad Aminsum profectus, suos nondum ciuitatem expu-
51 gnasse inuenit. Præfectus enim eius præsidij Callimachus, uir omnis machinarum generis peritissimus, callidissimúsque ad propulsandas obsidiones, multas, quarum postea pœnas dedit, Romanis calamitates intulerat. Lucullus itaque uiri astū astu su-

petendum ratus, qua maximè diei parte milites otio & quiete redintegrari consueuerant, silenti agmine inobseruatam urbem repentè aggressus, non multa muri parte potitur. Callimachus re cognita, confestim urbem incendit, siue ne Romani ingeti præda locupletarẽtur, siue ut fugiẽdi sibi moliretur facultatẽ. Nam Luculliani milites ad solam prædam intenti, amplissimam omnibus fugiendi licentiam præstiterẽ. Iam latè discurrens flamma undique mœnia peruastabat, & Lucullus tantæ urbis excidium miseratus, crescentem flammam sedare atque extinguere hortatur. Cùm autem omni propè milite destitutus solus id frustra tentaret, receptui cani iubet, ut nobilissimam urbem tam fœdo, tam miserabili spectaculo liberaret. Milites spreto ducis imperio, nil segnius ad exportandas incendij reliquias incumbebant, sed armorum strepitu atque fragore omnia complentes, quocunque spes ipsa rapinæ ducebat, cum lampadibus facibúsque incautè indagantes, plurimas ipsi domos incendio absumpsere. Lucullum uerò postridie urbem ingressum ad amicos hæc uerba lachrymantem dixisse ferunt: Ego equidem cùm antea Syllam beatum persæpe dixerim, tum maximè hodierno die felicissimam uiri fortunam admirari compellor, qui cùm uoluisset Athenas seruare, potuerit. Ast me, inquit, qui summo semper studio uirtutes eius fuerim imitatus, ad Mummij famam fortuna constituit. Sub hæc dicta cùm effusissimo imbre diuina quadam sorte extinctum esset incendium, ipse reparandæ urbis desiderio accensus, plurima eorum quæ ceciderant, de integro præsens ædificauit. Fugientes Aminsenos humanè suscepit, & alios Græcos qui uoluerunt, urbe donauit, regionémque centum uiginti stadiorum huic urbi adiecit. Erat hæc ciuitas ad mare sita, in quam Athenienses, dum eorum maximè florebat imperium, & maris principatum obtinebant, olim deduxere coloniam. Quare plurimi Aristonis tyrannidem fugientes eò profecti, & in urbem asciti, ibi habitauere: quibus euenit, ut dum propriis à domiciliis fugerent, alienam rempub. nanciscerentur. Eos uerò qui tanto incendio superfuere, non pulchra modò ueste, sed ducentis quoque drachmis singulos Lucullus donauit. Tunc Tyrannionem grammaticum captum fuisse ferũt, quem Murena sibi dono petens ac consequutus liberum fecit, tanto munere prorsus illiberaliter usus. Non enim pro rei dignitate actum esse Lucullus arbitrabatur, hominem scilicet artibus, disciplinis, literarúmque studiis præditum, seruũ primùm, liberúmque deinde fieri: auferebatur enim præsens libertas simulatæ ac apparentis munere libertatis. Cæterùm non hîc solùm uisus est Murena imperatoriis in laudibus Lucullo concedere. Bellicis à rebus otiosus Lucullus, ad componendas leuandásque urbes Asiæ sese conuertit, quæ omni iam extincto iure, nefandis innumerísque calamitatibus perdiu oppressæ fuerant. Has fœneratores & publicani à se conculcatas usque adeò dilacerabant, ut priuatim ingenui liberi, filiæque uirgines, publicè uerò donaria, picturæ, deorúmque statuæ uenderentur. Hoc autem illis tributi uice impositum erat, ut addicti seruirent, & quæ longè difficiliora turpioráque uidebantur, uincula, catenas, carceres, tormenta subire, sole sub ardenti laboribus obrui, & rigidissima hyeme in luto glaciéque uersari compellebantur: ut his cum rebus simplex seruitus comparata, pax quædam, fœnorísque leuamen uideretur. Hæc tanta mala, has ingentes urbium calamitates miseratus Lucullus, oppressos alieno ære haud multò pòst his legibus liberauit. Primùm enim non ultra centesimam iure fœnoris deinceps repeti posse instituit: omnes deinde usuras solito antiquo more maiores abscîdit. Postremò, quod maximum fuit, neminem imperat fœneratorem ultra quartam fructuum debitoris posse accipere. Qui uerò summę fœnus ipsum æquasset, utroque priuatum esse. His decretis uniuersum æs alienum ante quadriennium persolutum est, & liberi homines suis rebus integrè fruebantur. Hanc pestem induxerant ea uiginti talentorum millia, quibus Sylla grauauerat Asiam. Et cùm duplum mutuantibus redderetur, ad centum iam & uiginti millia summa conscenderat. At fœneratores

Liberalitas Luculli.

Fœneratorum Asiæ crudelitas.

Luculli iustitiam aduersam suæ rapinæ periniquè ferentes, Romam profecti, absentem calumniari, quosdam factionum principes multa in eum concitare mercede. Non enim erat exigua eorum Romæ authoritas, quia ære suo multos sibi patritios obnoxios fecerant. Atqui Lucullum non liberatæ modò gentes, sed cæteræ quoque prouinciæ ingenti laude extollebant, celebrabant, uenerabantur. Desideratissimus erat omnibus, perbeatam eam urbem arbitrantibus, cui talem ducem consequi contigisset. Interim Appius Clodius (huius soror nupta erat Lucullo) ad deposcendum Tigranem missus, fallaci longissimóque multorum dierum itinere per superiorem
57 regionem, à barbaris uiatoribus circunducebatur. Cùm uerò libertus quidam genere Syrus, rectam uerámque demonstrasset uiam, illi sese ducendum credidit. Barbaris itaque, eorúmque perplexo itinere relictis, paucos intra dies traiecto Euphrate in Antiochiam circa Daphnen applicuit, ibi Tigranem quasdam in Phœnicia oppugnantem urbes operiri iussus, multos interea potentissimos principes quibus infensa erat insolentia Tigranis, sibi tacitò conciliauit. Inter hos fuit Zarbienus rex Gordyeæ. Aliquot præterea ciuitates, legatis clàm ad Appium missis, Romanum imperium expetebant. Quibus Appius amplissimam Luculli opem pollicitus, in præsentia eas quiescere commonebat. Difficillimum enim erat ac intolerabile Græcis Armeniorum imperium, & ipsius regis potissimùm asperrima tumidissimáque superbia: quæ summa fortunarum omnium copia, eò licentiæ creuerat, ut quæcunque populi aut amare, aut mirari consueuissent, his ipse, perinde ac nõ sua modò, sed propter se quoque facta existimaret, suo arbitrio prorsus abuteretur. Tenui nanque ac
58 modica omnium expectatione incipiens, multas sibi gentes subegit. Parthorum uires ipse super cæteros depressit atque contudit, & Græcis impleuerat Mesopotamiã, multos ex Cilicia, multos ex Cappadocia euulsos homines eò traducens. Arabes quoque Scenitas ex Ethis amouit, & quò illorum opera facilius uteretur, uicinos sibi constituit. Ministrabant ei permulti reges, quorum alij uelut pedissequi aut satellites adstabant: hi equitanti pedestres interiores tunicas induti occurrebant, sedenti uerò aut iura danti, connexis inuicem brachiis circunstabant: id quod potissimùm miserrimæ quædam uidebatur seruitutis imago, quasi data domino libertate, corpus etiam ad patiendum paratius, quàm ad agendum ei præberent. Hanc itaque Appius inauditam asperrimámque superbiam sine ulla formidine aut stupore conspiciens, ubi dicẽdi sibi facultas affuit, uenisse se inquit, aut abducturum Mithridatem,
59 qui iure belli Luculli debebatur triumphis, aut Tigrani bellum indicturum. Tigranes profusa facie, fictóque risu eam orationem audire conatus, non tamen celare potuit, quin tanta se adolescentis audacia alienatũ omnes agnoscerent. Hanc enim primam liberam audierat uocẽ post quinque ac uiginti, quos ipse rexerat, imò oppresserat, annos. Appio igitur haudquaquã Mithridatem dedere uelle respõdit: Romanos uerò, qui primi bellum indixerint, se fore ulturum. Iratus etiam in Lucullum, quòd regem tantùm, non regum regem se in epistola salutasset, rescribens non eum imperatorem uoluit appellare. Appio deinde ingentia munera recusanti multò plura remisit: ne tamen inimicitia quadam Appius id feciſſe uideretur, unica phiala sumpta, reliqua Tigrani dona reliquit, & ad imperatorem suum citato gressu contendit. Tigranes post Mithridatis eladem non eum uidere, neque affinem sibi uirum tanto imperio, tantis eiectum fortunis alloqui dignum censuerat: cæterùm summo dedecore ignominiáque palustri quodam in loco seruatum, cùm antea neglexisset, indi-
60 cto sibi bello, quamprimùm ad se magnificè perhumanéque accersiri iussit. Primos congressus in purgandis mutuis suspicionibus consumpsere, omnes inimicitiarum causas in amicorum capita cõiicientes. Tunc Metrodorum Scepsium accusatũ fuisse ferunt, uirum in dicendo non iniucundum, & multarũ disciplinarum scientia ornatum, tanta uerò Mithridatis amicitia beneuolentiáq; fretum, ut uulgò regis pater ap-

pellaretur. Hunc ſiquidem Mithridatis legatum ad Tigranem ſolicitandum in Romanos tranſmiſſum, ab ipſo Tigrane rogatum fuiſſe conſtat, quidnã hac de re ipſe ſibi conſuleret. Metrodorus uerò, ſiue Mithridatis odio, ſiue Tigranis utilitate adductus, Ego, inquit, ut legatus opem afferre, ut uerò conſiliarius prorſus abnegare ſuadeo. Nõ tacuit hæc Tigranes: ſed nil mali Metrodoro ob id accidere poſſe ratus, Mithridati cuncta expoſuit: quare Metrodorus Mithridatis imperio poſtremis conſeſtim ſuppliciis affectus interiit. Pœnituit maximè Tigranem, quòd ea reuelaſſet: quã- 61
quam enim non potiſſima ipſe eius exitij cauſa uidebatur, tacito tamen atque diuturno Mithridatis in illum odio faces adiecit. Etenim iandudum hominem oderat, id quod ex arcanis quibuſdam literis interceptis cognitum eſt, in quibus Metrodorum interfici iubebatur. Funus eius ſplendidiſſimo apparatu à Tigrane celebratum eſt, ut quem uiuum prodiderat, ampliſſima mortuum magnificentia proſequeretur. Occubuit & apud Tigranem Amphicrates rhetor (ſi par eſt eum quoque uirum propter Athenas commendare memoriæ.) Ferunt eum in Seleuciam ſuper Tigridẽ profugiſſe, ibíque rogatum, ut diſciplinam ſuam publicè docere uellet: per arrogantiam reſpondiſſe, Peluim Delphini non eſſe capacem. Et cùm deinde ad Cleopatram Mi- 62
thridatis filiam uxorémque Tigranis ſe contuliſſet, magnam illico calumniã incurriſſe, iuſúmque ob id ab omni Græcorũ congreſſu penitus abſtinere, ſeipſum confeciſſe mœrore. Huius quoque funus in Sappha oppido à Cleopatra magnificè actum eſt. Iam res Aſiæ ſumma moderatione compoſitas in pace Lucullus otióq; firmarat, & ad ſpectacula pro tantis uictoriis agenda cõuerſus, Epheſi, ubi ſe cõtinebat, pompas, celebritates, athletarũ certamina, gladiatoriósque ludos inſtituit, omnésq; Aſiæ urbes uſqueadeò in ſe cõuertit, ut cùm ab illis ſumma integráque beneuolentia coleretur, tum etiam in ampliſſimum eius honorem Lucullia publicè fuerint celebrata. Appio interim à legatione reuerſo, cùm bellum in Tigranẽ ducẽdum eſſe uideretur, Lucullus in Pontum traiiciens, collectis copiis ad oppugnandum non tam Sinopen, 63
quàm regios quoſdam Cilices, qui eam detinebant, cõſedit. Hi multis Sinopenſibus trucidatis, noctéque urbe incenſa, fugerunt. Quod ubi Lucullus animaduertit, in urbem ingreſſus octo millia eorum qui ſupererant, interemit, ciuésque proprios in penates reſtituens, haud paruam eius urbis diligẽtiam habuit, hac maximè uiſione admonitus. Videbatur enim quẽdam in quiete ſibi locutum dicere: Progredere Luculle paululum, aduentat nanque Autolycus tecum familiariter congredi cupiens. Exurgenti ſibi haud ſatis intelligere uidebatur, quidnam ſpecies illa portenderet. Sed eo die capiens urbem cùm enauigantes Cilices inſectaretur, iacentem ſtatuam in littore maris cõſpexit. Nam cùm Cilices eam nauibus impoſituri ſecum ex urbe tuliſſent, præuenti à Romanis, in littore deſeruerant. Erat ea ſtatua ex egregiis operibus Sthenidis, & Lucullo nuntiatum eſt, Autolyci, qui Sinopen muro cinxerat, id ſimulachrum eſſe. Fama eſt Autolycum Deumachi filium fuiſſe, eius qui in expeditione 64
contra Amazones cum Hercule commilitarat. Hunc unà cum Demoleonte Phlogióque inde profectũ, alliſam nauem in Cherroneſo circa Pedalium amiſiſſe, ipſum deinde cum ſociis agmine facto, Sinopen expulſis Syris cepiſſe. Nam eam urbem Syri tenebant, à Syro Apollinis, ut aiunt, & Sinopes Aſopidis filiæ nato, trahentes originem. Hæc audiens Lucullus, Syllæ præceptum confeſtim in memoriam reuocauit: qui ſe in commẽtariis eius commonuerat, nil certius, nil credi dignius eſſe, quàm quod per ſomnium fuerit præſignatum. Nuntiatum eſt interea Mithridatem atque Tigranem, ut Aſiam præoccuparent, copias ſuas citato agmine per Lycaoniam in Ciliciam ducere. Miratus eſt Lucullus Tigranis ſententiam, quòd in Romanos arma moturus, non ſuas cum Mithridatis uiribus cõiunxiſſet, dum illius maximè florebat imperiũ: permiſiſſe profligari eum atque deuinci, & nunc oppreſſis illius rebus atque confractis, cum Romanis bellum inire: recuſaſſe potẽtiſſimũ in bello ſociũ, qui cum perdito

Sthenidis huius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

perdito ac propè deleto ancipitem rerum fortunam ſubire uellet. Atqui Machares 65
Mithridatis filius, qui Boſphorum ea tempeſtate tenebat, arbitratus iam omnia ſuperiori bello fuiſſe confecta, coronam mille aureorum dono Lucullo mittit, orátque in amicitiam, populíque Rom. ſocietatem acciri. Lucullus deinde relicto Sornatio cum ſex millibus militum ad Ponticarũ rerum præſidium, ipſe cum duodecim equitum, tribus non amplius peditum millibus ad ſecundum bellum profectus eſt. Videbatur id conſilium plurimùm in ſe periculi, parum rationis habere, in pugnaciſſimas gẽtes proficiſci, in tot equitum millia, in uaſtam regionem, ac profundiſſimis fluuiis, montibus perpetua niue obrutis, circunſeptam. Proinde milites cùm his de rebus, tum etiam peſſimis eorum moribus arma detrectabant, militiam recuſabant,
66 & ducẽ inuiti penitus ſequebantur. Romæ uerò factioſi homines criminãdi occaſionem ſibi datã arbitrati, exclamare, obteſtari tribunos pleb. Lucullũ uel præter omne Romanæ rei emolumentũ ex bello bellum exuſcitare imperandi cupidine, haud unquam arma deponere, non fatigari, non quieſcere, non ſaturari, ut publico periculo priuatas ſibi diuitias comparet. Atqui Lucullus nil minus intenſo itinere ad Euphratem ueniẽs, turbidiſſimum, multíſque tumẽtem aquis fluuium comperit. Eam rem, quia ſibi moræ, & militibus laboris cauſa foret, moleſtè conſpexit. Dum lintres itaque ad traiiciendum amnem, conſutáſque inuicem trabes parari iubet, ueſpere defluere flumen incipiens, uſqueadeò proxima nocte exhauſtum eſt, ut manè perſpecto alueo, tutò uadari poſſet. Accolæ regionis paruulas aliquot inſulas in fluminis uado mirati, Lucullum uenerabantur: quia cùm id antea rariſſimè contigiſſet, tum mirum etiam uidebatur, profundiſſimum aquis flumen tam celerem, tam otioſum, tam
67 ſecurum Lucullo tranſitum præbuiſſe. Sibi uerò traiicienti dexterum continuò prodigium uiſum eſt. Conſueuerãt ſacratæ Perſicæ Dianæ boues in ulterioribus Euphratis pabulis educari, quam maximè deam indigenæ barbari ſumma ueneratione colebant. Hæ lampadis charactere inſignitæ, liberæ ſolutéque omnem regionem diuagabantur, feroces, inſuetæ, & quæ non ſine multo labore captari poſſent. Vna ex his quandam ad petram, quam deæ dicatam dicunt, inter traiiciendum aduenientes, cùm ſuper ea ſtetiſſet, demiſſo capite, perinde ac iugo domita fuiſſet, ſeſe Lucullo ſacrificandam obtulit. Euphrati quoque taurum prò trãſitu immolauit. Eo die ſtatiua hoc loco habita: poſtridie uerò ſublatis ſignis, per Sophenam regionem progreditur, ſine
68 omnium prorſus iniuria, qui bona cum pace exercitum admiſiſſent. Et militibus ad opuléti cuiuſdam oppidi oppugnationem incenſis, Taurum procul oſtentãs, Illud, inquit, oppidum milites, prius nobis exuperandum eſt: hæc enim præmia uictoribus propoſita iacent. Deinde citato agmine cùm Tigridem traieciſſet, in Armeniam induxit exercitũ. Primum Tigranes nuntium, qui aduentũ ſibi Luculli attulerat, ſecuri percuti iubet. Proinde cæteri ſaluti propriæ conſulentes, properanté hoſtem miro ſilentio perferebant: & ipſe hoſtili iam incendio circunfuſus, rerum ſuarum cura neglecta, omnia prorſus ignorabat. Totãs aſsentatoribus patefecerat aures, à quibus nõ falſi minus, quàm grati blandíque ſermones afferebantur, ſe magnum ducem exiſtimare Lucullum, ſi etiam Epheſi Tigranem expectaſset, ſíque tam ingẽtem hoſtium multitudinem uel conſpicere ſuſtinens, non primo ſtatim aſpectu ex Aſia fugeret.
69 Vſqueadeò neque cuiuſquam datum eſt corpori, multam intemperantiam integrè poſſe perferre, neque animo uulgari in tanta bonorum omniũ ubertate à rationis uſu non deuiare. Primus tandem omnium Mitrobarzanes uicinum ſibi hoſtem incumbere declarauit, nec gratam tamen audaciæ ſuæ mercedem retulit. Confeſtim nãque Tigranes ipſum cum tribus equitũ millibus plurimíſq; peditibus in Lucullũ emittit, imperátq; ut cæteris Romanis cõculcatis, ſolum imperatorẽ uiuũ ad ſe deducat. Omnia nondũ Lucullus metauerat caſtra, ſed cùm pars militum adhuc in itinere aduenireț, ecce ſpeculatores adſunt, qui properare cum copiis barbarum exploratũ ha-

bere ſe dicunt. Subtimuit Lucullus ne miles extra ordines ſolutus atque diffuſus, barbari celeritate opprimeretur. Quare ipſe ad locanda muniendáque caſtra manens, 70
Sextilium legatum cum mille ſexcentis equitibus, totidem fermè peditibus, ac leuis militibus armaturæ in hoſtem præmittit, iubétque quam proximè ad barbaros accedentem detrectare certamen, donec omnem exercitum compoſitum eſſe acceperit. Paruiſſet imperio Sextilius, ſi non ingruentis barbari temeritas manum conſerere cõpuliſſet. Collatis itaque ſignis, Mitrobarzanes pugnãdo cecidit, & cæteri terga dantes, præter paucos admodũ, omnes in fuga occubuere. Ea clade Tigranes relictis Tigranocertis, ingẽti ab ſe condita urbe, ad Taurum inclinauit, eò ſuas copias undique coacturus. Lucullus uerò eam hoſti facultatem admodum ratus, Murenam emittit turbaturum caſtra Tigranis, unáque cõuenientibus eò barbaris, itinera præciſurum. 71
Sextilium uerò magnæ Arabum manui, quæ ad Tigranem accedebat, occurrere iubet. Is itaque in Arabes dum caſtra locarent irrumpens, eos ingenti ſtrage profligauit. Et Murena pariter Tigranem inſecutus, ubi ad aſperam anguſtámque uallẽ uentum eſt, quà barbaræ copiæ traducebantur, præſtita ſibi occaſione tranſeuntem paulatim exercitum adoritur. Tigranes confeſtim ſarcinis omnibus præ ſe poſitis, citata fuga, Romanis euaſit: multi Armenij cẽſi, plures tamẽ capti ſunt. His proſperè geſtis, Lucullus ſublatis ſignis cum exercitu profectus ad obſidenda Tigranocerta cõſedit. Erant hac in urbe plurimi Græci à Cilicia, plurimíque barbari à propriis & ipſi ſedibus illò traducti, Arabeni, Aſſyrij, Gordyeni, Cappadoces, quos euacuatis patriis atque exhauſtis, natali ſolo priuatos ad eam urbem traxerat habitandam. Erat inſuper 72
opibus donariíſque ciuitas illa conferta, quæ & priuati homines & primarij, ad augendam urbis magnificentiam, gratiámque ſibi regis conciliandam, Tigrani cõtulerant. Quare Lucullus ad obſidionem eius maximè intendebat, haud inſcitè coniiciens irritatum Tigranem ira potius quàm conſilio deſcendentem in campũ, à prælio non fore temperaturum. Atqui Mithridates multa nuntiis, literis multa commonefaciens, à Romanorum congreſſu Tigranem penitus abſtinere orabat, nullum tutius, nullum probabilius, nullum felicius pugnæ genus, quàm fame cum Lucullo pugnare. Adeſſe ſibi equites, quibus omnẽ ab Romano exercitu cõmeatum arcere poſſit. Taxiles etiam qui ſecum commilitabat, ſuapte ſponte permotus, ſupplex Tigranem orare, rebus ut ſuis ſine pugna conſuleret, & inuictas acies, inuictos Romanorũ animos euitaret. Hæc Tigranes cõſilia perbenignè primùm audiebat: aſt ubi omnes 73
Armeniorum, omnes ſibi Gordyenorum uires aduenerant, aderántque cum regibus ſuis, Medorũ, Adiabenorúmque ingentes exercitus, multi quoque à Babylonio mari Arabes, multi à Caſpio Albani, & Albanis Iberes adiacẽtes, nec pauci deinde eorum qui circa Araxen ſoluti ſine rege uerſantur, partim gratia, partim mercede conuenerant: iam ſpe, audacia, barbaricíſque minis conuiuia regis adeò plena erant, & ipſa etiam concilia, ut ipſe Taxiles ſolus Tigranis ſententiæ aduerſatus, uix capitis periculum euitarit. Credebatur Mithridates clariſſimi facinoris inuidiã iam quaſi partã diſſuadere uictoriam, & ipſum Tigranes conſultò morari uoluit, ne præſens ſibi partem ſperatæ gloriæ uendicaret. Vniuerſo itaque cum exercitu motum iactabundum 74
in amicos dictitaſſe proditum eſt, perquam moleſto ſe animo eſſe, quòd cum Lucullo ſolùm, non uniuerſis cum Romanorum ducibus unà collectis ſibi decernendum eſſet. Neque inſana prorſus, omnémq; præter rationem uidebatur uiri temeritas, cui tot populi, tot reges, tot peditum legiones, & equitum millia animos attollebãt. Sagittariorum & funditorum enim uiginti millia ſecum habuit, equitum quoq; quinquaginta quinque millia, quorum ſeptem decémque millia cataphracti erãt, ut Lucullus ipſe ſenatui ſcripſit. Peditum uerò cùm in cohortes, tum in legiones diſtributorum, centum quinquaginta millia. Item qui uias ſternerent, qui pontes fabricarẽt, qui exhaurirent flumina, qui ſyluas concíderent, reliquáue bellorum machinaméta

Exercitus Tigranis ducẽtorũ & quinquaginta milium.

confice-

75 conficerent, trigintaquinque millia fuiſſe conſtat. Qui à tergo locati, & ad hoſtem aſpectu deterrendum, & ad confirmandos militum animos plurimùm conducebãt. Vbi uerò ſuperato Tauro ſedẽtem ad Tigranocerta Romanum deſpexit exercitum, ipſéque in eminenti loco manifeſtè apparuit, tunc barbara oppidanorum turba ingenti clamore ſublato, aduentanti regi ſummo cum ſtrepitu applaudere, tantas Romanis copias ex mœnib. oſtentare, minaríque illis extrema ſupplicia. Lucullus cùm de pugna confeſtim ad milites retuliſſet, pars obſidione deſerta totum exercitum in Tigranem ducendum eſſe cenſebat: pars nullatenus ab obſidione diſcedendum eſſe, quominus à tergo tanta oppidanorum turba relicta eſſet. Neutra per ſe Lucullo ſen-
76 tentia placuit, ambas uerò coniunctas laudauit. Diuiſis itaque copiis Murenam cum ſex peditum millibus ab obſidionẽ reliquit, & ipſe cum cohortibus quatuor & uiginti, in quibus peditũ decem millia, ſagittarij atque funditores circiter mille, & equites erant uniuerſi, in hoſtem profectus latiſſimo in campo iuxta fluuium caſtra locauit. Viſus eſt Tigrani puſillus admodum is exercitus. Et aſſentatores præſtita ſibi iocãdi occaſione, hi Luculli temeritatem deridebant, illi ſuper Romana ſpolia, quaſi iam parta eſſent, iecerant ſortes. Et regum cæterorúmque principum unuſquiſque ei ſoli pugnæ negotium decerni orabat, regem uerò eiuſce ſpectaculi, ludíque ſpectatorem ſedere. Tũc Tigranes & ipſe urbanum quippiam facetúmque in medium afferre cupiens, uulgatiſſimum illud dixiſſe fertur: Eos, ſi legati uenirent, ſatis multos quidem: ſi uerò pugnaturi, perpaucos admodum eſſe. His itaque ſalibus barbari iocabantur. *Tigranis facetum dictũ.*

77 Lucullus uerò poſtridie prima luce armatos milites in aciem deducit. Erant barbara caſtra iuxta flumen ad orientis plagam locata, & Lucullus ſublatis ſignis, quà ad occaſum flumen ſe incuruans facilè traiici poterat, citato agmine declinabat. Credebatur ipſe metu ſecedere, quare Tigranes accerſito Taxile, Vidésne, ridens inquit, inuictas Romanorũ acies fugere? eas num uides? Et Taxiles: Vellem, inquit, ô rex, ut quod temerè auguraris, pro meliori tua fortuna id eueniret. Cæterùm non ſplẽdida ueſtis, non terſi clypei, non ímpoſitæ capitibus galeæ, non denique exempta uaginis arma, conſueuerunt fugientium habitus eſſe, ſed pugnaturi militis eſt ille ſplendor properantis in hoſtem. Vix ea dixerat, cùm iam firmari primas Romanorum aquilas con-
78 ſpexere, aciésque ad traiiciendum turmatim diſponi. Tunc Tigranem, ceu lõga uix crapula excitatum, bis uel ter clamaſſe ferunt, In nos properant ô uiri, ingentíque ſtrepitu atque tumultu turmas in acie diſpoſuiſſe. Siniſtrum cornu Adiabeno regi, dextrum Medo cõceſſit, medium uerò ipſe tenuit. Cataphracti equi ferme omnes in fronte locati. Romanis iam ad traiiciendum paratis, pars militum obſeruandum eſſe monebat illum unum ex nefaſtis diebus, quos atros Romani uocant, quo Scipio cum Cimbris congreſſus Romanum exercitum perdidiſſet. Quibus Lucullus celebratam illam hominum memoria uocem edidiſſe fertur: Ego enim, inquit, commilitones hunc diem ex atro feliciſſimum Romanis faciam. erat autem pridie nonas Octobris. Et milites ſubinde hortatus, cùm fluuium traieciſſet, primus omnium properabat in
79 hoſtem. Erat ipſe ferreum thoracem indutus, ſplẽdidum atque ſquamoſum, quo ſuper punicam geſtabat epheſtridem. Tunc ſtrictum enſem militibus oſtentabat, quaſi docere uellet, ex propinquo collato pede cum hoſte pugnandum eſſe, qui non cominus, ſed eminus telis, miſſilibus, ſagittis rem gerere didiciſſet. Citato agmine in barbaram turbam ruendum eſſe clamabat, ut celeritate ſua milites ſagittandi hoſtibus ſpatium interciperent. Hæc dicens cùm aliquantulum progreſſus eſſet, cataphractos equites, quorum celebris in exercitu erat fama, ſub tumulo quodam locatos eſſe aduertit. Erat eius tumuli quatuor ferme ſtadiorum aſcẽſus perfacilis atque tutiſſimus,
80 & in uertice ſpatioſa planities ad omnem militiæ uſum accõmodata. Lucullus itaq; Thraces Gallósque quos ſecum habebat equites, in cataphractos ex tranſuerſo ruere, gladiíſque contos eorum truncare iubet: his enim conciſis, omnem eorũ uim extin-

ctam esse,non sibi consulere, non prodesse sociis, non hostes denique lædere posse, cùm pondere,tum armorum ineptia nullam esse penitus sine contis eorum operam, sed muro inclusis ac circunseptis penè similes apparere. Ipse deinde cum duabus cohortib.pedes in tumulũ contendebat.Cæteri milites laborantis,armati,progredientísque ducis reuerentia moti,subsequebantur. Capto tumulo, cùm eminentiori eius in loco stetisset,ingenti uoce proclamans, Vicimus, inquit, uicimus commilitones. Subinde commonefactis militibus, nil iaculis opus esse,sed strictis ensibus petendas esse suras,ac hostium femora,quæ sola cataphracti armis nudata negligunt, acies in hostem deducit. Nulla tamen his artibus atque consiliis occasio data est: quia cataphracti ne Romanum quidem impetum excipientes, priusquam iniretur certamen, clamore subita cum fuga sublato, sese grauissimósque armis equos inter peditũ agmina turpissimè præcipitabant.Sic nullo illato uulnere,nullo prorsus cruore conspecto,tot hominum millia, tantæque copiæ profligatæ sunt. Confestim itaque ingens editur cædes non tam fugientium,quàm cupientium fugere barbarorum: haud enim facilè fuerat in tanta stipatarum profundissimarúmq; acierum multitudine perplexos euadere.Tigranes ubi primùm hostibus dari terga prospexit, desertis ordinibus, cum paucis admodum in fugam erupit,& filio,quem communi sorte,miserandáque fortuna oppressum uiderat, auulsum è proprio capite diadema lachrymans dedit, hortatus alterum tenere iter,ac suæ saluti maturare consilium.Adolescens quia indignum superstite patre religare sibi diadema censebat, fidelissimo cuidam ex suis custodiendum commisit. Neque hunc fortuna liberũ ab hostibus esse siuit, ut captiuus ad Lucullum deductus,inter tot barbara spolia, Tigranis quoque diadema deponeret.Peditum in ea fuga ultra centum millia occubuisse proditum est, equites paucos admodũ effugisse. Romanorum uulnerati cẽtum,quinque interfecti sunt. Hanc pugnam in libro de Diis immortalibus commemorans Antiochus philosophus, nullam prorsus talem solem unquã uidisse scribit.Strabo uerò,alter & ipse philosophus, in historiarum commentariis Romanos inquit erubuisse, derisisséque semetipsos, quòd in tam uilia mancipia ferrum sumpsissent.Et Liuius Romanos asserit nullis unquam hostibus, quibus cum signa contulerint, copiarum numero usqueadeò fuisse inferiores.Vix enim uigesimam eorum qui uicti sunt partem uictores extitisse. Clarissimi quoque omniũ Romanorũ duces, & qui diuturno bellorũ usu peritissimi uidebantur,ingentibus Lucullũ laudibus extollebãt, qui duos florentissimos potẽtisimósque reges duabus maximè cõtrariis rebus,mora scilicet,ac celeritate confecisset. Mithridaté enim cùm uigebat, plurimùm cunctando deuicisse: Tigranem autẽ oppressisse celeritate.Et quod paucis unquam ducibus cõtigisse accepimus, ad agendũ cunctatione, ad tuendum audacia usus est. Atqui Mithridates calliditate potius ac uersutiis, quàm signis collatis Lucullum, ut consueuerat, rem gesturum arbitratus, ad Tigranem festinare neglexit:sed lento procedẽs itinere, cùm aliquot in eum Armenij attoniti trepidíque incidissent, coniectura rem ipsam auguratus est. Pluribus deinde & nudis & sauciis obuiam sibi factis,audita clade,ad quærendum Tigranem conuersus,desertũ,humilem,abiectũ miserabiliter cùm inuenisset,nulla eũ (ut ille se quondã) cõtumelia prosequutus est: sed equo descẽdens,& cõmunes secum miserias collachrymans,cùm meliora eum sperare iussisset,ingẽtem ei famulorum ordinem, uel maximo rege dignum adiunxit. Ambo deinde ad contrahendas nouas copias animos erexere. Profligato Tigrane, confestim inter Græcos barbarósque qui Tigranocertis erant,seditio orta est.Lucullus reliquo exercitu eò admoto,cùm urbẽ à Græcis accepisset,seruatis thesauris cæteram urbem militi diripiendam concesit,in qua præter alias ingentes opes,octo millia talentorum fuisse constat.Octingentæ præterea drachmæ singulis, ex hostium spoliis, militibus datæ sunt. Erant ea tempestate Tigranocertis plurimi ludorum artifices,quos undique Tigranes ad se institutorum spectaculorum causa conuocarat. His Lucullus ad præparãdos pro parta uictoria ludos atque spectacula magnificè usus est. Græcos postea donato uiatico, & barbaros pariter, quos modò Tigranes inuitos habitatum eò traxisset, propriis patriis restitutos dimisit. Quare una ciuitate soluta, plurimæ redditis sibi ciuibus, deintegro refectæ sunt,à quibus Lucullus perinde ac nouus earum conditor colebatur. Alia quoque ornamenta pulcherrima ad uiri gloriã accessere.Non enim bello magis,quàm pietate,iustitia,humanitate,liberalitate, clementia, cæterísq; id genus uirtutibus, supremas sibi partes laudis appetebat. Neque hæc diuinæ optimæq; institutæ mentis insignia cum bellicis conferenda censebat,ubi cùm haud parum militibus,tum fortunæ plurimùm deberi gloriæ iudicatur. Quanti uerò momenti, quantæ laudis ei fuerint superiores illæ uirtutes, quibus præter omnem armorum operã, omnes urbes, populos,reges sibi conciliauit,edisseramus.Etenim Arabum reges eum adeuntes, accepta pace,omnes suas fortunas Luculli fidei crediderunt.Sponte sua Sophenorum gẽs accepit imperium:& Gordyenorũ populos usqueadeò sui desiderio inflãmauit, ut relictis propriis sedibus,unà cum liberis atq; uxoribus eum, si passus esset, subsequi peroptarent. Tantam uerò istorum in Lucullum beneuolentiã hinc ortam fuisse perhibent.Zarbienus enim eorum rex cùm molestum Tigranis haberet imperiũ, ad Appium,ut diximus,clàm de societate cum Romanis ineũda retulerat. Necdum in Armeniam Romani eruperant, cùm Tigranes detecta re, Zarbienũ pariter cum liberis atq; uxore necari iussit.Lucullus maximè affectũ se uiri morte ostendit, ita ut in Gordyenorum regionẽ aduenies,Zarbieni funus ampliſſimo cum splendore celebrarit. Rogum eius auro,purpuráque regali, & Tigranis spoliis perornatũ præsens ipse cremauit,postremásque unà cum uiri necessariis atque amicis parentans libationes, æqualem suum populíque Romani socium uocitabat. Iussit præterea pretiosissimũ illi fabricari sepulchrum. Nam & ingentẽ uim auri & argenti in Zarbieni thesauris ipse compererat,& frumenti in horreis congesti decies trecenta millia modiũm.His tantis opibus milites locupletati,& Lucullus plurimùm miratus est, quòd nulla prorsus ex ærario publico drachma suscepta, ipse suis sumptibus bellũ conficeret. Dum hæc geruntur,legati ab rege Parthorũ ueniunt,amicitiam,populíq; Rom. societatem petentes.Placuit ea postulatio Lucullo,& ipse quoque Partho legatos ab se remisit: qui posteaquam ad illum uẽtum est,non cum Romanis modò, sed clàm etiam cum Tigrane de societate Parthum agere deprehenderunt,mercedémq; commilitandi Mesopotamiam ab illo petebat.Quæ dum Lucullo fuissent allata, neglectis Mithridate atque Tigrane,quasi iam oppressis ac propè deletis, Parthorum uires tẽtandas instituit,& Romana in eos arma ducenda,egregium arbitratus, si uelut certator in palæstra,tres uno belli impetu reges superaret,& trium clarissimorũ maximorúmque sub sole ducum,inuictus uictor euaderet.In Pontum itaque ad Sornatium & cæteros ibi præfectos mittit,qui nuntiarent eos quamprimùm omnibus eius præsidij copiis, ascensuro sibi per Gordyenam occurrere. Illi cùm iampridem intractabiles,difficillimósque milites agnouissent,tum maximè in præsentia detecta eorũ intemperantia, non uerbis,non prece,nõ imperio,non minis,solutissimos homines in militiã compellere potuerunt, clamantes & obtestantes se non amplius istic mansuros, sed relicto Ponto abituros sese quò quisque decerneret.Hęc ad Lucullum renuntiata,uulgata per militum ora, præsentem quoque exercitum fœdæ responsionis exẽplo corrupere.Iam enim opibus,iam delieiis ad arma pigerrimos, turpissimi otij cupido Lucullianos inuaserat. Ast ubi temerariam Ponticorum loquendi licentiam accepere, eiusmodi homines uiros appellare,illos imitandum esse dicere, & fessis iam pugnãdo militibus ultimam quietem deberi,multa sese tranquillo otio digna propria uirtute elaborasse.His uocibus fœdioribúsque uulgatis,susceptum Lucullus Parthicum bellum dimisit, ad ipsum Tigranem media iam æstate regressus. Taurinis saltibus

Tigranes à Lucullo deuictus.

ſuperatis,cùm campos tunc primùm uirentes conſpexiſſet, quia rigore cæli ſegnius ea regio cuncta producit,commeatuũ inopiam expectabat. Deſcendens tamen,propulſatis Armeniis, qui bis aut ter tumultum magis,quàm prælium excitarant, quacunque inceſſerat uillas intrepidè populabatur,& frumento quod Tigranes congeſſerat,in poteſtatem ſuam redacto, quam ſibi uerebatur, hoſtibus egeſtatem iniecit. Poſitis itaque caſtris,& uallo foſſáque circunductis, ad peruaſtandam in conſpectu hoſtium regionem exibat. Vbi uerò fugatos toties barbaros nequicquam ad prelium
Artaxata. laceſſitos quieſcere uidit,ſublatis ſignis ad Artaxata Tigranis regiam, in qua & liberi eius infantes erant & mulieres,ire pergebat,id unum conſilium ratus, quo laceſſitus Tigranes in certamen ſubduci poſſet. Fama eſt Carthaginieſem Annibalem pro- 91
* Ἀρτάξων. fligato à Romanis Antiocho, ad * Artaxatan Armeniorũ regem ſe contuliſſe,multa illum clariſſima egregiáque utiliter edocuiſſe, conſideraſſéque inter cætera aptiſſimum quendam natura locum, ſqualidum tamen atque neglectum, in quo figuram urbis deſcripſerat. Eò deinde adductum Artaxatan, monſtrato ei ſitu, ad cõdendam urbem facilè inflammaſſe, & iam paratis omnibus, Annibalem ipſum operi ab rege præfectum,nobiliſſimam atque ingentem urbem ædificaſſe,quæ nomen ab ipſo rege ſortita,totius Armeniæ metropolis declarata eſt. Profectum in hãc urbem Luculum Tigranes tolerare nõ potuit,ſed coactis copiis, quartis caſtris haud procul conſtitit ab Romano exercitu, Arſaniam fluuium in medio intercipiens, quem petituri Artaxata Romani traiicere eogebãtur. Lucullus peractis deorum ſacrificiis, perinde 92
ac uictoriam in manibus tenuiſſet, traducto exercitu, duodecim cohortes in fronte, totidem à tergo locauit, ſubſidia cõtra circuitum hoſtium peropportunè diſtribuit. Multas enim equitum turmas Tigranes in fronte poſuerat,in primíſque ſagittarios, Mardorum equites, & Iberes haſtatos, in quibus ſuper cæteros mercenarios milites Tigranes rerum ſuarum momentum eſſe credebat. Nullum tamen clarum ab his facinus geſtum eſt:ſed Romanis cum equitibus æquo ferme marte pugnantes, ingruẽtis Romani peditis impetum nõ ſuſtinuere,ſed hinc atque hinc in fugam citati Romanum equitem traxere ad ſe ſectandum. Primis itaque diſſipatis ordinibus, Tigranes inſtructo reliquo equitatu,in hoſtem progreditur,quorum ſplendorem multitudinémque cùm Lucullus ſubtimuiſſet, confeſtim inſectãtibus ſuis receptui cani iuſſit. Deinde conferto agmine primus ipſe unà cum optimatibus in barbaros ruit tan- 93
to impetu,ut prius quàm manum conſererent,hoſtis ſola trepidatione deuictus,unicam in fuga ſalutem ſibi quæreret. Tres erant in eo exercitu reges: ſed turpiſſimè omnium Ponticus Mithridates aufugit, cùm ne primum quidem Romanorũ clamorem ſuſtinere potuerit. Lucullus uniuerſam proximam noctem ad inſectandum hoſtem abſumpſit,& capiendo,cædendo,prędando,Romani milites defeſſi ſunt. In ſuperiori nempe certamine plures,in hoc uerò nobiliores barbaros & cecidiſſe, & fuiſſe captos, Liuius author eſt. His Lucullus tantis elatus uictoriis,ad ſubuertendum penitus barbarum aſcendere inſtituerat. Autumnale tunc erat æquinoctium,& omniũ ſpe celerius rigidiſsima è cælo frigora cecidere: omnia niue obruta erant, & ſi quando ſerenus aderat aer,tum gelu,tum pruina humana corpora perrigebant. Difficilli- 94
mus erat equis ob extremam frigiditatem fluminum potus: difficillimus erat eorum tranſitus, quia concretis in glaciem aquis, glacies ipſa tranſeuntium grauitate confracta,aſperitate ſua equorum tibias neruósque cruentabat. Syluestria deinde ac anguſta itinera,tellus humiditate abundans, cadentes è cælo niues,& ipſa in madidiſſimis locis acerba pernoctatio,difficillimam ac propè intolerabilem militiam faciebant. Paucis itaque poſt pugnam diebus milites Lucullum ſecuti, cùm aſperitatem itineris recuſarent, primùm per tribunos militum, ne longius procederetur, eum fruſtra rogare: deinde conuentibus hinc inde factis, inter ſe murmurare, nocte in tẽtoriis crudelitatem ducis inſimulare, omniáq; infeſtiſsimis uerbis fœdóque tumultu imple-

95 tu implere. Videbantur Lucullo res in ſeditioſam ſpectare perniciem: proinde ſingulos adeundo milites perhumanè prenſare,ſupplicaréque,tolerantiã in fortiſſimos homines inducere: alteram in Armenia Carthaginem uelle delere, eius hominis opus, qui tot clades populo Romano intulerit: de Annibale enim loquebatur. Poſtquã omnia Lucullus fruſtra tentari uidit,inuitus retro ducebat exercitum,& ſuperato per alios ſaltus Tauro,in eam regionem deſcendit,quam Mygdonicam uocant, feraciſſimam atque apricam. Vrbs erat in ea tum opibus,tum hominum multitudine opulenta,quam barbari Niſibin, Græci Mygdonicam Antiochiã appellant. Huic nempe Guras Tigranis frater præerat. Summa tamen machinamentorum peritia res belli Callimachus gubernabat, is qui multos ad Aminſum Romanis labores intulerat.
96 Itaque ad obſidendam hanc urbem Lucullus ultimo conatu conſedit. Et cùm paruo illam tempore ui cepiſſet, Guram, qui ſeſe Luculli humanitati commiſit, perbenignè ſuſcepit. Neglecto uerò Callimacho, qui tuendæ ſuæ uitæ cauſa abditos pollicebatur maximarum opum reuelare theſauros,in pedicas coniectum ſeruari iuſſit,pœnas daturum eius incendij, quo Aminſenorum urbe uaſtata, liberalitatis humanitatíſque ſuæ in Græcos declarandæ occaſionem extinxerat. Fortunam huc uſque indubiè cum Lucullo commilitaſſe uiſum eſt, proſperásque ſemper eius conſiliis auras præſtitiſſe. At deinceps tametſi egregiam prudentiſſimi magnanimíque uirtutem imperatoris oſtenderit,tanquam aduerſo ſemper ſpirante flatu in altum fruſtra contenderet,nullam tamen eius res geſtæ gratiam,nullam prorſus gloriam habuere: cæterùm ſuperiores illæ,quas omnium mortalium conſenſu ſibi uendicauerat, laudes propemodum defluxere. Neque minimè proximæ infelicitatis cauſæ ei ſunt adſcri- *Fortuna Luculli mutata.*
97 bendæ. Non enim quo decuit ſtudio, æqualíue comitate militarem multitudinem colebat, quia uniuerſas ſeruiẽtium uoluptates ad ignominiam perniciémque imperantis ſpectare exiſtimabat. In primis uerò id ei plurimùm obfuiſſe conſtat, quòd æqualium ſuorum,& qui in exercitu magiſtratum gerebant, quanti par fuerat, neminem faciebat: ſed neglectis omnibus, nullum ſecum conferendum eſſe arbitrabatur. Hæc ſola inter tot tantásque ornatiſſimi uiri uirtutes mala ſediſſe ferũt. Etenim modeſtiſſimum atque magnanimum, & in dicendo fuiſſe grauiſſimum, parémque togatum & armatum,domi,militiæ,pace & bello,ſplendorem habuiſſe prudẽtiæ. Primam militaris huius odij atque intemperantiæ facem in Cyziceno bello ſtatim arſiſſe, Salluſtio placet, & ad Aminſum inualuiſſe potiſsimùm, quòd duo hyberna il-
98 los intra uallum agere compuliſſet. Accendebant eos & reliqui hybernandi labores: ſiue enim in hoſtili,ſiue in ſociali regione ſtetiſſent,ſub diuo ſemper uniuerſi milites contubernabant,neque ſemel modò ullam in pacatam urbem Lucullus cum exercitu eſt ingreſſus. His militum odiis Romæ uulgatis, Luculli aduerſarij accenſos longa inuidia animos eleuare,& procaciter eum inſimulare, quòd auaritia,immoderatáq; imperandi cupiditate, bellum produceret, & cùm ferme Ciliciam, Aſiam, Bithyniam,Paphlagoniam, Galatiam, Pontum,Armeniam, uſque ad Phaſidem occuparet,ad diripiendam quoque Tigranis regiam contendiſſet,quaſi ad ſpoliandos, non debellandos reges eſſet emiſſus. Has atrociſsimas uoces Lucium Quintium unum ex Romanis ducibus in primis iactaſſe ferunt: cuius maximè ſtudio ac uigilantia,cùm de his rebus ad ſenatum relatum eſſet,placuit abrogari Lucullo imperium,eam alteri decerni prouinciam, multósq; eius exercitus milites emeritos fieri atque exauthorari. Acceſsit huic & maior altera rebus Luculli peſtis. P. Clodius cum Lucullo com-
99 militabat,uir nefarius,ſceleſtus,ſuperbiſsimáque temeritate imbutus,& qui libidini ſuæ in ſororẽ,quæ Luculli uxor erat, intemperantiſsimã mulierem indulſiſſe fertur. Is cùm non quantũ ſibi ipſe concedebat honoris ab imperatore aſſequeretur(primas enim maximarum rerum partes ſibi iure deberi arbitrabatur) Fimbrianos milites pellicere, plurimúmque ſibi conciliare adortus eſt. Quod ubi ſatis ei ſucceſsiſſe ap-

paruit, quam primùm illorum animos ab Lucullo alienare, ſummúmque illis faſtidium imperatoris inducere. Neque difficile fuerat homines diuturna conſuetudine factioſos tum pollicitando, tum blandos inſerendo ſermones corrupiſſe. Hi enim erant qui duce Fimbria Flaccum conſulem occidentes, eum ſibi delegerũt imperatorem. Quare Clodium amicum militum appellantes, periucundè complectebantur, 100
Simulabat enim eorum ſe maximè miſereri, quòd magnis bellis, maioribus periculis, maximis deniq; laboribus, nullus modus, nulla uſquam requies adeſſet: ſed omni cum gente bellando, orbem terræ pererrando, bellis bella finiendo, miſeram uitam tererent, nullam tam onoroſa militia dignam expectantes mercedem. Non milites amplius, ſed Luculli diuitiarum defenſores atque cuſtodes eſſe, quibus tot camelos, tot plauſtra aureis gemmatísque poculis plena, imperatoris auaritiæ tuendum eſſet. Iam Pompeianos milites in populum redactos, cum liberis atque cõiugibus felicem regionem, urbésque opulentas per otium poſſidere. Non Mithridatem, non Tigranem, pluuiis, niue, pruina, gelu obrutos per uaſta deſerta ſectari, regias Aſiæ diruturos, ſed profugorum bellum in Hiſpania, ſeruile in Italia gerere. Etítne igitur tantis 101
unquam noſtris laboribus modus? num quieſcemus? num ceſſabimus? num otiabimur aliquando, ínque poſterum ei noſtra corpora imperatori conſeruabimus, qui maximum ſui ornamentum eſſe, commilitonum diuitias atque felicitatem iudicet? Hac peſte corruptus exercitus, neque in Tigranem proficiſci uoluerũt, neque in Mithridatem, qui ex Armenia in Pontum, priſtinum ſibi uendicaturus imperium ueniebat: & hyemis acerbitatem inſimulantes, circa Gordyenam hyberna trahebant, ſummo Pompeium ſuper cæteros duces deſiderio expectantes, Lucullo in prouinciam ſubrogandum. At poſtquam nuntiatum eſt Mithridatem profligato Fabio, in Sornatium atque Triarium uires ſuas inducere, ſola uerecundia compulſi Lucullum milites ſequebantur. Triarius confeſtim quaſi uictoriam in manibus habuiſſet, quò ſibi totam laudem uendicaret, priuſquam Lucullianus adeſſet exercitus, cõſerto prælio ingentem cladem accepit. Proditum eſt enim ſupra ſeptem Romanorum millia 102
occidiſſe, centuriones centum & quinquaginta, tribunos militum ſupra quatuor & uiginti, & Romana caſtra in Mithridatis poteſtatẽ ueniſſe. Paucis poſtea diebus Lucullus adueniens, Triarium ab iratis militibus ad ſupplicium quæſitum abſcondit. Ad Mithridatem ſubinde cõuerſus, eum in certamen cùm ducere laceſſendo fruſtra tentaſſet, quia is Tigranem cum multis ad ſe copiis deſcẽdentem expectabat, occurrere Tigrani pugnaturus inſtituit, antequam hi duo ſimul iungerentur exercitus. Sublatis itaque caſtris Fimbriani milites tumultu in itinere facto, ordines ſuos deſeruere, quaſi nouo ſenatuſconſulto ea militia exauthorati eſſent, & decretis iam aliis ducibus prouinciis, haud amplius ad Lucullum ſpectaret imperium. Nil fuit profectò 103
quod non Lucullus ad ſedandos flectendósque militum animos, poſthabita maieſtate imperij, humiliter experiretur, ſingulos orando, prenſando, leniendo, ſordida cum ueſte deiectus elachrymabat. Illi tanti ducis lachrymis precibúsque neglectis, uacua marſupia abiicientes, ſolum cum hoſtibus pugnare iubebant, à quibus ſolus ipſe locupletari didiciſſet. Tandem flexi aliorum militum precibus, Fimbriani cum Lucullo pepigere, ſecum ſe proximam moraturos æſtatem, & ſi nemo interim pugnaturus occurreret, liberos atque ſolutos eſſe. Has tam anguſtas conditiones Lucullum aut ſubire oportuit, aut deſertam omni præſidio barbaris dimittere regionem. Continebat itaque illos, nõ ad pugnam modò, neque ad militare quodpiam facinus deinceps educens, ſed ſola eorum expectatione contentus, Cappadociam à Tigrane ſolutiſſima licentia depopulatam patiebatur. Suſtinebat tacitus in priſtinas ſeſe Mithridatem uires erigere, quem ipſe pridem ſenatui ſcripſerat debellatum. Et ob id 104
aderant ei legati ab Roma miſſi, ut res Ponticas, ceu planè Romano imperio uendicatas, componerent: qui eum non modò non Ponti, ſed ne ſui quidem exercitus dominum

Milites Luculli tumultuantur.

minum inuenere, à debacchatis militibus abiectiſſimum atque neglectum: quibus tantùm erga imperatorem ſuum incontinentiæ, tantùm petulantiæ fuit, ut æſtate cedente, armati ſtrictis enſibus remotiſſimos, & qui nulli uidebantur hoſtes, ad prælium prouocarent: deinde pariter conclamantes, & crebris inanem aerem ictibus ferientes è caſtris egrederẽtur, obteſtati id omne, quod cum Lucullo pepigerãt, tem-
105 pus effluxiſſe. Relictos autem milites Pompeius literis ad ſe accerſebat. Iam enim ad Mithridatem, Tigranémque debellãdos, dux Romæ fuerat cùm plebis, tum factioſorum principum ſuffragiis declaratus. Enimuero ingratiſſima ſenatui optimatibúsque ea res uidebatur, & ampliſſimis Luculli meritis haud digna: quia non belli, ſed triumphi ſucceſſorem acciperet: neque imperium aut magiſtratum, ſed mercedem, præmium, fructúmque rerum à ſe geſtarum ſubrogato duci concederet. Tum etiam ab his maximè qui aderant, proſtrata Luculli dignitas atque fortuna, non ſine multa miſericordia conſpici potuit. Non enim honoris, non authoritatis, non imperij eius erga milites ullum propemodum ueſtigium apparebat. Omnes edicto Pompeij ab Luculli congreſſu prohibebantur: nulli penitus parêre licebat his rebus, quas ipſe decem pariter cum legatis inſtituerat atque conſcripſerat: ſed iam omnes in Pom-
106 peium, qui multis florebat copiis, conuerſi, ſuis audiebant edictis. Communibus itaque tandem amicis intercedentibus, hi duo duces in uico quodam Galatiæ pariter conuenere, ubi habito familiari congreſſu, ſuper rebus à ſe magnificè geſtis ambo uiciſſim congratulati ſunt. Grandior erat ætate Lucullus: cæterùm dignitas Pompeij cùm pluribus imperiis, tum duobus triumphis amplior erat atque inſignior. Laureatos propter uictorias faſces uterque præ ſe ferebat, ſed longo Pompeij itinere per loca ſqualida atque inculta lauri iam circa faſces aruerant. Quod ubi Luculliani lictores aduertiſſent, ex propriis, quas & recentes & uirides habebant, lauris liberaliter contulere. Id Pompeij amici in bonum omen uerterunt: etenim reuera Luculli res geſtæ illius imperium perornarunt. Nil tamen habitus ſermo pacatum, nil amicum inter eos adduxit: ſed alienatis magis animis cùm mutuò diſceſſiſſent, Pompeius omnia illius inſtituta antiquauit, omnéſque præter mille ſexcentos, quibus
107 cum ille triumphare poſſet, milites ſibi aſciuit. Nec hi quoque læto animo cum Lucullo manſere. Sic igitur Lucullo aut ingenium, aut ipſa fortuna in re omnium maximè imperatori neceſſaria, aduerſabatur: quæ una ſi eius fortitudini, uigilantiæ, prudentiæ, æquitati, cæteriſque clariſſimis ac ſingularibus ornamentis acceſſiſſet, non Euphrates in Aſia, ſed mare Hyrcanum, ipſiúsque Aſiæ fines Romanum terminaſſent imperium. Quandoquidem cæteras gentes Tigranes ab ſe debellatas antè cõtuderat, & Parthorum uires non ſub Lucullo, quantùm deinde ſub Craſſo, ualidæ unitæque floruerant: ſed bellis inteſtiníſque ſeditionibus diſſipatæ, neque Armeniorum iniurias potuerant ulciſci. Equidem conſideranti mihi uideri ſolet, hiſce rebus quibus Lucullus ingentia patriæ commoda cõparauit, cæteros duces plurimùm
108 intuliſſe detrimenti. Quid enim aliud quàm parta in Armenia uicina Parthis trophæa, quàm Tigranocerta, quàm Niſibis, quàm ingens præda inde Romam abacta, quàm captum denique diadema Tigranis, Craſſum ad potiundam Aſiam extulit atque accendit, arbitratum nil aliud, quàm prædam atque ſpolia barbaros eſſe? Verùm ubi in Parthorum ſagittas armáque incidiſſet, facilè declarauit, non mollitie, aut hoſtium imbecillitate Lucullum, ſed fortitudine, audacia, conſilio, tantas retuliſſe uictorias. Sed de his aliás. Regreſſus itaque Romam Lucullus M. fratrem offendit à C. Memmio accuſatum ſuper his quæ quæſtor ſub imperatore Sylla geſſerat. Et cùm Marcus id iudicium euaſiſſet, Memmius omnem iram in Lucullum conuertens populum incitabat, multa eum præter authoritatem conſularis imperij, præter
109 ſenatuſconſultũ multa feciſſe, protraxiſſéque bellum diutius dictitabat. His uocibus adductus populus triumphum Lucullo negabat, & cùm res in maximum ueniſſet

Laureati faſces Pompeij & Luculli.

Luculliũ triumphus.

certamen, primores patrum & potentiſſimus quiſque in republica, quibus Luculli dignitas chara erat, tribubus ſeſe miſcẽtes uix populo de concedẽdo Lucullo triumphum perſuaſere. Non itaque uelut aliqui, aut longitudine pompæ, aut rerum expoſitarum multitudine, admirãdum tumultuoſúmque triumphum egit, ſed quampluribus hoſtium armis regiíſque machinis cùm circum Flaminium perornaſſet, clarum ſuopte ſplendore id ſpectaculum uidebatur. In pompa cataphractorum equitum pauci, decem falcati currus procedebant. Ex regiis ducibus atque amicis ſexaginta captiui. Naues longæ atque roſtratæ decem ſupra centum unà deferebantur. Ipſius deinde Mithridatis aureum ſimulachrum ſex pedum longitudinis, & clypeus quidam pretioſis lapidibus perornatus. Viginti præterea argenteis uaſis plena 110
uehicula, aureis uerò & poculis & armis atque numis duo ſupra triginta conferta erant. Hæc omnia ab hominibus deducebantur. Octo uerò muli lecticis aureis onuſti erant, defecato uerò argento ſex & quinquaginta. Alteri præterea centum ſeptémque muli argenti & numiſmatum paulò minus uicies & ſeptuaginta millia ſeſtertiũm deportabant. Ferebantur & ipſi libri, in quibus quantùm Pompeio ad Piraticum bellum, quantùm in ærarium publicum pecuniæ ipſe cõtulerat, inſcriptum erat. Singulis præterea militibus noningentas quinquaginta dediſſe drachmas. Vrbem denique uicinósque uicos magnifico epulo excepit. Repudiata deinde Clodia peſſima incontinentiſſimáque muliere, Seruiliam Catonis ſororem duxit. Nullo hæc in flagitio ſuperiore purior erat, niſi quòd fratrum calumniam non ſubierat. Eius 111
tamen faſtidium atque intemperantiam Catonis reuerentia diu perpeſſus, tandem repudiauit. Iam Luculli præſentia ampliſſima ſpe animos patrum impleuerat. Videbatur enim uirum tanta rerum à ſe geſtarum gloria, authoritatéque florentem, Pompeij audaciam comprimere atque tyrannidem, & optimatum amplitudinem poſſe tueri. Cæterùm, ſiue quòd iam ægrotam patriam, pronámque in futuram ruinam cerneret, ſiue (ut quibuſdam placet) ſatis ſibi uendicatum gloriæ arbitratus, à diuturnis laboribus atque periculis, quorum plerunque infeliciſſimi eſſent exitus, ad literarum otium, ſtudioſámue quietem reliquum uitæ conferre uoluerit, à republica ſponte ſe abdicauit. Sunt itaque qui hanc Luculli ſententiam laudandam plurimùm arbitrentur. Non enim in Marij calamitates atque miſerias decidiſſe, qui poſt Cimbricas uictorias, illáque maxima clariſſimáque facinora, nullum ad cuſtodiẽdos iam 112
partos honores modum ſtatuere iudicauit: ſed inſatiabili gloriæ imperiíque ambitione ſenex cum ineuntibus rempublicam iuuenibus contendens, ſeſe in res turpiſſimas, rebúsque miſerias turpiores præcipitauit. Et Ciceronem poſt pernicioſiſſimam Catilinę conſpirationem diuino ſuo ingenio à communi clade depulſam, priuatum conſeneſcere præſtitiſſe. Et Scipionem adiecta Carthagini Numantia quieuiſſe. Etenim finita quadam modeſtia ciuiles ambitiones eſſe moderandas. Nec minus quàm athletas in palæſtra, ciues in republica damnandos eſſe, qui nullum momentum, nullum tempus, nullam quietem perpetuis laboribus intermittunt. Craſſus uerò at- 113
que Pompeius hanc nouam Luculli inſtitutionem accuſare ſolebant, quòd in uoluptates atque luxuriem ſeſe demiſiſſet, quaſi non militaribus ciuilibúsque negotiis aptior, quàm otio atque deliciis ætas illa fuiſſet. Mihi uerò Luculli uita ueteribus ſimillima comœdiis uideri ſolet, quarum primæ partes rebus domi militiæque geſtis, poſtremæ uerò conuiuiis, potationibus, cantu procaci, facibus, omníque luſus genere continentur. Ego enim ſumptuoſa illa ædificia, ingentes balneorum atque deambulacrorum apparatus, picturas, ſtatuas, omnéque eiuſmodi rerum ſtudium, ad luſum arbitror referenda, quas ipſe res permaximis ſibi ſumptibus comparauit, & opibus quas ſibi permultas honeſtiſsimo militiæ iure uendicarat, affluẽtiſsimè utebatur. Tanta uerò in noſtram uſque ætatem eius deliciæ opinione omnium efferũtur, ut inter ornatos ſumptuoſiſsimósque regũ hortos Luculliani dinumerentur in primis.

Luculli deliciæ.

Quid

114 Quid de his operibus, quæ iuxta mare circa Neapolim magnificè ſplendidéque conſtructa ſunt iudicandum arbitramur, ubi altiores profundis foſſis tumulos ipſe ſuſpenderat? ubi maritimas ædes, eásque pulcherrimas atque ampliſſimas ædificarat? ubi diſcurſus maris, piſcoſóſque riuos ædibus circunduxerat? Quæ ſingula cùm Stoicus Tubero haud ſatis mirari potuiſſet, Xerxem eum ex togato homine appellauit. Erant illi præterea ædes in Tuſculano ſpatioſis thalamis deambulacríſque perornatæ, è quibus ceu è ſpeculis undique circunſpici poterat: in quas Pompeius adueniens, accuſauit Lucullum, quòd ad æſtatem optimè accommodatas, inhabitabiles hyeme feciſſet. Cui ridens Lucullus, Num tibi, inquit, Pompei, minus, quàm grues aut ciconiæ mentis habere uideor, ut non pariter cum tempore habitationem quoque per-
115 mutem? Cùm uerò prætor quidam purpureas celebrandi ſpectaculi cauſa ab eo chlamydes petiiſſet, inſpecturum ſi domi haberet, daturúmque liberaliter ſi adeſſent reſpondit. Poſtridie uerò roganti Lucullo quot ſibi chlamydibus opus eſſet, cùm centum ille ſufficere reſpondiſſet, ducentas ei dari Lucullus iuſſit. Proinde Flaccum poetam dixiſſe ferunt, non eas ſe putare diuitias, quarum repoſita atque celata non plura eſſent his, quæ palàm conſpicerentur. Erant autem Lucullo conuiuia nouo ſemper diuitiarum ſplendore parata, non modò purpureis ſtratis, poculis auro gemmíſque elaboratis, choris, cœtibus, ſcenicíſque recitationibus admiranda, ſed uarietate quoque ac multitudine epularum, & ingentibus abundantiſſimíſque bellariorum apparatibus. Quibus rebus illiberales eum homines beatum appellabant.

Cõuiuia Luculli lautiſſima.

116 Pompeium aduerſa corporis ualetudine captum, magnificè de Lucullo locutum fuiſſe tradunt. Nam cùm medicus eum turdos comedere iuberet, & miniſtri (quia æſtas eſſet) alibi, quàm apud Lucullum domi nutritos reperiri poſſe negarent, uetuit Pompeius ut inde aſſumerentur: & ad medicum conuerſus, Si Lucullus, inquit, delicatus non eſſet, num fortè Pompeius non uiueret? quare alia dari ſibi iuſſit, quæ aliunde facilè comparari poſſent. Hunc tantum Luculli luxum Cato, cui tum erat ſumma & amicitia, & familiaritate coniunctus, uſqueadeò iniquo ferebat animo, ut cùm adoleſcens quidam in ſenatu longam & importunam de modeſtia & parcitate orationem ageret, exurgens Cato, Tacebísne, inquit, hodie diues ut Craſſus, uiuens ut Lucullus, loquens ut Cato? Quidam etſi dictum id in curia fa-
117 teantur, à Catone tamen fuiſſe negant. Lucullus uerò non uoluptatem modò, ſed laudem quoque his ſibi ſumptibus quęritabat: quod quidem coniicere ex his par eſt, quæ de illo ſunt mandata memorię. Ferunt enim Græcos quoſdam homines qui Romam aſcenderant, apud illum multis diebus conuiuatos fuiſſe. Qui cùm rurſus inuitarentur, græca quadam parſimonia in uerecundiam ductos, recuſaſſe uocationẽ, indignũ ducentes ſi propter ſe tantis quotidie ſumptibus conuiuia pararentur. His uocibus riſiſſe Lucullum, dixiſſéque, Nonnulla profectò ex his propter uos fiunt, ô uiri Græci, cęterùm plurima propter Lucullũ parari iubeo. Cùm enim fortè nemine apud eum cœnante, unica ſibi menſa dapésque modeſtæ paratæ eſſent, diſpenſatorem domus ad ſe uocatum obiurgauit. Cui ille, Non putabam, inquit, cùm ſolus cœnaturus
118 eſſes, ſumptuoſo tibi opus eſſe conuiuio. Quid ais? Lucullus inquit, an ignorabas penes Lucullum hodie cœnaturum eſſe Lucullum? Itaque cùm totam iam urbem harũ rerum crebra fama peruaderet, Lucullum tunc fortè per otium in foro ſedentẽ Pompeius Ciceróque conuenere. Hic nempe in primis ſibi familiaris erat atque amicus: Pompeio uerò, etſi antè quadam ſimultate ob Mithridaticum bellum mutuò aduerſarentur, & loqui tamen familiariter, & conſueuiſſe ſolebat. Cicero itaque ſalutato Lucullo, nunquid diſputare de philoſophia luberet, rogabat: cúmque ille reſpondiſſet, lubere maximè, & adeſſe ultro etiam iuſſiſset, Volumus, inquit, apud te cœnare hodie, ſed ea conditione, ut nil noui noſtri cauſa parari iubeas. Subrecuſabat id Lucullus, & in poſterum diem differri conuiuium poſtulabat: illi uerò

neque differre,neque alloquendi ſecretò familiares ſuos facultatem ſibi facere uoluere,ne aliud domi parari iuberet conuiuium. Hanc tamen ei poſtremò ueniam preſtitere, ut ipſis audientibus, cuidam ex familiaribus ſuis id ſolùm diceret, In Apolline cœnabitur hodie: ea ſola uoce fefellit eos. Id enim erat unum ex maximis eius cœnaculis eo nomine appellatum. Singulis enim (ut uidetur) cœnaculis, & conuiuij pretium, & ſplendor apparatus definitus erat. Quamobrem famuli audito loci nomine, confeſtim intelligebant quantis ſumptibus, quali ornatu, quóue ordine conficiendum eſſet conuiuium. Conſueuerat autem pretij quinquaginta millium in Apolline cœna parari. Quæ cùm ſic eo quoque die acta fuiſſet, mirabatur ſtupore quodam Pompeius in tanta epularum abundantia celeritatem apparatus. His itaque in rebus Lucullus maximas opes,tanquam barbaras & bello partas, parum utiliter conſumebat. Nil minus tamen diligentiæ ad ea ſibi comparanda adhibuit, quæ ſtudioſo ac literatiſſimo homine digna eſſent. Etenim plurimos pulcherrimóq; ſcriptos coegit libros, quorum profecto uſus maiorem ſibi, quàm ipſa poſſeſſio, gloriam uendicabat. Studioſo enim cuique, & bibliothecæ, & quæ circa eas erant ſcholæ atque deambulacra, liberè perpetuóque patebant, quò ſe Græci, cùm per otium licuiſſet, uelut in amœniſſimum quoddam Muſarum diuerſorium, conferre ſolebant, ibi loquendo, legendo, diſputando diem iucundè terebant. Et Lucullus plerunque ubi eruditiſſimos uiros diſputare uidiſſet, eò ſe potiſſimùm ingerebat. Si qua etiam ope illis in republica opus fuiſſet, authore Lucullo quamprimùm aſſequebantur, ut uix credibile ſit, quod fuerit illud quantúmue in Græcos homines ſtudium atque humanitas: fouebat eos, colebat eos, conuiuiis excipiebat eos, & proprios lares liberam Græcorum Romam uenientium aulam faciebat. Omne uerò philoſophandi genus familiariſſima quadam cognitione complexus eſt. Academiam tamen à principio ſummo ſtudio & amore colebat, non eam quæ noua eſt appellata, quanquam tunc maximè & Carneadis ſcriptis, & Philonis doctrina floruerit: ſed ueterem, cuius tunc erat princeps Aſcalonita ille Antiochus, uir & acris ingenij, & dicendi rationis peritiſſimus eruditiſſimúsque. Hunc Lucullus ſummo ſtudio ſibi in amicitiam conciliatum, ſocium uitæ fecit, & Philonis auditoribus ſe oppoſuit. Horum unus M. Cicero erat, qui cùm elegantiſsimum ſuo more in ueterem academiam librum ſcripſiſſet, in quo eius ſectæ partes Lucullo, ſibiipſi contrarias laudandas conceſsit, & Lucullus ea propter liber ipſe inſcribitur. Erant enim mutua inter ſe beneuolentia iuncti, & conſiliorum in republica ſocij. Non enim ſe Lucullus penitus abſoluerat à republica, ſed primos inter urbis principes locos atque honores, quia in his plurimùm moleſtiarum atque periculi eſſet, Craſſo dimiſit, atque Catoni. Hos enim duos poſteaquam ſupremas ipſe partes in ſenatu recuſaſſet, hi quibus Pompeij potentia ſuſpecta erat, libertatis principum tutores effecerant. Ob amicorum patrocinia deſcendebat in forum: in curiam uerò, ſi quod Pompeij ſtudium, ſi quam extinguere audaciam aut ambitionem oporteret. Etenim decreta, quæ debellatis ille regibus inſtituerat, antiquari fecit, quámue militibus ſcripſerat largitionem, ſocio Catone dari prohibuit. Quamobrem Pompeius in Craſsi, & Cæſaris amicitiam, potius uerò coniurationem confugiens, cùm armis & militibus totam ferè urbem impleſſet, ejectis extra forum Lucullo atque Catone, decreta ſua promulgari fecit. Eius indignitatem rei cùm periniquis, ut par erat, animis optimates ferre uiderentur, Brutium quendam Pompeiani in medium produxere, quem Pompeio inſidiantem deprehẽdiſſe dicebant. Hic in ſenatum deductus, alios quoſdam Romanos accuſauit, in populo uerò Lucullum ipſum adiecit, quem inſidiarum authorem in Pompeij caput fuiſſe aſſeuerabat. Nullam uerò fidem cùm teſtis leuitate, tum uerborum inconſtantia, ea ſibi accuſatio uendicauit: ſed cùm mercede omnes eum uirum in Lucullum ſolicitatum eſſe cenſerent, tum paucis poſtea diebus additum ſceleri ſcelus

rem

Id eſt, iuxta Budæum, coronatis mille ducẽtis quinquaginta.

Bibliotheca Luculli.

Cicero lib. 4. Acad. quæſt.

rem maximè patefacit. Inuentum eſt enim Brutij cadauer eiectum è carcere, quem naturali ualetudine confectum eſſe dicebant: ſed interfectum à Pompeianis recentes uibices, & ſugillationis ueſtigia declarabant, nè per ipſum etiam accuſatorem res unquam in lucem produci poſſet. Ea res plurimùm à republica Lucullum abduxit: ſed Cicerone poſtremò ſumma cum indignitate ex urbe eiecto, miſſóq; in Cyprum Catone, ab omni publica cura prorſus ſeſe abſoluit. Ferunt autem eum ſub mortem aduerſa mentis ualetudine captum, paulatim contabuiſſe. Porrò Cornelius Nepos non ætate mala, neque naturali morbo, ſed medicamentis à Calliſthene quodam liberto ſuo corruptum in id incidiſſe prodidit: Calliſthenem enim (quò magis ab illo amaretur) quæ uim amatoriam habuerint pharmaca quædam ei propinaſſe, Lucullúmque tantùm à rationis uſu abfuiſſe, ut uel eo uiuente omnis rei familiaris cura Marci fratris conſilio fuerit gubernata. Mortuo autem eo, haud aliter ac ſi in medio & bellicarum & ciuilium rerum flore curſúque oppetiiſſet, ſummo cum luctu concurrebant omnes, & nobiliſſimis ab adoleſcentibus delatum in forum corpus, ſepeliri uolebant in campo Martio, ubi Sylla iacuerat, nemine ex Luculli neceſſariis id expetẽte: haud enim facilis apparatus ille fuiſſet. Quare Marcus frater multis à populo precibus impetrauit, in agro Tuſculano Luculli funera celebrari. Ipſe ingenti fratris mœrore affectus, non multùm deinde temporis ſuperuixit, ſed bona cum eius ætate atque gloria, uita quoque pariter eſt extincta.

Luculli mors

CIMONIS LVCVLLI'QVE COMPARATIO.

Ego itaque Luculli mortem perbeatam maximè, opportunámque iudicandam arbitror. Non enim quam Romanæ libertati infenſa fata moliebantur, fœdam, lachrymabilem, miſerámque reipublicę peruerſionem uidit: cæterùm liberam adhuc, ægrotam tamen atque labantẽ patriam cum uita reliquit. Idque in primis omnium Lucullo Cimonique commune fuit: quandoquidem & iſte nondum turbatis, ſed uigentibus adhuc Græciæ rebus diem obiuit. Non tamen ut ille à republica ſolutus atq; diuiſus, ſed pariter cum uita & imperium & Cimonis militia cecidere: neque ab armis, honoribus, atque trophæis, uelut in portum quendam ſeſe in potus comeſſationésq; contulerat, ceu mordaciter in Orpheum ait Plato, arbitratum eos, qui bene honeſtéq; uixiſſent, apud inferos præmium manere crapulâ ſempiternam. Otium uerò atque tranquilla quies, & clariſſimum literarum ſtudium honeſta cum uoluptate cõiunctũ, digniſſimum grandiori ætate uiro, & à ciuilibus bellicíſq; muneribus abſoluto, ſolatium uideri debet. Verùm ab ingenti rerum geſtarum gloria in luxum uoluptatémq; defluxiſſe, & reliquum uitæ in iocis atq; deliciis, uelut imperiorum uictoriarúmq; Veneris feſta egiſſe, hanc haud pulchram uitæ mutationem exiſtimo, neq; Xenocratem imitantis, ſed ad Epicuri ſententiam potius inclinantis. Nec parum mirari ſoleo, ſi quando cum primis ultimas eorũ ætatis partes ipſe contulero. Etenim illis iuuẽtus prorſus contraria fuit: Cimonis quidem infamis atque ſoluta, Luculli uerò temperãs & erudita. Melior is itaque eſt, qui in meliorem uitę inſtitutionẽ conuertitur: & longè laudabilius eſt id ingenium, ubi areſcentibus uitiis, uirtutes continuò floreſcunt. Atqui amplas diuitias pari ſibi ratione quæſitas, non pari tamen ſplendore erogauerunt. Quis enim auſtialem arcis murum, quem Cimonis opibus abſolutum fuiſſe conſtat, Luculli thalamis atque tumulis, piſcoſis riuulis circunſeptis, quos ipſe circa Neapolim barbaris manibus exædificauit, non dignè antepoſuerit? Quis præterea cum Cimonis, Luculli menſam contulerit? cum officioſa & humaniſſima, luxurioſam atque regalem? Hæc enim ad paucorum delicias ingentes diuitias effundebat: illa modeſtis ſumptibus enutriebat quotidie multos. Sed pro temporum tamẽ uarietate res

ipſæ compenſandæ ſunt. Incertum fuerat enim ſi publicis à laboribus atq; magiſtratibus in tranquillam otioſámq; ſenectutem defluens Cimon, faſtidioſam laſciuámque duxiſſet uitam, præſertim cùm uiri ingenium non ab immoderato uini uſu, nõ à mulierum amoribus, nõ ab omni deniq; uitæ feſtiuitate abhorruerit. Cæterùm maximarum rerum aſſiduæ meditationes atq; conſilia, & bellorum tum crebra pericula, tum innumerabiles penè labores, cæterarum uoluptatum impetum intermittunt, in his potiſſimùm animis, qui generoſa quadam nobilitate ad capeſſendam gloriam nati ſunt. Nemo uerò tam ſubtilis criminum inquiſitor, non uitiorum quiſquã tam acerrimus accuſator eſſe potuit, ut ſi dum imperium bellúmq; gerebat Lucullus, diẽ ultimum obiiſſet, uel unam huic uiro calumniam potuerit inuenire. Sed de ipſorum uita ſatis. Bellicis uerò in rebus ambos terra maríque clariſſimos duces fuiſſe conſtat. Cæterùm ſicut athletas eos, qui eodem die una palæſtra luctáq; coronantur, inſueta rei magnitudine, uictorias uocant: ſic Cimon uno die pedeſtri nauálíq; trophæo coronans Græciam, iure ſuo in bellicis artibus primas ſibi partes uendicare uidetur. Patriæ deinde Cimon, Lucullo uerò patria imperium dedit. Et hic ampliſſimis Romæ ſocialium uiribus urbium res maximas geſſit: ille uerò ſubiectã imperio Græciæ patriam uſqueadeò extulit, ut ſuperatis hoſtibus, non eam modò liberam fecerit, ſed ſibi quoq; tum græcarum, tum hoſtium rerum ſummam adiecerit. Perſas enim deuictos ab acceſſu maris prohibuit. Suaſi ab eo Lacedæmonij Græciæ ſpõtè imperio cõceſſere. Si maximum prẽterea imperatoris officium ducimus, obedientiam ſibi militum cum beneuolentia comparare, profectò Cimon Lucullo anteponẽdus erit: quãdoquidem iſtum milites ſui neglexerint, illum uerò ſocij ſumma cum admiratione fuerint ſequuti: ab iſto ſui defecerint, ad illũ alieni confugerint: & hunc denique milites, quibus cum ad bellum egreſſus erat, regrediẽtem deſeruerint: ille uerò domum redierit princeps eorũ quippe, quorum ſub imperio primùm enauigarat, tria omniũ difficillima, cum hoſtibus pacem, cum Lacedæmoniis concordiam, inter ſocios imperiũ aſſequutus. Florentiſſima uerò imperia regésque delere potentiſſimos uterque adortus, in ipſo penè rerum ac bellorũ culmine cecidere. Cimon nempe aduerſa ſolùm fortuna præoccupatus: nam & imperator & in maximo gloriæ flore extinctus eſt. Luculli uerò caſum non ita in fortunam transferã, quin ipſi aliquam eius rei cauſam aſcribendam arbitrer. Siue enim ignarus, ſiue negligẽs id egerit, ſummo ſibi detrimento fuiſſe, quis dubitat, quòd militum audaciam, temeritatem, auaritiam, uerba, ſeditiones non compoſuerit? quæ omnia fortunæ peſtis monumenta præ ſe ferebant. Sed id propemodum Cimoni quoque commune fuit. Etenim ciuibus ſuis inuiſus, relegatus exulauit, ne decem annos eius (ut inquit Plato) uocem audirent. Nobiliſſima enim & ſumma uirtute ornata ingenia, quia non ad uoluptatem conſilia ſua referunt, multitudini perrarò placere conſueuerunt. Si uerò publicos errores hominum peccandíque licentiam comprimere ſtudeant, ad intolerabile ſui faſtidium uulgus accendunt: perinde ac medicorum uincula, quæ tametſi ad pulchrum naturæ ordinem membra componant, toleratu tamen difficillima ſunt. Quamobrem omni fortaſſe eiuſmodi crimine tantos uiros abſoluere dignum fuerit. Atqui multò longiora Lucullus itinera cum copiis ſuis emenſus eſt, & in remotiores orbis terrarum regiones penetrauit. Primus enim Romanorum omnium cum exercitu Taurũ ſuperauit, Tigrim traiecit, Aſiæ regias, ipſo ſub hoſtium aſpectu, Tigranocerta, Cabyra, Sinopen, Niſibim cepit, diripuit, incendit. Omnem Aſiam ſeptentrionalem uſque ad Phaſidem, orientalem uſque ad Mediam, auſtralem uſq; ad rubrum mare Romano adiecit imperio. Et potentiſſimi reges tot à ſe uictoriis profligati, nil prorſus aliud quàm nuda corpora referentes, in uaſtas ſolitudines ſyluásque inacceſſibiles, & nullo antea humano ueſtigio præſignatas, ceu feræ aufugerunt. In hoc autem Lucullus maximè præferendus eſt Cimoni, quòd Perſæ ceu nil graue à Cimone paſſi,

129 131 130 131 133

Lucullus primus Romanorũ Taurũ ſuperauit.

paſſi, continuò in Græcos arma mouerunt, & ingentẽ eorum exercitum in Aegypto uicerunt, fuderunt, trucidarunt. Cæterùm poſt Lucullũ, quid Tigranes memoria dignum egit? quid Mithridates? cùm hic quidẽ ſuperioribus cladibus obtritus atq; cõfractus, ne ſemel quidẽ aduerſus Pompeium copias ſuas extra uallum educere auſus fuerit, ſed ſola fuga ſaluti ſuæ conſulens in Boſphorum ſeſe receperit. Tigranes uerò, cùm nudus atque inermis coram Pompeio ſupplex humi procubuiſſet, ſublatũ propriis manibus è capite diadema ad illius pedes depoſuit, neque tam Pompeij uirtute, quàm Luculli uictoriis in eius ſpectaculi miſeriam corruit, & regni inſignia quaſi prius ablata, tunc ſibi reſtituta iucundè ſuſcepit. Clarior is itaque imperator dicẽdus eſt, cuius ceu pugilis artibus, uirtute, ingenio, induſtria, uigilãtia, aduerſarij uires magis contunduntur. Cimon præterea his cum hoſtibus bellum geſſit, quorũ ſub Themiſtocle, Pauſania, & Leotychida aſperrimis cladibus uires animíq; ceciderant: quare & ſuis uictoriis id plurimùm conduxiſſe par eſt. Nam facillimè, confractis animis, corpora debellari ſolent. Lucullus uerò cum Tigrane, immenſo imperio, innumeris copiis, ampliſſimis opibus, clariſſima maximarum uictoriarum gloria florenti, congreſſus eſt. Si hoſtium denique numerum utrinque conſiderare uelimus, tantò Lucullo Cimon erit inferior, ut non modò non par, ſed ne cum illo quidem cõferendus eſſe uideatur. Vtriq; tamen perſpicuum eſt afflaſſe cæleſte numen, præmoniſſéque, Lucullum quidem quæ adoriri, illum uerò quæ obſeruare debuerit, & ambos deorũ ſuffragiis in tam ſublime gloriæ faſtigium euaſiſſe.

134

Nicias.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

QVONIAM, ut arbitror, non abſurdè Niciam Craſſo, & Parthicos euentus caſibus Siculis conferre poſſe uidear, admonendos putaui, ſi qui fortè ad hæc legenda acceſſerint, ne me erga Thucydidem, qui de his rebus ornatiſſimè atque accuratiſſimè ſumma cum uarietate & copia ſcripſit, eodem eſſe animo arbitrentur, quo Timæus olim fuiſſe perhibetur: qui cùm Thucydidem grauitate ac uehementia facilè ſuperare poſſe præ ſe ferret, & Philiſti hiſtoriam tanquam rudis, & inepti ſcriptoris aſpernaretur, in his præſertim, quæ ab illis ornatè copioſéque ſcripta fuere: ipſe tamen uſqueadeò contemnendus apparet, ut non pedes (quod Pindarus inquit) Lydium currum ſequi uideatur, ſed planè infans atque ridendus euadat, atque, ut Diphilus inquit, ſupra modum pinguis, & Sicula craſſitudine delibutus appareat. * Sæpe enim ad ridenda quædam ac leuia, miniméque ad hiſtoriæ contextum pertinentia digreditur: ueluti cùm Athenienſibus aduerſum fuiſſe refert, quòd Nicias imperator declaratus militiam detrectaret, cui à uictoria cognomen eſſet: aut cùm propter deiecta Mercurij ſigna, dæmones Athenienſibus portendiſſe dicit, multa illos ab Hermocrate Hermonis filio aduerſa paſſuros in bello. Scribit inſuper, conſentaneum ſibi uideri Herculem Syracuſanis eſſe propitium ob Proſerpinam, cuius ope & auxilio Cerberum rapere meruit: Athenienſibus uerò infenſum eſſe, quòd Aegeſteos Troiana ſtirpe oriundos ſeruaſſent, cùm ipſe Laomedonte regnante Troiam euertiſſet. Verùm eiuſdem, ut arbitror, prudentiæ eſt Philiſti hiſtoriam emendare, & Platonis & Ariſtotelis, quod idem fecit, dicta reprehendere. Mihi uerò æmulationes in ſcribendo contentioſæ, penitus homine libero indignæ uideri ſolent, ac ſophiſtis præcipuè conuenire, quos

1 2 3

* Πολλαχῆ δ' εἰς τὸν Ξέναρχον ἐκπίπτων.

etiam si contentionis tantùm causa scribere putem, dementes esse censebo. Sed quoniam quæ à Thucydide & Philisto scripta sunt, prætergredi non licet, præsertim quæ uitam hominis, & mores continere uidentur, quambreuissimè illorum scripta percurrens, carptim quæcunque mihi necessaria fore putauero assumam, ne nullo prorsus studio curáque hæc attigisse uidear: reliqua uerò quæ plurimos latent, atque ab aliis sparsim narrata sunt, maximè uerò priscis monumentis & decretis contenta in unum colligens, conabor historiam contexere non inutilem, ut arbitror, futuram, sed quæ ad uitæ mores rectè instituendos plurimùm ualeat. Primùm igi- 4
tur Aristotelis de Nicia testimonium referendum censui, qui tres optimos Athenis ciues, ac summa in patriam charitate, & beneuolentia affectos fuisse refert, Niciam Nicerati, Thucydidem Milesium, & Theramenem Agnonis filios: licet hic postremo loco non iniuria sit collocandus, cùm propter generis obscuritatem, tum quòd instabilem semper in administranda repub. sententiam habuit, & modò has, modò illas partes sequutus est, ita ut Cothurni etiá cognomen acceperit. E duobus reliquis Thucydides quidem natu maior erat, multáque simul cum Pericle per ea tempora ciuitatis principe, optima atque præclara erga rempub. operatus est. Nicias autem quanuis admodum adolescens, tamen adhuc Pericle superstite, dignitatis aliquid & authoritatis meruit. Nam & præturam cum illo gessit, & in magistratibus plurimis illi plerunque successor delectus est. Post mortem uerò Periclis non 5
ambiguè primæ in repub. partes ad eum delatæ sunt, præcipuè ab his, qui in ciuitate diuitiis & nobilitate præstabant. Huius enim potentiam, Cleonis audaciæ atque superbiæ opponere conabantur. Nec tamen alienam ab illo uoluntatem Nicias habuit. Cùm enim Cleon seniorum maximè partes foueret, mercede etiam illorum animos corrumpens, tamen his ipsis, quibus tantopere studebat gratificari, odiosa superbia illius erat. Idcirco Niciæ potentiam extollere nitebantur: qui licet etiam paulò seuerior haberetur, non tamen grauis erat aut austera nimis eius seueritas, sed comitate quadam, & urbanitate condita: præterea timoris & cautionis similitudine ad sui amorem multitudinem alliciebat. Cúmque natura formidolosus admodum esset atque remissus, in bellicis quidem rebus fortunæ prosperæ euentus illius timiditatem occultauit. In repub. uerò administranda abiectio animi, præter- 6
ea mitis erga calumniatores tolerantia, mansuetudinem quandam popularem præ se ferre uidebatur, multúmque sibi fauoris & beneuolentiæ à multitudine conciliabat, cuius maximè proprium esse uidetur, magnos & audaces in repub. uiros odisse, timidos autem magnos efficere: quòd maximi etiam honoris loco plebs reponat, si se magnis uiris contemptui non esse animaduertat. Pericles igitur uirtute & orationis uehemẽtia plurimùm pollens, in ciuitate magnus habebatur, nec ullius artis, quæ ad mulcendos multitudinis animos ualeat, ignarus putabatur. Nicias uerò harũ artium expers, diuitiis autem egregiè abundans, illarum auxilio populi fauorem ad se traducebat. Cúmque facilitate Cleon & scurrili quadam urbanitate Athenienſium beneuolentiam comparasset, Nicias minimè se his artibus ualere sentiẽs, uariis sumptibus ad uoluptatem excogitatis, gratiosum se ad populum reddere meditatus est. Atque in hoc omnes quicunque antea fuerãt, aut hactenus post ipsum extitere, gra- 7
tia & liberalitate superauit, ita ut multa etiam ad nostram ætatẽ eius monumẽta supersint: uelut Palladium adhuc in arce cõstitutum, &* in templo Dionysij, statua eius inter festos tripodes recubãtis. Sæpe enim spectaculis festísq; populo exhibẽdis cùm certasset, reliquos omnes facilè superauit, nec ab ullo fuit ipse aliquando superatus. Traditur in solenni quodã spectaculo Niciæ seruum adolescentẽ forma præstantissimum, & Dionysij habitu insignem, ad populum processisse: cúmque ab omnibus clamor & plausus sublatus esset, adolescentis ornatum & pulchritudinem admirantibus, assurgens Nicias; Nefas, inquit, esse arbitror, uiri Athenienses, seruire hunc adolescentem,

* Videtur aliud paulò esse apud Plutarch.

adolescentém, qui tanto omnium consensu deo persimilis iudicetur: propterea
8 liberum illum esse iubeo. Memoratur præterea magnificè præclaréque in Delum sacrorum facta deductio. Cùm enim chori in honorem Apollinis carmina quædã cãturi à ciuitatibus Græcię in Delum quotannis mitterentur, consueuerant utcunq; sors tulisset nauigantes nullo ordine turbæ incompositæ obuiam procedenti carmina referre, coronísque ac uestibus nulla adhibita reuerentia sumptis, temerè ad deum salutandum accedere. Nicias uerò huius sacri deducendi gratia ab Athenienſibus in Delum missus, cum omni choro in Rhenen Delo finitimam insulam descẽdit, sacrificia cuncta, atque apparatum secum deducens. Nocte deinde pontem, quem certa mensura spatij auro uariísque picturis atque aulæis egregiè ornatum Athenis secum portauerat, è nauibus educens Rhenen Delo coniunxit, cùm non magno admodum
9 inter se spatio insulæ distent. Post hæc insequentis diei principio, per eum quem dixi põtem uniuersam pompam, & chorum mirificè instructum suauissimis cantibus in Delum traiecit: inde sacrificiis ac certaminibus conuiuiísque peractis, ex ære ingentẽ palmam eius rei monumentum futurum deo constituit, & decem drachmarum millibus agrum mercatus deo sacrificauit, ac Delios iussit eius agri prouentus capientes annua sacra deo facere, multáque bona precatos Niciæ, splendidissima conuiuia celebrare. Hæc omnia in columna inscribi curauit, eámque ueluti eius monumenti custodem in Delo reliquit. Sed non multò pòst uentorum impetu palma deiecta, statuam etiam, quæ in proximo locata erat, subuertit. Atque hæc illum uulgaris gloriæ & ambitionis gratia, tum popularis fauoris aucupandi feciſſe, non immeritò forsan suspicari quispiam possit: quanquam omnem uitam ac mores non alienos à religio-
10 ne semper fuisse animaduertat. Diuina uehementer obstupescebat, & ut Thucydides scribit, obnoxius afflatui: scribitur enim in quibusdam Pasiphontis dialogis, singulis diebus sacra facere solitum fuisse. Domi quoque uates habebat, quos assiduè de reip. futuris euentibus consulere simulabat: priuatis autẽ de rebus quærebat maximè, præsertim uerò de argenti effossione, quidnam sibi auspicia casurum portenderent, accuratè scisciṭabatur. Nanq; argentifodinam in agro Laureolico habebat maximi sanè prouentus, uerùm summi periculi ac laboris opus, in quo magnam seruorum turbã assiduè fatigabat. Itaq; plurima diuitiarum suarum pars argẽto atq; pecuniis cõtinebatur, & propterea multos circa se continuè petitores habebat, è quibus nemo ferme abibat uacuus. Non minus enim his à quibus mali quippiam timeret, q̃ his, qui de se
11 benemeriti essent, tribuere cõsueuit. Itaq; plurimis hominibus facultates eius utilitatem afferebant, malis quidem timoris causa, bonis autem ob ingenitã in omnes humanitatem & liberalitatis studium. Quarum rerum à poetis comicis testimonia sumere licet. Teleclides enim sycophantam quempiam talia dicentẽ inducit: Charicles minam unã tradere noluit, ut eius malefacta sileret, qui matri filiorum primus è marsupio natus est. At Nicias Nicerati filius quatuor dedit: cur uerò dederit etsi optimè norim, nequaquã tamen efferre uolo, est enim mihi peramicus. Ille uerò apud Eupolidem in Marica pauperem quendam & otiosum inducens, sic inquit: Quandiu est q̃ non fuisti apud Niciam? Imò ne uidi quidem, nisi nuper in foro stãtem. Vidisse se homo Niciam dicit? At quî uidisti, nisi fortè prodens hominẽ rogasti, ecquis deprehensum audiuerit Niciam? Quãquam ô stulti homines uos uirum optimum in crimine
12 deprehendatis? Aristophanis autem Cleon minitans sic inquit: Cæteris oratoribus *gulam præcludam, Niciam uerò conterrebo. Phrynichus etiã uehemẽter pauidũ ac demisso animo fuisse his uerbis illũ ostẽdit, de quodam amico sic loquens: Hunc ego ciuem optimum fuisse, neq; humilẽ aut abiectum uixisse quemadmodum Niciã, cõpertũ habeo. Ex hoc igitur & calumniatoribus obnoxius, neq; cõuiuia cũ æqualibus celebrare, nec aliquẽ sermonis & quotidianæ cõsuetudinis sociũ habere ausus est: sed cùm magistratum aliquẽ gereret, in curia semper ad noctẽ usq; permanebat, atq; in

* Vide suidam in Λαμπτῆρ.

ſenatũ primus cùm ueniret, omniũ poſtremus digrediebatur. Cùm uerò nullo munere publico fungeretur, difficillimus ad eius colloquium patebat aditus, quòd ſe domi clauſum plerunque contineret: amici uerò pro foribus adſtantes & accedentibus obuiam procedentes, Niciæ ueniam dari precabantur, quòd publicis occupationibus impeditus, aures illis præbere nõ poſſet. Erat inter eius familiares præcipuus Hieron 13
quidam, qui maximè illius gloriam & dignitatem augebat, plurimo tempore illius domi nutritus, unáq; ſecum muſicę & literarum diſciplinis inſtitutus. Hic ſe Dionyſij filium aſſerebat, qui Chalcus cognominatus eſt, & poemata nonnulla compoſuit, quorum aliqua ad noſtram uſq; ætatem permanſerũt. Hic etiã coloniæ, quæ ab Athenienſibus in Italiam miſſa eſt, ductor cõſtitutus, Thuriorũ ciuitatem ædificauit. Is igitur Hieron obſcura uatum reſponſa Niciæ interpretari conſueuerat, atq; rumores in populo uulgauerat, Niciam laboriosè admodum atq; onerosè, ob nimiam quam pro ciuitate geſtabat ſolicitudinem uiuere: quippe qui in balneis etiam, atque inter cœnandum, reipub. aliquid profuturum cogitare nunquam deſiſteret, & priuata etiam negotia propter publicorum munerum adminiſtrationem negligeret, nec ſomnum etiam capere propter curarum poſſet anxietatem, & ex hoc imbecillo atque inualido corpore effectum, neque amicis congredi, neque ullam cum eis uoluptatem capere poſſe, quorum etiam commoda atque utilitates reipub. cauſa contemnere cogeretur: non idem faciens quod plerique conſueuerunt, qui amicos ex publico ditãtes, 14
quæſtui ſimul ac ludibrio rempub. habent. Hæc palàm dictitare, atque in uulgus iactare conſueuerat: & profectò Niciæ uita ferè talis erat, qualis ab illo prædicabatur. Itaque frequenter illud Agmemnonis habebat in ore: Pompa eſt, quæ per omnẽ nobis uitam imperat, cui autem ſeruimus, plebs. Cùm permulta in repub. non recto iudicio fieri animaduerteret, populúmque non tam grauibus ac ſapientibus uiris, præ his qui plurimùm dicendi audacia præſtarent, fauere: excellentem uerò gloriam aut prudentiam inuiſam populo atque ſuſpectam eſſe conſpiceret, quod Periclis damnatio, ac relegatio Damonis, & erga Antiphontem Rhamnuſium ſumma diffidẽtia teſtabatur: quæcunque ad eum laboris aut periculi nimiùm habitura imperia deferebantur, repudiabat. Maximè in hanc ſententiam Lachitæ exemplo confirmabatur, à quo Leſbus capta eſt: qui cùm è bello rediens geſtarum à ſe rerum rationem in ſenatu 15
reddidiſſet, educto gladio ſeipſum interemit, ut inimicorũ calumnias euitaret. Cùm uerò neceſſitate compulſus adminiſtranda quædam ſuſciperet, exercitus ſaluti atque incolumitati in primis conſulebat, ac ſi quid præclarum gerere contigiſſet, eius gratiam non uirtuti ac prudentiæ ſuæ, ſed fortunæ magis aut deorum benignitati acceptam referens, gloriam ſuam quamminimè poterat inuidiæ obnoxiam facere conabatur. In quo præclarè ſibi conſuluiſſe aliorum caſus docuerũt. Cùm enim multa reipublicæ aduerſa ſub unum ferè tempus contigiſſent, multæque in ea perturbationes extitiſſent, ipſe omnium expers atque immunis euaſit, quod facilè per ſingula eius tẽporis geſta recenſentibus apparet. Nam clades quam à Chalcidenſibus in Thracia Athenienſes accepere, ſub Calliade & Chærophonte imperatoribus contigit. Ab Aetolis uerò accepta calamitas eſt, cùm dux exercitus Demoſthenes eſſet. At cùm in 16
Delo mille hominum Athenienſium cecidiſſet, Hippocratem fuiſſe imperatorem nõ ambigitur. Inductæ uerò intra ciuitatem peſtilentiæ, in Periclem cauſa refertur: qui belli effugiendi gratia, multitudinem omnem ex agris in urbem cõuocaret: quapropter illi & locorum inſolentia, & urbani uictus deſuetudine tabefacti, peſtem ſubitò in ciuitatem concitarũt. Horum igitur, ut antea dixi, malorum omnium ne minima quidem ſuſpicio Niciam attigit, itaque ſemper in ciuitate permanſit incolumis. At uerò militiæ geſta præclarè multa ab eo ſunt. Nam imperator contra Lacedæmones creatus, Citheram inſulam cepit, Laconicæ regioni adiacentem, & tunc à Lacedæmonum colonis inhabitatã. Plurimas etiam in Thracia, quæ ab Atheniẽſibus defecerãt,

ciuitates

17 ciuitates recuperauit. Cúmq; Megarenſes intra mœnia compulſos clauſiſſet, primò quidem Minoam inſulã cepit, nec multò pòſt illinc diſcedens Niſæa potitus eſt. Inde in Corinthium agrum progreſſus, ingẽti prælio illos ſuperauit, multíſque uirorum millibus interfectis, Lycophronem etiam imperatorem occîdit. Cúmq; illinc diſcedens, & iam aliquantũ itineris progreſſus a micorũ duo cadauera inſepulta reliquiſſe meminiſſet, agmen uniuerſum ſiſtere iuſſit, atque ad hoſtes pręconẽ miſit, qui mortuorum cadauera ad ſepulturã repeteret. Neque illam ſeu legem, ſeu conſuetudinem ueritus eſt, qua cõmuniter ab omnibus iudicatur, illos hoſtibus uictoriam tacito cõſenſu tribuere, qui corpora ad ſepulturã repetere coguntur: itaq; trophæi ſtatuendi, quibus id euenerit, imperatoribus facultas adimitur. Qui enim uicerint, potẽtiores eſſe iudicãtur: itaque eos precario quicquam ab inferioribus petere, abſurdum uide-
18 tur. Attamen Nicias uictoriæ opinionem & gloriæ negligere maluit, quàm ſuorum ciuium corpora inhumata relinquere. Poſt hæc aduerſus Lacedæmonios profectus, eorum maritimã regionem populatus eſt, ſuperatíſque copiis, quæ ſibi obuiã uenerant, Thyream occupauit, quam per id tempus Aeginenſes tenebant, atq; omnes captiuos Athenas uiuos perduxit. Cùm omnis Peloponneſus conſpiratione facta, terra maríque Athenienſibus bellum propterea intuliſſet, quòd Demoſthenes locũ, quem illi Pylon appellant, muro fabricato clauſiſſet, ingenti prælio commiſſo, quadringẽti ferme Spartiatæ milites in inſulam, quæ Sphacteria dicitur, confugerunt. Hos capere uehementer optabant Athenienſes, uerùm ardua ſanè ac perdifficilis obſidio futura uidebatur, cùm propter locorũ aſperitatem & aquarũ penuriã, tum quòd maximam atque ad res gerendas aptiſſimã æſtatis partem in his locis conſumendam fore uidebant: hyeme uerò locorũ præſidio tutos cernebant hoſtes futuros, cùm nulla ex par-
19 te facilis ad eos aditus patẽret. Hæc igitur Athenienſium animos diſtrahebant, & ſeſe *Thucyd. lib.* grauiter accuſabãt, quòd miſſos à Lacedæmoniis de pace legatos repuliſſent, cuius rei *4.* Cleon in repub. adminiſtrãda Niciæ aduerſarius, fuerat author. Is enim cùm Lacedæmoniorum opibus fauere Niciam, & eorum quoque amicitiã affectare conſpexiſſet, populo perſuaſit, ut pacis cõditiones repudiarent. Sic igitur circa Sphacteriã iampridem cœpta obſidio in longũ duratura uidebatur, multáq; toleratu grauiſſima obſidentem exercitum perpeti, cõtinuò nuntiabatur, magnáque in Cleonem ea de cauſa ſuſcitabatur indignatio, quam ille omnẽ in Niciam retorquebat, aſſerẽs illũ timiditate atq; mollitie implicitũ, ut obſeſſi tales uiri è manibus dilabantur effecturũ: quòd ſi ſibi imperatorem fieri cõtigiſſet, nõ tandiu tergiuerſandi ſpatium illos habituros
20 fuiſſe. His uocibus Athenienſium aliquot permoti, Quin tu igitur, aiebant, etiã nunc ad rem conficiendã proficiſceris? Ipſe etiam Nicias aſſurgens, Atqui tibi licet, inquit, me annuente expeditionẽ hanc ſuſcipere, & ſimul quotcũque uelis copias aſſumere, nec ſemper uerbis duntaxat audacẽ te præſtare, nullum reipub. cauſa periculũ ſubire uolentem. His dictis grauiter permotus Cleon, primò quidẽ pudore detẽtus hoc à ſe munus repellere conatus eſt. Inde cohortãtibus uehementer Athenienſibus, grauius increpante Nicia, ambitionis etiam ſtimulis agitatus, militiam ſuſcepit, ac ſimul tẽporis ſpatium præfiniuit, iuratus intra uigeſimũ ex quo nauigare cœpiſſet diem, aut omnes illos ad quos oppugnandos pergebat ſe interfecturum, aut uiuos & captiuos
21 Athenas ducturũ eſſe. Magno igitur ab omnibus riſu iuramẽtum eiuſmodi exceptũ eſt, quòd illum nemo præſtare id poſſe cõfideret, ac inſuper eius leuitatem furorémq; admirarentur, quem & aliàs nõ ſine maxima iucunditate ludibrio habere conſueuerant. Fertur enim cùm aliquando cõcionem habiturus populum conuocaſſet, illíque frequentes coiſſent, ac permultũ temporis ſpatium ſedentes expectaſſent, illũ tandem coronatũ aduenìſſe, atq; ut in poſterũ diem cõcionem differrent, hortatũ eſſe: neque enim otium ſibi illa die ad id peragendũ ſuppetere, quòd hoſpites conuiuio acceptu-
rus, ſacráq; diis immortalibus facturus eſſet. Ita Atheniẽſes riſu excitato, nihílq; ea de

causa turbatos,soluta cõcione abiisse.Is igitur(ut antea dixi)imperator ad eius insulę
oppugnationem creatus,prospera fortuna usus est. Nanque Demostheni succedens 22
intra præfinitum à se temporis spatium omnes qui pugnæ superfuere Spartiatas, armis ademptis, captiuos Athenas duxit. Quæ res magnã Niciæ ignominiam attulit: siquidem nõ abiectione clypei,sed longè deteriori timiditatis argumento, imperãdi curã se neglexisse patefecit:nec ueritus est homini in administranda repub.aduersanti,tam præclari facinoris patrandi occasionẽ præstare,ultróque tantæ rei præficere imperatorẽ.Igitur nõ iniuria ab Aristophane in comœdia,quæ Auis inscribitur, hoc pacto notatur:Nã hercle res,ut ne stertemus postulat, nec amplius cunctemur more Niciæ.Idem in Rusticis,ubi agri cultorem quendam talia dicentẽ facit: Ego quidem colendis agris intendere cupio. At quis te prohibet?Vos. Sed mille drachmas daturũ 23
me polliceor,si à gerẽdis magistratibus efficiatis immunẽ.Nos uerò ac libenter quod polliceris accipimus. Duo millia etenim erũt drachmarũ,his quas Nicias etiam pro immunitate dedit connumeratis. Nec parum sanè ciuitati ea res attulit detrimenti: quandoquidem gloria & potentia Cleonem eousque auxit, ut fastu & audacia intolerabilis factus,& Niciæ fidentius aduersari,& in ciuitate res haudquaquam probandas tentare sit ausus. Orãdi uerò grauitatẽ omnem atq; ornatum subuertit,cùm primus inter orandũ uociferari,& uestem ab humeris reiicere,ac femur percutere,& per pulpitum inter dicendũ excurrere cœpit:ex quo summa in posterum licentia,&,qui omnia turbauit, decori contẽptus,apud hos, qui rempub.administrabãt,insequutus est.Etiam Alcibiadis nomen inter Athenięsium principes eminere cœperat, nõ ma- 24
lum illud quidem,sed quemadmodũ Aegypti regio,cùm sit feracissima, medicamẽta profert saluberrima,uenena etiam pernicioſissima fundens:ita Alcibiadis ingeniũ, cùm egregiè in utrãque partem excelleret,magnarũ in repub. nouationum occasionem præstaturũ uidebatur. Quæ res Niciæ plurimùm attulit impedimenti, Cleonis etiam inimicitiis implicito,quò minus perfectam ciuitati quietẽ & tranquillitatem tribuere posset.Cùm enim laudabiliter id agere aggressus esset,repentè Alcibiadis fastu atque ambitione ad bellum exire coactus est.Qua de re latius dicere aggrediar,altius aliquantum principio repetito. Qui pacem Græciæ non æquo animo tolerabãt, duo præcipuè Cleon & Brasidas erant,quorum alterius uitia bellũ occultabat,idémque alterius uirtutes reddebat illustriores.Atq; huic latrocinia & scelera plurima,illi 25
uerò egregia quædam facinora perpetrandi occasionẽ bellũ præbebat. Hi cùm apud Amphipolim pugnantes ambo cecidissent, Nicias egregiam ad res gerẽdas occasionem sortitus,Spartiatas iandudum pacis auidissimos,Athenięnsibus coniungere aggressus est.Cúmq; Athenienses proxima clade debilitati, nõ amplius belli fortunam tentare auderent,& utrique iam fessi fatigatíq; manus præberent, studiosè Nicias efficere conabatur,ut ambo in amicitiam pacémq; coeuntes,nõ modò sibiipsi,sed uniuersæ Greciæ aliquando malorum finem imponerent,pacémq; etiam posteris seculis duraturam firmarent. Atque ad hoc statim seniores ac locupletes omnes,uniuersam præterea agricolarum turbam paratissimam habuit:reliquos uerò,si qui duriores inueniebantur,priuatim Nicias admonens,ac reipub.cõditiones & statum edocẽs,tar- 26
diores ad belli cupiditatem efficiebat. Iámq; Athenięnsiũ animos ad pacẽ propẽsiores intuitus,Spartiatas,ut optimè de pace sperarẽt, iugiter hortabatur: nec illi uerbis eius ac pollicitationibus diffidebant, cùm ob præclarissimas,quæ in eo uiro uirtutes eminebãt,tum quòd eos,qui in Pylo capti fuerant,summo studio & humanitate iam inde ab initio cõplexus, captiuitatis infortuniũ sua cura & diligẽtia toleratu facilius illis reddiderat.Igitur inducias annuas primò inter se pepigere,quo tempore cõuiuia & potationes inuicem permisti celebrãtes,quietis & otij indies cupidiores fiebãt. Ac talia quidem carmina passim decantari audiebantur: Iaceas utinam hasta mea quãdiutissimè,atq; aranearum telis operiare.Tum illud in ore frequenter habebant:Eos qui

Videin uita Gracchi.

Διήγησις.

27 qui in pace somnũ capiunt,non tubarum strepitus,sed gallorum excitat cantus. At talia quædam dicentes,summo plausu & hilaritate ab omnibus excipiebantur.Contrà uerò,si quos talia dicentes audissent,ter nouem annis bellum hoc duraturum,esse oraculis prædictum,grauiter obiurgabant.Itaque tacito inter se consensu, pacem firmasse uidebantur,iámque finem malis impositum esse prædicabant,& magnũ apud omnes Niciæ nomẽ habebatur,quòd uir esset diis amicissimus,nec sine deorũ numine à re omnium præclarissima,uictoria scilicet,propter insignem religionem ac pietatẽ,sortitus nomen putabatur.Nam Græcè νίκη uictoria nuncupatur. Atq; omnium idem consensus erat,ut Niciæ pacem, Periclis bellum, propriũ opus esse arbitrarẽtur: cùm hic minimis persæpe de causis in maxima bella & calamitates Græciã coniecisse uisus sit:ille uerò grauissimas etiã iniurias suos ciues obliuisci persuadens, amicitiam
28 cum hostibus conciliauerit,Propterea tunc suo opere ac labore perfectam pacem, ex authoris nomine Niceam appellabant.Cùm iam igitur de pacis conditionibus inter uosque populos conueniſset,atq; captiuos homines, agrósque & ciuitates inuicem captas utrique reddendas statuissent,sorte discerni placuit,quinam priores in reddẽdo esse deberent.Tunc Nicias clanculũ pecuniis exhibitis, eos qui ducendis sortibus præerant,corrupit. Itaq; priores reddere Lacedæmonij cõpulsi sunt, ut in suis historiis retulit Theophrastus. Interea Corinthij atque Bœotij non æquis animis, quæ ab Athenięnsibus gesta erant,ferẽtes,bellum excitare conabantur. Idcirco Nicias Lacedæmonios atq; Athenienses hortatus est,ut nuper ab eis institutæ paci,fœderis quoq; uinculum & firmamentum superadderẽt, sesẽque firmiores aduersus hostiũ insultus redderent.Vtrique igitur eius monitis & hortationibus obtemperantes,fœdus inter
29 se iunxere. Hæc Alcibiadi nequaquã placebant, alioqui otij pacísque inimico, & tũc uehementer Lacedæmoniis infenſo,quos omni cultu ac beneuolentia Niciam complecti,se uerò negligere atq; cõtemnere animaduertebat. Palàm igitur paci obsistere primò ausus,nihil profecit:inde cùm Athenienses Lacedæmoniis subiratos animaduertisset,& se graui iniuria affectos querentes,quòd soli cùm Bœotiis fœdus inissent, tum etiam quòd Panęlũ atq; Amphipolim urbes ex pacis conditionibus debitas nõ reddidissent,præclaram nactus occasionem,causas quammaximè poterat exaggerare nitebatur,& grauissimis uerbis in Lacedæmonios populũ irritabat. Tandem legatos Argiuorum accersens,ut fœdus cum Athenięnsibus facerent,persuasit. Quæ cùm Lacedæmoniis comperta essent,legatos cum summa omnium potestate Athenas miserunt,qui statim senatũ adeũtes,omnia se,quæ illis placuissent,facturos polliciti sunt.
30 Veritus igitur Alcibiades,ne populi fauorem pollicitationibus eiusmodi sibi conci- *Astus.*
liarent,legatos arte quadam huiusmodi fefellit.Cuncta enim quęcunque poscerent, sese facturum spopondit,si modò iureiurando præstito polliceantur,nũquam ad populum palàm facturos,se cum libera potestate missos uenisse: sic enim impetraturos esse quod postulassent.Inde persuasos his uerbis legatos in concionẽ deduxit. Atq; ut primùm in totius populi conspectũ uenere,maxima uoce, ut ab omnibus audiretur, interrogauit,an omniũ quæ agi oporteret,liberam potestatem habẽtes uenissent. Id illi cùm apertissimè negassent, ad senatũ conuersus Alcibiades, eiúsq; fidem obtestatus,hortabatur legatos à se quãprimùm dimitterent, neq; eorũ uerbis posthac fidem aut auditũ præberent,quos tam apertè mẽtitos audierint, sibíq; ipsis contraria dicti-
31 tãtes:nam antea liberã se potestatẽ habere uulgauerant.Perculsis autem stupore atq; admiratione legatis,cùm eos Nicias excusare minimè posset, sed ipse quoq; mœrore perstaret attonitus,populus quãprimùm aduocandos Argiuos,& fœdus cum eis firmandum censebat:idq; summo cõsensu decreturi subitò fuerant,nisi ea de re consultantibus ingens superuenisset terræmotus,qui quasi auxilio Niciæ à diis missus,concionem diremit.Postridie cùm populus frequens in concionẽ uenisset; summa contentione Nicias uix efficere potuit,ut ab eo quod de cõuocandis Argiuis prædicabãt,

desisterent, sibíque interim proficiscendi Lacedęmonem facerent potestatem, cùm se omnia quæ opus essent, curaturum polliceretur. Veniens igitur Lacedæmonẽ Nicias honorificè admodũ ac perbenignè susceptus est, quòd eum uirũ alioqui optimum, tum suis partibus præcipuè fauentẽ accepissent. Attamẽ cùm hi, qui Bœotiorũ partibus magis inhærebant, in reipub. administratione præualerẽt, nihil eorũ quę petebat cõsequutus, infecto negotio Athenas rediit, ubi summa cum ignominia & maledictis plurimis acceptus est. Ipse uerò Athenienſium iracũdiam & doloré formidabat, quòd suis præcipuè cohortationibus impulsi, uiros qui apud Pylum capti fuerãt, Lacedæmoniis reddidissent, quos Lacedæmoniorũ omnium nobilitate, opibus, affinitate præstantissimos fuisse constabat. Nihil tamen grauius in ipsum Athenienses cõsuluere, præterquam quòd Mantineos & Ethenses Lacedæmoniorũ rebelles unà cum Argiuis in fœdus asciuerunt, ac Pylum prædatores miserunt, qui Laconicã circà regionem uastarent, ex quo bellum subitò insequutum est. Cùm cœpta inter Alcibiadẽ Niciámque seditio ualidior indies fieret, Ostracismi faciendi dies appropinquabat. 33 Hoc tanquam purgandæ ciuitati medicamento, ad constitutum tempus uti populus consueuerat, atq; illũ qui supra reliquos ciues, uel gloria, uel diuitiis, uel potentia excelleret, ita ut suspectus in ciuitate haberetur, in decẽnium extra ciuitatem relegabat. Magnus igitur utrunque timor inuaserat, quasi haud dubiè in eorũ alterum Ostracismi sors casura esset. Nanque Alcibiadis uitam fasti diebant omnes, atq; horrebãt audaciã, ut planius in his, quæ de suis moribus tractãt, perscripsimus. Niciam uerò, cùm diuitiarum magnitudo suspectum faciebat, tum eius in omni uita quæsita solitudo, & morum insolentia, nihil humanitatis ac comitatis habẽs, ab animis populi reddebat alienum. Cúmq; sæpius uulgi cupiditatibus aduersatus, quãuis inuitos salutaria quædam facere compulisset, grauior tamen & asperior toleratu uidebatur. Atque (ut 34 omnia paucis complectar) iunioribus erat, & belli cupidis cõtra pacis amatores & seniores omne certamen, cùm utrique aduersus eum quem oderant Ostracum uertere conarentur. Verùm illud per id temporis euenit, quod uulgari etiam prouerbio dici solet, ut in seditione discordiáq; ciuili, plerunq; sordidissimis etiam uiris honoribus potiri cõtingat. Populus enim omnis bifariam diuisus, ad publicos honores aditum scelestissimis atq; impudentissimis uiris patefecit, inter quos præcipuus Hyperbolus erat, uir non ex potentia sortitus audaciam, sed ob impudẽtissimam audaciam factus potens, quíque propter eam quam in repub. gloriam nactus est, ciuitatẽ uniuersam ignominia affecit. Hic igitur per id tẽporis ab omni se procul Ostraci suspicione abesse putans, quippe qui grauissimo quoq; supplicij atque ignominiæ genere dignior esset, sperabat cùm illorũ alter è ciuitate pulsus foret, ei qui reliquus superfuisset, aduersarium sese & factionis principem constituere: summa enim uoluptate seditionẽ fouebat, atq; aduersus utrunque tacitè populum cõcitabat. Igitur Niciæ atque Alci- 35 biadis familiares huius hominis peruersitatẽ conspicati, & per clandestina colloquia multa super hac re communicantes, finem seditionibus imponere statuerunt. Itaque communi cõsensu effecere, ut illorum neuter, sed qui medius inter utrosque surrexerat Hyperbolus urbe pelleretur. Ea res primò uoluptatem risũmq; populo præbuit, quem tamen haud ita multò pòst in indignationem cõuertit, quòd eius supplicij dignitatem imminuisse uideretur, in uirum sordidissimum abutens. Inesse enim huic supplicio authoritatis aliquid arbitrabantur, & Thucydidi quidem, aut Aristidi, atq; horum similibus Ostracismum pro supplicio rectissimè dari: tam sordido autẽ támque scelesto homini, honoris potius & arrogatiæ aliquid afferre, si nõ flagitiis ac sceleribus suis meritas pœnas patiatur, sed ea tãtũ ueluti castigatione notetur, qua optimi etiam uiri interdum affici consueuerunt. Et hoc Plato comicus alicubi de illo sic 36 dixit: Quidnam hic operatus est, ut uiris primatibus digna pateretur, se autem ac flagitiis suis indigna? neque enim uirorum talium causa Ostracismus inuentus est. Atq; in hoc

Ostracismus quid.

in hoc uiro finis per Ostracismum puniẽdi quẽquam factus est. Nemo est enim post ipsum tali pœna damnatus, cũ Hipparchus Colargeus tyranni cognatus primus hoc supplicij genere damnatus fuisset. Atque fortunę ludum iudicatu sanè difficillimum hac in re animaduertere meritò quis potest. Si enim cũ Alcibiade concertans Nicias, Ostracismi subiisset periculum, aut aduersario superato, magna cum laude & gloria domi futurus erat, aut antequam in aduersos imminentis fortunæ casus incideret, optimi imperatoris existimatione retenta, ex urbe discessisset. Neque uerò me latet aliter Theophrastum his de rebus scripsisse, & non Nicia, sed Phæace aduersus Alcibiadem certante, Hyperbolum relegatum fuisse. Verùm plurimi historicorum, atque 37 iidem probatissimi, sic ut à nobis expositũ est tradidere. Cùm Aegestensium & Leontinorum legati Athenas uenissent, hortãtes, ut exercitus in Siciliã ad eius dominium capessendum mitteretur, contrà nitens summa contentione Nicias ab Alcibiade superatus est. Ille enim cùm populus uocaretur, omnium animos ingenti spe cõpleuerat, & quasi labe quadam & contagione infecerat ad bellum capessendũ, ut iam in palæstris & circulis considentes seniores, nihil aliud q̃ Siciliæ formã atq; situm, & circũstantis maris naturam, portus præterea, & locorum quæ ad Lybiam uergunt dispositionem in ore haberẽt: neque enim tam uictoriæ præmium Siciliam futuram existimabant, quàm ad ulteriora procedẽdi facultatẽ prẽstaturam esse, daturámq; aditum, unde Carthaginiẽsibus bellum commodius inferre possent: quibus superatis, totius 38 maris, quod intra columnas Herculeas continetur, facilè se potituros sperabãt. Cùm igitur ad bellum suscipiẽdum omnium animi propensi essent, Nicias eorum studiis aduersari conatus, paucos admodum atque inualidos sentẽtiæ suæ fautores inuenit. Qui enim diuitiis & opibus poterant, quanquam pacem & otium affectarent, palàm tamen id profiteri non audebãt, popularis infamiæ rumorem uerentes, ne priuati cõmodi rationẽ publicæ gloriæ anteferre, magísque impensæ uitandæ causa, quàm pro reipub. utilitate talia consulere uiderẽtur. Nicias uerò quanuis omnium auxilio destitutus, nunquam è sentẽtia dimoueri potuit: sed cùm iam bellum Athenienses decreuissent, séq; cum Lamacho & Alcibiade eius belli duces declarassent, rursus aduocata concione assurgens, maximáq; uoce populum obtestatus, bellum dissuadere conatus est. Postremò grauioribus uerbis Alcibiadis auaritiam & ambitionem accusauit, quòd priuati honoris & lucri cupiditate impulsus, tam difficili támq; arduo bel- 39 lo ciuitatẽ implicare non dubitaret. Traditur omnes ferme sacerdotes publicos, atq; aruspices huic expeditioni aduersatos esse, & dira omnia portendi nuntiasse. Verùm Alcibiades cùm domi priuatos haberet uates, ex uetustissimis illos aiebat monumẽtis comperisse, magnã Athenienſibus gloriam è Siciliæ rebus portendi. Quidã etiam ab Hammonis oraculo ueniẽtes responsum acceptum ferebant, haud ita multò pòst fore, ut Syracusani omnes in Atheniẽsium potestatem deuenirent. Qui uerò aduersa prodigia comperissent, metu perterriti proferre illa nõ audebãt. Attamen quæ palàm in omnium oculis obuersabantur, occultari aut dissimulari minimè poterant: qualis Mercurij signorum deuastatio fuit, quæ omnia una atque eadem nocte membris pluribus mutilata fuisse cõstat, præter unum, quod Andocidis appellabatur, monumẽtum quidem Aegeidos tribus, uerùm quia iuxta Andocidis domum positum 40 esset, eiusmodi nomen sortitum est. Accedebat quòd apud duodecim deorum templum uir quidam repentè in medium altare prosiliens, cùm illud semel circũlustrasset, saxo sibimet pudibunda execuit. In Delphis autẽ Palladis aureum simulachrum æneæ palmæ superpositum stabat, quod Atheniẽses pro re bene ac feliciter aduersus Medos gesta constituerant. Hoc diebus plurimis corui rostro, unguibúsque petentes quodammodo lacerare conabãtur, ac palmæ fructus qui ex auro fabricati erant, partim uorantes absumpsere, partim ui conuulsos deiecerunt. Verùm hæc à Delphicis hominibus Syracusanorum gratia impulsis, Atheniẽses simulata fuisse criminaban-

Ostracismi finis.

Portenta quæ expeditionẽ Atheniẽsium in Siciliã præcesserunt.

tur.Cúmque eos oraculum iuſſiſſet ſacerdotem Palladis, qui Clazomenis erat,ducere,cui nomen erat Heſychias, quod Latinè quies interpretatur, illi confeſtim Clazomenis ſacerdotem accerſerunt, non ſatis, ut uidetur dei percepta ſententia, iubentis ciuitatem præſentium rerum ſtatu contentam,quietem agere.Melon igitur quidam 41
aſtrologiæ peritiſſimus,ac per id temporis in magiſtratu cõſtitutus,ſiue artis ſuæ peritia,ſiue eorum,quæ ſuprà retuli,portentorũ ſignis admonitus,ſiue humana prudẽtia fretus,ut militiæ uacationem impetraret, furere ſe ſimulauit, ac propriã domum incendit.Quidam uerò furorem ſimulaſſe negant,ſed cùm domum conſultò incendiſſet,tum prodiiſſe in concionem,multáque de domus iactura cõqueſtum petiiſſe, ut filio,cui propriis ſumptibus inſtructa triremi,in Siciliam proficiſcẽdum erat, militiam remitterent. Socrati etiam,qui ſapiens per id temporis habebatur, dæmoniũ, cuius plurimùm familiaritate utebatur atq; colloquio,prædixiſſe ferunt,expeditionẽ illam reipub.pernicioſam futuram:ídq; Socratrẽ ad amicos detuliſſe, indéq; ad plu-
Vide ſuprà in uita Alcibiadis,ubi hic locus aliter eſt redditus. ſẽtentia uerò ſuperioris, & huius loci eſt. celebratatum Adónea fuiſſe, in quibus luctus quiſpiã funebris repræſentabatur, atque eã rem pluribus uiſam inauſpicatã, cùm tãti exercitus diſceſſus in Adónea,id eſt lugubre feſtũ incidiſſet.
rimos eiuſcemodi emanaſſe ſermones.Illud præterea nõ mediocriter pleroſque tur- 42
bauit,quòd per eos dies,quibus è portu claſſis nauigauit, mulieres Athenienſes fortè Adonia ſacra celebrabant,atq; idcirco multis in partibus ciuitatis cadauerum ſimulachra,& ſepulchrorũ imagines poſitę erãt,circa quæ plangentium mulierum greges uerſabantur.Multos igitur hoc omine turbatos dixiſſe conſtat,uereri ſe ne tantarum uirium tam præclariſſimus apparatus breui ſordeſceret, citóque ſplẽdorem omnem & robur amitteret.Sed hæc hactenus.Nunc ad Niciam reuertamur: quem,quòd talibus cœptis obſiſtere ſit auſus,neque inani ſpe tumefactus,neque imperandi periculo deterritus fuerit,nec rurſus potentiæ magnitudine inſolens redditus, optimi ac moderati uiri officio functum eatenus fuiſſe conſtat.Sed poſtquam neque populũ à bel- 43
li ſtudio auertere,neque imperandi laborẽ effugere ſe poſſe cõſpiciebat,cùm de utroque ſumma contentione laboraſſet,ſibíque populus reluctanti & inuito magiſtratus gerendi onus impoſuiſſet,non ultrà cunctari, aut remiſsè quippiam agere oportuit: uerùm ſummo ſtudio ac diligentia, quæ ad profectionẽ opus eſſent expedire,nec tãquam delicioſum puerum,relicta poſt ſe littora è naui proſpiciẽtem, collachrymare, multáque,quòd ſuis monitis non paruiſſent Athenienſes,cõtinuò deplorantem,collegarum ſimul ac militum animos reddere languidiores. Non mediocriter præterea & ſuæ gloriæ, & ciuitatis interfuiſſet, ſi quamprimùm Siciliam attigerat, omnẽ belli impetum in hoſtes effundens,fortunam ipſam bene agendo ſuperare tentaſſet: quod ſecus omnino ab eo geſtum eſt. Cùm enim Lamachus recto curſu petere Syracuſas, 44
& quamproximè ciuitati bellum admouere ſuaderet,Alcibiades uerò ſolicitatis primò finitimis urbibus,& ad deditionem quaſcunque poſſent compulſis, tum demum Syracuſas aggredi oportere cẽſeret: Nicias ab utroque diſſentiens, Siciliam nauibus luſtrari cenſebat, ac poſtquam hoſtibus armorum ac triremium apparatum oſtendiſſent, Athenas redire optimum putabat, cùm Aegeſtenſibus quaſi deguſtationem quandam ſuarum uirium præbuiſſent. His ille conſiliis paſſim uulgatis, uehementer animorum ardorem extinxit,& militum obtudit audaciã.Nec ſanè multò pòſt,cùm Athenienſes Alcibiadem ad iudicium reuocaſſent,nomine quidem cum uno tãtùm collega, re uera autem ſolus imperator relictus ſedens ac circunnauigans,plurimùm etiam conſultando temporis abſumẽs,non antea deſtitit tergiuerſari, quàm ſuorum animos deſidia ac deſperatione torpeſcere,hoſtium uerò excitari audaciam,& quem ex primo aduentu conceperant,timorem deponere coegit.Neque enim mediocriter 45
perculſi fuerant Syracuſani, cùm adhuc apud claſſem Alcibiade exiſtente, ſexaginta naues urbem circunſiſtere conſpexerunt, quas in ipſis portus faucibus in ordinem ſtructas firmauerant:atque ex his decem portum explorandi cauſa intrare iuſſerunt. His etiam mandatum, ut Syracuſanis per præconem bellum indicerent, ſi diutius Leontinos domo prohiberent, nec in proprias ſedes remeare paterentur. Ab his na-
uis

uis una Syracuſarum capta,quæ à templo Iouis Olympij, quod ſatis lõgo ſpatio Syracuſis aberat,ueniens tabulas ferebat,in quibus ciuium omnium Syracuſanorũ quicunque arma ferre poſſent,nomina inſcripta erant.Has iampridem compoſitas,& in Iouis templo reconditas tabulas ad ſe tunc Syracuſani mitti iuſſerunt, ut eorum qui
46 ad urbis cuſtodiam haberentur idonei,numerum exquirere,ac recẽſere poſſent. Igitur eiuſmodi tabulæ ad Athenienſium imperatores delatæ,atque inter milites paſſim uulgatæ,maiorem in modum uatum, atque aruſpicum mentes turbauere, quòd ex hoc iam oracului fide perfinitum arbitrabantur, quod Athenienſibus prænũtiarat, fore ut aliquando Syracuſanorum omnium Athenienſes potirentur. Non tamen ad hoc intendiſſe uidetur oraculũ,ſed eius temporis habuiſſe rationem, quo Atheniẽſis Callippus Dione interfecto, Syracuſarũ imperiũ occupauit.Interea cùm Alcibiades (ut antea retuli)ab Athenienſibus reuocatus ab exercitu diſceſſiſſet, ſummam rerum omniũ poteſtatẽ penes Niciam remanſiſſe conſtabat. Lamachus enim etſi aliquantò iuſtitia atque animi fortitudine præſtaret,in bello tamẽ ſuprà etiam,quàm ſatis,cautus,nec ſe fortunæ caſibus facilè credens habebatur: paupertate uerò couſq; inſignis, ut quoties illum Athenienſis populus imperatorẽ crearet, aliquantulùm pecuniæ ad
47 pallium & crepidas comparãdas decerni opus eſſet. Nicias autem,cùm propter diuitiarum magnitudinẽ,tum ob egregiam rerum à ſe geſtarum gloriam,maximæ apud exercitũ authoritatis habebatur.* Sophocles igitur,cùm in exercitu quippiã in cõ- *Σοφοκλῆς ὁ ποιητής.
mune à ducibus, quorũ ipſe natu maximus erat, cõſultaretur,& à Nicia primus ſententiam dicere iuſſus eſſet,reſpondiſſe fertur: Maximus ego quidem natu ſum,ſed tu honoratiſſimus.Tunc igitur Lamachum nõ imperij ſocium,ſed ueluti eius imperio ſubditum nactus,ſegniter cunctantérq; bellũ protrahens,& quàm procul ab hoſtibus Siciliam nauibus circunuectus,illorum animos auxit & audaciam. Inde ad Hyblem paruum ſanè oppidum exercitu admoto,armis illud expugnare non ualuit,ſed uocatos ad colloquiũ oppidanos,ut ſeſe dederent exhortando perfecit:ex quo non minus
48 apud ſuos milites,quàm apud hoſtes contemptui habitus eſt.Poſt hęc exercitũ Catinam ducens,cùm illi ſeſe ſponte dediſſent, nihil memoratu dignum geſſit, niſi quòd Hyccarẽſem agrum,à barbaris tum poſſeſſum populatus eſt. Vnde & Laidem famoſiſſimam poſtea meretricem,tunc uerò paruulam admodum puellam inter alios captiuos abductam,& in Peloponẽſum deuectam fuiſſe tradunt. Cùm iam maior ætatis pars tranſiiſſet,& fama indies increbreſceret Syracuſanos animis & uiribus auctos contra Athenienſes ultro uenturos eſſe, iámque caſtris obequitãtes hoſtium milites ſciſcitarentur utrum apud Catinenſes manſuri, an domum reducturi Leontinos in Siciliam ueniſſent,uix tandem compelli Nicias potuit,ut Syracuſis claſſem admoueret.Itaque ut aduenientes caſtrametari ſine hoſtili impedimento poſſet, & illorũ uires (ſi qua daretur occaſio)perfringeret,uirum quendam transfugæ ſpecie Catina miſit, qui Syracuſanos moneret,ſi hoſtium caſtra defenſoribus uacua inuadere,atq; omnibus eorum armis & impedimentis potiri uellent,conſtituta die Catinã properarent.
49 Fore enim,ut cùm plurimùm Athenienſes in urbe uerſentur, Syracuſanorum amici eorum aduentu cognito,portas urbis clauſas occupẽt, & naualibus ignem iniiciant: ita ancipiti periculo diſtractos Athenienſes neutram in partẽ ſufficienter laturos auxilium,atque ad hoc peragendum multos comparaſſe, nec aliud quicquá præter eorum aduentum expectari.Hoc omnium, quæ in Sicilia Nicias geſſerit præclariſſimũ *Frõtinus adſcribit Alcibiadi.*
extitit facinus. Nam cùm Syracuſanos omnibus copiis Catinam petentes, & urbem defenſoribus uacuam accepiſſet,claſſe Syracuſas proficiſci, & portum obſidere iuſſa, ipſe terreſtri itinere Syracuſas ducens, omnem circa regionem occupauit, nullóque aduerſante,ponendis caſtris eum locum delegit, qui ab hoſtili inſultu tutiſſimus eſ-
50 ſet,atque unde facillima in hoſtes eſſet eruptio futura.His peractis cùm iam Syracuſani domum inſtructis ordinibus remearent, ipſe quoque copias in aciem eduxit, ac

pugna ingenti pro ciuitate commissa, uictoriam haud dubiè reportauit: paucos tamen ex hostibus interfecit. Equites enim sese uictoribus obiicientes, insectationem prohibuere. Post hæc cùm flumini superimpositos pontes rescindi Nicias iussisset, Hermocrates in Syracusanorum concione de præsentium rerum statu differens, non diffidere suis rebus Syracusanos hortabatur, perridiculum esse dicēs, si in castris tunc existens Nicias, pontibus deiectis pugnādi uideatur occasionem effugere uelle, cùm Athenis usque Syracusas pugnandi tantùm causa nauigarit. Atque permagnum sanè aduersi prælij casus terrorem Syracusanis incusserat. Ideóque cùm antea quindecim uiros bello administrando præfecissent, tres insuper adiiciendos censuerunt, eísque liberam omnium potestatē populus tribuit, cùm eos prius iureiurādo adegisset, se quamprimùm belli finis adesset, magistratum deposituros. Dum hæc Syracusis agebantur, Athenienses milites Iouis Olympij phanum maximis opibus (ut fama ferebatur) insigne, summa contentione diripere affectabant. Id Nicias alias ex aliis causas nectens, quoad posset in longum protrahere, ac prohibere nitebatur, maximè ueritus, ne cùm aurum atque argentum, quod illic esse plurimum ferebatur, milites diripuissent, minimum quod in publicam redigeretur utilitatem, omnis uerò perpetrati sceleris ad se redundaret infamia: quod ab eo rectissimè prouisum esse dubitare nemo potest. Post hæc uictoria quam præclarissimam habuerat uti nescius, nō multos dies circa Syracusas moratus in Naxum ad hybernādum concessit, maximos reipub. sumptus, utilitatem uerò perexiguā afferens. Aliud enim nihil effecerat omnino, quàm quòd deficientes ad se ciuitates aliquot in fidem susceperat. Igitur elati animis Syracusani, omnē quæ Catinæ adiacet, regionem populati, castra etiam Athenienſium, quæ non procul ab urbe posita erant, incēdêre. Horum malorum culpam omnes in Niciam referebant, qui periculorum rationibus subducendis occupatus, cùm etiam minima quæque caueret, rerum gerendarū gubernatricem temporis occasionem præterfluere sinebat. Nam in ipso rei peragēdæ cursu nemo illum iure potuit unquam reprehendere. Fuit enim in agendo accuratus ac diligens, sed cui maxima deesset audacia. Igitur cùm ex hybernis Syracusis admouere statuisset, tanta celeritate naues deduxit atque compleuit, ut cùm epistolas de discessu suo perscriptas deprehendisset, famam ipsam aduentu suo superauerit. Itaq; auxiliares hostium copias improuisò aggressus in fugam uertit, ac trecentos ex eis milites cepit, & equitatum rebus omnibus egregiè instructum, ita ut penè insuperabilis uideretur, perfregit, atque inutilem in posterum reddidit, paruóque tempore Syracusas muro circūsepsit. Quæ res præcipuè Syracusanorum animos debilitauit, suos uerò milites alacritate atque audacia compleuit. Est enim Syracusarum urbs Athenis non ferè minor, ad claudēdum uerò longè difficilior, cùm propter camporum inæquabilitatem, tum propter adiacentium paludum frequentiam & maris propinquitatem. Nec uerò ad extremam cōsummationem tam præclarum opus deduci potuit, sed paulum in medio spatij relictum est, cùm & alioqui Nicias ei rei non multùm impartiri diligentiæ consueuisset, & tunc morbo quem phrenitin appellāt correptus, imperatoris munus exequi non ualeret, atq; opus imperfectum relinquere cogeretur. Admirari satis hoc loco non possum imperatoris diligentiam, & erga milites amorē præcipuum, & militum erga imperatorem obseruantiā in omni tempore præstitam, quo apud Syracusas prospero euentu bellum gessere. Quorum splendore captus Euripides, postquam omnes uicti superatíque cecidere, tale in ipsos edidit epigrāma: Hi uiri de Syracusis octies uictoriam reportarunt, donec utrisq; dij æqua sorte propitij fuere. At uerò nō octies tantùm, sed longè pluries ab Athenienſibus fuisse superatos Syracusios, si quis rectè cōsideret, iudicabit, antequā illis, uel fortunæ sæuior potestas, uel deorū numina aduersarentur. Cū Athenienses uehemētius animis & audacia creuissent, Nicias quā uis aduersa ualetudine oppressus, attamen quæcūq; posset in exercitu munia obibat, atque

atque omnibus rebus supra uires etiā præsto aderat: quòd si quando morbus ingrauescens acrius torqueret, intra munitiones cum paucis admodum seruis ac familiaribus se continebat. Lamachus autē exercitus curam gerens, assidua quidem, sed tamen leuia cum Syracusanis prælia faciebat, qui & ipsi murum alterum aliquāto spatio ab urbis mœnibus distantem, & Athenienſiū muro oppositum, studiosissimè extruebāt, unde Athenienſium opus impedirēt, ac se prohiberent circunuallari. Cúmque superiores prælio Athenienses fugientes Syracusanos effusius prosequerentur, in integrum & tunc aduenientem equitatum incidêre. Ducebat hunc prætor Callicrates, uir & animo & bellicæ uirtutis gloria præstantissimus, qui cùm fortè agmen præcederet, Lamachū ad singulare certamē prouocauit. Igitur ei congressus, Lamachus grauissimo uulnere saucius, nihilo leuius hosti cùm inflixisset uulnus, mutuis uulneribus ambo cecidere. Eius corpore & armis potiti Syracusani, effuso cursu Athenienſium muros & castra petebant, ubi Nicias penè solus absque copiis & auxiliis infirmo etiam corpore uersabatur. Hic urgentis impetus necessitate excitatus, & imminentis periculi magnitudinem animaduertēs, familiares ac seruos omnes qui secum aderant, iusit quicquid lignorum ante muros machinarum parandarū causa conuectum fuerat, atque ipsas etiā iam fabricatas machinas in aceruum coniectas incendere. Atque eo consilio irruentium Syracusanorum impetum cohibuit, sibíque ac muris, tum etiam rebus omnibus atque impedimentis Athenienſium salutē attulit. Nam cùm flammam excitatam conspexissent Syracusani, subitò retroueršī discesserе. Interea Nicias solus relictus imperator, ingenti spe atque animo gerendū bellum suscepit. Nam & urbes multæ Syracusanorum ad eum defecerāt, & undique nauigia ad exercitum ueniētia frumentum & omnifariā generis commeatus abundè suppeditabant. Prosperis enim rebus permulti reperiuntur fautores. Et iam Syracusani sese ulterius posse tutari diffidentes, quibus conditionibus pacem à Nicia peterent essent, consultabant. Dum hæc in Sicilia agerentur, Gylippus à Lacedæmoniis missus auxilio nauigabat, atque itinere circunuallatam muris urbem, & fusos prælio Syracusanos maximis urgeri difficultatibus accepit. Itaque cùm uniuersæ Siciliæ iam potiri Athenienses arbitraretur, eo tamen consilio reliquum iter peragere constituit, ut saltem Italas urbes Siciliæ finitimas ab Athenienſibus tutaretur, quanquam hoc ipsum perdifficile futurū existimaret. Magna enim apud omnes fama increbruerat, Athenienses omnium circà regionū imperio facilè potituros, quòd exercitū optimum haberent, & ducem cùm felicitate, tum rei militaris peritia & prudentia insuperabilē.

Lamachi & Callicratis monomachia.

At uerò Nicias præsentium rerū successibus supra mores supráq; naturam factus audacior, nullam aduenientis Gylippi rationē ducebat. Augebant autem animos eius clandestina per occultos interpretes cum Syracusanis ciuibus habita colloquia, qui etiā frequentius in dies nuntios submittentes, certis conditionibus urbē se dedituros pollicebātur. His igitur pollicitationibus fidēs Nicias, neq; munire custodiis aditus, neq; Gylippo uenienti præsidia opponere curauit: sed cùm illū penitus negligeret, & nullius momenti ducendum arbitraretur, Gylippus non sentiētibus ferme hostibus, Siculum fretū præteruectus est, & quamprocul Syracusis copiis expositis, quacunque poterat ratione milites undiq; cogere, exercitū augere, summo studio laborabat. Horum omnium inscii Syracusani, quippe qui nihil eiusmodi expectarent, populū ad concionē uocauerant, ut de quibus conditionibus pax à Nicia esset petenda, referrēt: ac primùm omniū legatos ad petendas inducias repētè mittēdos censebant, antequā penitus ab Atheniēsibus circunuallarentur: parū enim perficiēdo operi deerat, ídq; breui ad exitū deduci posse uidebatur, cùm iam omnis ad extruendū materia præparata atque in unū coacta esset. Dum hæc Syracusis agerentur, Gongilus Corinthius à Gylippo missus, cùm una tantùm triremi nauigans Syracusis appulit. Ad eum magna repentè frequentia concursum est: cúmque aduentus sui causam sciscitarentur,

ſe à Gylippo miſſum aiebat, ut doceret eum breui cum maximis copiis affuturũ auxilio. Id quãquam lætis animis omnes audiſſent, non tamen uerbis eius fidei ſatis adhibuere, quoad nuntius alter ſuperuenit à Gylippo mandata ferens, ut uenienti ſibi obuiam Syracuſani procederent. Eo nuntio cuncti alacriores animis facti, confeſtim 60
arma ſumpſere. Iámque inſtructũ agmen, & ad pugnandũ (ſi ſors tuliſſet) expeditum ducens Gylippus aderat. Aduenienti ſeſe cum exercitu Nicias oppoſuit. Cúmq; inſtructę utrinq; ſtarent acies, Gylippus in Athenienſium conſpectum depoſitis armis progreſſus, per præconem edixit, abeundi licentiã ſeſe Athenienſibus præſtare, ſi relicta Sicilia atque omnib. inde præſidiis deductis, diſcedere uelint. Quibus uerbis ne reſpondere quidẽ Nicias dignatus eſt: milites uerò illorũ audaciam deridẽtes ſciſcitabantur, in uniúsne iam attritæ chlamydis & Laconici baculi aduentu, ſpei tantùm ac fiduciæ Syracuſani poſuiſſent, ut repentè Athenienſes contemnerent, quos paulò antè meminiſſe poſſent lõgè ualidiores, ac melius comatos è Lacedæmone uiros trecentos captiuos & in uinculis habitos ultro Lacedæmoniis reddidiſſe. Timæus etiam 61
in ſuis hiſtoriis refert, non multi à Siculis Gylippũ exiſtimatum, poſtquam lucri cupiditatem, & ſordes, ſummámq; in rebus minimis curioſitatẽ aduerterunt: multáq; in ueſtem, quam ſordidam & ſemilaceram geſtabat, & comarum prolixitatẽ etiam iocatos. Idem deinde ſcribit, ut primùm conſpectus eſt, homines plurimos, tãquam minores aues noctuæ circunfuſos, habitus nouitatẽ & cultus neglectum ſpectaſſe, & promptiſſimè imperata feciſſe: quæ mihi uetiſimilior ſententia uidetur eſſe, cùm in chlamyde una & ſolo baculo ciuitatis Laconicæ ſpeciẽ & dignitatem contẽplarentur. Siquidem totius perfecti belli gloriam ei uni acceptam Syracuſanos retuliſſe, nõ modò Thucydides, uerùm & Philiſtus uir Syracuſis oriundus teſtatur, qui eius belli negotiis adminiſtrandis non otioſus ſpectator interfuit. Prima tamen pugna res A- 62
thenienſiũ ſuperior extitit: nam & in fugam uertêre Syracuſanos, & ex eis aliquot, inter quos Gongilum Corinthiũ, interfecere. Poſtridie uerò quantũ in bello rei militaris peritia ualeret, apertiſſimè Gylippus declarauit. Iiſdem enim militibus, & eodem uſus equitatu, atque in eodem loco depugnãs, aciei tantùm ordine cõmutato, Athenienſes ingenti prælio ſuperauit, & fugientes uſque ad caſtra inſequutus eſt. Inde Syracuſanos ad opus quoddam faciẽdum conuertit, & cæmento & lapidibus ſuſceptis, quos ad murorum extructionem Athenienſes comparauerãt, crebra iuxta illum qui ab ipſis Athenienſibus conſtructus murus fuerat, propugnacula excitauit, conſtructúmque murum pluribus in locis interrupit, atque ita longo tempore multóque labore exhauſtum Athenienſibus opus inutile reddidit, quod æquè uictis atque uictoribus prodeſſe uideretur. His ſucceſſibus elati Syracuſani, ne maritimis uiribus infe- 63
riores eſſent claſſem parare conſtituerunt. Igitur paſſim dimiſſos equites, homines quoſcunque ſors obtuliſſet, capere atque ad naues ducere iuſſerũt: eóque pacto uirorum magnum ſatis numerum parauere. Inter hæc Gylippus terreſtri itinere exercitũ ducens, Syracuſanorum ciuitates obibat, atque undique augendo exercitui ſupplementa contrahebat, omnibus prompto ac libenti animo propter eximias eius uirtutes obtẽperantibus. Hæc ubi Nicias animaduertit, cùm ſubitò tantam permutationẽ rerum factam intueretur, per literas Athenięſium ſenatum monuit, ut uel exercitum alium in Siciliam mitterent, uel eum qui ibidem eſſet deduci iuberent: ſibi uerò ut militiæ uacationem præſtarẽt, ſummis precibus rogabat. Atque iampridẽ nouas in Siciliam mittere copias Athenienſes decreuerant, ſed bene felicitérque ex rebus geſtis inuidia in Niciam excitata, quò minus mitterentur impedimento fuerat. Tunc 64
igitur auxilia properè ſubmittenda omnes ſummo conſenſu arbitrabãtur, atque ita Demoſthenem quàm primùm tranſacta hyeme cum magna claſſe in Siciliam traiicere decreuerunt. Interim uerò Eurymedontem in medio etiam hyemis proficiſci iuſſerunt, qui exercitui pecunias deferret, & ſimul Niciam certiorem faceret, ſenatũ

Gylippi cõtra Athenienſes uictoria.

Euthy-

Euthydemo & Menandro, qui tunc in exercitu erant, imperij iura cum Nicia adæquaſſe, ut æqua poteſtate omnes, quoad noua ſuperuenirent auxilia, exercitui præeſſent. Interea Nicias terra marique ſummo ſtudio bellum gerẽs, maritima pugna fuerat ſuperatus, quanuis & hoſtiles aliquot naues perfregiſſet, nonnullas etiam demerſiſſet laceratas. Terra uerò cùm obſeſſo Plemmyrio opem ferre properaſſet, Gylippi celeritatem præuenire non potuit, qui improuiſò aggreſſus oppidum ceperat, multáque ſimul nauium armamenta & pecunias ingentes, quas illic Athenienſes quaſi tutiſſimo in loco depoſuerant, multósque in expugnatione uiros interfecit, plures e-
65 tiam uiuos cepit. Maximum uerò Athenienſibus attulit detrimentum conuehendorum commeatuum ſublata facultas. Nam tenentibus Plemmyrium Athenienſibus, perfacilis erat atque tutiſſima commeatuum Athenis deuectio. Cõtrà autem cùm ab hoſtibus teneretur, maximas præbebat difficultates, cùm aſſiduè paratã claſſem, quæ uenientes naues exciperet, Syracuſani detinerent. Hæc omnia cùm uehementius Niciæ animum ſtimularẽt, tum illud grauiſſimè torquebat, quòd cùm ſe maritima potentia ſupetiorem agnoſceret, non æquo animo ferre poterat ſe ab hoſtibus in eo pugnæ genere fuiſſe ſuperatum: nec id ſibi tam uirtute hoſtium, quàm temeritate ſuorum contigiſſe animaduertebat, qui perſequendi cupiditate incenſi, derelictis ordinibus cuncta turbauerant. At uerò hoſtium duces proxima uictoria ferociores reddi-
ti, egregiè inſtructa claſſe, & ad pugnandum parata, ſingulis diebus in cõſpectu ade-
66 rant. Verùm Nicias non amplius in mari decertandum putabat, extremæ dementiæ eſſe dictitans, ſi cùm ornatiſſimam claſſem, quam Demoſthenes ducturus eſſet, paulò pòſt affuturam compertum habeant, tamen cum paucis neque ſatis firmis nauibus fortunæ ſeſe dubiis caſibus credere malint. Euthydemi uerò ac Menandri, omniúmque qui horum partibus fauebant, longè alia mens atque cupiditas erat. Nam cùm ſe nuper in imperio conſtitutos animaduerterẽt, nimia flagrãtes ambitione, præclarum aliquid ante Demoſthenis aduentum edere cupiebant, & tacita quædam ſuberat aduerſus Niciæ gloriam æmulatio, quam ſupergredi, uel æquare ſaltem, non mediocriter affectabant. Huic tam immenſæ cupiditati prætextum ciuitatis gloriam proponebant, quam pollui, imò funditus euerti dictitabant, ſi quotidie adnauigan-
67 tes Syracuſanos & ſtudioſè pugnam depoſcentes formidarent. His rationibus multitudinis animos concitãtes, maritimo prælio dimicare ſtatuerunt. Ab Ariſtone Corinthio gubernatore, qui læuo claſſis cornu præerat (ut inquit Thucydides) aſtu cir- *Lib. 7.*
cunueni, à Syracuſanis ſuperati fuere, plurimóſque in ea pugna milites amiſerunt. Hac de re Nicias maximo animi dolore torquebatur, quòd & antea cùm ſolus imperium adminiſtraret, non ſatis proſpero euentu rem geſſiſſet, & tũc collegarum errore & cupiditate coactus, non potuiſſet in ſententia permanere. Interea Demoſthenem cum claſſe iam ſupra portum delatũ conſpiciunt, quæ cùm eſſet apparatu rerum omnium magnificentiſſimè inſtructa, & amicis aſpectum præbebat iucundiſſimũ, & ſummum inimicis terroręm incutiebat. Nauibus enim tribus ſupra ſeptuaginta armatorum militum quinque millia, iaculatorũ uerò ac ſagittariorum, funditoribus
68 quibuſdã admiſtis, tria ferme millia impoſita uehebãtur. Armis uerò ac militaribus ſignis, præterea nautarum ac tibicinũ turba ab eo exornatæ triremes erant, ut ſcenici apparatus magnificentiam præ ſe ferrent, atque hoſtibus maximè formidabiles apparerent. Igitur exterriti animis Syracuſani, nullũ iam malorũ finem, nullas poſthac futuras pacis conditiones cum Athenięſibus ſperabãt, ſed iam extremã ſortem atq; urbis amiſſionem animo concipiebant. Niciæ uerò nõ admodũ diuturna lætitia fuit, quam ex tantarũ uiriũ ſumpſerat incremẽto. Nam cùm primũ Demoſtheni cõgreſſus eſt, nimiã eius audaciã & feſtinationẽ deprehẽdit. Iubebat enim quàm celerrimè aduerſus hoſtes dimicare, & rei totius euentũ experiri, atq; ita captis Syracuſis domũ remeare. Huius audaciã admiratus Nicias, orabat ne quid temerè, ne quid immatu-

rè aggredi præpararet: cunctatione uehementer hostibus obesse, quòd neq; sumptus diutius tolerare propter pecuniarum inopiam possent, & à sociis non multò pòst desertum iri necesse esset. Itaque si cunctãdo bellum protrahatur, maximis circũuentos 69
difficultatibus, conditiones rursus cõponendæ pacis quæsituros esse, sicut & antea fãctitarant. Et iam non pauci inter Syracusanos erant, qui clãdestinis nuntiis admonebant Niciam, ut nullo modo remitteret obsidionem: iam enim ingentibus necessitatibus urbem laborare, & Gylippũ quotidie apud omnes intolerabiliorẽ fieri. Itaque si uel paululũ augeri commeatus penuria cœpisset, fore ut nemo difficultates eiusmodi tolerare diutius possit, sed conditiones pacis quascunq; accepturos esse. Hęc Nicias partim ambagibus obuoluta & ueluti per ænigmata proferebat, partim quòd edenda nõ arbitraretur, taciturnus obseruãs, timiditatis de se opinionẽ militibus dabat, qui idem quod antea contigisset euenturũ rursus improperabant, ut cunctatione 70
& formidine omne amicorũ robur omnémq; uigorem extingueret. Itaque relicto illo, Demosthenis omnes imperiũ & sententiam sequebantur. His rebus uix tandẽ expugnatus Nicias, eorũ uoluntatibus ad extremum cõcessit. Itaq; Demosthenes noctu exercitum educens, in hostiũ proximas stationes impetu facto, plurimos ne sentiẽtes quidem interfecit, eos uerò qui contrà pugnare ausi sunt, facilè in fugam conuertit. Cúmq; hactenus res egregiè successisset, felicitatis modũ seruare nescius, non antea cedentes insequi destitit, quàm ad Bœotiorũ stationes peruentum est. Hi primi hostibus concurrere, & prælio tentare ausi sunt, multísque Athenienſiũ interfectis, atq; ingenti clamore sublato, reliquam castrorũ partem tumultu ac formidine compleuere, cùm alij fugam atripetẽt, alij sese ad pugnandũ pararent. Verùm hi à fugientiũ turba, quæ maior erat, impediti, nihil cõsilio aut ratione gerere poterãt, cùm nec hostiũ, nec amicorũ, nec fugientium, aut insequentium discrimen ullũ habere possent. 71
Cæca etenim perturbatio metu atque ignoratione permista, uariè singulorũ animos agitabat. Quinetiã ipsius uisus erat incerta fides, cùm nec admodũ profundas tenebras & lumẽ incertum luna præberet, quippe quæ medio cursus spatio superato, iam ad occasum properaret, & corporũ atq; armorum multitudine repercussa, infirmum debilémq; redderet intuitũ. Tum uerò metus omnia maiora demõstrare solitus, nihil nõ formidandum esse suadebat, quin ipsos etiã Athenienſes hæc ipsa in maximas cõiecerant difficultates. Fortè etiã ita in acie cõstiterant Athenienſes, ut eis luna à tergo luceret, itáq; lõgos præ se iacientes umbrarũ tractus, armorum fulgoré & numerũ suorum ipsimet occultabãt. At contrà aduersis clypeorum umbonibus lunæ radij repercussi, & hostiũ maiorem uideri numerum, & armorũ claritatem lucidioré efficiebant. Tandẽ summo conatu irruẽtibus undiq; hostibus, in fugã conuersi Athenien- 72
Fuga Athenienſium. ses, cùm suis, tum hostium uulneribus confecti magna pars cecidere, alij per abruptas & præcipites rupes deuoluti miserabili clade perierũt, multos etiam uiarum error per agros uagantes exorta demum luce insequuti equites interfecere. Fuit autem interfectorum numerus circiter duo millia: eorum uerò, qui pugnę superfuerũt, pauci admodum cum recentibus armis in castra rediere. Nicias igitur haud inopinata clade perculsus, Demosthenis festinationem accusabat. Ille uerò quibus poterat rationibus à se culpam dimouens, ut repentè è Sicilia decederẽt suadebat: neque enim alium Athenis exercitum̃ aduenturum, neque his copiis quas tunc haberent, hostes superari posse sperandum uideri. Quin etiam si qua fortuna illos superare cõcederet, loca tamen permutari opus. Pestilens enim atque insalubris regio ferebatur, ea præ- 73
sertim anni tempestate. Nanque autumni principium aderat, multíque iam tunc in exercitu cœperant ægrotare, atque omnes non æquo animo militiam tolerabãt. Niciæ uerò quanquam præsentium rerum conditio minimè placeret, tamen de discedendo sententiam nullo modo probabat, non tam Syracusanorum arma, quàm suorum ciuium iracundiam pertimescens, quorum grauissimas accusationes & calumnias

nias iam tunc ante oculos constituebat, atque ab his nihil, dum in Sicilia permaneret, sciebat esse formidandum: aiebátque, si quid omnino aduersi subeundum esset, malle se hostium manu, quàm ciuium iudicio interire: non eadem sentiens, quæ posteris temporibus Leonem Byzantium in concione dixisse ferunt: Ego quidem à uobis, ciues mei, quàm uobiscum interfici malo. Itaque de permutãda regione, castrísque quam commodissimis locis ponendis, statim sibi ad milites referẽdum uideturInter hæc Demosthenes nihil calamitatis proximæ clade deterritus, Niciam accusare nunquam cessabat, passímque multos per exercitum milites mittebat, qui illius cunctationem segnitiémque increparent, quòd Syracusiorum quorundam pollicitationibus credens, deludi se atque contemni non animaduerteret, atque propterea tanta concione discessum non probaret. His igitur dictis ad extremum permotus Nicias, discedendi sibi consilium placere dixit, & militibus ut se ad nauigandũ expediret imperauit, præsertim cùm noua Syracusanis auxilia superuenissent, & pestis quotidie apud exercitum ingraueſceret. Inde cùm iam omnia ad nauigandum parata essent, neque id hostium quisquam præsensisset omnino, quippe qui nihil tale suspicarentur, noctu fortè luna defecit: ex quo uehementius Nicias omnésque milites turbati sunt, cùm propter causarum ignorationem malũ aliquod sibi hoc defectu portẽdi
75 arbitrarentur. Solem enim circa tricesimã à coitu diem luna interueniente obscurari, tum etiam multi sciebant: ipsam uerò lunam, quænam res incidens, aut quonam pacto, plenam, subitò luce destitueret, & colorem ex certo & fulgido incertum induceret, haud facilè coniectatu fuit. Itaque magnæ alicuius impendentis calamitatis signum hoc à deo missum interpretabantur. Primus autem qui lunaris luminis atque umbræ causam deprehendit, ac literis mandare ausus est, Anaxagoras fuit: qui neq; multò ante ea tempora claruerat, neq; in uulgus adhuc opinionis eius fama prodierat: sed inter paucos admodum uersabatur, qui non sine metu talia proferre audebãt. Neque enim facilè de rerum natura sermones populus admittebat: sed ciusmodi studiis deditos homines inani labore tempus conterere arbitrabantur: cùm in his rebus perquirendis laboraret, quas nil in se rationis habere, ac nullatenus ab hominib. prouideri posse putabant: tum uerò talia quærentes impietatis crimine suspectos habebant, quasi diuinum numen quibusdam necessitatibus ac terminis circũscribere uo-
76 lentes. Itaque & Protagorã Athenis pulsum fuisse cõstat: & Anaxagoras in carcerem ductus, uix à Pericle quanuis maxima contentione laborasset, seruari potuit. Socrates licet harũ rerũ scientiã non profiteretur, tamẽ propter philosophiã dãnatus interiit. Posteris uerò tẽporibus egregia apud omnes opinio de Platone uulgata, cùm propter admirabilem uitæ sanctimoniã, tum quòd diuino numini tanquã præstãtiori, naturę necessitates obtemperare dicebat, omnẽ philosophię calumniam abstulit, & auditorib. suis omnia quasi arcana naturę patefecit. Igitur eius amicus Dion è Zacyntho cõtra Dionysiũ nauigaturus, nihil è sententia dimotus est, cùm fortè per id tẽpus etiam luna defecisset, sed audacter cœptum opus prosequens, uicto atque expulso tyranno
77 Syracusis potitus est. Sed nos ad instituta redeamus. Fortè ita casus tulit, ut nullũ tunc peritum uatem apud se Nicias haberet. Stilbides enim, cuius opera & consilio plurimùm utebatur, & magnã superstitionis illi partem auferebat, paulò antè interierat: atq; signũ illud fugientibus prosperum magis, quã aduersum, ut Philochorus inquit, non rectè interpretabãtur. Rebus enim quas cum metu & formidine gerimus, quò facilius latẽre possint, amicissimæ tenebræ putantur, cõtráq; maximè obesse lucẽ arbitramur. Præterea in tertiũ modò diem si quid circa sydera accidisset, procurabatur, quemadmodũ in Exegeticis Autoclides scribit. Atqui Nicias alterum lunæ circuitũ expectandũ censuit, non animaduertẽs mox in pristinã claritatem reuersuram, cùm eam cæli partem, quæ terræ interuentu adũbrata tenebatur, pertransisset. Itaq; omnibus ferè rebus intermissis, sacra quædam immortalibus diis faciens, cousque desedit,

Anaxagoras primus lunãris luminis & umbræ causam inuenit.

Socrates ob philosophiã damnatus.

quoad ſuperuenientes hoſtes illum ferme oppreſſere, qui maximis terra marique copiis inſtructi adueniebant, & terreſtri quidem exercitu murum & caſtra Athenienſium obſedere, nauibus uerò in latum ordinem directis, portus fauces occupauerant. Nam innumerabiles undique conuenerant naues, & piſcatorias etiam cymbas pueri 78
compleuerant. Itaque portus aditibus occupatis, Athenienſes probris omnibus atque conuitiis laceſſebant. Interea adoleſcens Heraclides claris admodum parentibus oriundus, triremi qua uehebatur aliorum ſtationes prætergreſſus, in Athenienſes licentius inſultabat. Hunc Athenienſis una nauis inſequuta, retrò ad ſuos fugientem comprehẽdit. Eius igitur periculo commotus Pollichus auunculus, cum triremibus decem quibus præerat, in altum delatus, auxilio uenit. Tum cæteri de Pollichi ſalute metuentes, uno conſenſu aduerſus hoſtes proceſſere, pugnáque ingenti commiſſa, longè ſuperiores fuere Syracuſani, & Eurymedon una cum aliis præclariſſimis uiris interfectus eſt. Ex hoc magno timore perculſi Athenienſes, non ultrà in his locis per- 79
manendum uociferabantur, ſed ut terreſtri itinere ſe deducerent, ab imperatoribus flagitabant. Nam portus fauces (ut antea diximus) Syracuſani eo modo clauſas tenebãt, ut nulla penitus abeundi facultas daretur. At uerò Nicias eiúsque familiares, horum ſententiæ nequaquam concedendum putabant. Graue enim admodum uidebatur, onerarias naues ac triremes circiter ducentas hoſtibus relinquere. Igitur ex omni exercitu robuſtiſsimis militibus lectis, præcipuè uerò ſagittaris & iaculatoribus, decem ſupra centum triremes Athenienſes compleuere. Aliæ nanque propter armamentorum penuriam nauigationi inutiles habebantur. Inde reliquam exercitus turbã iuxta mare in ipſo littore Nicias conſtituit, deſertis maximis caſtris, quæ iuxta phanum Herculis poſita fuerant. His itaque compoſitis ſeſe ad nauigationem comparabat, 80
exiſtimans nullum Syracuſanos impedimentum allaturos, quòd nautarum ductores ob conſueta quædam Herculi perſoluenda è nauibus deſcendiſſent. Verùm illi cognito Niciæ conſilio, repentè ad naues redierant, præſertim cùm uates portendi uictoriam nuntiaſſent: quia non ut inferrent bellum, ſed ut ulciſcerẽtur illatum, ad pugnam ueniebant. Idem etiam Herculem ipſum, cuius tunc ſacra celebrabãtur, factitaſſe, qui illatas iniurias ulciſcendo, uniuerſum orbem peragrauerat. Syracuſani igitur his admonitionib. excitati, alacri animo pugnam iniere, quæ maximo ardore animorum ſummáq; ut nunquã antea contentione geſta: non ſpectãtes minus, quàm pugnantes, ob uarios rerum euentus, diuerſis perturbationibus afficiebantur, qui de propria ſalute ſoliciti, exitum rei ſedentes expectabant. Ita dubio Marte aliquandiu 81
pugnatum eſt, multásque in utranque partem uarietates fortuna præbuit. Tandẽ ſuperati Athenienſes fuere, quibus ſuimet apparatus nõ minus quàm hoſtis attulit detrimenti. Cùm enim naues omnes in aciem ſtruxiſſent, ipſæmet ſibi inuicem concurſantes turbationem ingentem concitabant: grauibus præterea nauibus contra leues & expeditas, & ad omnem motum aptiſſimas pugnabant. Inſuper lapidibus tãtùm, nec ullo alio telorum genere Syracuſani utebãtur, qui quoquo modo iacti eſſent, uel ſuo tantùm pondere grauiſſimos ictus infligebãt. Athenienſes uerò iaculorũ & ſagittarum contorſione certabant, quas rectè dirigere maritimorum fluctuum concitatio prohibebat. Id Ariſto Corinthius gubernator præſtantiſſimus Syracuſanis cõſilium dederat, atque ipſe inter primos acerrimè dimicans interfectus eſt, iam uictores Syracuſanos relinquens. Nanque in fugã Athenienſes conuerſi, magna ſuorum parte a- 82
miſſa, ad littus remeabant. At maritimæ fugæ ſpe ſublata, terreſtri quoq; itinere nullam aut ſanè perdifficilẽ euadendi uiam cernebant. Igitur animis fracti, neque hoſtes cùm relictas in littore naues abducerent prohibuere, neque ſuorũ ciuium corpora ad ſepulturã petierũt, quòd eos lõgè maior angeret ſolicitudo, illorũ ſcilicet qui ægroti aut uulnerati, uiuentes adhuc relinquendi erãt. Quæ omnia ante oculos poſita cum intuerentur, lõgè tamen deteriorem conditionẽ iudicabant ſuam, quàm eorum qui

pugnantes

pugnantes in acie cecidiſſent, cùm & ſibi tandem poſt innumeros labores ac dolores exhauſtos, eædem tamen eſſent ſubeundæ calamitates. Poſt hæc uariis ſententiis agitatis omnes in hoc unum conſenſere, ut proxima nocte quàm occultiſſimè fieri poſ-
83 ſet, diſcederent. Id cùm Gylippi milites animaduertiſſent, & Syracuſanos epulis ac potationib. ob partam uictoriam deditos, neque monitis perſuaderi, neq; facilè imperio cogi ad arma capienda poſſe conſpicerẽt, ſeſe ad inſequendos hoſtes parabãt: neque enim longiorem cunctationem, cùm illi iam abire cœpiſſent, cauſa poſtulabat. Verùm Hermocrates huiuſmodi fraudem machinatus, iam cœptam profectionem retardauit. Viros enim quoſdam ad Niciam ire iuſſit, qui ſe ab illis miſſos dicerent, quibus cum clandeſtinos habere ſermones Nicias (ut antea diximus) conſueuerat, atque eorum nomine admonere ne proxima nocte diſcederent, Syracuſanos plurib. locis inſidias poſuiſſe, atque aditus omnes militib. ſeptos teneri. Hoc nuntio facilè deceptus Nicias, noctem illam in caſtris ſubſtitit, ne iterum nocte pugnare coge-
84 retur. At Syracuſani repentè luce exorta, anguſtos quoſque ac difficiles aditus cæſis arboribus deſuper congeſtis lapidibus obſtruxere, atque omnes fluuiorũ alueos clauſerunt, pontésque illis ſuperpoſitos reſcidere: quæ uerò per apertos campos ferebant itinera, armatis equitibus obſederunt, ita ut nullus omnino abſque pugna euadendi locus Athenienſibus patẽret. Quapropter cùm per omnem diem illum ac noctem etiam inſequentem in eiſdem locis permanſiſſent, poſtera luce non tanquam hoſtile ſolũ relinquentes, ſed ueluti è ſedibus patriis migrarent, flentes mœſtíque caſtra mouerunt, quòd iam rerum omniũ penuria oppreſſi, non ultrà in locis illis permanere poſſent. Grauiorem uerò diſceſſum faciebat ægrotorum ſauciorúmque multitudo,
85 quam in caſtris relinquere cogebantur. Attamen hæc tolerabilia quoquo modò putabant, præ illorum, quæ ſe paſſuros arbitrabantur, grauitate. Cúmque multa paſſim in exercitu miſeranda conſpicerentur, nullum triſtius tamen, aũt miſeratione maiore dignius ſpectaculum, quàm Nicias ipſe cernebatur: qui nondum ſatis ex aduerſa ualetudine recreatus, famem etiam tolerare cogebatur, cùm minima quæque ad uictum neceſſaria iam deeſſent: attamen ea perferebat, quæ ne robuſtiſsimis quidẽ corporibus milites poterant tolerare, cùm conſtaret omnibus, non ſua gratia, nec quia laboribus oblectaretur, iſta facere, ſed ne militibus mœrore ſuo triſtitiam augeret. Et cùm in communi omnium luctu lachrymísque interdum & ipſe collachrymare cogeretur, facilè apparebat non tam ſui cauſa moueri, quàm cladis ignominiæq; imminentis exercitui, quem ipſe gloria & opibus florentem reducere in patriam poſſe
86 ſperauerat. Nec eius tantùm aſpectus miſericordiam concitabat, uerùm & concionis ſuæ recordatio, quam Athenis uehemẽtiſsimam habuerat, cùm populũ à ſuſcipiẽdo bello dehortaretur: tantò enim indignior præſenti calamitate putabatur, quãtò magis contra ſententiã ſuam nauigare coactus fuerat. Quinetiam diis ipſis tacitè quodammodo ſuccenſebant, animaduertẽtes uirum pietate ac religione inſignẽ, nihilo meliori cõditione eſſe, quàm eorũ, qui tũc in exercitu militarent, ſceleſtiſsimũ quenque, & flagitiis omnib. inquinatiſsimũ. Ipſe uerò frontis hilaritate & cõmuni ſalutatione, tum dexterę ad obuios quoſq; porrectione, calamitatis ſuę ſortẽ diſsimulabat, & ſe quãoptimo eſſe animo ſignificabat, atq; ſæpe cum hoſtib. cõgreſſus, ſæpe etiam hoſtili manu uulneratus, octo dies uniuerſi belli molẽ ſuſtinuit, quoad imperator alter Demoſthenes cum omnibus, quas ſecũ habebat, copiis ab hoſtibus circunuentus
87 captúsq; eſt. Nam cùm ſe ita circunſeptũ undique animaduertiſſet, ut nulla euadẽdi poteſtas eſſet, nudatum gladiũ in pectus adegit. Nec tamen eo uúlnere mori potuit, quòd repentè ſuperueniẽtes hoſtes gladium è uulnere deduxerunt. Hęc poſtquã à Syracuſanis nuntiata ſunt Nicię, atque ipſe miſsis ad inſpiciendũ equitibus, captã exercitus partem cõperit, Gylippũ ſummis precibus rogabat, ut abeũdi è Sicilia poteſtate Athenienſib. facta, obſides acciperet, quoad Syracuſanis tantundẽ pecuniæ ſolue-

Niciæ toleratia.

Demoſthenes cũ omnibus ſuis copiis à Syracuſanis captus.

retur,quantùm in eius belli ſumptibus exhauſiſſent. Has conditiones cuncti non accipiendas cenſuere, & contumeliis affectos legatos, minis etiam ſuperadditis dimiſerunt. Non tamen his malis deiectus animo Nicias, quanuis omnia ad uictum neceſſaria deeſſent, proximam noctem & ſequẽtis diei maximam partẽ ſupra omnium
88 opinionem tolerauit. Inde ad flumen quod Aſſinarum uocant, traiiciendi conſilio mouit caſtra:cúmque iam permulti flumen ingreſſi eſſent,hoſtes ſuperuenere, & diſperſos ac palantes cùm offendiſſent, magnam ſtragem ediderunt. Nonnulli etiam Athenienſium propter ſitis, quam diu tolerauerant, magnitudinem,quaſi furẽtes in flumine ſeſe præcipitabant. Et miſerabilis erat ſanè rerum facies, cùm alij in medio flumine iugularentur, alij permiſtum aquæ commilitonum ſanguinem potarent. Tandem Nicias ad Gylippi genua procũbens,Miſerere,inquit,uictor, non mei quidem,qui per haſce calamitates & infortunia nomen & famam peperiſſe mihi perennem uideor,ſed Athenienſium reliquorum,Martémque cõmunem, & belli uariam fortunam reminiſcere. Neque enim te latet quàm clementer Atheniẽſes contra La-
89 cedæmonios uictoria uſi ſunt. Talibus uerbis deprecante Nicia, cõmotus cùm aſpectu,tum oratione Gylippus,apprehenſa dextra,illum ſubleuauit, cæteríſq; parci iuſſit. Sciebat enim per omne tempus ipſum Lacedæmoniorũ partibus fauiſſe. Præterea maximam ſibi gloriam fore putabat,ſi duos clariſſimos imperatores captiuos Lacedæmonem duceret:propterea,quanuis ſerò,ut à cędibus abſtineretur inperauit. Iam enim maior occiſorum numerus erat,quàm eorũ qui ſuperſtites remanſerant, quanquam permultos milites ipſi clàm è turba captiuos ſubripuiſſent. Omnibus inde qui cædi ſupererant in unum coactis,ac ſpoliatis,ingentes arbores, quæ plurimæ in ripa fluminis aderant,captiuorũ ſpoliis exornarunt. Poſt hęc Syracuſani coronati omnes, tum equis etiam ſuis coronis impoſitis, captos uerò ex hoſtibus equos detonſis crinibus ducentes, in urbem uelut triumphantes rediere, ſuperato tandem certamine
90 omniũ,quæ inter ſe Græci certauerint,ſplendidiſſimo,ſummóque labore ac pręclara ſuæ fortitudinis ſignificatione uictoriam cõſequuti. Poſt hæc Eurycles Syracuſanorum prætor, totius populi, necnon etiam ſociorũ aduocata concione, rogationẽ huiuſmodi tulit:Primò,ut dies in quo Nicias ſuperatus eſſet, ſacer atque ab omni opere immunis haberetur,útq; ſacra diis immortalib.quotãnis eius uictoriæ gratia fierent, & celebritatẽ hanc à fluuij nomine Aſſinarã nuncuparẽt. Eſt autẽ dies hic quartus ſupra uigeſimũ eius menſis quẽ illi Carniũ, Athenienſes Metagitnionẽ uocãt, Latinè uerò Maiũ arbitror appellari. Tulit præterea,ut captiui omnes,qui Athenienſiũ ſerui aut ſocij extitiſſent, dimitterẽtur incolumes. Ipſi uerò Atheniẽſes & Siculorũ quicũq; in eorũ exercitu capti fuiſſent,per lapidicinas ad opus faciendũ diſtributi,ſumma diligẽtia obſeruarentur, imperatores uerò ultimo afficerẽtur ſupplicio. Huic rogationi 91
Victoria bene uti, nõ minor uirtus, quàm uincere. cùm uehemẽter populus aſſentiretur, aſſurgens Hermocrates, Non minoris, inquit, uirtutis eſſe arbitror, Syracuſani, parta uictoria bene uti, quàm uincere. Verũ eius oratio ſtrepitu ac tumultu repreſſa eſt. Gylippus uerò iampridem Syracuſanis odioſus, cùm propter acerbã nimis in imperando ſeueritatem, tum propter inſitum Lacedæmoniis omnib. faſtum, cùm ſibi Athenienſiũ imperatores dari expoſceret, nõ modò nõ auditus, ſed cõuitiis etiã laceſſitus, & cõtumeliis grauibus affectus eſt. Huius gloriæ atq; authoritati plurimũ obfuiſſe Timæus refert cupiditatis opinionẽ, & animi tenuitatẽ quandã de minimis etiã atque uiliſſimis rebus ſolicitã, quos morbos uelut hæreditarios à patre accepiſſe cõſtat. Cleandridẽ enim Gylippi patrẽ ferunt acceptis aliquando à Syracuſanis munerib. aufugiſſe,eundémq; cùm mille talẽta à Lyſandro miſſa Spartam deferret, triginta ſurripuiſſe tradunt, atque in intima domus parte defodiſſe,demũmq; re per indices patefacta,ſummà cum ignominia reſtituere coactũ
92 eſſe. Verùm hæc in his quæ de Lyſandro ſcripta ſunt, latius enarrantur. Demoſthenẽ ac Niciam non fuiſſe à Syracuſanis interfectos Timæus refert, quanuis illi ita fieri decreto

decreto etiã facto ſtatuiſſent, ut Philiſtus & Thucydides ſcripſere. Sed cùm Hermocrates nondum cõcione dimiſſa ad eos occidendos proficiſceretur, occurriſſe quendam carceris cuſtodem ait,ac retuliſſe, propriis manibus illos ſibimet cõſciſſe mortem. Eorum ſanè corpora ante fores carceris proiecta diutius iacuere, ut cuique aſpiciendi poteſtas fieret. Accepi autem in hodiernum etiam diem clypeum Syracuſis in templo poſitum, quem Niciæ fuiſſe dicunt, auro purpuráque mira arte intexta ornatiſſimum. Atheniẽſium qui per lapidicinas diſtributi fuerant, magna pars cùm
93 morbo,tum uictus aſperitate interiere. Nihil enim præterquã hordei duas, & unam aquæ cotylam (id autem menſurę genus eſt) in ſingulos dies accipiebant. Multi quoque à cuſtodibus clanculum ſubrepti,atque ad colendos agros dimiſſi ſunt. Pleriſque etiam abeundi facultas tacitè permiſſa: nonnulli quoque pro ſeruis uenditi, quibus equi charecterem in fronte inurebant, quod ſeruitutis uolebant argumentum eſſe. Sed ingenuitatis & pudoris,quam præ ſe ferebant,ſignificatio,eorum plurimis adiumento fuit:empti enim aut ſubitò à dominis manumittebantur, aut in magno honore habiti apud dominos permanebãt. Aliquot etiam propter Euripidem poetam *Euripidis poemata Siculis grata.* ſalutem adepti ſunt,cuius præ cæteris Græcorum poetis carmina Siculi admirabantur, & ſi qua à captiuis ullis audire poterant, libentiſſimè perdiſcebant. Multi igitur captiuorum Athenas reuerſi,Euripidem ſalutarũ accedebant, ſuis ſe carminibus ſal-
94 uatos eſſe dictitantes. Alij enim cùm illa dominos docuiſſent,ſubitò ab eiſdem mercedis loco manumiſſionem acceperant: quidam uerò poſt commiſſam pugnam uarias per ciuitates diſperſi, uictum carminibus eiuſmodi decantandis quæſiuerant. Athenas autem ferunt tantæ calamitatis nuntium ſerò admodum perueniſſe,ac primò propter authoris nuntiantis uarietatem, minimè adhibitam fidem fuiſſe. Hoſpes enim fortè in Piræum diuertens, cùm in tonſoria taberna conſediſſet, de his quæ in Sicilia contigerant,quaſi iampridem Athenienſibus nota eſſent, condolens referebat. Ea cùm tonſor audiſſet,citato curſu in urbem ueniẽs, rem omnem ad magiſtra-
95 tus detulit. Inde per uniuerſum populum ſermones eiuſmodi manarunt: ita magno tumultu ac perturbatione exorta, ut in re tanta cõtingere neceſſe eſt, magiſtratus populo conuocato tonſorem in concionem introduxit, qui interrogatus unde hæc audita referret, cùm certi nihil reſpondere uideretur, in carcerem coniectus eſt, eo conſilio,ut grauioribus poſtmodum ſuppliciis afficeretur, quòd de tantis rebus incertos rumores in uulgus proferens,ſeditionem propemodum in ciuitate cõcitaſſet. Atque ita ſanè longo ſpatio ſeruatus eſt, quoad certi nuntij ſuperuenere, qui rem omnẽ quo geſta fuerat ordine expoſuerunt. Adeò Athenienſibus incredibile uidebatur, ea Niciam fuiſſe perpeſſum, quæ ipſe multò antè uentura prædixerat.

Marcus Craſſus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

MARCVS Craſſus patrẽ habuit cùm honoribus plurimis,tum triumpho cenſuráque inſignem. Parua in domo tenuíque cẽſu, unà cum duobus fratribus parcè admodum educatus eſt. Hi uiuis adhuc parentibus cùm uxores duxiſſent,una tamen domo & menſa ſimul omnes utebantur, ut uel maximè ea de cauſa uideatur in omni uictu modeſtiam & frugalitatem Craſſum conſequutum. Poſtmodum altero è fratribus mortuo,Craſſus illius uxori cõgreſſus,filios aliquot procreauit, nulli Romanorum ea etiam in re moderatum ſe præbendo,inferior. Nec multò pòſt ac-
Parentes.

cuſatus eſt,quòd cum Licinia ueſtali uirgine rem habuiſſet,quę tamen facilè iudicio liberata eſt,quàuis grauiter Plotinus quidam accuſationẽ urgeret. Erat huic mulieri 1
ſuburbanum egregiè ornatum,quod cùm paruo pretio ad ſe trahere Craſſus optaret, humilius colere mulierem, eíque quoad poterat gratificari cœpit: quapropter facilè in eam quàm dixi ſuſpicionem incidit. Sed cùm res ut erat iudicibus innotuiſſet,& auaritiæ potius,quàm amoris cauſa factum animaduerterent, facilè ſuis ſententiis Craſſum liberarunt,qui non antea cœptum erga Laciniam cultum omiſit, quàm cõcupitę rei potitus eſt. Apud Romanos omnes conſtat,uirtutes, quas plurimas Craſſus habebat,unius auaritiæ ſordibus obſcuratas fuiſſe: hoc enim in ipſo præcipuum uitium,cætera,quæ in eo erant,longè ſuperauit. Cuius rei clariſſimum teſtimoniũ præbet magnitudo diuitiarum,quas breui admodũ tempore ſibi comparauit. Nam cùm trecenta ſolùm talenta ex paterna hæreditate accepiſſet, prius tamen,quàm aduerſus Parthos exercitum duceret,ſeptem millium & centum talẽtorum ſummam coegiſſe tradunt,cùm etiam decimam facultatum ſuarum partem Herculi cõſecraſſet, & publicum epulum dediſſet populo, ac tres minas in ſingula ciuium capita contuliſſet. Harum diuitiarum maximam partem (ſi uerum proferre licet) ex ciuilibus bellis atque incendiis comparauit, calamitatibus publicis ad priuatas utilitates abutẽs. Cùm enim Sylla uictor urbe potitus, interfectorum à ſe ciuiũ bona * quaſi prædam, & iuſto bello ex hoſtibus captam uenderet, cuperétque quamplures ex potentioribus ciuibus illarum quaſi contagione inquinare, nihil unquam Craſsus uel largitionis, uel emptionis nomine accipere recuſauit. Multas præterea ciuitatis partes incendio cõſumptas,& deformes tantùm parietes,quaſi domuum cadauera derelicta cùm uidiſſet, quotquot earum potuit paruo admodũ pretio mercatus eſt,cùm illarum domini partim metu,partim egeſtate cõpulſi,nihil petenti negare auderent. Hoc itaque pacto magnam urbis partem ſui iuris fieri contigit. Seruos præterea circiter quingẽtos 4
emit fabrilis artis & architecturæ peritos, nec his tamẽ niſi ad propriæ domus extructionem uſus eſt: ſed ciuibus ædificare uolentibus eorum operas mercede locabat, ac ſimul areæ ſpatium cuique pro arbitrio ſuo ad ædificandum uendebat. Cúmque ſignati argenti maximam copiam, & agros mirificè cultos, & in eis cultorum ingentem numerum poſſideret, minimi tamen hæc omnia facienda uidebantur, præ maxima ſeruorum turba, quos uariis artibus inſtructos habebat, lectores, ſcribas, pictores, argentarios, procuratores, mẽſarios, quos ipſemet ſumma diligentia curare, & diſcentibus aſſiſtere, pleroſque docere cõſueuit. Aiebat enim præcipuam domini curam erga ſeruos eſſe oportere, cùm ſint rei familiaris tanquam animata inſtrumenta. Atque hoc rectè Craſſus & iudicare, & dicére uidebatur. Aliis enim in rebus adminiſtrandis familiarium ac domeſticorum opera uti decet: ipſos uerò ſeruos ac domeſticos curare, proprium domini munus & officium putandum eſt. Oeconomicæ enim diſciplinæ pars, quæ circa inanimata uerſatur, pecuniæ tantùm parandæ ſtudiũ continet: quæ uerò circa homines gubernandos intendit, politicam quandam ſciẽtiam ſapere uidetur. Illud uerò non rectè ab eodem dici conſueuerat, Neminem omnino diuitem aut dici, aut exiſtimari debere, qui facultatibus propriis exercitum alere non poſſit. Bellicorum enim ſumptuum nullus eſt modus, nulla mẽſura bellum nutritur, ut inquit Archidamus. Itaque diuitiarum, quæ ad illud alendum ſufficere ualeãt, infinitam eſſe magnitudinem oportet. Laudabilior itaque illa Craſsi ſentẽtia uidetur, qui cùm agri quatuordecim iugera ſingulis amicorum donaſset, permultos tamẽ his minimè cõtentos & plura quærentes animaduertiſset, illorum cupiditatem caſtigare, Nemo, inquit, Romanorum ſit, qui parum ſe poſſidere arbitretur, cùm tantùm habeat ſoli, quod ad uictum prębendũ abũdè ſufficiat. Erat Craſſus in amicos liberalis, adeò ut omnibus ſemper eius domus patẽret, pecunias inſuper ſine ullo fœnore mutuò traderet, quas tamen ab eiſdẽ cùm repetẽdi tempus aderat, adeò acerbè exigere conſueuit,

Auaritia Craſſi.

Munificentia in populum. Diuitias quomodo cõparârit.

* λάφυρα καὶ πωλίζων καὶ ὠνούμενος.

Craſſi liberalitas.

conſueuit,ut magis plerũque gratis eas accepiſſe noceret, quàm ſi ab aliis ad uſuram & fœnus eas accepiſſent. Ad cœnas atque conuiuia populares homines ut plurimùm ex media plebe uocare conſueuit, cùm eſſet in omni uictu (ut ántea diximus) frugalis & modeſtus. Fuit autem rhetoricæ facultatis perſtudioſus, ac uehementer circa illam elaborauit. Cúmque ad dicendũ non ſatis idoneus natura uideretur, ſtudio tamen ac diligẽtia tantùm profecit, ut eos etiam qui natura aptiſſimi ad eam diſciplinam habebantur, facilè ſuperaret. Nullam enim cauſam adeò tenuem, aut tam contemnendam fuiſſe tradunt, ad quam peragẽdam impræmeditatus accederet. Cúmque Pompeius perſæpe, ac Cæſar, Cicero etiã nonnullas à ſe cauſas quaſi parum ſe dignas reiiceret, ipſe earum patrocinium ſuſcipiebat. Quamobrem à populo maximam gratiam conſequi meruit, quòd in cauſis accuratus & diligens, præterea facilis ad opem indigentibus ferendam haberetur. Summáque in appellandis ciuibus ac ſalutandis humanitas, gratiſſimum illum populo faciebat. Nemini enim tam ſordido, támque humili Romanorum occurrebat, cui ſalutatus ipſe ſalutem non redderet, ac proprio nomine compellaret. Fertur etiam hiſtoriarum fuiſſe peritiſſimus, atque in philoſophię ſtudio plurimùm temporis & operæ poſuiſſe, cùm maximè Ariſtotelis diſciplinam ſectaretur, in qua præceptorem habuit Alexandrum uirum temporibus illis celeberrimum, quíque humanitatis & contemnendę gloriæ præclariſſima exempla de ſe præbuit, in ea quam cum Craſſo habuit cõſuetudine. Nec enim iudicari facilè poteſt, utro tẽpore pauperior uixerit, an cùm primò ad Craſſum acceſſit, an cùm poſtea in eius amicitia ac familiaritate permanſit. De quo hoc unum dixiſſe ſatis erit, quòd cùm nunquã à Craſſo diſcederet, ſolúsque ex amicis aliquando cum illo peregrè profectus eſſet, in itinere pileum popoſcit, eúmque ſtatim ex itinere reuerſus Craſſo reſtituit. O ſummam atque admirabilẽ uiri continentiam, qua paupertatem ſumma ipſe in egeſtate conſtitutus, rem haudquaquam uulgarem aut contemnendam eſſe putauit. Sed de his aliás. Cùm Cinna & Marius rerum potiti, non ad patriæ utilitatem, ſed ad inimicorũ ultionem & optimatũ perniciem uictoria uti uelle uiderentur, & iam plurimos ex nobilitate occidiſſent, inter quos Craſſi pater ac frater fuere, uix Craſſus ipſe quãuis adhuc adoleſcẽs mortem effugit. Nam cùm ſe undique cuſtodibus ſeptũ 9
diligentius tyrannorũ iuſſu ad mortẽ obſeruari ſentiret, tribus tantùm comitibus & decem ſeruis aſsumptis, ſumma celeritate in Hiſpaniam conceſſit, ubi iam pridẽ ſub patre imperatore militans permultos ſibi amicos comparauerat: quos cùm uehemẽter Marij timore perculſos offendiſset, eiúsque abſentis imperium nõ ſecus atque inſtantis perhorrentes, nulli eorum ſeſe credere aut aperire auſus eſt: ſed in Vibij Paaci cuiuſdam agrum, qui mari finitimus erat, ſecedens, in ſpelunca quæ maxima in eo erat, delituit. Inde cùm iam quæ ſecum tulerat alimenta deficerent, unum è ſeruis ad
10 Vibium mittit, qui illum, quonam pacto erga ſe res habeat certiorẽ faceret. Eo nuntio accepto uehementer lætatus Vibius, diligentius locum in quo delituerat & ſociorum numerum percontatus, ipſe quidem ne rem patefaceret, ad eum uiſendum non acceſſit, ſed ſeruum eius agri cultorẽ iuxta locum in quo Craſſus latebat adducẽs, ſingulis diebus paratam cœnã eò deferre præcepit, eáque ſupra ſaxum (quod ibi aderat) poſita, cum ſilentio diſcedere iubet, nec quis acceſſurus eſſet, aut qua de cauſa id fieret ulterius exquirere: & mortem delicti pœnam futuram minatus eſt, ſi quid ultrà quàm præceptũ fuerat attentaſſet: rectè uerò mandata exequenti libertatis præmium pollicitus eſt. Erat ſpelunca non procul à mari conſtituta, quam rupes ingentes ac locis pluribus rimoſæ claudebant, tenue lumen ac leuem auram ſuſcipientes. Intus uerò latitudo maxima pandebatur, pluráque inter ſe peruia & quaſi induſtria fabri-
11 cata habitacula. At ne quid omnino deeſſet quod uſui neceſſariũ fore uideretur, perẽnes aquarũ fontes ex præruptis ſaxis decurrẽtes interfluebant, atq; inde per ſciſſuram petræ, quà maximè lumini patebat ingreſſus, in mare deferebantur. Aer uerò intus te-

Rhetoricæ artis ſtudiũ.

Humanitas.

Craſſi ſpelunca.

nuis & purus, denſitate petræ humidum omne & defluens in fontẽ exprimente. Hoc itaque in loco cùm Craſſus habitaret, quotidie quæ ad uictũ neceſſaria eſſent deferebantur à uiro, quinam eſſent qui cibos acciperẽt penitus ignaro. Nec enim eos qui in ſpelunca erant conſpicere poterat, cùm tamen ipſe ab eiſdem optimè cerneretur, qui aduentus eius tempus & horam diligenter obſeruabant. Atque omnia non modò ad uſum, ſed ad uoluptatẽ quoq; ſufficientia abundè ſuppeditabãtur. Cúmque in omnibus quoad poſſet Craſſo gratificari Vibius niteretur, eúmque in adoleſcentiæ medio conſtitutũ animaduerteret, ut uoluptatum etiam quas ætas illa deſiderat copiã præſtaret (nam neceſſitatẽ ultra nihil miniſtrare, coacti magis, quàm liberi officij uidetur) ancillas duas egregia forma & ætatis flore prẽſtantes ad eam ſpeluncæ partẽ quæ ad mare conuerſa eſt ducit, & per abrupta ſaxa aſcenſum demonſtrãs, maximis præmiis propoſitis ſpeluncam audacter ingredi iubet. Eas igitur per abrupta ſaxorũ tenientes amici qui cum Craſſo erant conſpicati, primò ne proditus ac patefactus eſſet locus timuere. Deinde quidnam quærentes, aut cuius rei cauſa ueniſſent percontati, cùm illæ ut à Vibio inſtructæ fuerant, dominum illic latentem ſe quærere reſpondiſſent, intelligens Craſsus Vibij erga ſe colendum amorem ac diligẽtiam, læto animo puellas ſuſcepit, ac deinceps reliquum omne tempus quo in ſpelũca uerſatus eſt, Craſsus, ſecum permanſere, ſæpius ad Vibium, ſi quid uſus poſceret, mãdata deferẽtes. Ex eis unam iam ætate confectam ſe uidiſſe Feneſtella teſtatur, ſæpiúsque hæc omnia ut acta fuerant, ordine ab eadem narrata audiſſe. Octo igitur menſes eo modo Craſsus in ſpelunca deliteſcens permanſit. Poſtea cùm de Cinnæ morte nuntium accepiſſet, ſpelunca digrediens, magno ad eum facto concurſu, ſumma alacritate exceptus eſt. Inde duorum millium & quingentorum hominum exercitu coacto, plurimas Hiſpaniæ ciuitates perluſtrauit, & earum unam Malacam nomine militibus diripiendam cõceſſit, ut quidam hiſtorici tradidere: quãuis ipſe talia negare, grauitérque aduerſus eos qui id diſsererent, iraſci conſueuerit. Poſt hæc nauibus collectis in Libyam traiecit, & ad Metellum Pium, uirum per id temporis inſignem ſe contulit, qui cum exercitu ualidiſſimo Libyam tenebat. Nec diutius ibidem commoratus, ſeditione cum Metello facta ad Syllam profectus honorificè admodum exceptus eſt. Cúmque in Italiam redire Sylla ſtatuiſſet, omnes qui ſecum erant adoleſcẽtes negotio aliquo implicare cupiens, alia aliis peragenda mandauit, Craſsum uerò in Marſos ad parandam expeditionem proficiſci iuſſit. Cúmque ab eo Craſſus in itinere cuſtodes peteret (erat enim ei non procul ab hoſtibus iter faciendum) ſubiratus aliquãtulùm Sylla, Ego tibi, inquit, cuſtodes eſſe iubeo patrem & fratrem tuum, amicos inſuper & affines, quos iniuſtè à communibus hoſtibus interfectos ad præſens ulciſci contendimus. His uocibus uehementer accenſus & irritatus Craſsus, à Sylla digreſſus eſt, & per medios ferme hoſtes ad quæ tendebat loca profectus, ualidiſſimum coegit exercitum, cuius egregia opera Sylla poſtmodum maximis in periculis uſus eſt. Atque ex his rebus quas circa Syllam uterque geſſit laudis & gloriæ adipiſcendæ cauſa, æmulationem inter Craſſum & Pompeium exortam ferũt. Erat enim Pompeius minor natu quàm Craſſus, patre inſuper ortus infami, quíque extremo odio ciuibus ſuis peroſus fuerat. Nihil tamen his aduerſantibus, indies maior & clarior habebatur, & ei Sylla honores plurimos quãuis admodum iuueni exhibebat, quos æqualium ſuorum nemini ferme, uel paucis omnino impẽdere cõſueuerat. Nam & uenienti Pompeio aſſurgere, & caput aperire, & imperatorem appellare dignabatur. Quæ res Craſſum uehementer angebat, atque eius indies augebat indignationem, quãuis meritò præferendus Pompeius iudicio omnium uideretur: primò quòd in rebus gerendis nõ ſatis expertus Craſſus habebatur, tum quòd magnam ſuis factis gratiam innata ei uitia adimebant, auaritiæ ſcilicet morbus, & in minimis etiam rebus ſuprà quàm ſatis eſſet, habita ratio utilitatis ſuæ. Cùm enim * Tudertum Vmbriæ ciuitatem cepiſſet, multa

Liberalitas Vibij erga Craſſum.

* Τυδερτίαν.

multa clanculum ſurripuiſſe compertus eſt, ex quo magnam Syllæ indignationem in ſe contraxit. In ea uerò pugna, quam maximam & eandem extremam Sylla circa Romam pugnauit, cùm ea parte cui Sylla præerat, loco mota acies pelleretur, Craſſus alterius cornu præfectus egregiè aduerſarios ſuperauit, fugiẽtésque ad noctem uſque inſequutus eſt: inde in caſtra reuerſus uictoriæ nuntium ad Syllam miſit, qui rem omnem quo geſta fuerat ordine enarraret, ac militibus ſuis ab eodem cœnã expoſceret. In proſcriptione quoque ciuium Romanorum & bonorum publicatione magnã infamiam ſubiit, res multas ac præclaras exiguo admodum pretio mercatus, & munera ab omnibus acrior exigens, ſi qui ulla de cauſa eius opera indigerent. In Brutiis uerò diuitis cuiuſdam bona proſcripſiſſe fertur propter quæſtum, ignaro ac minimè id iubente Sylla, qui cùm re iam peracta negotium reſciuiſſet, grauiter indignatus, nullum ad negotium publicum deinceps Craſſum adhibere conſtituit. Erat autẽ ingenium, quod adulando facilè omnes mortales perſuadere poſſet, & idem adulatoribus maximè obnoxium. Fertur & hoc illi natura inſitum fuiſſe, quòd cùm eſſet ipſe omnium auariſſimus, grauiter tamen maledictis auaros inſectari, & odiſſe ſui ſimiles homines conſueuit. Vehementer autem eius animum cruciabant ingentes honores ad Pompeium delati, & aſſidua ſine interuallo magiſtratuum gerendorum conceſſa poteſtas, & antequam in ſenatum legeretur permiſſa triumphandi licentia, Magníque à ciuibus ultro cognomen delatum. Itaque cùm aliquando ex Romanis quiſpiã dixiſſet, iam aderit Pompeius Magnus, Et quantus nam? inquit arridens cum indignatione Craſsus. Cùm ſe igitur militari gloria inferiorem animaduerteret, ciuilibus ſtudiis quàm maximam poſſet authoritatem & potẽtiam comparare nitebatur. Itaque potentibus omnibus præſto aderat, officiis, patrociniis, pecuniarum etiam mutuis dationibus quoſlibet ex populo adiuuans, ut ſibi uires & gloriam quæreret, quibus Pompeij conatibus poſſet obſiſtere. Magnam enim Pompeius à militibus, quibus prẽfuerat imperator, beneuolentiam conſequutus erat, & abſentis nomen in dies maius habebatur, ob inſignem rei militaris peritiam. Præſens uerò nonnunquam a Craſſo in honorum petitionibus ſuperatus eſt, propter ſummam quam ſua præſentia concitabat inuidiam, cùm ex forma & habitu corporis faſtus quandam ſignificationem præ ſe ferret, nec facilè multitudini congrederetur: operam uerò ſuam ac patrocinium difficilius cuiquam præſtaret, quaſi uires ad res maiores obeundas ſortitus, quàm ut ſupplices aut damnatos in iudicio defenderet. Craſſus autem in his ſtudiis aſſiduè uerſabatur, & frequens in concione ac foro aderat, atque omnibus facilem & peraffabilem ſe præſtabat, adeò ut in medio rerum gerendarũ curſu popularitate humanitatéque illius difficultatem ſuperaret. Corporis autem dignitas ac ſermonis elegantia, tum frontis hilaritas quædã facilè ad ſe amandum homines alliciens, par in utroque fuiſſe traditur. Ambitio quoque & honorum cupiditas eadem, æmulationis cuiuſdã, non tamen odij aut maleuolentiæ cauſas præbuit. Dolebat enim frequenter Craſſus, Cæſarem ſibi Pompeiúmque in honoribus præferri. Nec eam ſanè inter ſe animorum alienationem diſſimulare penitus poterãt. Itaque Cæſar in Aſia à prædonibus captus, & in uinculis & cuſtodia detentus, magna uoce ut pleriſque audiretur, clamauit, Quantas, inquiens, Craſſe, prædonibus habebis gratias, cùm de captiuitate mea certior factus fueris? Non multò tamen pòſt amicitia coniuncti ſunt, & inuicem in gratiam rediere. Cúmque in Hiſpaniam Cæſari profecturo pecuniæ quas exercitibus daret defeciſſent, fœneratoribus tantùm pecuniæ Cæſaris nomine credere recuſantibus, atque ea de cauſa profectionẽ differre Cæſar cogeretur, Craſſus * octingentorum ac triginta talentorum ſponſor fœneratoribus interceſſit. Cúmque uniuerſa ciuitas in partes diuiſa eſſet, quarum una Cæſaris, altera Pompeij, tertia Craſſi appellabatur (nam Cato magis iuſtitiæ & bonitatis opinione, quàm potentia ualebat) cùm omnes qui optimi ac ſapientes habebantur, Pompeij partes ſequerentur: turbu-

Æmulatio inter Craſſũ, Pompeiũ, & Cæſarem.

* 4980co coronatorũ.

lenti uerò, & qui maximam in ciuitate licentiam habere cupiebant, Cæsaris conatibus fauerent: Crassus inter utrosque medium sese gerebat: at modò huius, modò illius partibus inhærens, sæpe in reip. administratione mentem sententiámque mutauit, cùm nulli in amicitia satis firmum, nec rursus asperum nimis inimicum se præstaret: sed facilè admodum ac leui momento, ut magis in rem suam conferre arbitrabatur, amorem simul & odium permutabat. Itaque eorũdem hominum patronum & 11
accusatorem, & legum earũdem suasoré & dissuasoré, breui temporis interiecto spatio fuisse compertũ est. Timore autem magis, quàm gratia ad populũ posse existimabatur: quapropter solicitudines maximas incutiebat his, qui sub sua potestate tenebantur, quoties magistratũ aliqué gereret. Vnde & Sicinius multa in quoscũque probra iacere consuetus, aliquando rogatus cur soli Crasso in conuitiis parceret, Fœnum enim, inquit, in cornu gerit. Mos autem Romanis fuit, ut cornupetarũ boum cornua fœno circunligarent, quò obuiam procedentes sibi ab illis cauendum esse monerentur. Interea gladiatorum seditio per id temporis excitata est, & eorum per omnẽ Italiam discursus prædabundus insequutus, quem plerique Spartaciũ bellum appellarunt: atque illum huiusmodi habuisse principiũ ferũt. Lentulus quidã cognomine 12
Bartiatus magná gladiatorũ familiã Capuæ nutriebat, quorũ maxima pars ex Galatia & Thracia erant oriundi, non ob aliquod perpetratum ab ipsis scelus, sed tantùm propter emptoris impietatem necessariò gladiatoriam exercere coacti. Ex eis ducẽti fugiendi consilium cùm iniissent, antequam fugę constitutus dies aduenisset, proditi ac patefacti fuere. Duo tamen & octoginta, cùm reliqui timore impliciti cunctarentur, effugêre, atque è coquinaria taberna uerubus ac bipennibus abreptis, cùm cætera arma deessent, è ciuitate digressi sunt, fortéque in currus gladiatorũ armis onustos, quæ ad aliam ciuitatẽ deferebantur, incidêre. Illa igitur auidissimè rapientes seipsos amarunt, cúmque munitũ locum quendã occupassent, tres inter se duces cõstituêre, quorũ primus Spartacus uocabatur, uir ex Thracia oriundus, ac nõ minus prudentia, quàm corporis robore & uiribus præstans, facilitate insuper ac mãsuetudine, tum uirtutibus omnibus supra fortunæ & conditionis sortem ornatus, ut Græcus potius, quàm barbarus uideri posset. Fertur cùm primùm Romã uenalis delatus est, dra- 13
conem sub dormientis eius capite in spiram complicatũ apparuisse: queni Thracia itidem mulier conspicata, cùm uaticinandi peritissima haberetur, & Dionysij sacris esset initiata, signũ hoc esse dixit magnæ cuiusdã & formidabilis potẽtię futuræ, quæ exitum habitura esset fortunatum. Eam semper ad se mulierem & conuiuiorum deinceps & itinerũ comitem Spartacus habuit. Cõcursu igitur primùm ab his, qui Capuę fuerant, ad Spartacũ facto, ac subinde paulatim confluente multitudine, cùm eis armorum copia ex oppidis quæ ceperant suppeditaretur, gladiatoriis armis tãquam barbaris & inutilibus abiectis, sese militaribus armis instruxere. Aduersus eos cum tribus millibus armatorũ Clodius missus imperator, in monte quodã asperrimo deprehensos obsedit. Erat mons undique uastis atque abruptis rupibus septus, in quem 14
una tantùm ex parte peruius aditus, atq; is satis angustus patebat. Eum locũ Clodius egregiè custodibus operibúsque muniuit: reliqua, ut dictũ est, abscissæ rupes ac præcipites claudebant, quæ cùm dumis asperrimis, tum agrestibus maximè uitibus uestitæ, digressum penitus negare uidebantur. Verùm qui obsessi erant, cùm iam acrius necessitate rerum omnium premerentur, cùm cæsos uitium palmites mutuis nexibus colligassent, sese per abruptas rupes expeditos dimisere, uno tantùm derelicto, qui digressis cæteris arma paulatim cùm deiecisset, ipse quoque ad suos descendit in- 15
columis. Inde Romanos nihil tale suspicantes circunuecti à tergo inuaserunt, ac repentino timore perculsos facilè in fugam uertêre, castra quoque nullo ferme labore ceperunt. Huius uictoriæ fama uulgata, multi ad Spartacum undique ex agris confluxere pastores, bubulci, uiri audaces ac celeres, è quibus aliquot Spartacus armis

Plutarchus in problem.

Bellum spartacium.

mis instructos in milites elegit, quosdã uerò inermes & expeditos ad præcurrendum esse uoluit. Romani interea P. Varenum secundum aduersus Spartacum imperatorem fecere, cuius legatum Furium cum duobus millibus armatorum proficiscentem aggressi hostes in fugam uerterunt. Inde Cossinium alterum legatum maioribus copiis contrà se missum obseruans Spartacus, quòd se apud Salinas plerunque lauare consueuerat, non multùm abfuit quin uiuum atque inermem caperet: cúmque exercitũ deducens incolumis uix periculũ euadere potuisset, hostes impedimentis omnibus sunt potiti. Inde Spartacus fugiẽtem exercitum prosequutus, magnã stragem in- 16
tulit. Ipse etiam Cossinius in ea pugna occisus est. Postremò imperatorẽ ipsum Varenum leuioribus antea præliis nonnullis superatum, una tandem ingenti pugna uicit atque fugauit, & lictores omnes, atque equum quo imperator ipse uehebatur, cepit. Tantis igitur prospero euentu rebus gestis, magnũ iam atque terribile apud omnes Spartaci nomen habebatur. Ipse uerò secundis rebus modũ adhibere uolens, cùm esset suarum uiriũ conscius, non eousque cunctandũ arbitrabatur, quoad omnem in se Romanorũ potentiã concitaret. Itaque ad Alpes exercitũ admouere constituerat, eo cõsilio, ut superatis Alpibus exercitũ dimitteret, atque alij in Galatiam, alij in Thraciam ad suas quique domos remearẽt. Verùm milites multitudini iam & uiribus suis fidentes, eius uerbis obtemperare noluerunt: sed mediã peruadentes Italiã, incendiis 17
& populationibus cuncta uastarunt. Quod postquã Romæ auditũ est, indignatione maxima patres atque omnẽ populũ accendit, non tantùm rei turpitudine atque indignitate cõmotos, sed imminens etiam reip. periculũ formidantes. Itaque tanquam ad maximum ac difficillimũ bellum cõsules ambos proficisci decreuere, quorũ Gellius copias Germanicas, quę propter contemptum & iniurias à Spartaco secesserant, subitò aggressus in uniuersum contriuit. Lentulus uerò alter cõsul circunducta exercitus parte medios hostes clausisse putábat, uerùm illi à tergo consulem adorti, commissa pugna legatos superarunt, & castra cum omnibus simul impedimentis cepere. Inde ad Alpes (ut antea statuerant) proficisci contendunt, quibus uenientibus, Cassius qui circa Padum oram Galliæ cum decem millibus prętor obtinebat, obuiã pro- *Orosius lib. 5. cap. 24.*
fectus est, ac pugna commissa, pluribus è Romanis interfectis, Cassius ipse uix euasit 18
incolumis. Hæc Romam ut gesta fuerant per nuntios delata, magna aduersus consules iracundia senatum incendere, atque illis bello abstinere iussis, Crassum imperatorem contra Spartacum delegit, cuius gratia & amicitia nobiles quidam adolescẽtes commoti, cum eo ad exercitum ire comites statuerunt. Profectus igitur Roma Crassus in agro Piceno substitit, uenientem Spartacum ibidem excepturus. Interea Momium legatum cum duabus legionibus hostem à tergo circũuenire iubet, & eius uestigia quammaximè posset sequentem à pugna sese penitus abstinere præcepit. At ille cùm primùm ad hostes peruenit, magna suarum uirium opinione inflatus, pugnã conseruit, in qua multis Romanis cæsis, reliqui abiectis armis fugientes euasere: qui cùm ad Crassum peruenissent, grauiter admodũ summáque ignominia excepti sunt, 19
ac Momius præsertim, qui pugnandi author extiterat. Militibus tamen Crassus iterũ arma concedens, sponsores ab eis seruandorum armorum postulauit, & ex eis quingentos qui primi fugam in acie ceperant, quíque aliis timendi fuerant authores, in quinquaginta decurias partitus est, inde ex earum qualibet unam sorte delegit, quẽ in totius exercitus oculis ultimo affecit supplicio: peruetustum sanè Romanorũ puniendi morem in consuetudinem reuocans, qui non minorem damno ignominiam continet, plurimúmque aspicientibus horrorem incutit. Eo modo confirmatis militum animis ad hostes exercitum ducit. Spartacus uerò sub eius aduẽtu per Lucaniam paulatim retrocedens, ad mare se contulit. Fortè per id temporis piratæ Cilices in Siculo freto uersabantur, quorum opibus & auxilio Spartacus fidens, duo millia è suis in Siciliã transmittere cogitauit, qui uixdum sopitum illic seruile bellum excitarent,

quod sanè non multis egere stimulis uidebatur. Pacta igitur mercede, Cilices quic- 30
quid uellet se facturos spoponderunt. Inde mercedis parte & muneribus insuper ac-
ceptis, abrupta quam dederant fide abierunt. Spartacus igitur ea spe destitutus, rursus
à mari digrediens in Rheginorum Chersoneso exercitum statuit. Igitur aduenies
Crassus, & loci naturam diligenter contemplatus, Isthmum muro claudere, & illos à
continenti disiungere statuit, ut simul hostibus egrediēdi facultatē, & militibus suis
otium adimeret. Erat opus magnū sanè atque difficile: attamen gloriæ cupiditate in-
census Crassus, rem tantam aggredi non dubitauit, ac breui temporis spatio ex trans-
uerso Isthmi, utrinque ad mare pertingentem triginta stadiorum fossam, quindecim
pedum latitudine, atque altitudine totidem duxit, supérque eam murum constituit,
robore atque altitudine mirandū. Ea primò Spartacus cōtemnere, ac nullius omnino
momenti ducere simulabat. Inde uerò deficientibus commeatibus cùm iam nihil in 31
Chersoneso superesset, quod ad uictū suppeditaret, noctē obseruans nebulis obscurā,
& uehementer uentorū flatibus turbulentam, non magnam fossę partem abscissis ar-
borum ramis ac superiecto aggere compleuit, atque eo pacto iam tertiò Romanos
exercitus frustratus euasit. Quod postquā Crassus animaduertit, citato itinere abeun-
tis uestigia prosequutus est, ueritus maximè ne Romā petendi uoluntas illum & ani-
mus subiret, cùm præcipuè ad id agēdum impelli uideretur, quòd sibi magis in dies
singulos uires augebātur, cùm plurimi ex Crassi militibus propter ortam seditionem
ad eum confugissent, multi etiā ex finitimis agris ad illum confluerent. Interea Spar-
tacus iuxta Leucanidis paludem consederat, quam uariatis temporū uicibus modò
dulcem atque potabilem, modò salsum atque amarū præbere saporem ferunt. Apud 32
hanc igitur Crassius hostes assequutus, eos à palude submouit, atq; eorū uagas discur-
siones & cædes aduentu suo cōpressit. Cúmque arduum omnino atque difficile uide-
retur Spartacū superare, quòd ille fugiendo magis, quàm pugnando bellum gereret,
& modò nusquam conspectus, subitò insperatus adesset, Romā literas ad senatū mi-
sit, opus esse dicēs Lucullum ex Thracia, & ex Hispania Pompeium accersiri. Ipse in-
terim quoad poterat ante eorum aduentum bellum conficere nitebatur: nec etiam
ignorabat his aduenientibus perfecti belli gloriam ad se nō peruenturam. Cùm igi-
tur omnino sibi pugnandum esse statuisset, militibus quibus C. Cassius & Cannitius
præerāt, & seorsum à reliquo exercitu castra habebant, præcipit, ut cum sex millibus
armatorum locum quendam insidiis aptissimum occuparent, ibíque quamoccultis-
simè possent delitescerent. Illi uerò diligenter admodū mandata seruantes, cùm ga- 33
leas frondibus operuissent, ne illarum fulgore deprehendi possent, ad constitutū lo-
cum deuenere: nec eos omnino quisquā præter duas mulieres cōspexit, quę cùm rem
ad hostes detulissent, in extremū discrimē illos adduxissent, ni properè Crassus cum
exercitu superueniēs asperrimam pugnā iniisset. In qua duodecim millibus ac trecē-
tis hostibus cæsis, duos tantū à tergo uulneratos fuisse compertū est, reliqui cōuersis
in Romanos frontibus, & in acie stantes cecidere. Spartacum uerò post eam pugnam
ad Petilinos montes fugientem, Quintus Crassi legatus, & Scrofa quæstor persequi-
ti sunt. In eos Spartacus magna ui conuersus, omnes in fugam uertit, & grauiter Sau-
cius quæstor uix è manibus hostium à circunstantibus ereptus est. Hæc res egregiè ac
prospero euentu à Spartaco gesta, euersionis suæ causam præbuit. Fugitiuorum enim 34
seruorum manus, quæ maxima sub eo militabat, nimiùm iam de suis uiribus spetare
ausa, ulterius iam fugiēdo bellum gerere, & imperatoris dictis parēre indignabatur.
Cúmque in tuta iam loca euasissent, præfectos ut se retro per Lucaniā contra Roma-
nos ducerēt coegere, ut quā primùm soli Crasso congrediendi copia fieret. Iam enim
adesse Pompeium nuntiabatur, multique eorum qui Romæ comitiis aderant, eius
belli uictoriam Pompeio deberi dictabant, quòd statim suo aduentu bellum confe-
cturus putaretur. Coactus his de causis pugnare Crassus, cùm locandis castris fossam
& agge-

& aggerem statueret, irruentes magno impetu serui, intētos operi milites inuasere, ac
primò leuis pugna cœpta est, inde superuenientibus utrinque militibus, augeri præ-
35 lium cœpit. Tandē urgente necessitate Spartacus copias omnes in aciē deduxit: cúm-
que sibi ex astantibus quidā equum adducerēt, gladium educens, Victor, inquit, plu-
rimos & optimos ex hostibus equos habiturus sum; uicto autē ne huius quidē mihi
opus erit. His dictis, equum gladio transuerberatū interemit: inde in Crassum per cō-
fertissimos hostes ruens, multis perfossus uulneribus, Crassum cōtingere minimè po- *Spartaci interitus.*
tuit: at uerò centuriones duos, qui iuxta illum astabant, interfecit. Tandem omnibus
qui secum aderant in fugam uersis, cùm solus derelictus fuisset, ingenti circa eū glo-
bo Romanorum facto, multis undique irruētibus telis laceratus est. Itaq; cùm Cras-
sus bellum tam graue confecisset, corporis etiā proprij subiisset periculū, non tamen
Pompeij gloriam potuit obscurare: nam qui Crassi opibus aduersabantur, res quoad
poterant gestas uerbis minuere tentarunt, & Romam ad senatum scripsere, non nisi
36 fugitiuos aliquot aperta pugna à Crasso fuisse superatos. Pōpeius igitur de Hispania
atq; Sertorio splendidissimū triumphū duxit: Crasso autem permissum, ut ouans ur-
bem intraret: nam iustum triumphum, ne ipse quidem sibi decerni postulabat, quòd
perindignū esse uidebatur de superatis seruis triumphare. Quid uerò triumphus ab
ouatione distet, & unde utriusque dictum sit nomē, in ea, quam de Marcello scripsi-
mus, uita disputatum est. Post hæc autem cùm ad cōsulatum Pompeius Romam ac-
cerseretur, Crassus uerò collegam se illi fieri uehemēter cuperet, nec omnino propter
eam quam ad populum habebat gratiam, diffideret, attamē quò facilius quod opta-
bat, assequeretur, suppliciter ad hanc rem peragēdam à Pompeio auxilium implora-
uit: qui etsi Crasso non mediocriter infensus esset, studium tamen suum, & operam
egregiè impendit, atq; in concione palàm retulit, non tam se de adipiscendo cōsula-
37 tu solicitū esse, quàm ut Crassum in eo magistratu collegam habere liceat. Ambo igi-
tur consules facti non diu in ea quā simularāt beneuolentia permānsere: sed in omni-
bus rebus inuicem diffidētes, ferme desertam esse rempub. passi sunt: eáq; de causa ni-
hil ab eis in consulatu memoria digum gestum est, præterquam quòd Crassus Her-
culi sacra faciens, populo Romano epulum publicè dedit, & in tres mēses singulis ui-
ctum distribuit. Cùm iam ad finem peruenissent consulatus, & comitiorum haben-
dorum causa in campo Martio cōsedissent, Onatius Aurelius uir quidem ex equestri
ordine oriūdus, uita autem omnino rudis atq; agrestis habitus, maxima celeritate in
forum accurrens, clamauit, Iouem sibi in somnis uisum monuisse, ut hoc palàm ad
populū ferret, ne antè consules magistratu se abdicare paterētur, quàm simul in gra-
38 tiam amicitiámque rediissent. Hęc ille summa uoce, cùm è pulpito uociferatus esset,
ac populus in gratiā redire cōsules iuberet, Pompeius nec uoce, nec loco mutatus est.
At uerò Crassus assurgens, & collegæ ultro dextra porrecta, Nihil humile, inquit, ar-
bitror, aut parum me dignum facturum, Quirites, si prior ad amicitiam, gratiámque
cum Pompeio conciliandam surrexero, quem uos adhuc impuberem Magnum co-
gnominastis, cuíque nondum in senatorum ordinem ascito, triumphum decreuistis.
Atque hæc à Crasso in consulatu gesta sunt, quæ quidem digna memoratu uisa fue-
rint. Cēsuram uerò, ab omni officio immunem atque otiosam gessit. Neque enim se-
natum lustrauit, nec equitum notauit quenquam, aut eorum omnino rationem ha-
buit, non etiam ciuium capita cēsuit. Et in eo magistratu collegā habuit Luctatium
39 Catulum, uirum Romanorum omnium māsuetissimum. Itaque cùm Crassus initio
magistratus acerbissimum se futurum declarasset, & Aegyptum tributariā Romanis
facere tentasset, summa audacia Catulus obstitit: quapropter orta inter eos seditione,
spōte sua nō multò pòst ambo sese magistratu abdicarūt. Cōiurationis eius, quæ Ca-
tilina authore cœpta, omnē penè funditus euertit rempublicā, conscių atq; participē
fuisse Crassum nō parua suspicio fuit. Nam ex cōiuratis quidā magna uoce Crassum

compellãs auditus est:attamen eius uerbis nemo fidẽ adhibuit. Et M.Cicero cõiurationis uindex apertè satis in oratione quadã, in Crassum & Cæsarẽ cõiurationis illius non minima ex parte causam refert:eam tamẽ orationẽ nunquã, nisi post utriusque mortẽ edere ausus est.In illa uerò, quam de suo cõsulatu habuit,Crassum ad se noctu uenisse refert,epistolã à Catilina missam tenentẽ,qua illum quasi consciũ,ad firmandam coniurationẽ hortabatur. Atq; hac de causa semper in posterũ Ciceronis inimicus Crassus est habitus. Quòd uerò palàm illum nõ insectaretur, filius impedimento fuit,qui cùm studiorũ ac disciplinæ amãtissimus esset,uehemẽter Ciceronem diligebat,eiúsq; cõgressu ac familiaritate plurimũ utebatur, adeò,ut cùm exilio damnatus esset Cicero,Publius Crassi filius unà cum eo uestem mutauerit, atq; alios adolescẽtes complures idem facere compulerit. Tãdem uerò patrem etiam Ciceroni conciliauit. Cùm Cæsar è prouincia reuersus consulatũ petere statuisset,animaduertisséq; Crassum & Pompeium inuicem cõsulatus gratia certaturos, ipse ne alteri fauens, alterius in se offensam contraheret,summa cõtentione illos inter se concordes facere laborauit,admonens nihil aliud inter se dissentientes efficere,quàm ut Ciceronis & Catuli, atq; etiã Catonis uires ac potẽtiam augeant, quorum opes nullum pondus habituræ sint,si ipsi inter se concordi animo atq; sententia, amicorum atq; affinium adhibitis auxiliis,rempublicã gubernare uoluerint . His illi ueriſſimis rationibus cõmoti rursus in gratiam & concordiã rediere.Itaq; horũ trium,ueluti quadã conspiratione facta,inuicta quædã & inexpugnabilis constituta est potẽtiæ magnitudo, quæ senatus & populi Romani uires comminuit atque perfregit.Nec tam illorũ uires Cęsar confirmare tentauit,quàm eorum opibus sese tutissimum ac maximum cõstituit: statim enim utriusque consensu creatus consul,magnum in populo nomen & gloriam cõsequutus est.Nam cùm egregiè consulatum gereret,imperator factus & prouinciam Galliam sortitus,quasi in arce ciuitatis ab eisdem impositus est.Ipsi uerò se pro arbitrio facturos nullo aduersante opinabantur, si Cæsaris quammaximè potentia augeretur. Et Pompeium quidem immensa ambitio ad hæc incitabat:ad Crassi uerò ueterem auaritiæ morbum,triumphorum ac trophæorum summa cupiditas accesserat, quam præclarissima Cæsaris gesta omniũ fama & cõsensu celebrata excitauerãt, quibus sese inferiorẽ esse,cũ cæteris in rebus superior haberetur, haud æquo animo ferre Crassus poterat:nec antè cupiditati huic finẽ imposuit, quàm se ad turpissimã mortem summa ignominia ac detrimento populi Romani præcipitauit. Nam cùm Cæsar è Gallia Luciam uenisset,multi ad eum uisendum Roma profecti sunt,inter quos etiam Pompeius & Crassus uenere,multáq; inter se remotis arbitris colloquuti, maiora iam animis concipientes,ut omnem in se Romani imperij potentiã transferrent agitare cœperunt: quod ita se demum consequi posse arbitrabantur,si Cæsar quidem ut cœperat cum imperio in armis permaneret:Crassus uerò atque Pompeius quicquid supereſſet,exercitum,& reliquas prouincias inter se partirẽtur. Ad quod una tantùm patẽre uia uidebatur,secũdi scilicet consulatus Pompeio Crassóque petitio, cui maximè Cæsarem fauere posse animaduertebãt. Hàc igitur ingredi cùm statuissent,Romam Cæsar ad amicos hac de re literas scripsit, & ex militibus quamplures, ut comitiis interessent, eôdem misit. Multi enim ex his,qui sub Crasso militabant,eadem de causa Romam uenere . Quapropter magna apud omnes ciues est exorta suspicio,& iam creberrimus in populo rumor uersabatur,quem illi inter se diuturnum congressum fecissent,nihil reipub.bonũ,aut salutare futurum cõtinere. Cùm in senatu Marcellus ac Domitius Pompeium rogassent, in proximísne comitiis consulatum petiturus esset: ille dubium responsum dedit,fortè,inquiens, petam,fortè non petã.Rursus uerò idem interrogatus: à bonis,inquit,ciuibus petã,à malis uerò minimé.Cúmque hæc superbè nimis & ambiguè responsa uiderentur,multásque audientium animis suspiciones inferrent, Crassus eadem rogatus, si quidem,inquit, reipublicæ profuturum

40

41

Cæsaris,Pompeij,& Crassi amicitia.

42

43

44 futurum esse iudicauero, petam:sin minus, à petitione desistam . Hoc eius responso nonnulli excitati, petere eum,& ipsi statuerunt, inter quos præcipuè Domitius extitit.Nam cùm alij Pompeij Crassíque minis, & occultis denũtiationibus territi ab incepto destitissent, Domitius Catonis hortationibus confirmatus in sententia perstitit, cùm illum Cato suis uiribus non diffidere, sed audacter pro communi libertate contendere iuberet.Neque enim consulatum,sed tyrannidem Pompeium Crassúnique petituros descendere: nec uerò magistratus aut honores, sed prouinciarum atque exercituum diripiendorum facultatem affectare. Hæc atque hiuiusmodi Cato palàm ad populum uociferans, inuitum penè Domitium cãdidatum in comitia deducebat,quem primo aduentu multi comitiis assurgẽtes circunstetere.Nec parua sanè admiratio plerosque tenebat,quænam causa ad secundam consulatus petitionem
45 duos illos principes ciuitatis impelleret.Deinde cur ambo,tum etiã cur penè soli peterent,cùm in ciuitate cõplures essent, digni,qui cum Crasso aut Pompeio magistratum gererent. Hos rumores,cùm Pompeij fautores accepissent,cãdidatorum neminem palàm prohibere sunt ausi,sed occultis artibus inuadentes illos ab incepto desistere compulerũt.Domitiũ uerò noctu cum amicis in campũ descendẽtem aggressi, seruum, qui lumen præferebat,trucidarũt, multísq; ex circunstãtibus uulneratis,inter quos etiã Cato fuit,reliquos intra domũ retrusere, & custodibus ne egredi posset, circa fores appositis comitia habuere,quibus Pompeius & Crassus consules renũtiati sunt.Qui deinde initio magistratus armati rursus in domũ uenientes,nõnullis eorũ qui suis uoluntatibus aduersabantur interfectis, & Catone extra concionem electo,
46 Cæsari imperium in lustrũ alterũ prorogauere.Sibi uerò Syriam & Hispaniã prouincias decreuerũt,quas sorte demũ inter se partiti sunt, & Syria quidẽ Crasso, Pompeio uerò Hispania obtigit.Fuit autem omnibus inuisa Pompeij sortitio:neq; enim illum procul ab urbe abesse multitudini placebat, & ipse magno uxoris amore incẽsus domi perlibenter uersabatur. Crassus uerò sua sorte uehementer exultans, nihil sibi per id temporis fortunatius accidere potuisse arbitrabatur, tanquam in alieno solo magis quàm domi, & in externis potius rebus,quàm in domesticis inuẽturus quietem. Multa igitur inania ac puerilia præter authoritatis & ætatis dignitatem iactans,cùm minimè ad ea uitia natura propensus esset, nõ Syriam aut Parthos felicitatis suæ terminos statuebat:sed quasi puerilem ludum fuisse dictitans Luculli aduersus Tigranẽ, & Pompeij contra Mithridatem bella peracta, ad Bactra usque & Indos ultimos ex-
47 tremi fines Oceani, ingentem animi spem prolatauerat . Itaque cùm tanta flagraret Crassus eundi cupiditate, multi profectioni eius aduersabantur, quòd nihil ea lege, quæ de consulatu eorum lata erat,de peregrinis bellis gerendis cautum esset . Magna præterea suspicio plerosque tenebat, cùm tantopere ad hoc bellum Crassus properaret, tum quòd etiam è Gallia Cæsar ad Crassum scribens pluribus uerbis animi fortitudinem laudabat,ac summo studio ad peragendum opus hortabatur.Hæc igitur(ut antè dixi)populo suspectã Crassi profectionem faciebant.Itaque cùm iam egressurus esset,*Acteius tribunus plebis profectionem impedire aggressus est,multósq; secum * Ἀτήιος.
è populo fautores ducebat,qui grauiter indignabantur,quòd Crassus imperandi cupiditate ad eos populos oppugnandos proficiscereturꝰ qui amicitia & societate cum
48 populo Romano coniuncti essent.Horũ igitur uim Crassus pertimescẽs, Pompeium ut secũ progrederetur,orabat.Magna enim erat Pompeij apud multitudinẽ authoritas. Itaq; cùm plurimi Crasso aduersari, & uoces edere grandiores inciperent,placido uultu atque hilari fronte respiciens ad eos Pompeius,tumultum omnem sedauit,ita ut facilè abeuntibus iter præstarent. Acteius tamen obuiam ueniens,uoce primũ retinere Crassum,atq; obtestari nitebatur.Inde ubi se nihil eo modo proficere animaduertit,uiatorẽ ad Crassum comprehendendũ misit.Id cùm alij tribuni prohibuissent, Acteius in urbem citato gradu accurrẽs, in uia per quã Crassus iter facturus erat suc-

censam cratem constituit. Cúmq; ad eum locũ Crassus peruenisset, assistens Acteius, & sacra quædam ac libationes faciens, diras admodum atque horrendas execrationes obnuntiauit, deos quosdã inauditos antea & horrendos nomine appellans. Has im- 49
precationes Romani diras appellant, & iam quasi uetustate obsoletas hãc uim obtinere aiunt, ut qui illis obnoxius fiat, grauissimas pœnas dare cogatur, & maximo infortunio affici necesse sit. Quamobrem non temerè in quẽquam, nec leuibus de causis illarum uti obnuntiatione consueuerũt, multíq; propterea Acteium grauiter incusabant, quòd ob eam, quam priuatam cum Crasso simultatem gerebat, tanta mala reipublicæ esset imprecatus, eámq; tam dira atque inexpiabili religione astrinxisset. Attamen Crassus Roma profectus, Brũdusium uenit: cúmq; nondũ satis ab hybernis tempestatibus mare pacatum esset, cunctari tamen, aut diutius morã trahere noluit: sed milites quãprimũ nauibus impositos traiicere properauit, & nõnullis nauibus amissis, reliquum supplementis firmatũ exercitũ per Galatiã ducebat. Cúmq; Deiotarum regem extrema iam senectute cõfectũ, nouam tamen urbem ædificantẽ cõperisset, talibus uerbis in eum iocatus est, O rex, inquiẽs, quidnã hoc est negotij, quòd tibi duodecima iam diei hora cùm adsit, nouã urbem ædificare incipis? Ad hæc subridẽs Deiotarus, Tu uerò, inquit, imperator cùm sis, hauquaquã satis, ut uidetur, matutinus, tamen in Parthos cũ exercitu properas. Sexagesimũ autem per id tẽporis annum ætatis suæ Crassus agebat, sed longè uetustiorẽ præ se ferebat ætatem. Cùm itinere cõfecto in hostiles terras perueniisset, eam rerum conditionẽ offendit, quæ maximè eius animũ ad spem summam incẽdere atq; inuitare posset. Primũ enim ponte super Euphratem constituto, facilè uniuersum traiecit exercitũ, & multas Mesopotamiæ ciuitates ultro sese dedẽtes in fidem recepit. Vnã uerò, quæ Zenodotiũ à Græcis dicta est, 51
cui tyrannus Apollonius dominabatur, per uim captam opibus exuit, & captiuos omnes uẽdidit. Cúmq; ob id à militibus imperatorẽ se appellandũ fore putasset, eúmque spes frustrata esset, incredibile est, quantũ animum demiserit, quámq; ad maiora etiã capessenda lãguidior factus sit. Inde septem peditũ millibus & equitibus mille in præsidiũ ciuitatibus, quæ ad se desciuerant impositis, ipse in Syriam ad hybernãdum concessit, filiũ ibidem moraturus, qui è Gallia à Cæsare ueniẽs mille equites lectos, & alias quasdã copias deducebat. Atq; id primũ inter Crassi errata connumeratur, cùm plurima in ea expeditione deliquerit. Nam cùm maturato opus esset, & Babyloni, aut Seleuciæ primis Parthorũ ciuitatibus exercitũ admouere, atque hostes imparatos inuadere, dum inani otio tempus cõterit, colligendi animũ, ac sese parãdi spatium hostibus dedit. Omne autem quod in Syria temporis uersatus est, cogẽdis pecuniis magis, quàm militari disciplina exercitũ coercendo consumpsit. Neq; enim recensendis armis, aut militum corporibus aliquo studio exercendis intendebat, sed acerbius à ciuitatibus exigens uectigalia, & omnium etiam minimorum rationem subducens, quanto poterat studio pecunias coaceruabat: thesaurũ uerò, qui in Hierapoli positus latebat, ad stateram, librámq; munerabat. Cúmq; finitimis populis atq; principibus, militũ quos ad se mitti uellet, numerũ imperasset, accepta pecunia, militiã illis remittebat. Itaq; segniter omnia ac summa negligentia ministranti, prodigia etiã non satis fausti euentũ portendẽre: quorũ prima eadémq; clarissima, seu Venus, seu Iuno ab incolis dea nuncupata, quæ nascẽtibus rebus principia cõferre putatur, haud obscuris ambagibus dignoscẽda monstrauit. Nam cùm peractis sacris eius templum Cras- 53
sus egrederetur, filius ante fores templi offenso grauiter pede prostratus concidit, quẽ statim pater eodem casu lapsus sequutus est. Cùm iam ex hybernis copias educeret, legati ab Arsace breuia quædam in hanc ferè sententiam mandata portãtes superuenere. Si quidem à senatu, populóque Romano missus contra nos exercitum ducis, ingens profectò bellum, & summo odio, atque omnino infensis animis gerendum censemus. Quòd si aduersante atq; inuita patria (ut audiuimus) priuatæ tantũ cupiditatis ac lucri

Dirę quid sint.

Iocus Crassi in Deiotarũ regem.

Prodigium.

" ac lucri causa Parthis intulisti bellum, & iam regionis nostrę particulã occupasti, non
" sanè tuas uires aut exercitum magni facimus: itaq; moderatius tecum acturum, & se-
" nectutis tuæ rationẽ habiturum Arsacem nuntiamus, & Romanis cõdonaturũ uiros
54 quos in Mesopotamia inclusos magis, quàm aliena custodientes habeat. Hæc sibi ab Arsace, ut nuntiarẽt atq; scisciterentur, mandata fuisse. Ad ea indignatus, & iactabũdus Crassus, in Seleucia se responsum his mandatis daturũ dixit. Tunc Agisis legatorum unus, qui cæteros ætate & authoritate anteibat, sublata manu mediam palmam ostentans, Prius in hac palma setæ nascentur, inquit, quàm tibi Seleuciã conspiciendi sit potestas. His dictis legati discessere, & Hyrodẽ regem adeuntes, uirum per ea tẽpora bellicæ uirtutis gloria insignem, ad bellũ capessendum compulere. Interea milites nonnulli ex urbibus, quæ in Mesopotamia Romanorũ præsidiis tenebãtur, ad exploranda hostium consilia dilapsi, haud aspernenda quædam ad Crassum detulere. Hostium enim multitudinem innumerã parari nuntiabant, quorũ extremum robur, ac fortitudinem in urbium expugnatione expetti essent, & quemadmodum fieri solet, omnia in deteriorem partẽ amplificantes: dicebant enim Parthos instantes nõ effugi, fugientes comprehendi non posse: tela autem oculorũ aciem anteuertentia, priusquam unde emissa sint, conspiciãtur, obuia omnia penetrare: equites uerò cataphractos, alios omnia prosternere, alios omnem impetum sustinere. Hæc in exercitu passim audita uehementer animos Romanorũ turbarunt, atq; omni spẽ & audacia destitutos reddidere. Nihil enim antea Parthos ab Armeniis aut Cappadocibus differre putabãt, quos quanquã depopulatos, subigere tamẽ Lucullus desperauerat. Cúmq; præcipuam belli difficultatem, itineris longitudinẽ, & hostis perpetuò fugitãtis per- 55
secutionem putasset, subitũ & inexpectatũ periculũ tantò iam maius uidebatur, ita ut multi Romanorũ, ac præcipuè Cassius quæstor, Crassum ab incepto desistere suaderent. Multa etiam uates in sacris dira portendi nuntiabãt. Quibus omnibus neglectis, Crassus his solis aures præbebat, qui aduersus hostes quãpropere ducẽdum exercitum esse suadebãt: maximéq; in hac eum sententia rex Armeniorũ Artauasdes cõfirmauit, qui sex millia lectorum equitum ducens ad Crassum in castra uenit, eos circa se custodiæ tantùm causa semper tenere dictitãs. Decem millia insuper cataphractorum equitũ ducturum sepollicebatur, ac peditum electorũ triginta millia, quos assiduè domi nutriebat. Is Crasso persuadere nitebatur, ut per Armeniã ducẽs in Parthos traiiceret, facilè enim se cõmeatuum copiã præstiturum. Iter præterea tutissimũ fore per assidua undique altissimorũ montium iuga, ut quæ equitibus, quibus Parthi præcipuè ualebãt, inuia essent & inaccessa. Hac Crassus benignè auxiliorũ pollicitatione susceptа, ac regis erga se beneuolentia collaudata, per Mesopotamiã traducere exercitum constituisse respõdit, quòd illic magnã & optimã copiarum suarum partem dimisisset. His igitur auditis, rex domum discessit. Crassus uerò ex hybernis exer-
57 citum mouit. Cúmque ad fluuium quendã peruenisset, ac milites facto põte traiicerent, miræ magnitudinis exorta tonitrua, & in aduersa militum ora micãtia fulgura, quasi transitu prohibere milites uidebãtur. Ventorum insuper magno impetu ruens procella, pontem quem ad traiiciendũ militem ratibus iunxerat, discecit, & pluribus in locis perfregit. Castris etiã ponẽdis destinatus locus duobus fulminibus percussus est. Equus præterea imperatorius egregiè phaleris præ cæteris ornatus, quasi percitus furore quodam, summa ui contranitente auriga in fluuium desiliit, ac subitò fluctibus obrutus, & adstantium oculis subreptus, nusquã apparuit. Traditur etiã primam aquilã, quæ in exercitu ferebatur, sua sponte, cogẽte nemine, esse cõuersam. Mox post traiectum, cùm necessaria militibus distribueretur, contigit fortè omniũ primò len-
58 tes ac salem dari, quæ inter funesta habere, & mortuis offerre Romani solent. Cúmq; Crassus apud exercitum concionem haberet, uox quædã excidens ei totius exercitus animos uehementer turbauit: iubebat enim, ut quem in fluuio pontẽ fabricauerant,

A duersa omina.

ſubitò reſcinderẽt,ne quis eorum penitus regredi poſſet: cúmque debuiſſet uerbum, quod exciderat,& quo militem perterritum offenſúmque intellexit, reuocare & declarare,per faſtũ neglexit. Præterea cùm Craſſus,ut moris erat,ſacrificio inſtituto luſtraret exercitũ,porrecta ab aruſpice uiſcera è manibus cecidere: quod cùm grauiter omnes qui adſtabãt,perturbaſſet,arridẽs Craſſus,Talia nobis,inquit,incommoda ſenectus affert,attamen arma nunquam è manibus ceciderunt. His peractis Craſſus ſecundum flumen ducebat exercitum. Erãt autem peditum legiones ſeptẽ,& equitum quatuor millia,ac totidem uelites. Interea exploratorũ,qui præmiſſi fuerant,aliquot 59
ad exercitum redeũtes,nuntiant regionẽ ſe ubiq; hominibus uacuam cõperiſſe: plurima uerò quaſi fugientiũ equorum offendiſſe ueſtigia. Hoc nũtio magnopere lætatus Craſſus,paſſim apud milites Parthorũ ignauiam & imbecillitatẽ criminabatur, quaſi manus cõſerere, aut ſecũ congredi trepidantiũ. At uerò exercitus principes,qui Craſſo aderant,longè cõtraria ſentire,ac iugiter admonere,ut in ciuitate aliqua earũ, quas ſuis præſidiis firmatas habebat,exercitũ ex itinere fatigatũ reficeret,quoad certi aliquid exploratũ de hoſtibus haberet:ſin minus id conſilij placeret,ſaltẽ iuxta fluminis ripã iter faciens ad urbẽ Seleuciam duceret,ſic enim facilem cõmeatus copiam fore:tutius quoq; iuxta flumẽ iter facturũ, cùm nullæ ex parte fluminis eſſent inſidiæ metuendæ. Cùm Craſſus huiuſmodi ſententias agitaret,& quid ſibi potiſſimũ agendũ 60
eſſet,conſuleret, Ariamnes quidã Arabum princeps ad eum uenit, uir quidẽ ad falledum aptiſſimus,& omniũ,quę cõtra Craſſum fortuna parauerat,ultimũ ac ſupremũ exitium futurus. Hunc multi eorũ,qui ſub Põpeio militauerãt,amicũ illius fuiſſe recordabantur,& quaſi Romanorũ amatorẽ præcipuum colebãt. Is tunc à Parthorum regibus ad Craſſum miſſus fuerat,ut eum procul à flumine dimoueret,& in uaſtas ſolitudines,& patẽtes cãpos deduceret. Omnia enim Parthi facere,ac perpeti malebãt, quàm cominus collato pede cum Romanis pugnare. Ariamnes igitur ad Craſſum ueniens(ut erat in dicendo promptus,atque ad perſuadẽdum aptiſſimus)Pompeium uehementer laudare, ac patrem & benefactorem appellare cœpit. Tum Craſſi uires 61
ac potentiam extollere, cunctationem uerò ac moram in apparando exercitu accuſare, quaſi armis utendum arbitraretur, ac non potius manuum & pedum uelocitate contra eos uiros,qui cum omnibus rebus ſuis,ac liberis etiam & coniugibus in Scythas,aut Hyrcanos fugere præ timore iampridem cogitauerint. Summa igitur uelocitate properandum, ut priuſquam omnes uires in unum Parthi coegiſſent, manus cõſereret. Surenam enim & Sillacẽ cum magnis equitũ copiis ad reliquum exercitũ proficiſci,quos facilè,ſi uelit,intercipere poſſet,cùm alteri Parthorũ exercitui eorum aduentus ignotus ſit. Hæc autẽ omnia falsò nuntiabat. Hyrodes enim ac Surenas ſtatim ab initio copias inter ſe ita partiti fuerant, ut Hyrodes Artauaſdi Armeniorum regi bellum inferret,Surenas uerò cõtra Romanos proficiſceretur. Id non ea de cauſa 62
(ut quidam ferunt) Hyrodes inſtituerat,quòd Romanos contemneret,Craſſo præſertim imperatore, qui tunc facilè inter Romanos princeps eminebat:ſed periculi magnitudinem reformidans, cum Artauaſde bellum gerere maluit, Surenam uerò Romanas uires experiri. Erat Surenas nõ humili ſanè,aut obſcuro loco inter Parthos oriundus,ſed qui diuitiis,genere atque gloria ſecundus à rege numerabatur: corporis autem robore ac fortitudine ætatis ſuæ Parthorum omnium potẽtiſſimus: forma uerò ac magnitudine corporis ſupra cæteros omnes admirabilis,magnáq; in caſtris põpa & apparatu utebatur:ſiquidem mille cameli impedimẽtis,quæ ſuo duntaxat uſui ſeruiebant,onuſti quacunque iter faceret ſequebantur. Ducebat etiã pellices circiter ducentas. Mille præterea cataphractos equites,ac totidem leuiter armatos,cuſtodiẽdi corporis gratia circa ſe cõtinuè detinebat,peditũ uerò ac ſeruorũ ingentẽ numerum. Iam ab initio autẽ illud à maioribus, uelut hæreditariũ acceperat, ut ei qui Parthorũ 63
rex eſſet declaratus,regiũ diadema primus ipſe imponeret. Hic pulſum domo Hyrodem

Surenas.

Pellices ducẽtæ in caſtris Surenæ.

dem in regnũ reſtituit,eiecto rege qui per fraudẽ Parthorũ regnum occupauerat: primúsque in pugna,quæ apud Seleuciã geſta fuit,ciuitatis murũ conſcẽdit, atq; urbem ipſam captã Hyrodi tradidit. Annum tum agens nondum triceſimum,conſilio non minus & calliditate,q̃ robore ualebat: quibus rebus Craſſum,cui antea quidem propter audaciã,faſtúmque, tum uerò ob metũ ac calamitates imponere perquam facilè erat,ſuperauit plurimúm. Interea ſuis artibus Ariamnes à flumine procul diſtractũ Craſſi exercitum in patentes cãpos ac uaſtas deduxerat ſolitudines,uia quidẽ leni pri- 64
mò ac perfacili,ſed quæ in dies aſperior atq; intolerabilior fieret. Iam enim in arenas profundiſſimas ueniebant,& cãpos aquis,herbis,arboribúsq; carentes, quorũ nullus uſquam terminus conſpiciebatur, ut non ſolùm itineris labore ac ſiti cõficerentur, uerùm intuitu ipſo miſerabili deficerent, cùm nullus uſquã tumulus,nullus fluuius, non deniq; uireſcẽs aliquod germen,aut herba appareret,ſed uaſtæ tantũ ſolitudines æſtu intolerabili eos exciperent. Tunc igitur Arabis dolos ac fraudes agnoſcere, qui cum Craſſo erant cœpere. Legati etiã ſub id tempus ab Artauaſde Armeniorum rege ſuperueneruntnuntiantes Artauaſdem ingenti bello ab Hyrode oppreſſum auxilia mittere nequiuiſſe: uerùm pro ueteris amicitiæ ac beneuolentiæ iurè monere atque hortari Craſſum,ut relicto quo cœperat itinere,per Armeniã proficiſceretur,atq; cõiunctis ſecũ copiis cõtra Hyrodem bellũ gereret: quòd ſi id facere nollet,campeſtria 65
ſaltem in proficiſcendo loca uitaret, & quãproximè uicinis mõtibus iter faceret. Ad ea Craſſus ira atq; indignatione furens, nihil aliud reſpondit, quàm ſibi tunc otium non dari,ut Armeniis digna reſpõſa præberet: uerùm nõ multò pòſt in Armeniam ſe uenturũ, ut debitas proditionis pœnas à rege repoſceret. Hoc tam ſuperbè,támq; inhumaniter reſponſum omnes,qui cum Craſſo aderãt,perindignè tulerunt, & uerbis quoad poterãt ipſius iram lenire conabantur: ſeorſum autẽ grauiter Ariamnẽ accuſabant,Quis te,dicentes,malus dæmon ſceleſtiſſime,nobis propoſuit? qui quaſi ueneficiis quibuſdam,atque incantationibus imperatoris mentem peruertiſti, ut per uaſtas ac deſertas ſolitudines iter faceret, nõ quaſi Romanus ac diſciplinæ militaris pe- 66
ritus imperator,ſed tanquã latronum ac fugitiuorum ductor. Hæc in ſe uulgò iactari,cùm barbarus audiſſet, ut erat ingenio & calliditate promptiſſimus, uariè pro cuiuſque moribus talia iactantibus reſpõdebat,& aliis quidem auxilium,leuaménque polliceri, alios uerbis lenioribus conſolari, nonnullos etiam grauius accuſare, quoſdam uerò iocis ac ſalibus aggredi: An uos,inquiẽs,per Campaniam facturos iter putabatis, ubi & fontium & riuorum ingens copia uos exciperet, balneis quoque multifariam emanantibus,& uariorum fructuum copia abũdaretis? non uos in Aſſyriorum atq; Arabum fines peruenïſſe meminiſtis? His atq; huiuſmodi uerbis diutius exercitum atque imperatorem fruſtratus,antequam dolus palàm cunctis innoteſceret, fugam arripuit,non occultè quidem à Craſſo digrediens, ſed ad hoſtes ſe profecturũ dictitans, ut eos artibus quibuſdam ac dolis peruertẽs facilius in eius manus ac pote- 67
ſtatẽ deduceret. Fertur eo die Craſſum non purpureum(ut Romanorũ imperatorum mos erat)ſed nigrum paludamentum indutum ad milites proceſſiſſe,ídque admonitum ab amicis ſubitò permutaſſe. Signa uerò,cùm ſigniferi,uelut affixa uix ui eruere poſſent,Craſſus id contemnens profectionem feſtinabat,legionem,ut equitatum ſequeretur,cogens. Interea ex his,qui exploratum præmiſſi fuerant, citatiſſimo curſu pauci quidã redeuntes nuntiãt,cæteros,qui ſecũ ierant, ab hoſtibus interfectos fuiſſe,ſe uerò illorũ uix potuiſſe manus effugere, cóſq; magno impetu ad pugnandũ paratos irruere,& numero & robore formidãdos. Hoc nuntiũ uehemẽter animos militum perturbauit. Craſſus uerò ſtupore ingẽti ac repentino tumultu uix mẽtis cõpos, 68
huc atq; illuc furibundus excurrẽs,uix ſatis imperatoriũ munus exequebatur. Primò igitur milites in ordine ſtatuẽs, ut horum uoluntati morem gereret quãtiſſimè poterat aciem extẽdit,& campi quãplurimùm complecti nixus eſt,ne facilè ab hoſtibus

circunueniri posset:equites præterea in cornibus utrinq; collocauit.Inde mutato cō-
silio copiisq; contractis,agmine quadrato utrinque exercitum instruxit,& uniuer-
sam aciem in ordines duodecim partitus est, atque turmā equitū cuique ordini tri-
buit,ne qua pars equestris esset expers auxilij.Cornu autem unum Cassio dedit,alteri
uerò iuniorem Crassum filium suum præfecit,ipse mediam aciem tutandam accepit.
Sic igitur instructi Romani procedentes ad fluuium,qui Baliſſus dicitur,peruenere,
cuius occursus exercitui pergratus extitit ingenti æstu,atque siti laboranti,quam diu
propter aquæ inopiam perpessus fuerat.Plurimi igitur duces,qui cum Crasso erant, 69
ibidem castra ponere ac pernoctare suadebant,quoad de uiribus & numero hostium
certi aliquid explorarent,útq; in diē posterū pugna differretur,hortabantur.At Cras-
sus filio,& his qui secū erant equitibus,ab ordinibus non discedere,atq; in acie stātes
cibū capere iussit.Interim non penitus dissolutis ordinibus,nec satis ad pugnā rursus
dum instructis,sedato gradu ductabat exercitum,quoad hostes improuisò ante ocu-
los apparuere,neque numero primùm,neque aspectu formidabiles.Hos de industria
Surenas ante acies incōpositos præmiserat, & uestibus aut pellibus superiniectis ar-
morum fulgorem iusserat occultare. Vt primùm igitur Romanis appropinquantes
pugnandi signum ab imperatore acceperunt, horrendo clamore uniuersos campos
Parthorū pugnam incundum mos. compleuere.Neq; enim cornibus,aut tubis sese ad pugnam animare Parthi cōsueue- 70
runt,sed annulis cauis corio superinducto tympana ferrea circundant.Hæc multi si-
mul pulsant,resonat graue & horribile:nam ferino latratui,tonitruisq; simile quid-
dam pulchrè permixtū reddunt.Hoc igitur sonitu Romanorū animis perculsis,cùm
uestes,quibus arma tegebant deiecissent,galeas ac thoracas Margiano ferro micantes
subitò ostendêre: equi etiam ferreis atq; æneis tegumentis protecti apparuere. Sure-
nas uerò inter cæteros magnitudine ac specie præstans, Medorum more atq; habitu
ornatus,lōgè mollius,quàm uirum deceat,perfricata facie,atque ad normam discri-
minatis comis uersabatur: cùm Parthorum cæteri,sicut Scythæ penitus incultis, atq;
intonsis de industria crinibus utantur,quo aspectu etiā & facie maiorem uidentibus
terrorem incutiant. Cùm iam igitur ad manus uentum esset,primò grauibus contis 71
Pugna inter Parthos & Romanos. Romanorum aciem propellere Parthi tentauerunt:sed postquam clypeorum densa-
tam testudinem,ac uirorū stabilem,& ad pugnandū firmissimam aciem conspexere,
retrocedentes tanquam turbato ordine dissipati, quàm poterant occultissimè circū-
uenire aciem tentauerunt.At Crassus primò leuiter armatos milites in hostes emisit,
qui multis sagittis uulnerati subitò retrocessere,& reliquis turbationis atque timoris
dedere principium,cùm telorū ingentem impetū ac uires intuerentur,quæ perfossis
armis totū etiam corpus penetrabant. Atque adeò uiris dēsata erat Romanorū acies,
ut ne uolenti quidē errandi sagittando potestas esset.Itaq; procul astantes Parthi uim
maximam sagittarum effundebant,quæ fortium atque magnorum arcuum uiribus
contortæ,grauissimis Romanorū corpora uulneribus sauciabāt, ac sorte perimebāt
miserabili.Stantes enim in acie uulnerabantur,nec manus cōserendi facultas aderat. 72
Si quando enim in hostes impetum feciſſent,illi subitò terga uertentes fugiebāt, nec
fugientes minus,quàm stantes inferebāt calamitatis. Nanque in fuga etiam sagittas
emittere Parthi consueuerunt,idque post Scythas omniū optimè facere norunt.Ro-
mani igitur quoad eos pharetras exhausisse putarunt,immota acie permānsere. Cùm
uerò camelos plures sagittis onustos animaduertêre, ut affatim, quibus tela deessent,
suppeditarentur,nec ullum Parthis sagittandi finem affuturum, uehementius trepi-
dare,ac suis rebus diffidere cœperūt. Quod pergrauiter ferens Crassus ad filium nun-
tium misit,iubēs ut impetu facto,Parthorum aciem perrūpere conaretur,priusquam
corona ab eis circunuenirentur.Iam enim plurimùm obequitauerāt Parthi, & circū- 73
uenire Romanos parabant. Audito igitur patris monitu iuuenis mille ac trecentos
equites capiens,inter quos & illi erant,qui à Cæsare fuerāt missi, quingentos insuper
sagittarios,

sagittarios, & scutatorum cohortes octo,& quamlatissimè poterat illos circunducēs,
in hostes impetum fecit. Parthi uerò siue præ timore ad suos reuersuri, siue ut filium
quamprocul à patre disiungerent retrouersi,fugam arripuere. Tum spei & alacritatis
plenus adolescens, fugientes hostes magnis incusare uocibus cœpit: Quin statis, in-
quiens,& uirorū congressum non toleratis?Erant unà cum adolescēte comites * Cn. * Μεγάκαρ-
Plancus & Censorinus, quorum hic quidem consilio atque prudentia, ille robore & ρος.
animi magnitudine plurimùm poterat: præterea beneuolentia & ætatis æqualitate
coniunctissimi erant adolescenti Crasso,nunquam illum casu aliquo deserere parati.
74 Magno igitur impetu equitibus hostes insequentibus, ne pedites quidem otiosè se-
quebantur,sed alacritatis & spei magnitudine incensi illorum penè celeritatem adę-
quabant, & ad omnes casus paratissimi aderant, ac se iam fudisse hostes ac uicisse ar-
bitrantes,eousque persequuti sunt, quoad non ultrà fugiētibus Parthis, tandem illo-
rum dolos ac fraudes agnouere. Conuersi enim in eos Parthi, qui eatenus fugam si-
mulauerant,atque undique superuenientes alij,sese ad pugnam parauerunt,atque e-
quites cataphractos Romanis equitibus opponentes,reliquum equitatum nullo or-
dine passim Romanis circunfudere. Ita undique per planitiem discurrentes, ingen-
tem uim pulueris excitabant, ut neque se mutuò uidendi,nec inuicē colloquēdi Ro-
75 manis facultas esset,sed mutuis etiam uulneribus seipsos interimerent. Multi etiam
attrahendi spiritus angustia penè suffocati, & sagittis insuper confossi, miserabiliter
in puluere uolutabantur.Nec uulneratis eximendi teli potestas aderat:siquidem cur-
uatis uncis instructæ sagittarum cuspides, non sine maxima neruorum, & carniū la-
ceratione diuelli poterant: cúmque multi admodum eo pacto interficerentur,cæteri
metu atque horrore torpebant.Cúmque pedites Publius in cataphractos equites im-
petum facere hortaretur,implicitas manus clypeis ostentantes,pedes uerò arenæ cu-
mulis altius inhærentes,neque ad pugnandum,neque ad insequendum satis idoneos
se esse monstrabant.Quapropter ad equites conuersus Publius,eos quāto potuit im-
petu in hostes immisit.Erat autem pugnandi forma omnino dispar,cùm Galatarum
milites,quorum præcipuè uiribus Romani nitebantur, paruis & debilibus hastis fer-
reos thoraces,aut ex corio fabrefactos incassum peterent,ab hostibus uerò grandiori-
76 bus contis petiti nuda penè corpora ad ictus præberēt. Qui uerò grauiter armati pu-
gnabant,contorum ictibus ex equis deiecti,immobiles humi iacere cogebātur.Mul-
ti etiam sponte sua ex equis desilientes,media illorum uiscera perfodiebant,qui uul-
neris dolore perciti huc illuc furibundi currentes,sessores pariter,& hostes conculcā-
do perimebant.Interea Galatæ æstu & siti,quorum ea gens est impatientissima,uehe-
menter deficiebant,& ex equis plurimi contos in aduersos ruentes perierant.Acriter
igitur instantibus Parthis,referre pedem cogebantur,& sese in secundam aciem reci-
pere,præsertim quòd Publium grauiter uulneratum, & iam in extremis laborantem
ex hostium manibus eripere conabātur. Itaque tumulum aliquantò supra reliquam
planitiem eminentem conspicati, ad eum confugêre, & equis in medium coniectis,
clypeis uerò quasi pro muro exteriori ex parte circumpositis, facilius barbarorū im-
77 petum se euasuros esse arbitrabantur. Verùm id longè secus illis euenit.Nam cùm in
edito loco constituti essent, primi nequaquam posteriores occultare, aut protegere
poterant: sed omnes pariter propter loci inæqualitatem, in hostium conspectu posi-
ti,ac nullo tegmine protecti patebant ad uulnera:fugiendi prēterea nulla dabatur fa-
cultas.Itaque passim sagittis confossi interficiebantur, ea tātùm de causa iniquo ani-
mo mortem oppetentes, quòd manus conserendi potestas non aderat, sed tanquam
ignaui ac desides trucidabantur.Erant circa Publium Gręci duo,Hieronymus & Ni-
comachus,qui per id temporis Acarnis habitabant: hi Publium quibus poterant ra-
tionibus hortabantur, ut secum in ciuitatem Romanis amicam, quæ Ithnæ uocaba-
tur,atque inde nō procul aberat,fugam arriperet. Quibus ille collaudatis,Nullū est,

inquit,tam graue mortis genus, quod iam Publius reformidet, aut cuius metu uiros
Publij Crassi filij interitus. optimos,qui pro me in acie ceciderũt,relinquere uelim. Postea illos amicissimè am- 78
plexatus à se dimisit:ipse uerò manus ambas grauiter uulneratus,cùm illis uti nõ ua-
leret,armigero transuerberandum latus præbuit: Eodem modo Censorinum obiisse
ferunt.Plancus uerò sibiipsi mortem consciuit. Idem & optimatum ferè omnes fece-
re.In reliquos autem barbari irruentes, multos contis uulneratos interfecere, adeò ut
uiuos non amplius quingẽtis in hostium potestatem uenisse tradant: Parthi demum
Publij & optimatum,qui simul ceciderant capita contis superfigentes; magna celeri-
tate ad Crassum contendêre:qui postquam à filio fugatos hostes audierat, eos qui se-
cum aderant audaciores factos animaduertens, quoad poterat suos in unum cogens
in patentissimos campos dimiserat, filium ab insectatione hostium iamiam rediturum expectans. Interea citatissimo cursu nuntij à Publio uenientes aderant, summo
illum in discrimine uersari afferentes,ni magna subitò mittantur auxilia: Atque hos 79
iam serò ac penè re cõfecta uenisse constat. Primi enim quos miserat Publius, ut im-
minens periculum nuntiarẽt,ab hostibus intercepti fuerant: posteriores quoq; cùm
in hostes incidissent, uix eorũ manus effugere potuerunt. Multa igitur Crassum tur-
babant,ita ut mente nihil prospicere,aut rectè cõsulere posset. Nam & de totius pu-
gnæ metuebat euentu,& filio quoque opem ferre cupiebat. Tandem uerò in unũ ui-
res cogere statuerat, ut filio quamcelerrimè ferret auxiliũ. Vix ea satis animo firma-
rat, cùm subitò clamore horrisono cuncta complentes hostes adueniunt, & maxi-
mus tympanorum strepitus Romanorum aures circũstrepebat, atque id alterius pu-
gnæ initium fore arbitrabantur. Illi uerò Publij caput hastæ infixum portantes ad-
erant,& Romanis quamproximè accedentes,contumeliosè quonã ortus genere Pu-
blius fuisset, sciscitabantur: neque enim ex imbelli atque ignauissimo patre tam ge-
nerosum,atque omni uirtute præditum filium ortum esse posse.Hoc tam dirum spe- 80
Crassi fortitudo in morte filij. ctaculum supra omnia, quæ in ea pugna calamitosa contigerant, Romanorum ani-
mos perfregit, nec tamen ad iram & ultionem(ut par erat)excitabantur, sed horrore
ac timore perculsi obtorpuerant. At Crassus nihil tanto dolore deiectus,omniũ quæ
in eo bello gesserit, præclarissimum hoc uirtutis testimonium præbuit: omnes enim
ordines circũuectus, Meus est hic priuatus dolor Romani,clamitabat,mea hæc cala- «
mitas,meus hic ac proprius luctus,publica uerò ciuitatis salus, & gloria in salute ue- «
stra posita est: quòd si qua uos tanto talique filio patris orbati miseratio tangit, hanc «
in ulciscendis hostibus patefacite,auferte ab eis tanto scelere partam lętitiam,uindi- «
cate tam efferam immanitatem,nolite malis succumbere,aut animos demittere.Et si «
qua uos magnarum rerum gloria permouet, recordemini, neq; Tigranem à Lucul- «
lo,nec à Scipione Antiochum sine cęde & uulneribus fuisse superatos.Ducite in me- 81
moriam,maiores nostros mille nauium pro adipiscẽda Sicilia iacturam fecisse: mul- «
tósque in Italia duces,imperatores,atque exercitus amisisse,quorum nulli nisi relicto «
spiritu uictoriam hostibus concedere uoluerunt. Nec uerò tam fortunæ prosper euẽ- «
tus Romanorum potẽtiam auxit, quàm egregia uirtus, ac summa in laboribus aspe- «
rísque rebus tolerantia, aduersis casibus succumbere nescia. Hæc atque huiusmodi «
uociferans Crassus,ac milites excitans,nõ multùm animos commoueri illorum sen-
sit:cúmque illos clamorem tollere iussisset, postquam dissonum ac debilem sublatũ
audiuit,grauiter exercitus ignauiam accusans,rebus iam suis diffidere cœpit.At Par-
thi clamore ingenti excitato pugnam renouarunt, atque ex transuerso latere inuecti
equites sagittarum copiam immensam profudere. Qui uerò in prima acie pugna- 82
bant, contis ingentibus aduersos ferientes in angustum spatium Romanos egebãt,
è quibus pauci admodũ in unũ conglobati in confertissimos hostes irruere,& comi-
nus pedem conferre tentabant,uerùm iaculorum ac sagittarum multitudine obruti,
partim etiam contis transfixi citò periere. Tãtus enim erat telorum impetus, ut idem
sæpe

sæpe iaculum eodem ictu duos etiam uiros interficeret. Hoc itaque modo pugnantes barbari, cùm usque ad finem diei certamen protraxissent, discessere, unius noctis spatium ad lugendum filium Crasso concedere se uelle dictitantes, nisi melius saluti suæ consulturus,ad regem ultro uenire,quàm uictus perferri malit.Nec procul tamẽ
83 ab hostibus constituti,noctem cantibus, & tibiis insomnem ducebant. Romani uerò multis curis anxij,neque sepeliendis mortuis animum adhibere,neque sauciis curandis intendere,sed quisque propriam sortem ingemiscens, magno cum timore futurum diem expectabant: tandémque ex eo loco migrare statuerũt,sed magnam atque ambiguam curam sauciorum multitudo præbebat. Nam neque secum deferre posse animaduertebant,quòd magnam fugientibus moram & impedimentum allaturi essent:nec relinqui facilè posse uidebantur,quòd clamore atq; uociferatione abeuntes alios essent prodituri.Crassi præterea,quanuis malorum omnium causa esset, uocem ac iussum omnes desiderabant.At ipse solus in abdito atque obscuro loco iacebat, ingens uulgo instabilis fortunæ, sapientibus autem stoliditatis & ambitionis futurus exemplum:quibus uicissim agitatus,non satis esse putabat, si inter tot hominum millia præ cæteris excellentissimus haberetur:sed quia duobus tantùm aliquantò uidebatur inferior,omnia sibi deesse arbitratus, tantas res aggredi non dubitauit.
84 Tunc igitur Cassius & Octauius ipsum circunstantes excitabant, & bono animo ut esset hortabantur: quem postquam omnino fractum & desperantem animaduerterunt,ipsi centurionibus atquè ordinum ductoribus conuocatis, postquam abeundi consilium ab illis probari senserunt, quanto poterant silentio castra mouere. Et res primò quidem egregiè procedebat: at postquam saucij,& hi qui ad proficiscendũ inhabiles erant, se derelinqui atque hostibus prodi intellexere, clamoribus atque ululatibus omnia complerunt. Magna igitur proficiscentes turbatio, multúsque terror procedentes inuasit:itaque sæpe uelut imminentibus hostibus uertebant ordines, sæpe etiam quasi paulò pòst pugnaturi struebant aciem. Sauciorum autem quicunque uadentes sequebantur,alios suscipiebant,alios quos tollere non possent relinquebãt,
85 atque ita maximam profectioni tarditatem afferebant. Inter hæc Ignatius cum trecentis equitibus,quibus ipse præfectus erat,media nocte Carrhas Mesopotamiæ urbẽ præteruectus,Romano sermone custodes appellans,Coponio urbis præfecto nuntiari iussit, magno prælio Crassum cum Parthis conflixisse. Nec plura loquutus, aut se quisnam esset prodere uolens, citato cursu ad pontem quem supra fluuium reliquerant,peruenit,séque ac suos seruauit incolumes: attamen iusta reprehensione nõ caruit, quòd imperatorem atq; exercitum deseruisset. Nec sanè parum eius uox Crasso attulit adiumenti: cùm enim Coponio renuntiata fuisset, nihil illam prosperi fuisse arbitratus,propter nuntij breuitatem ac festinationem,suos quamprimùm arma capere iussit. Atqueut primùm Crasum aduẽtare sensit, obuiam progressus illum ex-
86 cepit,& castra intra urbem ponere suasit. Parthi autem quanuis nocturnam Romanorum fugam sensissent, nõ tamen illos noctu insequi uoluerunt: sed cùm iam dies illuxisset,primò ad castra Romanorum uenientes,quatuor millia ferme sauciorũ,qui relicti fuerant, interfecere, multos deinde per desertos campos errantes consequuti peremerunt:quatuor etiam cohortes, quæ itineris errore à reliquo exercitu discesserant,& legato Varguntino duce tumulum quendam occupauerant,omnes perdidere,præterquam uiginti uiros,qui nudatis gladiis per medios hostes uadentes,cùm illi eorum audaciam & fortitudinem admirarentur,Carrhas incolumes peruenere. Interea falsus ad Surenam rumor delatus nuntiarat, Crasum cum totius exercitus robore fugam arripuisse, reliquam uerò inutilem turbam atque imbellem Carrhis cõsedisse.Ratus igitur uictoriæ præmium è manibus ereptum esse,nec tamen rumoribus satis credens rei ueritatem perquirere constituit, ut quid sibi potissimùm agendum esset, statuere posset, an scilicet intra Carrhas Crasũ obsideret, an uerò Carrhis

omissis Crassum insectaretur. Igitur ex familiaribus quendam utriusque linguæ peritum ad muros ciuitatis submittit,qui Surenæ nomine Crassum aut Cassium ad colloquium uocet.Hæc cùm amici,qui circa Crassum erant accepissent,lęto animo colloquij oblationem susceperę. Nec multò pòst duo Arabes à barbaris missi ad muros uenerũt,qui se Crassum & Cassium egregiè nosse asseuerabant. Hi cùm muris superstantem Crassum fuissent conspicati,dicunt Surenam sacris faciendis occupatũ nuntiare iussisse, pacem se cum Romanis facere uelle: cúmque regis amici Romani habeantur,nihil aliud ab eis petere,quàm ut relicta Mesopotamia discedant: hoc enim utrisque magis expediens uideri, quàm extremam pugnandi necessitatem experiri. Has Cassius suscipiendas conditiones arbitratus, locum & tempus in quo Surenas & 88
Crassus ad colloquendum coirent,statuere iubebat: id se ita facturos barbari dictitãtes abiere.Surenas igitur cùm Crassum in ciuitate clausum accepisset,sese ad obsidionem parans,postero die instructos milites ad pugnandum ad mœnia duxit, qui multa in Romanos conuitia iacientes, ita demum pacem impetraturos prædicabant, si Crassum & Cassium uinctos Surenæ tradidissent. Itaque metuentes Romani,& Carrhensium fidei non satis credentes, quid sibi agendum esset uehementer dubitabant. Nam ab Armeniis, quæ sola sperari poterãt, auxilia expectare, longum sanè nimiùm uidebatur: itaque fugam omnes(si qua inscijs Carrhensibus euadendi prębęretur occasio)suadebant. Inter hæc Andromachus uir omnium perfidissimus,cùm eiusmodi 89
consilia Romanos agitare sensisset,ad Crassum ueniens se itineris ducem fore pollicetur. Hoc igitur duce Crassus noctu, cum exercitu ciuitatem egressus est,nec eorum quicquam omnino Parthos latuit,cùm omnia ad illos Andromachus detulisset: sed quia noctu pugnare religiosum apud Parthos habetur,nihil se loco mouerunt.Verũ Andromachus nunc huc, nunc illuc agmen circunducens, nec quicquam tamen in itinere progrediens, & alias aliis causis nectens, tandem in altas paludes, & loca magnis anfractibus circunsepta,eos qui sequuti fuerãt perduxit.Multi enim iam ab initio nihil rectè ab Andromacho fieri suspicati, & itineris perplexitatem ueriti, modò huc,modò illuc agmen circunuertentes,ipsum prosequi noluerant: sed Cassius retrò unde discesserat Carrhas redierat.Cúmq; Arabes quos itineris duces habebat, ibidem 90
moram trahere iuberent, quoad luna Scorpij signum relinqueret: at ego, inquit, Sagittarium magis formido. Inde in Assyriam cum quingentis ferme equitibus traiecit.Plurimi uerò fidos itineris duces sortiti, ad montes, qui Sinnaca uocantur peruenere,ibíque tutò constituti diem expectarunt.Fuerũt uerò ad quinque millia hominum,quibus uir optimus Octauius præerat. Crassum uerò insidiis Andromachi oppressum,tum angustiis & circunstantis paludis impedimento circunuentum,superueniens dies offendit. Aderant cum illo cohortes quatuor,ac pauci admodum equites,ac lictores quinque.His copijs comitatus,cùm iam duodecim tantùm stadijs abesse hostes nuntiarentur,& ipse ab Octauio procul abesset, in tumulum quendã conscendit, equitibus sanè inaccessibilem, & longo uertice Sinnacis coniunctum atque 91
subiectum, ita ut ab his, qui cum Octauio erant, facilè conspici posset: qui cùm imminens periculum Crasso intuerentur, primus Octauius magna uoce milites compellans, reliqui deinceps alter alterius ignauiam castigantes, è superiori loco impetu facto,hostes loco dimouerunt,Crassúmque in mediam receperunt aciem, & clypeatis militibus extrinsecus quasi pro muro constitutis,non prius ad imperatoris corpus tela peruentura clamitabant,quàm omnes ad unum sagittis confossi cecidissent.Surenas igitur magno suorum detrimento futuram esse pugnam conspicatus, simúlq; noctis aduentum pertimescens, ac ne Romani montes capesserent ueritus, ubi difficilis admodum esset insequutio,dolis iterum Crassum statuit circunuenire. Quòsdã igitur ex captiuis dimittens in Romanorum castra, nuntiare iubet, audisse se huiusmodi apud Parthorũ principes haberi colloquia: Nequaquam regi placere inexpiabile

Parthis religiosum noctu pugnare.

bile cum Romanis bellum esse,sed pacem facilè conciliari posse, modò Crassus regis
92 amicitiam non aspernaretur. Interea Surenas à pugna suos reuocauerat, & cum primoribus in aduersum tumulum profectus,remissum arcum ante pedes proiecerat,& inermem dexteram protendens nomine Crassum appellabat, atquè ut secum loqui uellet hortabatur. Eatenus enim regis uires illum expertum fuisse,nunc autem benignitatem & mansuetudinem sua cum salute,si uoluerit,experturum.Has uoces magna contentione Surena clamitante, omnes qui cum Crasso aderant lætis animis excepere. At Crassus nihil eorum fidei credendum ratus,quorum sæpius iam esset perfidiam expertus,cùm tam repentinę mutationis nullam subesse causam animaduerteret,pugnæ intentos milites suos esse iubebat. Illi uerò unà reclamare,atque in Crassũ conuitia iacere cœperunt, eius ignauiam accusantes, qui ne inermibus quidem hostibus congredi audeat,quibus armatis eos uelit obiicere trucidandos. Cùm ad ea re-
93 spondere Crassus pararet,ac reliquum diei spatium tolerare precaretur,quoad superueniente nocte in montes euadendi daretur facultas, ubi locorum præsidio tuti futuri essent, ac manu simul uiam ostentaret, qua non procul in pacata loca, & amica transitus patêret, benéque de salute sua sperare hortaretur, illi altius iam uociferari. Tunc perterritus metu Crassus, eorum parêre uoluntati, & ad colloquium proficisci
» statuit: atque inter eundum ad suos conuersus, Octaui,inquit, túque Petroni, cæte-
» ríque quotquot adestis Romani ciues,profectionis meæ necessitatem cõspicite, mé-
» que meorum militum uiolentia ad hoc fuisse coactum mihi testes apud deos atque
» homines estote. Verùm superstit es dicite, non me à meis ciuibus proditum,sed ho-
94 stili fraude deceptum interisse.His dictis cœptum iter ad hostes prosequebatur.Tunc Octauius,quíque secum aderant,solum proficisci non ultrà sustinuere, sed è tumulo descendentes illi se comites adiunxerunt: sequentes autem unà lictores Crassus à se remouit. Cúmque non multùm spatij progressus esset, duo ex misto Parthorum & Græcorum genere oriundi illi obuiam uenere,atque ex equis desilientes perbenignè Crassum Græco sermone salutarunt, & aliquos præmittere hortati sunt, qui Surenam & omnes,qui cùm eo aderant inermes aduentare intuerentur. Ad ea Crassus,Si uel minimam, inquit, uitæ meæ rationem duxissem, nunquam profectò me uestris manibus,aut fidei credidissem. Duos inde fratres Roscios nomine præmisit,intuituros quot secum comites Surenas duceret,& simul aliquid ad eum nuntiare mandans.
95 Eos ad se cùm uenissent,deprehendi & uinctos retineri Surenas iussit. Ipse interea cũ Parthorum optimatibus equo insidẽs ad Crassum ueniebat. Cúmque iam haud procul abesset, Quidnam hoc rei est, Surenas inquit, pedésne cùm Romanus imperator gradiatur,ego equo uectari patiar? His dictis,equum Crasso adduci iubet. At Crassus illum conscendere nolens, Nemo, inquit, nostrum aberrauit, cùm patrio uterque more & cõsuetudine seruata,ad colloquium uenerit. Tum Surenas: Certum iam uobis cum Hyrode fœdus ac pacem esse minimè ambigatis,Romani,uelim: sed ad proximum fluuium descendentes, æquas pacis conditiones perscribamus oportet: neque enim omnino pactorum memores estis,Romani. His dictis dexteram porrigens, cùm Crassus equum à suis poscseret, nihil opus est illo, Surenas inquit, hunc enim & uelocitate & pulchritudine præstantẽ tibi rex Hyrodes dono mittit: & simul equum phaleris aureis atque aureo fræno insignem adduci iubet, atque in hunc Parthi, qui circùm aderant pènè ui sublatum Crassum imposuere, inde stimulis equum graui-
96 tet urgere cœperunt. At Octauius prius habenis comprehensis equum retinebat, itidémque Petronius facere cœpit. At cæteri quicunque ex Romanis aderant,globo facto,Crasso circunstetere,equum sæpius perfodere conati,& simul Parthos,qui utrinque Crassum urgebant, quoad poterant submouentes. Turba itaque primò & contentio,pòst etiam pugna exorta est.Nam Octauius barbari principis aurigam gladio traiicit: pòst uerò barbarorum alius assistens Octauium perfodit. Petronius autem,

qui thoraca indutus processerat, multis incassum barbarorum telis petitus incolumis tamen ex equo prosiluit. At Crassum Parthus quidam Pomaxartes nomine interfecit: licet alij non ab hoc interfectum Crassum, sed iacenti cadaueri caput ac dexteram abscissam tradant: quanquam hæc cõiicere magis, quàm pro ueris asserere licet. Nam

Crassi interitus.

97 eorum, qui pugnæ interfuerũt, alij circa Crassum pugnantes cecidere, alij statim pugnæ exorto principio, retro in tumulum unde discesserant rediere. Ad quos Parthi uenientes Surenæ nomine referunt, Crassum quidem meritas audaciæ ac sceleris pœnas dedisse, reliquis perbenignè salutem indulgeri, ac liberos abire permitti. Eorum uerbis nonnulli fidem adhibentes, cùm è tumulo descendissent, à barbaris capti, & in uincula coniecti sunt. Alij noctis aduentum in tumulo expectãtes, passim per agros, ut cuique uisum est, sese sparsere, quos errantes Arabes equites insequuti cæciderũt, ita ut pauci admodum incolumes superfuerint. Feruntur in eo bello uiginti ferme hominum millia interempta, & decem millia capta fuisse. Post hæc Surenas Crassi caput & dextram ad Hyrodem, qui tunc in Armenia bellum gerebat, misit: quosdam uerò Seleuciam proficisci iussit, qui non occisum, sed uiuum captum esse Crassum passim uulgarent, & illum non multò pòst Seleuciam captiuum uenturum. Interea

98 pompam ridiculam sanè, uerùm magno rerum omnium apparatu constituit, quam ignominiæ causa appellauit triumphum. Quendam enim ex captiuis C. Paccianum nomine, facie & habitu corporis Crasso persimilem, Parthicam uestem indutũ, equo insidentem circumagi iussit. Huic personam Crassi gerenti omnes, qui circùm aderãt, parêre, & imperatorem appellare præcipit. Ante ipsum tibicines, & lictores aliquot camelis uehebantur, sacculos quosdam fascibus appẽsos gestantes. His proximè sublimibus hastis infixa nobilium Romanorum capita portabantur. Post hæc Seleuciæ meretrices ueniebant, multa in Crassi molitiem & imbecillitatem incõditis quibusdam carminibus decantantes. Seleuciorum deinde senatum Surenas cogens, libros quosdam ostendit Aristidis, qui Milesij appellantur, de luxuria & deliciis compositi: atque multa in mores Romanorum conuitiatus est, qui nec etiam in exercitu talibus lasciuiis abstinerent, atque eiusmodi secum libros in castris etiam gestarent: fuerunt enim inter Roscij cuiusdam impedimenta reperti. Seleuciis sapiens uir Aesopus est

Milesii, libri Aristidis de luxuria & deliciis compositi.

99 uisus, cùm Surenam contemplarentur, qui antè quidem peram Milesiacæ intemperantiæ, ponè uerò luxum Parthicum, tot concubinarum uehiculis secum trahebat, prorsus echidnarum serpẽtúmque more, fronte terribili & fera, hastis, arcubus, equis præcincta, tergo uerò caudaq; phalangis, in scorta, tympana, cantica, nocturnas cum meretricibus excubias desinente. Dignus erat Roscius quidem reprehẽsione: sed impudentes Parthi, dum Milesios notant, cùm Arsacidæ in Parthis multi regnarint ex Ionicis Milesiacísque scortis prognati. Interea Hyrodes pacem cum Artauasde Armeniorum rege composuerat, eiúsque sororem Pacoro filio coniugem despõsauerat, multáque inuicem conuiuia summa lasciuia ac maximo rerum omnium apparatu celebrabant, plurimáque in eis Græcorum more cantantes. Neque enim græci

100 sermonis ac literarum Hyrodes ignarus erat. Artauasdes uerò tragœdias etiam scripsit, & orationes plurimas edidit, historiam etiam composuit, quarum aliquæ in hodiernum usque diem manserunt. Cùm nuntius à Surena missus, qui Crassi caput ferebat, ad Hyrodem peruenisset, fortè regem conuiuio accumbentem offendit, & Iason Trallienfis fabularum actor, remotis iam mensis, Euripidis quiddam ex Bacchis de Agaue recitabat. Cúmque ab omnibus summa iucunditate ac lætitia probarẽtur, Sillaces Crassi caput in medium proiicit, & magno clamore à Parthis propter lętitiam sublato, Sillaci regis iussu à famulis sella est admota. Iason uerò dimissis, quæ tunc in manibus gestabat luctus insignibus, Crasi capite in manibus sumpto, quasi furens debacchari cœpit, ac uelut afflatus sic carmen finiuit, uersus è tragœdia huiusmodi decantans: Capreolum è montibus domum referimus felicem prædam. Atque hoc

101 specta-

spectaculo uehementer omnes, qui aderant gauisi sunt. Multis inde alternis uersibus decantatis, quidam ex his, qui chorum agebant magna uoce clamauit, Meus est hic honos: tunc in medium prosiliẽs Pomaxartes, qui fortè inter cœnantes aderat, Crassi caput in manibus sumpsit, ac se maximè talia uerba decere testatus est. Hyrodes igitur præmia, quæ pro talibus gestis more patrio præberi consueuerunt, liberaliter illi largitus est: Iasonem uerò talento donauit. Hunc finem igitur Crassi expeditio quasi tragœdia quædam sortita est. Non tamen ita multò pòst & immanitatis Hyrodes, & perfidiæ Surenas debitas pœnas dedere. Nanq; Hyrodes Surenæ gloriæ inuidens, eum dolo peremit. Ipse autem cùm filium Pacorum bello à Romanis superatum amisisset, in morbũ incidit hydropicum: cui filius alter Phraates insidias machinatus, uenenũ quasi medicamentum ad leuandum morbum tradidit, quod cùm profuturum ægritudini uideretur, iámque corpus nonnihil conualescere cœpisset, breuissimam interficiendi uiam aggressus, propria manu spiritu præcluso illum suffocauit.

COMPARATIO NICIAE ET CRASSI.

102 Reliquum, ut de Niciæ & Crassi inter sese cõparatione pauca dicamus. Ac primùm quidem Niciæ opes cùm Crassi opibus collatæ minus reprehensibiles euadunt: per se licet probari satis non possint, quarum maximam partem uel sceleratorum hominum, uel barbarorum uinctorum opera quæsiuit, quorum plerosque in ipso opere, aut morbus, aut ulcera contracta cõsumpserunt.* Quòd si cum his, quę Syllana proscriptione cõparauit Crassus, palàm uelut agricultura quadam usus fecit, conferamus, iam æquissimæ erunt. Maximorum autem criminum, quibus obnoxium fuisse Crassum permulti asserunt, quæque ipse acerrimè denegare consueuit, ne minima quidem suspicio Niciam attigit. Neque enim lucri causa sententiam in senatu dixisse, aut facinorosos homines subtraxisse iudiciis, aut sociis auaritiæ causa bellum intulisse, aniculas circumeundo captasse, ne calumniator quidem ullus unquam Niciam insimulauit.

** παραβαλλομένη δὲ πρὸς τὰ Σύλλα δημιόπρατα, καὶ τὰς περὶ τὸ πῦρ ἐργολαβίας, ἐπιεικεστέρα φανεῖται.*

103 Quòd uerò maximam pecuniam timiditatis causa calumniatoribus Nicias dederit, etsi Pericli aut Aristidi non conueniens opus esse meritò uideri potest, ei tamen necessarium fuisse iudicabitur, cùm ad tolerandas inimicitias in repub. non satis animi ac roboris à natura sortitus esset. In eo quoq; Lycurgus orator multis pòst annis gloriari etiam ausus est: cui cùm ab aduersario fuisset obiectum, quòd se pecuniis à calũniatore redemisset, minimè inficiatus est, sed inter orandum maxima uoce populum appellans, Bene se habet, inquit, uiri Athenienses, quãdoquidem per tot annos in reipub. administratione uersatus, non accepisse me, sed dedisse pecuniam obtrectatores criminantur. In sumptibus faciẽdis melior, & ad ciuilem usum accommodatior Niciæ, quàm Crassi ratio uidetur. Ille enim in exhibendis populo spectaculis, & in deorum cultu celebrando, & gymnasiorum, & palæstrarum conducendis pręceptoribus

104 pecunias maximas erogauit. Hic autẽ tam multis hominum millibus publicè epulũ dedit, ac insuper ad quotidianum uictum copiam suppeditauit, ut omnes in unum coacti Nicię sumptus, ne minima quidem ex parte sint Crasi sumptibus comparandi. Igitur cùm horum uirorum mores animaduertam, uehementer ab illis dissentire cogor, qui uitium inæqualitatẽ mentis ac disidentiam esse negant, cùm tamen hosce homines uideant tam turpiter in parandis diuitiis uersatos, in erogando tam faciles ac benignos esse. Et de diuitiis quidem hactenus. In reipub. uerò administratione nihil unquam callidè, nihil iniustè, nihil uiolenter à Nicia factum reperitur: sed cùm esset Alcibiadis potentia & fraudibus circunuentus, summa cum modestia ad populum, quasi iniuriarum uindicem futurum confugit. Crasi uerò magnã in per-

105 mutandis amicitiis perfidiam deprehendere licet. Consulatum autem per uim usur-

paſse, ne ipſe quidem negare conſueuit: quippe qui milites mercede conduxerit, qui Catoni atque Domitio manus afferrent. In ferenda quoque de ſortiẽdis prouinciis rogatione, cùm multi uulnerati fuiſſent, quatuor etiam interfecti, Craſſus ipſe (quod ſuprà à nobis omiſſum eſt) Lucium Manlium rationi aduerſantẽ pugno grauiter in faciem percuſſit, multóque ſanguine fœdatum coegit è turba diſcedere. Atque ut Craſſus uituperandus uideatur, quòd uiolentum quendam ac tyrannicum in adminiſtranda repub. morẽ teneret: ſic Nicias pauidus, & ſupra quàm deceret formidoloſus, & uiliſſimis quibuſdam hominibus obnoxius, iuſta profectò reprehenſione non caret. Accedebat ad hæc, quòd non aduerſus Cleonẽ paruis de rebus Craſſo certamen erat, ſed aduerſus recentiſſimam Cæſaris gloriam, & treis Pompeij triumphos decertans, nulli eorum cedens, utrunque ſuperare nitebatur. Et Pompeium quidem 106
Inuidiã uirtute ſuperari. cenſoria dignitate ſuperauit, quod magnam proculdubio laudem meretur. Oportet enim in maximis rebus & rerumpub. adminiſtrationibus, nõ penitus inuidiam formidare: ſed magno animo ad præclariſſima quæq; adniti, & uirtutis ac potentiæ magnitudine inuidiam ſuperare. Quòd ſi cui penitus omni periculo carentem ſecuritatem, atque animi requiem ſectari placet, & Alcibiadis in concionẽ uehementiam reformidat, aut in Pylo Lacedæmonum ærumnas, aut in Thracia Perdicæ labores extimeſcit, latiſſimus in ciuitate patet campus ad otiandum, ubi ignauus conſidens atq; otioſus ſegnitiei coronam ſuo capiti contexere poſſit, ut ſophiſtarum quidam dicere conſueuerunt. In quo genere fortè Niciam aliqui connumerarent: fuit enim pacis & otij amantiſſimus, & ſoluendis aut componendis bellis aptiſsimus, quæ uirtus propria Græcorum eſſe uidetur. Atque in hoc nulla ex parte Nicias eſt Craſſo comparãdus, qui Caſpium pelagus, atque Indicum oceanum, Romani imperij terminos fore deſtinauerat. Neque uerò decet, cùm te uirtute ac potentia ſuperiorem intelligas, deterioribus cedere, neque principatu indignos uiros ad gubernandam rempub. adſciſcere, neque maximis de rebus improbis atque inuidis uiris fidem præſtare. In quibus omnibus deliquiſſe Niciam nõ obſcurum eſt, qui Cleonem garrulum ſanè, & clamoſum rabulam, impudentiſsimum præterea atque audaciſsimum uirum, magni exercitus imperatorem deligi fecit. Nec Craſsi in bello Spartacio celeritatẽ laudo, qui feſtinationis magis, quàm ſecuritatis rationem habens, manus conſerere properauit, ne ſuperadueniens Pompeius perfecti iam propemodum belli gloriam auferret, ut Momius Metello apud Corinthum bellum gerenti abſtulerat. Sed illud Niciæ non par- 108
uum delictum uideri debet, qui non aduerſariorum opibus aut potentia deterritus, ſed militandi laborem ac periculum reformidans, maluit cùm res ſuas in tuto collocaſſet, rempub. deſerere, quàm ſuo periculo ſalutem reipub. quærere: quanuis Themiſtoclis factum probari poſsit, qui bello Perſico, cùm non idoneum imperatorem creatum animaduerteret, atque illum rei gerendæ imparem iudicaret, ne demẽs unus atque improbus uir totius ciuitatis ſalutem in diſcrimẽ adduceret, pecunia data, ſeſe ut imperio abdicaret effecit. Cato autem quò tempore motus maximos ac perturbationes reip. inſtare conſpiciebat, tribunatum petiuit. Nicias uerò contra Minoam & Citheram ac Mileſios imperatorem ſe fieri paſſus, contra Lacedæmonios bellum gerere noluit: ſed imperatorium exuens paludamentum, Cleonis dementiæ atque audaciæ, uiros, arma, naues, & totius reip. imperium committens, non modò propriam gloriam, ſed defenſionem patriæ atque ſalutem neglexiſſe uidetur. Quapropter non 109
ita multò pòſt inuitus atque reluctans contra Syracuſios bellum gerere coactus eſt, cùm non utilitatis aut dignitatis cauſa, ſed animi mollitie atque deſidia, quantùm in ſe eſſet, obſtare uideretur, quò minus potentiſsima Siciliæ ciuitas Athenienſium imperio ſubiiceretur. Quanquam hoc non minus ignauiæ ac ſocordiæ, quàm immenſæ uirtutis & bonitatis teſtimonium uideri poteſt, quòd cùm ſemper à bellis gerendis fuerit alienus, eum qui ſemper imperandi munus detrectauerit, nunquam populus quaſi

quaſi uirum optimum ac peritiſsimum ducem ad maxima quæque bella ſuffragiis deligere ceſſauit. At Craſſo, cùm belli ſemper & imperij fuiſſet auidiſsimus, nũquam niſi bello ſeruili, populi ſponte imperium accipere contigit, quòd per id temporis Pompeius, Metellus, atque ambo Luculli bellis aliis impliciti tenerentur, & tunc ta-
110 men opibus & potentia magnus Craſsus habebatur. Verùm illud comici poetæ dictũ præclarè ei conuenire etiam amiciſſimi fatebãtur: Virum illum magis cæteris in rebus, quàm in clypeo geſtando optimũ eſse. Neque ſatis tamen hæc opinio Romanis profuit, amicorum multitudine, & ambitionis exceſsu, maximum exercitum ei tradere coactis. Athenienſes quidem inuitum ac renitentem Niciam ad bellum impulere, Craſsus uerò inuitos ac abnuentes Romanos eduxit ad bellum: & propter hunc quidem ciuitas, ille autem propter ciuitatem maximum infortunium ſubiit. Atqui magis in his rebus laudare Niciam, quàm uituperare Craſsum licet. Ille enim prudẽtis imperatoris ratione utens, ſuorum ciuium ſpem non fruſtrabatur, ſed metus cauſa, ut à Sicilia abſtinerent, hortabatur. Hic autem, tanquam facillimum opus, bellum Parthicum aggreſsus, uehemẽter quidem ab eo quod propoſuerat aberrauit, magno
111 tamen animo concepiſse iudicatus eſt. Cúmque Cæſar Occidentis populos, Celtas, Germanos, & Britanniam inſuper domuiſset, ipſe ad Orientis imperium comparandum intẽderat animum, & Aſiam omnem Romanis ſubdere conabatur, quod etiam Pompeius affectabat. Lucullus uerò utrique aduerſabatur. Itaque cùm Pompeio Aſiæ imperium à populo mandaretur, ſenatus obſtitit. Cæſarẽ quoque cùm trecenta Germanorum millia cæcidiſset, Cato hoſtibus dedendum, atque eius capite omnẽ deorum iracundiam, ob uiolata fœdera contractam, expiandam cenſuit. At uerò populus Catonis ſententia contempta, quindecim dierum ſupplicationes in eius uictoriæ honorem decreuit. Quantam igitur futuram lætitiam, quantáque ſacrificia arbitramur, ſi Craſsus ex Babylone literas ad ſenatum mittens, Mediam, Perſidem, Hyrca-
112 niam, Suſas & Bactra Romanorum prouincias eſse nuntiaſset? Oportet enim (ut Euripides inquit) eos qui in otio degere, quíque ſuis rebus eſse contenti nequeunt, quando aliis iuuriam inferre uolunt, non Scandeam aut Mendim uiliſſimas inſulas inuadere, nec patriam fugientes Aeginetas, & tanquam aues regionem mutantes perſequi, ſed magna iniuſtitiæ præmia quærere, quibus iuſtitiæ facta iactura non quidem *Iniuſtitia quomodo exercenda, ſecũdum Euripidem.*
paruæ aut contemnendæ rei penſetur. Nec illi ſatis rectè iudicare uidentur, qui cùm Alexandri laudent expeditionem, Craſſi audent uituperare conatus. Neque enim decet ex euentu rei iudicia facere. Sed nos ad inſtituta redeamus. Niciam permulta in bello præclara facinora edidiſse cõſtat: multis enim præliis hoſtes ſuperauit, & à capiendis Syracuſis paulùm abfuit. Nec quæ tanta errata ſunt, omnia eius culpa euenere: magnum enim rebus gerendis aduerſa ualetudo impedimentũ attulit: plurimùm
113 etiam ciuium, qui domi erant, inuidiam accuſare licet. Craſsus autem propter innumeram erratorum multitudinem, nullum fortunæ uituperandæ locum reliquiſse uidetur, atque ſola eius apparet accuſanda ſtultitia, quam non tantùm Parthorum uirtute, quantùm aduerſa Romanorum fortuna ſuperatam fuiſse putãdum eſt. Præterea cùm nullum diuinationis ſignum Nicias aliquãdo neglexerit, hic autem omnia penitus deorum portenta contempſerit, utriuſque idem ferme exitus fuit. Difficilis ſanè res ad iudicandum, licet illi minus uituperandi uidentur, qui peruicaciæ & ſuperbiæ crimen fugientes, ueterum opinionem atque authoritatem ſequuti, propter nimiam religionem delinquunt. In morte uerò Craſsus laudabilior, qui nunquam timori aut labori ſuccumbens, ſed amicorum precibus & uoluntati obtemperans, tum etiam hoſtili fraude deceptus interiit. Nicias autem turpi & infami ſpe ſalutis ductus, ſupplex ad hoſtium genua procumbens, turpiorem ſibimet ipſe mortem effecit.

Plutarchi

Agesilaus.

SIMONE GRYNAEO INTERPRETE.

ARCHIDAMVS Zeuxidami filius, cùm magna Spartæ gloriâ re- 1
gnasset, è duabus uxoribus Lampride Eudocimi, & Eupolia Mele-
sippidæ filia, filios totidem, ex illa quidem Agim, ex hac multò iu-
niorem Agesilaum reliquit. Sed regnum cùm lege cōpeteret Agi-
di, uixit Agesilaus uelut priuatim. Disciplina (sic uocant) Sparta-
na educatus fuit, difficili illa & laboriosa, qua capessendis impe-
riis pulchrè iuuenes instituuntur: unde Simonidi hominum domatricem Spartam
uocari putant, ut quæ ipso disciplinæ genere legibus audientes cicurésque ciues suos
reddat, uelut equos, principio statim domando. Hanc tam seueram disciplinam de-
stinatis imperio regiis liberis quanquam lex remittit, tamē & hoc Agesilao peculia- 2
re fuit, quòd ad imperādum non prius accessit, quàm obsequi imperio didicisset: un-
de multò commodissimum subditis principem fuisse tradunt, imperioso sublimíque
natura ingenio, his quas è disciplina contraxit, popularitate humanitatéque coiun-
ctis. Habuit autem quo tempore inter æqualium greges (sic enim uocant) puer age-
bat, Lysandrū amatorem, impensè ingenij eius elegantiam admirantem. Nam cùm
ambitione & audacia longè cæteros anteiret, haberéq; primas in rebus omnibus uel-
let, ac præditus uehementia quadam & impetu uinci cogíque nesciente uideretur,
tam mansueto, tam obsequenti contrà ingenio fuit, ut nihil metu, pudore omnia fa-
ceret imperata, magísque reprehensione commoueretur, quàm ullo grauaretur labo-
re. Tibiæ uerò iacturam, illa corporis florentis ætas facilè texit: quam cùm alacriter
ferret, etiam seipsum scommate interdum ultro petens, & malo se non mediocriter
leuauit, & indolem laudis cupidam reddidit perspectiorem, nullos aut labores, aut 3
negotia, propterea quòd claudus esset, detrectando. Ex ipsius uerò membris similitu-
dinem expressam nullam habemus: haud enim passus est, ut qui moriens etiam, ne
quo typo, uel alioqui imitatione, forma corporis exciperetur, edixit. Fuisse autem
statura parua ferunt, & forma despicabili: sed hilaritas alacritásque uiri, & illa quo-
tiescunque locus tulisset urbanitas, postremò omni mœstitia & asperitate uocis uul-
tus carens, effecit ut eadem ad extremam usque senectā gratia, præstantes forma pul-
chritudinéque uiros æquaret. Nam ut Theophrastus scribit, Archidamum ipsum,
quòd staturæ perexiguæ fœminam matrimonio sibi copulasset, Spartani multarunt,
cùm non reges, sed regúculos progigni sibi quererentur. Agide uerò regnante, cùm 4
exul Alcibiades Sicilia Spartam ueniens, istic aliquandiu uersaretur, rem cum Ti-
mæa Agidis uxore habuisse creditus est. Nam agnoscere se partum Agis ipse nega-
bat, ut quem esse Alcibiadis diceret: & Timæam haud ægrè probrum tulisse Duris est
author, cùm domi non Leotychidam, sed Alcibiadem insusurrare pedissequis pue-
ruli nomen soleret. Sed & Alcibiades ipse nulla contumelia, sed ambitione factum
alicubi confitebatur, cùm relinqui ex se cupere diceret, cui Sparta obtēperaret. Agim
igitur metuens Alcibiades Lacedæmone discessit: puer uerò suspectus patri semper
fuit, caruítque legitimorum liberorum cura. Sed enim ægrotanti ipsi cùm ad pedes
lachrymans sese iuuenis prouoluisset, ut filius multis audientibus appellaretur, im-
petrauit. Agide mortuo cùm Lysander nauali prælio Atheniensibus superatis, pluri- 5
mùm Spartæ posset, Agesilaum ad imperandum induxit, Leotychidæ notho homi-
ni regnum minimè competere ratus. Plerique uerò ciuium etiam reliquorum, Age-
silaum tum ob uirtutes ipsas, tum propter educationem disciplinámque commu-
nem,

nem, studiosè colebant, iuuabántque. Erat autem Diopethes fatidicus quidam uir
Spartæ & ueterum oraculorum plenus, quíque sapere in his rebus & excellere cùm
plurimùm uideretur, is Spartano imperio claudum regem præfici fas esse negabat,
oraculum in ea causa defendenda huiusmodi proferens:

Sis inuicta licet, tibi dico Sparta cauebis,
Ne claudo uictrix patiare incommoda regno:
Includent subiti multo te tempore morbi,
Et sæuo bellum prosternens omnia fluctu.

6 Lysander cōtrà: Si omnino moueat oraculum Spartanos, Leotychidam cauendū esse
potius. Deum, si quis cùm rex sit, claudicet, nihil curare: sed si legitimus nō sit, si Her-
culis sanguine non natus, hoc claudū regnum esse. Agesilaus etiam nothū esse Leoty-
chidam Neptuni testimonio cōfirmabat, quòd Agim terræmotu deus cubiculo eie-
cisset, ac decimo pòst ampliúsq; mēse Leotychidas esset natus. Hoc pacto & his cau-
sis Agesilaus rex declaratur, opésque Agidis cum ipso statim imperio accipit, Leoty-
chida tanquā illegitimo hærede pulso. Verùm cùm huius ex matre familiares bonos
uiros ac tenues uehementer esse uideret, dimidiū facultatū restituit, beneuolentiā sibi
gloriámque pro inuidia & inimicitia parans, &, quod Xenophon scribit, obsequen-
do patriæ, eò perueniens authoritatis, ut omnia pro arbitrio constituere iam posset.
7 Adeò tum penes Ephoros & senatores potestas omnis erat: quorum cùm illi tantùm
annuo, hi quò minus infinita regibus potestas esset, perpetuo magistratu fungerētur
(ut suprà in Lycurgo docebamus) domesticam quandam inuidiā iam olim à princi-
pio senatus regésque inter sese fouebant. Agesilaus alia uia rem aggressus, non obii-
cere sese, dissentiréue: sed obsequi, nil inconsultis his auspicari, quoties uocaretur non
gressim, sed festinanter adesse, pro tribunali sedens ingredientibus Ephoris assurge-
re, senatori nouo lænam bouémque uirtutis argumēta donare. Qua quidem arte, qui
suspicere & euehere senatorum dignitatem existimabatur, potentiā sibi, regno am-
plitudinē maiorē, utrúque ad istam beneuolentiā mox consequuturū, suspicante ne-
8 mine, clàm comparauit. Erga ciues reliquos inimicū se, quàm amicū præstitit incul-
patiorem, ut qui iniuria inimicū afficeret neminem, amicis sæpe in re nō satis hone-
sta sese daret: illos si quid præclarè fecissent, honore suo fraudare turpe ducens, hos si
quid turpe designassent, ne reprehēdere quidem ausus: quin iuuabat, successibus etiā
istis exultās, & peccabat unà, ac turpe nihil arbitrabatur quòd obsequutus esset ami-
co. Factiosos errātésque ciues cùm facilius, quàm quisquam uel Ephorus, uel senator
miseraretur, ac supplices non grauatim etiam iuuaret, uulgi animos in se passim cō-
uertit, & studiis omnium facilè deuinxit. Quod Ephori cùm animaduertissent, quia
suspectam iam potentiam illam habebant, hominē multarunt, causa subiecta, quòd
ciues communes uendicaret soli sibi. Quemadmodum enim physici putant, lite cō-
tentionéque de rebus sublatis futurum ut cælum stet, ortus uicésq; rerum interquie-
9 scant, cōcentu, qui in ipsis reperiatur, omnia interpellante sistentéque: sic Laconicus
ille legislator contentionem æmulationémque uelut igniculum uirtutis quendam
reip. intulisse uidetur, semper esse quod inter se ciues boni contendant uelitentúrque
uolens: illam uerò priusquam conuicta sit, ultro sponteque cedentem gratiam, uelut
ignauam inertémque repudiauit. Quod etiam Homerum uidisse putant, ut qui nun-
quam Vlysse & Achille mirandis inter se uerbis usque ad conuitia euectis, exultantē
Agamemnonem induxisset, ni magnum ex ea quæ inter ciues est simultate, commo-
dum reipub. prouenire credidisset. Quæ quidem nemo fortassis est, qui in uniuer-
sum recipienda putet. Ingens ciuibus malum contentio est, quoties efflagrauit. Age-
silao cùm haud pridem imperium suscepisset, ex Asia reuersi quidam, Persarū regem
10 magnis copiis Lacedæmonios mari prohibere accinctum nuntiabant. Lysander ita-
que rursus Asiaticam expeditionem agitando, & his quos istic rebus reliquerat præ-

fectos,quia miserè & per uim urbibus pulsi,partim etiam trucidati fuerant,auxilium moliẽdo, Agesilaum,ut ei militiæ animum adiiceret, pro Græciáque pugnaret hortabatur: quod ita futurum putabat,si mox in Asiam traiiciens, regem celeritate præuertisset.Græcos interea qui Asiam incolebant missis literis subornat, Agesilaum sibi ducem petant.Agesilaus in concionem progressus,sic bellum suscepit,si quorum uti consilio posset, Spartani homines triginta, rerum bellíque periti, disciplinæ Spartanæ milites electi mille, sociorum sex millia, sibi adiungantur. Lysandro negotium conficiente, hæc ut ita fierent, scitum fuit. Agesilaum cum triginta uiris statim emittunt, inter quos Lysander primus erat, non tam priuatam gloriam potentiámque, quàm Agesilai amicitiam sequutus, ut cui plus in hac profectione, si rectè successisset, quàm in administrando regno situ uidebatur.Copiis igitur ad Ergestum collectis, ipse cum amicis in Aulidẽ proficiscebatur,ubi cùm pernoctaret, in somnis quendam uidere uisus est hoc pacto se compellantem: Neminem unum Græciæ totius esse ducem antea declaratum, quàm Agamemnonem quondam, & nũc te,ô Lacedæmoniorum rex Agesilae,nosti puto:& quia iisdem imperitas,iisdem bellum infers, eodem ex loco ad bellum excitaris, uerisimile est, sacra etiam eadem te facturum,quæ hinc ille nauigans fecit.Hic tametsi subiret mactationis eus Agesilao,qua filiam ille uatum persuasione sacrificauit, nihil conterritus est tamen: sed surgens, amicis re cõmunicata, ita se deam honoraturum dixit, quomodo uerisimile sit gratum ei futurum si sit dea: inscitiam uerò haud imitaturum scelúsque ducis. Ceruam igitur inspectis extis offerri à uictimario suo iussit, non eo modo quo fieri à Bœotiis solet. Quam rem cùm principes Bœotiorum intellexissent, commoti, mittunt qui Agesilao interdicant,ne contrà quàm leges & consuetudo patriæ sit, sacrificet.Hi & interdixerunt, & aris imposita proiecerunt. Agesilaus perturbatus soluit, & Bœotiis succensens,& spe propter omen dubius, quòd nihil præclari futurum, & expeditionem haud ritè successuram suspicaretur. In Ephesum uenienti statim Lysandri potentia & authoritas ingens illi molesta grauísque fuit, cùm illius limina magna assiduè frequentia tererentur,illum omnes sectarentur,& obseruarent,uelut nomen titulósque tantùm imperatoris Agesilaus lege suffragante ferret: Lysander uerò re ipsa dominus omniũ,omnia faceret & imperaret.Nemo sanè in Asiam ex Græcia missus imperator,maior illo terribiliórue fuit,nec maioribus uel beneficiis socios,uel cladibus hostes affecit quisquam, quoru m omnium recens apud homines memoria extabat.Ad hæc cùm simplicẽ Agesilaũ lenémque & populare, Lysandrum eadem ubiq; uehemẽtia, eadẽ asperitate, eodẽ orationis cõpendio præditũ uiderent, ei soli per omnia inseruiebant, solum auscultabãt. Vnde triginta illi quos Agesilaus sibi cooptarat, primùm rem indignè ferre,seruos se dicere Lysandri potius,quàm cõsiliarios regis.Mox Agesilaus ipse,quanquam minimùm inuidus, aut istis Lysandri honoribus iniquus, sed quòd miro gloriæ studio flagraret, ueritus ne si quod præclarum se facinus obtulisset, totum pro magnitudine famæ nominísque sui Lysander præriperet,consilium cepit: ac primùm quidem illius in dicenda sententia studiis palàm repugnabat,ut quibus ille in rebus plurimùm esse momenti censeret, eas negligens hic repudiánsque, pro his alia substitueret: mox eos qui se uel appellatum, uel rem necessariam petitum conuenissent,quos plurimùm illo fretos sciret,infecto negotio dimisit.In iudiciis eodem pacto,quos ille calumniaretur, hi ut superiores essent curabat:contrà quibus illum fauere prodesséque cupere constaret, difficilè multam effugiebant. Atque hæc cùm non temerè,sed uelut ex composito, eodémque semper pacto fierẽt,olfaciens causam Lysander & apud amicos rem iam non dissimulans, propter se multari milites dixit, hortabatúrque ut euntes regem placarent, eos deinde colerent,qui se plus possent. Hæc cùm dicere faceréque Lysander inuidiæ conciliandæ causa uideretur, grauius illum mordere Agesilaus uolens, quæsturæ distribuendarum

dartum carnium,honorificæ quidem illi,sed huius gloria lõgè inferiori,præfecit, addidítque audientibus multis, Nunc igitur abeuntes hunc meum mihi quæstorem placate.Quam rem uehementer ille dolens,Belle igitur,inquit, Agesilae,nosti amicos extenuare tuos. Noui,inquit,sed eos,qui me maiores esse uolunt.Atqui,inquit ille, pulchrius fortasse abs te ista dicuntur, quàm in me quadrent: prouinciam igitur locúmque da, ubi sine molestia prodesse tibi queam. Pòst igitur ad Hellespontum missus,Mithridatem uirum Persam ex Pharnabazi prouincia, magnis cum facultatibus equitibúsque ducentis Agesilao adduxit.Magistratum uerò non abdicauit, sed grauiter reliquum uitæ tempus ferens, auellere ab istis duabus familiis regnum, & in medium Spartanis omnibus reuocare cogitabat: ac uidetur magna sanè reip. mutatio ex illius simultate impendisse, ni morte dum in Bœotia militat occupatus, prius oppeteret. Adeò, si quod nimis est, ambitiosa ingenia non cauent, plus mali patriæ suæ dant, quàm boni. Nam Lysander quanquam erat intolerabilis, nimis, quàm tempus illud ferebat, ambitione euectus,tamẽ remedium Agesilaus aliud accommodatius meliúsque, uiro præsertim illustri & gloriæ tantùm studio delinquẽti,adhibere potuisset: sed eodem morbo uidetur ille quidem quãtùm summo imperio deferendũ esset,nesciuisse: hie familiaris hominis inscitiam ferre nequiuisse. Post hæc cùm Tisaphernes primùm quidem metuens sibi,inito cum Agesilao fœdere cõfecturum se apud regem diceret, quî urbes Græcæ ad ipsum liberæ redirent, mox uiribus, ut putabat, idoneis instructus bellũ inferret, haud grauatim Agesilaus rem tulit, tum quòd magna expeditionis eius expectatio foret, tum quòd turpe duceret, cum decem millibus hominum Xenophontem ad mare ueniisse, regis copias pro arbitrio strauisse:se duce,Spartáque & mari & terra regnante, nullum ostendi præclarum facinus patriæ posse.Igitur cùm talionem reddere perfidiæ Tisaphernis uolens, iter in Cariam pronũtiasset,ac barbarus statim copias omnes eò collegisset, ipse mouens Phrygiam inuasit:ubi cùm multis urbibus captis, opes amplissimas quæsisset, amicos docuit, qui fœdus uiolet, diuinam aduersus se iram prouocare: hostem uerò qui fallat,& iuste facere & gloriosè,ac cum uoluptate lucrum referre. Equitatu cùm longè inferior esset,tempore sacrorũ quæ *Inuiolata uocant,Ephesum reuersus equitatum hoc pacto contraxit.Ditioribus ni ipsi militarẽt, equum singulis equitémque imperabat:qui cùm multi essent, subitò equestres copias plurimas & bellicosas pro armatura leui,qua prius utebatur,parauit.Nam militare uolentes à nolentibus cõducebantur, item equitare uolentes, ab his qui nolebant: Agamemnonis exemplo,qui bellè fecisse uidebatur,equa strenua uirum ignauum diuitémque cõmutans, & militia excludens.Captiuos,qui sub hasta ueniebãt, nudos produci iussit: ac uestes quidẽ cùm multi emerent, ipsos uerò,quòd albis corporibus & mollibus essent,utputa sub umbra uersati, risu miles,tanquam imbelles & inutiles excepisset, astans Agesilaus, His cum certabitis, inquit: illa uerò præmia certantes referetis.Iam hostilem agrum inuadendi tempus erat, cùm in Lydiam pronuntiaret, non amplius Tisaphernem ludens:sed ille, dum Agesilai consilium ex superiore dolo metitur, seipsum fallens, Cariam petiturum sperabat, equitatui, quo carere hostis uidebatur, non satis accessam.Verùm cùm hic,quemadmodũ prędixerat,in plana,quę iuxta Sardes sunt,exercitum duxisset, coactus est Tisaphernes repentè subsidium suis ferre, equitatúque præmisso, eos qui extra ordines proxima depopulabantur, contriuit quidem. Sed Agesilaus equitem hosti adesse solum,sibi uerò prompta omnia uidens,prælium maturabat,equitatum,expeditis admixtis,ire quamcelerrimè & obiicere se hosti iubet, ipse cum phalãge sequebatur.Barbari cùm statim inclinasset,insequutus eques Græcus,castra eorũ cepit,multósque necauit. Ab isto prælio non solùm uniuersam illam regis oram pro arbitrio depopulabantur,sed Tisaphernes perditus homo & uniuerso Græcorũ generi infestus, ad pœnam deposcebatur. Statim enim rex Tithraustem

* Ἄλωβα.

misit, qui Tisaphernem quidem capite plexit, Agesilaum uerò ut abducto exercitu domum rediret, magnam auri uim pollicens, mittensque cohortabatur. Agesilaus pacis conciliandæ authoritatem penes se non esse, sed penes patriam: opes uerò magis exercitui se quærere, quàm sibi, respondit: ad hæc præclarius uideri spolia, quàm munera Græcos ab hoste referre: uerùm gratificari tamen Tithraustæ uolens, quòd hostem Græciæ communem Tisaphernem morte multasset, exercitum in Phrygiam abduxit, uiatico triginta talentorũ ab illo accepto. In eo itinere cùm esset, literas Sparta accipit, in quibus ei magistratus maritimum etiam imperium decernebat, quod nulli antea contigit unquã, erátque sine dubio maximus iam Agesilaus, & omnium qui tum uiuebant mortaliũ, quemadmodũ Theopompus scribit, clarissimus. Equidẽ cùm plus ex uirtutibus sibi, quàm propter imperiũ uendicaret, maritimã tamen rem Pisandro committẽs, uidetur parum feciſſe consultè, quòd multis tum & natu, & rerum peritia maioribus præsentibus, haud patriæ rationem habẽs, sed affinitatis uxorísque, cuius frater Pisander erat, gratiam captans, maritimũ iuueni imperiũ demandarit. Ipsi exercitum in subiectam Pharnabazo prouinciã traducenti, non solùm largè omnia suppetebant, sed facultates ad hoc etiã exaugebantur. Igitur in Paphlagoniã progressus, Paphlagonum regem Cotym, qui amicitiã eius propter ipsius fidem uirtutésq; ultro affectabat, sociũ sibi deuinxit. Sphitridates autẽ ubi primùm à Pharnabazo ad Agesilaũ seceſſit, unà semper proficiscebatur, unà semper militabat. Habebat hic filium Megabetem pulcherrimũ, quem puerũ uehementer Agesilaus amabat: habebat & filiam uirginem pulchram, ætate iam nubilẽ, hãc ut Cotys uxorẽ duceret, effecit. Hinc mille equitibus, expeditis uerò duobus millibus à Cote acceptis, in Phrygiam reuersus, Pharnabazi prouinciam passim uastabat. Is ad hostilem aduentum nec subsistebat, nec præsidiis sese credebat: sed pretiosam charámque supellectilem omnem assiduè apud se habens tergiuersabatur fugitabátque, alibi & alibi subinde latitans locorum, donec obseruans illum Sphitridates, Eripida Spartiata comitante, castris exuit, opibus omnibus potitus. Hîc cùm acerbius quæ de præda, Sphitridatis milites surripuerant, Eripidas peruestigaret, & restituere barbaros cogeret, omnibus inspectis excussísque, sic Sphitridatem offendit, ut momento Sardos* ad Paphlagonas abiret. Eam rem Agesilaus acerbissimè tulit. Dolebat generosum uirum Sphitridatem, & cum hoc uirium non parum alienatum esse: pudebat sordium & illiberalitatis, à qua & se & patriam summo semper studio tuebatur: præsertim amor pueri grauiter uirum urgebat, profundè iam conceptus, tametsi præsente, quia* tumidiore semper utebatur, euincere malum haud leuiter annixus est. Ac ferunt cùm aliquando salutatum osculatúmque uenientem auersatus esset, & ille pudore ob eam rem perfunderetur, ac salutatione in posterum abstineret, procul iam eum compellans, uehementer doluisse Agesilaum, pœnituisséque osculi repudiati, & mirari simulasse, unde fieret quòd Megabetes osculum iam nullum offerret. Cúmque familiares in ipso culpam esse dicerent, qui nõ subsistat, sed fugiat osculum pulchri illius, abhorreátque, quandò nunc etiam persuasus ille intra complexum ueniat, inquiunt, modò ne rursum detrectes. Ad hæc aliquãdiu apud se cogitabundus tacitúsque Agesilaus, Non est cur illum persuadeatis, inquit: nam ego decertaturus hoc rursus certamen uideor iucundius multò, quàm si omnia quæ sub conspectum sunt, in aurum mihi uideam ueſtigio conuersa. Sic igitur Agesilaus erat Megabete præsente, abeunte uerò sic efflagrabat, ut difficile creditu sit reuersum ab osculo fuisse repulsurum. Post hæc in colloquium uenire Pharnabazus cupiebat, Apollophane quodam Cyziceno communi hospite utrosque inducente. Agesilaus cùm iam ueniſſet, sub umbram, quà plurimùm graminis erat, porrigẽs sese, Pharnabazum ibi præstolabatur: qui ubi uenit, uillis mollibus & uariegatis tapetiis suffultus, ita iacentem Agesilaũ uidens, se quoque in herbam quà fortè locus erat abiecit, tametsi ueſtẽ tum

* μετὰ τῶν Παφλαγόνων.

* φιλονείκως.

coloribus,

coloribus, tum subtilitate mirandam indutus. Vbi se salutauere, Pharnabazus multa non ab re commemorabat, quòd qui sæpe magnísque in rebus, illo præsertim aduersus Athenienses bello, Spartanis præsidio fuisset, nũc ab iisdem bello peteretur. Agesilaus ubi quos secum duxerat Spartanos, oculos ob pudorem in terram figere, & animi dubios esse uidit (iniuriam enim Pharnabazo fieri putabant) Nos, inquit, ô Pharnabaze, & amici regis antea cùm essemus, amicè rebus illius utebamur, & inimici nunc cùm simus, utimur inimicè, ac per teipsum, quem de numero regiarum possessionum esse uelle uidemus, illum non iniuria persequemur. Verùm quocunque die socius amicúsque Græcorum potius, quàm mancipium regis esse uoles, hanc phalangem, hæc arma, has naues, & nos denique ipsos tuarum possessionum custodes futuros scias, libertatísque, qua sine hominibus pulchrum aut expetendum nihil est inuita. Ad hæc Pharnabazus paucis respondens, Ego, inquit, si rex alium præfecerit imperatorem, uester ero: si me, non alium, etiam atque etiam curabo quî fortiter uos repellam, pessimis modis pro rege mulctem. Hæc audiens Agesilaus gauisus est, dextrámque prehendens, ac simul surgens, Vtinam, inquit, ô Pharnabaze, talis cùm sis, nobis amicus potius, quàm inimicus esse pergas. Pharnabazo cum amicis iam discedente, relictus filius ad Agesilaum accurrebat, ridénsque, Hospitem, inquit, faciam te Agesilae: iaculum quod manu tenebat ei dans: quod cùm Agesilaus accepisset, aspectu studióque pueri lætatus, circunspicit, an usquam sit, unde pulcher generosúsque adolescens remunerari posset. Videns autem Adæi, qui tum à tabellis erat, equum phaleris quammaximè excultum, statim reductum eum puero dedit, ac deinceps haud unquam rem desiit meminisse: progredientéque tempore, cùm domo fratribus conspirantibus eiectus iuuenis esset, ac fugiens in Peloponnesum uenisset, causam huius diligenter curauit, etiam amoribus implicitum iuuans. Athletam ille puerum Athenienſem amabat, qui postquam adoleuisset ferocior aliquantò factus, parum aberat quin in Olympicis ordine moueretur. Igitur ad Agesilaum Persa confugit pro puero rogans. Hic uerò gratificari homini etiam hoc uolens, magno tandẽ negotio rem cõfecit. Erat per cætera iustitiæ uehementer tenax obseruánsque: sed in amicorum rebus putidũ esse, tergiuersantémque, seuerioris iustitiæ allegationem putabat. Epistoliũ ipsius ad Hidrea Carem circunfertur huiusmodi: Niciam si quidem nihil commisit, dimitte: si commisit, nobis dimitte: summa, dimitte. Magna igitur parte talis Agesilaus in amicorum rebus fuit. Interdum tamẽ utilitatem respexit potius, præsertim (quemadmodum declarauit) sicubi festinantius castra moueret, haud magnam laborantis amici rationem habens. Nam ille ipse cùm aliquãdo castra mouentem quiddam flagitasset, conuersus, Non possum, inquit, rebus simul & tibi seruire. Sic enim Hieronymus philosophus scribit. Iam annus expeditionis secundus agebatur, cùm magna Agesilai gloria, admiranda continentiæ, frugalitatísq; & moderationis fama passim obtineret. Nam in castris usque mansit, etiam tum absens cùm summa festa, & quæ pauci mortales uiderunt, domi peragerentur, testes & spectatores sacrorum esse uolẽs deos. Inter tot uerò militũ millia, uix cuiusquam lectum uiliorem Agesilai lecto uidisses. Frigus æstúmque ferre sic poterat, ut solus eo semper cælo, quod deus cõtemperasset, uteretur. In primis uerò iucũdum Græcis Asiam habitantibus spectaculum fuit, cùm graues & intolerandos antea, copia luxúque diffluentes, regis præfectos, homini linea uilíque ueste obambulanti, trepidos humilésque seruire uiderent, ad unum breuéque Laconis uerbum attemperantes sese, ac subitò transformantes. Multis itaque illud Timothei in mentem ueniebat, Mars tyrannos, aurum Græcia non curat. Igitur Asia commota, & undique ad se deficiente, urbanis istic rebus citra negotium, citra ciuium exilia constitutis ornatísque, progredi longius decreuit, bellóq; à maritimis sociísq; Græcorũ urbibus tralato, de corpore iam & Ecbatana Susianáq; felicitate cum rege certare, otiũ quo sedens ille bella

Græcis diſpenſabat, libertatis authoribus inſidiabatur, principio ſubducere. In hoc tam præclaro inſtituto cùm eſſet, Epicydidas Sparta ueniens, graui Græcorum bello patriam urgeri, ipſum per Ephoros, quò rebus iſtic ſubſidio eſſet, domum reuocari nuntiabat. O barbara Græci mala commiſcentes. Nam quo alio nomine inuidiam, & illam Græcorum inter ſe tum conſpirationem uocemus, qua fortunam ſurgẽtem, arma in barbaros conuerſa, bellum Græcia eliminatum, rurſus in ſua uiſcera conuerterunt? Haud ſentio enim quod Demaratus Corinthius ille, magna Græcos uoluptate deſtitutos eſſe putans, qui in Darij throno ſedentem Alexandrum non uidiſſent. Sed lachrymaſſe non ab re puto quiſquis tum cogitauit, hoc & Alexandro & Macedonibus, eorum ſcelere permiſſum fuiſſe, qui præſtantiſſimum tum quẽque ducem, ciuilibus odiis ad Leuctra, ad Coroneam, ad Corinthum, in Arcadia prodiderunt. Ageſilai geſtorum nullum eſt hoc in patriam reditu, aut pium, aut excellens magis: neque exemplum uel iuſtitiæ, uel obedientiæ maioris extat. Nam ſi Annibal fortuna iam non benigna ſatis utens, & Italia uix iam tutus conſiſtens, ægrè bello ſuíſque domum reuocantibus parebat, Alexander uerò etiam ridebat (audita enim Antipatri cum Agide pugna, Videtur, inquit, dũ nos hîc Darium uincebamus, in Arcadia murium conflictus aliquis fuiſſe) an non felicem Spartã iudicemus, cui honoris tantùm tribuit Ageſilaus, tantam legibus reuerentiam? ut quem tanti ſucceſſus, tantæ uires, tam certa ſpes longius inuitabant, omnia mittens, abiiciénsque momento quo nuntium accepit, ſolueret, cùm propter infecta negotia deſideriũ ſui relinqueret omnibus incredibile, Phæacenſis Demoſtrati uocem, qua communibus quidem in rebus Lacedæmonios, ſuis uerò Athenienſes præſtantiores ille iudicabat, falſam eſſe docens. Nam qui regem ducémque optimum ſeſe declararat, idem priuatim uti uolentibus, amicum & familiarem exhibuit multò iucundiorem. Perſici numiſmatis genus eſt ſagittarium inſculptum habens. Ageſilaus cùm ſolueret, decem millibus ſagittariorum Aſia ſe per regem expelli dicebat: tantùm enim pecuniarum Athenas Thebásque miſſum & principibus datum, populos eos aduerſus Spartam cõcitauit. Helleſponto traiecto per Thraciam iter tenens, nulli barbarorum ſeſe ſubmittebat: ſed mittens, unumquémque, per hoſtium, an amicorum terram iter faceret, rogabat: ac cæteri quidem omnes peramicè exercitũ ſuſcipiebant tranſmittebántque, ſoli Tralles, à quibus etiam Xerxem redemiſſe donis tranſitum ferunt, centum argenti talenta, totidémque fœminas mercedem poſtulabant. Ille ridens, quin mox adſunt & accipiunt, inquit: pergénsque multos illorum prælio fudit, ſtrauit. Eodem pacto ad regem Macedonum mittens, cùm ille ſe deliberaturum reſpondiſſet: Deliberet, inquit, at nos porrò pergamus. Rex audaciam miratus, metuénsque ſibi, uelut amicum mouere iuſſit. Agros Theſſalorum quòd eſſent hoſtibus confœderati, paſſim uaſtabat. Lariſſam amicos Xenoclem & Scythen miſit de fœdere tractaturos: qui cùm capti uinctíque detinerentur, cæteri quidem exercitum admouendum, urbémque obſidẽdam putabant: ipſe uerò cùm nolle ſe totam Theſſaliam capere diceret, altero legatorum amiſſo, urbem tamẽ in fidem ſuam recepit. Nec eſt cur quis illam Ageſilai clementiam miretur. Nam cùm pugnam ingentem ad Corinthum habitam, ac hominum ut uſquam clariſſimorum magnam ſubitò uim deſideratam audiret, pauci licet Spartani, hoſtes uerò plurimi concidiſſent, nec gratulatus eſt, nec exultauit quicquam, ſed grauiter ingemiſcens, Heu patriam, inquit, quæ tantùm uirorum perdit, qui ſi nobis uiuant, quantùm uſquam barbarorum eſt, excindere potuiſſent. Proximi Pharſalij ſequebantur, qui cùm aſſiduè exercitum infeſtarent, ipſe quingentis cum equitibus impetu facto, in fugam eos cõuertit, trophæúmque ſub Narthacio erexit, ultrà quàm dici poteſt ea uictoria gratulatus, quòd equitatu quem ipſe erudiuerat ſolo, eos qui plurimùm ſibi equeſtribus præliis tribuebant perdomuiſſet. Hoc in loco Diphridas Sparta ueniens, Ageſilao occurrebat, rectà Bœotiã inuadere iubens: quod quanquam

quanquam propter militum paucitatem in poſterum facere Ageſilaus decreuiſſet, nihil tamen recuſandum magiſtratui putans, ac ſuis diem illam, quam propter, Aſiã reliquiſſent, adeſſe prædicens; duo millia militum qui pugnæ Corinthiorum nuper interfuerant acciuit. Interea Spartæ in gratiam ipſius præconium edebatur, ecquis dare iuuenum nomen, adeſſéque regi uellet. Cúmque læti omnes nomina dediſſent, ſenatus quinquaginta ualidiſſimos fortiſſimósque delectos ad illum trãſmiſit. Ageſilaus poſtquam Pylas iam exceſſit, & Phocidam regionem amicam peragrauit, primùm in Bœotiam traiecit. Ibi cùm iuxta Chæroneam caſtra poſuiſſet, eodem tempore & ſolem minus, quàm parte dimidia deficientem uidit, & nauali circa Cnidum prælio; uictum à Pharnabazo & Conone Piſandrum, occubuiſſe audiuit. Doluit, quemadmodum par erat, tum propter urbis, tum propter uiri caſum: uerùm ne triſtitia terroréue miles iamiam pugnam initurus conſterneretur, contrà referre qui à mari uenerant iuſſit, nempe uictoriam maritimam eſſe partam. Ipſe corona impoſita progreſſus, ob nuntium lætum ſacra fecit, familiaribus epuli parte miſſa. Mouens autem in Chæroneam quam primùm hoſtes conſpexit, ſimul ſe conſpectũ animaduertens, aciem ſtruens, ſiniſtrum Orchomeniis cornu dedit, ipſe tenebat dextrum. Thebani uerò dextrum tenebant ipſi, ſiniſtrum Argiuis dabant. Pugnam illam ſcribit Xenophon, ſic ut nullam unquã fuiſſe peractam: aderat enim Ageſilao, pugnam obiens unà cùm ex Aſia traieciſſet. Primo igitur congreſſu, nec impetus uiolentior, nec certamen longius fuit, ſed & Thebani Orchomenios ſtatim pepulere, & Ageſilaus Argiuos. Vtrique uerò cùm laborare ſiniſtra cornua cognouiſſent, ſeſe conuerterunt. Hîc abſque periculo potuerat uictoria parari, ſi Thebanorum aciem redeũtem declinare uoluiſſet Ageſilaus, & in fugam actos iam Argiuos cæde perſequi: ſed ira, laudíſque ſtudio flagrans, obiecit ſeſe uiris, repellere per uim, ſummáque uirtute conatus. Illi haud ſegnius hoſtem excipiebant, prœliúmque toto exercitu uiolentum oriebatur: uiolentiſſimum uerò iuxta ipſum inter quinquaginta illos Spartanos iuuenes collocatum, quorum alacritas & ſtudium ſalutare, planéque in tempore adfuit regi. Nam ſummo ſtudio licet, nec ullo periculo parcentes pro rege certarent, ſeruare tamen inuulneratum non potuere: multas ſiquidẽ per arma plagas cùm toto paſſim corpore, haſtis gladiíſque infixis, accepiſſet, uix uiuum eripuerunt, ac obiicientes ſeſe, ſuíſque corporibus illum communientes, multos hoſtium ſuſtulerunt, multos ex ſuis amiſerunt. Quoniam uerò difficillimum fuit acie cõuerſa, pellere Thebanos, facerè coacti ſunt, quod principio nolebant: nam acie laxata tranſitum obnitentibus præbuere: mox tranſmiſſos, cùm negligentius ordines cuſtodirent, ſequuti, iuxtáque inhærentes, latera eorum cædebant. Thebani non fuga, ſed recedendo Heliconem petunt, ea ſibi pugna uehemẽter gratulantes, qua inuicti à ſe quidem ſtetiſſent. Ageſilaus quanquam differtum uulneribus corpus habens, non antè in tabernaculum ſe recepit, quàm ad phalangem perlatus, congeſta in armis cadauera contemplatus eſſet. Hoſtibus quotquot ad templum confugerant, parci iuſſit: eſt enim haud procul Itoniæ Mineruæ ſacrum, & trophæum iuxtà, quod Bœoti iam olim Spartone duce, Athenienſibus iſtic prælio uictis, Tolmidáque interfecto, conſtituerunt. Poſtero die ubi primùm illuxit, coarguere Thebanos uolens, ſi iterare certamen pergant, milites coronari, tibiis canere, trophæum adornari, ſtatuíque, uelut uictores iuſſit. Vbi uerò hoſtes poſtulatum cadauera ſuorum ſupplices uenere, ille pactis induciis conceſſit: atque in hunc modum uictoria confirmata, Delphos perlatus eſt, quo tempore Pythia celebrabantur, ſacráque deo magnificè fecit, decima ſpoliorum Aſiæ parte, quæ centum talentorum fuit, oblata. Domum reuerſus magno ſtatim in pretio charúſq; ciuibus, propter uitam cultúmque fuit. Neque uerò, quod plerique ducum ſolent, rediit ex peregrinatione nouus, alienísue moribus ſic immutatus, ut domeſtica uel faſtidiret, uel ſuperbius penſicularetur: ſed perinde ac qui Eurotam nunquã tranſgreſſi

Lib. de Ageſilai laudibus

fuerant, boni omnia consulens, non cibum, non balneum, non famulitium uxoris, non splendorem armorum, non domus supellectilem mutauit: sed ne fores quidem, peruetustæ cùm essent, adeò ut ab ipso Aristodemo positæ uiderentur: atque ut Xe- 39
nophon scribit, canathrum nihilo pretiosius filia eius habebat, quàm quæuis alia.
Canathra. Canathra uerò sunt uulturum ceruorúmque ligneorum imagines, in quibus puellulæ uulgò ad pompam sacrorum deferebantur. Porro filiæ nomen Xenophon nō tradit: idque Dicæarcho dolet, nec Agesilai filiæ, nec Epaminondæ matris nomina nobis cōstare: uerùm ex actis Laconicis deprehendimus nos, Agesilai coniugem Cleoram, filias Apoliam & Prolytam fuisse uocatas. Cernere hastam ipsius etiam hodie Spartæ sitam licet, nihil ab aliis differentem. Sed iam cùm ciues quosdam, equos ludis Olympicis alere solitos, nimis ex ea re contumaces esse uideret, Cynisiam sororē curru sedere, & Olympia certare persuasit, monstrare Græcis uolens, non uirtute, sed sumptu, uictoriæ genus hoc parari. Xenophontem sapiētem illum studiis deditum, 40
cùm apud se haberet, hortatus est ut liberos suos Spartam uocatos istic educaret, rem omnium pulcherrimam, imperare & imperium capessere perceptuos. Mortuo Lysandro, ac factione, quam ille ex Asia rediens aduersus eum concitarat, ingenti deprehensa, ostendere uolens qui uir Lysander uiuens fuisset, orationem, quam Cleon scripserat Halicarnasseus, Lysander pro concione de nouanda Repub. pronuntiaturus fuerat, in libello quodam relictam, & ab se inuentam, edere in publicum decreuit. Verùm cùm senex quidam orationem relegisset, & eloquentiæ uim ueritus, non
* ἐγκρύπτειν. Lysandrum * eruēdum, sed orationem cum ipso sepeliendam esse censuisset, destitit, acquieuítque, ac ne complices quidem ipsos mulctauit: sed ex his plerosque uel negotiis, uel copiis militum assiduè præfectos, quales essent re ipsa coarguebat, etiam
cæteris malitiam eorum & arrogantiam conspicuam reddēs. Mox in iudicium per- 41
tractis, patronum propugnatorémque se præbebat, ex inimicis familiares & obstrictos faciens, & ad se transferēs, adeò ut aduersarium iam in repub. planè nullum haberet. Nam rex alter Agesipolis, ut qui patre fugitiuo, & ætate prorsus iuuenis, ingenio uerò miti & eleganti foret, publica non admodum curabat, quanquam etiā hunc cicurem reddebat. Nam reges, quoties domi sunt, in commune eodémque triclinio conuiuantur. Adolescentem igitur amoribus implicitum cùm nosset (ut erat) mentionem semper aliquam de florida id genus ætate inferre, eodémque iuuenem prolicere, coamare, operámque locare: nihil enim turpe flagitiosúmue Laconici amores habent: sed pudorem, sed studium & ardorem uirtutis docent, quemadmodum in uita Lycurgi ostēdebamus. Igitur cùm plurimùm iam in republica posset, Teleutiæ uterino fratri ut res maritima committeretur effecit. Hinc Corinthum profectus, 42
ipse terra, Teleutias mari, quæ ad Lechæum longa mœnia tendunt aggressi cepere, ac Argiuos Corinthum tum custodientes & Isthmia fortè celebrantes, cùm subitò sese ostendissent, re diuina nondum prorsus peracta, & supellectile uniuersa relicta, templo pepulere. Hîc cùm qui Corintho ad Agesilaum exules profugerant, unáque in exercitu tum aderant, precibus institissent ut ipse quoque Isthmia celebraret, hoc
Recisse scribit Xenophon. quidem non fecit, sed ipsis celebrantibus & ad finem conficientibus adfuit, ac ut impunè liceret curauit. Hinc soluens, cùm ludos Argiui instaurassent, & quidam uicissent, rursum quidam qui pridie uicerant tum uicti, nihilominus inter uictores referrentur, magnam Argiuos ea re declarare timiditatem aiebat, quòd cùm tanti ludos sacráque facerent, pro eis certare, & armis consistere ausi nō fuissent. Equidem de sa- 43
cris & id genus rebus omnibus sic ipse statuebat, ut modum custodiendum esse putaret: quippe qui ludos patrios spectaculáq; solitus sit exornare, & prēsens magno semper studio, magna cum alacritate adesse, non puerorum, non uirgunculārum certamina negligendo, cùm cætera quæ plerique mirantur, ne nosse quidem satis uideretur. Erat Callipides nobilis tum inter Græcos nomine & fama tragœdus, quíque admirationi

mirationi omnibus esset: is Agesilao occurrens, primùm compellabat, mox per circunstantes turbulentius inferens sese, coràm ostēdebat, arrisurum ultrò sperans: tandem cùm nihildū profecisset, Non me nosti rex? inquit. Hîc Agesilaus, Tu uerò non
44 Callipides Dicelicta es? inquit: sic enim mimos Lacedæmonij uocant. Cùm hortarentur, ut eum qui lusciniam uoce repræsentabat, rursus auscultaret, recusauit, ipsas audiui, inquiens. Menecratem habuit medicum, qui cùm propter latam alicubi deploratis morbis opem, Iupiter uocari cœptus esset, nimísque petulanter cognomentum sibi uendicaret, & iam sic scribere ad ipsum regem auderet, Menecrates Iupiter Agesilao gaudere: hoc pacto rescripsit; Agesilaus rex Menecrati ualere. In agro Corinthiorum cùm uersaretur, & Heræum cepisset, captiuáque militibus omnia trahētibus tenentibúsq; spectator adesset, superueniētibus fortè Thebanorū legatis, quam urbem semper oderat, interesse putans, si contemptius eos acciperet, ac ob id accedē-
45 tes non audire, non uidere simularet, res ei indigna quædam euenit. Nondum enim digressis legatis, aderant qui circūuentas ab Iphicrate apud Lechæum cohortes nuntiabant. Erat autem magna clades, & quæ longo tempore Spartanos est insequuta, multósque uiros egregios amiserunt, partim grauioris armaturæ, quos oppresserant scutati: partim Lacedæmonios, quos mercenarij milites obtruncarant: exiliit, repentè subsidium suis laturus. Sed ubi actum esse animaduertit, Heræum rediēs adesse legatos iubet, respondere iam uolens: illi uerò cùm eadem illusione utētes, iam nil amplius de pace inferrent, sed ut Corinthum transitus permitteretur, orarent, excandescens, Si quidem amicos uidere uestros, de uictoria exultantes, uultis, me duce, cras uobis tutò licebit, inquit: ac unà postridie ducens, & regionem ipsam populabatur, & ad urbem Corinthum exercitum admouit. Cúmque satis ignauiam hostium pugnam detrectantium declarauisset, legatos dimisit: milites cladi cohortium super-
46 stites ad se recepit, Spartámque abduxit, antelucano mouens, noctu subsistens, cùm Arcadum inuidiæ malitiæque, insultandi occasionem nullā relinquere uellet. Hinc in Acarnaniam cum Achæis, quibus id gratificatur, cum exercitu trāsiuit, unde multam prædam reportauit, ipsis etiam acie fusis. Ac flagitantibus Achæis ut apud se hybernaret, quòd hostes eo pacto satione prohiberi posse uiderentur, cōtrà censuit, bellum si consitos habeant agros, magis formidaturum: quod etiam euenit. Nam exercitu paulò pòst redeūte, Achæis Acarnani se conciliarunt. Porrò cùm Conon & Pharnabazus rei maritimæ Persarum præfecti, Laconicā maris oram grauiter oppugnarent, & Athenienſium urbs, Pharnabazo sumptum suppeditante, uallo cingeretur,
47 pacem cum Persa facere Spartanis est uisum. Antalcidam igitur ad Teribazum mittunt, Græcos qui Asiam incolebant, & pro quibus enixè Agesilaus decertarat, regi turpissimè & sceleratissimè dedentes. Cuius quidem infamiæ labes Agesilaum minimùm contingit, ut cui infensus Antalcidas erat, pacémque unus omnium uel maximè fecit, quòd auctum iri eo bello Agesilai gloriam, ipsum clarissimū maximúmque fore uerēretur. Atqui nihilominus Agesilaus tamē, cùm Medisare quispiam Lacedæmonios obiecisset, Magis, inquit, Medi Lacedæmonisant: ac pacem recusantibus Græcis quibusdam cùm bellum minaretur denuntiarétque, omnes in eo permanere coegit, quòd æquum Persa iudicasset. Fecit id propter Thebanos, sperās si libertatem Bœotia recuperasset, illorum uires debilitatū iri, quod paulò pòst declarauit. Postquam enim Phœbidas rem ingentem ausus, fœderū & pacis tempore Cadmæā,
48 Thebanam arcem cepisset, Græcíque simul omnes succensērent, Lacedæmonij indignarētur, præsertim qui aduersarij Agesilao tum erant, Phœbidā irati rogantes, quonam id iubente fecisset, cùm ille Agesilaum insinuare uideretur, nō ueritus est palàm Phœbidæ astipulari, rem ipsam si quid utile habeat inspiciendā esse dicere: rectè tum potestatem sumi, & imperium non expectari, cùm quod utile patriæ sit, offeratur: tametsi iustitiam aliàs oratione perpetuò præferret, uirtutum primam esse diceret, nulli

uſui fortitudinem futuram, quæ iuſtitia careret: hæc ſi publicè colatur, nihil opus illa
futurũ. Cúmque monerent, hęc ita magno regi placere, Nil, inquit, maior eſt ille me,
niſi ſit iuſtus etiam magis: rectè præclaréque putans, iuſtitia uelut menſura quadam
quantũ quiſque præcellat regum exiſtimari debere. Epiſtolam igitur quam rex facta
iam pace, de priuatis ad eum rebus miſit, ne accipere quidem uolebat, priuata ami-
citia nulla opus eſſe reſpondens, ſi publica cuſtodiatur. Sic erat oratio, res lõgè diuer- 49
ſæ: nec illud propoſitum tenebat, ſed ambitionis contentionísque ſtudio plerunque
abreptus, illa præſertim contra Thebanos non ſolùm Phœbidæ factum defenſabat,
ſed ut in ſe culpam illam Sparta reciperet effecit, & arcem nomine publico teneret,
rebus cæteris Archidæ & Leontidæ, quorũ conſilio Phœbidas arcem ingreſſus occu-
parat, permiſſis. Erat igitur ſtatim ſuſpicio opera Phœbidæ, ſed authore Ageſilao ré
eſſe factam: ac negotia quidem mox inſequuta, ſuſpicionẽ reddidere cõfeſſam. Nam
cùm Athenienſes præſidium eieciſſent, & urbem, Archida & Leontida nomine qui-
dem ducibus, ſed re ipſa tyrannis, interfectis, libertati reſtituiſſent, iniuriarum prę-
textu, bellum ipſis ſtatim indixit. Cleõbrotus iam mortuo Ageſipolide regnabat: is
acceptis copiis in Bœotiam traiecit: nam Ageſilaus, quòd annũ à prima iuuenta qua- 50
drageſimum exegiſſet, & militiæ immunitatẽ legibus iam aſſequutus eſſet, hanc ex-
peditionẽ ob ignominiam libẽter declinauit, ne qui paulò antè Phliaſiis propter fu-
gitiuos bellum intulerat, nunc ob uindicandos tyrannos multare Thebanos, meritò
ab omnibus argueretur. Erat autem Sphodridas Lacon factionis Ageſilao contrariæ
Theſpis præfectus, ingenio haud ignauo quidẽ abiectóue uir, ſed qui maiore ſemper
fiducia, quàm conſilio niteretur. Is præclari nominis famam affectans, ac Phœbidæ
gloriã, quam quia Thebas inuaſiſſet, ingentem putabat, ob oculos habens, ac facinus
multò præclarius futurum ſibi pollicens, ſi Pirę̃um ipſe cepiſſet, ex continẽte claſſem
ſubitò inſcendere, mari Athenienſes prohibere cogitauit. Tametſi cõmentum hoc
Pelopidæ & Gelonis Bœotiæ ducum fuiſſe uelint, cùm quoſdã transfugiendi ſpecie
ſubmiſiſſent, qui Sphodridam laudantes tollentésque, quòd eſſe ſolus hoc tam præ- 51
claro conatu dignus uideretur, ad ſuſcipiendum negotium incitarent, improbum
æquè facinus & iniquum, & ad quod nec animus illi ſatis firmus, nec fortuna beni-
gna ſatis erat. Nam in Thraſium campũ, quo noctu cum Pelopida coniunctos opor-
tebat, clara iam luce uenere, & ignem ab Eleuſinæ ſacris cùm milites uidiſſent, hor-
ruiſſe & expauiſſe dicuntur: ipſe animum & audaciam illam, cùm iam latẽre nõ poſ-
ſet, abiecit, ac leuem iſtinc prædam agens, turpiter & inglorię Theſpias eſt reuerſus.
Miſſi Spartam Athenis ſunt, qui hominem accuſarent: uerùm accuſatore non erat o-
pus, ultro Spartani iudicium capitis Sphodridæ dictarant: quod ille quidẽ ſubire de-
creuit, iram ueritus ciuium, qui reuerentia Athenarum uideri iniuria affecti uolebãt,
ut ne iniuriam feciſſe uiderentur. Sphodridas igitur filium habebat Cleonymũ, ele- 52
ganti forma puerum: eum Archidamus Ageſilai filius adamabat. Hic illi tum, ut ue-
riſimile eſt, de patre periclitanti ſubſidiũ ferebat, tametſi palàm conficere quicquam
aut amicum iuuare non poſſet, erat enim aduerſarius Ageſilao Sphodridas: ſed poſt-
quã Cleonymus inſtitit hortãdo lachrymandóq; ut Ageſilaũ patrem placaret, quem
Sphodridas maximè terribilẽ ſibi putabat, diem unum & alterũ reueritus metuẽsq;
patrem, tacitè ſequebatur: uerùm ubi iudicij iam dies inſtabat, cõpellare auſus, Cleo-
nymi pro patre preces oſtendebat. Ageſilaus cùm amare Archidamum noſſet iam o-
lim, haud arguebat, erat enim de Cleonymo etiamnũ puero magna ſpes, uirũ ut quę-
quam alium præclarũ futurũ. Tum uerò nihil Archidamo ſupplicanti cõceſſit, unde
coniici uel præſidij uel gratiæ ſpes aliqua poſſet, tantùm conſideraturũ ſe dicẽs quod
bonũ rectúmq; foret, abibat. Perculſus Archidamus ad Cleonymum deinceps nõ ac- 53
cedebat, quod antea quidẽ ſingulis etiã diebus ſæpiculè ſolitus erat. Ex eo magis iam
illi Sphrodridæ ſalutẽ deſperabãt, donec amicus Ageſilai quiſpiam Etymocles, ubi in com-

in commune de ea re conueniſſent, Ageſilai ſententiam oſtendit, facinus eum peſſi-
mè odiſſe quidem, ſed Sphodridam uirum bonum iudicare, urbémque uideri eiuſ-
modi militibus habere opus. His etiam uocibus addere animum Archidamo uolens
ſæpe utabatur: ac iam Cleonymus Archidami ſtudium ſentire, & amici ſumpta fi-
ducia opem conari cœperunt. Erat impensè liberorum amans Ageſilaus, fertúrque
filiolis puerulis adhuc arundine obequitando domi colludens, amicum qui fortè
interuenerat, ut ne cui diceret, monuiſſe, priuſquam ipſe quoque liberorum parens
54 euaſiſſet. Sphodridã igitur abſoluto, & Atheniẽſibus, ut primùm audiuiſſent, ad bel-
lum conuerſis, audire peſſimè Ageſilaus, propter abſurdam puerilémque animi cu-
piditatem cœpit, quòd iuſtum iudicium interuertiſſet, urbem ſceleris ingentis ream
Græcis faceret. Filium Cleombrotum cum minus aptum bello uideret, neglecta qua
prius militiã detrectabat lege, in Bœotiam ipſe traiecit, ac multùm incõmodi The-
banis dedit, multùm accepit item: unde uulnerato dixiſſe Antalcidam ferũt, Debitã
Ageſilae, refers ex Thebanis præmia, belligerari nolentes, imperitósq; homines bel-
ligerari docens. Nec ab re Thebani ſeipſis fuiſſe tum ſuperiores bellicis artibus cre-
duntur, aſſiduis Lacedæmonum contra ſe expeditionibus uelut exercitati. Lycurgus
igitur uetus ille, trium quas uocant legum, tertia, in eundum hoſtem ſæpius exercitũ
55 ducere uetat, ne belligerari ſcilicet hoſtis doceretur. Erat autem & ſociis Ageſilaus
permoleſtus, quòd nulla cauſa publica legitimáue, ſed ira quadam & contentione
perdere Thebanos cogitaret: itaq; nihil obſtare dicebant, quò minus militãdo con-
ſumerentur, qui hue illuc ſingulis annis tanti tam paucos ſequi neceſſe haberent. A-
geſilaus quàm parum ipſorum multitudine fideret, docere uolens, uſus eiuſmodi cõ-
mento fertur. Conſidere ſocios omnes in unum permixtímque iuſſit, Lacedæmonios
item, ſed ab his ſeorſim. Mox per præconem ſurgere figulos primùm, ab his ærarios,
hinc lignarios fabros, deinde domificos, ordinéque cæterorum opificiorum ſectato-
res omnes iuſſit, ac iam tota propemodum ſociorum multitudo ſtabat, cùm Lacedæ-
moniorum, quibus opificiis lege interdictũ eſt, nemo dum ſurrexiſſet. Hîc Ageſilaus,
56 Videtis, inquit, ſocij, quãtò plures nos milites mittamus? Cùm exercitum ex Bœotia
Megaris reducens, in arcis baſilicam aſcendiſſet, uulſio & dolor ingens integram illã
tibiam ſubitò inuaſit: mox cùm grauiter intumuiſſet, & ſanguinis plena uideretur,
cruciatúmque ob inflammationes uehementẽ exhiberet, medicus Syracuſanus qui-
dam, uenam quæ ſub talo eſt incîdit, ac dolores quidem ceſſarunt: uerùm ſanguine
uberius profluente, & ſiſti iam nequeunte, plurima animi defectio, & periculũ graue
circunſtetit uirum: tandem ſanguine repreſſo Lacedæmonem perlatus, multo tem-
pore non ſatis commodè ualebat, militiã uerò non poterat obire prorſus. Multæ tum
undique Spartanis calamitates mari, terra incidebant, quarum Leuctrica maxima
fuit. Vbi primùm acie uicti Thebanis Lacedæmonij ſuccubuerunt, omnes pacẽ cum
57 omnibus ineundam eſſe cenſuerunt: undique legati ex Græcia Spartam inducias fa-
cturi conuenere, quorum de numero Epaminondas etiam fuit, eruditione & philo-
ſophiæ ſtudiis clarus, ſed qui militaris rei ſpecimen nullum tum dediſſet. Hic cùm
cæteros quidem omnes inclinatos Ageſilao uideret, ſolus quid ſentiret liberè pronũ-
tiauit, oratione non pro Thebis, ſed pro communi Græcia in medium illata: bello,
unde cęteris omnibus exitium eſſet, Spartam augeri docens: pacem uerò ſi durare ue-
lint, ex æquo iuſtóque conciliandam eſſe iubens. Cui uiro cùm uehementer intentos
eſſe, faueréque Græcos Ageſilaus uideret, interrogauit, num & Bœotiam iuris eſſe ſui
æquum iuſtúmque cenſeret: atque illo mox liberè uiciſſim interrogãte num ipſe La-
conicam liberam degere æquum putaret, exiliẽs iratus Ageſilaus, clarè dicere iuſſit,
58 liberámne Bœotiam dimittat: illo rurſum idipſum obiiciente, Laconicámne liberã
ipſe dimittat, adeò exaſperatus Ageſilaus eſt, & reſponſo offenſus, ut ſtatim nomine
Thebanorum albo pacis expuncto, bellum ipſis denuntiarit. Græcos cæteros conci-

liatos abire iussit, pace conciliata partim, partim bello inconciliabili suscitato. Erat hoc tempore Cleombrotus in Phocide cum exercitu: eum statim Ephori traiicere in Bœotiam & Thebis exercitũ admouere iubẽt: ipsi interea passim mittẽtes sociorum auxilia cõtrahebant, qui tametsi bello grauarẽtur, tamen cõtradicere, aut iugum excutere nondũ audebant. Hîc quanquàm multa inauspicata signa ederentur, & Prothous Lacon palàm reclamaret, tamen bellũ Agesilaus non remisit, sed perfecit, sperans reliqua Græcia libera uniuersa, Thebanis uerò cõmuni fœdere seclusis, tẽpus esse quo multari cõmodè possent. Eam porrò profectionem ipsa festinatio declarat, ira magis quam ratione susceptã. Nã quartadecima Martij mẽsis die, fœdera sunt Spartæ facta, mox Aprilis quinta clades in Leuctris accepta, cùm dies nõ amplius x x intercessissent. Mille Lacedæmonij cecidere, cecidit Cleõbrotus rex, & iuxtà fortissimus quisque Spartanus, inter quos & Cleonymũ Sphodridæ filiũ pulchrũ illũ, cùm tertiò pro rege dimicando prostratus esset, ac toties surrexisset, fortiter pugnãdo occubuisse ferũt. Hæc tã inopinata clades cũ Lacedæmoniis incidisset, Thebanis uerò successus, quo nemo Græcus aduersus Græcũ belligerando, glorioso magis est usus, nihil tamẽ digna minus admiratione, digna minus studio, Sparta uicta, quàm uictrix fuit: ac ut Xenophon scribit, fortium uirorũ uoces & gestus etiam in uino, etiã in lusu, dignum studio quiddã seruant, præclarè iudicans. Equidẽ non minus, imò magis operæpretiũ est, uiri fortes ut sese reflante fortuna gerant, quem uultũ seruent, quas uoces edãt, cogitare. Festum urbs tum fortè agebat, & peregrinis erat plena, puerorum chori (τριοπαιδίαν uocãt) nudi inter se, spectante, theatro certabãt, ubi qui cladẽ à Leuctris afferebant, subitò interuenere. Ephori quanquã iam tum primùm cæsos, rem & exercitum amissum esse innotuisset, nec chorũ discedere, nec quicquam de festo publicè mutari passi sunt: sed domatim nominibus interfectorũ ad cognatos missis, ipsi spectaculũ ludúmq; reliquum cõfecere. Postera die cùm iam omnibus & qui cecidissent, & qui superstites essent cõstaret, interfectorũ patres, affinésq; & familiares, in forũ progressi, uultu integro, lætóq; & gestiente, datis dextris accipiũt sese: superstitũ uerò uelut in luctu, cum uxoribus domi se cõtinebant, aut si egredi res postulasset, & habitu, & uoce, & uultu deiectis contractísque uisebantur. Iam matronas uidere audiréq; magis operæpretium erat, cùm illa reuersum ex prælio filiũ toruè iracundéq; suscepisset: hæ cùm cecidisse suos audirent, etiam in spectaculo surgentes sanctè studioséq;, tanquã commune gaudium protestantes, sese salutassent. Verùm cùm multùm sociorum defecisset, Epaminondas uerò successu sublatus Peloponnesum inuasurus uideretur, in mentem oraculi tum illius de claudò multis ueniebat, erátque plena perturbatione & pauore urbs, quòd diuinitus affligi uideretur, quia integrũ regem regno pulsum, orbo claudóque postposuisset: quæ res in primis documẽto fuit, monita deorum diligentius consideranda obseruandáque. Cõtrà uerò propter ipsius gloriam uirtutésque & authoritatem, non solùm rege ducéque bello, sed in ciuilibus etiam difficultatibus medico & arbitro utebantur. Nam cùm his qui prælio conterriti fugerant, quos desertores uocant, propterea quòd multi essent potentésq;, res nouas ueriti, positas legibus pœnas infligere cunctarentur (non solũ enim magistratu omni repellũt, sed uxorem nec dare cuiquam horum, nec ipsis ducere licet: obuios quisq; cùm uult, cædere potest, ipsi squalidi abiectíque circumeunt ista sustinentes: pallia consuta colore tincta ferunt: barbam radunt partim, partim nutriũt). Erat graue tot illos per urbem oberrãtes despicere, custodire sine magno præsidio minus licebat. Ergo legislatorem Agesilaum creant. Hic uerò nec rogans, nec derogãs legibus quicquã, in concionem progressus, dormire leges ea die sinẽdas, ab ea uerò deinceps die, ratas habẽdas esse dicebat, simul & leges urbi, & uiros honoribus suis aserendo. Volens autem præsentẽ iuuenum tristitiam discutere, in Arcadiam traiecit; ac cõgredi quidẽ acrius impræsentiarũ cauit. Oppidulum uerò Mantineorũ quoddam cepit, ac orã eam percurrens,

59 *Leuctrica clades.*

62

Fugitiuos in bello quomodo tractarint Spartani.

63

currens, arrectiorem fiducia patriã fecit, ut quæ nõ omnino desperasse uideretur. Ex hoc Epaminondas Laconicã, agmine sociorum accinctus inuasit, armaturæ grauis milites non pauciores quadraginta millibus habens, quos leues & inermes ad prædã intenti multi sequebantur, ut septuaginta millium hominũ agmen in Laconicã tum feciſſe impressionem credatur. Tempus ex quo Dores Lacedæmona habitabant, annorũ non minus sexcentorũ intercesserat, in quo uniuerso tum primùm hostes in ea
64 regione conspiciebãtur, antea nemo fuerat ausus. Sed impopulatam hactenus & intactã inuadentes, igni ferróque omnia uastabãt, omnia diripiebant usq; ad flumen, usque ad ipsam urbẽ, nemine obuiam eunte. Nam Agesilaus, quemadmodũ Theopompus scribit, tanto flumini, tantæ belli tempestati Lacedæmonios sese obiicere nõ est passus: sed interiora urbis præcipuáque tantũ custodibus armatorũ cingẽs, minas insultúsque Thebanorum nominatim se prouocantiũ, & pro regione certare tot malorum authorẽ bellíque facem iubentiũ, fortiter perferebat. Nec minus illi intra mœnia tumultus, clamores & discursus uirũ conturbabant, senum rem perferre tantam, mulierũ compesci nequeuntium, sed ubique tum ad clamores, tum ad ignes hostiles furentium. Haud mediocriter uerò gloriæ superioris recordatio contristabat, quòd urbis, quam maximã acceperat potentissimámq;, huc redactam gloriã, huc inclusum
65 nomen uideret. Nam & ipse gloriari solitus fuit persæpe, fumum hostilem Spartanæ fœminæ nullum unquã uisum. Et Antalcidas uir Spartiata cùm Atheniẽsis quidam cum ipso de fortitudine disceptaret, diceréteq;, sæpe Spartanos à Cephiso flumine repulsos, At nos, inquit, ab Eurota uos repulimus nunquam. Haud dissimiliter Argiuo cuidã Spartanus, quanquã inferioris notæ homo, respõdit. Nam ille, Multi uestrũm, cùm diceret, in Argolide sepulti iacẽt: At uestrũm, inquit, in Laconica nemo. Et Antalcidam quidẽ in Cythera liberos suos metu perculsum, tum exposuisse ferunt. Agesilaus uerò transire flumẽ, & iam urbem inuadere hoste conante, pro summis tantùm mediísque urbis locis, cæteris omnibus relictis, aciem struxit. Excreuerat tum, & ipso maior niuibus auctus Eurotas fluebat, plúsq; negotij frigiditate, quã impetu hosti facessebat. Traiicientẽ primùm omnium Epaminondã conspicati quidã, Agesilao monstrauere: ac ille, quemadmodũ fertur, oculorum acie diu in illum intenta, &
66 quocunque se uertisset circumacta, nihil quàm hoc unum dixisse fertur, O magnificum uirũ. Sed quia intra mœnia congredi, tropheúmq; statuere cupiens Epaminondas, prouocare & elicere non potuit Agesilaum, rursus hinc mouẽs regionẽ uastabat. Interea Spartę seditiosi quidam iam olim & improbi homines circiter ducenti, concursu facto Cereris tẽplum Issorium munitum & expugnatu difficilẽ locum occuparunt: quos cùm illico depellere Lacedæmonij statuissent, Agesilaus studiũ ueritus rerum nouarum, cæteros quidem omnes quiescere iussit, ipse inermis uno duntaxat familiari assumpto, istuc perrexit, secus clamans mandata eos percepisse: neque enim huc, nec omnes cõuenire iussos esse, sed alios illuc (locũ alium monstrans) alios alió.
67 Hi nemini dum fraudẽ compertã arbitrati, regis uoce gaudebant, diuulsíq;, quò iusserat ille, discesserunt. Issorium igitur statim accitis aliis occupans, cõplicum circiter x v noctu necauit. Detecta est alia maior etiam cõiuratio cõciliabulúmq; hominum Spartiatarum, qui de rebus uouis quandam in domũ conuenerãt clàm, quos iudicio sistere in tanta rerum perturbatione, aut insidias dissimulare difficile fuit. Igitur habito prius cum Ephoris consilio, & hos indicta causa necauit, cùm nemo prius Spartiata morte multatus indicta causa fuisset. Eodem tempore cùm accolæ sacramento astricti, & Spartanæ disciplinæ milites haud pauci ex urbe ad hostem transfugissent, diluculo strata illorum familiares suos accedere, & arma tollere celaréque iussit, quò
68 minus animaduerti multitudo fugitiuorũ posset. Recessisse autẽ ex Laconica Thebanos alij hyeme iam oborta uolũt, cùm Arcades abire spargíq; nullo iam ordine cœpissent: alij postquã tres istic perpetuos menses cõstitisent, ac omnia prius depopu-

lati eſſent. Theopõpus autem, ducibus Bœotiis abire iam parãtibus, uenisse Phrixum Spartiatam uirum ſcribit, ab Ageſilao talenta decẽ afferentem, diſceſſus mercedem, ut profectioni, quam dudum animo deſtinaſſent, ab hoſte uiaticũ ſuppeteret. Quod quidem haud ſcio quĩ ſcriptores cæteri ignorarint, ſolus animaduerterit Theopompus. Quòd uerò ſuperſtes ex tanto tum malo permanſerit Sparta, omnes Ageſilaum in cauſa fuiſſe fatẽtur, qui contentione ambitionéq; congenitis ſibi cupiditatibus repreſſis, ſapienter uſus eſt rebus. Vrbis uerò gloriã potentiámque ex tanto caſu recuperare non ualebat, cuius, uelut corporis ſani quidẽ, ſed dimenſa nimis, nimis addicta uictus ratione utentis, leue momentũ, leuis error præter ſolitũ incidens, uniuerſam felicitatem euertebat, non ab re. Nam cùm eſſet ad pacẽ uirtutémque & concordiam optimè reſpub. conſtituta, poſtquam regna & imperia ſibi adiunxit, quibus ad bene uiuẽdum minimũ opus eſſe Lycurgus putarat, grauiter impegit. Ageſilaus militiam iam omnem propter ſenium penitus abdicarat: filius autem Archidamus, auxiliis à Siciliæ tyranno acceptis, Arcadas pugna quam ἄδακρυν, id eſt, ſine lachrymis uocant, ſuperauit, ubi ex ſuis neminem amiſit, hoſtiũ uerò plurimùm cæcidit. Vrbis imbecillitas ab ea pugna maximè eſt animaduerſa. Adeò enim Spartanis uincere res erat cõſueta, ut nec diis quidẽ antea parta uictoria ſacrificaretur, gallo dũtaxat excepto: nec uictoribus acclamaretur, nec allato uictoriæ nuntio immodicè, quemadmodum fit, exultaretur. Etiam in illa circa Mantineã pugna, qua de Thucydides ſcribit, primùm uictoriam nuntianti magiſtratus ex publica comeſſatione nihil aliud quàm carnem euãgelium miſit. Tum uerò uictoriæ fama allata, & Archidamo redeunte nemo cõtinuit ſeſe, ſed pater ipſe Ageſilaus, lachrymis gaudio obortis occurrit: occurebat magiſtratus, turba ſenum mulierúmq; ad Eurotam deſcendit manus tollens, ſuperis gratias agẽs, quòd ignominia Sparta pulſa, clariſſima ſeſe lux rurſus oculis omnium cõſpicienda præberet, cùm antea uiri, ſicubi rem minus fortiter adminiſtraſſent, ne intueri quidẽ matronas ſuſtinerent. Iam uerò Meſſana ab Epaminonda ædificata, & ciuibus ueteribus in eã undique cõmigrantibus, cùm nec cõgredi Spartani auderẽt, nec prohibere poſſent, acerbè cõtra Ageſilaum inuehebantur, quòd regionem nihil hominũ multitudine Laconica inferiorem, ſed inter Græcas præcipuã, & quam tot annis tenuiſſent, ipſo regnante amitteret. Vnde pacem à Thebanis oblatã Ageſilaus recuſauit, ac dum, quã re ipſa Thebani regionem tenebãt, ipſorũ eſſe fateri non uult, pro qua contendebat, non ſolùm non aſſequutus eſt, ſed Spartam ipſam dolo hoſtiũ circunuentus propemodum adiecit. Nam cùm Mantinei rurſus à Thebanis deficiẽtes Lacedæmonios uocaſſent, ſentiens Epaminondas Ageſilaũ cum copiis egreſſum, & iſtuc feſtinantem, clàm Mantineis noctu Tegea mouens Spartã cùm exercitu perrexit, præteriénsque Ageſilaum parũ abfuit quin uacuam cepiſſet urbẽ. Sed cùm, ut Clyſthenes ſcribit, Euthynus Theſpienſis, ut Xenophon, homo quidã Cretenſis, Ageſilao rem nuntiaſſet, equitẽ repentè præmittens, qui domi relictos prẽmoneret, ipſe ſequutus Spartam uenit, cùm paulò pòſt Thebani Eurotam traiicientes, urbẽ ſummis uiribus aggrederẽtur. Supra ætatẽ Ageſilaus ſeſe tum geſſit. Non enim ut prius, cauere iam aut intra munitiones confugere ſinebat res: ſed deſperationem, ſed audaciam flagitabat, quibus cùm reliquo tẽpore nũquam nec fiſus, nec uſus eſſet, tum ſolis periculum depulit, & ex Epaminondę manibus patriã extorſit, trophęum ſtatuẽs, puerísq; & matribus omnibus, præclarã generoſæ educationis mercedẽ Lacedæmonios patriæ referẽtes, oſtendens: in primis Archidamũ gloriosè decertantẽ, tum animi, tum corporis agilitate celeriter, qua acies nutabãt, per angiportus diſcurrentẽ, ubiq; paruo comitatu, magnis hoſtium cateruis ſeſe obiicientẽ. Iſidã uerò Phœbidæ filiũ non ciuibus ſolùm, ſed ipſis etiã hoſtibus ſpectaculũ iucundũ exhibentem. Erat hic inſigni proceritate & forma, ætate uerò qua dulciſſimè florẽtes homines, cùm ex iuuenibus in uiros euadũt. Nudus ille & ueſtibus & armis, corpore perunctо, haſtam altera,

altera, altera gladium gerẽs euolabat domo, per mediam pugnantiũ aciem ſeſe ferẽs: mox quẽdam ex hoſtibus obuium cùm proſtrauiſſet, reuerſus, uulnus nullum accepit, ſeu numine quodam uirtutis ergò protegente, ſeu quòd diuinius & ultra hominem quiddam ineſſe hoſtes putarent. Ob hoc facinus primùm ab Ephoris coronatus fertur, mox mille drachmarum multam ſoluiſſe, quòd inermis tanto ſeſe periculo cõmiſiſſet. Paucis diebus pòſt ad Mantineam congreſſi, cùm Epaminondas primam aciem repulisſet, & iam ad perſequendum hoſtem incumberet, ſuósque hortaretur, Lacon Anticrates excipiens ingruentem, quemadmodum Dioſcorides tradit, haſta traiecit. Lacedæmonij uerò etiam nunc eius familiæ homines Machærionas uocant,
74 quòd illum machæra Anticrates percuſſiſſe credatur: adeò illum uiuentis Epimanõdæ metu diligebant, mirabantúrque, ut ipſi honores & munera, generi uerò immunitas plebiſcito decerneretur, quam noſtra etiam tempeſtate Callicrates familiæ eius uir quidã Spartæ tenet. Poſt pugnam mortémque Epaminondæ, pace iam cum Græcis facta, ſedibus eiicere Meſſenios Ageſilaus aggreſſus eſt, quòd ius ciuitatis non haberent. Sed cùm cæteri Meſſenios præſtito ab ipſis iuramento, recepiſſent, ſeceſſione facta, Lacedæmonij bellum ſoli intulerunt, recuperari poſſe Meſſenam ſperantes. Violentus igitur rigidúsque, & inexplebili bellandi cupiditate præditus Ageſilaus uidebatur, conditiones omnes recuſans & reſcindens. Ad hæc, inopia pecuniarum etiam amicis grauis, undique mutuari, undique corradere coactus, ubi finem malis imponere iam decebat, & non imperium uniuerſum, tantum præſertim, urbis, terræ, ma-
75 ris abiicientem, pro Meſſenæ opibus redditibúsque tantopere ſæuire. Plus ignominię habuit, quòd Tacho Aegyptio militum præfecto ſeſe dedit: cùm indignum omnes iudicarent uirum græcum, inter primos ſemper habitum, & qui gloria terrarum orbem compleuiſſet, homini regis deſertori ac transfugæ barbaróque corpus elocare, nomen, & gloriam pro opibus uendere, rem mercenario & cõductitio militi uix dignam: octogeſimum annum cùm exceſſiſſet, & corpus omne uulneribus differtum haberet, etiamſi præclarum pro Græcorum libertate bellum ſuſcipiatur, reprehenſione tamen ætatem & ambitionem iſtam non carituram: ſuum eſſe præclaris factis tẽpus: imò uerò menſura tantùm pulchra turpiáque inter ſe facta differre. Has ille uoces nihil curabat, nec eſſe præter dignitatem ullum officium publicum arbitrabatur: magis ſe ſuáque gloria indignum, domi deſidere, mortem per ignauiam expectare.
76 Mercenario igitur ex ea pecunia, quam Tachus miſerat, collecto, & nauibus impoſito, ſoluit, conſiliarios triginta Spartanos, ut prius ſecum habẽs. In Aegyptum ut primùm appulit, ex regia familia & proceribus præcipui quique ad nauem aderant ſalutatum. Erat apud cæteros etiam Aegyptios ſtudium ingens, & expectatio propter nomen gloriámque uiri: ſpectatum omnes accurrebant. Vbi uerò ſplendorem nullũ, nullum apparatum, ſed hominem ſenem in herba circa littus porrectum, deſpicabili exiguáque ſtatura, horridula uilíque ueſtẽ indutum conſpexerunt, ridere & illudere geſtiebant, cùm illud quod in fabulis eſt, parturire montem, inde muſculum edere, animos omnium ſubiiſſet. Magis inde hominis inciuilitatem mirabãtur, ubi muneribus allatis adductíſq;, farinam, uitulos, anſeres accepit, bellaria, unguẽta repellebat.
77 Cúmq; rogarent & cogerent accipere, ſeruis ea dare ferẽtes iuſſit. Papyro coronario impensè oblectatum fuiſſe, ac id genus coronarum ob leuitatem poſtulaſſe, & uſum eſſe, Theophraſtus ſcribit. A rege digreſſus, cum Tacho ad expeditionem iam inſtructo in colloquium uenit, nec quemadmodũ ſperabat, uniuerſo exercitui dux eſt præfectus, ſed mercenariis tãtùm: claſſi Chabrias Athenienſis, cùm omnium imperator eſſet Tachus. Malè res Ageſilaum habebat, quãquam ferre ſuperbiam & arrogantiã præterea Aegyptij, licet inuito, neceſſe foret. Cõtra Phœnices igitur nauigat unà, præter animi naturam & dignitatẽ priores illi cedens perferénsq; tantiſper, dum occaſio ſeſe obtuliſſet. Erat Nectanabes cõſobrinus Tacho, qui ipſe quoq; cõpiarum partem

ducebat: is ad defectionẽ Ageſilaum ſolicitabat,mox ab Aegyptiis rex declaratus,ad ſe uocat,rogans ut auxilio ueniret:uocat & Chabriam,ingentia utriſq; dona promittens:quę cùm Tachus animaduertiſſet,& precibus pariter inſtitiſſet,conatus eſt Chabrias Ageſilaum in amicitia Tachi hortando ſuadendóque retinere. Sed Ageſilaus, 78
Licet,inquit,ô Chabria,qui pro te ueniſti,conſiliis utare tuis: ego,quem ducem Aegyptiis patria miſit,haud rectè fecero,ſi bellum inferam his,quibus ſocius ſum adiũctus,niſi id rurſum patria mandet.Hæc reſpondens uiros Spartam mittit, qui Tachũ accuſent,Nectanaben prædicent. Miſerunt etiam illi ipſi,hic quidẽ,ut qui iam olim ſocius amicúsque ſemper fuiſſet, ille tanquam beneuolus, beneuolentiam maiorem aduerſus urbem mox declaraturus.Legationibus auditis Spartani palàm quidem Aegyptiis ſic reſponderunt:Ageſilao curæ rem futuram:ipſum uerò Ageſilaum uidere iubẽt,quî Spartæ commodum procuretur. Ageſilaus mercenario milite à Tacho abducto,ad Nectanaben trãſit,prætextu patriæ,cuius id intereſſe dicebat, excuſans rem, 79
quæ ſi prætextum tollas, proditio ritè uocari poſſit. Lacedæmonij uerò honeſti partẽ primam utilitati patriæ tribuentes, ius aliud nec accipiunt, nec norunt, quàm unde Sparta capere poſſit incrementum.Tachus igitur à mercenario deſtitutus mox fugit. Interea Mendeſius rex alter creatur,Nectanabi fortiter ſeſe opponẽs. Is centum millium hominũ exercitu collecto ueniebat. Nectanabes animare Ageſilaum aduerſus multitudinem tantam uolens, multos eſſe quidem, ſed turbam confuſam & rudem, ac propter imperitiã minimè metuendam iudicabat. Atqui ego non multitudinem, "
inquit Ageſilaus,ſed imperitiã metuo, quæ decipi minus poteſt. Doli contrà ueniũt, "
quàm expectabat,& quàm erat ab eo,qui depellit periculum,præuiſum: iam qui nihil expectat,nihil cogitat,præripit occaſionem dolo,ut colluctanti momentũ is,qui "
nuſquam ſeſe mouet. Dum hæc fiunt, legationem Mendeſius ad Ageſilaum mittit, 80
uirum ſolicitaturus.Nectanabes igitur grauiter ſibi metuebat,cúmque cõgredi quãprimùm uellet, & non protrahere bellum, cum hominibus imperitis quidem ſuſceptum,ſed qui multitudine circunuenire,uallo includere, præoccupare,& præuertere multa poſſent, magis iam ſuſpectam Ageſilai cunctationem habebat, ac metu in locum quendam munitum,& ingenti uallo circundatum diſceſſit.Ageſilaus fidem ſibi non haberi tametſi permoleſtè ferret,tamen quia ad alteram rurſus partem deficere,aut infecto negotio domum redire pudebat,ſequutus regem intra munimentum ſeſe coniecit.Mox hoſte ſuperueniente,& urbem circunuallante, rurſus obſidionem Aegyptius timens, pugnaréque uolens, Græcos quidem ad prælium paratos intentósque habebat,commeatus enim regioni non admodum ſupererat:ſed Ageſilaus à 81
pugna prohibens ſuos multò iam deterius audiebat,ac palàm regis proditor appellabatur.Tulit calumnias facilè,tum quòd intentus circunueniendis hoſtibus eſſet.Cõſilium erat huiuſmodi:Foſſam iuxta mœnia profundam hoſtes agebant,eo propoſito quî penitus urbẽ circundarent:cúmq; iam extrema propemodũ coirent,& per circulum acta ſibi occurrerent,noctem expectans & armari Græcos iubens,uocatũ Aegyptium ſic cõpellauit:Expectata nobis ſalutis hora,ô iuuenis,hæc eſt,quam prodere nolens,pugnam hactenus detrectaui: nunc quoniam ſalutem ſuis nobis manibus "
hoſtes,foſſa tanta circumacta,ultrò moliuntur(nam abſoluta pars, multitudinẽ eludet:relicta,locum ex æquo decernendi præſtat)age nunc, age fortis uir eſto, & curſu "
ſequens,ſimul & te & exercitum ſalua:hoſtis aciem noſtram ſuſtinere,ſi à fronte obiiciat ſeſe, non poteſt: latera uallum claudit,eáq; parte nocere multitudo non ualet. "
Miratus iuuenis prudentiam uiri, & medio ſeſe Græcorum agmini permittens, præ- 82
lium cõmittit, hoſtem momento in fugam uertit. Ageſilaus iuuenẽ nactus tum obſequentiorẽ,eodem aſtu,uelut luctæ genere eodẽ,hoſtes rurſum cæcîdit. Nunc enim fugam ſimulans,nunc tanquam congreſſurus ſeſe oſtendens, nũc exercitum longius circunducens, in locum quendam ab utroq; latere foſſa circundatum hoſtẽ abduxit, & mul-

& multitudinem illorum, fronte phalangis ſuæ pro loci magnitudine explicata occluſit:ubi cùm circunueniendi occaſionem omnem ademiſſet,aliquandiu reluctantes in fugam egit, ac multos interfecit, cæteri per fugam diſperſi,alius aliò peruaſit. Ex eo tempore bene iam res Nectanabis habebant, eſſéque firmæ cœperunt, ac cùm Ageſilaum magno ſtudio cõplecteretur, precibus inſtitit, ut apud ſe hybernaret: ſed ille domum feſtinans,& inopiam patriæ,quæ mercenarium exercitum alebat,releua-
38 re uolens abiit, amicè magnificéque dimiſſus. Præter honores enim & munera cætera,ducenta ac triginta argenti talenta patrię ſubſidium reportauit. Verùm tempeſtate oborta, nauibus circa Lybiam ad locum quẽdam perlatus, quem Menelai portum *Ageſilai mors.*
uocant,mortuus eſt,cùm annos quatuor & octoginta uixiſſet,unum & quadraginta Spartæ regnaſſet, plures quàm triginta potẽtiſſimus idem, & maximus totius propemodum Græciæ dux & imperator,uſque ad Leuctricam pugnam habitus eſſet. Erat cõſuetudo Spartæ,cæterorum quidem corpora,ſi peregrè oppetiiſſent, iuſtis peractis ſinere deinceps,regum uerò domũ referre. Spartani igitur,qui tum aderant cera corpus perfuſum,cùm mel non eſſet,Lacedæmonem retulere.Regnum Archidamo filio ceſſit,ac in ea familia uſque ad Agidem permanſit, quem patriam diſciplinam reuocare conantem Leonidas peremit,cùm quintus ab Ageſilao regnaſſet.

Pompeius.

ANTONIO TVDERTINO INTERPRETE.

1 ERGA Pompeium mox ex ipſo initio uidetur populus Romanus affectus, quemadmodum Prometheus Aeſchyli aduerſus Herculem. Apud enim Aeſchylum liberatus ab Hercule Prometheus inquit: Inuiſi patris hoc mihi dulce eſt pignus. Nullum quippe, aut maius odium, aut acrius Romani in alium ducem oſtenderunt, quàm in patrem Pompeij Stabonem. Dum enim uixit, eius potẽtiam armis partam extimuere:nam uir fuit bellicoſiſſimus. Cùm uita ceſſiſſet fulmine ictus, elato funere, eius cadauer è lecto abſtraxere, ac in ſummis probris habuere. Non tamen populi beneuolentiam,aut citius inceptam, aut ualidiorem in rebus lætis,aut in labẽtibus diuturniorem Romanorum quiſquam habuit,quàm Pompeius.
2 Illi odij cauſa una eſt habita,inexpleta auaritia:huic beneuolentiæ plures,uitæ continentia,armorũ peritia,linguæ perſuaſio,morum fides,& conueniendi modeſtia. Vnde abſque triſtitia neminem rogauit,abſque alacritate nulli eſt obſequutus. Aderat enim eius gratiis nihil cum faſtu dare, nihilque niſi amplè ſuſcipere. A pueritia ipſa aſpectum habuit nõ mediocriter populari gratiæ accommodatũ, & qui uocẽ ipſam anteiret. Quod enim in eo amorẽ alliciebat,non ſine dignitate,& pergrata humanitate fuit.Cùm iuuenili floreret ætate,extemplo mores & uerendi,& regij eluxere,niſi ipſius coma paululùm protẽſa. Ex oculorum lineamentis ac lenitate, ad ſimulachra regis Alexãdri,licet dictu magis quàm proſpectu,ſimilitudinẽ reddidit. Vnde in ipſo initio non defuere pleriq;,qui Alexandri nomen ei adiicerent. Quidam etiam poſtea
3 per iocum Alexandrũ eum appellauere. Ex quo L. Philippus uir conſularis in quadã Pompeij defenſione,Nihil inquit ſeſe indignũ agere,cùm ſit Philippus, ſi Philalexãdros ſit. Floram meretricẽ dicunt iam iam ſeneſcentem gratè atq; piè ſemper meminiſſe conſuetudinis, quam cum Pompeio habuerat, dicentem quòd ab ipſius concubitu ſine morſu abire eum non erat. Narratur præterea eam retuliſſe,Geminiũ Pompeij familiarẽ,quòd amore ſuo flagraret, ſolicitando moleſtias plurimas ſibi intuliſſe:ſed ea reſpondẽte ob Pompeium haud illi obſequuturam,Geminius Pompeio rem

aperit: qui obſequutus Geminio, deinde cõſuetudine & aſpectu Floræ abſtinuit, licet ſedulò eam amare uideretur. Quod Flora non meretricio dolore tulit, ſed ex ingenti
Flora meretrix florentiſſima. mœſtitia, uiríque deſiderio, non paruum tempus elanguit. Hoc ſcortum aiunt formoſitate ſua adeò efflоruiſſe, adeò etiam fuiſſe celebre, ut cùm Cæcilius Metellus ſtatuis picturísque Caſtoris & Pollucis templum ornaret, illius ſimulachrũ pulchritudine inſigne affixerit. Demetrij cõiugem, qui Pompeij libertus plurimũ apud ipſum poterat, quíue cenſum trium millium talentorum reliquerat, Pompeius præter naturæ ſuæ mores, non humanè, non liberaliter habuit, timens ne ab illius pulchritudine, quæ uulgò inexpugnabilis habebatur, uictus uideretur. Sic ergo Pompeius, cùm in his longè prouidus percautúsque eſſet, non tamen ab æmulis effugit infamiam, ſed in nuptiis malè audiebat, quòd earum gratia in repub. ad multa conniueret, multáque omitteret. De uiuendi ſobrietate atque facilitate hoc ex eo memoratur. Medicus languenti ipſi, & ad cibum ſe malè habenti turdum dari mandauit: hunc autem 5
cùm uenalem non inuenirent (non enim tum eos ferebat tempus) cognitum à quodam eſt, apud Lucullum ipſos inueniri poſſe, qui eos per integrum annum alebat. Ad quæ inquit Põpeius, Sine Luculli illecebris ipſe non uiuam? Inde dimiſſo medico, ex cibis facillimè comparatis quiddam ſumpſit. Sed hic poſtea adhuc omnino adoleſcens ſub patre militans, qui aduerſus Cinnam ductabat exercitum, L. Terentium comitem contubernalémque habuit. Hic Terentius pecuniis à Cinna perſuaſus, Pompeium ipſe interfecturus erat, ſocij uerò eius imperatoris tentorium incenſuri. Cuius rei indicium cùm circiter cœnam à Pompeio haberetur, nihil exterritus eſt, ſed per hilaritatem potúmque Terentium habens, mox ut ad quietẽ uertendum fuit, clàm è ſtatione ſe proripuit, latuítque. Præſidium deinde cùm circa patrem locauiſſet, accubuit. Terentius, ut opportunitatem adeſſe exiſtimauit, enſe ſtricto immi- 6
nens Pompeij ueluti dormientis lecto, quamplures fruſtra per ſtragula adegit ictus. Inter hæc ob odium ducis fit maximus motus, & ad defectionem magnus militum impetus contubernia paſſim diripientium, armáq; arripientium. Dux tumultuantiũ metu coràm haud profectus, Pompeius in medium ſeſe ingerens, illachrymánsque furori finem orare, tandémque ante ualli ipſius portam ſe proſternens, ſe obicem furentibus dare, cúmque gemitu ſeſe peſſundari ab egrediẽtibus iubere. Quilibet ergo pudore captus ceſſit, omnéſque præter octingentos milites mutatis animis tum duci conciliati ſunt. Defuncto Strabone patre extẽplo Pompeius peculatus accuſatus eſt. Qui cùm plurima ex ablatis reperiſſet, libertum etiam unum nomine Alexandrum, qui multa ſurripuerat, prætoribus detexit. Ipſe ob retia quædam uenatoria, librósque 7
quos ex Aſculo rapuiſſet criminabatur. Sed hæc capto Aſculo ab ipſo patre ſuſceperat, quæ poſtea amiſit in reditu Cinnæ, cùm illius ſatellites Pompeij domũ diripuiſſent. In huius cauſæ iudicio in accuſatorem non pauci Pompeio concertauere, inter quos & perſpicax, & præter ætatem adeò compoſitus uiſus eſt, ut cum gloria gratiam beneuolentiámq; reportaret. Ex quo Antiſtius prætor, qui cauſæ preſidebat, Pompeij beneuolentia captus, eius filiam uxorẽ ſpopondit, deinde pro eo neceſſarios amicósq; perorauit. Quod cùm ſuſcepiſſet Pompeius, & occulta quædã fœdera inter ipſos inita eſſent, tamen ex diligentia ſtudióque Antiſtij, pleroſque res ea non latuit. Sed cùm ſententias tandem iudicum efferret, turba ueluti præmonita nuptiale illud uerbum
Thalaſſius. Thalaſſiũ ex uetuſto ritu acclamauit. Mos hic inde initiũ cepiſſe memoratur. Cùm 8
Sabinæ, quæ ad Romana ſpectacula uenerãt, à primoribus urbis raptæ fuiſſent, ignobiles quidã uiri opiliones ac bubulci puellã permagnã eximiæ pulchritudinis abducentes captam, ne à quoquam è primis obuiam fortè facto præda ſpoliarẽtur, curſitãdo Thalaſſiũ acclamauere. Erat Thalaſſius uir inter omnes notiſſimus atq; lepidiſſimus, unde eius nomine audito cum plauſu lætitiáq; exultabãt omnes, alacri clamore Thalaſſiũ repetentes. Ex hoc dicunt cùm Thalaſſio id coniugiũ maximè felix fuiſſet,
uoce

uoce hac fauſtum ſimiléq; connubium cum riſu iocóque nouis nuptis optari. In his, quæ feruntur ex clamore Thalaſſij, hoc magis credendum eſt. Paucis deinde diebus pòſt Pompeius Antiſtiam duxit. Ad exercitũ Cinnæ profectus, ex illato quodam cri-
9 mine, falsò licet, calumniáque, metu actus clàm inde abſceſſit. Quo in exercitu haud eſſe cognito, crebruit inter milites rumor, quòd adoleſcentem Cinna interfeciſſet: quare qui ueteri odio in Cinnam æſtuabant, impetum in eum fecere. Diffugiens ergo Cinna à quodam comprehẽſus eſt, qui inſidias ipſi locauerat, quíq; ſtricto enſe eum perſequebatur. Captus ante genua perſequutoris procubuit, ſignúmque, quod pretij permagni habebat, illi obtulit. Sed ille inſolenter nimis, Non, inquit, ueniò fideiuſſionem obſignaturus, ſed de ſcelerato & iniquiſſimo tyranno uindicaturus: móxque eum trucidauit. Cæſo Cinna, Carbo crudelior quàm Cinna, tyranni rebus ſucceſſit, túmque ob præſentia mala deſideratus à pleriſque & Sylla erat: non enim parum fore bonum exiſtimabant, quòd mutaretur dominus. Eò nanque ciuium clades urbem
10 impulerant, ut deſperata libertate ſeruitutem mitiorem quærerent. Pompeius hac tẽpeſtate apud Picenũ diuertebat: poſſidebat illic agros: præterea, quod maius erat, beneuolentiam ac amicitiam ciuitatum: quam à patre ſibi relictam conſuetudine præſentiæ ſuæ adaugebat. Illic itaque aſpiciens ciuium optimos clariſſimósque propria deſerere, & undique in caſtra Syllana ueluti ad portum quendam confluere, ſeſe indignũm ratus eſt, quòd ueluti fugitiuus, conſilij expers, præſidiíque inops quietem ageret, ſed tanquam uir cui benemerita aderant, cum copiis ſplendidè ad Syllam iret. Picenum igitur omne commouit, prætẽtans uirorum animos. Sed hi auidè ei paruere, próque Carbone profectos haud admiſere. Qua in re dicente Vindio quodã, quòd ex ludo pædagogi Pompeius populi princeps confeſtim emicuiſſet, adeò illorũ men-
11 tes indignatione motæ ſunt, ut impetu in eum facto, ipſum necauerint. Poſt hæc Põpeius iam tum tertium, & uigeſimum annum agẽs prætor à nullo deſignatus, in Auximo ciuitate quippe ampla, ſeipſum in ſubſellio medio in foro poni iuſſo conſtituit: deinde geminos fratres Ventidios, qui primores in ea urbe fuerant, quíue Carbonis partes aſſerebant, cùm ciuitate damnatione ſua eieciſſet, delectum militum habuit. Centuriones hinc decurionésque iuxta militiæ rationem, & ordinem cùm præfeciſſet delectui, cæteras circùm ciuitates pari opera ambiuit. Ex quo cùm cederent hi, qui hactenus cum Carbone ſenſerant, & uoluntarij alij ſe cum Pompeio committerent, parua mora legiones tres comparauit. Quibus cùm commeatum, iumenta, currus, cæterósque apparatus neceſſarios apparauiſſet, ad Syllam contendit, non quippe properãs, quòd ea latẽre haud optabat, ſed in itinere ipſo moram agens, acer-
12 rimè hoſtes inſequendo. Præterea quocunque per Italiam iret, omnium animos ſolicitabat, ut à Carbone deficerent. Tantiſper igitur tres ſimul duces, ſimúlque hoſtes in Pompeium ſurgunt, Carinnas, Cælius, Brutúsque. Hi non ab una fronte impetum parant, ſed tripartito agmine Pompeium ambire conantur, ueluti ipſum ſuáque laceraturi. Non extimuit tamen ille, ſed cunctis copiis aduerſus Bruti agmen equitatum eduxit, in quo ducis partes ipſe egit. Cæterùm cùm pariter, & ab hoſte Gallicus equitatus irruiſſet, præfectum equitum unum, eundémque robuſtiſſimum præueniens Pompeius, eum graui haſta ictum ſtrauit. Cæteri tum in fugam uerſi, peditatũ adeò turbauere, ut idem omnium fugæ eſſet impetus. Ob hæc ducibus in ſeditionem uerſis, quò ſors dedit abierunt omnes. Pompeio diſſipatis metu hoſtibus ceſſerunt ci-
13 uitates. Deinde cùm Scipio, qui tum erat conſul, Pompeium adoriretur, antequam phalanges ſub ictum telorum iſſent, milites Scipionis Pompeianis ſalutatis à duce defecerunt, Scipióque ipſe fugam arripuit. Carbone demum iuxta Arſum fluuium frequentes equitum alas aduerſus Pompeium concitante, cum robore obiectus illi Põpeius, terga dantes omnes in anguſta quædam equiti inuia perſequendo egit. Ex quo illi ſalutis ſpe amiſſa, cum armis & equis ſe dedidere. Hæc ad aures Syllæ nondum

peruenerant,ſed ad primum nuntium rumorémque Pompeio timens, tot tantísque ducibus hoſtibúsq; implicito,approperat auxiliũ laturus. Pompeius appropinquare Syllam cùm audiſſet, omnes copias in armis militarísque apparatu eſſe iuſſit, uti pulcherrimè ſplendidéque ſe uenturo imperatori oſtentent. Præmia nanq; magna,ho- 14
norésque amplos ab eo ſperabat,quibus etiam maioribus poſtea potitus eſt. Vt ergo Sylla uenientem Pompeium aſpexit,militésque incredibili adſtare robore,& ob pugnas ſtrenuè geſtas elatos hilarésque eſſe, equo exiliens, & imperator de more appellatus,Pompeium & ipſe imperatorem contrà ſalutauit: quod præter omnium ſpem fuit,ut uiro iuueni necdum in ſenatum admiſſo,id nomen Sylla communicaret, pro quo cum Scipionibus Mariísque certauerat.Cætera colloquij ac beneuolentiæ Syllæ haud fuere his diſſimilia, ſubaſſurgentis aduenienti Pompeio, capútque enudantis, quę erga alium haud facilè fieri cernebãtur,licet iuxta ſe plures & optimates uiri tum circùm adeſſent. His tamen Pompeius nihil elatus eſt, ſed confeſtim in Celtiberiam mittitur, quam prouinciam habebat tum Metellus, nihílque in ea apparatu ſuo di- 15
gnum egerat.In hac prouinciæ deſignatione ferunt Pompeium dixiſſe,æquum non eſſe uirum ſeniorem,& gloria clarum priuari exercitu:ſed ſi Metellus annuerit iuſſerítque,ut curæ ſocius ſit,tum ſe id promptè ſuſcepturum.Quod cùm ſuſcepiſſet Metellus,eúmq; proficiſci ſcriptitaſſet, Pompeius prouinciam adortus præclaris ſuis geſtis floruit:uires præterea Metelli,quas hactenus feruentes audacésque pugnando habuerat, tum ob ſenectam extinctas, excitauit calefecítque: quemadmodum æra ab igne liquefacta ſi frigido firmóque æri infundantur, magis magísq; ignes illud molliunt diſſoluúntque. Sed ut in athleta,qui princeps inter fortiſſimos habeatur, agonésque undiq; gloriosè uicerit, nulla habetur ratio puerilium certaminum, quæ alicuius memoriæ digna non exiſtimantur:ſic geſta, quæ tum geſſit Pompeius per ſeſe admiranda ſtupendáque,præ magnitudine copiáue eorum,quę poſtea egit,obſcurata ac obruta ſunt.Ea igitur proſequi timeo,ne his immorando initiis,ab illis abſceda- 16
mus,quæ ampliſſima mores,& habitum uiri maximè oſtendant. Cùm ergo uiciſſet Italiam Sylla,ac Dictator fuiſſet appellatus, cæteros quidem exercitus ſui præfectos inſigniuit meritis, hos ad diuitias, alios ad dignitates magiſtratúsque prouehens, alios ut quenq; decuit,abundè donis erexit. Pompeij uerò uirtutem admiratus, magnúmque præſidium ſibi fore eum exiſtimans, affinitate ipſum iungere ſibi curat. Cui rei cùm Metella uxor ſuo nutu conſilióque faueret, Pompeio ſuadent, ut Antiſtia dimiſſa, Aemyliam Syllæ priuignam è Metella Scauróque genitam ducat. Hæc nuper uiro copulata fuerat,& ex eo grauida erat. Vnde hoc coniugium tyrannicum, 17
magísque tempeſtati Syllanæ congruens,quàm Pompeio uiſum. Ad ipſum ergo per domeſticum quendam Aemylia ducta eſt, repudiata Antiſtia improbè miſeréque, quæ nuper ob uirum orbata patre fuerat. Iugulatus nanque Antiſtius nuper in ſenatu extiterat,quòd ob Pompeium Syllanam factionẽ ſequi uidebatur. Hoc repudium cùm Antiſtiæ mater agnouiſſet,mortẽ ſibi conſciuit. Vnde noua quædã in tragicorũ materia hæ nuptiæ uiſæ ſunt, cùm etiã nupta ipſa apud Pompeium mox ex partu obiiſſet.Inter hęc Perpenna nuntiatur occupauiſſe ui Siciliã,& in Syllanam factionẽ inſulam hanc propugnaculũ quoddam præparari,Carbone illic cum claſſe inſtructo,& Domitio in Aphricã irruẽte,aliiſq; etiam illuc fugitiuis affluẽtibus magnis atq; præclaris uiris,quotquot Syllanam proſcriptionẽ præuenere. Ad hos motus cõprimẽdos 18
cum amplo apparatu Pompeius miſſus eſt. Ex quo extemplo Perpenna Sicilia ceſſit, Pompeiúsque ciuitates afflictas ad ſe recepit, eásq; omnes præter Meſſanam clementiſſimè habuit.Mamertinis enim ius dicendi à Pompeio petentibus,ex eorũ inſtitutis antiquis à populo Rom.conceſſum,Non deſinitis,inquit Pompeius,inſtituta recitare ſuccincti gladiis? Viſus etiam Pompeius in Carbonis clade immitius ſe extuliſſe. Si enim oportebat (quemadmodum fortè oportuit)eum occidere, extemplo captum perdere

perdere debuit,iubentísq; id opus uideri potuerat. Sed Pompeius illum uictum produxit in medium, uirum triplici inſignem conſulatu, cúmq; coràm ſtantem ipſe tribunitio ſubſellio ſedens damnauit,hoc grauiter,qui aderant,indignéque ferentibus.
19 Damnatum deinde procul abductum interfici iuſſit. Hic quippe Carbo cùm ad cædem duceretur, fertur (ut enſem ſtrictum ſibi imminere conſpexit) locum & horam perbreuem orauiſſe, quòd onere uentris moleſtaretur. C.Oppius uir Cæſari conſuetus,memorat Pompeium etiam minus piè Q. Valerium habuiſſe. Cùm enim ipſum nouiſſet uirum philoſophum, in primísque eruditum, ut coràm adductus eſt, factis ſimul quibuſdam ſpatiis,& percontante Pompeio,illóque reſpondente, mox ſatellitibus iuſſit,ut inde abductum occiderẽt. Sed Oppio de hoſtibus Cæſaris,aut beneuolis narranti nimiùm percautè credendum eſt.Pompeius hoſtes Syllæ gloria claros ac manifeſtè comprehẽſos neceſſariis affecit ſuppliciis:alios quotquot licuit, latêre paſſus omiſit,quoſdam etiam non ſine præſidio ſuo abire iuſſit.Himereorum urbẽ cùm multare cenſuiſſet, quia cum hoſte ſenſerat, Sthenis eius populi princeps petita ad defenſionem uenia, Non,inquit, Pompeium iure facturum, ſi nocentes dimittat, &
20 condemnet innocuos. Hunc autem cùm interrogaſſet Pompeius, quem nocentem diceret,Meipſum,inquit,qui beneuolis ciuibus meis hęc perſuaſi,inimicos uerò coegi. Admiratus tamen Pompeius uiri fiduciam ac dignitatem,eum crimine primùm liberat,cæterósque deinde omnes. Poſt hæc audiens Pompeius milites ſuos cùm iter agerent,ineptè & abſque ordine ire,omnium gladios obſignauit,quíque ſignum nõ obſeruabat illæſum, multabatur. Dum hæc in Sicilia ciuiliter adminiſtrat, decretum ſenatus ac à Sylla literæ datæ, quibus iubebatur in Aphricam traiicere, omníque manu oppugnare Domitium, apud quem omnes hæ conuenerant copiæ, cum quibus nuper Marius ex Aphrica in Italiam rediens rerum potitus erat, tyrannus ex exule factus. Extemplo igitur Pompeius omni apparatu in expeditionem extructo, præfectum Siciliæ Mummium ſororis ſuæ uirum inſtituit, éq; inſula ipſe ſoluit cum uiginti & centum nauibus longis,onerariísque ad frumentum, tela, pecunias, atque
21 machinas octoginta. Hæ cùm partim ad Vticam, partim ad Carthaginem applicuiſſent, ſeptem millia hoſtium ad Pompeium defecere, qui & ipſe ſex integras legiones ducebat. Rem hîc perridiculam ei obtigiſſe memorant. Quidam enim milites (ut aliquando aſſolet) cùm obruto cuidam theſauro incidiſſent, frequentes pecunias inde nacti ſunt. Eo cognito uiſum reliquis omnibus eſt, eum locum plenum eſſe pecuniarum,quas Carthaginienſes quondam exactis cladibus terra condidiſſent. Ex quo pluribus diebus nulla ſuorum militum operã frui Pompeius potuit, omnibus ad perquirendum theſaurum uacantibus. Subridens uerò eos ambibat,aſpiciens tot ſimul uirorum millia ea loca perfodere,eáque undique incredibili ferme impetu euertere. Feſſi tandem & ſpe eluſi, ſeſe ut quocunque dux eos ducere uellet, præbue-
22 re,ut qui ſtultitiæ ſuæ pœnas dediſſent. Domitius autem contrà inſtructo exercitu uallem quandam grauem & aſperrimam ſuperaturus, ab imbre ualidiſſimo uentóque,qui matutinus ſpirabat, detentus eſt. Vnde ea die pugna deſperata,à Domitio ad ſtationes reditum eſt. Sed Pompeius ratus id tempus ſibi conducere, agmine citato uallem euadit. Tum hoſtes tumultu facto, nullo ordine manere, neque omnes planè ſubſiſtere. Ventus præterea circuminſtabat,procellámque coràm propellebat. Nihil tamẽ minus,& ea hyems Romanum perturbauit, quòd ſeſe mutuò aſpicere haud poterant. Ipſe etiam Pompeius,quòd fermè incognitus fuiſſet,ferè periit, quòd rogãti militi ſignum tardius dediſſet. Cùm hi tamen cæde multa hoſtem urgerent, feruntur enim ex uiginti millibus hoſtium tria tantùm millia effugiſſe; Pompeius impe-
23 rator appellatus eſt. Sed dicente eo honorem hunc haud ſe ſuſcepturum, quouſque uallum hoſtile ſtaret, ſíque dignum ſe tali appellatione exiſtimarent, illud deiicerent,mox impetu facto,in uallum irruere. Quo in conatu Pompeius priori periculo

monitus,absque galea certauit. Vallum tandem captum est,periitque Domitius. Ciuitatum aliæ confestim paruere,aliæ ui captę. Hiarbas rex tum cõprehensus,qui cum Domitio bellum inierat,cuius sceptro deinde Hiempsal successit. Prospera ergo fortuna Pompeius fretus,ac robori militũ fidens, Numidiam impetit:in qua, quod diebus pluribus peragrandum erat, agmine concitato excurrens, ea subegit omnia quibus obuiam est factus. Cúmque barbaris eius regionis populum Rom. extimescendũ ostendisset,& potentissimum, neque feras aiebat Aphricam incolentes,oportere felicitatis roborisque Romani expertes linqui. Vnde in uenationibus leonum elephãtúmque,dies,licet non multos, triuit. Omne uerò belli Aphricani tempus atque uictoriæ,ex quo domitis hostibus regionem subegit,quadraginta dierum fuit. Quo in spatio frequens etiam inter reges factus arbiter,multa iudicauit, annum tum quartum & uigesimum agés ætatis. Reditu in Vticam facto, literæ ei à Sylla sunt redditæ, quibus iubebatur uti reliquo dimisso exercitu, cum una legione successorẽ expectaret:in quibus tacitè ipse tristatus est,egréque id tulit,sed manifestò totus exercitus indignatione est motus. Deinde orante Pompeio iussa perfici,obtrectare Syllam cœpere,Pompeiúmque haud permisere,ut absque sese abire speraret, tyranno credendum non esse aientes. Tentauit primò Pompeius eorum animos mollire,admoneréque uti iussis cederent: sed postquam suadere id nequiuit,è subsellio descendés in stationem mœstus illachrymánsque cessit. Sed arreptum milites in suggesto reponunt. Hac in altercatione plurima diei pars absumpta, iubentibus illis manere eum ac imperare, Pompeióque contrà exhortante, ut Syllæ iussis absque seditione cederent. Tandem non desinentibus illis,sed acrius urgentibus, precésque cum clamore admiscẽtibus, iurauit Pompeius seipsum interfecturum, si uim afferrent: quo etiam pacto eos uix acquiescere coegit. Cæterùm ad Syllam primum nuntium allatũ est, Pompeium defecisse:in quo ad domesticos uersus dixisse fertur, fato utique sibi imminuisse, ut seni cum pueris certandum esset. Quod ob Marium iuniorem etiam dictum commemorant,à quo grauia quammulta pertulerat,& fermè ad extrema fuerat compulsus. Re postea certius cognita, compertóque ut aduenientem Pompeium undique uiri omnes exiperent, éxque beneuolentia cum ampla pompa prosequerentur, præuenire eum accelerauit. Profectus ergo & illi obuiam factus, quamlatissimè dexterã iunxit,eúmque ingenti uoce Magnum salutauit, iussítque omnibus, qui tum aderant, ut similiter Magnum eum appellarent. Alij dicunt cognomẽ hoc primùm in Aphrica ab uniuerso exercitu illi inditum, deinde uim atque consuetudinem ex hac Syllæ affirmatione habuisse. Pompeius tamen ipse omnium postremus, longóque tempore pòst proconsul in Iberiam aduersus Sertorium missus, se in epistolis suis actísque Magnum Pompeium inscripsit. Iamiam enim ex ipsa consuetudine id cognomen inuidia carebat. Vnde meritò quis admirari maximè potest, Romanorum priscos non hos solos, qui præclara confecerant bella, quíue strenuè manu usi fuerant, sed eos etiam, qui rempub. consiliis uirtutibúsque suis decorarunt huiusmodi cognomentis sæpe exornauisse. Duos enim populus Rom. cognominauit Maximos: Valerium, quòd patres à plebe dissidentes conciliauit: Fabium Rullum, quòd diuites quosdam uiros ex libertis genitos è senatu amouit. Pompeius deinde triumphum petit,cui se obiicit Sylla: consuli enim aiebat, aut duci, triumphum lege tantùm permitti. Vnde superior Scipio magnis & arduis præliis cùm in Hispania superauisset Carthaginienses, triumphum non postulauit. Non enim tum erat consul, aut id bellum suis gerebatur auspiciis. Addebat præterea, Pompeij triumphum, qui uix pubescebat, quíue ob ætatem nedum in senatu admissus fuerat, omnino gloriã inuidiosam illi pariturum,principatúmque suum ab uniuersis ciuibus ægrè perferẽdum. Hæc aduersus Põpeium Sylla colloquebatur, ueluti illi nõ assensurus,sed cõtẽtione sua impediturus rogationẽ. Non tamẽ ob hoc territus Põpeius est,sed reputare

Pompeius Magnus appellatus.

Duo à Romanis Maximi cognominati

Syllam iussit,plures eos esse,qui orientem uenerarentur solem,quàm occidẽtem,ueluti potentia sua tũ crescceret,Sylla uerò minui & extingui uideretur. Quæ Sylla planè non animaduertit:sed cùm adstãtes uidisset & ex uultu,& ex gestu in admirationẽ actos,quid dictum esset,rogauit. Quo cognito,admiratus Pompeij fiduciã bis acclamauit,Ergo triumphato. Qua in re,cùm indignatio plures caperet,grauitérq; id ferretur,optans Pompeius grauiori mœstitia eos afficere,conatus est curru quatuor elephãtibus ducto triumphũ ducere. Inter alia enim,quæ ex Aphrica adduxerat,horum nonnullos captiuos duxerat:angustiori tamen porta urbis prohibitus,equis usus est. Inter hæc milites,quòd non potirentur quæ sperauerant, cùm molestiores fierent, & appararẽtur ad tumultum,nihil curæ sibi esse Pompeius inquit,triumphũ mittẽdum magis,quàm eis blandiendũ. Ex quo Seruilius homo clarus,quíue Põpeio in triumpho obstiterat,tunc inquit se uidere Pompeium merito magnũ,& triumpho dignissimum. Manifestum quippe tum etiã fuit, Pompeium si uoluisset, in senatu tum potuisse admitti:sed neglexisse hoc fertur,rem gloriosam cupiens ex minus gloriosa uenari. Nõ enim præclarum id erat,ante ætatẽ senatoriam dignitatem eum assequi, sed perglorioſum & splendidum,uirum nondum senatorium triumphum agere. Quod etiam ei popularem beneuolentiam quammultam attulit. Peracto enim triumpho, copiosus plebis numerus Pompeium inter equestres inuentum, laudibus maioribus ornare,eíque congratulari. Sylla uerò tum quidem tristari,inspiciés ad quem potentiæ cumulum atq; gloriæ ille ascẽdisset,sed pudore captus impediendi silentium agebat. Vi tamen & inuito eo Pompeius Lepidum ad consulatum euexit. Comitia quippe habuerat,& plebis suffragia,quæ sibiipsi inuigilabant,Lepido inclinauit. Quo facto, cùm aspexisset Sylla Pompeium multitudine septum per medium abire forum,

» Video te,inquit, adolescens,ob uictoriam lætari. Quomodo non magna & pulchra
» hæc sunt,Catulo uirorũ optimo,Lepidum omnium pessimum consulatu prælatum
» fuisse,te suffragia etiam præbẽte? Caue ne dormias,quin rebus animaduerte:ualidio-
» rem enim aduersarium tibi cõstituisti. Maximè etiã ostendit Sylla se minus beneuolè cum Pompeio habere ex testamento. Aliis enim munera legauit, alios filij curatores instituit,sed Pompeium omnino omisit. Tulit tamen hoc Pompeius modestè nimis,placidéque. Vnde obstante Lepido,cæterísque nõnullis,ne in cãpo Martio Sylla tumularetur,néue publica efferretur impensa,Pompeius præsidio suo gloriam simul defensionémque funeri attulit. Defuncto Sylla, postquam ciuium presagia ac coniectationes palàm fuere,& Lepidus cõfestim se Syllanæ factioni caput præstitit, nec id fictè,aut simulatè,seu indagine quadã,sed palàm arma efferẽdo, prioris seditionis reliquiæ,quàm diu exangues Syllam præterierãt,ab ipso collectæ commotæque. Eius collega Catulus saniorem urbis partem, patrúmque plebísque asserebat:homo enim erat authoritatis,integritatis,æquitatis,tum ciuium omnium primus. Videbatur autem hic uir ciuilibus negotiis,quàm rei militari cõmodior, & res ipsæ desiderare Põpeium agnoscebãtur. Quare Pompeius,qui extemplo bonis sese addiderat, aduersus Lepidũ dux declaratur. Hic enim iam tum in Italia multa occupauerat, & citeriorem Galliam per Brutum superatam ui detinebat. Cætera Pompeius facilè uicit. Sed cùm rediret,Brutũ per longiusculam moram Mutinæ obsedit. Quo in spatio Lepidus ad Romam uectus extra mœnia locatus,secundũ consulatũ petit,metu ac tumultu non paruo intrà urbem iniecto:pauorem tamen hunc Pompeius per epistolã soluit,nuntians se absque cõgressu hostium uictorem esse. Nam Brutus seu sponte,seu à militibus proditus,mutatis ad defectionem animis,saluté suam militúmque Pompeio cõmisit. Deinde equitibus quibusdam præmissis, ad quoddam castellum iuxta Padum abscessit, eóque post diem unã cùm Geminius Põpeij iussu peruenisset, Brutus occisus est. Cuius cædis Põpeius crimen haud euitauit. In ipso enim mutationis initio ad senatum scripserat,Brutũ se uoluntarium dedidisse:deinde confosso eo,alias per epi-

ſtolas acrius Brutũ criminabatur. Ex hoc Bruto genitus eſt Brutus ille, qui cum Caſſio in Cæſarem conſpirauit, ut quippe patri ſimilis, qui nec pugnans, nec uita feſſus
Lepidi mors. obiit, ut antea diximus. Amiſſa igitur Italia Lepidus in Sardiniam fugit, ubi morbo 33
correptus ex mœrore interiit, mœſtior non ex aduerſa, ut aiunt, fortuna, ſed quòd in literulã quandam incidit, ex qua adulterã uxorem agnouit. Cæterùm Sertorius, qui tum Hiſpaniã tenebat Lepido diſſimilis, ac timẽdus Romani populi hoſtis erigitur, ueluti ultimus inteſtini belli morbus Põpeio deſtinaretur. Multos enim minores duces cùm ſuperaſſet Sertorius, Appio Metello tum implicitus erat, uiro quidem claro ac bellicoſo, ſed qui tunc ob ſenectæ grauitatẽ pigrius pugnandi occaſionẽ cõſequebatur. Celeritate quippe & impetu Sertorij belli cõmoda plerũque Metello ablata: ex improuiſo enim & tanquã ad latrociniũ Sertorius Metello obiiciebatur. Præterea inſidiis ac incurſionibus uirum inquietabat, legitimorũ athletam certaminũ, & exercitus grauis, firmíque ducem. Põpeius itaque cùm in armis eſſet, animum inclinabat ad 34
præſidium Metelli ſeſe deſtinandũ. Quod ſuadente Catulo à ſpe non abfuit, ſed in armis circa urbem ſedulò eſſe, ſubinde moræ cauſas nectens, quouſque exoptata ei cura mandata eſt, L. Philippo in ſenatu orante. Qua in re fertur, cùm inter patres admiraretur quis, rogarétque Philippũ, an dignum exiſtimaret Pompeium proconſulem in Hiſpaniã mitti: Non proconſulẽ, inquit, ſed pro conſulibus: ueluti, tum uterq; cõſul nullus eſſet. Cùm Hiſpaniam Pompeius attigiſſet, qualia ad iunioris ducis rumorem contingere aſſolent, uulgò efferebantur, ſuíque ſpe ſibi hominũ animos conciliabat. Populos Sertorio parum beneuolos cùm ſolicitaret, & quoſdam ad defectionẽ cùm adduxiſſet, fertur Sertorius inſolentiſſimè ſcomma id protuliſſe, Virga & loris opus ſibi eſſe ad puerũ, ni uetulam extimeſceret, de Metello ſene loquutus. Hæc uerbo licet 35
iactitaret, facto tamen prænimiũ erat ſolito cautior, metúque Pompeij cautius in hoſtem ferebatur. Metellus enim, quod incredibile ferme erat, deliciis omnibus ac uoluptati propemodũ fræna laxabat, ingénsq; in ipſo ſuíſq; rerũ erat mutatio ex ſubito luxu, magnóque impenſę profluuio. Vnde creſcebat Pompeij gloria ac beneuolẽtia, in ea diſciplina milites tenẽtis, quæ haud permagno egebat ſumptu. Natura enim ſobrius fuit, & cupiditatibus longè abſtinens. Cæterùm (eſt enim fortuna belli uaria) nõ parum indoluit Pompeius Sertoriũ Lauronem urbẽ ui cepiſſe: exiſtimarat enim ſe hoſtem circũuenturum, in quem hac gloria elatus multa iactauerat, cùm cõfeſtim ipſe circùm obſeſſus eſt. Caſtra ergo mouere extimeſcens, urbem ſuo in cõſpectu inflammatã aſpexit. Cùm Herenniũ atque Perpennã uiros præclaros, magnósque apud 36
Sertorium duces, qui ad eum confugerant, illíque ſe belli addiderãt ſocios, apud Valentiam urbem fudiſſet, ultra decẽ millia hoſtium cecîdit. Qua elatus uictoria, mox in ipſum feſtinat Sertoriũ, ne gloriã Metello impertiretur. Iuxta ergo Sucronẽ amnem ſole iam uergente, copias ad pugnam ambo inſtruxere duces, timentes utriq; ne prælium præueniret Metellus: Pompeius, ut certaminis ſolus gloriam haberet: Sertorius, ut cum ſolo pugnaret. Cõmiſſa itaq; pugna eſt, tandémq; æquo marte dirépta. Vterq; enim alterum cornu ſtrauit. Verùm ex ducibus maiori gloria eluxit Sertorius. Nam ſolus aciem oppoſitam in fugam uertit. Et Pompeij cornu uir permagnus in peditatu Sertorij, tamen eques aggreſſus, poſtquam cum Põpeio ipſo ad ictũ enſium uenit, uterque gladius, diſſimili tamen plaga, in manũ utriuſque corruit. Põpeius ſauciatus 37
tantùm eſt, ſed hoſti manus amputata. Hic tamẽ, cùm in ipſum plerique è Pompeianis impetum facerent, & ſuorũ fuga iam cœpta eſſet, ſe ex inſperato recepit, equo hoſtibus dimiſſo, phalerísque auratis ac ornatu, quo ampliſſimo fulgebat: quæ cùm fortirentur milites, nõ abſque mutua militũ pugna relicta ſunt. Quã primùm uerò poſtea illuxit dies, ambo duces iterum ſtruxerũt acies, proximæ pugnæ uictoriam quiſq; ſuam fuiſſe aſſerens. Sed aduentu Metelli ſoluto exercitu abiit Sertorius. Hi digreſſus congreſſúsque iterum uirorũ horum extitere. Sæpius enim Sertorius nunc ſolus errare

rare, nunc ueluti turbulentus torrens quindecim ferme millibus militum coactis in acie ſtructa eſſe. Põpeius ea peracta pugna cùm obuiam Metello fuiſſet, iamiam conuenturus, lictori faſces ſummittere iuſſit, Metellũ, ueluti ampliori dignitate uenerã-
38 dum, ſibi cõcilians. Sed ille id uetuit, & in hoc, & in cæteris omnibus æquus, bonúsq; uir, nihil ſibi plus dari paſſus, quàm quod ueluti conſulari uiro, & ſeniori ſignũ, cùm æquum imperiũ eſſet, ab ſe uno prodiret. Perſæpius tamen binis metabantur caſtris: ſeiungebat enim ipſos hoſtis uarius uagúsque, ac parua in mora ſolitus ſe diuerſis in locis oſtendere, & eos ab uno prælio confeſtim in aliud traducere. Tãdem hos duces Sertorius cõmeatu prohibens, undique regionem depopulatus, præterea quòd pelagi eſſet potentior, utrunque coegit ea parte Hiſpaniæ, quã obtinebãt, excedere. His itaq; anguſtiis uicti in alienam prouinciã ſe recepere. Cæterùm Põpeius cùm priuatim q̃ multa ad hoc bellũ expoſuiſſet, pecunias à ſenatu poſtulat, addens, ni mittant, ſe cum copiis in Italiam reuerſurum. Lucullus tum conſulatũ gerebat, qui uir licet à Põpeio diſſentiret, quoniam tamen in Mithridaticum mitti bellum affectabat, in mittendis
39 ſtipendiis ſtudet, timẽs ne Pompeio redeundi materia eſſet, qui dimiſſo Sertorio, etiã quærebat Mithridatem inuadere regem gloria ſplendidum, hoſtémq; (ut uidebatur) perfacilè tractandũ. Inter hæc Sertorius moritur, à domeſticis dolo cæſus, inter quos Perpenna excellentior eſt habitus, in illum & aliàs id perficere conatus, ſed eiſdẽ quibus Perpenna innixus uiribus, eiſdémque apparatu ac partibus ſtudens, quò id fieri commodè poſſet, non habuit. Pompeius igitur extemplo exercitum eduxit, cognitóque quòd Perpẽna rebus excellentiſſimè tumeret, decem cohortes in eſcam hoſtium iuſſit paulatim per agros in aſpectu Perpennæ euagari. Ex quo, cùm Perpẽna rerum inſcius illas paſſim inſequeretur, Põpeius ſtructa acie irruẽs, cõmiſſa pugna omnium
40 uictor fuit. Pleriq; hîc primorũ tunc abſumpti. Perpennã ad ſeſe ductum Pompeius occîdit, non ingratus, aut eorũ immemor, quæ in Sicilia obtigerant, quemadmodum à nõnullis criminatus eſt. In huius captura maxima arte in omnium ſalutem Pompeius eſt uſus. Perpẽna enim cùm in poteſtate literas omnes, cæteráque Sertorij monumenta habuiſſet, epiſtolas quorũdam clariſſimorũ ciuium Romanorum propalauit, qui ad res urbis innouandas clanculũ ſtudentes, in Italiam Sertorium uocabant. Pompeius ergo timens, ne ex his maiora ſuſcitarentur bella, quàm quæ iam reſtinxerat, Perpennã trucidauit, & epiſtolas omnes minimè inſpectas incendio tradidit. His *Pompeij continentia.*
peractis Põpeius cùm apud Iberos diuertiſſet quouſque tumultus oppreſſiſſet innatos, incendiáque rerum extinxiſſet, in Italiam duxit exercitum, peropportunè utique
41 delatus, cùm bellũ ſeruile iam tum maioribus uiribus fluctuaret. Vnde Craſſus, qui dux id gerebat bellum, manus cõferre accelerauit, lætóque euẽtu potitus eſt, hoſtium duodecim millibus, atq; trecẽtis gladio cæſis. His tamen præclaris geſtis fortuna, quæ Pompeium ſibi adoptauerat, Pompeium abeſſe noluit, cùm hoſtiũ quinque millia, qui à pugna euaſerant, illi uincẽdos reſeruauit: quibus abſumptis Pompeius ad ſenatum ſcripſit, Craſſum in acie gladiatores fudiſſe, ſe uerò bellũ ab imis extirpaſſe. Norat enim Romę ingenti aſſenſu hæc audiri celebraríque, Hiſpaniam atque Sertorium nemo, uel iocando, alius præter Pompeium uiciſſe dicebatur, eiúsque omne id fuiſſe opus aſſerebatur. In hac tamẽ tam excelſa uiri & gloria & expectatione, ſuſpicio, metúsque fuit, ne exercitũ dimiſſurus eſſet, ſed planè per exempla Syllæ dominationem armis occupaturus: quare non pauciores ob metũ, quàm ob beneuolentiã, obuiam ei
42 ſalutatũ prodibant. Sed poſtquam eam ſuſpicionẽ ab animis illorum exuit, ſe aiendo poſt triũphum uelle exercitũ ponere, unum obtrectatoribus locũ tantũmodo liquit, ſeſe magis plebi, quàm ſenatui patribúsque dedere. Sylla nempe cùm dignitatem ſenatus oppreſſiſſet, ſtatuit Pompeius obſequiis ſuis gratiã plurimã uenari. Quod utique clarè compertũ erat. Non enim inſanius quicquam animi plebis exoptare uiſi, q̃ dominationẽ illam iterũ aſpicere. Vnde hoc ciuilis adminiſtrationis tẽpus longè for-

tunatũ Pompeio fuit, qui nullo munere alio beneuolentiã plebis recuperaturus erat,
ſi eam alius quis ei præripuiſſet. Decreto autem ſecundo triumpho ac conſulatu, non
ob hanc magnitudinem præſtans uiſus eſt, ſed illud eximij ſplendoris inſigne habitũ
eſt, quòd Craſſus tum uir omniũ ditiſſimus, eloquẽtiſſimus, maximúſque, qui Pom-
peium ipſum, cæteróſque omnes faſtu exuperabat, conſulatũ petere non antè eſt au-
ſus, quàm petendi ueniam à Pompeio efflagitaſſet. Qua in re Põpeius ſummè lætatus 43
ceſſit, materia antè diu perquiſita, qua benignè cum illo ageret. Dexterã ergo Craſſo,
cùm auidè iunxiſſet, plebis ſuffragia illi orauit, manifeſtè nuntians, non minus gratũ
habiturũ ſe Craſſi collegam creari, quàm magiſtratũ aſſequi. Cùm ambo tamen con-
ſulatum iniſſent, cõtentiones graues inter ipſos, diſſenſionéſq; uariæ emerſere. Apud
patres potentior erat Craſſus, ſed apud plebem Pompeius. Tribunatum nanque plebi
reſtituit, iudiciáque, quæ ad equeſtres iterũ tranſlata fuerant. Dulciſſimũ etiam plebi
ſpectaculum ipſe fuit, cùm bene actæ militiæ iudicium ſubiiſſet. Mos nanque Romæ
apud equeſtres eſt, cùm per legitimum tempus à quoquam militatũ ſit, equum per
medium forum duci coram uiris duobus publicè præſidentibus, quos Cenſores nũ-
cupant, illíſque quẽlibet ducum ac imperatorũ ſub quibus militatũ ſit, recenſeri, de-
inde Cenſorũ iudicio ſubiici, qui iuxta cuiuſque meritũ, uel laudem, uel infamiã tri-
buunt. Huic præfecti curæ, tum erant Cenſores Gellius & Lẽtulus, uiri dignitate or- 44
natúque inſignes, inſidebántq; curuli. Ad hos cùm equites quidam ſubituri iudiciũ
ritu prodiſſent, cognitũ eſt Pompeium in forum deſcendere, qui alia ſui magiſtratus
inſignia ſecũ afferens, equum tamen manu perducebat. Vt uerò appropinquans, no-
tior eſt factus, iuſſit lictores cedere, equúmque iuxta curulem ſiſtit. Erat tum ingens
populo admiratio ac ſilentium. Cenſores ad tantæ rei conſpectũ, & reuerentia & læ-
titia opprimit. Deinde eorum alter, qui ſenior erat, incipit: Interrogo te, Pompei Ma-
gne, militias omnes iuxta diſciplinã abſoluiſti? Tũ Põpeius permagna uoce, Omnes,
inquit, iuxta diſciplinam militarẽ abſolui, omnéſque ſub meipſo imperatore. Quod
cùm audiſſet circunfuſa plebs, acclamauit: non enim ob ingentem lætitiam iam tum
uoces teneri poterant. Vnde ſurrexere Cenſores, domúmq; illũ proſequuti ſunt, plau- 45
denti plebi, aſſequentíque congratulantes. Iam iam cùm cõſulatus propè inſtaret fi-
nis, & cùm Craſſo diſcordiæ in diem auctæ fuiſſent, Gn. Aurelius uir ex ordine eque-
ſtri natus, cui per otiũ uita fuerat, frequenti in concione pro roſtris inquit, Per quie-
tem Iouem ſibi locutum, iuſſiſſéque uti cõſulibus referret, ne antea magiſtratu ſe ab-
dicarent, quàm in mutuam beneuolentiã rediiſſent. Quibus expoſitis, ſtans Põpeius
ſilentium duxit. Craſſus porrecta Pompeio dextra colloquium hoc cœpit: Nihil, ô ci-
ues, nihil mihi puto turpe, nihílque me indignum exiſtimo, ſi priorem me Pompeio
ingero, quem uixdum pubeſcentem uos Magnũ appellauiſtis, cuíue nõdum in ſena-
tum admiſſo binos decreuiſtis triumphos. Ex hoc in amicitiã redintegrati magiſtra-
tu ſe abdicauere. Craſſus quem uiuẽdi morẽ hactenus tenuerat, illum planè ſeruauit. 46
Põpeius defenſionũ cauſas, quibus permultis uexabatur, repulit, forúmque paulatim
deſeruit, & in curiã perraro proficiſcebatur. Cum multis uerò ſemper priuatim erat,
nec ei ferè ſine magno comitatu exiſtenti obuiã fieri licebat, ipſúmq; cõſpicere. Sua-
uiſſimus multis & in ampla corona ſemper dulciſſimus inſpectus eſt, uenuſtatẽ uul-
tu, grauitatémq; præferẽs. Cũ multis autẽ conuenire publicis in locis, & cõſuetudinẽ
publica frui, haud oportere exiſtimabat ad dignitatẽ illęſam amplè tutandã. Vita nã-
que togati ciuis gloria armorũ efflorentis, ad ignobilitatẽ atque contemptum lubri-
ca eſt, præterea populari æqualitati iniquior. Hi enim quemadmodũ in exercitibus,
ita & in foro ſe primos eſſe dignum exiſtimari iudicant, ſed uulgus id quidẽ minus.
Igitur intolerabile eis fit, nihil eos apud turbã pręualere: in foro enim cùm uirũ bellis 47
præclarũ triũphíſq; ornatũ ſuſcipiunt, cõſuetudine ac familiaritate manſuetũ ipſum
efficiunt, eúmq; deiiciunt. Homini uerò, qui ab hac uulgi frequẽtia ſe abſtineat, par-
tæ gloriæ

tæ gloriæ decus potẽtiáq; abſque inuidia cõſeruatur. Hoc res ipſa poſt paruum tẽpus
planè aduerſus Pompeium oſtẽdit. Piratarum nanq; uis id edocuit. Hæc è Cilicia pri-
mùm erupit, initium paruum & ferme incognitũ nacta: faſtũ uerò & audaciam bello
Mithridatico ſumpſit, regiis freta remigiis. Romani deinde exules ob inteſtinũ bel-
lum, cùm uſque ad portas ipſius urbis irruerent, paulatim illi allecti productíq; ſunt.
Deſerto mari pręſidiis, hi iam iam non ſolùm nautas inuadere auſi, ſed inſulas, urbes,
littoráq; ampla infeſti tenuere. Vnde iam homines diuitiis clari, & genere ſplendidi
ac dignitate in primis habiti, ad hæc latrocinij cõmercia ingreſſi, ſe ſocios addidere,
48 ceu gloriã quandam, decúſq; hoc facinus pareret. Erãt iam in locis pluribus ipſorum
piratarũ ſtationes, naualia, maritima etiã præſidia munita. Ad hos iam totæ conflue-
bant claſſes, nõ tantùm ex ſtrenuorũ uirorum copiis, non ex gubernatorũ artibus, nõ
ex ipſarum leuitate atque celeritate nauium, uel exercitatione timẽdæ: ſed, quod ter-
rorem exuperabat omnẽ, incredibili luxu, faſtúq; intolerabili execrãdæ. His enim au-
rati erant rudẽtes, uela purpurea, remi ſubargẽtei, ueluti nequitiã hanc deliciis omni-
bus obtegerent, facinúſque ſuum egregia ambitione exornarent. Buccinæ, cantus,
ebrietates, per omnia paſſim littora audiri, ingenuorũ corporũ principúmq; rapinæ,
& captiuarũ urbium redemptiones undique aſpici, quę omnia in contumeliã dede-
cúſq; imperij Romani eſſe. Ad hoc tam nefandũ latrociniũ naues ultra mille haberi,
49 captæ ciuitates ab ipſis quadringentæ teneri. Templa hactenus inuiolata, aſyla, ady-
táque uaſtare, Clarium, Didymeium, Samothraciũ: in Hermione phanũ Telluris, in
Epidauro Aeſculapij, & in Iſthmo & Tænaro atq; Calauria Neptuni, in Actio & Leu-
cade Apollinis, in Samo, Argíſque ac Lucania Iunonis. Ipſi noua quædã ſacra apud
Olympum agere, myſteria cum arcano quodam ritu inire. Horum, quæ apud Mi-
thrum adhuc ſeruantur, hinc initium accepiſſe memorant. Cõtumelias Romanis, &
alias plures contulere. E pelago enim egreſſi, uias eorum quaſdam infeſtauere præda,
nonnullas uillas ipſi urbi uicinas uaſtauere. Prætores duos Sextilium & Belinum, in
ipſis prætextis cũ miniſtris lictoribúſque ac cæteris eius magiſtratus inſignibus, ca-
ptiuos abduxerunt. Filiam etiã Antonij triumphalis uiri in agrum euntem rapuere,
50 quam multo cenſu poſtea redemptam reddidere. Hoc autem maximè contumelio-
ſum habitum eſt. Aliquãdo enim è captiuis quis cùm ſe Romanum eſſe diceret, no-
ménque proferret, terrore metúque ingẽti ſimulato * femur percuſſi, coram captiuo
procidêre, ueniámque perhumiliter petiere. Perſuadebatur tum captus, & ſupplices
illos, orantéſque aſpiciens lætabatur. Inter hæc alij calceos, alij togam ipſum induere,
ne fortè iterum incognitus fieret: cúmq; per nõ modicũ ſpatium uiro per ludibrium
ſic freti fuiſſent, ad mediũ tandem pelagus ſcalas extẽdebant, iubebántque illum has
lætantem aſcendere, abiréque nolentẽ impulſu ipſi ſuo obruebant. Occuparat potẽ-
tia hęc paſſim omne interius mare: unde nemini commercia libera, ſed omnia inuia,
omnia clauſa erant. Maiorem tum in modum anguſtia uictus ad animaduerſionem
tantæ rei Romanũ impulit, ipſáque annonæ caritas, ac expectatio in diem peior ani-
51 mos mouit ad Pompeium mittendũ, qui piratis mare expurgaret. Sabinus igitur uir
Pompeio beneuolus rogationẽ tulit, qua non naualis pugnæ princeps creatus eſt, ſed
imperator poteſtate ampliſſima in homines uniuerſos, omni prouocatione libera.
Iuxta enim legem maria omnia uſque Gaditanũ fretũ in prouinciã illi ceſſere: præ-
terea quicquid continentis, quod à littoribus quingẽtis abeſſet ſtadiis: quod ſpatium
perpauca Romani imperij loca exuperabant. Vnde maximi populi, maximæ natio-
nes, potentiſſimi reges ſub eius imperio includebantur. Ad hæc uiros quindecim ſe-
natorios poteſtas eligendi data, quos quocunq; oporteret, fas fieret legatos deſtinare.
Deinde cenſum ex ærario, uectigalibúſque in poteſtatẽ habere. Ducentę hinc naues,
52 quas delectu militum, remigibúſque cõmuniret. Hæc recitata cùm fuiſſent, auidiſſi-
mè à plebe ſuſcepta ſunt: maximis uerò patrũ optimíſque, hoc omni inuidia maius

Piratarum è Cilicia origo, audacia & luxus.

Tẽpla uariis in locis culta.

* τούς τε μη- ρους ἐπαίοντο.

uiſum eſt,metúque dignum,immenſam poteſtatẽ,licentiámque tribuere. Vnde præter Cæſarem rogationi obſtitere: is enim legi ſuffragia tulit, partim ob Pompeij gratiam,ſed plebi ab initio ipſo obſequi cupiens,illámq; ſibi conciliare. Alij Pompeium probris lacerare. Vnde alter conſulum dicere, Pompeium per exempla Romuli gradientem, eundem finem non euitaturum. Quæ cùm plebi nota forent,ferme conſul diſcerptus eſt. Catulo autẽ rogationi aduerſanti,primò ob pudorem à plebe ſilẽtium factum eſt: ſed poſtquam is permulta benignè & abſque inuidia in Pompeium oraſſet,dixiſſétque ſententiam, uti uiro parcẽdum,neque eum tot periculis, tótque bellis obiiciendum: adderétque præterea,ſi Pompeium amitterent, in quo alio ſpes reponerent? unanimiter indignati ſunt, omnésque una uoce inter ipſos murmurauere. Catulus deinde plebe haud perſuaſa conticuit. Inde Roſcius cũ orare cœpiſſet,à nullo auditus eſt. Digitis uerò is oſtendit Pompeium non primum, ſed ſecundũ ducem creandum eſſe. Ex quo ferunt plebem indignatione motam ita acclamauiſſe, ut ſuperuolans coruus oculis captus in medium forũ ceciderit. Vnde manifeſtè noſcitur, ex aeris ſciſſione,ex qua fortè uacuum fit,uolatilia haud labi,ſed potius ab ictu uocis percuſſa,cùm uehementior pulſu ueloci in aerem perfertur. Ex his tamen ſoluta frequentia eſt. Qua deinde die,cùm pro lege promulganda iterum conueniſſent, Pompeius in agrum profectus eſt. Cùm uerò legem intellexiſſet promulgatam,noctu in urbem rediit,inuidiam ex incredibili multitudine,quæ ſibi obuiam fieret,uitans. Vt autem illuxit dies,in medium profectus ſacra egit. In concionem deinde productus, operam dedit,ut alia legi adderentur,apparatu propemodũ duplici. Quingentæ etenim naues ei completæ,peditum cẽtum & uiginti millia,equitum millia quinque. E ſenatu præfectos, legatósque quatuor & uiginti ipſe delegit. Quæſtores duo tradiri. Ob hæc, uenalia quæ in pretiũ æquius iam tum redacta fuerant, lætæ plebi ſermonem præbuere,quòd ſolo Pompeij nomine bellum diſſolutũ eſſet. Nihilominus maria partitus Pompeius, omne interius pelagus in tribus & decem regionibus diuiſit, & parti cuique naues ducémq; dedit. Vnde copiis circunlocaris piratas inſequutus, uenatoris exemplo aggregatos ambiuit. Sed illi diſiungi accelerantes, ueluti alueare ab omni parte Ciliciam repetunt,aduerſus quos Pompeius ipſe ſexaginta nauibus lectis inſtructis fertur. Non tamen in ipſos antea nauigat, quàm omnino cætera ipſorum latrocinia deleuiſſet, maréque Tyrrhenum,Libycum, Sardoum, Cyrnæum,Siculúmque luſtrauiſſet. Quæ omnia diebus quadraginta confecit, ſeſe labori indefeſſo ſubiiciens,præfectíſque utens diligentiſſimis. Interea in urbe conſul Piſo iracundia atque inuidia permotus, apparatum naualẽ ſoluit, militésque ſtipendiis liberat. Vnde Pompeius claſſe ad Brunduſium miſſa,per Hetruriam Romam accedit. Eius in aduentu omnes undique à mœnibus urbis effuſi ſunt, ueluti non paucis antè diebus eum fuiſſent proſequuti. Culmẽ uerò lætitiæ ipſis fuit tantæ uictoriæ inſperata celeritas, omniúmq; commeatuum copia. Ex Pompeij profectu ferme Piſo conſulatu ſe abdicare coactus eſt, Sabino iam iam rogationem ſcriptam afferente. Sed hoc uetuit Pompeius: qui cùm etiam alia quædam benignè, clementérque egiſſet, ut opus fuerat,Brunduſium delatus hinc nauigat. Inde tempori, rebúsque ſolicitus,cùm ciuitates cæteras prætermitteret, Athenas tamen inſalutatas non dimiſit. Vrbem enim ipſam ingreſſus, ritè rem ſacram egit, & populo pro cõcione habito,extemplo abiit, lectis duobus uerſibus ſibiipſi in foribus urbis inſcriptis. Horum alter,qui in aſpectu interioris urbis erat, Latinè tranſlatus hic fuit:

Quantùm ultra uiros cernis,tantùm deus ipſe es.

Alter,qui ab exteriori parte ualuæ figebatur, ſub his erat uerbis:

Te miramur,& te uidemus,comitamur,colimus.

Cæterùm cùm piratas quoſdam adhuc per maria uagantes precibus uictus clementer habuiſſet,eorúmque nauibus corporibúsque deditis,nihil eos offendiſſet, reliqui ſpe ducti

ducti alios euitauere duces,Pompeióq; petito, cùm liberis cõiugibúsque ſe illius po-
57 teſtati mandauere. His omnibus impunitas data,pérq; hos maximè uiros ueſtigia reliquorũ hoſtium latebræq; perſcrutatæ,ueluti qui ſeipſos certè cognoſcerẽt. Plurimi tamen horũ,& hi potentiſſimi,proles ſuas, ſubſtãtiásque, præterea turbã bello inualidam in præſidiis,caſtellísque munitiſſimis apud Taurum montẽ condiderũt, ipſiq; munitis nauibus apud Coraceſium Ciliciæ aduenientẽ Pompeiũ excepere,cum quo inita pugna profligati,obſeſſi ſunt. Tãdem ſumma ope ſalute petita,ſeſe ac urbes,inſulásque,quas præſidiis,arcibúsq; firmiſſimas,præterea acceſſu difficillimas tenebãt, dedidere. Cõfectum itaq; hoc bellũ eſt,horum latrociniis undique abſumptis,haud longiori trium mẽſium ſpatio. Naues cæteras quammultas, roſtratas uerò nonaginta cepit. Viros,qui plures uiginti millibus erant,perdere non cenſuit: mittere uerò ſparſos,qui egeni & bellicoſi ſe iterũ iungerent,armaréntque,haud utile exiſtimauit. Ra-
58 tus igitur hominẽ natura animal nõ indomitũ, nec omnino inſatiabile, ſed qui præter ingenium malitia uteretur,quíue ex locorum & uictus mutatione manſueſceret, quemadmodũ feræ,quæ ex conſuetudine uitæ mitioris aſperitatẽ ac ferociã ponunt, uiros ſtatuit è pelago ad terreſtrem uictũ traducere,illósque ad agrorũ cultũ,habitationémq; urbium,quæ dulcioris uitæ ſunt,aſſuefacere. Quoſdam ergo ipſorũ paruæ, & ſubdeſertæ quędã ciuitates Ciliciæ ſuſcepere,ipſíſque regionis ſuæ loca promiſcuè partita ſunt. Soliorũ urbem propemodum à Tigrane Armeniorũ rege ciuibus uaſtatam Põpeius aſſumens, illorum multos in ea locauit. Multis etiam Dimen ciuitatem Achæorũ, tum cultoribus uiduam & agri ubertate fœcundam,coloniam dedit. Hæc nonnulli obtrectatores tamen improbauere,& geſta,quę Metellus in Creta egerat,li-
59 cet etiam Metellũ ipſum minus amarent,laudibus efferebant. Is enim Metellus illius neceſſarius,qui æquo imperio cũ Põpeio in Iberos pugnauerat,à ſenatu fuerat prius in Cretam miſſus,quàm aduerſus piratas Põpeius deſignaretur. Hæc enim inſula poſt Cilices fons ſecundus piratarum erat, multósque in ea prædones à ſe comprehenſos Metellus perdiderat, multíque etiam tum in ea adhuc erant ſuperſtites, qui obſeſſi & in deditionem Pompeij uenire flagitantes,ſupplices ad inſulam Pompeium aduocabant,ueluti ea prouinciæ ſuæ pars foret, & undiq; ſub maritimo eius imperio decerneretur. His igitur in curam ſuſceptis,Pompeius Metello ſcribit uti ab eorum impugnatione ſeſe abſtineret. Ciuitatibus etiam inſulæ mandat,ne Metello pareant: legatum præterea è præfectis ſuis L. Octauiũ eò mittit. Quo Cretam appulſo,mœnia obſeſſorum piratarum cum præſidiis ingreſſus, cum ipſis aduerſus Metellum pugnat,
60 ſéque non ſolùm grauem,atque moleſtum hoſtem Metello præbuit, ſed Pompeium uirum ridiculum oſtendit, qui cum ſceleſtis & nefandis uiris nomẽ ſuum immacularet,& gloriam ueluti ueneno quodã inficeret, ex ambitione & immoderata in Metellum inuidia. Non enim aiebant Achillem uiri opus agere,ſed inſani cuiuſdã adoleſcentis,& omnino ad gloriam attoniti,cùm cæteros prohiberet ferire Hectorem,ne eſſet prærepta cædis ſibi laude, ſecundus. Pompeiũ uerò dicebãt cõmunium hoſtium ſalutem eſſe,ut triumphũ Metello auferret imperatori claro, & cui in ea ipſa cura labores permulti obuenerant. Non tamen ceſſit Metellus,ſed obſeſſos ad deditionẽ cõpulit,déque eis ſuppliciũ ſumpſit. Octauium uerò in caſtris per contumeliã & ignominiam habitum poſtea dimiſit. Hoc confecto bello,& Pompeio ad urbem Romam
61 reducto,cùm deinde per otium uicinas ambiret ciuitates,Mallius tribunus plebis rogationẽ tulit, uti quotquot loca in prouinciam Lucullus obtinebat, ea omnia Pompeio obuenirẽt,cum omnibus illius copiis. Præterea Bithynia, cui tum Glabrio præerat,accepta,aduerſus Mithridatem regem,atque Tigranem dux belli gerendi Pompeius declararetur, additis etiam ſibi maritimis uiribus, naualíque apparatu, quemadmodum proximo piratico bello ſortitus fuerat. Quod nihil erat aliud,quàm uniuerſum Romanũ imperium ſub unius poteſtatem redigi: prouincias enim,quæ ſibi

ex priori lege minimè obuenerant, Phrygiam, Lycaoniam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam, Colchidem ſuperiorem, ac Armeniam, ex noua legis rogatione obtinebat. Quibus addebantur exercitus, & copiæ omnes, quibus Lucullus Mithridatem atque Tigranem forme debellauerat. Hac in rogatione, cùm Lucullus rerum à ſe geſtarum 62
gloria priuari uideretur, & magis ſucceſſorem triumphi, quàm belli cenſeretur habiturus, nulla promulgandæ legis apud optimos ratio acceptabatur. Iniuſta enim & iniqua eum uirum perpeſſurum norant. Præterea potentiam Pompeij grauiter ferebant, ueluti in manifeſtam euaſuram tyrannidem. Conſtituerunt igitur inter ſe priuatim promulgationi obſiſtere, neque ferre libertatem publicam prodi. Verùm cùm rogationis dies affuiſſet, alij plebis metu animis fracti ſilentium egere: ſed Catulus multa in legem inuehens, legémque diſſuadens, non uno crimine ſæpius pro roſtris acclamauit, iubendo & hortando patres uti maiorum exemplo mentem repoſcerent ob libertatem publicam uendicandam. Promulgata tamen omnibus, ut fertur, centuriis lex eſt, & omnia quæcunque armis bellóque hactenus Syllæ delata fuerant, ſub poteſtatem Pompeij congeſta ſunt. Hic tum ab urbe abſens, cùm decre- 63
ta hæc ex literis ſenatus accepiſſet, circungratulantibus amicis, ſupercilium cõtraxiſſe fertur, cruréque à ſe percuſſo, ueluti, qui dominari grauiter ferret, principatúmque abhorreret. Heu infinita, inquit, certamina: quàm ſatius fuerat ignobilem naſci, ſi à militari cura nunquam deſinendum eſt, ſique hac ex utum inuidia, in agro degere cum uxore fas non ſit. Quo in ſermone eius proximi ironiam non admiſere, ſed cùm noſcerent dominandi cupiditatem natura illi inſitam, fomitem eſſe contentionis aduerſus Lucullum exortæ, ſummè lætabantur, illum ſimulare dolorem exiſtimantes. Et quippe res ipſa eius animos extemplo detexit. Quocunque enim literis confeſtim miſſis, milites ad ſe uocare curauit, principésque ac reges omni ſtudio ſibi allexit. Regionem hoſtilem ambiẽs, nihil ex Luculli actis immotum liquit. Multas plærif- 64
que remiſit, aliis præmia abſtulit, & omnino ſingula agebat, quæ palàm Lucullũ nullius fuiſſe authoritatis oſtenderent. Quæ cùm quæreretur Lucullus cum utriuſq; beneuolis, uiſum ſalubre eſt ut ambo conuenirent. Vnde iuxta Galatiam conuentum eſt per imperatores maximos, qui maxima præclarè geſſerunt. Lictores laureas & erectos faſces utrinque ferentes, alteri alteris occurrerunt. Lucullus ex amœnis & umbroſis acceſſerat locis, Pompeius per aridam & arboribus ſterilem tellurem fortè erat profectus. Lictores ergo Luculli, cùm uidiſſent Pompeianorum frondes pallere, ferméque eſſe aridas, è uirentibus ſuis recentibúsque, Põpeij faſces exornauere, currúmque illius frondibus impleuere. Quæ permutatio portendere uiſa eſt, Põpeium proficiſci præmia atque uictoriam Luculli ſibi acquiſiturum. Erat quidem Lucullus in 65
ordine conſulatus Pompeio prior, ac ætate ſenior, ſed Pompeij dignitas clarior duobus inſignis triumphis. In prima tamen ſalutatione, ſicut decuit, amicè, comitérque mutuò locuti ſunt, alter alterius lætari geſtis, eáque extollere, & ſtrenuitati cõgratulari. Verùm inter longiorem orationem, ambo in nihil modeſtũ, nihil ſalubre irruere. Hic Lucullum auaritiæ incuſat, Lucullus Pompeium ambitionis, ſícque in aperta proditum eſt iurgia, ut uix ab amicis diſiũcti fuerint. Lucullus Galatiam ueluti prouinciam à ſeſe captam adminiſtrauit, munera, honorésque quibus uoluit partitus. Pompeius haud longa diſtantia metatus caſtra, prouinciã parêre illi uetabat, militésque præterea omnes, præter mille ac ſex cẽtos, illi abduxit, Hos ob animorum pertina- 66
ciam ſibi inutiles, & Lucullo difficiliores fore exiſtimauit. Luculli præterea factis detrahens, illum dicebat tragicum & umbratile quoddam bellum cum regibus geſſiſſe: ſibi uerò certam atque ſobriam hoſtium uim ad expugnationẽ reſeruatam eſſe, cùm Mithridates ad clypeos, ad enſes, & ad equos confugiſſet. Ad quæ Lucullus, ſimulachra, & umbras belli Pompeium acceſſiſſe expugnaturũ aiebat, ſuetũ, ueluti uolucrẽ alieno cadaueri, celerem aduentare, reliquiísque bellorum inſurgere. Sic enim Sertorio,

Pompeij & Luculli inimicitiæ.

rio, & Bruto, & Spartanis inſurrexiſſe eum dicebat, cùm alia Craſſus, alia Metellus, alia Lepidus bella ſtrenuè geſſiſſent. Vnde ſe non admirari inquiebat, ſi homo ille gloriam Armeniorum & Ponticorum certaminum extenuaret, quòd ſeipſum fu-
67 gato quidem hoſti triumphum ingeſſerat. Poſt hæc Lucullus inde traiecit. Pompeius uerò poſtquam tota claſſe omne pelagus, quod inter Phœniciam & Boſphorum panditur præſidiis firmaſſet, aduerſus Mithridatem contendit, qui eum triginta millibus peditum, duobúsque equitum millibus munitus erat, ſed qui pugnam cõſerere haud audebat. Eius aduentu Mithridates editum atque inexpugnabilem quendã collem, in quo cum copiis fortè inſederat, ex aquarum anguſtiis liquit. Hunc Pompeius mox occupat, coniectánsque ex fruticibus natura ibi pullulantibus, præterea ex recẽtibus ſpiſísque foſſis, locum ſubterraneis manare fontibus, iuſſit undiq; eum fodi. Ex quo confeſtim exercitui aquãdi copia data, admiratúsque Pompeius eſt omni in tempore hoc Mithridatem latêre potuiſſe. Deinde hoſtem circunueniens muro cinxit. Sed ille poſtquam quinque & quadraginta diebus clauſus fuiſſet, clanculum cum robore
68 effugit, imbellibus ægríſq; antè cæſis. Hunc inſequutus Pompeius, eum ad Euphratem adeptus eſt, caſtráque illi uiciniora poſuit. Deinde extimeſcens ne præueniret ille, Euphratémque tranſiret, mediam per noctem copias aduerſus hoſtem producit. Quo ſcilicet tempore ferunt Mithridatem per quietem imminens iam iam fatũ manifeſtè præcognouiſſe. Videbatur enim ſecundo uento Ponticum nauigare pelagus, & iam inſpecto Boſphoro congratulari nauigãtibus, ueluti ex certa atque præoptata communi ſalute alacrior: deinde extemplo ab omnibus deſertus, parua quadã ſcapha uehi uiſus. Qui dum talia in ſomnio agitaret, à proximis cum tumultu expergefactus eſt, Pompeium imminere ferentibus. Neceſſitate ergo inire pugnam pro ipſis uiſum eſt caſtris. Quare cùm produxiſſent copias duces, acies ſtruxere. Sed Pompeius
69 hoſtiũ apparatu cognito, dubitauit ob nocturnas tenebras ſe periculo obiicere. Quãobrem cenſuit ſalubrius fore, hoſtem circumambire, ut fugam intercluderet, deinde prima luce omnibus copiis eos adoriri, ſpei certus (quoniam exercitu præualebat) ſe illos expugnaturum. Dum hæc mente agitat, ſeniores caſtrorũ tribuni militum moram pugnandi improbant, Pompeiúmque exorant uti pugnæ ſignum canat: non enim omnino nox tenebroſa erat, ſed luna in occaſum uergẽs adhuc, tenuẽ licet, corporum umbram porrigebat: quod quippe regis milites magis magísque eluſit. Dum enim eos miles Romanus inuadit, habens à tergo lunam iam ſubeuntem occiduum, corporum umbræ quamlongiſſimæ in aduerſos protendebantur hoſtes. Vnde illi diſtantiam Romani irruentis, haud clarè intueri poterant, ſed in umbras pro corporibus miſſilia iactantes, fruſtra utebãtur uiribus. Quod cùm Romanus intellexiſſet, ingenti clamore in ipſos concitatius irruit, eósque nihil manere auſos, ſed terga præbentes ita paſſim cæcîdit, ut longè ultra decem millia hoſtium trucidata fuerint, ca-
70 ſtra præterea capta. Ipſe Mithridates ab initio ipſo prælij cum octingentis equitibus in confertiſſimos ſeſe hoſtes intulit, eósque euaſit. A quo diſiunctis cæteris palatíſq;, ipſe cũ ſociis tribus relictus eſt, inter quos erat Hypſicratia eius pellex, fœmina quidẽ ſemper uirilis, audáxque, ob quod Hypſicratẽ rex eam appellabat. Hæc tum uiri Perſici habitum habens, equúmque, neque ex lõgo curſu corpore fatigabatur, neque ad regij corporis curam regíſq; equi ſegnior, quouſque ad caſtellum Inoram, in quo regis gaza condebatur, peruentum eſt. Hinc Mithridates ueſtes haud ignobiles ſumẽs, eas partitus his eſt, qui ex fuga ad eum concurrerant. Proximo præterea cuique mortiferum ferre uenenum dedit, ut nemo niſi uoluntarius in poteſtatẽ hoſtium ueniret. Deinde ad Tigranẽ regem in Armeniã mouit. Sed ille cùm à Mithridate deſciuiſſet, & talenta centum pretiũ ipſius cædis ſtatuiſſet, Mithridates fontes Euphratis exupe-
71 rans, fugam per Colchidem agit. Pompeius tum Armeniam petit à Tigrane iuniore *Mithridatis fuga.* accerſitus. Hic enim iam à patre defecerat, iuxtáque Araxem fluuium obuiam Pom-

peio eſt factus. Id nanq; flumẽ ex eiſdem quibus Euphrates oritur locis, ſed ad ortum ſolis uerſus, in mare Caſpiú effunditur. Hi ergo unà progredientes, & caſtella urbésq; paſſim captabant. Rex uerò Tigranes à Lucullo ferme in extrema deductus, audita Pompeij clementia moribúsque urbanitate egregia refertis, in aulam arcémque regiam neceſſarios & quoſque proximos locat, ipſéque ut Pompeio ſe dedat adit. Vt Pompeio caſtris regem iam iam adeſſe nũtiatum eſt, lictores duo Pompeiani egreſſi, ipſum ab equo deſcendere, pedeſtrémque proficiſci iubent. Neminem nanque aiebant Romanis caſtris equo inſidentem tempore aliquo inſpectum. His facilè paruit Tigranes, præterea enſem, quem tum exuebat, illis tradidit. Tandem cùm ante ora 72
Pompeij acceſſiſſet, è capite corona ſumpta, eam iuxta illius pedes properè ponit: deinde, quod turpiſſimum fuit, ſe ad genua Pompeij declinabat ni præueniſſet Põpeius, qui cum dextera porrecta erexit, iuſsítque apud ſeſe æqua eum ſella inſidere. Filio deinde in parte altera locato, ipſe medius, Cæterùm, inquit, Lucullum incuſare liceat, "
ab illo nanque Syria, Phœnicia, Cilicia, Galatia, Sophene uobis ablatæ ſunt: quæ ab "
eo ipſo uobis conſeruari fas fuit, ea integra habetote, multa ſex millium talentorum "
ob uiolatum fœdus Romanis ſoluta. Sophenę præterea filium regnare iubeo. His Ti- "
granes gratè acquieſcens, clementiam approbat. Inde Romanis regem eum ſalutantibus lætior factus, ſe dono daturum pollicitus eſt militi argentei numi dimidium, centurioni argenteos denos, tribuno militari talentum. Quæ filius cùm ægrè perfer- 73
ret, ad cœnam uocatus, Non inquit, ſibi opus eſſe Pompeio, qui tam magna impenſa hæc exiſtimaret: Romanorum alium ſe facilè inuenire poſſe ait. Quibus dictis extẽplo uinctus eſt, & ad triumphum decretus. Paruo deinde tempore pòſt Phraartes Parthicus ad Pompeium miſit, adoleſcentem repetens ut ſibi generum, addens ſe dignũ exiſtimare Romanos imperij ipſorum finem in Euphrate ponere. Ad quæ Pompeius reſpondiſſe fertur: Tigranem patri magis curæ fore, quàm ſocero: finem autem Romani imperij ſeſe æquum impoſiturum. Præſidem hinc Armeniæ cùm ſtatuiſſet Afranium, per occulta Caucaſi montis loca Mithridatem proſequitur. Maximè in his finibus gentes Albani & Iberi ſunt. Sed Iberi montem incolunt Taurum, & in Pontum uſque uergunt. Albani Eoum tenent, & ad mare Caſpium inclinantur. Hi pri- 74
mùm poſtulanti Pompeio tranſitum dedere: deinde cùm in regione exercitum hyẽs comprehendiſſet, Saturnalibus diebus Romanos inuadunt non pauciores quadraginta millibus, amne Cyrno exuperato, qui ex Iberorum montibus cadens, Araxe ab Armenia labente ſuſcepto, duodecim oſtiis in Caſpium pelagus funditur. Pompeius licet impedire poſſet ne fluuium euaderent, id neglexit, tranſitúmque tacitè pertulit. Pòſt capto tempore, in confertos eos irruens, cum ſtrage maxima eos in terga coegit. Rege deinde pacem orante, legatis miſſis Pompeius iniuriam mittens, fœdus percuſſit. Hínque in Iberos contendit, qui neque pauciores numero, & longè Albanis bellicoſiores habiti, quíue enixius Mithridatis gratia in Pompeium bello accingebãtur. Hi quippe non Medis, Perſísue unquam paruere. Macedonum etiam dominatio- 75
nem euitauere, Alexandro quamceleriter Hyrcaniam egreſſo. Hos tamen Pompeius acri commiſſa pugna fudit, cæſíque ex eis ſunt ad nouem millia, capti ad millia decem. Quibus expeditis dum in Colchos fertur, apud Phaſim amnem Seruilius ei occurrit cum nauibus, quas ad Ponti præſidium habuerat. Verùm hæc Mithridatis fugà, quòd inter Boſphoranas ac Mæoticas gentes ſe proripuiſſet, Pompeio anguſtias plures intulit. Albanos præterea à Pompeio defeciſſe nuntiatum eſt, in quos & iracundia & indignatione Pompeius uerſus, Cyrnum uix aſtu artéque exuperat. A barbaris enim longiſſima eius ripa ſudibus uallísque præmunita fuerat. Vnde aquarum anguſtia, quibus Pompeium intercludebant, ferme inuium præbebat iter. Sed Pom- 76
peius decem millibus utrium aqua plenis caſtra in hoſtes mouit, quos tandem apud Abãtem fluuium ad ſexaginta millia peditum, & equitum duodecim millia nactus eſt arma-

eſt armatos uiliſſimè: ferarum quippe dorſa pleriſque pro armis habita. Horum dux regis frater erat, & Coſis nomine appellabatur. Is cõmiſſa pugna impetu ſeſe in Pompeium agens, telo quà duplex erat thorax Põpeium ferit, ſed Pompeius ferro ſtricto eum adortus occîdit. In hac pugna dicuntur Amazones barbaris cõmilitaſſe, à montibus profectę, qui fluuio Thermodonti ſuperiacent. Dum enim Romanus miles in ſpoliis barbarorum obuerſabatur, Amazonicæ peltæ cothurníque reperti ſunt, muliebre tamen corpus nullum inuentum. Hæ Caucaſum montem habitant qua parte *Amazonum habitatio.*
ad Hyrcanum protenditur pelagus, non Albanis finitimæ, ſed Gelæ ac Leleges me-
77 dia utriuſque gentis tenent. His illæ quotannis ad menſes binos eodem repetito loco apud Thermodontem admiſcentur. Deinde digreſſæ, & ad propria reditu acto, ſolitam uitam repetunt. Expedita ea pugna, Pompeius in Hyrcaniam ad mare Caſpium caſtra mouit: ſed cùm ab optato trium dierum itinere iam abeſſet, ex copia peſtiferorum reptilium retro actus, in minorem Armeniã iter tenuit, in quam cùm Elymæorum Medorúmque reges ad eum legatos miſiſſent, amicè reſponſum tulerunt. Parthum uerò, quòd in Gordianum hoſtiliter excurriſſet, infeſtarétq; Tigranis populos, per Afranium cum copiis miſſum fugauit, eúmq; uſque Arbielitida perſequutus eſt. In his præliis quotquot ex Mithridatis pellicibus captæ fuiſſent, nulli ſe miſcuit Põ- *Continentia Pompeij.*
78 peius, ſed omnes aut eorum parentibus, aut neceſſariis illibatas remiſit. Pleræque autem filiæ aut coniuges magnorum ducum, aut principum erant. Stratonice uerò quæ maxima in primis dignitate præcellebat, quæúe ditiſſimam omnium arcem, gazáque ingẽti refertam curæ habebat, hiſtrionis cuiuſdam haud aliàs hominis fortunati, ſenis autem filia fuit. Hic quòd eam regio potui aſſidere noſſet, regémq; in ea oblectari, ipſam ei adduxit. Ex quo lætior factus Mithridates quietẽ duxit, ſenem autem dimiſit mœſtum grauitérque ferentem, quòd rex eum nihil gratè clementérque habuiſſet. Is tamen ut circiter primam lucem ſomno experrectus eſt, apud ſe interius uidit menſas argẽteis atque aureis uaſis onuſtas: ſtrepitu etiam ſeruorum, eunuchos atque domeſticos intellexit ueſtes ingentis pretij ad ſeſe ferre, præterea equum ante
79 portas ſplendidè ſibi ornatum adſtare, ueluti ex amicis regis & ipſe eſſet. Credens ludibrium hoc eſſe iocúmque, cum impetu portas ad fugam poſcit: ſed ipſum præuenientibus ſeruis, dicentibúsque, quòd diuite quodam nuper defuncto, rex illius domum ei donauerat, quódque ea omnia paruæ eſſent primitiæ reliquarum diuitiarũ, uix perſuaſus, purpuream ueſtem induit. Equum deinde inſiliens per urbem ibat cõcitatius, ea omnia ſua eſſe clamitans. Inde ad irridentes uerſus, non id mirandum eſſe dicebat, ſed potius quòd obuios lapidibus nõ feriret, præ alacritate inſaniẽs. Huius generis huiúsque ſanguinis Stratonice fuit. Hanc ille ciuitatem Pompeio poſtea tradidit: munera præterea multa adiecit, quorum omnium Pompeius ea tantùm quę ad ornatum ſacrorũ, & ad triumphi decus fore aſpexit ſumens, Stratonicen reliqua ha-
80 bere permiſit. Rege pariter Iberorum ſpõdam, menſam, ſedẽmq; quæ ex auro erant, ad Pompeium mittente, orantéque ut ipſas uſui ſuo ſumeret, redigendas in ærarium quæſtoribus dedit. In noua eiuſdem loci arce quibuſdam arcanis ſcriptis epiſtolísq; Mithridatis Pompeius incidit, quæ cùm affectũ regis aperirent, non ſine uoluptate à Põpeio perlecta ſunt. Ibi enim cõmentaria deprehẽſa uenenorum, quibus & multos, & ipſius filium Ariarathem necauerat, Alcæum præterea Sardianũ, quòd in agitatione equorũ is regem improbauerat. Somniorum etiam interpretationes repertæ, partim quæ ipſe rex, partim quæ fœminæ quædam uiderant. Præter hæc impudicæ quædam epiſtolæ Monimes peramatæ mulieris ad eum, quædã regis ad ipſam datæ. Me-
81 morat Theophanes in his repertam eſſe orationẽ, qua Rutilius Mithridatẽ exhortabatur ad cędem Romanorũ qui tum in Aſia fuerant. Quod pleriq; planè exiſtimabãt aſtum Theophanis fuiſſe, non ob Rutilium, quem Theophanes odiſſe nõ uidebatur, ſed decentius ob Pompeium, cuius patrem Rutilius in eius hiſtoria uirum iniquum

oſtẽderat. Cæterùm Pompeius hinc ad Amiſum profectus ex ambitione in odioſum affectum incidit. In multis enim improbarat Lucullum, inquiens, uiuẽte hoſte, non decere prouinciam ordinari, munera honorésque partiri, quæ confecto bello uictores facere conſueuiſſent. Quæ & ipſum apud Boſphorum, Mithridate prævalente & maiores ſtruente copias, prouincias ordinaſſe, numeráq; diuiſiſſe, ac ſi bello finẽ dediſſet, egiſſe cõtigit, multis ducibus multísque principibus, duodecim præterea barbarorũ regibus ad ipſum confluentibus. Vnde & horum gratia ad Parthorum regem ſcribẽs, eum, quemadmodũ cęteri, regem regum appellare haud dignatus eſt. Ipſum 82
etiam cupiditas quędam inuaſit Syriam occupare, atque per Arabiam mare rubrum attingere, ut undiq; qui orbem cingit oceanus trophæis ſuis impleretur. Etenim primus in Libya uſque ad exterius progreſſus eſt pelagus. In Hiſpania apud Atlãticum mare fines Romani imperij protendit. Tertiò hic Albanos perſequẽs, ferme ad Hyrcanum pelagus progreſſus eſt. Veluti ergo orbis ambitũ cõiuncturus, exercitum mouit. Mithridatẽ nanque armis malè comprehendi poſſe uidebat, illúmq; fuga, quàm prælio grauioręm. Ex quo ratus ualidioręm illi hoſtem famem futuram, quàm exercitũ, nauales copias inſtituit aduerſus negotiatores, qui per Boſphoranũ nauigarent fretum, necémq; in cõprehenſos edixit. Deinde frequentibus copiis exercitus ſui aſſumptis, iter cœpit. In quo obuiam his factus, qui cum Triario aduerſus Mithridatẽ infeliciter dimicauerant, qui adhuc inhumati fuerant, eos ſplẽdidè decoréq; tumulauit. Quod cùm neglexiſſet Lucullus, non iniuria odij materiam eſt nactus. Inde cùm 83
Afranio duce, Arabas qui iuxta Ammanum incolunt, in poteſtatẽ egiſſet, & inde deſcendiſſet in Syriam, regionem hanc ueluti legitimis carentem regibus, prouinciam populi Romani fecit. Hinc Iudæâ ſubacta, regem eius Ariſtobulum cepit, ciuitates etiam quaſdam condidit, aliásq; ſeruitute liberauit, earum tyrãnis ſupplicio affectis. Plurimum autem tempus triuit, dum arbiter inter urbes regésque iudicat. Quas in partes ipſe non ibat, beneuolos eò deſtinabat, ut ad Armenios Parthósque, qui de finium litibus iudicarent. Tres enim arbitros eò miſit ad eos conciliandos. Magnam enim uim tum nomen Pompeij habebat, nihil etiam minor & uirtutis & humanitatis rumor, quibus omnibus plurima domeſticorum atque beneuolorum ſuorũ delicta obtegebantur. Non enim à natura ipſi datũ prohibere, aut ſuppliciis delinquentes afficere. Seipſum his cum quibus uerſabatur talem præbebat, ut eorum cupiditates grauésque affectus toleraret facilimẽ. Qui plurimùm apud ipſum poterat, Demetrius libertus perhibetur, non in cæteris adoleſcens inurbanus, ſed nimiùm fortuna inſolenter uſus. De eo hoc memoratur. Cato philoſophus adhuc annis iunior, ſed expectationem permagnam de ſe præbens, famáque iam inſignis & dignitate, in Antiochiam profectus eſt, cupidus abſente Pompeio eam urbem ſtudioſè diligẽtérque inſpicere. Hic, quemadmodum ſemper conſueuerat, tum etiam pedes ibat, eius proximis qui iter illud ſecum agebant, equo inuectis. Cùm autem ante eius urbis portas hominum cohortem in niueis aſtare ueſtibus uidiſſet, & à parte altera ephebos, ab altera pueros inter ſeſe lectos, indignatione motus eſt, exiſtimans hæc ob honorem quendam ſibi apparari, qui horum nihil optaret, nihílque præſciſſet. Comites tamen 85
ab equis iuſſit deſcendere, ſecúmque ire. Cùm uerò appropinquaſſet, tum iuuentútis illius magiſter, qui ea omnia componebat, coronam uirgámque gerens, obuiam uenientibus factus, ubi Demetrium dimiſerint rogat, & quando ipſe uenturus ſit. Tum Catonis beneuoli in riſum omnes effundi. Cato, ô miſeram, inquit, ciuitatem: aliud nil reſpondens præteriit. Sed aliis quidem hunc Demetrium Pompeius minus inuidioſum reddidit, faſtum eius illecebráſque indignatione nulla perferens. Dicitur enim cùm Pompeius ſæpius in amicorum crebris ſalutationibus ſtaret, ac alios atque alios immorando ſuſciperet, illum tum molliter inſolentérque tacuiſſe, caput uſque ad aures obtegentem. Hic nondum in Italiam profectus, amœniſſima Romæ ſuburbana

bana eſt nactus, præterea diuerſoria pulcherrima, hortos etiam pretij multi poſſedit,
86 qui Demetrij nuncupati ſunt. Atqui Pompeius ipſe uſque ad tertium triumphũ modicè atque incompoſitè habitauit. Pulchrum deinde cùm illud theatrum à Romanis longè diffamatum conſtruxiſſet, ſplendidiorem domũ ueluti à theatro appendicem ædificauit, qua etiam ab inuidia intactus eſt. Vnde poſt Põpeij exceſsum, eius domus poſſeſſor eam ingreſſus in admirationem uenit, rogauítque ubi Pompeius Magnus cœnauiſſet. Hæc ita feruntur. Cęterùm rege eorum Arabum, qui apud Petram Arabię circùm incolũt, nulla hactenus exiſtimatione Romanorum facta, non paruum tum in modum metuẽte, ſcribentéque quòd in omnibus obſequi Põpeio ſtatuiſſet: Pompeius uiri mentem experiri uolens, caſtra ad Petram mouit, non ſine ferme omnium querela. Putabant enim Mithridatis perſecutionem Pompeiũ euitare, & in Mithridatem ipſum fore dignius, ut totis uiribus conuerteretur, ueterem ſcilicet & præcipuum hoſtem, qui, ut nuntiabatur, redintegratis animis uiribúsque, per Scythas ac
87 Pæonas in Italiam expeditionem præparabat. Sed Pompeius exiſtimans ſeſe aut facilè illius potentiam abſumpturum, ſi pugnandi copia fieret, aut fugientis poteſtatẽ habiturum, nolebat fruſtra in perſequẽdo tempus terere. Vnde alia bella non obtrectabat, nec inuitus moram trahebat. Verùm fortuna omnia ſoluit. Non enim à Petra longius aberat, cùm poſitis caſtris inter equeſtre certamen, quod iuxta exercitum ludi gratia agebat, apparuere tabellarij, qui literas læta nuntiantes è Ponto afferebant. Cogniti extemplo hi fuere grata nuntiare exiaculorum cuſpide: lauri enim frondibus coronabantur. His uiſis, milites quamprimùm ad Pompeium curſitare, ipſúmq; præcingere. Sed eo agonem imperfectum deſerere nolente, cùm acclamarent illi, equo deſiliit, literásque ſuſcepit. Eminentior tum aberat ſuggeſtus, & miles in illius
88 ſtructuram, haud peruenerat. Fieri quippe is ſolet, exciſum cęſpitem exciſo accumulando cęſpiti. Properè ergo iumentorũ ſellas afferens miles, editum erexit tumulum, quem cùm aſcẽdiſſet Pompeius, ex literis recitat Mithridatem per filij Pharnacis ſeditiones mortem ſibi conſciuiſſe, ac omnia quæ ipſe poſſederat, Pharnacem ſibi ſortitum: déque his geſtis Pharnacẽ ad ſe, Romámq; ſcriptitaſſe. Quibus auditis, omnis exercitus (ut fas fuit) ſumma alacritate effuſus eſt. In ſacris deinde conuictúq; obuerſari cœptum, uelut in uno Mithridatis pectore, innumeri hoſtes extincti eſſent. Pompeius poſtquã uidit geſtis & expeditioni ſuæ ferme ex inſperato caput datum, confeſtim ex Arabia exercitum mouit, ſtatímq; medias egreſſus regiones ad Amiſum peruenit, ubi munera quãmulta à Pharnace ſplẽdidius ornata accepit, multa etiã corpo-
89 ra ex regiis aſſumpſit. Ipſum etiam Mithridatem apprehendi iuſſit defunctũ, & ex facie ipſa haud planè notũ: latuerat quippe miniſtros illius cerebrũ liquefactum fuiſſe, ab exploratoribus tamẽ & cicatricibus plenè pręcognitus. Ipſe uerò Põpeius illum minimè intueri tolerauit, ſcelus abominãs, defunctum ad Sinopen miſit. Quam uerò portabat ueſtem, armorúmq; magnitudinem, ſplẽdorémq;, admiratus eſt. Gladij thecam quadringentorum impenſa talentorũ inſtructam Publius furatus, eam Ariarithi uendidit. Cidarim Caius Mithridatis cõmenſalis, clàm Fauſto Syllę filio petenti dedit. Erat hæc admirãdi & incredibilis operis. Hæc tum Pompeiũ latuere, à Pharnace uerò poſtea cõperta re, qui hæc abſtulerunt pœnis affecti. Põpeius rebus illic cõpoſitis pacatísque iter ſumpſit, feſtos continuò agens dies: ad Mitylenen profectus, Theophanis gratia ciuitatem liberat, ibique ſcenicos poetas inſpexit, iam tum ipſius
90 geſta materiam habẽtes. Hìc theatri formam admiratus, eius ſimilitudinẽ typúmq; ſtylo expreſſit, perſimile Romæ conditurus, licet maius atq; ſpecioſius. Cùm Rhodi adeſſet, profeſſores artium omnes audire curauit, & præceptori cuiq; talentum dono dedit. Hinc Poſidonius philoſophus ad Hermagoram oratorem ſcripſit, Põpeium ſe audiuiſſe, ſinguláq; uir ille narrauit, quæ tum in ea conuẽtione quęſita fuere. Eadem in Athenis circa philoſophos egit. Inde ad ornatum urbísque eius architecturam

Gladij Mithridatis theca pretioſa.

Pompeij liberalitas in liberalium artiũ profeſſores.

quinquaginta talentis dimiſſis, in Italiam feſtinat, ſperans omnium ſplendidiſſimus illam attingere, optans domi ſe ſuos aduentum eius optantes uiſurum: ſed quod fieri ſolet plerunque inter præclara hominum geſta, ut fortuna ſemper infauſtum quiddam afferre curet, id iam diu præparatum fuerat ad illius reditum triſtius agendum. Mutia enim poſt Pōpeij abſceſſum ignominia domum turbauit, Pompeiúsque dum in remotis ageret, id neglexit: ſed Italiam cùm iam attingeret, impēſiori cura rumori inſiſtens, quòd (ut opinandum eſt) cauſam magis apprehendit, repudiū illi dedit, neque tūc, neque poſtea cur eam repudiaſſet faſſus. Huius tamen rei cauſa apud epiſtolas Ciceronis patet. Cæterùm de reditu Pompeij uarij rumores urbem cōpleuere, tumultúsque hinc non paruus exortus, quòd ducturus hic in urbem eſſet exercitum, & monarchia extēplo ineūda. Craſſus etiam liberis pecuniísque ad ſe receptis ab urbe abiit, ſeu uero compulſus metu, ſeu (ut magis creditum eſt) ad præſtandum rumori & obtrectationi fidem, inuidiámque in Pompeium exaſperandam. Pompeius autem Italiam ingreſſus, militibus ad concionem uocatis, cùm eos ornaſſet laudibus, rei accommodata locutus, per ciuitates ac municipia diſiungi iuſſit, & ad propria quenque uerti, admonens tamen triumpho omnes conuenire. Sic ergo ſoluto exercitu, admiratio omnium animos oppleuit. Ex quo cùm uiderent urbes Pompeiū Magnum armis poſitis cum paruo proximorū ſuorum comitatu prodeuntem, nec expeditionem eam præferentem, beneuolentia effusè eum maioribus copiis Romā aſſequutæ ſunt, enixius paratæ, ſeu mouere bellum ipſe cuperet, ſeu rebus ſtuderet innouandis. Ex lege deinde cùm cautum eſſet, neminem ducem ante triumphum urbem ingredi, ad ſenatum oratum mittit, uti conſularia comitia differrentur, ut liceat præſenti ſibi cum Piſone comitia inire. Cui rei cùm obſtitiſſet Cato, Pōpeius animis fruſtratus eſt. Admiratus autem Catonis audaciam atque cōſtantiam, quibus manifeſtè æquitatis gratia uſus ille fuerat, ipſum ſibi affinitate coniungere curauit. E ſorore ergo Catonis cùm eſſent geminæ, ſibi alteram, filióq; alteram uxorē poſtulat. Sed Catone rem ſuſpectam habente, ueluti perditionis ſuæ materiam, quòd illius affinitas dolo cōpararetur, coniunx ſorórque id grauiter tulere, Pompeium Magnum affinem haud repellendum aientes. Inter hæc optauit Pompeius ad conſulatum Afraniū prouehere. Vnde pro inclinādis ſuffragiis, argentum centuriis impenſum eſt, ídque ſuſcepiſſe eos qui tum ipſius Pompeii hortos ingreſſi eſſent, cognitū eſt. Itaque cùm res hæ paſſim uulgarentur, in Pompeium obloqui cœptum, quòd ampliſſimū eum magiſtratū, in quo tot ſtrenua egiſſet, uenalē illis inſtitueret, qui uirtute aſſequi eum non poſſent. Hæc Cato mulieribus refert, oſtendítq; in quam incidiſſent contumeliam, ſi cum Pōpeio affinitatem iniſſent: quibus auditis petiuere ueniam, planè ſalubrius Catonis fuiſſe conſilium faſſæ. Cæterùm triūpho, licet eum in binos dies partitus eſſet, non ſatisfecit tempus: ſed apparatuum tot in eo prætermiſſa ſunt, quot alteri triūpho ſat fuiſſent, præ illorum dignitate ornatúq;. Ex prænotatis autem literis clarè cognoſcere erat, ex quo genere gentium triumpharet. Erant quippe regiones hæ, Pōtus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Meſopotamia. Præterea hi qui circa Phœniciā & Paleſtinam incolūt, Iudæi, Arabes: Piratarum etiam quotquot genera terra mariq; debellata erāt. Inter hæc notabantur caſtella haud pauciora quàm mille capta, ciuitates ferme noningentæ, piraticæ naues octingentæ, urbes præſidiis Romanis firmatas eſſe undequadraginta. His quoq; addebatur, uniuerſa Romanæ urbis tributa ante id bellum quinquagies decies centena millia fuiſſe: cū his uerò, quæ populo Romano ipſe quæſiuit, octuagies & quinquies decies centena millia. In ærarium præterea uaſa, aurum argentúmque ſignatū ad uiginti millia talentorum, præter quæ militibus diuiſa ſunt, quorum qui minus accepit, mille & quingentos æreos tulit. Captiui poſt principes piratarum in triumpho ducti, Tigranis Armenij filius cum uxore filiáq; ipſius regis, Tigranis coniunx Zoſima

Triumphus.

Id eſt, ſeciēdū Budæum, uicies ſemel cēntena & uigintiquinque millia aureorum.

Zoſima, Rex Iudæorū Ariſtobulus, Mithridatis ſoror cum liberis quinque: Scytharum quoque quam multæ mulieres, Albanorum & Iberorum ac regis Commagenorum obſides ducti. Trophæa quoque quamplura notata, omnia præliorum numero æqua, quæ aut ſe duce, aut per legatos adeptus erat. Maximùm uerò ac ſplendidiſſimū fuit, & quod Romanorum nemini hactenus obtigit, quòd trinum è trina uniuerſi orbis parte triumphū duxit. Nam licet tres ex hac una parte antea triumphauerint, ipſe tamen primum ex Aphrica, ſecundum ex Europa, tertium hunc ultimū ex Aſia ducens triumphum, quodāmodo uiſus eſt ex uniuerſo ambitu orbis triumphaſſe. Eius tum ætatem, qui ipſum Alexandro perſimilem dicunt, eúmq; illi in omnibus æquare innituntur, nondum quatuor & triginta annorū fuiſſe tradunt: ſed quod eſt uerius, quadrageſimum tum attingebat annum. O quàm ipſi ſatius, ſi quouſque Alexandri fortunā nactus fuit, uita exceſſiſſet: ulterior enim ætas felicitates ipſi inuidas, & clades quoque intolerandas attulit. Quam enim potentiā ex eius uirtute dignè compararat, hac iniquius in alios uteris, quantùm uitium illis ipſis addebat, tantùm gloriæ ſibi abſtulit: unde inſcius robore ac magnitudine ſua clàm repulſus. Quēadmodum enim cùm ualidiſſimæ ac munitiſſimæ ciuitatum partes hoſtes admittunt, adiiciunt hoſti robur: ſic ex Pompeij potentia elatus Cæſar, his armis quibus in cæteros utebatur, eiſdem Pompeiū authorem euertit. Res nanq; ſic acta eſt. Lucullus ex Aſia cùm rediiſſet, à Pompeio per contumeliā habitus, à ſenatu ſplēdidè exceptus eſt. Qui deinde ab optimis monitus, Pompeio etiam præſente animum ad Rempublicā iniecit: huius enim robur ac natura ipſa iam iam obtūdi, fugeréq; negotia, inerti otio opúmq; deliciis dedita. Cùm autem Pōpeium inquietare cœpiſſet, & rectà in eum uerſus, acta quæ Pompeius reſciderat, ſanciri obtinuiſſet, Catone ſecum in ſenatu certāte, reiectus Pompeius confugere ad tribunos plebis coactus eſt, & ſeſe adoleſcentibus addere. Horum in primis deteſtandus, & omnium audaciſſimus erat Clodius, qui Pompeio ſuſcepto, cum plebi ſubiecit. Inde per medium forum eum habens iuxta ſeſe, prætérque dignitatem ipſum circunducens, in ſuffragiis eo utebatur, & in gratia blandimentíſque plebis: mercedem etiā ab ipſo expoſtulauit, ueluti, non ex probris, ſed ex beneficiis Pompeius obnoxius illi foret. Solutum id poſtea pretium eſt, cùm Pompeius Ciceronem uitum ſibi amicum atque beneuolum, & qui plurima Pompeij arbitrio in repub. geſſerat, neglexit. Cùm enim Cicero extremo in periculo Pompeij oraſſet auxilium, ille Ciceronem coràm uenire haud paſſus eſt, ſed ueſtibulo accedenti clauſo, ipſe poſtico egreſſus clàm eſt. Inde Cicero iudicij metu in exiliū abiit. Inter hæc Cæſar militia functus reipublicæ ſeſe ingeſſit. Vnde hic rerum ſtatus, tum beneuolentiam maximam, & in poſterum potentiam permagnam ei attulit, Pompeium uerò maximè oppreſſit. Conſulatum deinde Cæſar petit: qui animaduertens Pompeij Craſſíque contentiones, quódque ſi alteri ipſorum amicitia iungeretur, alteri inimicus fieret, ad amborum conciliationem uertitur, opus aliàs pulchrum ciuiléque, ſed ex uili cauſa compoſitóque dolo patratum. Vrbis enim potentia, quemadmodum in cymba, cuius onera utrinque æquata ſint, in unum cōgeſta, unáque facta, robur omne ciuitatis, quod in diuerſis altercationibus ſcindebatur, Cæſari addidit. Ex quo Cato in ciuili poſtea bello inter Cæſarem & Pompeiū conflato, falli eos dicebat, qui horū diſcordias dicerent cauſam euerſionis reipublicæ eſſe: nō enim illorum ſeditionem, non illorum inimicitiam, ſed illorum cōciliationem atque concordiā, primū & maximum hoc ciuile malum urbi peperiſſe. Cæterùm Cæſar cōſul deſignatus, confeſtim ad pacandos inopum & egenorum animos conuerſus, de deducendis coloniis, agríſque diuidundis rogationem tulit, egrediens quodammodo magiſtratus dignitatem, & ad tribunatum conſulatum ducens. Cui rei cùm collega Bibulus obſiſteret, & Cato in ſuffragiis ualidiſſimè cum Bibulo ſentiret, Cæſar manifeſtè ad roſtra Pompeium produxit, ibíque eum appellans, ab ipſo quæſiuit an legem

Pompeij aduerſæ fortunæ primæ cauſa.

probaret. Annuẽte Pompeio, Quid, inquit Cæsar, si quis aduersus promulgationem 108
uim afferat, nónne ad plebem auxilium laturus accedes? Accedam equidẽ ait, & aduersus eos qui cum ensibus uobis minitentur, ensem & clypeũ feram. Hoc dicto, Põpeius usque in eam diem neque acerbius quicquã dixisse, neque fecisse uisus est. Vnde eius beneuoli purgare eum parati, uerbũ illud aiebant ex improuiso Pompeium effudisse. Post hæc tamẽ manifestè cognitus est omnino in repub. se tradidisse Cæsari: Iuliam etiam Cæsaris natam Scipioni pactam, iámq; nuptui ducendã, id minimè sperans, post dies paucos Pompeius uxorem duxit: & ad pacandam Scipionis iracundiã, filiam Fausto Syllæ filio antea locatam, ipsi tradidit. Ipse uerò Cæsar Calpurniam duxit Pisonis filiam. Ex hoc tẽpore Pompeius replens urbem militibus, rem omnem ui tenuit. Descendente in forum Bibulo cum consularibus insignibus, Lucullo ac Catone comitantibus, irruẽtes hi desuper fasces illi effregere. Ex his etiam aliquis fimi cophinum in uerticem & ora Bibuli iecit. Duo præterea tribuni, qui comitãdo præcesserant consules, saucij. Sic ergo ab his foro deserto, atque ab aliis qui legẽ impugna- 101
turi erant, de diuidundis agris promulgatum est. Ex quibus animi plebis illecti, ad omnia illorum gesta quiescere, nihílque animo obuersari cœptum, sed silentio rogationes quasque perferre, sententiísque annuere. Acta ergo quibus Lucullus in Pompeium altercabatur, rescissa. Decreta Cæsari utraq; Gallia cum Illyricis ad quinquẽnium, in prouinciam cessit cum quatuor legionibus. Creati in proximũ annum cõsules sunt, Piso Cæsaris socer, ac Gabinius, uir inter omnes Pompeij adulator egregius. His perfectis Bibulus se domi claudens, octo mensibus cõsulatus curam omisit, lite- 102
ras uerò dabat obtrectans criminãsque Cæsarem Pompeiúmq;. Cato ueluti ueris admonitus somniis, & diuinatione certa, imminentem urbi atque Põpeio cladem prædicere in senatu. Lucullus curis fessus quietẽ agere, ueluti reipub. ineptus ciuis. Ex quo id à Pompeio manauit, cõmodius esse seni deliciis obuersari, quàm reipub. administrationi. Extemplo tamen & ipse amore sponsæ lenitus, nuptæ quammaximè cessit, in agris hortísque cum ea uictitans, neglecto foro & reipub. cura. Vnde Clodius tum tribunus plebis audacissimus, intentus rebus, illum omittit. Cùm enim eiecisset urbe Ciceronem, & Catonem captata præfecturæ materia, in Cyprum destinasset, Cæsarémque expeditionem in prouinciam agentem uideret, plebémque in omnibus haberet obsequentem, cùm in eius gratiam suo in magistratu studuisset, extemplo quæ- 103
dam ipsius Pompeij acta rescindere conatur. Qua in re Tigranem, quem è uinculis diripuerat, comitem habet. Beneuolis præterea quibusdam Pompeij crimen iniicit, in ipsis Pompeij potentiam experiri uolens. Demum cùm Pompeius defensioni cuidam fortè adesset, Clodius sceleratorum & impudicorum hominum multitudine septus, in edito loco se collocat, deinde sic rogat: Quis imperator impudicitia laborat? quis uir uirum quærit? quis uno digito caput scalpit? Ad quæ illi ueluti chorus quidam cum plausu, discutiente Clodio togam, ad unumquodque magno clamore, Pompeius, respondent. Hæc ingenti mœstitia Pompeium afficiunt, insolitum malè de se audire, & huiuscemodi pugnæ inexpertũ. Tristabatur etiam magis, quòd senatum nouerat hac in causa contumelia lætatum, Ciceronianæ proditionis 104
pœnas exprobrantem. Hinc cùm in foro plagas usque ad uulnera prodisse contingeret, & quidam ex domesticis Clodij, turba summota se ad Pompeium tulisset, gladiũ à circunstantibus inferre cognitus, Pompeius quousque Clodius magistratum eum gessit, in forum haud ingressus est. Causam absentiæ Pompeius hãc ferebat. Sed Clodij iurgia & obtrectationes, certior erant (ut fertur) testis ut Pompeius in publicum non prodiret. Domi ergo se continens, cum amicis consultabat qua ratione iracundiam senatus posset exuere. Dicente Culleone Iuliam dimittendam esse, & ab amicitia Cæsaris ad senatum redeundum, non acquieuit. His uerò qui censebant Ciceronem ab exilio reuocandum, quòd uir esset Clodio inimicissimus, senatuíque per-

Lex de agris diuidũdis lata à Cæsare.

gratus,

gratus, annuit. Vnde Ciceronis fratrem cùm in medio foro magna manu produxis- 105
set, cæsis ibi quibusdam, nonnullísque sauciis, Clodium superauit. Quare Cicero ex S.C. rediit, qui confestim Pompeio senatum conciliauit, quíue deinde pro lege orans frumentaria, quodammodo iterum omnis terræ omnísque pelagi populo Romano subiecti potestatem Pompeio integram dedit. Ea enim lege portus omnes, negotiatorum conuẽtus, frugum dispensationes, & unico nomine omnia nautica atque terrestria Pompeio subdita. Clodius legem hanc á senatu non prodisse ob annonæ caritatem aiebat, sed angustiam annonæ emanasse ut lex promulgaretur, ueluti non ferente Pompeio potentiam suam extingui, sed ex nouo quodam magistratu excitare eam semper quæritante. Alij dicunt hoc consulem Spinterem machinatum esse, conantem ad magistratum promouere Pompeium, ut ipse ad regem Ptolemæum auxi- 106
lio mitteretur. Verùm Canidius rogationem ad tribunos pleb. tulit, uti Pompeius sine exercitu cum gemino lictore ad Ptolemæum cum Alexandrinis cõciliandum destinaretur: cui rei Pompeius nõ grauiter hæsisse uisus, sed senatus id omisit, causa honestè reddita, quòd uiro timeret. Cæterùm in senatu & apud forum proiectæ quædã literæ repertæ sunt, quibus notabatur, Ptolemæum orare, uti pro Spintere Pompeius dux ad se mitteretur. Timagenes uerò Ptolemæum spontè inquit fugisse & reliquisse Aegyptum Theophanis suasu, qui materiam quærebat, ut senatus Pompeium cum exercitu eò destinaret, noua bellandi causa perquisita. Sed hoc ipse astus Theophanis non tam credibile fecit, quantùm natura ipsa Pompeij incredibile, qui ambitionem non tam uafram, neque tam seruilem habebat. Designatus itaque Pompeius rei frumentariæ dux, diuersa in loca legatos amicósque mittit. In Siciliam ipse atque Sar- 107
diniam, deinde in Aphricam nauigans, uim permagnam frumenti apparauit. Repeturus Romam, cùm mare procellis infestaretur, & gubernatores se alto committere timerent, primus nauẽ ingressus anchorã solui iussit, clamitans, Nauigare est necesse, uiuere necesse non est. Hac audacia & animo usus, lęta cum fortuna omne forum frumento, & omne mare nauibus impleuit. Vnde & cæteris extra urbẽ incolentibus hic apparatus superabundans etiã fuit, uelut è fonte quodã immensa frumẽti copia manasset. Inter hæc res Gallica maximè Cæsarẽ extulit, qui in remotissimis locis cùm esset, & bellũ aduersus Belgas Britannósque conseruisset, ob dignitatẽ & humanitatem suam non animaduertente Pompeio, apud populum grauissimarũ etiam reip. rerum curam gerebat. Corpore quidem circa rem militarem non aduersus barbaros, sed ueluti uenator in agonibus se frui uidebatur, & sese inexpugnabilẽ timendúmque præ- 108
parare. Aurum præterea, argentúmque, spolia, cæterásque diuitias ex hostibus partas (tanta horum aderat copia) magno in numero Romam misit. Horum deinde largitionibus animos ciuium tentans, ædilibúsq; ad spectacula tribuens, prætoribus quoque atque consulibus, eorúmque donans uxoribus, multos sibi allexit. Quare in reditu superatis Alpibus, cùm apud ciuitatem Lucanam hybernaret, omnium uirorum & matronarum magnum numerum eò accessisse memorant, cum plausu lætitiáque ingenti se offerentium. Consulares uiri eò profecti sunt ducenti, inter quos Pompeius & Crassus fuere. Procõsulum quoque ac prætorum centum & uiginti fasces ante Cæsaris fores inspecti. Alios quippe omnes spe donísque repletos Cæsar dimisit: cum Crasso autem atque Pompeio fœdus initum, uti petãt ipsi consulatum, Cæsárque eis 109
auxilio sit, ad suffragia frequentes mittẽs milites. Deinde cùm declarati cõsules fuissent, ut extemplo prouincias exercitúsque decernerẽt, Cæsaríque Gallias in aliud obsignarent quinquennium. Hæc cùm uulgarentur, grauiter ab optimis habita. Ex quo Marcellinus magna in populi frequentia ambos coràm interrogat, an consulatum proximis in comitiis petituri essent. Cui cùm à pleriſque responderẽ iuberẽtur, prior inquit Pompeius, se fortè petiturum, aut nõ. Crassus mitius respondisse fertur: inquit enim se facturum quod in usum reip. fore existimaret, Marcellinus itáque cùm non

eſſet æquo in Pompeium animo, ſed uehemens obtrectator fieret, quòd minus gratè
reſponſum ſibi fuiſſe uidebatur, omnium inquit Pompeius Marcellinum iniuſtiſſi-
mum eſſe: gratiam non habet quòd ex muto eloquẽs factus ſit, & ex famelico crapu-
lam exhalans. Cæteris deinde à petitione conſulatus abſtinẽtibus, L. Domitium Ca- 110
to exhortatus eſt ne cederet: non enim pro magiſtratu aiebat, ſed pro libertate publi-
ca cum tyrannis eſſe certamen. Vnde Pompeij fautores hunc Catonis tonum extime-
ſcentes, & ne omnis ſenatus illi inclinaretur, plebíſque immutarentur animi, nõ per-
miſere Domitium in forum deſcendere, ſed uiros armis munitos mittentes ipſi ob-
uiam, Melitum qui cum lampade præibat, trucidauerunt, alióſque uerterunt in fu-
gam. Cato fugiẽtium ultimus dextrũ cubitum ſaucius abiit, uictus dum Domitium
palàm uindicat. Hac igitur uia dominationem aggreſſi, non honeſtius cætera admi-
niſtrarunt. Sed primùm cùm Catoni præturam populus decerneret, ſententiámque
proferret, Pompeius incuſatis auguriis cõcionem dimiſit. Antiam poſtea & Vatiniũ 111
corruptis largitione centuriis elegerunt, deinde tribuno plebis Trebonio rogationẽ
tulere, uti Cæſari (hoc enim ei ex priuato fœdere debebant) ſecundum quinquẽnium
in Gallias decerneretur, Craſſo Syria & expeditio in Parthos, ipſi Pompeio Aphrica
& utraq; Iberia cum quatuor legionibus. Quibus peractis, Pompeius ex his legioni-
bus petenti & oranti Cæſari duas ad bellum Gallicum conceſſit. Craſſus cõſulatu di-
miſſo, in prouinciam profectus eſt. Pompeius conſtructo theatro, gymnaſia alia at-
que alia, ſed in eius conſecratione muſicum exhibuit, uenationes præterea, quibus
quingenti leones cæſi, elephantes deinde, horrendum quippe dirúmque ſpectaculũ.
Ex his iterum in admirationem populi atque beneuolẽtiam ductus, permagnam in
ſe conflauit inuidiam, quòd ueteribus amicis militiam prouinciáſque decernẽs, ipſe
per amœna Italię loca tum hìc, tum ibi uxori cedebat: nõ enim ſiue amans, ſiue ama-

Iuliæ mirus amor in Põpeium maritum.

tus, diſiungi patiebatur. Hoc quippe ferebatur uulgatúmque erat, ſponſam uirũ præ- 112
nimiùm amare, quæ immaturè carere eo nequibat. Sed huius cauſa fuiſſe uidetur uiri
continentia, qui non niſi illi admiſceretur. Modeſtia etiam cõſuetudinis domeſticæ,
res quippe pergrata, & qua mulierum genus maximè oblectatur. Continentiæ uerò
credẽdum erat, ni Flora ipſa ſcortum periurio criminetur. Fertur comitialibus ludis,
cùm ſaucij quidã cæſique nonnulli ad Pompeium ueniſſent, eúmque ſanguinis con-
tactu cruentaſſent, ueſtem mutandam petiiſſe. Qua in re cùm tumultus ſeruorum il-
lam portantium, curſúſque permagnus fieret, ſponſa quæ tum erat grauida, toga in-
ſpecta cruenta, collapſa ſemianimis eſt, uíxque id tulit. Ex hac turbatione metúque
immaturè ferunt partum editum. Qui ergo Cæſaris atque Pompeij amicitiam que-
rebantur, mulieris amorem maximè incuſabant. Iterum ea grauida facta fœminam 113

Iuliæ mors.

peperit, atque è dolore pariendi mortem obiit. Nata etiam non multos poſt dies ma-
trem ſequuta. Pompeius cùm coniugem apud Albanum tumulare appararet, à plebe
coactus in campum Martium funus extulit, in quo magis ſponſæ miſeratio cognita
eſt, quàm Cæſaris, ſeu Pompeij gratia. Verùm ex duobus his magis abſenti Cæſari,
quàm præſenti Pompeio honores tribui uiſum eſt. Confeſtim enim tumultuari ciui-
tas cœpit, réſque omnes inſano diſcordíque ſermone uerſari, ueluti hactenus magis
occuluiſſet ingenium, quàm extinxiſſet uirorum horum affinitas. Non multùm dein-
de pòſt Craſſi clades apud Parthos accepta Romæ nuntiatur: is quippe cùm magnus

** τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἀμῶς γέπως ἐνέμενον δικαίοις.*

eſſet obex belli inteſtini, defunctus uiris fręna laxauit. Ambo enim eũ timuerãt, *eó-
que uiuente quiſque uiro inſidebat: ut uerò fortuna obſtaculum illud certaminis ab- 114
ſtulit, extemplo (ut inquit comicus) alter in alterum ungitur, & in arena manus fri-
cat: tam parum fortuna humanæ naturæ confert. Ea enim nihil cupiditatem implet,
ubi tãta imperij amplitudo, diuerſarúmq; magnitudo nationũ locorúmque duobus
ſat non eſt uiris. Audientes legentéſque omnia ab eis tripartita quondam fuiſſe, ac
unumquẽque ſua ſortitum acquieuiſſe, Romanum imperium ſibi non ſufficere arbi-
trati

trati ſunt. Atqui Pompeius pro concione inquiebat, magiſtratum omnem ſe antea
aſſequutum, quàm ſperauiſſet, eúmque depoſuiſſe citius, quàm ſperatum eſſet. Et her-
cule certiſſimum ſibi teſtimonium erant exercituũ dimiſſiones. Cùm uerò Cæſar co-
pias dimiſſurus non uideretur, quærebat Pompeius publicis magiſtratibus aduerſus
Cæſarem ſe munire, aliud nihil tamen innouabat, uolens omnino uideri ſe non cre-
115 dere, ſed deſpicere magis ea negligeréque. Cæterùm ut dilata comitia ſunt, ciuibus
largitione corruptis, Pompeiúſque interregnũ deſpexit, rumor extemplo ad Dicta-
torem exortus in urbe eſt. Hũc Lucilius tribunus plebis primùm efferre eſt auſus, ple-
bi ſuadens uti Pompeium Dictatorẽ declararẽt. Verùm cùm his obſiſteret Cato, Lu-
cilius ferè ſe tribunatu abdicare coactus eſt. Pompeium tum amicorum multi excu-
ſauere, quòd magiſtratũ illum non quæſiuiſſet, pro eo nil obſecrauiſſet, eúmque haud
uoluiſſet. Quæ cùm laudauiſſet Cato, Pompeium exhortatus eſt ad reip. curam reca-
peſſendam. Ob quæ ueritus Catonem ille, ad priorem ornatum urbis uerſus eſt, crea-
tíque conſules ſunt Domitius ac Meſſala. Sed cùm poſtea res ad interregnũ rediſſet,
ſermonéſque multi de Dictatore iterum excitarentur, uim extimeſcẽs Cato, cenſuit
legitimum quẽdam magiſtratum Pompeio dandum, & impuram illam Dictatoris
116 potentiam atque tyrannidem abolendã. Qua in re Bibulus Pompeio inimicus prior
in ſenatu rogationem tulit, ut unicus cõſul Pompeius decerneretur: aut enim, inquit,
reſp. ab inſtanti turbine ſalua fiet, aut optimo parẽdum erit. Hæc ſententia cùm pro-
pter oratorem monſtroſa uideretur, ſurgens Cato, expectationem præbens, quòd Bi-
bulo contradicturus eſſet, ſilentio acto, eidem innixus eſt, à ſeſe illam inquiens mini-
mè afferendã fuiſſe, ſed ab alio illatam cõprobare, iuberéque in ipſam iri, quẽcunque
magiſtratũ magis eligens, quàm neminem, Pompeiúmque exiſtimans ea tempeſta-
te ſalubrius, quàm alium eſſe profecturũ. Quo à ſenatu ſuſcepto, decretũ eſt uti Pom-
peius conſul creatus ſolus magiſtratum gerat, ſique collega opus eſſet, non ante duos
117 menſes, experimento doctus, collegã ſumeret. Sic ergo per Sulpitiũ interregem Pom-
peius conſul factus, Catonem grata beneuolentia ſalutat, gratias ſe illi habere faſſus:
eúmque orauit uti priuatim in eo magiſtratu conſilij curam ſecum gereret. Sed Cato
Pompeiũ gratias ſibi habere haud dignum exiſtimauit: ob eum enim nihil ſe dixiſſe
reſpondit, ſed ob reip. cauſam. Priuatim uerò rogatus conſultor fieri, etſi minimè id
rogetur, publicè ſe dicturum inquit, quæ in remp. fore iudicauerit. Huiuſcemodi in

Cornelia à Pompeio ducta.

omnibus erat Cato. Pompeius in urbem profectus, Corneliã Metelli Scipionis filiam
duxit, non uirginem, ſed uiduam nuperrimè relictam à Publio Craſſi filio, qui apud
Parthos defunctus eam uirginem duxerat. Aderant quippe puellæ, præter etiam for-
moſitatem, multæ amoris gratiæ. Circa enim literas pulchrè perita, circa fides, circa
118 geometrica: præterea conſueuerat philoſophis ſeſe ſaluberrimè præbere. Mores dein-
de omni faſtu & importunitate mundi, quæ duo iunioribus obuerſari fœminis ſolẽt
in eaſdem diſciplinas ductis. Pater & genere & gloria haud pudendus. Id tamen cõ-
iugium, quia incongruum ætate uidebatur, multi improbauere: filio enim Pompeij
illam fore magis copulandam ea ætas admonebat. Honeſtiores uerò ciues rem Ro-
manam tum procellis uectam à Pompeio deſpici aiebãt, quem populus liberatorem
urbis conſtituerat, eúmque unicum ei curæ præfecerat. Sed ipſe ſertis, inquiebant, co-
ronatur, nuptiáſque celebrat, cùm cõſulatum ipſum rem infortunatam ſibi fore exi-
ſtimare deberet, qui haud ſibi ita præter legem mãdatus eſſet, ſi floruiſſet patria. Cæ-
terùm cùm in reos ambitus ac ex largitione corruptos præſideret, leges ſcribens per
quas iudicia ferebantur, in cæteris ſe honeſtum integrúmque ſeruauit, præſidium or-
119 natúmqne ſimul quietémque in curia, ſuo conſenſu, ſuíſque armis præbens: in Sci-
pione tantùm ſocero, qui tum damnari uidebatur, crimen non effugit: apud enim
ſeſe ſexaginta trecentis iudicibus domi conuocatis auxilium illi attulit. Quare accu-
ſator ab rei impetitione deſtitit, cùm Scipionem uidiſſet medio in foro à iudicibus

præcomitatum. Iterum & malè de se Pompeius audiuit, quòd cùm leges statuisset, ne pro reis laudes fierent, ipse ad iudices ingressus est Plancum laudaturus. In quo Cato (erat enim ex iudicum numero) aures manibus obstruens, non bene inquit se habere, si laudes præter legem audiat: unde Cato priusquam sententiam ferret, eiectus est. Plancus tamen iudicum sententiis est damnatus, non sine Pompeij rubore. Post paucos etiam dies Hypsæus uir consularis iudicium uitans cognito Pompeium ad cœnam lotum proficisci, eius genibus accubuit, eúmque obsecrare cœpit. Sed Pompeius 120
cum fastu eum præteriit, illum inquiens cœnam sibi disperdere, aliúdque conclusit nihil. Sic ergo iniquior esse uisus, probris laceratus est. Cætera autem omnia ordine composuit, collegámque sibi socerum ad reliquos quinque menses delegit. Deinde decreto senatus prouinciæ sibi in aliud quadriennium datæ, milléque talenta quotánis sumere, quibus exercitũ teneat, alátque. Quibus cognitis, amici Cæsaris dignum existimauere & de Cæsare rationem habẽdam esse, qui pro Romano imperio tot bella tractabat. Aut enim dignum eum dicebant secundo potiri consulatu, aut militiæ tempus sibi prorogándum, ne dux alius ei succedens gloriam loborum ipsi auferret, sed ipse honoris præmia iniret. Circa id cùm altercatio orta esset, Pompeius ueluti ex beneuolentia pro Cæsare inuidiã esset excusaturus, se literas habere à Cæsare inquit, quibus optabat successorem, & se ab expeditione liberari. Ius tamen petendi consu- 121
latum dari sibi, licet absenti, æquum esse censere. His cùm obsisteret Cato Catonísque factio; iuberéntque Cæsarem dimisso exercitu priuatum accedere, atque id demum commodè obtinere posse, Pompeius nulla contentione facta, sed ueluti uictus, suspicionem de se maiorem præbuit, quòd ægrè in Cæsarem sentiret. Misit deinde pro legionibus quas Cæsari commodauerat, eas repetẽs, rebus Parthicis simulatis. Sed Cæsar, licet nosset quibus ex causis milites repeterẽtur, ipsos remisit gratè ampléque donatos. Inter hæc cùm Pompeius apud urbem Neapolim cum uitæ periculo elanguisset, conualuit. Hinc Praxagoræ suasu eius urbis ciues sacra pro ipsius salute fecerunt:
Sacra habita ob Pompeij salutem.
quos cùm imitarentur finitimi, & deinde cùm res hæc sic Italiam omnem ambiret, 122
quæque magna & quæque parua ciuitas dies quamplures festos egit: præterea undecunque sibi sic obuiam proditum est, ut pro numero nullus satis esset locus, sed uiæ, oppida, portus omnes passim uictimis ac libaminibus repleri. Multi præterea sertis ornati sub lampadibus eum susciperẽ, flores in eum iacere, gradientémque usque comitari. Vnde ipsius cultum profectúmque, pulcherrimũ ac splendidissimũ spectaculum, inter alias belli causas non minimam fuisse ferunt. Subiit enim fastus illi exuperans cum magnitudine simul lætitiæ omnem agendorũ rationẽ. Præterea felicitates gestáque semper tutò in loco ponens, óbque id desinens cautior esse, in impuram audaciam contemptúmque incidit de Cæsaris uiribus, quòd non armis, non aliquo industrio opere sibi opus foret, sed multò facilius Cæsarem esset absumpturus, quàm
eum antea sublimauisset. His addebatur Appij reditus, qui legiones Cæsari concessas 123
Pompeio è Gallia adduxerat. Is enim maximè res Gallicas Cæsaris extenuauit, & in Cæsarem malè dicacem exercuit linguam, ipsúmque Pompeium dicebat suarum se uirium nominísque ignarum esse, qui aliis armis in Cæsarem muniretur, quem eisdẽ Cæsaris copiis perditurus erat cùm primùm inspiceretur: tantum esse odium aiebat, quod milites in Cæsarem seruabãt, tantúmque esse desiderium, quod aduersus Pompeium tenerent. His ergo Pompeius elatus est, ac huiuscemodi contemptus ob ingẽtem fiduciam ita plenior factus est, ut eos qui bellum extimuissent, eluderet. Cúmque dicerent quidam, ad inuasionem Cæsaris se non uidere quibus uiribus se Pompeius tueatur, subridens uultúque profusior, eos haud id curare admonuit. Cùm enim, in- 124
quit, terram Italiæ pede pulsabo, scatebunt pedestres equestrésque copiæ. Sed Cæsar ualidius iam iam rebus imminebat, qui cùm nõdum longè Italiam attigisset, sedulò ad urbem destinabat milites, ut comitiis adesent. Multos hic tum ciues pecuniis sibi allexit,

allexit, multos etiam primorum munere placauit. Inter quos Paulus consul ob mille & quingẽta talẽta mutatus est, & Curio trib. plebis à Cæsare ingenti ære alieno liberatus, ac M. Antonius ob amicitiã Curionis, eorũ, quę Curio debebat, particeps. Improbatus tum inter hæc Cęsar est: quòd cùm quis ex his qui ab ipso uenerãt, stans iuxta senatum audisset quòd Cæsari prorogatio nõ daretur, manu ensis capulo percusso, inquit, At hic dabit gladius. Hæc itaque acta apparatúsque, in hanc mẽtem inclina-
125 bantur. Curionis tamen sententiæ precésque pro Cæsare magis populares uideri. E duobus enim unum æquum fore cẽsebat, aut à Pompeio repetendum exercitum, aut Cæsarem ab expeditione non reuocandum. Aut enim priuatos iuxta eos perpessuros dicebat, aut æmulos in his quæ publicè obtinent quieturos. Sed hic alterum inualidũ facere moliens, quam timet potentiam geminat. Ad hæc cùm consul Marcellus prædonem appellaret Cæsarem, iuberétq; eum à senatu hostem iudicari, ni arma ponat, Curio comite Antonio ac Pisone senatum redarguere statuit. Iussit enim eos qui censerent Cæsarem tantùm arma ponere, Pompeiúmque in magistratu esse, è loco transferri, & maior eorum numerus in alteram curiæ partem translatus est. Pòst autẽ cùm iussissetque transferri eos qui censerent ambos pro armis amouendos, nullóq; esse in magistratu, pro Pompeio duo & uiginti tantùm sensere, Curioni uerò omnes hæsisse ui-
126 si. Ex quo hic ueluti uictor splendidus lætúsque ad plebem prouectus est, atque ab ea cum plausu iniectúque sertorum florúmque susceptus. Pompeius tum in senatu non aderat: exercituum enim ducibus urbem ingredi haud mos fuit. Marcellus inter hæc surrexit, se inquiens sedendo orationes nõ audire. Deinde cùm uideo, inquit, decem legiones iam Alpium iuga exuperantes, uado & ipse uirum missurus, qui pro patriã eis obiiciatur. Hinc uestes ueluti publico in luctu mutauere. Marcellus autẽ ad Pompeium per forum graditur, senatu subsequente, qui coram illo constitutus, Iubeo te, inquit, Pompei patriã defendere, fruíque præparatis copiis, & aliarum delectum habere. Eadem dixit Lentulus, alter in proximum annum tum consul designatus. Pompeius inde cùm cœpisset delectum agere, alij non paruerunt, alij (& hi pauci) segni fragilíque animo dictis acquieuerunt, plerique uerò militiæ solutionem acclamare.
127 Antonius enim Cæsaris epistolam inuito senatu apud plebem recitauit, affectus populari gratiæ accommodatos continentem. Orabat enim ambos prouinciis excedere, & exercitibus dimissis sub plebe ambos constitui, plebísque iudicio subiici. Lentulus iam inito consulatu senatum haud habebat. Ciceróque nuper è Cilicia profectus, conciliationem amborum agitabat, ut Cæsar Gallia decedens, reliquo dimisso exercitu, cum duabus legionibus apud Illyricos alterum expectaret cõsulatum. Quibus dedignante Pompeio, persuasi sunt beneuoli Cæsaris alteram legionem etiam dimitti: sed aduersante Lentulo, iterúmque acclamante Catone falli eos, Pompeium decipi, concordiæ finis nullus datus. Dum hæc aguntur, nuntiatur Cæsarem Ariminum ciuitatem amplam Italiæ apprehendisse, ac palàm cum omnibus copiis Romã
128 impetere. Sed hoc falsum erat: proficiscebatur enim maiorem non habens manum quàm trecentorum equitum, & quinque millium peditum. Alias enim copias quæ trans Alpes tum erant, non expectauerat, irruere extemplo turbatis rebus improuisísque magis eligens, quàm tempus hosti præbuisse ad pugnæ apparatum. Ad fluuium igitur Rubiconem profectus, qui prouinciæ suæ limes erat, silentio subsedit mente anceps: secum enim uoluebat magnitudinem audaciæ. Deinde ueluti qui in uastam profunditatem à præcipitio se inducunt, animo mussans, & ad ingentem rem stupidus, cùm ad adstantes uersus, hoc solum græcè exclamasset, Iacta alea, sic exercitum traiicit. Huius rei rumor cùm primùm in urbem irruisset, eámque palàm compleuis-
129 set, metus tumultúsque qualis nunquam antea terrorem passim iniecit. Patres extemplo ad Pompeium delati, omnésque magistratus simul concurrere adesséque. Deinde interrogante Tullo de exercitu, déque apparatu, & Pompeio subtrepidè aiente à

Cæſare profectos præſto ſe habiturum,putaréq; priorem delectum quem celerè egerat,ad numerum fore triginta millium:exclamauit Tullus,eluſiſti nos Pompei,legatósque ad Cæſarẽ mitti cenſuit. Phaonius uerò in cæteris homo haud improbandus, ſed licẽtia atque iurgiis quàm ſæpe conatus audaciã Catonis imitari,tum iuſſit Pompeium terrã pede pulſare,quas promiſerat copias cõuocantẽ. Quam intemperantiã Pompeius modeſtè tulit.Cato inde cùm Pompeiũ admoneret eorum,quę in ipſo initio de Cæſare ſibi prædixerat,reſpondiſſe Pompeius fertur, diuiniora illa fuiſſe quæ Cato uaticinatus fuerat, ſed mitius ab ſe peractum extitiſſe.Hinc Cato ſentẽtiam di- 130
Catonis de principibus uiris ſẽtẽtia. xit, uti Pompeius dux imperatoria poteſtate deligeretur, addẽs, huiuſcemodi uirorũ eſſe magna efficere mala, eadémque fugare. Hic autem extemplo in Siciliam profectus eſt.Eam enim prouinciam ipſe ſortitus fuerat:aliorúmque quiſque ut ſors dedit aliam ſibi deſignatam petiuit.His ergo omni ferme Italia commota,quid agendum eſſet,cuique in dubio erat. Alij fuga Romam repetiuere,alij ab urbe foras efferri, linquentęs urbẽ tot procellis tantóq; turbine infectã,habentémque quod in uſum foret perfragile,quod uerò euitandum,ualidius,ducibúsque ipſis perdifficile.Nõ enim fas erat metũ ſoluere,neq; ſinebat quis ratione Pompeium uti: ſed omnis qua perturbatione affectus fuerat territus,aut mœſtus,uel anxius,eadẽ illum opprimebat,eadémque die diuerſa innitebatur in conſilia.De hoſtibus nil Pompeio audire certum erat, 131
cùm nuntiarent multi quæ caſu percepiſſent,deinde quòd poſtea re aliter comperta, negaretur fides.Ergo cùm ſtatuiſſet huiuſce turbationis certior fieri, omnes iubens patres ſe ſequi,prænonito quòd qui remanſiſſet, uir Cæſaris exiſtimaretur, urbẽ circiter diluculum liquit.Conſules tum nullis peractis ſacris,quemadmodum in bellorum auſpiciis fas erat, effugerunt. Inter hæc ipſa pericula conſideratus Pompeius eſt magna uirorum beneuolentia.Cùm enim multi obtrectarent militiam,repertus nemo eſt, qui ducem odiſſet, ſed certum erat plures eos eſſe qui Pompeium linquere haud poſſent, quàm qui ob libertatem tutandam fugerent. Paucis inde diebus pòſt, Cæſar Romæ cùm caſtra admouiſſet,eam apprehendit:qui cæteris placidè benignéque pertractatis, uni tantùm Metello tum tribuno plebis, quòd ex ærario Cæſarem aſſumere cenſum uetuiſſet,necem comminatus eſt, minísque addidit orationẽ etiam aſperiorem.Inquit enim,non magis id ſibi dictu,quàm factu graue.Ergo Metellum 132
cùm inde amoueri coegiſſet,capto pro opportunitate cenſu,Pompeium perſequitur, eum ab Italia eiicere properans, antequam ex Hiſpania copiæ illi coniungerentur. Pompeius autem Brunduſio ſuſcepto,potitus claſſe,cõſules confeſtim traiicit, cúmque conſulibus cohortes triginta Dirrhachium præmittit.Scipionem uerò ſocerum, ac Cn.filium in Syriam miſit ad claſsem conſtruendam. Ipſe uallo Brunduſij portas muniens,præterea in mœnibus inſtituens leuis armaturæ quammultos milites, iubénsque Brunduſinos abſque metu domi eſſe,omnẽ interius ciuitatem effodit, uallauítque,acutísque ſudibus impleuit omnes ipſius uicos præter duos, per quos ipſe ad mare deſcendit.Tertia deinde die cęterã multitudinem in nauibus magno ſilẽtio locatam habuit:quo facto, murorum cuſtodibus dato ſigno,cùm eos accelerãtes ſuſcepiſſet,extemplo cum omnibus nauigat. Cæſar cùm derelicta ab hoſte mœnia ui- 133
diſſet,fuga intellecta, parum ferme abfuit quin in ſudes foſsásque præceps inferretur. Sed rem aperientibus Brunduſinis, Cæſar inſpecta ciuitate, circúmque ambita, ſoluiſſe omnes inuenit præter milites paucos, qui cum duabus ſuperfederant nauibus. Alij hunc Pompeij abſceſſum inter eius præclara rei militaris opera reponunt. Sed Cæſarem admiratio cepit,quòd Pompeius qui ciuitatem permunitam habebat, quíue copias expectabat ab Hiſpania, pelagíque tum erat poſſeſſor, ita Italia relicta abſceſſiſſet.Incuſat & ipſum Cicero,quòd Themiſtoclis militiam magis imitatus eſſet,quàm Periclis:cùm res ipſius, huius magis,quàm illius geſtorum ſimilitudinem gererent.Inter hæc Cæſar,quoniã tempus aduerſum extimeſcebat, ſtudioſiſſima pacis

cis opera oſtendit.Capto quippe Numerio Pompeij beneuolo,Brunduſium eum miſit,rogans æquo ei iure conciliari: ſed Numerius cum Pompeio abnauigauit. Cæſar igitur diebus LX,Italia abſque cæde potitus,de perſequendo hoſte conſultat:ſed defectu claſſis mutatis animis,caſtra ad Hiſpaniã mouet,optans copias quæ illic Pompeio militabant ad ſeſe ducere. Dum hæc aguntur, magnæ uires Pompeio conuenere.Vis enim maritima ferme inexpugnabilis affuit: quingentæ naues ad pugnam expeditæ,& in ampliori numero ſpeculatoriæ lyburnæque: equitum Romæ ac Italiæ flos millia ſeptem,non genere, non opibus,non dignitate infimus: peditatum uerò, quòd is promiſcuus erat,& egebat exercitationis,in Iberia ſubſidens exercebat, non
135 quidem piger, ſed ueluti prima florens iuuentute, gymnaſiis frui. Magnum quippe *Pompeij uirtus in rebellica.* tum erat ad animorum fiduciam,Pompeium Magnum aſpicere duodeſexaginta annos natum pedites primò,deinde equites in armis exercere, nudaréq; perſtrenuè enſem equo currenti uectum, conderéque peropportunè: præterea in iaculatu non agilitatem tantùm, ſed robur procul iacula torquendo oſtentare, quem ex iuuentutibus plerique haud exuperabant.Ad ipſum confluxerunt & reges, & nationum principes, atque à Roma tot primorũ, ut circa ſe numerus perfecti ſenatus eſſet. Acceſſit & Labeo Cæſare relicto, cũ quo lõga fretus amicitia in Gallos militauerat.Deinde & Brutus,eius Bruti filius qui in Gallia cæſus fuerat,uir quidem magnanimus,& qui Pompeio nil de acceſſu prędixerat,anteáque Pompeium nunquam ſalutauerat,ceu patris interfectorem: ei tum ille ſeſe ſubiecit ut duci qui pro libertate patriæ arma ſumpſiſ-
136 ſet.Cicero etiam, licet aliter ſcripſiſſet cenſuiſſétque, tamen pudore eſt captus, non eſſe in eorum numero qui pro patria ſe periculis obiicerẽt. Delatus & Seſtius huc eſt, homo ætate decrepitus,cui alterum in Macedonia crus mutilatum fuerat.Huic,cùm ipſum eluderent cæteri,riderẽntque,Pompeius primo in conſpectu aſſurrexit,occurritque,magnum exiſtimans ſibi teſtimonium fore, uiros præter ætatem uirésque pro libertate commune periculũ cum ipſo ſubire.Habito deinde ſenatu, & Catone ſententiam dicente,cùm ſtatuiſſent neminem ciuem extra aciem interimendum,neque ciuitatem Romæ ſociam diripiendã,tum magis Pompeij partes amari cœptæ. Quibus enim belli nullum commercium erat, ut quòd procul incolerent, aut quòd eorũ fragilitate negligerentur, hi tamen animis,fauore,& oratione, æquitati concertare, putãtes deorum hominúmque hoſtem illum eſſe, qui cum uoluntate Pompeium ui-
137 ctorem eſſe non optaret. Nihil tamen minus & Cęſar beneuolum ſeſe uincendo præbere,qui Pompeij copias cùm in Hiſpania ſuperauiſſet, captiuásque duxiſſet,earum duces abire dimiſit,militésque ſibi adiunxit. Deinde iterum Alpibus exuperatis Italiam percurrens,ad Brunduſium delatus eſt,cùm iam dies breuiſſimi anni forent.Pelago hinc ſuperato ipſe ad Nericum mouit,Iubiúmque uirum Pompeio amicum captum habens ad eundem mittit,prouocans nempe ut in unum ambo cõueniant: tertia inde die copias omnes ſoluturi,amicíque facti iureiurando obnoxij in Italiam redeant. Hæc Pompeius dolum iterum eſſe exiſtimauit, celérque ad pelagus profectus
138 loca omnia oppidáque apprehendit,quæ uel receptacula ad pedeſtres copias habe-rent, uel ſtationes aut ſigna quædam nautis eſſent. Vnde quocunque ſpirante uento, aut frumentum,aut milites,aut pecuniæ Pompeio afferebantur. Cæſar interim terra maríque locorum anguſtiis oppreſſus, neceſſitate uictus pugnam exoptabat. Hinc aggreſſus ſæpius hoſtium munitiones,eósque laceſſens leuibus præliis, pleraſque earum cepit.In his & obtigit ut ferè peſſundatus Cæſar fuerit, omnémq; amiſerit exercitum,Pompeio ſtrenuè certamẽ ingreſſo, ac uſque omnium fugam cum cæde duorum millium perſequente.Qua in re cùm ui irruere,aut congredi,aut non timere neſciuiſſet Pompeius, Cæſar dixiſſe fertur, ea die uictoriam apud hoſtem fuiſſe, ſi uincentem hoſtem habuiſſet.His itaque Pompeij milites elati, rem omnem ferro decerni ſtudebant.Pompeius regibus,ducibus, urbibúsque externis ueluti confectum eſſet

bellum nuntiauit: à periculo autem pugnæ longè abhorrebat, putans & tempore & angustiis sese uiros expugnaturum, uiros armis inuictos, suetósque annis quammultis simul uincere, & ad aliam militiã errorésque ac mutationem, castrorúmq; fossas, murorúmque erectiones ob senectam tardos, óbque id congredi manúmque conserere celeres. Nihil minus parumper antea Pompeius ad suos uersus, ut manerent exhortatus est. Cùm uerò post pugnam Cæsar ob angustias commeatus castra mouisset, & per Tamanos Thessaliam peteret, Pompeianorum animi haud amplius contineri potuere, sed fugere Cæsarem clamantes, alij ipsum mox persequendum, alij in Italiam transeundum censebant. Seruos alij amicósque Romam destinauere ad domos iuxta forum conducendas, ueluti cõfestim magistratus inituri. Voluntarij etiam multi Lesbum ad Corneliam nauigare, nuntiantes bellum finem habere: illuc enim Pompeius ipsam subdestinauerat. Frequente uerò senatu Afranius sententiam dixit, Italiam fore tenendam, eam enim esse maximum belli præmium, statímque his qui eam habuissent aiebat addi Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Hispaniã, Galliámque: præterea omnes ipsius patriæ preces plurimùm ad Pompeium ferri, manus propemodum ad eum protendentis, pulchrúmque nõ esse eam despicere propulsatam, famulantémque seruis & tyrannorum adulatoribus. Ipse uerò Pompeius non splendoris sui existimabat, Cæsarem fugiẽtem non persequi, fortuna id dante: præterea indignum iniquúmque censebat Scipionem linquere, aliósque consulares uiros circa Græciam ac Thessaliã confestim in potestatem Cæsaris uenturos cum censu copiísque permagnis. Romæ satis eos curã gerere inquiebat, qui remotissimis locis bellum pro ipsa gererent, ut quieta malorúmque expers, libera uincentem expectaret. Hæc cùm statuisset, Cæsarem persequitur, animi quidem certus pugnam nõ inire, sed obsidione ambire hostem, propiúsque insequẽdo eum angustiis commeatus conterere. Hoc enim maximè sibi conducere & alia ex causa putabat. Sermo enim inter equites sparsus erat, quòd confestim profligato Cęsare, oporteret illum priuatum esse. Dicunt alij Pompeium huius rei metu nulla in re alicuius digna opera Catonis usum fuisse: sed quòd in Cæsarem proficiscens, maritimi apparatus præfectum eum liquisset, trepidus ne Cæsare cæso, ab eo confestim cogeretur magistratum ponere. Quietus ergo cùm hostes insequeretur, in crimine obtrectationéque erat, quòd non contra Cæsarẽ militiam duceret, sed in patriam senatúmque, ut omni in tempore dux esset, & abesset nunquam ab his qui eum dominari optabant, ac ministrorum satellitúmque usu. Domitius autem Aenobarbus Agamemnonem eum & regem regum semper appellare solitus, inuidia ipsum perurgebat. Phaonius pręterea non minus infestus erat, uir summæ audacię & malè dicaci lingua potens: Viri enim, acclamabat, hoc non licebit anno ficus in Tusculano carpere. Lucius etiã Afranius is qui in Hispania copias amisit, proditionis haud intactus, Pompeium tunc aspiciẽs pugnam detrectare, mirari se eos dicebat qui eum incusabant, cur ad institorem prouinciarum profecti non pugnent. Hæc huiuscemodíque alia multa oblocuti, Pompeium uirum fama & pudore aduersus notos inferiorem ui compulere, ut optatibus & illorum spei obsequeretur, optimámque suam rationem omitteret, quod non unicæ nauis gubernatori, nedum tot militum & copiarũ amplissimę potestatis duci tolerandum fuerat. Hic quippe medicos qui nunquã cupiditati obsequerentur laudans, longiori ipse militię cessit, ueritus ne in salute mœstior fieret. Qua enim ratione diceret quis illos fuisse sospites, cùm alij iam iam consulatus, ac præturas alij per castra circunducti ambibant? Scipioni ac Spintheri Domitióque de pontificatu Cæsaris contentiones altercationésque ac conciliabula erant, ueluti aduersus sese Tigranes Armenius, aut Nabathæorũ rex militaret, nõ Cæsar ipse, Cæsarísque illius copiæ, cum quibus mille urbes ui cepit, regionésque trecentas subegit, à Gallis Germanísq; pugna inuictus, qui prælia plura gessit, quàm recensere quisquã posset, qui decies cẽtena millia hostium

perſequendo cepit, cẽtena rursus in acie cæcidit. Hi tamen iam pugnã exoptare ausi, tumultúque ei imminere, cùm in Pharsalicum campum descendisset, Põpeium senatum habere coegerũt: in quo Labienus equitum præfectus pro rostris primus, se iurauit nõ antea à pugna reuersurum, quàm hostes in fugã egisset. Eam & omnes sententiam iùreiurando affirmauere. Cæterùm per quietem uisum Põpeio est, ad theatrum se proficisci, inque eo plebẽ sibi longè applaudere. Ipse Veneris uictricis tẽplum multis exornare spoliis uidebatur. Ex quibus præbuere hæc fiduciã, hæc terrorẽ iniecere, trepido ne generi Cæsaris, quod à Venere ductum est, gloria splendórq; ex sese fieret. Seduli deinde per tumultum strepitus eum à somnio excitauere. Vltima hinc uigilia ipso in diluculo quietem permagnam agente, in castris Cæsaris ingens flãma emicare uisa supra Pompeij exercitum aduolauit. Hoc se uidisse Cæsar affirmat, cùm uigilias circumambiret. Prima deinde luce, cùm uasa colligi iussisset, & cõtubernia raperent milites ac impedimenta præmitterent, aduenere exploratores nuntiatũ se arma multa aspexisse in hostium castris circunferri, motúmq; ac tumultum eum uiroruni esse, qui ad pugnam mox exituri essent. Post hos affuerunt alij afferẽtes iam primos in aciem strui. Tum Cæsar exoptatã inquiens aduenisse diem, in qua cum uiris, nõ cum inedia, non cum egestate pugnãdum esset, extemplo coram contubernio tunicã rubram poni iussit: hoc enim Romanis pugnæ signum est. Milites id cùm aspexissent, cum clamore atq; alacritate dimissis cõtuberniis ad arma inferuntur. Ducibus deinde designatæ intentis aciei, quisque ueluti chorus quidã absque tumultu, cum meditatu quietéque instruitur. Põpeius dextro prẽsidet cornu, quod Antonio oppositum erat. Mediã aciem Scipioni socero locauit. Aduersus Albinũ Lucium sinistrũ cornu L. Domitius tenuit, quod robore equitum maximè cæteris præstabat. Huc enim cõfluxerunt omnes, ueluti irrupturi in Cæsarẽ, & legionem decimã percussuri (ut plurimus erat rumor) bellicosissimã, in qua Cæsar ipse instructus pugnare cõsueuerat. Sed Cæsar cùm sinistrum hostiũ cornu conspexisset, tot munitũ equitibus, timens armaturę splendorẽ, sex cohortes è legionibus eductas legioni decimæ à tergo locauit, iussítque eas quietem agere, hostibúsq; ignotas esse. Sed cùm irruerent equites, per propugnatores egressos admonuit, quòd neque ut solitum esset, iacerẽt pila festinantes, quemadmodum robustissimi ad stringendos enses, sed ferire altius eos iussit, oculósque frontésque hostiũ ad uulnera impetere: non enim permansuros eos fulgẽtes flo-
ridósque insultatores inquit, neque contra ferrum inspecturos in oculos illatũ. In his obseruabatur, tum Cæsar. Põpeius uerò acies ab equo animaduertens, ut hostes nouit cum silentio congrediendi tempus ex ordine expectare, suúmq; exercitum sine strepitu non esse, imò turbulentum & imperitia tumultuantem, extimuit ne in ipso pugnæ initio penitus dissolueretur. Vnde acierum primos monuit, ut in congressu stãtes, manẽtésq; solidissimè hostes exciperent. Cæsar uerò strategema improbat: plagarũ enim ictus impetu cursúq; illatos subsistendo restingui inquit, insultúmq; in multorum cõgressu hostium furore ac impetu uectũ augere ex clamore cursúq; animos, quo ablato molliri ac refrigerari uiros. Cum Cæsare ferunt xx & duo millia militũ, cum Pompeio uerò multò plures, quàm bis totidem fuisse. Signo igitur ab ambobus ex utrisque castris dato, & tuba, ut consererent manus, iã canere cùm cœpisset, è turba quisq; uni sibi intentus erat. Pauci uerò & hi ciuium Romanorũ primi, & ex Græcis, qui aderant, quidã, extra aciem quãprimùm periclitatio imminuit, ambitioné cõtentionémq; meditari incepere, quo ardorẽ dominãdi afferrent. Cognata etenim arma, acies fraternæ, signa cõmunia, unius ciuitatis robur, copięq; inter sese irruere, planè ostẽdentes humanũ ingeniũ cupiditate actum cæcũ quidẽ furiosúmq; esse. Quietè enim si dominari fruíq; rebus iam cõparatis uoluissent, plurimã optimámq; terræ ac pelagi partẽ habuisse licebat. Si trophæorũ ac triũphorũ amori quid ultrà tribuere oxoptatum esset, erat & sitim restinguere Parthorũ Germanorúmq; bellis. Multũ in

Tunica rubra signũ pugnæ Romanis.

Cæsaris astus

Scythia opus ſupererat,multũ & in India, & ad cupiditatẽ explendam nõ inglorioſa
materia barbaras nationes aſſuefacere. At qui Scytharũ equi, aut quæ Parthorum Sa- 149
gittæ,aut quis Indorũ cẽſus LXX uirorum millibus ferro inſtructis obſtitiſſet,Pom-
peio & Cæſare ducibus,quorũ nomen prius apud eos auditũ fuerat,quàm Romanũ?
Sic immiſtas,ſic uarias,ferales'q; nationes uictores ſuperauiſſent. Sed hîc,ut ſimul pu-
gnarent,tum ambo conuenere,non ipſorũ gloriã ob quam patriæ pepercerant miſe-
rati,qui uſq; in eam diem inuicti appellabãtur. Eorũ enim affinitas, & Iuliæ amores,
ac illæ nuptiæ extemplo doloſæ,ſuſpectæque. Pignora nanque opportunæ tum con-
uentionis,nõ ueræ cuiuſdã amicitiæ illa fuere. Vt ergo Pharſalicus cãpus uiris,equis,
armíſque cõpletus eſt, & ab utriſque ſigna pugnæ data,prior è Cæſaris phalange pro-
currit C. Craſſianus* uiginti alarũ ductor,qui permagnã ſpem uictoriæ Cæſari dedit.
Quem ut primùm Cæſar è caſtris uectũ proſpexit, eum appellãs, quid de pugna ſen-
tiret,interrogat. Tum ille dextrã protendens,clamauit ſplendidius, Vinces Cęſar:me 150
autem hodie,aut uiuum aut mortuum laudabis. Horum itaq; memor,impetũ in ho-
ſtes fecit,multóſq; ipſorum ſtrauit,in cõfertiſſimã aciem inuectus. Cùm tamen cer-
tando ad enſes peruentũ eſſet,pluribus cæſis,innitentẽ eum contrà,obuióſque conci-
dentem,ſubſiſtens quis,per ora enſem illi adegit,cuius cuſpis per ipſam euaſit ceruí-
cem. Craſſianus itaq; cùm è uulnere cecidiſſet,æquo marte pugnari cœptũ. Dextrum
uerò cornu Pompeius nondum eduxerat,ſed oculos circunuoluens,equitúmq; ope-
ram expectãs,immorabatur. Illi autem iam turmas produxerant circùm obſeſſuri(ut
putabant)Cæſarẽ, ac equites prima in fronte inſtructos, qui pauci propemodũ erant,
in phalangẽ impingunt. Sed à Cæſare dato ſigno,equites quidẽ redeunt: præmonitæ
autem cohortes,tria millia uirorum ad circunlationem mox procurrere,hoſtiq; ad-
uerſari,equitíq; obſiſtendo,quemadmodũ prædocti fuerãt, longis iaculis frui, fron-
tésque hoſtium,oculósque petere. Tunc illi, ueluti huius pugnæ omnino imperiti, 151
quíue id pugnãdi genus,haud expectarant,præſciuerántque, nihil audere, nihil pla-
gas in ore oculíſque adactas tolerare,ſed auerſi manibus protegẽdo oculos fœdè ter-
ga præbuere. Hos fugientes Cæſaris copiæ neglexere,confeſtímque in peditatum eru-
perunt,qua maximè parte cornu hoſtium equitibus nudum circumambire cingeré-
que eos ſatagebat. Sed hi pariter eorum irruptionẽ utrinque actã, præterea impetum
decimæ cohortis Cæſaris à fronte uectũ haud tulere,cõſiſteréq; non auſi ſunt,uidẽtes
in ſe id quod inferre aliis ſperarẽt,hoſtes quippe circũuenire,ſeſe tum perpeti. His in
fugam itaq; uerſis,ut uidit puluerem Põpeius,cladémq; equitũ coniectauit,quo ani-
mo fuerit difficile dictu eſt. Similis autẽ inſano,attonitóq; eſt uiſus,nedũ magnũ Põ-
peiũ ſe exiſtimaret. Nemine inde ſalutato in caſtra abiit,nimiũ poetico illi cõgruus, 152

Iupiter ipſe pater currus exterruit alto Aiacis,ſtetit ille amẽs,clypeúmq; tumentẽ
Tergore ſepteno poſt terga immania iecit, Híncq; oculos uoluẽs mœſtus ſe uer-
tit ab armis. Talis ſtationẽ ingreſſus Põpeius,ueluti inuitus incubuit, quouſq; ulci-
ſcendo plurimi cũ fugientibus ſimul cõcidiſſent. In his uocẽ tunc unicã hanc emiſit,
Ergo ad caſtra. Aliud nihil locutus ſurgit, ueſtéq; ſumpta præſenti clade accõmoda-
ta,caſtris egreſſus eſt. In fugã & cęteræ legiones uerſæ,cædéſq; in caſtris permagna fa-
cta miniſtrorũ,eorúmq; qui contubernia defenderẽt. Milites tantũ ad ſex millia ceci-
diſſe refert Aſinius Pollio,qui in ea cũ Cæſare militauit. Caſtris direptis hoſtiũ igno-
rantiã,leuitatémq; admirari fuit. Omne enim cõtuberniũ myrto coronabatur,omne
ſtratũ floribus plenũ,mẽſæ uaſis graues,crateres uino undiq; ſpumãtes,apparatus,or-
natúſq; litantiũ ac feſta ducentiũ magis is erat, q̃ uirorũ ad certamẽ ſe præparãtiũ. Sic 153
ergo inani ſua ſpe eluſi perditíque, & inſanæ cuiuſdã temeritatis pleni,ad pugnã pro-
fecti fuerãt. Põpeius cũ parũ à caſtris progreſſus eſſet,equũ dimittit,paucos propemo-
dum uiros circa ſeſe habẽs,ut perſequẽtes clàm euitaret. Abibat, & cũ ſilẽtio ac medi-
tatu grauis,quẽadmodũ uirũ eſſe decet annis XL uincere ac ſubigere omnia ſolitũ, &
conflictus

Pugna inter Cæſarem & Pompeium.

* ἀνδρῶν ἑκατὸν εἴκοσι λοχαγῶν.

Pompeij fuga.

cõflictus atq; fugæ,tum primũ in ſenectute experientiã captantẽ. Is tum etiã cogitãs
ex quot certaminibus belliſq; hora una amiſiſset auctã gloriam atq; potentiã,quibus
paulò antea tot armis,tot equis, tot claſſibus ſeptus fuerãt; abit ita tenuis nudúſque,
ut inquirẽtes planè lateret hoſtes. Lariſſam tranſgreſſus,ut ad Tẽpe peruenit,ſe in ora
proſternens,ſitibũdus è fluuio hauſit: indéq; exurgens,per Tẽpe graditur, quouſq; ad
mare delatus eſt. Hîc in tugurio quodã piſcatorio per reliquã noctis partẽ cùm quie-
uiſſet,circiter diluculũ cymbam fluuialẽ ingreſſus eſt, aſſumptíſq; in ea,qui eum ſe-
154 quebantur ingenuis,ſeruos iuſſit ad Cæſarẽ ire,nihílq; timere: deinde iuxta littus de-
latus,permaximã nauem onerariã inſpicit, ſolui iam iam paratã. Huius gubernator
Romanus erat,homo haud nimiùm Põpeio cõſuetus,ſed aſpectu notus,Petitius no-
mine. Huic proxima nocte obtigerat per quietẽ Põpeium uidiſſe,nõ quẽ ſępius aſpe-
xerat,ſed humilẽ,mœſtúmq; ſecũ colloquẽtem. Quod nautis,quemadmodũ de hu-
iuſmodi rebus ſermo fleri ſolet inter homines otioſos, uix narrauerat Petitius, cũ ex-
templo nautarũ quis ſe uidere inquit fluuialẽ ſcapham à littore adremigare,præterea
quoſdam ueſtẽ excutere, manúſq; ad ſe protẽdere. Subſiſtẽs igitur Petitius cõfeſtim
Põpeiũ qualẽ in ſomniis uiderat,agnouit. Genas inde percuſſus,nautas iuſſit ſcaphã
excipere,dexteráq; protẽſa,Põpeium appellat, iam ex geſtu percipiens infelicitatem,
155 uiríq; mutationem. Nullis deinde precibus factis,nullo acto colloquio,ſed ſuſceptis
quotquot cũ ipſo adire Põpeius iuſſerat (Lentuli quippe utrique aderãt ac Phaonius)
nauẽ ſoluit. Suſceptus & parũ pòſt rex Deiotarus eſt,* in littore certare cognitus. Cę-
terùm,cùm cœnæ tẽpus affuiſſet, & apparauiſſet gubernator, quæ tum aderãt,uidens
Phaonius Põpeium abſq; ſeruorũ miniſterio ſeipſum abluere,procurrit,eúmque ab-
luit,unxítque. Deinde in poſterũ ei ſedulò eſſe,eíq; ſeruire quẽadmodũ ſerui domi-
nis uſq; ad pedũ purgationẽ,cœnæq; apparatũ,haud deſtitit. Vnde liberalitatẽ mini-
ſterij nudi,ac ſynceri aſpiciens quis,O,inquit,generoſis q̃ decora ſunt omnia. Sic er-
go præter Amphipolim nauigãs,ad Mitylenẽ tranſiit, optãs Corneliã, filiúmq; inde
ſuſcipere. Cùm inſulæ hæſiſſet iuxta littus,ad ciuitatẽ nuntiũ mittit,nõ qualẽm expe-
ctabat Cornelia pro his,quæ ob gratiã ſcripta,nuntiatáq; ſibi fuerãt: ſperabat enim ex
bello apud Dyrrhachiũ geſto opus Põpeio tantũ unũ ſupereſſe,Cæſarẽ fugientẽ per-
156 ſequi. In quibus eam obuerſantem cõprehẽdit nũtius,qui ſalutare eã minimè cõpos,
ſed plurima malorúmq; maxima lachrymis magis, q̃ uerbo exprimẽs,feſtinare ipſam
iuſſit,ſi Põpeium aſpicere optaret,naui ſola,eáq; aliena inuectũ. Hęc cũ Cornelia au-
diſſet terræ ſeſe ſtrauit,multámq; in horã amens mutáq; iacuit. Pòſt uix cõpos mẽtis
cùm facta eſſet, noſſétq; id tẽpus nõ querelarũ nec lachrymarũ eſſe, per urbẽ ad pela-
gus procurrit. Põpeio inde obuiã ei facto,eáq; ulnis ſuſcepta ſordida,terræq; illabẽte,
» Video,inquit,uir,nõ tuæ fortunæ opus,ſed meæ,una te naui uehi, qui ante Corneliæ
» nuptias quingentis nauibus hoc adnauigabas pelagus. Quid me inſpicere profectus
» es? Quid me inuiſæ nõ liquiſti fortunæ,quę teipſum clade tanta impleui? quàm felix
» quippe fuiſſem mulier,ſi ante Publij obitũ,cui uiridis ſponſa fui, uitã amiſiſſem. In-
» nocens poſt illũ,quemadmodũ preces optarũt,mori debui: ſed Pompeio Magno,ut
157 miſera fierem,ſeruata ſum. Hæc Corneliã dixiſſe aiũt. Quibus Põpeius, Vnam quip-
» pe fortunã,reſpõdit,Cornelia,meliorem,quæ te æquè decepit,agnouiſti,quòd ea me
» per maius tẽpus,quàm mores eius ſint,expectauit. Sed & iſta homines ferre oportet,
» fortunámq; etiã experiri. Non enim deſperandũ eſt ex his cladibus illam ereptura uí-
» rum in hæc infauſta præcipitatum. Cæterùm Cornelia ſeruitia,pecuniáſq; è ciuitate
petitas nacta eſt. Mitylenæi Põpeio ſalutato,ad urbẽ eũ ingredi petiuere enixius,qui-
bus nõ annuit,ſed eos uictori parẽre ſuaſit,ínq; eo fidere: clemẽtẽ enim,æquúmq; eſſe
Cæſarẽ inquit. Inde ad Cratippũ philoſophum uerſus (deſcẽderat enim ille è ciuitate
deſiderio Põpeij) poſt querelas breuia de ꝓuidẽtia intulit. A quibus ſubterfugiẽs Cra
tippus,eũ ad ſpem mitiorẽ adduxit, ne auſterus,néue cõtradicẽdo maioris mœſtitiæ

* ἀπὸ γῆς ἁμιλλώμενον.

Vnctio ante cœnam.

causa illi fieret. Interrogabat enim Pōpeius de prouidētia, illéq; contrà oſtendebat ob 158
reipub. mala in monarchiā res Romanas labi oportere. Deinde quomodo, inquit, Pōpei, quóue ſigno aſſerimus melius tecū fortunam egiſſe, ſi Cæſaris uictor fuiſſes? Sed hæc quidem mittēda ſunt, quóue etiam modo ſe deorū facta nunc habeant. Pōpeius ſuſcepta coniuge, amicíſque nauigat, ſeſe figēs in locis hærénsque ad aquandū, commeatúmq; captandū cōmodis. Primam autē ciuitatem Attaleam Páphyliæ ingreſſus eſt poſt eius fugā, ubi triremes quædā ſibi obuiam è Cilicia aduenere, militéſque hīc quidā aggregati ſunt, præterea iterū ordinis ſenatorij uiri ſexaginta. Inde audiēs claſſem adhuc ſoſpitem eſſe, Catonémque militibus multis ad ſe collectis in Aphricam traiicere, lamentatus cum amicis eſt, ſeipſum incuſans, quòd inuitus cū peditatu cōcurriſſet, quódq; ualidiores copias abſq; pugna nulla in re amiſiſſet, quódq; claſſem 159
nullo ſtatuiſſet in loco, ut ſi aduerſa terreſtris pugna fuiſſet, extēplo maritimas uires, copias, robúrq; tam ingens contrà oppoſuiſſet. Nullū enim Pompeij maius crimen, neq; Cæſaris ſtrategema melius fuit, q̄ id præliū à maritimis abſtraxiſſe auxiliis: nihil tamen minus coactus ob præſentē rem quid decernere, ageréque, ciuitates circū nuntiis ſolicitat, quaſdā ipſe accedit, pecunias perquirēs, ſupplementúmq; ad naues. Cæterùm hoſtis ingenium ac celeritatē extimeſcens, ne apparatu præriperetur inuaſus, abſceſſum, fugámq; præmeditatur. Prouinciarū nulla tuta cognita eſt fugæ, uiris animo cuncta euoluentibus. Regionū Pōpeius ipſe aſſerebat Parthicā impræſentiarū ad ſe ſuſcipiendū aptiſſimā eſſe, eámq; ſe perfragilē recreare, iterúmq; erigere poſſe, plurimíſq; copiis in hoſtes armare. Alij in Africam ad regem Iubam mentē inclinauere. 160
Theophani Leſbio inſanū quiddā uidebatur Aegyptū linquere, trium dierū nauigatione abſentē, Ptolemæúmq; nō adire, ætate quidē puerū, ſed beneuolēria beneficiiſq; à patre ſuſceptis Pōpeio obnoxiū. Inſanum præterea uiſum eſt ſe Parthis committere generi infido, uiróq; Romano quōdam affini, apud quē ſi ſecunda pati poſſet, cæteris prior haberetur, nō fidere, eiúsq; modeſtiā experiri nolle, ac Arſacē magis dominum ſibi cōſtituere, qui Craſſum uiuentē ferre nō potuit. Deinde iniquū cēſebat coiugem iuniorem ad barbaros duci è Scipionis genere ortam, qui cum cōtumeliis ac impudicitia æquè licentiā metiūtur. Si enim hæc nō patiatur, dummodo pati poſſe uideatur, pergraue eſt inter eos ipſam obuerſari, qui facere injuriā poſſe uideantur. Hoc ſolùm (ut aiunt) Pōpeium ab itinere Euphratis auertit: ſiquidē Pōpeij ratio, nō fortuna ipſa iter illud animaduertiſſe potuit. Igitur, ut decretū eſt in Aegyptū fugere, è Cypro tri- 161
remem Seleuciæ cum cōiuge ſoluit. Comitū hi in longis pariter nauibus, alij in onerariis ſimul uehi. Pelagus hinc turbò præteriit. Audiēs inde Ptolemæū apud Peluſium cum exercitu eſſe, aduerſus ſororē bellum gerentem eò erigitur, nūtio ad regem exorandū præmiſſo. Ptolemæus pernimis erat iuuenis, ſed qui regnū adminiſtrabat Pothinus, ſenatum primorū coegit. Erant enim hi primi, quos ipſe uolebat, quibus coactis, quid quiſque ſentiret, dicere iuſſit. Graue quippe tum fuit de Pōpeio Magno cōſulere Pothinū eunuchum, & Theodotū Chium præceptorem in facultate oratoria mercede conductum, Achillámq; Aegyptium. Excellentiſſimi hi quidem conſultores inter cubicularios cæteros alumnósque tum erāt. Pompeius horū decretū anchoris infixis iuxta regionē innixus expectabat, indignus quippe ob ſalutis gratiam Cæſari deberi. Aliorum ſententiæ inter ſeſe ita diuerſæ prolatæ ſunt, ut hi Pompeium ex- 162
pelli iuberent, hi pulchrū dicerent uirū ſuſcipi. Ad quæ Theodotus eloquentiæ uim oſtentans, neutrū ſatis tutum fore demōſtrauit. Si enim ſuſcepiſſent, ſe Cæſarem hoſtem habituros, Pōpeiúmque dominū aiebat. Si repuliſſent, cum Pompeio eiectionis crimen ſubituros, Cæſari cauſam perſequutionis præbere: optimum itaq; eſſe uirum accitū occidere. Beneficiū enim inquit hinc Cęſari ſeſe allaturos, metúque Pōpeij ſeſe liberaturos. Addidit præterea ſubridēs (ut aiunt) hominē mortuum nō mordere. Hæc cùm decreuiſſent, Achillæ facinoris cura mandata eſt. Hic Septimium quendam ſub

Mortui non mordent.

Pompeio

Pompeio duce quondam tribunū militum & Saluium centurionē cùm aſſumpſiſſet ſocios: præterea tres aut amplius quatuor ſatellites, puppim ad Pompeium mouit, ad quem tum è ſuis connauigantibus primi, præſtantioresq; omnes deſcenderāt, ut rem
163 euentúmq; inſpicerent. Hi ergo, ut claſſem non regiā, non cultā, non iuxta Theophanis ſpem Pompeium recipiendū uiderunt, ſed paucos admodū homines una in ſcapha adremigare, cōfeſtim id uilipēdium habuere ſuſpectū, Pompeiúmq; admonuere, uti nauem in interius ageret pelagus, donec extra periculū eſſet. Interea ſcapha iam, cùm propior eſſet, præueniens Septimius ſurgit, Romanóq; eloquio Pōpeium imperatorem appellauit. Achillas Pompeio græcè ſalutato, ipſum admonet in ſcaphā cōſcendere: limum enim eſſe quāmultum inquit, nec profundū, quod triremi ad nauigandum ſuppetat, cùm mare perarenoſum ſit. Vix hæc dixerat, cùm naues quaſdam regias inſtructas aſpexere, littúsq; ab armatis obtineri, unde cuncta fore inuia ad regreſſum cognoſcebantur. Præterea ob abſceſſum erat & percuſſoribus ius, perſtare in
164 ſcelere infidelitatis atque nequitiæ perſequēdæ. Corneliam ergo, quæ iam uiri finem lamentabatur, Pompeius cùm ultimo complexus eſſet, duos cēturiones in ſcapham ingredi iuſſit, & ex libertis unum Philippum, ſeruúmque Scynen nomine. Inde cùm Achillæ comites dextris eum ſuſcipere apparārent, ad uxorem filiúmque uerſus, Sophocleum illud iambicum protulit, Quiſquis domum tyranni proficiſcitur, fit illius ſeruus, licet liber ſiet. Hæc poſtrema ad ſuos locutus ſcapham ingreditur. Continuò inde ſpatio à trireme ad littus interpoſito, ut uox nulla pia humanáq; inter nauigandum ad ipſum eſt facta, ad Septimiúmque inſpiciēs, Non ego te, inquit, commilitonem quōdam meum agnoſco? ille nulla ſalutatione data, nullóque grato colloquio, tantùm capite annuit. Deinde cùm iterum multum fieret ſilētium, Pompeius paruo in libello orationem ab ſe græcè præſcriptā ad Ptolomæū oraturus legere incepit. Vt
165 littori propius fiunt, Cornelia quę in triremi Pompeij anxia erat, finē tacitè animaduertens, cùm multos aſpexiſſet ex regiis deſcēdere, ueluti ob gratiam ſalutésque uiri conueniſſent, fidere incepit. Inter hæc Pompeius cùm Philippi fortè manum appre- *Interitus Pompeij.*
hendiſſet, ut facilius ſurgeret, Septimius tergo inſtans, prior enſe eum transfigit, inde poſt eum Saluius, póſtque Achillas gladios nudauere. Pompeius utraque manu toga ſuper fronte obducta, nihil ſeipſo indignum aut locutus eſt, aut fecit: ſed tantū ſuſpirans ſe ictibus præbuit, LIX annos natus, uitámque claudens die natalem ſuum inſequenti. Qui in nauibus erant, ut aſpexere cædem, ululatu ad littus uſque emiſſo, anchoris celerrimè eductis effugēre. In pelago altius petito, uentus adeò uehemētior flauit, ut ab Aegyptiis perſequi ſatagentibus auerterentur. Cæterùm Pompeij caput humeris uulſum, reliquum uerò corpus è ſcapha nudum in littus eiecere, ac in ſpecta-
166 culum cuiuſque reliquere. Iuxta autem id permāſit Philippus, quouſque aſtantium oculi abundè implerentur. Is poſtea mari ipſum cùm circumabluiſſet, quadā ſuimet tunica id circunuoluit. Deinde cùm cæteris caruiſſet, littore circūinſpecto, reliquias paruæ ſcaphæ reperit, uetereſ quidem, ſed quæ corpori nudo ſatis eſſent, quæúe neceſſariam pyrā integro totóque cādaueri haud præbuiſſent: hæc cùm afferret ille, ſtruerétque, homo occurrit Romanus ætate iam ſenex, quíue primas militias quōdam iuuenis cum Pompeio ſimul peregerat: hic quis homo, inquit, es qui magnum tumulare Pompeium accingeris? reſpondente illo, ſe libertum eſſe: ſed nō tibi unico, dixit, hoc decus obtinget, at me huius piiſſimæ ſortis in partē habebis, ne in omnibus peregrinationē meam pro multis miſeriis conquerar. Huic ergo cùm occurrerim, palpare me ſinito, manibúſq; meis circuminuoluere maximum Romanorū omniū im-
167 peratorem. Sic tumulatus Pompeius eſt. Poſtera uerò die L. Lētulus horum ignarus è Cypro nauigās iuxta littus uectus, ut funereā pyram inſpexit, Philippúmque iuxta inſidēre, nondū eo ab aſpectu cognito, Quis utique, inquit, fatis hīc peractis quieſcit? parumpérque amens factus, ductis pòſt ſuſpiriis, fortè, inquit, tu hic es magne Pōpei,

Deinde paulùm cùm descẽdisset, comprehensus obiit. Hic magni Pompeij finis. Cæterùm non multò pòst Cæsar in Aegyptum perturbatam prouinciam profectus, afferentem Pompeij caput, ut scelus execratus est, oculósq; ab ipso auertit: gemmam uerò Pompeij, cùm suscepisset, illachrymauit: eius gemmæ signum erat ensifer leo. Achillam autem, atq; Pothinum iugulauit. Ipse rex pugna uictus, iuxta fluuium euanuit. Theodotus sophista Cæsaris supplicium euasit. Aegyptũ enim cùm effugisset, humili, miseróque in gestu pererrauit odij metu. M. Brutus is, qui Cæsarem occidit, eum apud Asiam inuentum comprehendit, omníque cruciatu afflictum trucidauit. Pompeij reliquiæ ad Corneliam delatæ, apud Albanum positæ sunt.

COMPARATIO AGESILAI ET POMPEII.

Sic uitæ sunt, discrimina nunc percurramus. Primùm ad istã potẽtiam, 168
gloriámque Pompeius integritate peruenit, Syllæ patriam tyrannide liberanti, præclaris in rebus amicus. Agesilaus dum ad imperium cõtendit, nec fas, nec ius respicit, pulso Leotychida, uelut notho, quem filium frater Agis legitimũ declararat, uoce numinis contempta, quæ claudum regno prohibebat. Iam Pompeius Syllam & uiuentem coluit, & mortuum uenerabatur, corpore ipsius à Lepido per uim extorto, & Fausto filio in generum accito. Agesilaus contrà, leui causa cõtumelia Lysandrum affectum reiecit. Quãquam non minus in Syllam Põpeius contulit beneficij, quàm accepit: cùm Agesilaum Lysander & Spartæ regem, & Græciæ fecerit imperatorem. Circa rempublicam, legésq; quæcunque transgressus Pompeius est, pleraque Cæsaris & Scipionis coniunctorum necessitate commisit. Agesilaus uerò Sphodriam, ob Atheniensium iniuriam capite 169
plectendum, filij amoribus indulgens iudicio subtraxit. Phœbidam, Thebanum fœdus uiolantem, eadem causa palàm & enixè defendit. Summa quicquid iniuriarum Pompeij in suos est pudore inscitiáue susceptũ, hoc uniuerso Spartanos hic per iram & ambitionem affecit, graui Thebanorum bello moribus istis suscitato. Quòd si tribuere quid in his erroribus fortunæ licet, conijcere Pompeij fortunam poterat nemo, cùm Agesilaus Lacedæmonios, quòd regnum claudum præuidebant, suffugere non pateretur: haud defuit enim Leotychidæ, sexcenties licet illegitimus, & regno alienus argueretur, quin Eurytioni genuinum regem, Spartæque prout oraculũ iussit, rectipedem ducem exhiberet, nisi propter Agesilaum Lysander oraculo tenebras offudisset. Ei uerò quòd de Leuctricæ pugnæ desertoribus respondens, quiescere leges eo die iussit: simile ne Pompeij quidem, tam expromptum in republica factũ ullum habemus. Contrà enim, ne his quidem legibus, quas ipse tulit, teneri Pompeius uo- 170
lebat, quoties ostentare potentiã libuisset: ille uerò legum, quas inuiolatas esse iussit, pro ciuium salute soluendarum uiam talem inuenit, qua nec reis illæ nocerẽt, nec si non noceant, soluerentur. Cui facto etiã hoc inimitabile cõnumeremus, quòd mandatum patriæ cùm primùm accepit, inchoata per Asiam negotia momẽto linquens, abiuit, non quemadmodũ Pompeius iis modò rebus, unde gloriam aucuparetur, patriam iuuans, sed hanc propositam solam habens, tantam potẽtiam, gloriámq; dimisit, quantã nemo pòst, priúsue Alexandro habuit excepto. Sed iam bella & expeditiones conferamus: equidem trophæorum numero, uirïúmue multitudini, quas Pompeius cumulauit, aut multitudini præliorum, quibus uictor toties fuit, ne Xenophon 171
quidem ipse, puto, uictorias Agesilai collaturus fuisset, præter cæteras licet præclaras naturæ dotes, hoc illi peculiare concessum sit, quidlibet de hoc uiro scribere, diceréq; posse. Plurimũ autem illa in hostes clementia differre uidentur. Nam hic quidẽ, dum subiicere Thebas, Messenã excindere uult, illam gentis totius matrẽ, hanc solam tum patriæ superstitem, parum abfuit, quin Spartã amisisset, certè principatu Græcorum excidit:

excidit: ille uerò piratis etiam, supplicibus modò, habitandas urbes dedit. Tigranem, triumpho destinatum, socium adiunxit, æternam, quàm unius diei memoriam malle dicẽs. Quòd si primas imperatoriæ uirtutis, summis tantùm belli casibus tribuere par est, longè post se Lacon Romanum relinquit; ut qui LXX millibus hostium patriam inuadentibus, nec reliquit, nec destituit suos, paucos licet armatos habens, &
172 eos haud pridem ad Leuctra uictos. Pompeius uerò, Cæsari quinque tantùm millibus & trecentis unum Italiæ oppidum occupanti, statim urbe cessit, seu metu tam paucos illos ignobiliter formidans, seu falsò plures esse coniectans. Ad hæc suis tantùm liberis, uxoréque coniunctis omnium uerò cæterorum desertis fugitabat: cùm uel pro patria pugnando uincere, uel meliori, ciui præsertim & familiari, cedere decuisset. Nunc uerò cui prorogare prouinciam, decernere consulatum graue putabat, eius uoces, dum urbem prodidit, audire necesse fuit, cùm uictor diceret, Tribunum & cæteros omnes captiuos esse sibi. Quod igitur maximum boni ducis officium semper fuit, ut si uiribus superior sit, ad prælium hostem compellat, sin inferior, ut ne cogi possit, procuret: hoc Agesilaus strenuè seruãs, inuictum sese dedit. Similiter Pom-
173 peium Cæsar, quà fuit inferior, ne quid is incommodi daret, fugiebat: quà superior erat, sic illum adortus est, ut semel terrestri prælio congressum, de rebus omnibus coegerit periclitari, opum, fori, maris, ista peruicacia momento potitus, quas illæ res æquè sine prælio retinere potuisset. Quod factũ si quis excusare pergat, magis dignum reprehensione facit. Iuuenem enim tumultu, & clamoribus euictum commoueri, & à proposito certo cõcedere, ut uerisimile, sic est uenia dignum: Pompeium uerò magnum illum, cuius exercitum patriã Romani, castra senatum, huc quisquis non confugisset, proditorem uocabant, penes quem unum imperium esset, cuius ductu semper res præclarè cessissent, quis ferat cum Phaonij & Domitij scõmatis,* Agamemnõ scilicet ne uocaretur, tantùm non coactus, omne pro libertate, principatúque periculum susceptum neglexit? Qui si subitarũ rerum assiduas uices cogitasset solùm, principio statim pro patria pugnando sese opposuisset, nec turpe putasset, si fuga Themi-
174 stocleo consilio suscepta, paululum in Thessalia cunctando subsisteret. Neque uerò stadium hoc, hoc theatrum, Pharsalios inquam campos, pro imperio decernentibus sic ostenderat deus, ut uelut præconis uoce ad congressum citatus, uel prodire, uel alteri coronam cedere necesse foret: sed multos campos, urbes innumerabiles, terram uniuersam, opportunitas maritimæ rei præbebat, imitari modò Maximum illum, Mariúmue, aut Lucullum, aut Agesilaum ipsum denique uoluisset. Nam is haud minores Spartæ tumultus, Thebanis, ut pro regione certaret, prouocantibus, tolerauit: calumniarũ & reprehensionis in Aegypto plurimùm subiuit, stultum regem ferendo, & quiescere iubendo, dum exequi rectissima consilia posset, unde non solùm inuitos Aegyptios, Spartámque ex tãto rerum discrimine tutã seruauit, sed trophæum etiam uictis Thebanis intra mœnia erexit, non aliunde uictoria parta, quàm quòd ad
175 certum exitum hortantibus se nõ obtemperasset, à quibus laudem postea seruatis ingentem reportauit, cùm Pompeius eosdem, quibus incitãtibus obsequutus est, errorum suorum graues habuerit insectatores. Tametsi deceptũ quidam à Scipione socero putent, cùm is allatam ex Asia pecuniam interuertere conatus prælium maturaret, tanquam nullo ad protrahendum bellum sumptu iam amplius suppetẽte. Quod ut uerum sit, nihil moueri tamen debuit imperator, aut rationibus falsis ad prodendum tantas res induci. Hactenus hæc ita habent. In Aegyptum uerò fuga coactus ille uenit: hic nec coactus, nec honestè satis, quippe qui pecuniam, unde bellum Græcis inferret, intèr barbaros corrogaturus erat. Denique, quæ res meritò propter Pompeium Aegyptiis obiiciuntur, easdem isti obiiciunt Agesilao. Nam eorum ille perfidia periit, circunuentus, quibus sese credebat: hic fidem suam sequutos destituit, secessione a sociis ad hostes facta.

* καὶ ἵνα μὴ Ἀγαμέμνων λέγηθ', παρ' ἐλάχιστον, ἐκβιασθέντα τὸν περὶ τῆς ἡγεμονίας καὶ ἐλευθερίας ἀναρρῖψαι κίνδυνον.

Plutarchi
Alexander Magnus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

REGIS Alexandri Cæsarísque, qui Pompeium profligauit, uitam in hoc uolumine scribere orsi, ob propositam rerum gestarũ magnitudinem nihil aliud, quàm excusationẽ lectori præfari uisum est, ut si amputatis plurimis, haud unamquãque rerum famosissimarum in numerũ explicamus, ne nos carpat: quippe cùm non historias, sed uitas perscribere in animo sit. Præterea non usquequaque clarissima gesta uirtutem, flagitiáque declarãt: uerùm exigua persæpe res, ac uerbum, locúsque quispiam, mores magis aperit, quàm hostes infiniti prælio cæsi, ingentes acies, & oppida oppugnata. Quemadmodum igitur pictores neglectis cæteris partibus, ex facie ac uultus forma, unde morum indicium extat, similitudines capiunt: sic & nobis indulgendũ est, ut animorum signa ineamus, per ea utriusque uitã significantes, eorum amplitudines, ac res bellicas aliis relinquẽtes. Porrò credendũ est, paternum Alexãdri genus ab Hercule per Caranũ, maternum uerò ab Aeaco per Neoptolemũ extitisse. Philippus cùm adolescẽs esset, unà cum Olympiade in Samothracia sacris se initiasse traditur, quã puellã parentibus destitutã adamarat, eámq; Arybba fratre consentiente, cõnubio sibi coniunxisse. Illa igitur despõsata, ante eam noctẽ qua in cubiculo se uiro cõmiscuit, existimauit facto tonitru sibi in uterum fulmẽ illabi, ex cuius ictu cùm magnũ emicuisset incendium, postea in latè diffusas flammas abiit. Philippus quoq; post nuptias per quietẽ uisus est coniugis aluo insignẽ affixisse bullam, cuius sculptura, quemadmodũ is existimauerat, leonis habebat imaginẽ. Ob quod somniũ, cùm cæteri quidem coniectores attentiori custodia obseruandam esse Philippo coniugem interpretarẽtur, Aristander Telmesẽus grauidam esse mulierem affirmauit: haud enim solere uacuis sigillà rebus affigi: animosum quoq; & leonis natura præditum infantẽ pariturum. Quondã iuxta dormiẽtis corpus Olympiadis draco accubuisse conspectus est: quæ res amorem, charitatémq; Philippi uehemẽter extinxisse dicitur: adeò, ut illius persæpe cõcubitus euitauerit, siue aliquas magias & ueneficia reformidãs, siue illius consuetudinẽ & contuberniũ cuiquam deo ex quadam religione permittẽs. Alij sunt, qui de hisce rebus sic perhibeant. In ea regione mulieres uniuersas, quas Dodonas ac Mimallonas cognominant, ex uetusto ritu Orphei ac Bacchi numinibus afflatas, multa sicut Edonides, & quæ Aemi rupes incolunt Threscæ, perpetrare, à quibus Thresceũ, hoc est, deos amplè sedulóq; uenerãdi nomen exortum uidetur. Olympias hisce afflari numinibus auidissima, eorũ solẽnia sacra horribiliori quodã modo atque barbarico producebat. Ad thyasos enim eximiæ magnitudinis & mãsuefactos quidem trahebat angues, qui multoties per hederas & mystica illabentes uentilabra, fœmineósque thyrsos atq; coronas amplexi, uiros terrore simul ac stupore afficiebãt. Philippus autẽ, cùm pòst illa causa Chæronem Megalopolitanum Delphos misisset, hoc à deo relatum est oraculum: Iubere eum Hãmoni rem diuinam facere, & hunc in primis deum uenerari: ipsum ex oculis alterum amissurum, quo in draconis forma concubantẽ deum Olympiadi per ianuę rimam aspexerat. Olympias quoque (sicut inquit Eratosthenes) soli proficiscenti in expeditionem Alexandro, genituræ detexit arcana: proinde dignos genitore animos fouere iussit. Alij tradunt ipsam id deuitasse, ac dicere solitam, Nõ desinet Alexander inuisam me Iunoni facere. Natus igitur est Alexander circa idus Augusti. Ipso natali die templum Ephesiæ Dianæ cõcrematum est, sicut Hegesias ille Magnesius uociferatus est: cuius adeò truculenta extitit inclamatio, ac frigida, ut ipsum extinguere debuerit incendium.

Iustinus in fine duodecimi.

incendium. Iure enim Dianæ templum arsisse aiebat, quæ in Alexandri ortu obstetricando fuisset occupata. Vniuersi uerò magi ac sacerdotes Ephesij alias per hoc incendium portendi calamitates præsagientes, percussa facie uociferantes discurrebant, ea die magnam Asiæ pestem simul ac perniciem exoriri. Eodem ferme tempore cùm Philippus Potidæam cepisset urbem, terni ad eum simul afferuntur nuntij, & Illyrios ab eius duce Parmenione ingenti prælio profligatos, & suum ad Olympia uictorem
6 equum extitisse, tertius natum Alexandrum esse. Quas ob res lætum Philippum uates magis ac magis ad spem erexere, quòd infantem tribus ortum uictoriis, insuperabilẽ futurum affirmabant. Corporis staturam egregiè à Lysippo factæ declarãt imagines, à quo solo dignũ duxit effingi. Eum multi cùm amici, tum successores posterius sunt imitati. Ceruix quidem ad læuam paulùm acclinatior: humectãtes etiam oculos mirificus ille artifex diligenter conseruauit. Apelles autem cùm fulmen gestantem pingeret, haud colorem imitatus est: siquidem fuscum & facie sordidum fecit, quem colore candido fuisse perhibent. Mistus candori rubor uultum ipsius ac pectus illustrabat. In Aristoxeni commẽtariis legimus, eius membra atque os tam suauissimũ odorem exhalasse, ut & interiores tunicæ mirabili fragrantia complerẽtur. Cuius rei causa fortasse fuit, quædam corporis temperies innato calore feruentis. Cùm enim (ut
7 Theophrastus æstimat) humor à uapore digeritur, suauis gignatur odor oportet. Eapropter arida atque torrida orbis terrarum loca, plurima & præstantissima ferũt aromata. Sol enim putredinis materiam humorem exhaurit, qui rebus abundat extrinsecis. Alexandrum ab ipso calore corporis bibacem iracundúmq; fuisse constat. Eius adhuc adolescentuli effulsit modestia, qui cùm cæteris quidem in rebus exertus propensúsque ferretur, ad corporis uoluptates continens atque immotus omnino perstabat, eas multa cum temperantia attingens. Honoris cupidus, præter ætatem grauitatem quandam, & animi magnitudinem sapiebat. Non enim qualibet ex re omne gloriæ genus, quemadmodum Philippus, affectabat, qui dicẽdi uim à sophisticis cõ-
8 parabat ornamentis, tum curules Olympiorum uictorias numis insignibat. Cùm ex æqualibus nonnulli ex eo percontarentur, ad Olympicum nunquid stadium libens decertaret (plurimùm enim pedum celeritate pollebat) Libens equidem, inquit, si decertaturos mecum reges habiturus essem. Is autem quanquam ab omni prorsus athletarum genere auersum alienatúmque habuisse uideatur animum, plurima tamen nõ tragœdorum modò, tibicinum ac citharœdorum, uerumetiam heroicorum uatum edidisse certamina traditur, uenationes item multifarias, & clauarũ pugnas. Pugilum uerò & pancratiastarum spectacula non magno studio curauit. Olim cùm fortè absente Philippo legati à Persarum rege uenissent, eos cùm hospitio, tum consuetudine captos, iucundissima sibi familiaritate coniunxit, admirantes quòd is nihil aut puerile, aut humile sciscitaretur: uerùm aut uiarum longitudines, aut superiorum modos itinerũ sedulò perquirebat, multa nunc super rege qualis in hostes esset, nunc
9 super Persis, quæ uires, aut quę esset potentia rogitabat. Quas res admirati legati, & latè diffusam Philippi grauitatem nihil præ huius pueri alacritate ac magnificẽtia ducere. Quoties à Philippo, aut nobile quoddam captum oppidũ, aut memorabili prælio parta uictoria nuntiabatur, haud magnopere lætabatur: cæterùm ad suos aiebat æquales, Omnia, ô pueri, genitor occupabit, ita ut ne uobiscum grande ullum ac insigne facinus ostentare mihi sit reliquum. Non enim ipsum ulla illecebrarum aut pecuniæ, sed sola uirtutis ac gloriæ cupido tenebat, quóque maiores à patre facultates acciperet, eò se minora gesturum existimabat. Quocirca crescente dominio, gerendarum rerum exhaustam sibi materiam ratus, non opes, non deliciarum usus, uerùm certamina & pugnas ardebat, & unde sibi gloriam compararet, principatum affecta-
10 bat. Quamobrem ipsius cura compluribus (ut par erat) nutritoribus, pædagogis, ac præceptoribus mandata. Præerat uniuersis Leonidas, uir cùm morum seueritate cõ-

Leonidas Alexãdri alumnus

ſpicuus,tum Olympiadi neceſſitudine iunctus.Is cùm pędagogiæ nomen honeſtum alioqui atque clariſſimum abhorreret,à cæteris cùm ex hominis dignitate,tum uerò ipſa neceſſitudine,alumnus ac dux Alexandri uocabatur.Lyſimachus autem natione Acarnan, & re & nomine pædagogus erat. Qui cùm nihil aliud urbanitatis haberet, niſi quòd ſe Phœnicem, Alexandrum Achillem, Philippum uerò Peleum nuncupabat,amabatur, & iam ſecundum proinde ſibi locum uędicarat. Inde cùm Philonicus Theſſalus Bucephalum Philippo tribus ac decem talentis emiſſet, experiundi gratia ductus in campum equus ferox admodum,& rebellis uiſus eſt,ut qui neminẽ ex his, qui circa Philippum uerſabantur, tergo ſeſſorem admitteret, nec plaudentis uocem ſufferret,cunctos paſſim reiiciens.Id grauiter tolerante Philippo,equúmque perinde 11
omnino ac indomitum abiici mandante, Alexander cùm fortè adeſſet; Qualem, inquit,equum negligũt,dum eo per imperitiam ac mollitiem uti nequeunt? Quod dictum primò Philippus tacitus tulit.Eodem ſæpius obloquente, ægréque ferente,Maiores natu increpas,ait, tanquã & prudentior, & in hoc domando equo longè potentior?Tum ille,hunc ſaltem,inquit,me commodius, quàm cæteri pertractaturum affirmo. Cui Philippus: Sin id non feceris, quam pro hac inſolentia pœnam lues? Ego Iouem obteſtatus,inquit, equi pretium ſoluam. Sublato riſu,ſimulac inter eos argẽti modus definitus eſt, feſtinabundus Alexander correptum habenis equum contra ſolem conuerſum ſtatuit:animaduerterat enim equum dum prolapſam ante ſe umbram agitari conſpiceret,perturbari.Inde ipſo nonnihil molliter circunducto, blandéque iuba manibus attrectata,ubi nihilominus animoſum afflantémq; naribus cernit,reiecta ſenſim chlamyde ſe iuueniliter attollit,equúmq; ſecurus aſcendit. Quem nullis fatigatum uerberibus aut calce, cùm loris attractis minas nihil curare, & magnopere curſum appetere cerneret,laxat habenas, & ipſum acrius uociferans infeſtis urget calcibus. Tacitum primò Philippum angebat ſolicitudo: ut uerò lætus, & geſtiens uerſas retorſit habenas,cæterorum quidem ingens clamor inſequitur,pater uerò præ gaudio illachrymaſſe traditur, deſcendentíſque caput oſculans dixiſſe, Aliud tibi par iam regnum quære, nec enim te Macedonia capit. Cæterùm cùm iam peruicacis Alexandrum ingenij, & ne ui ſuperaretur ſummopere contendentem cerneret, qui tamen ad uirtutem ratione facilè induceretur, perſuadendo magis,quàm imperando ſecum agere nitebatur. In eo quoque commonefaciendo ac erudiendo paruã 13
muſicæ ac liberalium artium præceptoribus fidem habens, quòd ei maiori quadam opera ac diligẽtia,&(ut Sophocles inquit)frẽno pariter,& clauo multiplici opus exiſteret, accerſit cunctorum illuſtriſſimum & clariſſimum & doctiſſimũ philoſophorum Ariſtotelem, pulchra quidem illi, & pro ipſius dignitate diſciplinæ pretia conſtituens. Deſtructam enim ab ſe Ariſtotelis urbem Stagiram exædificauit, ciuésque tum diſſipatos,tum ſeruos reſtituit. Eis igitur ſcholam ac gymnaſium in Nympheo circa Miezam oppidum aſſignauit,ubi uſq; in noſtram ætatem Ariſtotelis ſedes marmoreæ, umbracula, & deambulationes uiſuntur. Conſtat autem Alexandrum non ethicæ tantùm ac politicæ, uerumetiam occultæ magíſque arduæ diſciplinæ præcepta comparaſſe, quam peculiariter contemplatiuæ cognitionis ſcientiam appellantes,haud multitudini impertitam edocebant. Etenim cùm iam Alexander tranſiſſet 14
in Aſiam, & nonnullos de hiſce rebus ab Ariſtotele libros editos accepiſſet, ad eum quandam de philoſophia paulò liberius ſcripſit epiſtolam, cuius hoc extat exemplũ.
Alexander Ariſtoteli felicitatem.Haud abs te rectè factum eſt, quòd ſpeculatiuas edi- "
diſti diſciplinas.Qua enim in re cæteris iam nos præcellemus,ſi ea quibus eruditi ſu- "
mus ſtudia omnibus cœperint eſſe cõmunia? Mallẽ enim ſingulari diſciplina, quàm "
poteſtate præſtare. Vale.Hãc gloriæ cupiditatem ita conſolatur Ariſtoteles,ut qui eos "
libros editos perinde ac nõ editos excuſaret.Et profectò Metaphyſicorum opus cùm ad docendum, tum ad perdiſcendum nihil utilitatis habens, his qui ex initio eruditi ſunt,

Lyſimachus pædagogus.

Bucephalus Alexandri equus.

Gellius lib. 2. cap. 3.

ſunt,exemplar quoddam perſcriptum eſt. Ariſtoteles autem Alexandri gratia præci-
15 puum medicinæ ſtudium operámque dediſſe uidetur.Eius enim artis non ſolùm cõtemplandæ ſtudioſus extitit,uerumetiam ægrotãtibus amicis opem attulit, & remedia quædam ac ciborum obſeruationes inſtruxit, ſicut ex ipſis percipi licet epiſtolis. Idem & diſcendi,& legendi cupidus,Iliadem quam rei militaris uiaticum exiſtimare ac appellare ſolebat,Ariſtotele exponente perdidicit, eam ſemper unà cum pugione ſub puluino iacentem(quemadmodum Oneſicrates tradit)tenere ſolitus.Cùm in ſuperioribus locis librorum copia ſibi deeſſet,ea cauſa dimiſit Harpalum,à quo Philippi codices, multas Euripidis, Sophoclis, & Aeſchyli tragœdias accepit,præterea Teleſtæ,& Philoxeni dithyrambos. Principio Ariſtotelem ſumma proſequens admiratione dicere ſolebat,ſe illum nõ minus,quàm genitorem amare: ab hoc enim uiuendi,
16 ab illo autem bene uiuendi rationem, & cauſam ſe aſſequutum. Poſterius autem concepta de illo ſuſpicio eſt,nullo tamen eum affecit incommodo: uerùm cùm uehemens illa iucunditas, & immenſus amor remitteretur, alienati animi ſigna proferebat.Ille tamen ingenitus paritérque innutritus philoſophiæ zelus ardórque, haudquaquam ex pectore dilabebatur. Cuius rei teſtimonio eſt, redditus honos Anaxarcho,& miſſa Xenocrati quinquaginta talenta.Item Dandamis & Calanus, quos ſtudioſiſſimè coluit.Inde bellum aduerſus Byzantios gerente Philippo,Alexandro tum ſextumdecimum ætatis annum agenti, rei Macedonicæ ac regni adminiſtratio relicta eſt.Tunc deficientes ab eo Megarenſes prælio fudit. Capto mox oppido, expulſis ui barbaris miſtos ad id habitandum induxit incolas,ciuitatem Alexandropolim appellauit.Ei quoque pugnæ,quæ contra Græcos geſta eſt in Chæronea, cum copiis af-
17 fuit, primúsq; contra ſacram Thebanorum cohortem irrupiſſe dicitur. Hodie quoque uetuſta penes Cephiſum quercus oſtenditur,quam proinde Alexandri quercum uocant,quòd ibi caſtra poſuiſſe fertur.Nec longè Macedonum extat ſepulchrũ.Quas ob res Philippus ſumma erga filium,ut æquum eſt,beneuolentia affectus erat:quammaximè uerò lætari, quòd Macedones Alexandrum quidem regem,Philippum autẽ imperatorem uocabant.Cæterùm cùm ex amore ac nuptiis Philippi domeſticæ ſeditiones exorirentur,ita ut regia uxor,& cæteræ mulieres ægrè ſe inuicem ferrent,magnæ interius querimoniæ,iurgia,ac diſcordiæ uerſabantur,quas Olympiadis aſperitas,zelotypia & animorum ferocitas augebat, Alexandrúmque laceſſebat. Aptiſſimámq; præſertim inter Cleopatræ nuptias inimicitiarum cauſam adhibuit Attalus,
18 quam cùm immaturam Philippus adamaſſet uirginem,mox uxorem duxit. Auunculus enim puellæ Attalus in ipſo conuiuio temulentus Macedones exhortabatur, deos orarent,ut ad regni ſucceſſionem legitimus ex Philippo,& Cleopatra crearetur hæres.Quare excandeſcens Alexander,O improbum caput,inquit,nos uerò tibi nothi uidemur?ſimúlque in eum raptum miſit poculum. Inſurgens inde Philippus cõtra Alexandrum nudato mucrone fertur: fauente utrique fortuna,tum furore, tum uino,ictus inanis excidit.Tunc Alexander conuiitiis adortus, hic eſt ille, inquit,uiri, qui ex Europa in Aſiam tranſitum inſtruens, & ex toro in proximum tranſgreſſurus torum,pronus concidit. Poſt eam uinariam diſceptationem, Alexãder ubi receptam ſecum Olympiadẽ in Epiro reliquit,ipſe in Illyriis obuerſabatur. Ea tempeſtate Demaratus Corinthius hoſpes Philippo perquàm familiaris,ingenuam quandam dicẽ-
19 di præ ſe ferens audaciam ad eum peruenerat.Quem poſt iunctas dexteras blandósq; ſermones interrogante Philippo,quonam modo Græci mutuam inter ſe agerent cõcordiam; Tua minimùm intereſt,inquit,Philippe, Græciæ curã ſuſcipere,qui tot diſcordiis atque calamitatibus propriam cumulaſti regiam. Quocirca reſipiſcens Philippus Demaratum miſit, qui precibus Alexandrum reuocauit.Inde cùm Pexodorus Cariæ præpoſitus per amicitiam inita cum Philippo ſocietate, maiorem natu filiam Aridęo Philippi filio coniugem dare concupiſceret, in Macedoniam miſit Ariſtoni-

Iliadem Homeri Alexãder ſub pului no tenebat.

cum. Eam ob rem cùm amici, tum mater ingentes cum Alexandro seditiones, & colloquia serebant: Philippum enim splendore nuptiarum, & rerum amplitudine ad capessendum regnum Arideum confirmare. Quibus rebus perturbatus Alexander, Pátomimum tragœdiarum Thessalum mittit in Cariam, qui Pexodorũ inducat, ut repulso Arideo, qui & nothus sit, & minimè mentis compos, id secum matrimonium conficiat. Ea res Pexodoro longè magis, quàm prior est complacita. Id ubi Philippus sensit, amicum quendam admodum familiarem ipsis Philotam Parmenionis filium secum assumens, cubiculum ingressus Alexandri illum acriter obiurgauit, & asperis carpsit conuitiis, degenerem, & presentibus indignum bonis appellãs, qui Cario homini, & barbari regis seruo se generum fieri affectet. Dehinc ad Corinthios scribit, ut ad se uinctum pedicis Thessalum mittant. Cæteros autem æquales, Harpalum, Nearchum, Phrygium, Ptolemæum ex Macedonia coegit excedere, quos posterius Alexãder reuocatos per summos habuit honores. Cæterùm cùm Pausanias Attali & Cleopatræ consilio constupratus, nullam assequi posset ultionem, Philippum obtruncauit. Cuius cædis, uel maxima in Olympiadem causa relata est, quòd furentem adolescentem exhortata, magis atque magis lacessisset. Nonnulla etiam Alexandrum attigit calumnia: nam dum post id stuprum obuium sibi Pausaniam multa conquestum habuisset, illud Medeæ iambicum protulisse traditur: Socerum simul maritúmque ac sociam tori, Quinetiam consocios insidiarum perquisitos pœnis affecit. Eo deinde foris absente, cùm Olympias Cleopatram suis manibus crudelissimè necauisset, indoluit. Alexãder annos uiginti natus plenum inuidia, & grauissimis odiis ac periculis undique circunseptum assequutus est imperium. Nec enim uicinæ barbarorum prouinciæ, & nationes modestè seruitutem ferebant. Auita uerò dominia patriósque principatus affectabant. Occupata enim armis Græcia, Philippus nullum eius componendæ pacandæque tempus nactus, cæterùm mutatis tantummodo perturbatísq; rebus & ingenti procella per insuetas nouitates fluctuantibus, diem obierat. Ea tempestatis conditio cùm grauem Macedonibus metum incuteret, opus esse censebant, ut Alexander Græciæ rebus omissis, uim nullis afferret, & barbaros qui ab eo desciuerant, per comitatem & clemẽtiam ad se reuocaret, nouandarũ rerum initiis pro tempore captatis. Huic aduersatus sententiæ Alexander, regnum potius audacia, & animi magnitudine tueri, & conseruare statuit. Si quid enim excelsi, & elati animi remisisset, mox se à cũctis pessundatum iri. Itaque barbarorum motus ac bella cum exercitu aduolans confestim ad Istrum usque compescuit, ubi Syrmum Triballorum regem commisso ingenti prælio superauit. Postmodum cùm Thebanos ad defectionẽ concitari, sociósque illis Athenienses accepisset, per Thermopylas statim copias adduxit, sese uirum pro Athenensium muris declaraturum dictitans, quem Demosthenes puerum quidẽ dum in Illyriis ac Triballis uersaretur, mox uerò in Thessalia adolescentulum appellare solebat. Thebanorũ igitur muris admotus, eis ut facti pœniteret spatium exhibens, Phœnicem & Prothytem sibi tradi poscebat, ac modò sibi conciliarentur libertate donatos per præconem declarabat. Contrà Thebani Philotam & Antipatrum deposcebant. Inde quisquis liberam uellet esse Græciam, socias sibi iungere acies publico monebant edicto. Tum Alexander Macedones ad bellũ instruxit. A Thebanis aduersum hostes, & longè quidem plurimos, summis uiribus ac uirtute impigrè decertatum est. Interim Macedonibus, qui custodiæ Cadmeæ arcis præerãt, à tergo inuadentibus, circunuenti Thebani in ipsa pugna cecidere. Capta ciuitas & direpta, urbs euersa funditus est. Qua quidem in re ea spes, ídque cõsilium extitit Alexandro, ut huiusmodi casu ac terrore perculsi compressíque Græci quietem agerent, cùm alioqui incusantibus Thebanos, sociis morem gerere, gratificariq; concupisceret. Phocenses siquidem & Platæenses Thebanorum insimulatores aduentasse constat. Præter sacerdotes autem hospitésque Macedonũ, ac Pindari stirpem, quíq; defe-

Iustinus lib. 9

Thebæ captæ ab Alexãdro

Iustinus lib. 11.

defectionem illam dissuaserant, uniuersos triginta millia numero uenundedit, plures sex millibus oppetiere. Dum grauissimis ciuitas calamitatibus agitaretur, Thraces quidam excisa Timocleæ domo, clarissimæ sanè ac pudicæ matrisfamiliâs, fortunas diripuerunt. Illorum uerò dux ipsam per uim constupratam diligenter interrogabat, sicubi aurum aut argentum defossum haberet. Ea uerò se habere confessa, solũ perduxit in hortũ, & puteum ostendens, ibi capta urbe, inquit pretiosissimas se opes deposuisse. Inclinatum Thracem, locúmq; accuratius cõsiderantẽ, ponè constituta mulier uoluit in præceps, eúmq; saxis frequenter iectis exanimat. Illa dehinc à Thracibus ad Alexandrũ in uinculis producta, aspectu quidem ac incessu maximæ dignitatis & amplitudinis signa dabat, secura & inter duces intrepida: sciscitanti postea regi quænam foret matrona, Theagenis sororẽ se fuisse respondit, qui in Chæronea imperator instructis aduersus Philippũ aciebus, pro Græciæ libertate ceciderat: cuius responsionem clarúmq; facinus admiratus Alexander, liberã cum filiis abire iussit. Cum Athenensibus pacem egit, quanquam Thebarum casum haud modestè ferentibus. Cùm enim solennia instarent mysteria, eius causa mœroris omissa sunt: quíq; Athenas cõfugerant, summa humanitate sunt excepti. At siue leonis more iam furore saturatus, siue crudelissimæ rei clementissimã gratiam adiicere uoluerit, nõ solùm nihil Athenensibus succensuit, uerumetiam res Græcorũ curæ habere iussit: solos enim si quid ei aduersi accideret, futuros Græciæ principes. Eum quoq; posterius Thebanorũ sæpenumero calamitas afflixisse dicitur, eorúmq; compluribus summã clemẽtiam impartisse. Cliti uerò cædem inter uina perpetratã, itémq; repudiatos in India Macedones, ut qui imperfectã adhuc militiam detrectarent, ipsíusque gloriam abiicerent, ad Liberi patris iras omnino referre solebat. Hoc sanè constat, neminẽ Thebanorũ posthac ei uacuas adiecisse preces. Hæc quidẽ de Thebis. Cæterùm coactis in Isthmo Græcis, ac expeditionem in Persas decernentibus, Alexander imperator appellatus. Qui cùm plures philosophos, & primarios in ciuitate uiros sibi obuios, & congratulantes habuisset, idem facturum Diogenem Sinopẽsem existimauit, qui per id tempus Corinthi uersabatur. At is pauci faciens Alexandrum in Cranio diuersorium habebat. Quò tum pergens Alexander, ad solem apricantem offendit. Ille ut tam illustres aduentare uiros uidit, paulum cedit, Alexandrum suscipiens. Eodem familiariter salutato, rogat Alexander, rei ne cuiusquam indigeat. Cui Diogenes, parumper, ait, à sole mihi secedas. Qua in re, quòd is regium splendorem amplitudinémue nihili fecerit, adeò delectatum admiratúmque ferunt Alexandrum, ut eo discedente cùm amici irriderent, & per iocum morderẽt, dixerit: Ego profectò, nisi Alexander essem, Diogenes esse uellem. Volens autem illius gratia expeditionis diuinum consulere oraculum, Delphos uenit. Tum fortè nefasti dies agebantur, in quibus ne fari quidem illi mos est oraculo. Quamobrem cùm ipsam primò uatem reluctantem, scq; lege tuentem orasset, ipse inuitam trahens templum ascendit. Ea uerò studio ac hominis importunitate uicta, inuictus es, inquit, fili. Qua uoce accepta Alexander, haud alio sibi opus esse uaticinio dixit, uerùm assequutum se, quod ab ea cupiebat oraculum. Eo deinde ad exercitum proficiscente, cùm alia deorum uisa prodigia, tum uerò Orphei simulachrum, quod in Libethris ex cupresso extat, per id tempus sudorem emisisse traditur. Vniuersos eo prodigio terrefactos bona spe esse iussit Aristander, sempiternæ nanque memoriæ illius gesta futura: sudorem enim maximum & laborem poetis ac Musarum cultoribus allatura. Copiarum numerum, qui minimum asserunt, tricena millia peditum ac equitum quinque fuisse tradunt: qui uerò plurimum, peditum quatuor & tricena millia, equitum autem quatuor extitisse scribunt: quibus Aristobulus non nisi septuaginta talentorum commeatum fuisse prodidit. Duris triginta solummodo dierum cibaria. Onesicritus etiam ducenta æris alieni talenta conflasse Alexandrum. Qui tametsi tot compressus rerum angustiis tam ardua moliretur, non

antè nauem cõscendisse traditur, quàm rebus amicorum pensitatis, huic quidẽ agrũ, illi uillam, alteri domorum prouentum, nonnullis portoria elargitus est. Absumptis iam, & ferme distributis regiis opibus, Quid tibi rex, supereſt? Perdicas inquit. Cui Alexander, Spes, ait. Tum Perdicas: Hæc nobis cõmilitonibus tuis futura cõmunis est. Obsignatum igitur sibi prędium recusante Perdica, quidam identidem ex amicis factitarunt. Cæterùm quisquis aut acceperit, aut postularit, ei promptissimo gratificatus est animo. Rebus hoc pacto Macedonicis consumptis partitisque, tali consilio ac animi dispositione concitus Hellespontum traiecit. Inde petens Ilion, perfecto sacrificio, Mineruæ semideísq; parentauit. Deinde ad Achillis statuam unà cum sociis unguento delibutus nudúsq; de more circuncurrens, eam coronis ornauit, felicem illũ appellans, quòd uiuo quidem tam fidum amicum, mortuo autem tam magnum cõtigit habuisse præconem. Eum ciuitatem postmodum perlustrãtem ac uisentem interrogauit quidam, Alexandríne Paridis citharã uidere cuperet: eam minimè sibi curæ esse respõdit: Achillis uerò citharam quæritasse, qua ille fortissimorum gesta uirorum, & res inclytas decantare solebat. Interea cùm Darij præfecti magna manu coacta, acies pro Granici transitu, perinde ac Asiæ portis disposuissent, intrare uolentibus non nisi prælio commisso irrumpere licebat. Subinde profundi ac undosi amnis impetus, & ripæ ulterioris asperitas, quæ non sine collato marte superãda erat, plurimos terrore confecerat. Quidam etiam* Iunij mensis obseruandam religionem existimabant, quippe cùm eo tempore exercitum deducere haud Macedonię regibus mos sit. Quam rem facilè correxit Alexander, ipsum secundum uocitari Maium edicens. Cúmque Parmenio ea minimè tentare pericula sineret, quòd id quàm serum tempus esset, Futurũ inquit, ut Hellespõtus erubescaret, si eo superato, Granicum extimesceret. Quo dicto raptis secum tribus ac decem ordinibus equitũ, flumen irrumpit. Vbi cùm septos armis equites contra prærupta loca hostilésque sagittas urgeret, raptante ac obruente fluminis uortice, amentia magis furere, quàm ratione aut consilio militiam gerere uidebatur. Postquam euasit, uixdum ripam summo labore ac difficultate tenuerat (erat enim locus cùm udus, tum cœno lubricus) cùm eueſtigio cõfertim aduersus irruentes prius, quàm suos pro acie locare facultas esset, conferre manum coactus est. Illi enim clamore incumbentes, equósque equis conferentes, hastis agebãt, quibus fractis mucronibus decertabatur. Cæterùm aduolantibus in eum plurimis (erat enim tum pelta, tum cassidis iuba insignis, quam circum candidissimæ utrinque mirum in modum pennę surgebant) ab unius iaculo sub thoracis lamina ictus, haud sauciatus tamen est. Inde cùm Rhœsacem simul ac Spithridatem regis præfectos in se concitos ferri cerneret, deuitato Spithridate, Rhœsacem petit, cui cùm thoracem induto hastam infregisset, gladium crispat. His itaque consertis, ex obliquo adacto Spithridates equo auidè insurgens, eonum barbarica bipenni dissipat altera penna deiecta, cuius ictui penè cessit galea, adeò ut crines altera bipennis pinna perstrinxerit. Spithridatem alteram librantem plagam magnus ille Clitus occupat, & medium telo transfigit. Rhœsaces quoque Alexandri gladio uulneratus exanimis cecidit. Inter huiusmodi rerum discrimina equestri pugna constituta, traiecerat phalanx Macedonica, pedestrésque simul aderant copiæ, quocirca haud diutius, quanquam acer, stetit hostis: at cuncti terga uerterunt, Græcis duntaxat exceptis: hi stipendiarij quidẽ milites in quendam èuadentes tumulum, Alexandri fidem implorabant. At ille furore magis, quàm consilio eos adortus, equum, nõ Bucephalum quidem, gladio per ilia transfixum amisit. Ibi plurimus sauciorũ & cadentium numerus fuit, quippe cum desperatis ac bellacissimis uiris collata pugna fuerat. Siquidem barbarorum militum uiginti millia, duo equitum & quinquaginta cecidisse traduntur, cùm ex Alexandri exercitu quatuor & triginta cæsos constet, ex quibus nouem pedites, Aristobulus refert. Eis æreas statuas Lysippi opus attolli iussit. Ex hac uictoria Græcis exuuias impartitus,

Alexander Achillẽ fe licẽ cur appellauerit.

* Δεσίου

Celebris Alexãdri uictoria.

titus, Athenienſibus quidem trecentos ex captiuis clypeos transmisit, cæteris passim spoliis plus satis ambitiosè hoc iussit inscribi: Alexãder Philippi, & absq; Lacedæmoniis Græci, hæc ab incolis Asiæ barbaris. Pateras uerò hostium, purpuras, cæteráq; id genus ad matrem ferme cuncta transmisit. Ea pugna magnum ad res Alexandri momentum peperit. Sardis enim maritimi barbarorum imperij tutamen & propugnaculum cepit, multáq; ad se alia transtulit. Solæ contra illum Halicarnassus, & Miletus perstabant, quas inde ui adortus cepit. Subactis finitimis omnibus, dubius animi ad ea, quæ gerenda supererant, fuit. Interdum enim contra Darium summo studio ferebatur, ut de rei summa periculum faceret: interdum maritimis intentus erat, ut in eis 35 primùm exercitatus ac stabilitus ipsum postmodũ inuaderet. Lyciæ fons iuxta Xanthiorum oppidum extat, è quo per incremẽtum funditus uerso, tabellas quasdã æreas sua sponte dilapsas fama est, in quibus antiquissimarum characteres literarum indicabant, regnum Persarum à Græcis destructum periisse. His elatus maritimam oram ad Phœniciam usq; & Ciliciam subigere maturauit. Excursio uerò Pamphyliæ ingẽtem plurimis historicis scribendi materiam ad immensum usque stuporem exhibuit, quòd diuina quadam sorte mare ipsum alioqui sæuum semper, & procellosum cesserit Alexandro: cùm rarissimè contingere soleat, ut præcipitia præruptáque iuga glacie modica tenuíq; contegantur. Declarauit id Menander in comœdia, dum ad mirandum facinus alludens ait, Quàm Alexandrosum hoc, inquit, si quempiam quærito, Is ultro præsto fiet mihi: Si quem maris superarier locum iam oporteat mihi, Hu- 36 ius continuò facilis reddatur transitus. Alexander autẽ in epistolis suis nihil tale mõstri simile perscribens, se per cognominatam Scalam iter habuisse, pérque Phaselidem transisse asserit. In qua urbe cõplures uersatus dies, cùm interea loci Theodecti præmortui (erat autem Phaselide oriundus) erectam in foro statuam conspexisset, ibi post cœnam mero perfusus lasciuè saltauit, multásque sparsit coronas, non ingratum homini per iocum reddens honorem, quẽ inter philosophiæ studia sub præceptore Aristotele socium habuerat. Post hæc rebelles cepit Pisidas, Phrygiam domuit, & oppidũ Gordium antiqui Midæ regiam, ubi uulgatum illud ex corni libro innexũ plaustrũ aspexit, de quo ex barbaris passim creditus sermo manarat, quisquis eius nexum soluisset, illi orbis terrarum imperium fata portendere. Cùm igitur cæca nexuum capita, obliquísque inter se spiris obuoluta Alexander soluere nequiret, nodũ gladio cæ- 37 cidit. Quo itaque cæso, multa apparuisse tradunt capita. Aristobulus autem facillimè ipsos soluisse nodos affirmat: dẽpto siquidem clauo quo temoni iugum annectitur, mox iugum subduxisse. Hinc Paphlagones Cappadocésque subegit. Audita interim Menonis morte, qui clarissimus classis Darij præfectus per multas turbas, & obstacula Alexandri uictorias retardabat, de ductando ad superiores partes exercitu sese magis magísque confirmauit. Hæc agente Alexandro, Darius magnitudine copiarũ elatus, è Susis castra deducit. Sexcenta enim hominum millia agebat. Confisus etiã somnio quodam traditur, quod ad gratiam magis, quàm ueritatem cõiectores exposuerunt. Visa enim latè fuso igne Macedonica phalanx depasci, Alexandérque sibi mini- 38 strare, ea amictus stola, quam ipse olim regi seruiẽs gestare solebat. Eum postea cùm Beli templum intrasset, è conspectu euanuisse. Hisce rebus portendisse deum opinor illustrissima atque famosissima futura Macedonum gesta, Alexandrum regno Asiæ potiturum, quemadmodum ex* ministro rex factus Darius uendicauerat: cæterùm uitam maturè summa cum gloria relicturũ. Maior item illum spes extollebat, quòd Alexandro in Cilicia diutius commoranti timiditatem obiectabat. Cõmorandi uerò causa erat aduersa ualetudo, quam immensi labores adduxerant: uel (ut quidam perhibent) Cydnus amnis, quem gelidissimum is se lauandi causa intrauerat. Ad cuius quidem remedium cæteris desperantibus medicis, & quauis ope ualidius imminere periculum ratis, & re in contrarium uersa, calumniam Macedonum reformidantibus,

Darij somnium

* ὑποτάκτου

Curtius lib. 3

Philippus Acarnanus acceſsit, qui tametſi dura impendere animaduerteret, tamen 39
amicitia fretus, qua in eo regis diſcrimine, non commune etiam per extrema experimentorum genera ſuſcipere periculum iniquum ducebat, remediis adortus eſt, eíque (modò perferat) ad pugnam proximam anhelanti, breui ſalutem potionibus polliceturi. Interea ex caſtris à Parmenione miſſa redditur epiſtola, qua regem ab inſidiis Philippi cauere admonebat. Magnis enim largitionibus à Dario corruptum eſſe, deſponſatam præterea habere eius filiam, ut Alexandrum necaret. Quam ubi perlegit, nemini ex amicis & familiaribus indicatam, ſub puluino collocat. Ingredientibus autem familiaribus, ſimúlque Philippo calice potionem afferente, Alexander tradita illi epiſtola, poculum intrepidus ac ſecurus cepit. Præcipuæ uerò admirationis ſpectaculum erat, cùm eo legente, poculum hauriret, inde mutuò haud eodem ſe geſtu conſpicerent. Alexandri quidem erga Philippum amœna & aperta facies, beneuo- 40
lentiam fidémque declarabat: ille autem ea percitus calumnia, nunc inuocatis numinibus obteſtatíſque, manus tendebat in cælum, nunc lectulo collabens Alexandrum ſibi audire, & bono animo eſſe ſolicitus orabat. Ea uis medicaminis interius recepta, initio corpus ita depreſſit afflixítque, ut intercepta uoce, ac perexili admodũ intercepto ſenſu, illum ferme animus deficere uideretur. At paruo pòſt tempore priſtina ſalute recepta, collectíſque uiribus, Macedonibus uidendum ſe præbuit. Non enim prius ſeſe diſcruciandi finem facturi uidebantur. Erat in caſtris Darij transfuga Macedo Amyntas nomine, haud Alexandri naturæ inſcius. Is ubi feſtinantem Darium, ut Alexandrum inter anguſtias adoriretur cernit, ſupplex deprecatur, ut ingentibus copiis aduerſum paruam manum prelium initurus, in latiſſimis locis & planiſſimis campis hoſtem expectet. Vereri ſe Dario reſpondente, ne Alexander ac hoſtes 41
effugiant, huius rei gratia ſolue metum, inquit, ille enim ad te ultro aduentabit, aut in præſentia fortaſſis aduentat. Haud tamen regi placuit Amyntæ conſilium: uerùm in Ciliciam caſtra mouit. Alexander contra illum contendit in Syriam. Noctis tenebris haud obuij inter ſe facti, ubi illuxit reuertuntur. Quam rem hunc in modum obtigiſſe lætus Alexander, hoſtem in anguſtiis obuium habere curabat. Nec minus exultabat Darius, quòd eductis iam ex montium faucibus copiis, prior caſtrorum loca metauerat. Iam enim ipſorum commoditatem locorum intellexerat, quòd ea cùm mari ac montibus uicina, tum influenti Pindaro amni equitatui minus idonea peragrarat, cæterùm quaquauerſum confragabilem hoſtium paucitati ſitum habebant. Alexander, locum ſuppeditante natura longè melius, quàm fortuna præbuerat, ad 42
quærendam uictoriam acies inſtruxit. Barbarorum numero inferior, ne ab eis circunueniretur, ad dextrum hoſtium cornu obliquè læuum opponens, in fugam barbaros conuertit: ubi inter primos prælium capeſſenti mucrone coxa uulneratur, & ut Chares prodidit, à Dario: eos enim manibus congreſſos refert. Alexander autem cùm de ea pugna ſcriberet Antipatro, à quo uulnus acceperit haud ſignificauit, cùm tamen ſauciam gladio coxam ſine periculo fuiſſe ſcribat. Ea glorioſa extitit uictoria, quippe cùm cæſa, tum capta decem & centena millia hoſtium. Darium per quatuor, aut quinque ſtadia fuga præripuit. Cæterùm illius curru arcúq; potitus rediit in caſtra, ubi Macedonas immenſas barbarorũ diuitias cùm ferẽtes, tum cõgerentes inuenit. Qui quò expeditiores ad prælium eſſent, omnia ferme Damaſci impedimenta 43
apparatúmq; reliquerant. Tentorium Darij pecunia ſplendidiſſimíſq; ornamentis ac pretioſa ſupellectile refertum excerpſerant Alexandro. Inde exutis armis balneum intrans, Eamus, inquit, in Darij balneo ſudorẽ pugnæ loturi. Cui familiaris quidã, Minimè per Iouem, inquit, Darij, aſt Alexandri: fortunas enim uicti & eſſe, & dici bona uictoris oportere. Cæterúm *aquarũ ductus, hydrias, pelues, & alabaſtros, cũcta auro lita plurima cõſpicatur, & uelut unguenta ac aromata diuinũ quendã interius ſpirabant odorẽ. Poſt hęc ſublime cubiculũ magnificè conditũ ſubiens, ubi ſtratũ, menſas,

*μαίθικα

Curtius lib. 4
Iuſtinus lib. 11.

cœna-

cœnaculum, miróque inſtructa ornamento omnia perſpexit, ad ſocios conuerſus, Hoccine, inquit, imperare erat? Ei poſtmodum cœnaturo nuntiatur, matrem ac uxorem Darij geminásque ſimul filias uirgines captiuas adduci, eásque uiſo curru & ar-
44 cu, Darium periiſſe ratas, plangere lamentaríque. Alexander diu cunctatus, ipſarum magis ſortem miſeratus, quàm ſuis elatus ſucceſſibus, per Leonatum renuntiat, haud interiiſſe Darium, neque illis Alexandrũ timendũ eſſe, ſe enim cum Dario pro regno dimicare, eas omnia quæ ex Dario imperante, inſignia dignitatis aſſequuturas. Quæ cùm mulieribus & captiuis quidem clemens & amœna apparuiſſet oratio, non minoris humanitatis opera reſponderunt. Quoſcunque enim Perſas uoluerunt, ſumptis ex præda ueſtibus & ornamentis, ſepeliendi poteſtatem dedit. Nihil cultus aut honoris priſtini illis ademit; quin longè magnificentiores ſolito rerum uſus habebant. Quod uerò pulcherrimum & gratia regali digniſſimum extitit, mulieres inge- *Mira continentia.*
nuas modeſtiſſimásque, & captiuas quidem nihil ex eo turpe uel audiſſe, uel intelle-
xiſſe, uel expectaſſe contigit, nec eas perinde ac intra hoſtium caſtra, uerumetiam in ſacris ædibus caſtísque uirginum cubilibus conſeruatas, & nullius proſpectas oculis
45 uixiſſe. Et profectò Darij coniugẽ uniuerſas decore ac forma reginas anteiſſe, quẽadmodũ & Dariũ cunctos ſpecie ac proceritate uiros ſuperaſſe, memoriæ traditum eſt, ſimillimásque parentibus fuiſſe puellas. Alexander ſeipſum magis, quàm hoſtes, domare regium opus exiſtimans, non has aut quampiam ante nuptias, præter Barſenẽ, attigit. Hæc poſt Memnonis obitũ uidua Damaſci capta eſt, mulier græcis erudita literis, moribus ſuauiſſimis, patre Artabazo regia ſtirpe edito. Hanc Alexander incitante Parmenione, genere quippe & pulchritudine egregiam compreſſit, ſicut tradit Ariſtobulus. Cæteras cùm Alexander captiuas aſpiceret, dicere per iocũ ſolebat, Dolores oculorum Perſicæ ſunt puellæ. Contrà dum earum formis ſuæ continentiæ &
46 modeſtiæ ſpecimen oſtendebat, ipſas uelut exanimes ſtatuas prætermittebat. Præfecto claſſis Philoxeno apud ſe Tarentinum Theodorum eximia facie duos pueros uenales habentem diuertiſſe ſcribente, & num emere uellet percontante perſæpe uociferans, æquales rogauit, quidnam olim tam obſcœnum de ſe Philoxenus animaduertiſſet, ut hæc illi probra compararet. Scribens etiam ad Philoxenum, poſt multa in illum maledicta & conuitia, ipſum cum ſuis mercibus Theodorum malam in rem mittere iuſſit. Quendam etiam adoleſcentem Agnonem nomine, cùm ei ſe egregia forma Crobylum ex Corintho emere, & ad illum deferre uelle ſcripſiſſet, ingentibus affecit conuitiis. Damonem & Timotheum Macedonas quorundam ſtipendia ſub Parmenione merentium uiolaſſe mulieres audiens, ad eum ſcribens mandat, ut ſi conuicti ſint, eos, tãquam perniciosas humano generi belluas, ſæuis trucidet modis.
47 In ea epiſtola hoc pacto de ſe uerbum ex uerbo ſcripſiſſe liquet: Ego enim Darij uxo-
* rem nedum aſpexiſſe aut aſpicere decreuiſſe, ſed eorum, qui eximiam illius formam
* prædicant, ne uerba quidem admiſiſſe comperiar. Séque duabus potiſſimùm rebus mortalitatem ſuam intelligere aiebat, ſopore ac coitu, tanquam ſola naturæ infirmitas laſſitudinẽ ac uoluptates pareret. Ventris quoq; cibíque tẽperatiſſimus fuit, quod cùm multis aliis, tum uerbis ſuis ad Adã declarauit, quam ſibi in matrem aſſumptã Cariæ reginam deſignauit. Illa enim ut maiorem in eum charitatem oſtẽderet, multa obſonia & delicata ferculorum condimenta, poſtremò ſolertiſſimos coquos ac piſtores ad eum tranſmittente, his haud ſibi opus eſſe dixit: nam meliores ſe coquos, quos ſibi Leonides pędagogus comparauerat, habere: ad prandia enim nocturna itinera, ad cœnas uerò prandiorum parcitatem. Idem cùm lectum ingrederetur, diſcuſſis accuratè ueſtibus, Num quicquam hîc, aiebat, ſuperuacanea refertũ mollitie mater adminiſtrauit? Ad uinũ quoq; lõgè minus, quàm credebatur, pronus. Quod ſecus ideirco creditum eſt, quòd maius colloquẽdo, quàm potãdo, tempus ad unumquẽque caliẽ protrahebat, ſemper longius ſermone deducto: & hoc quidẽ dum multa

otio facultas esset: quippe cùm à rebus gerendis illum non uinum, nõ somnus, nõ iocus, non nuptiæ, nõ spectaculũ, quemadmodũ cæteros imperatores, abstraxerit. Indicio est breuissima quam uixit ætas, quam infinitis omnino rebus amplissimísque refersit. Cùm uacuus erat, primùm ubi exurrexisset, peracta re diuina, sedens prandebat. Postea diem aut uenatu consumebat, aut cõponendis rebus impartiebat, aut militibus ius dicebat, aut lectitabat. Sin haud nimis urgentem uiam uaderet, interdum aut 49
sagittare, aut cõcitatos currus ascendere descenderéque perdiscebat. Multoties etiam
* Ἐπιστολίου uulpes ioco uenabatur, auésque, sicut per eius * Diaria percipi licet. Cæterùm metatus ubi se unxerat ac lauerat, cum prępositis coquorũ atque pistorum de sumendis epulis rationẽ habebat: serò postmodũ ac multã in noctem cœnaturus accũbebat. Mirabilis autem illius cura & respectus in distribuẽdis dapibus fuit, ne quid iniquè aut parum accuratè partitus uideretur. Potum, sicut prædictũ est, longius inter confabulandum producebat. Idem nullius iucunditatis expers, cùm cæteris in rebus, tum consuetudinis comitate uniuersis excellens regibus, iactantia & elatione infestus ad arrogantiã usque, uti miles quispiã, ferebatur: ita ut assentatoribus sese calcãdum & equitãdum
ferme permitteret: quæ res gratissimos eius familiares ferè perdidit, qui neque adulatoribus reluctari, neque ipsum offendere uolebant. Illud enim turpitudinẽ, hoc uerò 50
discrimen afferebat. Interdum cùm se post potum lauisset, quieti se ad meridiem usq; dedebat. Nonnunquã etiam totum dormiendo diem agebat. Exquisitorũ quoque ita ciborum abstinens, ut sæpenumero cùm rarissima ad eum ex mari obsonia, aut pisces deferrẽtur, eis inter amicos partitis, nihil sibi reliquũ faceret. Cœnarũ magnifici semper apparatus, & aucto pariter imperio sumptuosiores. Postremò cùm ad decem millia drachmarum processissent, ibi modus factus est, & his, qui Alexandrũ inuitabant, præfinita summa. Post cõmissam in Isso pugnam Damascum mittit qui pecuniã, supellectilem, liberos uxorésque Persarum ad eum redigerent. Ex quibus maximam in
equites Thessalos ad id de industria missos portionem contulit, quòd uiri strenui & egregij bellatores essent. Reliquum etiã ditauit exercitũ. Tum primùm Macedones 51
gustato auro, argento, mulieribus, & barbarorum deliciis, ueluti canes odorata semita, uenari ac per uestigia Persarum opes indagare cœperunt. Post hæc Alexander ad occupandum maris imperium uersus, Cyprum, & cunctã (excepta Tyro) Phœniciã, tradentibus regibus recepit. Tyrum obsidere statuens, aggeribus & machinis ducentísque triremibus à mari mensibus septem cinxit. Interim per somnum uidit Herculem, postquã illum crebrò uocasset, è muro sibi dexteram porrigẽtem. Compluribus etiam Tyriorũ in somnis Apollo dixisse uisus est, se ad Alexandrũ proficiscí: nõ enim sibi quæ in ciuitate perpetrarentur placere. Eapropter perinde ac trãsfugã hominem plane deprehẽdissent, eius simulachrum catenis ac clauis ad basim alligatũ Alexandrinum appellabãt. Aliud dormienti Alexandro euenit insomnium: uidere se Satyrũ 52
existimabat, qui procul ei iocabundus applauderet, cúmque ipsum capere uellet, fugiebat. Postremò cùm multa uersatus orasset, in manus uenit. Consulti uates partito nomine longè credenda dixerũt: Sa, hoc est, tua, Tyrus est. Adhuc fontẽ ipsum ostentant, quẽ penes Alexander Satyrum cernere uidebatur. Ea durante obsidione, in Arabes qui Antilibanum incolunt, expeditionem egit, in qua ob Lysimachum pędagogum non paruum uitæ periculum adiit. Subsequutus enim est, cùm se Phœnice neq; peiorem, neque natu maiorem esse diceret. Postquam ad montes uentum est, missis equis pedes ire cœpit, & iam cæteri procul abscesserãt, cùm intercipientibus tenebris ac propinquis iam hostibus, Lysimachum ætate grauem, ac labore fessum, nunc hortando, nunc iuuando haud deserere sustineret, longè ab exercitu (quod minus intellexerant) cum paucis relictus est comitibus, ita ut per frigus immensum horrentibus
in locis noctẽ exegerit. Tum multa sparsim eminus inimicorum conspicatus incen- 53
dia, ut aliqua ex parte Macedones in rerum inopia consolaretur, corporis agilitate &

quotidiano

quotidiano confisus labore, ad propiores cursu peruenit. Ibi duobus assidentibus foco barbaris ense obtrũcatis, torre correpto reuertitur ad suos. Magno itaque igne facto, nonnulli ex hostibus metu attoniti terga dedere, quidam eos aggressi uertuntur in fugam, reliquum noctis securi duxere. Hæc quidem Chares refert. Tyriorum obsidio talem habuit euentum. Cùm Alexander post multa prælia maiorem copiarum partem quieti dedisset, paucis tamen, ne otiosus foret hostis, pro murorum statione relictis, aruspex Aristander mactatis hostiis signa perspexit, quibus audacior factus ad circunstantes præsagit, eo prorsus mense ciuitatem in eorum potestate futuram.
54 Quare cùm ingenti cachinno irridere cœpissent (ea enim extrema mensis dies erat) subdubitantem cernens hominem Alexander, ut qui eius plurimi semper fecerat uaticinia, eam nondum trigesimam, sed uigesimamsextam adnumerari iussit. Deinde signo tuba dato, enixius, quàm antea constituerat, muros adoritur. Qua re strenuè inchoata, & exercitu ad ferẽdum auxilium maturè cõcurrente, cùm desperatio Tyrios frangeret, ea die potitus oppido est. Post hæc Alexandro ampliſſimam Syriæ urbem *Curtius lib. 4.*
Gazam expugnanti, auis quædam ex alto demissa, cespite perstrinxit humerum. Ea deinde cùm super quodam machinamento consedisset, inter funium nodos incauta
complicatur. Quamobrem Aristander humeri uulnus, & potiendæ uictoriam ciui-
55 tatis uaticinatus Alexandro est, itáque euenit. Inde cùm Olympiadi, Cleopatrę amicísque hostiles exuuias mitteret, spei cuiusdam puerilis ætatis admonitus, Leonidæ pædagogo quingenta thuris, & centena myrrhæ talenta trasmisit. Olim cùm Alexãder inter sacrificandũ utraque manu thura uaporandis deis exciperet, tum Leonides, Alexander, ait, cùm ferẽtibus aromata terris imperitabis, hoc pacto copiosè adeò uaporibus, at in præsentia rebus utere parcius. Tum igitur Alexander ad eum ita scribit: Ad te thus myrrhámque abũdè trãsmisimus, ut cum deis parcus esse desinas. Delato ad eum scriniolo, quo nulla inter opes Darij sumptuosior & ornatior fuisse res uidebatur, amicos sciscitatur, quidnam in eo pretiosum dignè collocandum existiment. Multos eius usus aliis demõstrantibus, Hoc optimè, inquit, Iliadis Homeri custodię
56 dabitur. Hanc quippe rem cõplures haud paruæ fidei authores affirmant. Cæterùm si uera sunt quæ Alexandrini Heraclidem sequuti tradiderunt, nõ segnem, non cõsilio uacuum cõmilitonem Homerum Alexandro fuisse censuerim. Nam potitus Aegypto, de urbe græca cõdenda, quam magnificam, populosam, & ab se cognominandã relinqueret, agitabat. Quam quidem ad rem magnum soli ambitum, quantum superiori tempore nullus, architectorum consilio metatus erat. Dehinc noctu per quie- *Somniũ Alexandri.*
tem mirabile uidit insomnium, uirum cùm canitie plurima, tum statura ueneran-
dum astare sibi existimauit, hos illi uersus recitantem:

Præterea undisono quædam iacet insula ponto,
Quam Pharon appellant, Aegyptia littora contrà.

57 Confestim igitur consurgens Pharũ adit, quæ illa tempestate paululum supra Canopicum ostium insula erat, nũc uerò per aggerem in cõtinentem recepta: ea instar coronæ Isthmos erat, parem quaquauersum latitudinem habens. Ingens in ipsa lacum & * moriens mare portus amplectitur. Egregiã loci naturã cõtemplatus Alexander, * τελευτῶσαν.
Homerus profectò, inquit, cùm cæteris in rebus admirabilis, tum sapientissimus extitit architectus. Dehinc urbis formã pro illius loci similitudine designari iussit. Quã ad rem tellus cùm alba deesset, in nigri campi planitie gyratũ farina signũ deducũt, cuius actæ rectius uelut ex fimbria lineæ chlamydis instar interiorem efficiunt urbem. Eius formam summa cum delectatione spectante rege, infinitæ multitudinis & generis omnifariam aues è proximo lacu ac flumine in eum repentè locũ nubis in *Valer. Max lib. 1. cap. 4.*
58 modũ prouolant, ita ut nihil farinæ relinquerẽt. Id Alexandrũ perturbauit auguriũ: ast illum bona spe esse aruspices monent: ab eo enim urbem condi, quæ feracissima uariis hominibus futura sit educatrix. Post hæc commissa operis cura, ipse ad Iouem

Hammonem pergit, longũ sanè iter, durum ac laboris plenũ, gemino præsertim discrimine: aquarũ inopia, qua non paucorũ spatio dierum deserta regio est: alterum, si per apertã & profundam euntibus arenam rapidus incumbat auster, quemadmodũ de Cambysis exercitu traditur. Is enim ingentes arenarũ aceruos attollens, fluctuante planitie quinquaginta hominum millia obruta necauit. Hæc cùm uniuersi ferme animaduerterẽt, Alexãder tamen quicquid inceptaret deterreri non poterat. Fortuna enim suis propitia conatibus, promptiores ei reddebat animos, & donec agenda nauarentur, inuicta ferebatur animosa contentio, qua non hostes modò, uerùm & loca & tempora uiolentus urgebat. In ea profectione multa pro incommodis assequutus 59
est adiuuantia, quæ à Ioue missa fuisse posteriora confirmant oracula: quin ea quodãmodo fidem ipsis uendicant oraculis. Primùm quidem aquarum multitudo & diuturni imbres à Ioue demissi satis soluêre metum, & humectantibus arenis siccitatem extinxerunt, quibus in se condensatis, & suaues spiritus, & purior impendebat aer. Inde cùm ductores confusas amisissent metas, iámq; errare cœpissent, dispersis exignoratione comitibus, coruos qui præuolantes eis iter monstrarent, & tardius subsequẽtes præstolarentur, apparuisse constat. Quod uerò longè mirabilius est, tradit Callisthenes noctu palantes cantu ac uocibus ad sequẽda comitũ uestigia reuocasse. Superato deniq; deserto, ut templũ intrauit, Hammonis antistes illũ Iouis perinde ac patris nomine saluere iussit. Illo rogante num quisquam ex patris interfectoribus im- 60
punis effugerit, saniora loqui iubet antistes: nec enim parentem illi mortalem esse. Mutato dehinc sermone, cunctósne Philippi interfectores ultus sit percontatur, & datúmne ei sit ut uniuersos ditione mortales sit moderaturus. Cui & hoc ipsum dari, & plenè peractam Philippi ultionem esse diuinum respondit oraculum. Quamobrẽ pretiosis deum donariis, & pecuniis ipsos ditáuit antistites. Hæc sunt quæ de Hammonis sortibus plurimi tradiderunt scriptores. Alexander autem scribens ad matrẽ, se quædam occulta inquit accepisse uaticinia, eáque cùm redierit ad eam solam explicaturum. Asserunt quidam sacerdotem, dum græcè ipsum salutaret, & blandius παιδίον, hoc est, filiole, compellare uellet, per barbarismũ pro ν, abusum ς, παιδίος, id est, Iouis fili, pronuntiasse. Illum uocis errorem Alexandrum libenter perinde ac omen audisse. Quocirca confestim uulgatum est, eum ab oraculo Iouis filium appellatum. 61
Pammonem quoque Aegypti philosophum cùm audiuisset, illud maximè probasse fertur, quòd dicebat omnes homines sub dei imperio esse. Principatum autẽ obtinere, ac imperitare, diuinum quiddam affirmabat. Quibus de rebus acrius etiam philosophari ac disputare solebat, deum cõmunem quidem mortalibus patrem, optimũ quenque peculiarẽ sibi filium adoptasse. Cæterùm Alexander cùm se deo genitũ persuasum haberet, in ipsos insolentior erat barbaros. Ad Græcos uerò modestius ac parcius de sua diuinitate sermonẽ habebat, excepto dum ad Athenienses pro Samo scriberet: Ego quidẽ, inquit, haud liberã uobis tam inclytam ciuitatẽ tradidissem, quam ab eius tunc domino, quem parentem meum appellabãt, susceptam habetis: Philippum intelligens. Postremò cum sagitta saucius doloris acerbitate collaberetur, Amici, dixit, hunc planè cruorem mortalium, at non diuorum uulnera spargũt. Dum ingens tonitrus cõsternasset uniuersos, fortè præsens Anaxarchus sophista, Tu quoque Ioue genitus num quicquam tale perages? Ad quæ ridens ait, Nolo, uti iubes, amicis esse terrori, qui meas per contemptum cœnas habes, quòd non satraparum capita, sed pisces in mensa mihi cernis appositos. Et profectò Hephæstioni missis à rege pisciculis, Anaxarchus eum protulisse sermonem traditur, tanquam eos aspernaretur & carperet, qui per magnos labores & pericula, illustres & claras res persequentes, nullam aut perexiguam sibi uoluptatem comparantes, nihilo magis, quàm reliqui, iucunditatis fructũ adipiscũtur. Ex his, quæ superius enarrata sunt, liquet Alexandrum non per superbiam aut contumeliam, sed diuinitatis opinione cæteros subiugasse.

Iustinus lib. 12

Comi Alexãdro duces per loca incognita.

62

In Phœni-

63 In Phœniciã ex Aegypto reuersus sacra diis festósque dies celebrauit. Tum statа certamina & ludos scenicos edidit, nõ apparatu modò, sed etiã certantibus permagnificos. Eis præfecti sunt Cypriorum principes, quemadmodum & Athenis qui tribus sortiuntur. Decertatum est mirificè ac splendidè à Salaminio præsertim Nicocreonte, & Solio Pasicrate. His ut nobilissimis præessent histrionibus sorte obuenit; Pasicrati quidem Athenodoro, Nicocreõti autẽ Thessalo, cui studiosissimè fauebat Alexander, nec tamen suum antè studium patefecit, quàm omnibus ferè suffragiis uictor Athenodorus declaratus est. Tunc abiens se quidem iudices approbare dixit, uerùm enimuerò ne superatum uidisset Thessalum, regni portionem perlibẽter amissurum fuisse. Postea uerò cùm Atheniẽses Athenodorum, quòd Dionysiis non interfuisset, multassent, eo regem ut pro se scriberet obsecrante, id facere noluit, at multam remi-
64 sit. Cùm Lycon Scarphei filius lepida quædam ageret in theatro, inter recitãdum comœdiam, uersum, quo decem talentorũ petitio significabatur, inseruit. Quod ridens Alexander, ea præberi iussit. Deinde missi à Dario legati pro redimẽdis captiuis cum regiis literis peruenerunt: quibus decẽ millia talentorũ, cunctam, quæ intra Euphratẽ est, regionem, ac filię matrimoniũ pollicebatur, tum amicum se sociúmque futurum. Quibus inter amicos suos communicatis, Parmenio, Si Alexander, inquit, essem, has ego conditiones accepissem. Cui subinde Alexander, Et ego mediusfidius si Parmenio. Alexãder itaq; Dario ut ad se ueniret rescripsit, cuncta apud se humanitatis opera consequuturus: quod si recusauerit, ad eum mox se profecturũ. Et confestim incepti piguit, quòd eo in itinere uxor Darij dolore partus correpta diem suũ obiit. Cuius
65 rei mœrorẽ nec dissimulanter tulit, quia maximã benignitatis suæ declarandæ occasionem amisisse uidebatur. Ipsam igitur magnificis humauit impensis. Erat inter eunuchos reginæ cubicularios unà captiuos quidam Tyreus nomine, is ex castris profugus ad Dariũ equo prouolans, uxoris obitũ renuntiat. Quo nuntio accepto, Darius
» cùm per multas lachrymas caput planxisset, Prô Persicam, inquit, fortunam, si regis
» uxorem eandémque sororem captiuam non modò uixisse, sed etiam decessisse regiis
» priuatam funeribus contigit. Excipiens Tyreus, Atenim mi rex, ait, profectò funeris
» gratia & cuiusque pro regia dignitate honoris nihil quòd pessimã Persarum fortunã
» incuses habes. Nanque Statiræ reginæ superstiti, itémque matri & puellis nusquam
» pristinus opum ac rerum usus, splendórque defuit, nisi ut tuæ claritatis lumen aspice-
66 rent, quod denuo potens restituet Oromasdes. Nec ea moriens ullius generis orna-
» mentorũ expers fuit, quippe cùm ipsius obitũ hostiles etiã lachrymę decorarint. Ale-
» xander enim sicuti prælio terribilis, ita parta uictoria clemens. His rebus auditis, Da-
» rius animi ægritudine ac perturbatione uexatus, indignissima suspicans, eunucho ad
» intimã tẽtorij partẽ adducto, Nisi tu quoq; cum ipsa simul fortuna, inquit, Macedo-
» nicæ factionis es, si me tuũ appellas herũ, per hoc ingẽs te solis iubar ac regalẽ dextrã
» obtestor ac oro, hæccine minima sunt Statiræ mala quæ lugeo, an illius uiuæ longè
» magis miserãda perpetimur, & ultra dignitatẽ sequior nos afflixit calamitas, quòd in-
» super in crudelẽ acerbúmque hostem incidimus? Nam quod honestatis & castimo-
67 niæ signũ est, uirum ætatis integræ hostis uxorẽ tam multis honoribus decorasse? Eo adhuc loquente, Tyreus ad eius se pedes demittens, ut meliora diceret supplex orabat, ne & iniuriis Alexandrum lacesseret, neu defunctæ uxori eidémq; sorori turpes inureret maculas, néue afflictis in rebus maximo sese solatio priuaret, quòd præstantiorẽ, quàm creauerit natura, uictorẽ habuisset. Verùm enimuerò admiratione prosequendũ Alexandrũ, quòd maiorẽ erga Persarũ mulieres cõtinentiã, quàm in uiros fortitudinẽ declararit. Eáque, simul & cæterã Alexãdri modestiã terribili iureiurãdo confirmauit. Tum ad familiares egressus Darius, tensis in cęlum palmis ita orasse fer-
» tur: Natales regalésque dij, date obsecro, ut quemadmodũ lætissimã olim fortunã ac- *Darij ad deos oratio.*
» cepi, ita restituã ac diuitiis incolumẽ posteris relinquam, quò parta uictoria, quas ab

Valer. Max. lib. 6. cap. 4.

Alexandro per domesticorum ærumnam gratias accepi, æquali persoluam merito: quòd si deorum ira fatale hoc tempus ingruit, quo permutandum iam Persicum ruet imperium, neminem nisi Alexãdrum in Cyri solio sedere precor. Hæc plurimi scriptores sic dicta factáque commemorant. Alexander omni intra Euphratem regione subacta, contra Darium decies centenis millibus militũ descendentẽ castra mouit. Interim iocosum quippiam in exercitu fieri renuntiatur, commilitones in geminas se per iocum partes diuisisse, atque utrique ducem ac imperatorem præfecisse, uocasséque alterum Alexandrũ, alterum uerò Darium. Cúmque mutua certaminis præludia primùm glebis, dehinc pugnis inchoassent, eò disceptationem excãduisse, ut iam à multis per saxa sudésque res agi cœpta sit, ita ut ne sedari quidem posset. Tum Alexander ipsos imperatores singulari prælio decertare iubet. Ex quibus ipse quidẽ Alexandrum, Darium uerò Philotas armauit, inspectante rem exercitu quasi quoddam futurorum auspicium. Acri pugna commissa, is quem Alexandrum appellabant, uictor euasit. Is igitur ab Alexandro duodecim uicis & Persica stola donatus est. Hæc Eratosthenes ait. Ingens dehinc cum Dario prælium non in Arbelis, ut quidam perhibent, uerùm in Gaugamelis commissum est. Id autem uocabulũ Cameli domũ significat, quam olim rex quidam cùm hostium manus Dromedario effugisset camelo, ibi condidisse traditur, & ad eius curam & impensam quorundam uicorum prouentus destinasse. Mense Iunio cùm Athenis mysteria inchoarẽtur, luna defecit. Vndecima pòst nocte in mutuo conspectu constitutis exercitibus, Darius suas in armis copias tenuit, eásque lampadibus obibat. Alexander quiescentibus Macedonibus, ante tentorium cum Aristãdro uate sacra peragebat, & hostias Phœbo mactabat. Vt uerò familiares sui grãdiores natu, tum uerò Parmenio, omnem qui inter Niphatem & Gordynæorum montes iacet agrum, barbarorũ collucere facibus uident, præterea incertum quendam clamorem terribilémque ex castris tumultum, uelut ex uasto resonare pelago, eorum multitudinem admirati, colloquia inter se habuerunt: ingens quippe ac arduum opus impendêre, si aperto congressuri marte tam magnã capessere pugnam auderent. Inde perfectis sacris regem adeunt, útque hostẽ noctu inuadat hortantur: hoc enim modo maximum impendẽtis pugnæ terrorem per tenebras occultaturum. Ille uerò uulgatum illud, Nõ ego uictoriã furor, ait. Quod dictũ nonnulli iuuenile nimis ac inane iudicabant, quòd in tanto rerum discrimine cauillaretur. Quidam in præsentia spe ac fiducia elatum, rectè futurorũ euentũ diuinasse putabãt, nec ullam Dario præbere occasionem uoluisse, ut superatus aliam denuo bellandi fiduciam attentaret, in hoc noctem incusaturus ac tenebras, quemadmodum superiori prælio mare, montes, & angustias increpauerat. Nec enim inter tot copias tam lata regione ualentem Darium, armorum aut hominum inopia pugnam detrectaturum, nisi aperta congressione summis dimicando uiribus uictus spem ac feroces deponeret spiritus. Illis postmodum discedentibus, rex intra tabernaculũ accubuit, ubi in reliquum noctis præter consuetudinẽ suam tam profundo pressus sopore dicitur, ut ipsi ductores mirarentur, & illucescente iam diluculo, militibus ut corpora cibo curarent, edixerũt. Postea solicitante tempore, ingressus Parmenio cùm lectulo astetisset, bis illũ térque nomine cõpellauit. Quẽ experrectum hoc modo percõtatus traditur: Quidnam hoc malum, inquit, quasi nõ iam iam dimicaturus maximo prælio, sed uictor esse uidearis, tanto somno securus dormis? Tum subridẽs Alexander, nónne nos, ait, uicisse putas, qui peregrè ac per abrupta loca detrectantẽ pugnã Darium persequi desinimus? Non solùm igitur ante prælium, sed & in ipso discrimine, magnã animi constantiã ac fiduciam sui declarauit. Nam cùm Bactrianorũ equitatus cõtra Macedones magno impetu & summis ferretur uiribus, in sinistro cornu, cui præerat Parmenio, ingẽti fluctuatione dimicatũ est. Subinde Mazæus ex acie miserat equites, qui impedimentorũ & sarcinarũ custodiæ relictos adorirẽtur. Turbatus igitur utrinque

Iustinus lib. 11.

que Parmenio, ad Alexandrum qui renuntiet mittit, nisi ex prima aciei fronte fortes eueſtigio auxiliarij ad postremos succedant, uallũ, res, ac impedimenta diripi. Per id ferme tempus Alexãder suis ad egrediendũ signum dabat. Tum accepto Parmenionis nuntio, uirum desipere, nec animi constare dixit, ac per consternationẽ obliuiſci, quòd uictores quidem hostium fortunas uendicant: uictis autem non supellectiliũ, non pecuniæ, non mancipiorũ habendam esse curam, sed quo pacto strenuè dimicãdo glorioſam mortem oppetant. Hæc ubi ad Parmenionẽ respõsa dedit, galeam imposuit. Aliã quidẽ armaturam intra tentorium induerat, Siculũ in primis amiculum, inde lineũ thoraca duplicẽ, quem ex Issi spoliis acceperat. Ferrea cassis erat puro lucidior argento, Theophili opus: ceruicis tutamẽ ferreũ gemmis insertum. Ensis cùm temperatura, tum leuitate mirandus, quem à * Cypriorum rege dono susceperat, eo cùm pugnas obibat, uti solitus. Insigne enim ferebat balteũ, egregia magis illius arte, quàm cætera delectatus armatura. Antiqui nãque opus Heliconis erat. Idem præterea ob ciuitatis Rhodiorũ gloriam, à qua eo donatus fuerat, gestare uidebatur, cùm ipso etiã inter præliandũ uteretur. Cæterùm Alexander donec aut acies instrueret, aut milites adhortaretur, aut concionem haberet, aut lustrans obequitaret, ut Bucephalo parcius uteretur, alium sumebat equũ, quoniã is ætate iam grandior erat. Cùm igitur congrediendũ esset, eo adducto statim ascendit, ac ire pergit, magna ad Thessalos ac Græcos habita prius oratione. Qui ubi robur animis addiderunt, sese in barbaros agi certatim clamitant. Tum hasta in læuam recepta, dextra (ut Callisthenes tradit) deos precatus est, ut si uerè Ioue natus existat, suis auxiliũ atque robur addat. Vates Aristãder candido indutus amictu, & coronam gestans auream secum cominus equitans, sublimem supra Alexandri uerticem aquilam ostendit, aduersus hostes recto uolatu delabentem. Eo auspicio plurimùm spei & alacritatis cunctis increuit: quare sese inuicẽ exhortati equites in hostes cursu procedere: undantẽ uerò phalãga diceres. Ante primam congressionẽ inclinati barbari: fugientibus uictores instant. Alexander ad mediam aciem ubi Darius erat, uictos insequitur. Ipsum enim eminus conspicatum inter confertissimos regiæ cohortis emicantẽ agnouit, uirum formosum, procerum, sublimi curru incedentem, & rutilantiũ equitum caterua stipatum, qui circa currum pro acie stabant parati hostem excipere. At cominus terribilior conspectus Alexander, ubi fugientes usque ad hostilem globum persequutus, etiam consistere ausos terruit. Strenui ac fortissimi ante regis ora cæsi, mutuóque cadentes fugã inhibebant, ita ut conglobata morientiũ agmina equos circunuallarẽt. Dario grauissima cuncta obuersabantur oculis: cæsa manus quam circa se præsidij causa locauerat: currus omnino immobilis uerti nequibat, tanta obtruncatorum strages rotas immerserat. Equi etiã tot inserti cadaueribus saltibus aurigã deturbarant. Inter hæc Darius relicto curru armisq;, effœtam (ut fertur) equã ascendens, salutẽ fuga cõparauit. Qui tamẽ haud euasurus uidebatur, nisi denuo missi à Parmenione equites Alexandrum reuocassent: ingẽtes enim inuehi adhuc copias, necdum hostes sese dedere. In eo prælio sunt qui segnẽ imbellémq; fuisse Parmenionẽ carpant, siue langueſcente iam ob senectutem audacia, siue quòd (ut Callisthenes refert) crescentem Alexandri potentiam grauiter & inuidè ferebat. Quamobrem mœstus Alexãder, dissimulato militibus dolore, ut à cædibus temperaretur, nec insequi uelle se finxit, & perinde ac iam pugnam nox dirimeret, receptui cecinit. Inde cùm laborantibus auxilium laturus pergeret, in itinere profligatos omnino hostes fugatósque accepit. Huius prælij exitu omne Persarum imperium funditus excidisse creditur. Tum Alexander Asiæ rex appellatus, sacrificia magnificis struxit impensis. Dehinc amicis diuitias, domos, ac principatus largitur: maxima etiã in Græcos utens munificẽtia, uniuersas aboleri tyrãnides, restitui omnibus libertatem, ac suis uiuere legibus iubet: præcipuè Platæensium urbem exædificari mandans, quòd eorum patres olim pro tuenda libertate se socios Græcis asciuerant.

Pugna inter Alexandrum & Darium Persarum regem.

Darũ fuga.

Ad Crotoniatas quoque in Italiam magnam exuuiarum partem trãſmiſit, ob Phayli decus & gloriã impigri & fortis athletæ, qui Medico bello, cùm Græcos cæteri deſtituiſſent Itali, propria triremi Salaminam nauigauit, illius periculi cõmunicationẽ ſuſcepturus, adeò omnia uirtutis opera ſummo ſtudio & beneuolentia obſeruabat. Poſtmodum Babyloniorum regionem ingreſſus omnibus in poteſtatem redactis,
strabo lib. 15 ibi in Ecbatanorum agro telluris hiatum aſſiduè ignem tanquam ex fonte ſcaturientem miratus eſt. Haud procul inde Naphtha magno inundat fluctu, qui bitumini 78
perquam ſimilis, tantam cum igni cognationem habere uidetur, ut priuſquã flammam attingat, per ipſum luminis ſplendorem medium perſæpe aerem incẽdat. Cuius uim atque naturam uolentes oſtendere barbari, cùm angiportum qui ad regium ducit domicilium, ea re pauliſper irroraſſent, primo crepuſculo extrema in parte cõſtituti, faculas guttis admouere. Vixdum primis incenſis, haud ſenſim flamma depaſcens unico mentis intuitu finem inuaſit alterius, ita ut angiportus perpetuum foret incendium. Erat Athenienſis quidam nomine Athenophanes, qui regis quidem corpus unguento ac lauacris curare, animum uerò per iocos & oblectamenta ducere ſolebat. Is cùm intra balneum adſtantem Alexandro puſionem, cui nomẽ erat Stephano, aſpectu quidem ridiculum ac ſuauiſſimè cantantem aſpiceret, uis inquit, rex, hoc in Stephano pharmacum experiamur? Si enim eo incenſo extingui nequeat, pollentem utique ac inexpugnabilem illius eſſe naturam affirmauerim. Quam quidem ad 79
rem impigrum ſe præbente puero, uixdum peruncto ac lumine contacto, tanta emicuit è corpore flamma, tantúmque pullulauit incendium, ut ancipitem Alexãdrum ſubtrepidaſſe conſtet: quòd niſi fortè complures aquæ uaſa manibus tenentes affuiſſent, non antè ferri auxilium potuiſſet, quàm totũ ignea uis occupaſſet, cùm hoc etiã modo pueri corpus udique inardeſcens, maximo labore uix potuerit extingui. Verùm membris poſt hæc debilitatum uixiſſe certum eſt. Iure igitur nonnulli fabulę fidem faciẽtes, hoc eſſe uenenum affirmant, quo Medea uulgatam in tragœdiis coronam & pallium perunxiſſe traditur. Nec enim ab eis ſponte ſua ignem emicuiſſe, niſi cùm admota flãma celeri tractu clandeſtina irrepſit. Radios enim ac fluxus igneos 80
longius allatos, aliis quidem corporibus lumen tantum modo atque calorem conſtat adiicere, aliis uerò pinguem quendam ac perpetuum habentibus humorem ſiccitatẽ afferre ſpirabilem: hi collecto feruore celeriter in eis mutant materiam. De huius generatione dubium eſt, ſi potius æſtuans per id humidum flamma ſufflat, quæ ex illa tellure pinguem ignigenámque habet naturam. Eſt enim Babyloniæ uaporibus uehementer obnoxia, ita ut poſita humi ſæpe hordea in ſublime proſiliant, quaſi ea loca languore quodam tumentia ſalientem pulſum habeant. Incolæ quoque per æſtus immenſos ſuper plenis aqua utribus ſomnos capiunt. Harpalus, cui eius urbis expoliendæ cura relicta fuerat, regias ac deambulationes Græcis ornarat arbuſculis: cùm cæteræ adoleuiſſent, ſolam hæderam nunquam tellus adoptauit, at continuò necauit, quòd illam minimè ferret temperiem: illa nanque feruida regio eſt, hæc uerò locis amica frigidis. Has quidem excurſiones cùm modeſtè fiunt, minus forſan impor- 81
tuni carpunt. Alexander ſubactis Suſis, ex regia XL millia æris talenta, itémque pretioſam ſupellectilem cepit, cuius inexplicabilis omnino numerus. Ibi & Hermionicæ purpuræ V millia talenta reperta traduntur. Ea ab annis ferme ducentis repoſita, nouum adhuc & recentem floris ſeruabat colorem. Cuius cauſam fuiſſe perhibent, quòd rubræ quidem tinctura melle, candidæ autem albo fiat oleo: in his enim cùm par tempus habent, purus ac lucidus ſplendor cernitur. Dinon refert eos reges ex Nilo atque Iſtro aduectam aquam ſolitos gazæ recondere, ut hoc pacto regni magnitudinem aſſererent, cùm omnium domini apparerent. Cæterùm cùm Perſidis fines cùm locorũ aſperitate, tum impigerrimis Perſarum aditum ſtatione tenẽtibus, Alexander intrare nequiret (iam enim Darius effugerat) ducem quendam nactus eſt, qui eum

Babyloniæ tractus uaporibus maximè obnoxius.

82 eum paruo introduceret circuitu. Is geminæ nationis homo, patre quidẽ Lycio, matre uerò creatus Perſica: de quo, cùm adhuc puer Alexander eſſet, Pythicum prædixit oraculum, proficiſcenti in Perſas Alexandro ducem fore Lycium. Ibi locorum potitus, ingentem captorum hominum cædem commiſit: quos idcirco ſuo iuſſu necatos ſcribit, quòd ita ſibi ad rem conducere exiſtimabat. Ibi quantùm Suſis, tantundem pecuniæ comperiſſe ſe refert. Diuitias uerò & reliquum inſtrumentum, mulorum iuga dena millia, & quinque camelorum uexiſſe dicuntur. Dein ingentem Xerxis ſtatuam conſpicatus, quam intra regiam irrumpentium multitudo ignominioſè ſubuerterat, ad eam ſubſtitit, & perinde ac uiuẽtem allocutus, Vtrúmne, inquit, propter eam quam aduerſus Græciam expeditionẽ egiſti, collapſum te ſinemus, an propter
83 animi tui magnitudinem aliáſque uirtutes iacentem attollemus? Denique diuturno ſecum ſilentio meditatus exceſſit. Inde militum corpora curare uolens (hybernum enim tempus erat) quatuor ibi menſes egit. Cùm Alexander ſub aurea primùm regij tribunalis teſtudine conſediſſet, Corinthius Demaratus ei beneuolus, & paternus olim amicus, ſenilibus effuſis lachrymis ad eũ ita locutus fertur: Quàm magna Græci uoluptate priuati, quibus antea, quàm in Darij throno ſedentem ſpectauerint Alexandrum, expiraſſe contigit. Hinc Darium inſectaturus amicis ſe per iocum largiore præbuit uino. In ea laſciuia mulieres accitæ à ſuis amatoribus affuere, inter quas famoſiſſima Thais, genere Attica, quam inferiore tempore regnans Ptolemæus ſcortum habuit. Ea Alexandrum nunc lepidè collaudans, nunc ioco demulcẽs, inter potandum in quendam incidit ſermonem, qui tametſi patriæ ſuæ ritum conſuetudi-
84 némque deceret, haud muliebris tamen extitit animi. Eorum enim laborum, quos in Aſiam peragrando pertulerat, illa ſe die gratiſſimum ſuſcepiſſe fructum dixit, quòd intra ſuperbiſſima Perſarum palatia tam delicatum conuiuium celebraſſet: at uerò longè maiorem ſibi uoluptatem futuram, ſi Xerxis regiam, qui ſuas olim concremarat Athenas, ipſa quoque per hilaritatem incenderit. Tum ſpectãte rege, ipſa facem accendit, ut diuulgaretur, quòd quæ cum Alexandro fœminæ fuerant, maiorem pro Græcia ultionem accepiſſent, quàm ſuperiores illi tum maritimarum, tum terreſtriũ copiarũ duces. His dictis plauſus ſimul ac tumultus exoritur. Sociis inde ad tam magnum facinus exhortantibus, concitatus Alexãder exiliit, & coronatus lampada tenens ductor erat, cæteri clamore ac petulantia confectantes regiam incendentes cir-
85 cuibant. Quod ubi ſenſere Macedones, alacres cum facibus concurrerunt. Sperare enim eum iam rebus patriæ animum aduertiſſe, nec amplius inter barbariem obuerſari debere, atque ob id ignibus atria uaſtari. Hæc quidam iniuſſu regis, quidam ita, ut dictum eſt, perpetrata memorant. Atenim mox piguiſſe, ac reſtingui incendium iuſſiſſe, haud incertum eſt. Cæterùm cùm Alexander natura munificentiſſimus eſſet, eò magis liberalitatem auxit, quò latius ipſum propagauit imperium. Aderat quæ- *Liberalitas ac munificentia.*
dam in dãdis alacritas, qua ſola gratificari beneficus poteſt. Qua de re pauca, uerùm egregia meminiſſe ſat erit. Pæonum ductor, cùm hoſtis à ſe truncati caput ei oſtẽdiſſet, ô rex, ait, his apud nos donis pretium aureum ſolet eſſe poculum. Tum ridens Alexander, uacuum quidem, inquit, aſt ego id mero plenum tibi propino. Dum quidã ex Macedonibus mulum regium ferentem aurum ageret, defatigatúmque iumentũ
86 eſſet, is ſublatum onus ferre cœpit. Quem ſub pondere preſſum conſpicatus Alexander, ubi re cognita depoſiturum uidet hominem, ne reliquo defatigeris itinere dixit, hoc ad tuum deferes tabernaculum. Denique renuentibus, quam poſtulantibus triſtior, ad Athenienſem Phocionem ſcribens, eum minimè exiſtimaturum deinceps amicum aſſeruit, ſi ſua repudiet munera. Serapioni cuidam adoleſcenti, qui pila ſecũ luſerat, quia nihil popoſcerat, nihil exhibuit. Pòſt ludente Serapione, iacta ad cæteros pila, mihi nequaquam prębes, dicenti regi, non petis, Serapion inquit. Huic cùm arriſiſſet, quãmulta elargitus eſt. Erat Proteas quidã uir ſanè facetus, & in ſympoſiis

haud illepidus, cui cùm Alexander ſuccenſere uideretur, obſecrantibus amicis, ipſóque collachrymante, ſecum in gratiam rediiſſe dixit. Tum ille, quoddã mihi primæ 87
fidei pignus præſta, confeſtim ei quinque erogari talẽta iuſſit. Quantas autem familiaribus, & his quos ſui corporis præſidio habebat, ampliſſimas facultates impartierit, Olympiadis ad eum declarat epiſtola: In amicos beneficia confer, & gloriæ ſplẽdore auge: at in præſentia uniuerſos tibi pares reges efficis, quibus cùm multas amicitias comparas, teipſum deſtitutum reddis. Talia cùm perſæpe ſcriberet Olympias, is occultas ſeruabat literas, ſemel duntaxat excepto cùm Hephæſtion ſolutã de more illi lectitaret epiſtolam, haud palàm inhibuit, uerùm dẽpto ſibi anulo, illius ori uelut ſigillum appoſuit. Inter Darij proceres dignitatis ampliſſimæ Mazæus extiterat. Huius filio quandam habenti præfecturam, alteram adiecerat Alexander: quam recuſans adoleſcens, Mi rex, inquit, olim unicus erat Darius, tu complures Alexandros effeciſti. Parmenioni Bagoi domicilium uendicauit, iti quo ex Suſiorum manubiis 88
mille talentûm ueſtem offendiſſe traditur. Scribens ad Antipatrum, ut exquiſitã corporis ſui cuſtodiam haberet admonuit, quòd ei inſidias parari diceret. Ad matrem complura tranſmiſit munera, quam nimiùm gerendis implicari negotiis, & bellicis immiſceri rebus uetuit. A qua cùm grauius increparetur, ipſius aſperitatẽ æquo perferebat animo. Semel quoque ſcriptam ab Antipatro contra matrem prolixam epiſtolam lectitans, ignorare dixit Antipatrum, quòd unica matris lachryma innumeras deleret epiſtolas. Suos poſtea deliciis ac illecebris omnino ſolutos ſumptuoſiſſiméque uiuentes animaduertens, ex quibus Teium quidem Agnonem argenteos ſub crepidis ferẽtem clauos, complures Leonato camelos puluerem ad gymnaſia ex Aegypto uſque transferentes, Philotam cùm uenaturus erat, per ſtadia centum aurea & 89
pretioſa diſponentem tabernacula, plures etiam inter ungendum ac lauandum pretioſis odoribus quaſi oleo utentes cubicularios ſecum ac unctores circumagere, cunctos benignè ac philoſophorum more obiurgatos, hunc in modum admonuit: Mirari ſe inquit eos, tot tantíſque confectis certaminibus, haud meminiſſe, quòd hi qui alios fatigant, mollius defatigatis ipſis dormiãt, neque cernere ſe Perſarum moribus ſuos æquiparaſſe. Seruile quippe amare delicias, apprimè regium inſudare laboribus. Quonam modo ſuum quiſpiam curabit equum, aut haſtam exercebit, aut caſſidem induet, cùm per deſuetudinem ne chariſſimum quidẽ corpus manibus attingat? An ignoratis hunc eſſe uictoriæ finem, ne hoſtium mores ac opera in nos tranſtùliſſe uideamur? Eos magis ad uirtutem inflãmabat, cùm uel militia uel uenationibus cunctos in perferendis malis ac laboribus ſuperaret. Cùm Alexander eximiæ magnitudinis leonẽ ſterneret, Spartanorum legatus qui fortè aderat, Pulchrum erat medius fidius, ait, Alexander, ut pro imperio cum leone decertaſſes. Hanc uenationem æreis conflatam imaginibus Craterus Delphis appendit. Canes autem inerant, & leonem Alexander adoriens, & Craterus adiutans: quorum partem Lyſippus, partẽ Leochares effinxit. Hoc pacto Alexander ut ſe ſimul laboribus exerceret, ac ſuos ad uirtutem incitaret, cùm multa ſubiret diſcrimina, eius amici fortunis elati, illecebríſque ac otio magis intenti, tot militias peregrinationéſque moleſtè perferre, inde ſenſim ad contumelias & maledicta tendere: quæ ille per quandam manſuetudinis abundantiam modeſtè ac comiter tolerabat, regium eſſe affirmans, ut à quibus malè audias, in
Beneuolentia in amicos. eos magis ſis beneficus. Quæcunque in amicos uel puſilla contulit, ea ingentis bene- 91
uolentiæ honoríſque extant indicia. Ex quibus pauca expoſuiſſe ſat erit. Cùm Peuceſtas urſi morſu uulneratus, id quidem aliis, Alexandro uerò minimè ſignificaſſet, ad eum multa conqueſtus ſcripſit: At nunc quonam te habeas modo ſcribe, inquit, & ſi quis ſociorum inter uenandum te deſtituerit, ut debita luat ſupplicia. Abſenti ob res gerendas Hephæſtioni ſcripſit, dum ipſe ac nonnulli Ichneumonem per iocum infeſtarent, Craterum Perdicæ iaculo occurrentem in utraque coxa uulnus accepiſſe.

Audiens

Audiens ex ægritudine quadam priſtinæ reſtitutum incolumitati Peuceſtam, Alexippo ſcribens medico magnas egit gratias. Dum Craterus aduerſa ualetudine teneretur, ob quoddam inſomnium nonnulla pro eo ſacra peregit, eúmque ut itidem faceret, admonuit. Pauſanię quoq; medico, cùm Cratero pararet elleborum, poſtquam 92
pro animi ſolicitudine multa ſcripſiſſet, quo pacto antidotũ propinaret admonuit. Ephialtem & Ciſſum, qui primùm Harpali fugam nũtiauerant, in uinculis habuit, quòd ipſos de eo uiro falſa obloquutos diceret. Cùm infirmis ac ſenectute confectis remeandi poteſtatem faceret, Eurylochus Aegæus ſe inter ægrotos inſcripſit: poſtmodum ubi nulla infirmitate detineri deprehenſus eſt, amore Teleſippæ captum ſe confeſſus eſt, eámque diſcedentem ad mare uſque conſectari uelle dixit. Eius fœminæ conditionem percontatus Alexander, ut ingenuum eſſe ſcortum accepit, Nos, inquit, Euryloche in hac peramanda ſocios habes, proinde aut largitionibus, aut uerbis ut ad permanendum inducas uide, quandoquidem ex libera ortam affirmas. Hũc ſæpenumero uirum admirari licet, quòd amicorum gratiâ, pro rebus huiuſmodi operam & accuratam quidem in ſcribendis dederit epiſtolis: qualia hæc, cùm Seleuci
93 puerum qui in Ciliciam profugeret, diligentiſſimè iuſſit inquiri. Peuceſtam quoque laudibus proſequutus eſt, quòd Crateri ſeruum Niconem comprehendiſſet. Seruus quidam in aſylo reſederat, quã ob rem ad Megabyzum literas dedit, ut illum è templo ſi queat elicere, corripiat, intra ſacram ædem nullam uim afferat. Principio cùm in cauſis capitalibus ius diceret, orante accuſatore, altera manu aurem ſolebat occludere, ut ipſa reo omnis expers calumniæ cõſeruaretur. Poſteriori tempore ad calumnias quanquam falſas ac ueriſimiles uehementer excandeſcebat, præcipuè cùm de ſe malè audiebat, ita ut ſæuiens inexorabilíſque deſiperet, adeò uitæ ac imperio gloriã anteponebat. Inde cùm tertio congreſſurus prælio aduerſus Darium caſtra moueret, is captus à Beſſo nuntiatur, tum præter ſtipendia Theſſalis duûm millium talentûm
94 munus erogans, eos domum dimittit. In perſequendo autem Dario aſperis atque lõgiſſimis exactis itineribus (uno enim equo decem diebus tria millia & ducẽta ſtadia ẽmenſus eſt) uniuerſum ferme exercitum per loca præſertim aquarum expertia labor affecerat, ubi quædam Macedonum manus mulis aquæ plenos ex fluuio ſubuehens utres, Alexandro ſit obuiam. Quem uergente in meridianum tempus die, ob ſitim ægrè ſe habentem cõſpicati, extemplo impletam aqua galeam attulerunt. Ei deinde percontanti ad quos eos perferrent latices: ad ſuos reſpondẽre liberos, quos ſi nunc amiſerimus (tibi modò uita ſuperſit) alios creandi facultas erit. His auditis ubi galeã *Curtius li. 5.* in manus cepit, circunſpiciens quos circa ſe haberet equites, demiſſo capite & fixis in potum oculis, inguſtatam reddidit lympham, probatíſque uiris, ſi ſolus bibero, inquit, hos mœror inſtigabit. Eius continentiam & animi magnitudinem cùm inſpexiſſent equites, eundum eſſe magna cum ſpe certatim acclamarũt, ſtatímque cal-
95 caria equis ſubdunt. Non enim laborem perferre, non denique mortalitati ſeſe obnoxios exiſtimare, donec talem eis regem adeſſe contigerit. Vna itaque cunctorum ſedulitas & animi promptitudo fuit. Cæterùm cùm ſexaginta tantummodo (ut aiũt) uiri fuſa iam Darij caſtra irrupiſſent, diſiectum grande auri & argenti pondus calcantes, multos quoque puerorum & mulierum currus aurigis deſtitutos aſpernati, proceres ſolummodo fugientes, in quibus Darium eſſe arbitrabantur, perſequi contendunt. Vix tandem compluribus confoſſum uulneribus Darium in uehiculo iacẽ-
» tem feréque expirantem offendunt: is cùm frigidam aquam præbente Polyſtrato po-
» taſſet, Quiſquis es mortalium, inquit, hoc mihi extremum uniuerſæ calamitatis ge-
» nus accidit, ut pro tanto in me beneficio dignas tibi referre grates nequeam, at refe-
» rat Alexander, Alexandro uerò dij, pro eius ſumma in matrem, uxorem, ac liberos
96 meos humanitate ac clementia, cui hoc dextræ pignus pro me dabis. Hæc dicentem *Darij interitus.* accepta Polyſtrati manu, uita deſtituit. Ad eum perueniens Alexander, ipſius caſum

per maximam doloris acerbitatem haud diſſimulanter tulit, demptâq; ſibi chlamyde illius corpus ornauit. Poſtremò in poteſtatem redactum Beſſum grauiſſimo cruciatu diſſipauit: proceris nanque in unum curuatis arboribus, cùm utrique corporis partes alligaſſet, eas tanto concitatas impetu remiſit, ut laniata paſſim membra diſiecerint. Tum Darij corpus regiis ornatum inſignibus ad matrem deferri iuſſit. Eius fratrem Exathrem magna ſibi familiaritate deuinxit. Inde cum robuſtiſſimis copiis profectus ſubegit Hyrcaniam, ubi maris ſinum haud Ponto minorem, cęteris autem maribus dulciorem conſpicatus, cùm nihil ex eo certi perdidiciſſet, quandam Mæotidis paludis partem eſſe cogitauit. Huius tamẽ rei ueritas haud latuiſſe Phyſicos uidetur, qui diu ante illam Alexandri expeditionem memoriæ prodiderũt, ex quatuor exterioribus Oceani, qui mediterraneum irrumpũt, ſinibus, Hyrcanũ pelagus, quod
Curtius li. 6. Caſpium uocant, propinquum magis eſſe Boreæ. Ibi cùm quidam ex inſperato barbari ſtabularios inuaſiſſent, equum abduxere Bucephalum. Quam rem immodeſtè 97
adeò tulit, ut niſi reſtituiſſent, ſe cunctos eorúmque liberos obtruncaturum per præconem interminatus ſit. Quocirca equum mox referentes, ſuásque ciuitates in eius poteſtatem ponentes affuere. Quos omnes benignè alloquutus, equi captiui præmia reddidit. Hinc caſtra mouit in Parthiam: ubi intentus otio, barbaram primò ſtolam induit, ſiue ut probatis illorum legibus, ipſos per quandam ſibi conſuetudinem conciliaret, quòd ad mitigandas hominum mentes plurimùm patrij moris ualeat conſuetudo: ſiue ut hoc pacto Macedonum tentaret animos, quos paulatim ad ſpernendos patriæ ritus aſſuefacere nitebatur, quò illum adorari modeſtius perferrent. Nunquam tamen ut Medorum amictum barbarum nimis & ab ſe alienum aſſumeret induci potuit, ſemper anaxyridas, candyn, tiarámque repudiãs: at medium quendam inter Perſicum & Medum habitum aptiſſimè temperans, qui ut illo iucundior, hoc ita erat auguſtior. Eo primùm uſus eſt in barbarorum conuentu, ac domi cum æqualibus: dein paſſim ſeu equitaret, ſeu ius diceret, eodem ſpectabatur ornaméto. Quod quanquam Macedonibus triſte ſpectaculum eſſet, reliqui tamen eius uirtutem ingẽti admiratione proſequentes, quædam illi ad uoluptatem gloriámue concedenda exiſtimabant. Is quanquam accepto nuper in tibia ſagittæ uulnere, ita ſaucius abierit, itémque lapidis ictu percuſſus in collo, adeò ut oborta caligo diu oculos oppreſſerit, haud tamen ſibi temperauit, quò minus audentius ante alios pericula primus iniret. Superato Orexarte fluuio, quem is Tanaim exiſtimabat, Scythas fudit, & ad ſtadia 99
centum uſque fugauit, ulterius inſequi fluxu uẽtris inhibitus. Ibi occurriſſe illi Amazonem multi perhibent, ex quibus ſunt Clitarchus, Polycritus, Oneſicritus, Antigenes, Iſtrus. Ariſtobulus autẽ, Chares Iſangeleus, Ptolemæus, Anticlides, Philon Thebanus, Philippus Iſangeleus, præterea Hecatæus Eretrieus, Philippus Chalcidenſis, & Duris Samius, id figmentum fuiſſe referunt: quibus teſtimonium Alexander uidetur afferre, qui cùm ad Antipatrum uniuerſa perſcriberet, Scytharum regem ſibi filiam deſpondiſſe ait, Amazonem uerò ne commemorauit quidem. Poſteriori tempore cùm regnanti Lyſimacho quartum librum Oneſicritus, in quo de Amazone illa perſcriptum eſt, legeret, Lyſimachus paulum ſubridens dixiſſe fertur: Et tunc utiq; ego aderam. His quiſque fidem aut habeat, aut deroget, haud Alexandrum propter- 100
ea, uel minori, uel maiori admiratione proſequetur. Veritus autem ne Macedones in poſterum militiæ pertæſi fatiſcerent, cætera quidem dimiſſa multitudine, ipſe cum flore copiarum XX M peditum, & tria equitum ſecum ducens, in Hyrcaniam proficiſcitur. Quibus pro concione habitis, nunc ſe barbaris uelut in ſomniis oſtẽdiſſe ait, qui ſi perturbatis tantummodo Aſiæ rebus abierimus, in nos illico tanquam in mulieres impetum facient. Verùm enimuerò quiſquis abire cupiat, excedat, inquit, obteſtatus ſe amicorum, eorúmque qui eam ſecum perferre expeditionem uelint, uiribus, uniuerſum terrarum orbem Macedonum imperio ſubditurum. Hæc epiſtola quadam

101 quadam ad Antipatrum his ferme uocabulis conſcribuntur. Additur præterea cunctos milites quocunque terrarum ageret ſequuturos ſeſe libenter acclamaſſe. Hi cùm Alexandri conatus animo ſuſcepiſſent, reliqua ductu facilis turba conſequitur. Tum ritum indigenarum propenſius imitatus, ad Macedonicos quoque tranſtulit mores, eorum temperata communicatione, facilius beneuolentia, quàm ui, rerum imperiũ comparare ratus, præſertim cùm procul abeſſet. Itaque triginta puerorum millibus delectis, eos græcarum diſciplina literarum inſtrui, & Macedonico more armorum uſibus uerſari præcepit, compluribus ad eam rem magiſtris inſtitutis. Roxanen conſpicuæ formæ mulierem olim in conuiuio conſpicatus adamauit, quod rerum gerẽdarum propoſito maximè conduxiſſe uiſum eſt. Eius enim matrimonium ſublatos ad ſpem barbaros plurimùm Alexandro fide beneuolẽtiáque coniunxit, in quo tanta uſus eſt caſtimonia, ut cuius unicæ amore fœminæ uictus erat, eam non niſi cun-
102 ctis ſolenni more peractis attigerit. Eas res cùm ſummus eius amicus Hephæſtion approbaret, paribúsque uteretur ornamentis, Craterus autem in retinendis patriæ moribus pergeret, per illum barbaris, per hunc Græcis & Macedonibus reſponſa dabat, iúsque dicebat. Denique cùm Hephæſtiona uehementer amaret, Craterum honoraret, illum quidem Alexandri, hunc uerò regis, amicos uocare ac exiſtimare ſolebat. Quapropter cùm multas haberent ſimultates, ſæpenumero diſceptabant. Semel in terra India nudatis enſibus conferre manus cœperant: ſuccedentibus dehinc ad ferendum utrique auxilium amicis, celeriter interuenit Alexander, & Hephæſtionem apertis carpſit conuitiis, uecordem, inſanúmque uocitans, qui dempto ſibi A-
103 lexandro, nihil ſe prorſus eſſe intelligat. Seuocatum quoque Craterum per acerbiſſimas habuit contumelias. His inde conciliatis, Hammonem cæterósque deos obteſtatus, ſe illos cunctorum amiciſſimos hominum habere iureiurando confirmauit. Verùm enimuerò ſi eos in poſterum diſceptare ſenſerit, utrunque, aut qui inchoarit, necaturum. Quamobrem hi poſtea quicquam neque per iocum dixiſſe, neque inuicem perpetraſſe traduntur. Erat Parmenionis filius Philotas ampliſſimæ inter Ma- *Philotas.*
cedonas dignitatis, ut qui fortiſſimus ac robuſtiſſimus haberetur, & munificus ac benignus, quantùm poſt Alexandrum nemo. Cùm ex familiaribus quidam argentum ex eo peteret, ísque erogari præcepiſſet, ſe diſpenſator habere negauit. Cui Philotas, Quid ais? inquit: neque poculum, neque ueſtem habes? Elatione animi, diuitiarum amplitudine, corporis ornamento, & uitæ modis ſupra priuatorum morem odioſius utebatur, ita ut per quendam excelſi faſtum animi, inſipidúmque ac ingratum cun-
104 ctis inceſſum, magnam ſuſpicionem inuidiámque contraxerit. Quocirca ei nõnunquam Parmenionem dixiſſe fertur, Paulò mihi deterior eſto. Cæterùm hic Alexandro iam pridem in ſuſpicionem uenerat: nam poſt ſuperatũ in Cilicia Darium, correptámque Damaſci prædam, cùm multa captiuorum corpora referrentur in caſtra, comperta eſt ſerua quædam genere Pydnæa, facie decora, nomine Antigone. Hanc Philotas aſſequutus, cùm inter potandum ſibi, ut adoleſcens amicę, multa rei militaris magnificè geſta paulò liberius iactaret, quicquid ſtrenuè factum eſt, ſuum aut patris opus eſſe demonſtrauit. Alexandrum quoque, quem adoleſcentulum uocitabat, per eos nomen tenuiſſe regium. Id ubi mulier amatori cuidam renuntiaſſet, ille alteri, ut fit, denique ſermo manaſſet ad Craterum, ille mulierem adduxit ad Alexandrum. Qua audita, iubet ut cum Philota conſueta facere pergat, ex eo quicquid ex-
105 cuſſerit, ad ſe renuntiatum eat. Neſcius Philotas huiuſcemodi ſe circunuentum inſidiis, contubernium frequentabat Antigones, multa interim contra regem uerba per indignationem atque iactantiam ineptiſſimè profundens. Alexander, tametſi aduerſus Philotam id perquam efficax ueheménsq; foret indicium, tacitus tamen perferre, ſéque cohibere ſtatuit, ſeu magna in ſe Parmenionis beneuolentia fretus, ſeu ingentem ipſorum gloriam ac potentiam reformidans. Ea tempeſtate Macedo

quidam ex Chalæstra, nomine Dimnus, capitales Alexandro struebat insidias: quam quidem ad rem iuuenili ætate Nicomachum, cuius amoribus tenebatur, socium adsciscebat: quod ille aspernatus, rem fratri Cebalino aperit. Qui procedens ad Philotam, se introduci rogabat ad Alexandrum. Ipse uerò nescio quid cogitans (incertum enim est) eos minimè introduxit, quòd regem maiora quædam agitare negotia diceret. Quod & secundò factum est. At illi ob Philotæ insolentiam ad alium se uertunt, à quo mox ad Alexandrum admissi, cùm primùm Dimnum accusassent, Philotæ factum indicant, quòd à se bis appellatus eos usque parui penderit. Ea res Alexandrum uehementer inflammauit. Missus deinde ut captum ageret Dimnum, ipsum reluctantem séque defendentem obtruncat. Quare magis atque magis Alexander excanduit, quoniam illum hoc pacto ne suæ detegerentur insidiæ effugisse suspicaretur. Mox ubi acerbissimum in Philotam odium patefecit, illius inimicos exciuit, palàm dictitantes, eam regis ignauiam esse, si Dimnum Chalæstrinum hominem tantum in se facinus audere putet: cæterùm eum ministrum quendam, imò uerò maioris instrumentum fuisse potentiæ. In illis eam discutiendam esse coniurationem, quibus ut celaretur plurimùm conducebat. Cùm ad huiusmodi sermones atque suspiciones regiæ patuissent aures, innumerabiles aduersus Philotam calumniæ afferebantur. Captus itaque Philotas in quæstionibus habitus est præsentibus amicis, extrinsecus autem è tabernaculo audiente Alexandro. Quo ad Hephæstionem miserabiles ac supplices emittente eiulatus, dixisse ferunt Alexandrum: Cùm mollis adeò effœminatúsque esses Philota, tanta receptabas facinora? Occiso Philota, euestigio missus in Mediam Parmenio ibi interficitur, uir complurium rerum gestarum Philippo socius, qui solus autem ex natu grandioribus præcipuè Alexandrum, ut in Asiam transiret accenderat. Ex tribus liberis quos in ea expeditione habuerat, duo pridem ante ora parentis præliãdo cæsi, ipse unà cùm tertio periit interemptus. Eas ob res cùm multis Alexandri familiaribus, tum Antipatro uehemens terror incutitur. Aetolis ultro citróque data acceptáque clandestina fidei pignora. Hi ob destructos Oeniadas Alexandrum extimescebant: qui eius destructione gentis audita, Aetolos non Oeniadum filiis, uerùm sibi supplicia daturos obtestatus erat. Haud lõgè pòst Cliti casus consequitur, quem si quis accuratè intellexerit, maioris sæuitiæ, quàm Philotæ factum iudicabit: sin tempus causámque ratione perpenderit, non magis consilio, sed infelicitate perpetratum inueniet, cùm per iram ac ebrietatem suo fato Clitus materiam occasionémque præbuerit. Hoc modo gesta res est. Quidam ex ora maritima græca ad regem poma detulerant, quorum conspicuam maturitatem admiratus, Clitum ut commonstraret & impertiret accersit. Ille sacrificia peragebat, quibus omissis regem adiit. Tres illum oues ex immolandis hostiis consequuntur. Quod prodigium conspicatus Alexander, accitis ariolis Aristandro & Cleomanti Spartano aperit. His dira portendi affirmantibus, ilicet pro Clito instaurari sacrificium iussit: tertio siquidem antè die horrendum per quietem uiderat insomnium. Existimarat enim Clitum inter Parmenionis liberos atris sedere uestibus, omnésque exanimatos. Necdum litato, Clitus posteaquam Castori & Polluci Alexander immolasset, uenit ad cœnam. Postquam exempta uino sitis est, Pranichi, uel (ut quidam aiunt) Pierionis carmina decantabantur, quæ ille contra ductores Macedonum nuper à barbaris profligatos, per risum & ignominiam ediderat. Quam rem cùm natu grandiores molestè ferrent, poetámque simul & cantorem per contumelias interpellarent, Alexander & nonnulli cum eo magna cum uoluptate audientes, canentem exhortabantur. At Clitus iam uino grauis, natura ferox & indomitus, id ægrè tolerabat, indignum esse affirmans, inter hostes barbaros maledictis carpere Macedonas, uiros ipsis longè præstantiores irrisoribus, tametsi minus secunda fortuna obtigerit. Tum Alexander nihil à se discrepare Clitum inquit, qui Macedo-

Iustinus li.12. Curtius li.8. Val. Max. li. 9. cap. 3.

106 107 108 109 110

Macedonum formidinem, minus secundam appellet fortunam. Insurgens Clitus, hæc, inquit, formido te diis genitum, iámque Spithridatis gladio terga uertentem, letho eripuit. Te Macedonum cruor, te uulnera hæc eò peruexerunt, ut Hammonem usurpans genitorem Philippum asperneris. Inflammatus his Alexander, Cùm hæc de nobis infandum caput obloqueris, Macedones ad seditionem instigans, alacrem te futurum existimas? Tum Clitus, neque uerò in præsentia sumus alacres, inquit, Alexander, talia laborum præmia consequuti. Felices uerò quibus antè contigit oppetere, quàm Macedones Medorum uirgis percussos, nósque ut ad regem admitteremur Persas obsecrantes aspicerent. Hæc atque talia Clito liberius dictante, cæteri qui Alexandrum circunsteterant exurgere & conuitiari, longæui autem senes exorientem sedare tumultum. Conuersus ad Xenodochum Cardianum Artemiúmque Colophonium Alexander, nónne Græcos inter Macedones, inquit, tanquam semideos inter belluas ambulantes cernere uidemini? Clitus haudquaquam obsequutus, Alexandrum quodcunque uelit in medium proferre iubet: at uiros ingenuos & loquendi fiduciam habentes, ne in conuiuium uoces, ait, uerùm cum barbaris atque mancipiis uitam exigas, qui zonam Persicam candidúmque adorent amiculum. Irarum impatiens Alexander, cùm proiecto pomo Clitum percussisset, gladium perquirebat, quem satelles quidam Aristophanes prior subduxerat. Inde cùm cæteri precibus detinerent, prosiliit, Macedonico sermone clypeatos uocans milites. Id uerò ingentis signum tumultus erat. Subinde iusso canere tibicini, perinde ac tardius agenti tubámque detrectanti, pugnis insultauit. Is postremò collaudatus est, quòd potissimùm ne castris tumultuaretur obstitisset. Clitus cùm nullo pacto cederet è triclinio, uix tandem ab amicis explosus, subinde per alias irrupit fores, iambicum illud ex Andromacha Euripidis per summam contentionem temetitatémque pronuntians, Heu quàm truces in Græciam mores ueniunt. Alexander arrepto ex satellitis manu spiculo, occurrentem sibi Clitum, iámque aulæum ianuæ subducentem transuerberat. Eum ingenti clamore ac suspiriis corruentem, statim defecit animus. Alexander ubi secum facinus reputans, tacitos cernit astantes, ex occisi uulnere telum raptim eductum, in suum uertisset iugulum, ni satellites correptas ipsius manus à cæde retraxissent, ipsúmque ui intra cubiculum intulissent. Eam noctem nunc uociferans, nunc lamentans, sæuis exegit luctibus, adeò ut malis fessus, nullis editis uocibus, postridie iaceret elinguis, graues tantùm emittens gemitus. Ipsius æquales ea ueriti silentia in cubiculum irrumpunt, ubi cæterorum quidem uerba minus admittebat. Cùm autem uates Aristander tum ex somnio Cliti, tum aliis ex prodigiis, ea iam pridem ex fatorum serie obtigisse memorasset, sedari nonnihil dolor uisus est: Quamobrem intromissus est Callisthenes Aristotelis necessarius, & Abderita simul Anaxarchus. Callisthenes quidem honestatis rationibus per quãdam suauitatem adortus, sermone circunducto mœrorem leniter excerpebat. Anaxarchus principio quandam philosophandi uiam sibi uendicauerat, qua insolens & æqualium contemptor existimabatur. Is igitur quamprimùm ingressus clamitabat, Hic cine est Alexander, quem cùm orbis terrarum suspiciat, more mancipij luget abiectus, hominum leges & ignominiam reformidans? quibus ipse se legem & iustitiæ metam constituisse debuerat, per illam quam uictor obtinet maiestatem, non autem inanis cuiusdam glorię cupiditate uictum, seruilem animum induere. An ignoras, inquit, proinde fas iúsque cominus assidere Ioui, ut quicquid reges perpetrauerint, licere iustúmque esse intelligas? Hac usus oratione Anaxarchus ægrum quidem regis leuauit animum, at ipsius mores compluribus in rebus nefarios magis molliorésque reddidit, eíque miro se modo deuinxit, Callisthenis consuetudinem alioqui ex illius seueritate ingratam reprobans. Olim cùm inter cœnandum de anni partibus, & cæli temperie orta disputatio esset, dicentibus hîc asperiora, quàm in Græ-

111 112 113 114

Clii mors.

cia ad hybernandum loca esse, Anaxarchus per contentionem aduersabatur. Tum 115
Callisthenes, Atqui hæc illis longè frigidiora confitearis oportet, inquit: istic enim
lacerna uelatus uniuersam exigebas hyemem, hîc autem tribus inuolutus tapetibus
accumbis. Ea res Anaxarchum acriter irritauit, reliquos uerò sophistas & assentato-
res dolore inurebat: qui cùm ab adolescentibus propter sermonis elegantium sum-
mo studio coleretur, non minus natu maiores oblectabat, quòd ad bene honestéque
uiuendum seipso contentum uirum cernerent: suæ quoque peregrinationis uulga-
tam occasionem confirmabat, quòd reducendorum ciuium, inhabitandæque cau-
sa patriæ, per quandam animi magnificentiam ad Alexandrum commigrasset. At-
enim ob eius gloriam & opinionem inuidiosus, obtrectatoribus interdum inter se
obloquendi materiam præbuit. Nam quopiam inuitatus persæpe repudiabat: in so- 116
dalitiis per grauitatem atque silentium nullum probare factum, nihil denique pla-
cere significabat. Itaque Alexandrum ei dixisse tradunt, Odi sapientem, qui sibi sa-
piat nihil. In ipso conuiuarum cœtu iussus aliquando inter pocula laudes explicare
Macedonum, tanto eloquentiæ fluuio rem ipsam exornasse fertur, ut surgentes uni-
uersi secundo in eum plausu coronas sparserint. Tum Alexander: Profectò quisquis
Callisthenis eloquentia. (ut ait Euripides) perpulchram nactus est in dicendo materiam, ei haud immensum
est opus bene ornatéque dicere. Cæterùm quò magis eloquentiæ tuæ uires ostentes,
inquit, ipsos accusa Macedonas, ut hi sua noscentes errata, uiros sese meliores insti-
tuant. Callisthenes igitur cùm ad palinodiam sese conuertisset, multa Macedonum
delicta liberius explicans, propter Græciæ seditiones atque discordias Philippi auc-
tum imperium fuisse demonstrat:

Venit honos sceleri misera ut discordia regnet.

Quæ res aduersus illum acerbam grauémque Macedonum cõflauit inuidiam. Tum 117
Alexander, Callisthenem non orandi grauitatem, sed summum contra Macedones
odium comparasse inquit. Hæc quidem Stroibum Callisthenis lectorem Aristoteli
narrasse prodit Hermippus. Postmodum Callisthenes cùm alienatum ab se regis a-
morem intelligeret, eis bis ac ter hunc protulit uersum:

Occidit & Patroclus uir te præstantior olim.

Non ab re igitur Aristoteles dicere solebat, Callisthenem magnam in dicendo po-
tentiam assequutũ, mentis inopem esse. Cùm ergo quadam philosophiæ acrimonia
& rigiditate adorandum dissuaderet Alexandrũ, solus ea palàm dictitabat, quæ Ma-
cedonum proceres appriméque seniores per grauem animi indignationẽ taciti per-
ferebant. Quare cùm illum adorandi morem auertisset, effectum est ut magna qui-
dem Græcos, maiori autem Alexãdrum infamia liberarit, sibi perniciem cõparans,
ui magis, quàm persuasione regẽ absterrere conatus. Chares autẽ Mitylenęus memo- 118
riæ prodidit, Alexandrum in conuiuio quodã cùm epotauisset, phialam cuidã ex fa-
miliaribus porrexisse, qua recepta, illũ ad lares uersum surrexisse, primúmque ut epo-
tasset adorasse, postea exosculatum Alexãdrum discubuisse: quod cùm omnes ordine
fecissent, Callisthenem accepta phiala post potũ ut regem oscularetur accessisse, qui
cum Hephæstione colloquens minus animaduerterat. Tum Demetrius cognometo
Phydon ad regem, Ne osculare, inquit: te enim solus hic haud adorauit. Quapropter
Alexãder osculũ deuitasse fertur: at Callisthenes altè uociferãs dixisse, Vno igitur mi-
nus habẽs osculo discedã. Talibus alienati signis animi habita Hephęstioni fides est, 119
cùm Callisthenem quidem adorare pollicitum, promissa uerò mentitũ diceret. Inde
Lysimachi & Agnones instare, qui uirum affirmabant ad labefactandas imperij uires procaciter obeuntem. Ad illum concurrere adolescentes, illi fauere, solũ hunc in-
Curtius li. 8. ter tot millia ingenuũ appellare. Idcirco deinde aduersus Alexandrũ Hermolai coniuratione detecta, illud ei uerisimilius obiectare crimen uisi sunt. Siquidẽ percõtanti cuipiam, quonam modo illustrissimum se uirum faceret: si illustrissimũ interemeris, inquit.

inquit. Dúmque ad perpetrãdum facinus Hermolaum exhortaretur, ne aurea fulcra *Hermolai cõiuratio in Alexandrum.*
formidaret admonuit, uerùm se hominem morbos ac uulnera patientem inuadere
reminiscereturEx ipsis autem Hermolai complicibus neminem uel extrema necessitate adduci potuisse constat, ut quicquam aduersum Callisthenem loqueretur. Ale-
120 xander quoque ad Craterum, Attalum, & Alcetam statim scribens, ait: Adolescentes quidem habitos in quæstionibus eas res inceptasse confessos, se uerò consciũ habuisse neminem asseuerantes. Postremò scribens ad Antipatrum, post multa Callisthenis conuitia, iuuenes quidem inquit à Macedonibus saxis obrutos, ipsum autem philosophum, quíque illum emiserunt, quíque meos intra oppida susceperunt insidiatores, ego supplicio afficiam. In quibus se contra Aristotelem apertè detexit, apud quem ob generis propinquitatem educatus erat Callisthenes: eius siquidem mater Hero consobrina fuit Aristotelis. Ipsum ab Alexandro cruci suffixum uitam finisse quidam *Strabo lib. 15* perhibẽt: alij in uinculis morbo correptum expirasse. Chares refert eum posteaquam captus est, ut coram Aristotele in senatu condemnaretur, septem mensibus in compedibus obseruatum: cúmque Alexander apud Mallos Oxydracas circa Indiam uulnus accepisset, Callisthenem ob nimiam aruinam contracto pedore ac sordibus, su-
121 premum obiisse diem. Hæc posteriori tempore contigerunt. Demaratus Corinthius ætate iam confectus, studio ac uoluptate profectus ad Alexandrum, cùm illum uideret, quammagna priuatos amœnitate Græcos inquit, quibus priusquam in Darij solio sedentem conspexissent Alexandrum, uita excessisse contigit. Nec amplius regiæ fructum beneuolentiæ consequutus, aduersa correptus ualetudine diem suum obiit. Eum Alexander funere extulit magnificentissimo: exaggeratus est ei ab exercitu tumulus ambitu quidem ampliſſimo, altitudine uerò octoginta cubitorum: reliquiæ autem ornatissimæ quadriga ad mare usque delatæ sunt. Deinde castra moturus in Indiam, cùm prædæ magnitudine onustum tardúmque cerneret exercitum,
ut primùm illuxit dies, suos ac familiarium currus paratos priores incẽdit, postea cæ-
122 teros Macedonum subiectis urere flammis edixit. Cuius rei cùm grande primò consilium uideretur, maior extitit euentus: paucis enim dolore perculsis, cæteri perinde ac numine afflati uoces clamorésque alacres attollere, usibus tantùm necessaria capere, reliqua uelut superuacanea succendere. Quæ res impetu alacritatéque refertum magis atque magis Alexandrum cõcitauit. Iam enim suis esse terrori cœperat, inexorabilis ad errata castigator. Nam quendam ex æqualibus suis, Menandrum nomine, castelli custodiæ præfectum, ob desertam stationem nece multauit. Orsodatem bar-
barum, qui ab illo defecerat, ipse sagitta confixit. Interea ouis quædã agnum, qui co- *Prodigium.*
lore ac forma tiaræ capite, gemellósque utrinque corymbos habebat, enixa est. Id ab-
horrẽs prodigium, quibusdam Babyloniis, quos ea de causa de more secum ducebat,
123 purificandum se præbuit. Tum ad amicos, non sui, uerùm ipsorum causa turbari atque solicitari dixit, ne post se uilissimum ac degenerem quempiam regni fastigio fortuna præficiat. Qua in re haud tamen diutius animi pendens extitit, postea enim lætius apparens prodigium, omnem soluit tristitiam. Cùm enim sarcinarum custodiæ uir præfectus Macedo Proxenus nomine regio locum tabernaculo prope Oxon amnem foderet, pinguis fontem liquoris aperuit. Quo primùm hausto, clarus ac lucidus scatens, non odore, nõ gustu quicquam ab oleo differre uidebatur, quin eiusdem omnino splendoris ac pinguedinis: quóque magis mirere, oleam illa nusquam fert regio. Oxi quoque fluminis adeò pinguis aqua traditur, ut qui in eo loti fuerint, cutim eis ac corpus inungat. Ex eo autem prodigio quantũ admirandæ uoluptatis Alexander ceperit, in his, quæ ad Antipatrum scribit, maximè declarat, qui hoc à diis im-
124 mortalibus quàm amplũ suscepisse munus existimat. Vates autẽ eam expeditionem tum clarissimã, tum asperam & casibus refertam significabãt. Oleum nanq; ad leniẽdum corpus à deo tributum esse mortalibus. Multa igitur illi inter pugnas obtigere

discrimina,grauia recepta uulnera,uehementissimam quoque suis perniciem inopia rerum attulit. Aspera cæli intemperies magna ex parte confecit exercitum. Ast ille cùm fortunam audacia, uirésque uirtute superare studio gloriæ niteretur, nihil fortibus indomitum,nihilque munitum satis ac tutum contra audentes ducebat. Cùm Sisimethris urbem rupis inaccessæ,obsidione cinxisset, tristes cõspicatus milites, percontatus Oxiarten dicitur,quid animi gestaret Sisimethres:respondente Oxiarte, timidissimum illum esse hominum: Petram,inquit,capi facilem nobis refers,quandoquidem immunitum ac imbecillem ipsius inquis esse principem.Ita factum est:ea e- 125
nim,terrefacto minis Sisimethre,potitus est. Cùm alteri in rupe quadam oppido iuuentutem Macedonicam admoueret, quendam Alexandrum nomine compellans, Tua interest, inquit,uel ipsius uirtute cognominis,strenui gesta militis cõficere. Dehinc cùm ipse fortissimè dimicans adolescens oppeteret, non mediocriter animum perculit Alexandri. Postmodum in aggredienda Nisa dum pauore torpent milites, siquidem profundum ei oppido flumen allabitur, emicat Alexander, &, O deterrimus, inquit,ego,qui nun quam nare didici: móxque rapto incumbens clypeo traiecit.Ibi cõsummato prælio,ex obsessis urbibus supplices aduenere legati,qui primùm in armis terribilem conspicati uirum,stupore perculsi stetere, allata postmodum sella, grandæuum quendam nomine Acuphin sedere iussit. Tum eius splendorem ac 126
clementiam admiratus Acuphis,interrogat, Quidnam facturi tuam assequi beneuolentiam possumus? Cui Alexander, Si suum te ciues principem creauerint, & ad me centum præstantissimos miserint uiros. Tum ridens Acuphis, Maiori cum dignitate imperabo, inquit, si nequissimos ad te misero. Erat præterea Taxiles insignis uir *Taxiles.*
* τῆς Ἰνδικῆς ἔχειν μείζονα οὐκ ἀποδεικνὺς Ἀγλώττου τὸ μέγεθος. sapiẽtiæ, * sub cuius imperio maior Indiæ pars, quàm uniuersa ambit Aegyptus, tenebatur,pingue solum pabulo,& lætus ager frugibus.Hic cùm salutatũ uenisset Alexandrum, Quid mutuo decertandum est nobis bello, inquit, si nõ aquam, aut necessarium nobis cibum intercepturus aduentasti? pro quibus duobus strenuos ac sapiẽtes belligerare uiros decet. Equidem si te ditior aut locupletior sum, in dandis ad te beneficiis paratus aduenio:sin inferior existo,tua in me cõfer officia: ego uerò dignas habere tibi gratias non recuso.Ea re lætatus Alexãder, uirum comiter amplexus,Atqui putas,ait,sine bello hac sermonum familiaritate nos amicitiam assequutos? Atqui ne superes faxo. Ego enim hoc uno tecum bellandi genere enixissimè decertabo, ne quanuis frugi uir,& conspicua benignitate existas, in gratificando uincar abs te.Inde Alexander multis exillo susceptis,pluribus uerò redditis muneribus, postremõ mille ei æris talenta transmisit. Quæ res suorum animos uehementi dolore conficiens, maiorem in modum pronas in se barbarorum mentes effecit. Postquam stipendiarij quidam & bellacissimi Indorum milites eorum præsidio ciuitates egregiè tutarentur, magnas Macedonum copiis strages inferentes, Alexander cum eis intra quoddam oppidum pactis induciis, postmodum abeuntes in potestatem redactos cæcidit ad unum.Id quidem facinus bellicis illius rebus,alioqui iustè & regia cum dignitate confectis,quandam inusit maculam. Non minori illi impedimẽto quidam fuere philosophi, qui fauenteis Alexandro reges deteriorem in partem uertebant, & ingenuos quosdam populos ad defectionem solicitabant, proinde complures illorũ suspendio affecit.Bellum autem quod aduersus Porum gesit,suæ declarant epistolæ. Scribit enim,cùm inter castra medius fluat Hydaspes, Porum elephantibus pro fronte locatis transitum assidua statione tuentem:se uerò per quotidianos strepitus atque fragores,suos,ne barbaros reformidarent, assuefeciss̃e. Inde per hybernæ noctis tenebras cùm delecta peditum ac fortissimorum equitum manu procul ab hostibus in paruam quandam traiecit insulam: quò cùm primùm euasit, magno cum turbine desuper fundi imbres, ignes ac fulmina aduersum milites demissa, complures incendere ac dissipare. Quæ conspicatus Alexander, excedens insula in oppositam 129
contendit

contendit ripam. Asper erat Hydaspes,& hybernis tumens imbribus,ita ut magna ex parte ruptis aggeribus sibi uiam effecerit, quà ingens fluminis cursus ferebatur. Huc delatus Alexander, cùm lubricum & undis undique fissum uix tandem uadum teneret,dixisse fertur, Fidémne præstabitis Athenienses, nos pro comparãda uobis gloria, huiusce modi suscepisse pericula? Hęc quidem Onesicritus.Ipse autem Alexander refert milites omissis ratibus per medias mamillarum tenus undas cum armis ruptum superasse aggerẽ: ipse cum equitatu uiginti stadiis pedites antecessit. Nec id ab re cõsilium extitit.Si enim hostes adorirentur,equis eos facilè superaturũ: sin phalanx ce- 130
dere cogeretur,mox subsidio affuturos pedites.Euenit autẽ alterum.Nam cùm mille occurrissent equitibus ac sexaginta curribus, eos in fugam uertit, & captis curribus, quadringenti cæsi equites.Porus ubi traiecisse Alexandrum accepit,totas in eum cõcitauit copias, relictis qui transitu arcerent Macedones. Alexander elephantos hostiúmque multitudinem timens, ad labefactandum alterum cornu contendit, cæteris dextrum iussis aggredi. Inclinati utrinque hostes pedem ad elephantos referũt, ut uiolentius incursantes auerterent. Ita commissa pugna octaua uix hora fusi hostes. Hęc quidem Alexander suis tradidit epistolis.Plurimi scriptores Porum quatuor cu- *Curtius lib. 8*
bitis & palmo procerum extitisse cõsentiunt, & equitantis proceritatem elephantis, quem inequitabat,magnitudini respondisse,quãquam maximus esset elephas, cuius 131
admirabilis quędam prudentia,& indulgentia perspecta est.Rege nanque adhuc incolumi,hostes furens uastabat proterebátque: ut uerò complurimis iaculis saucium sensit, ne his defl̃ueret ueritus, sensim humi se genibus submittit. Inde paulatim ex corpore tela proboscide eximebat. Capto Poro, cùm ex eo sciscitaretur Alexander, quonam modo eum pertractaret,Pro regia dignitate, respondit. Rursus interrogante,num quicquam aliud diceret,Vniuersa,inquit,regia dignitas continet. Quamobrem eum non modò solitis imperitare terris siuit, uerùm insuper eius auxit imperiũ. Deinde plurimos uastat, in quibus quindecim nationes suis legibus institutísque uiuentes esse traduntur:egregia præterea oppida quinque millia numero,uicíque complurimi.Aliam quoque hac triplò ampliorem regionem cepit,cuius æqualem suum 132
Philippum præfectum designauit. Ex eo prælio Bucephalus non statim,sed ut plurimi prodidere, post longas uulnerum curationes expirauit. Refert Onesicritus eum senio ac labore confectum occubuisse. Triginta nanque annos natus moribundus *Curtius lib. 9*
iacuit,cuius mortem acerrimè indoluit Alexander,amicum quendam ac familiarem *Strabo lib. 15*
amisisse se existimans.Super eo penes Hydaspem conditam urbem Bucephaliam appellauit.Cane etiam Perita nomine à se nutrito,quo plurimùm delectabatur,amisso, urbem eius nominis ædificauit.Hoc Sotion à Lesbio Potamone accepisse se refert.Ex eo prelio obtusior Macedonibus factus animus:quę res illos ne ad interiora Indię penetrarent reprimebat, haud immemores quanto cum labore uiginti peditum millibus,duobus equitum, instructissimas Pori acies profligauerint. Proinde Alexander 133
cùm eos ad traiiciẽdum Gangem traheret,totis refragabantur uiribus. Eius quidem fluminis latitudinem duorum & triginta stadiorum,profunditatem uerò * passuum * ὀργυιὰς
centum esse audierant: aduersas præterea ripas armis, equis ac elephantibus infestas. Ibi enim Gãdaritarum ac Prasiorum reges cum octoginta millibus equitum,uiginti peditum, octo curruum, sex bellacissimorum elephantum operiri rumor nec inanis quidem erat. Androcottus nanque paulò pòst imperitans Seleucum quingentis donauit elephantis. Idem uniuersam peragrauit Indiam, sexcenta hominum millia ducens, quibus uictor cuncta subegit. Alexander igitur primò se intra tentorium ira ac dolore continere, nullam militibus, nisi Gangem transmitterent, rerum ge-
134
starum gratiam habere,reditum uerò apertam cladis acceptę confessionem esse. Qua in re præsto amicos adesse,cúmque consolari,subinde milites lachrymis,& eiulatu ad fores supplicare. His rebus placatus Alexander, retrò castra duxit, multa prius ad

comparandam gloriam doloſa ac ſimulata commentatus: maiora enim arma, ſublimiora equorum preſepia, fræna etiam grauiora ſparſim reliquit. Deorum aras condidit, quas in noſtram quoque ætatem Praſiorum reges prætereundo uenerantur, ſacráque ritu Græcorum perficiunt. Androcottus cùm adhuc impubes eſſet Alexandrũ uiderat, is poſtremò ſæpe dicere ſolebat, propè potiturum Alexandrum fuiſſe rerum, regis propter improbitatem, & genus ignobile odio habiti atq; deſpecti. Inde Oceanum uidere auidus, inſtructas remis carinas, conſertásq; rates ad quoſdam tranſmiſit fluuios, quibus paulatim deueheretur. Ea nauigatio haud omnino tranquilla & imbellis, Alexandrum multis excepit preliis. Vrbes adortus omnia in deditionem recepit. Apud Mallos, quos Indorũ pugnaciſſimos eſſe fama eſt, ferè trucidatur. Nã oppidanos è muro ſagittis profligatos cùm deturbaſſet, per ſcalas prior murum aſcendit. Quibus fractis, cùm diſpoſitis interius ſub muris hoſtibus, uulnera ex inferioribus accepiſſet, cum pauciſſimis in medios ſe prouoluit hoſtes: ubi cùm fortè ſtetiſſet, micantia criſpãs arma, barbari ſe quendam humana auguſtiorem forma ſpectare rati, palantes profugêre: ut uerò illum duobus tantummodo clypeatis militibus ſtipatum uident, ipſum armis ſeſe obtegentem haſtis atque enſibus undique occurrentes petunt. Quidam eminus arcum adducens, ſagittam in illum tantis uiribus tantóque emiſit impetu, ut tranſuerberato thorace ſub mammæ oſſibus infixa permanſerit. Quo uulnere cùm remiſſum corpus collaberetur, eius author ictus uelox affuit barbaricum enudans gladium. Contrà Peuceſtas atque *Limnæus ſeſe pro rege oppoſuerunt, ex quibus cùm ſaucio utroque Limnæus occubuiſſet, ſolus Peuceſtas propugnans perſtitit. Alexander autem cùm barbarorum plures obtruncaſſet, multis ſaucius uulneribus ictu in ceruice recepto, muro corpus ita, ut hoſtes conſpicarẽtur applicuit, donec illum circunfuſa Macedonum manus arriperet, & amiſſo ſenſu, referrent in caſtra, ut mox per exercitum ſermo manarit, regem expiraſſe. Aegrè autem ac magno cum labore reſectis haſtilibus, thorace uix tandem exuto, medici in diuellẽda ferri acie, quæ oſſe penitus inſederat, occupãtur. Cuius quidem latitudo trium digitorum, longitudo uerò quatuor fuiſſe perhibetur. Quamobrem fugiente anima, uitam penè mors oppreſſit. Exempta tamen cuſpide reparatis ſenſibus diſcrimen euaſit. Cùm eius languor domi per ciborum obſeruationem ac medicamenta diutius ageretur, à Macedonibus tumultuari in caſtris cœptum eſt, qui ſuum uiſere regẽ cuperent. Id ubi ſenſit Alexander, ſumpta trabea diis immolauit, ac rurſum in tabernaculum rediit, inde lectica delatus loca plurima, & magnas euertit urbes. Decem quoque gymnoſophiſtas, qui Sabam maximè ad defectionem ſolicitauerant, plurimíſque Macedonas malis afflixerant, in poteſtatem redegit, qui ad ſuccinctè reſpondendum acuti ac perſpicaces erant. Dubias quaſdã ex eis quæſtiones ſciſcitatur: qui haud rectè reſpõderit, primò, cæterósque deinceps ſe necaturum præfatus eſt. Cui quidem rei ex his quendam ætate maturiſſimum præfecit arbitrũ. Interrogatus ergo primus, Vtrúmne plures uiuentes an mortuos eſſe cenſeat: Viuẽtes, inquit: nec enim amplius eſſe mortuos. Secũdum cùm interrogaſſet, Maiorésne terra belluas an mare nutriret: Terram reſpondit: eius nanque portionem mare eſſe. Tertium, Quodnam callidiſſimum exiſtat animal: Quod necdum homo noſſet, inquit. Quartum, Quo conſilio Sabam ad defectionẽ ſolicitaſſet: Se illum egregiè uiuere, quàm ignauum mori maluiſſe, ait. Quintum, Vtrum diem ac noctem priorẽ extitiſſe putet: Diem, inquit, die una. Cùm rex admiraretur, Friuola perſcrutãti, friuola quoque referri oportere dixit. Eapropter permutata ſententia, ſextum rogat, Quonam pacto quiſpiam latè imperitans maximam contrahere benevolentiam poſſit: Si optimus, inquit, & terribilis non ſit. Ex reliquis tribus unum percontatus, Quomodo mortalis quiſpiam ſe in deorum numerum referret: Si humanis maiora uiribus opera geſſerit. Alterum, Vitámne an mortem fortiorem opinetur: Vitam dixit, quæ tot aduerſa, & calamitoſa perferat.

Extremum,

Iuſtinus lib. 12. Curtius lib. 9

** Curtius habet Timæus*

Quæſtiones ab Alex. gymnoſophiſtis poſitæ.

Extremum, Quouſque uiuendum homini eſt? Donec mortem uita potiorem eſſe ducit. Inde conuerſus ad iudicem, ſententias dicere iuſſit: qui cùm unum altero deterius reſpondiſſe affirmaſſet, Tu itaque moriere primus, inquit, quòd talia iudicaueris. Minimè uerò ait, ô bone rex, niſi te mendacem exhibeas, qui eum in primis, qui peſſimè reſpondiſſet, te necaturum aiebas. Eos tandem multis ornatos muneribus dimiſit. Tum Oneſicritus mittitur, qui ad ſe quoſdam longè maioris famæ tranquillã degentes uitam philoſophos acciret. Erat autem Oneſicritus philoſophus, qui Diogeni Cynico operam dederat. Is refert ſe à Calano per acerbas admodum contumelias iuſſum indumenta deponere, ut eius uerba nudus audiret, alioqui ſe illum affari minimè uelle, uel ſi ex ipſo Ioue demiſſus adeſſet. Dandamim uerò maiori cum comitate loquutum tradit, eúmque cùm multa de Socrate, Pythagora, Diogenéq; accepiſſet, eos præcipui quidem uiros ingenij commendaſſe, at legum uerecundiam nimiùm ueritos. Alij referunt nihil prorſus niſi hoc ſolum dixiſſe Dandamim, Qua gratia Alexãder horſum tam longa confecit itinera? Taxiles Calano, ut Alexandrum adiret perſuaſit. Cæterùm ei Sphines nomen erat. Verùm cùm Cale Indorum lingua pro ſalue omnibus diceret obuiis, ei Calani cognomentum indidere Græci. Hic eſt, qui Alexandro de principatu ſimilitudinem quandam propoſuiſſe fertur. Nam cùm aridam ac tabentem in medium byrſam pertuliſſet, eius oras calcare pedibus cœpit: dum pars una deprimitur, reliquæ tolluntur in altum, ídque factum in ſingulis eius partibus ſic preſſando obambulans exhibuit, donec occupato byrſæ medio, cunctas tandem ſubſidere partes coegit: quaſi per eam ſimilitudinem ſignificare uellet, impetenda eſſe regni media, nec Alexandro tam longinquis peregrinationibus aberrandum. Inde per fluuios ad Oceanum nauigans, ſeptem menſium tempus abſumpſit. Eò nauibus ingreſſus ad quandam defertur inſulam, quam ille Scilluſtin, cæteri uerò Pſiltucin appellant. Vbi deſcendens cùm peractis ſacrificiis, maris naturam aclittoris, quantùm adiri licebat, contemplatus eſſet, deos precatus eſt, ut nemini ſuæ terminos expeditionis ſuperare daretur in poſterum. Dehinc reuerſus claſſem circa terram Indicam obnauigare dextra iubet, ducem Nearchum, præfectum autem inſtituens Oneſicritum. Ipſe terreſtre iter per Oritas ingreſſus, ad extremam deductus rerum inopiam, magnum exercitus numerum amiſit, ita ut ex India ne quãtã quidem copiarum partem reduxerit, cùm peditũ centum & uiginti millia, equitũ quindecim habuiſſe conſtet, Eos nanq; graues morbi, uictus acerbus, æſtus aridiſſimi, ac dura abſumpſit inedia. Incultam enim, & ſterilem peragrabant regionẽ hominũ ferino more degentium. Hi paucos admodum, & degeneres alunt ouium greges, quæ marinos ſolitæ piſces depaſci, tabentem odoris tetri carnẽ habent. Ea loca labore maximo ſexaginta tamen diebus emenſus, in Gedroſiam peruenit, ubi reges ac præfecti magnã rerum copiam uniuerſo comparabãt exercitui. Hîc pro refocillandis curandíſq; militibus ſeptem dierũ ſodalitia, & conuiuia per Carmaniam egit. Erat præterea quadrata menſa ſublimis extructa, quam octo inuectam equis Alexander ſodalésq; noctu pariter ac die iucundis celebrabant epulis. Multa ſubinde carpenta ſequebantur, partim purpureis ac uariis inſtructa uelaminibus, partim recentes arbuſculas & uirides ferentia ramos, quibus familiaribus regiis coronatíſque proceribus, dum potatur umbracula fierent. Nuſquam uerò peltam, caſſidem, ſariſſámue conſpiceres: at phialas, pateras, atque pocula, & tota ſemita ingentibus doliis crateribúsq; proluentes ſeſe milites, ínque uicem tum eundo, tum cubando propinãtes. Comeſſationes fiſtularum ac tibiarum cantibus, tum carminibus, & laſciuis mulierũ ſaltibus paſſim agebantur. Fuſos autẽ & uagantes per cuiuſdam bacchanalis petulantiæ iocum Alexander cum phialis inſectabatur, & procacem turbam quaſi deus ipſe longo præmittebat ordine. Profectus intra Gedroſiorum regiã, denuo cum exercitu feſtos inſtituit dies, ubi cùm ad ſpectandos decertantium cœtus poſt largiorem potum ueniſſet, Bagoas

Curtius in fine noni.

ludorum prefectus, quem amabat unicè, post reportatam uictoriam ornatus per medium incedens theatrũ, penes Alexandrum consessum se tulit. Quod conspicati Macedones ingentibus acclamauere plausibus, útque illum suauiaret certatim exhortabantur, donec illum Alexander per longa suauia complexatus est. Interea redeunte Nearcho, ubi eius nauigationis memoranda cognouit, lætatus, ingenti per Euphratem classe statim fertur. Inde Arabiam ac Libyam emensus, per Herculeas columnas mediterraneum ingredi adortus, multimodas moliri naues * Thapsaci cœperat, nautas undique gubernatorésque contrahens. Verùm cùm superiorum locorum expeditio compluribus affecta cladibus, ínque Mallorum expugnatione magna copiarũ internicio uulgaretur, nulla etiam Alexandri ex uulnere accepto incolumitas speraretur, subditi ad defectionem suscitari, duces & satrapæ per auaritiam & superbiã cũcta uiolare, prorsus omnia perinde ac salo perturbata permisceri, nouarũ cupido rerũ exoriri. Tum Olympias & Cleopatra aduersus Antipatrum mota seditione, regnũ diuidere. Olympias quidem Epirum, Cleopatra uerò Macedoniam inuaserat. Quod ubi renuntiatum est Alexandro, Præstantius, inquit, matris extitisse consilium. Nec enim Macedonas fœminæ imperium æquo passuros animo. Eapropter cunctam orã maritimam bellis uexare uolens, rursus ad mare Nearchum cum classe misit, ipse reuertens in flagitiosos quosdam præfectos acriter animaduertit. Ex Abulitis filiis unũ Oxiartem nomine sarissa transuerberatum occidit. Ipse Abulites cùm nullum ei cõmeatum præparasset, tria millia numûm talenta attulit. Id argentum equis apponi iussit Alexander, quibus minimè gustantibus, Quænam nobis, inquit, tui commoditas apparatus? confestímque trusit in carcerem. Hinc profectus in Persas, numismata mulieribus erogauit. Is nanque mos erat regibus, ut quoties in Persas irent, mulieribus aurum distribuerent. Quam ob causam quidam rarò, Ochus uerò nunquam in Persas isse traditur, qui ob tenacissimam uilissimæ rei parcitatem se patriæ extorrem fecerit. Postea Polymachum* Pellæum, quòd Cyri sepulchrum demolitus esset, necauit, quanquam uir illustrissimus foret. Eius epigramma cùm legisset, græcis insculpi literis edixit. Id autem erat: Quisquis es mortalium, & undecunque aduenis, Aduenturum enim te scio, Cyrus sum, qui Persis imperium quæsiui. Hoc igitur humi paululum, quo meum corpus obtegitur, mihi ne inuideas. Ea res Alexandri animũ uehementer affecit, cùm incertum ac permutabilem rerum contemplaretur exitum. Hîc Calanus haud dudum aluo uexatus strui sibi pyrã orauit, quò delatus equo postquam adoratis prece numinibus sibiipsi parentauit, tonsúmque crinem uti primitias quasdã iniecit, prehensos dextera Macedonas obsecrauit, ut illã lætitiæ diem cum rege simul potantes exigerent, quẽ paucis pòst diebus Babylone uisurũ se dixit. His dictis pyram ascendit, ubi ita opertus occubuit, ut propius admota iam flamma nullũ omnino corporis motum dederit, at eo quo lapsus erat gestu perpetuè cõseruato, patriæ ritu ac suorũ instituto philosophorũ, seipsum immolauit. Hoc itidẽ cõpluribus annis pòst alius Cæsaris comes quidam Indus Athenis fecit, & adhuc ipsum cernitur monumentũ, quod Indi sepulchrũ nominatur. Cremato Calano Alexander cõuocatis amicis ac principibus solenne cõuiuium instituit, in quo uinariæ potationis certamen & coronã uictori proposuit. Bibacissimus omniũ Promachus quatuor ingurgitans congios palmã meruit, & unius talenti coronã accepit, tribus tantùm postea superstes diebus: cæteros unum & quadraginta potando spiritũ eructasse Chares tradidit. Cõstat enim ei symposio acerrimũ intercidisse frigus. Post hæc sociorũ coniugia Susis celebrat. Darij quidem filia Statira in matrimoniũ accepta, primarias optimatibus collocat. Reliquis quoq; Macedonibus, qui iam pridẽ uxores duxerãt, commune instruxit epulum. Cui cùm nouem millia conuiuarũ interessent, unumquenq; ad peragenda libamina, aurea donasse phiala dicitur. Ad cætera miro quodã splẽdore munificẽtissimus. Aes enim alienũ creditoribus soluit: cuius quidẽ impensæ summa

145 * Θάψακος πόλις Συρίας πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, quã quã exẽplar græcũ Θάψακον habet, et Curtius Capsagas.

146 * Πέλλα πόλις Μακεδονίας

147

148

Iustinus lib. 2.

149

nouem

nouem millium octingentorum ac septuaginta talentûm fuit. Monoculus Antigonus cùm grãdem se mutuatum pecuniam falsò diceret, subornatum creditorem adduxit, qui se illam mutuasse affirmaret, quam cuestigio restituit. Eum inde mendacij conuictum ira percitus Alexander eiecit ab aula, & præfectura priuauit. Erat autem clarissimus bellator Antigonus. Is dum adhuc iuuenili esset ætate, Perinthum obsidente Philippo, missa in eum è catapulta sagitta transuerberauit oculum, quam parãtibus nonnullis eximere, prohibuit, nec ãntè pugna excessit, quàm fusum intra mœnia fugasset hostem. Cæterùm ea ignominia tanto dolore percusserat Antigonum, ut nemini incertum foret quin sibi mortem cõscisceret. Hoc ueritus Alexander, ira posita, illi iussit argentum reddi. Interea puerorum, quos triginta millia numero, studio ac disciplina exercendos reliquerat, robusta excreuerant corpora, egregia erat indoles, híque ab exercitatione promptissimi miram quandam, & strenuam præ se ferebant agilitatem. Quæ res Alexandro uoluptatem & lætitiam, Macedonibus mœrorẽ metúmque pepererat, quòd minori se regi curæ futuros existimabant. Quamobrem cùm imbecilles, manci, & bello inutiles domum dimitterentur, se per contumeliam ac uituperium negligi dictitabant: se per omnes antea præliorum usus ductos, nunc cum dedecore emeritos patriæ ac parentibus reiici, quòd olim haud tales acceperat. Proinde cunctos dimitteret aiebant, omnésque Macedonas imbelles uocet & inutiles, hosce iuniores nactus Pyrricham saltaturos cum eis peragret, orbis terrarum imperium quæsiturus. Ea grauiter ferens Alexander, pòst multa conuitia uehementer illis succensuit, & reiectis ipsis, corporis sui custodiam Persis credidit, Persas satellites, Persas apparitores instituit. A quibus cùm Macedones stipatum Alexandrum, se uerò ignominiosè reiectos cernerent, non modò mitiora loqui, sed & æmulatione, & iracundia insanire cœperunt. Vnanimi tandem consilio positis armis, interiori duntaxat retenta tunica, regis tabernaculum clamore, & lachrymis adiere, se illius potestati quocunque uocaret condonare, sese iniquos ingratósque fateri: & haud tamen ipsos, tametsi magna ex parte placatus, admisit. Hi nihil absistere, & geminos adesse dies ac noctes totidem, fletibus lamentísq; suum appellare regem. Tertio progressus die, miserando afflictóque illos conspicatus habitu, diu illachrymasse traditur: eis inde nũc modestè incusatis, nũc comiter appellatis, complures bello inutiles exauthorauit, magnificentissiméque donatos dimisit. Scribens etiam ad Antipatrũ, eis ad spectãda certamina priores in theatro sedes obsignari, coronatósq; sedere iussit. Defunctorum quoq; liberos pupillos paterna contrahere stipendia uoluit. Hinc ad Ecbatana Mediæ profectus, ubi necessaria regni dispositi, spectacula denuo, & solẽnes indixit dies. Quas quidẽ ad res tria artificum millia ad ipsum ex Græcia missa peruenerãt. Illis fortè diebus febricitabat Hephæstion: qui cùm ætate integra, & militari consuetudine subductũ per abstinẽtiã cibum ferre nequiret, Glaucum medicum in theatro nactus absentem, gallum prandit assatum, & ingẽtem uini craterem hausit: quamobrem inualescẽte morbo, paucis pòst diebus moritur. Hũc tam acerbissimum casum Alexander nulla ratione, aut modestia pertulit: at continuò in eius luctu equis mulísque tonsis, finitimarum urbium pinnacula diruit: miserabilem uerò medicum cruci suffixit. Tibiis & cæteris instrumentis diu in castris cani uetuit, donec ex Hammone delatum oracullum Hephæstioni, tanquam semideo, diuinos honores ac sacrificia indixit. Ad mitigandum doloris magnitudinem ad prelium, perinde ac hominum uenationem, egressus, Cossæorum gẽtem euertit, uniuersis per omnem ætatem trucidatis. Id factum Hephæstionis inferias appellauit. In eius funere, tumulo & huiusmodi ornamentis decẽ millia talentûm dedit, ut qui artificio & magnificentissimis apparatibus omnem impẽsam superare magnopere cuperet. Stasicratem maximè dilexit inter artifices, cui superbam operis magnificentiã pollicẽti animum adiecit. Is est, qui Thraciæ montẽ Athon in hominis statuã maximè formari exculpíq; posse dicebat:

151 Πυῤῥίχη ἢ ἐν ὅπλοις ὄρχησις.

152

Strabo lib. 11

Hephæstionis obitus.

153

proinde ſi iuſſerit, ei perpetuam ac nobiliſſimã ex illo imaginẽ effingere uelle, cuius
læua urbem, quæ dena millia hominum capiat, amplexetur: dextra uerò labentis ad
mare fluuij abundantiſſimos libaret latices. Id neglexit Alexander, ut qui magis ar- 154
dua longéq; magnificentioris induſtriæ cum ipſis agitaret architectis. Ei poſtmodũ
Babyloniam petenti ueniés obuiam Nearchus (is enim ex magno rurſus mari in Eu-
phratem iam nauigauerat) in quoſdam incidiſſe ſe Chaldæos inquit, qui Alexandrũ
ut procul Babylone abeſſet, admonebant. Quod cùm pauci faciens procederet, pro-
pinquus urbi complures altercantes ſéque mutuò ferientes coruos aſpexit, ex quibus
nonnulli penes illum delapſi ſunt. Inde cùm Babylonis præfectus Apollodorus pro
eo immolaſſe renũtiaretur, accitus aruſpex nomine Pythagoras ita factum affirma-
uit. Hoſtiæ modum conditionémque percontanti Alexandro, ſine capite iecur exti-
tiſſe reſpondit: Papæ, inquit, dirum hoc prodigium. Inuiolato dein miſſo Pythago-
ra, Nearcho non obtemperaſſe pigebat. Subinde plurimùm temporis extra Babylo- 155
nis mœnia per Euphratem nauigans terebat. Cæterùm multa ipſum prodigia pertur-
babant. Ex his enim quos educabat, leonem quendam eximiæ magnitudinis ac for-
mæ manſuetus aſellus calcibus exanimarat. Alexander poſitis ut ungeretur ueſtibus,
dehinc pila luſit. Poſtea cùm colludentes adoſcentuli ſuos receperunt amictus, ſedẽ-
tem in ſolio tacitum conſpicantur hominem diademate ac regia ornatum ſtola. Il-
li cùm ex eo quiſnam mortalium eſſet diligenter perſcrutarentur, diu manſit elin-
guis. Vix tandem ad ſe rediens, Dionyſio ſibi nomen eſſe, ſéque genere Meſſenium
Cælius lib. 1. cap. 34. ait, ob quandam criminationem horſum ex mari delatum, longum in uinculis tem-
pus exegiſſe. Nuper ad eum acceſſiſſe Serapin, ipſúmque laxatis compedibus hoc in
loco conſtituiſſe, ac dixiſſe, ut accepto diademate ſimul & ſtola ibi ſedens contice-
ceret. Hæc audiens Alexander, iubentibus ariolis hominem perdidit. Tum ſpe de- 156
ſtitutus grauiter angebatur animo, iam deos & familiares ſuſpectos habens, & præ-
ſertim Antipatrum ciúsque filios reformidans, quorum Iollas pincerna regius erat.
Caſſander nuper aduenerat, qui quoſdam barbaros regem adorare conſpicatus, ut
qui inter mores educatus Græcienſes tale nihil antea aſpexiſſe conſueuerat, ſolutio-
res effudit cachinos. Quapropter ira ſtimulatus Alexander, utraque manu com-
prehenſa iuuenis cæſarie, parieti caput illidit. Rurſus cùm incuſantibus nonnullis
Antipatrum, contradiceret Caſſander, eum refellens Alexander, Quid ais, inquit,
nihilo uiolatos homines tam longis cõfectis itineribus calumniatum adueniſſe? Aſ-
ſerente Caſſandro id eſſe calumniarum indicium, quòd longo, ne redargui queant,
proficiſcantur itinere: id ridens Alexander, Hæc illa, inquit, Ariſtotelis ſunt ſophi- 157
ſmata, quæ utrique plorabũt, ſi quenquam à uobis uiolatum eſſe comperero. Quam
ob cauſam tam impreſſus Caſſandri animo pauor inſederat, ut cùm poſteriori tem-
pore ille ſuperata Græcia Macedoniæ imperans Delphos ueniſſet, ibíque deambu-
lans quaſdam contemplaretur ſtatuas, Alexandri occurrit imago, cuius aſpectu tan-
to terrore perculſum repentè concuſſúmque corpus eſt, ut diu pòſt uix ea ſedari mẽ-
tis trepidatio potuerit. Alexander igitur cùm diuinis intenderet rebus perturbatus
ac cogitatione pertrepidatus, omnia noua & inſueta, quanquam perexilia, monſtra
quædam prodigiáque ſuſpicabatur. Proinde hinc immolantes, illinc expiantes, in-
de uaticinantes uniuerſam complerant regiam. Vſqueadeò graue eſt incredula mens
hominum, & contempta numina. Rurſus graue eſt tanta ſuperſtitio, quæ, inſtar a- 158
quæ, ſemper ad ima & decliuia uergens, deliramẽtis ac uano timore, quemadmodum
eo tempore Alexandrum, imbuit. Cæterùm diuina de Hephæſtione allata uaticinia
omnem compeſcuere luctum atque triſtitiam: quapropter inſtauratis ſacrificiis &
ſympoſiis, Nearcho ſolennes apparatus epularum inſtituit. Poſtea more ſuo lotus,
cùm quieti ſe daret, Medius interuenit, quo exorante pergit apud illum per iocum
atque laſciuiam comeſſationem acturus. Ibi cùm poſteram nocti diem potãdo iun-
xiſſet,

xiſſet, epoto nondum Herculis ſcypho, æſtuare cœpit ob febrem, cùm tantus re- *Vide prouer. Seruatori tertium.*
pentè dolor inuaſit, ut tranſuerberatus haſta ſpinam uideretur. Hæc nonnulli per-
inde ac extremum ingentis fabulæ actum tragicum quidem & calamitoſum eden-
tes ſcribendum cẽſuere. Ariſtobulus tradit illum, cùm per febris ſæuitiem ſitim col-
legiſſet, uinum potaſſe: quare mẽtis impotem factum ſuum obiiſſe diem decimoter- *Alexandri obitus.*
159 tio Calend. Quintiles. In diariis de ipſius ægritudine ſcriptum inuenio, ipſum quar-
todecimo Calend. Quintiles, intra balneas ob febrem cubaſſe, poſtridie autem lotum
in cubiculum relatum, inde cum Medio in talorum ludo totam conſumpſiſſe diem.
Veſperi autem loto, ubi rem diuinam perfecit, ſumpto cibo, noctu febrem inualuiſ-
ſe. Vndecimo Calend. ſimulac ſe iterum abluiſſet, ſacrificium de more peregiſſe. Sub-
inde in balneo accubantem Nearchum diligẽter audiſſe dicitur, cùm ſuæ nauigatio-
nis, tum res magni maris explicantem. Poſt hæc decimo Calend. per ſummos æſtus
grauiſſimam noctem perpeſſum, die quoque inſequenti uehementiſſimis oppreſſum
febribus. Poſtmodum ad ingentem in balneo peluim tranſlatum eſſe, ubi de confir-
160 mandis ordinibus, qui duce carebant, longa ad primates habuit colloquia. Octauo,
quanquam urgẽte febre, cùm ſacrificare uellet, ad ſacrificia delatus eſt. Ampliſſimos
inde principes in atrio adeſſe iuſſit: centuriones, reliquóſque præfectos foris excubias
agere. Septimo Calend. in alteram traductus regiam, puſillo ſopore quieuit, haud-
quaquam interim ſe remittente febre. Aduentantibus eò proceribus, uſque ad inſe-
quentem diem nullam prorſus edidit uocem. Quam ob cauſam, cùm mortẽ obiiſſe
crederetur, fremitu ac minis fores obſedere Macedones. Quas poſtquam ui reſeratas
irrupiſſent, uniuerſi ſolis interioribus induti tunicis, eius lectum circũdedere. Ea die
Pythone atque Seleuco ad Serapis oraculum miſſis, percõtantibúsque illúcne Ale-
xandrum ferre deberent, ſinẽdum eſſe eo in loco deus ipſe reſpondit. Deceſſit autem
161 quarto Calend. Quintiles, circa ſolis occaſum. Hæc in ipſius diariis ferè uerbum ex
uerbo ſcripta comperi. Tum nulla ueneni extitit ſuſpicio. Sexto pòſt anno, cùm de
illo renuntiatum eſt, Olympias cæſis compluribus, Iollæ præmortui cineres diſſi-
paſſe traditur, quòd is uenenum temperaſſe crederetur. Quidam Ariſtotelem per-
hibent eius facinoris conſilium Antipatro dediſſe, & omnino illius afferendi ueneni
authorem extitiſſe. Hæc Agnothemis quidam narraſſe dicitur, quæ ex Antigono re-
ge audiſſe conſtabat. Ipſum autem uenenum gelidiſſimam quandam eſſe aquam ex
quadam petra in Nonacride ſudantem ferunt, quam in roris tenuiſſimi morem colli-
gentes, in * aſini reponunt ungula, cætera nullo modo uaſa ſufferre, quin ob tãti uim ** equi, habet Iuſtinus.*
frigoris ſciſſa fatiſcant. Quidam ficta prorſus eſſe, quæ de ueneni potione dicuntur,
162 affirmant. Quibus haud paruum extat indicium, quòd multis poſtea diebus, cùm in-
ter ſe primores de rerũ ſumma diſceptarent, corpus per loca calida ac exæſtuãtia ne-
glectum iacẽs, nullum ueneni ſignum habuit, uerùm recens, immaculatúmque per-
manſit. Roxanen, quia grauida erat, Macedones tunc præcipuis proſequebãtur ho-
noribus. Ea ob æmulationem Statiræ infenſa, ipſam per quandam epiſtolam dolo
circunuenit, qua illam ab Alexandro acciri ſimulauit. Eam adductam cum ſorore
necatam deiecit in puteum, ipſásque conſcio atque adiutore Perdica, multa tellure
iuſſit obruit. Statim enim Perdicas cùm ingentibus erat copiis, ſecum Arridæum,
ueluti quoddam regni munimen trahens. Is autem Philinna ignobili ſcorto
natus, ob aduerſam corporis ualetudinem, non natura aut caſu
accidentem, parum mente conſtabat: uerùm cùm ab
ineunte ætate gratioſos admodum & libe-
rales mores præ ſe ferret, datis ab
Olympiade uenenis, de-
bilitatus animi uires
amiſerat.

Plutarchi Caius Cæsar.

IACOBO ANGELO DE SCARPARIA INTERPRETE.

CINNAE Dictatoris filiã Corneliam à Cæsare distrahere potitus rerũ Sylla uoluit: quod cùm aut metu, aut spe efficere nequiret, eius dotem publicauit. Inimicitiarum uerò Cæsaris & Syllæ causa, Marij affinitas erat. Iuliam Cæsaris amitã uxorem maior habuit Marius, ex qua Cæsaris consobrinus minor creatus Marius. Cùm aliis intento Sylla, post editas in eius dominatu plurimorũ cædes, Cæsar ab ipso se negligi cerneret, haud tamen destitit, quò minus in petitione sacerdotij uixdum pubescẽs populum adiret, à quo mox, aduersante Sylla, repulsus est. Dehinc de ipsius exitio deliberante Sylla, fuere quidam, quibus iniquum esse asserentibus talem necare puerũ, eos amentes esse inquit, nisi in hoc puero multos inspicerent Marios. Hæc ubi ad Cæsarem perlata uox est, aliquãdiu in Sabinis peruagatus delitescebat. Postea, dum per singulas noctes, quanquã per aduersam ualetudinem, in alterum se transferret domicilium, in Syllanos incidit milites, qui per ea disquirentes loca latitantes corripiebant, à quorum duce Cornelio duobus se talentis redemit. Mox ad mare discedens, in Bithyniam ad regẽ Nicomedem traiecit. Apud quem nõ diu uersatus, inde descendens circa Pharmacusam insulam à piratis capitur, qui per id tẽpus nauibus magnis & immensis classibus mare occupauerant. A quibus cùm primùm pro se redimendo uiginti deposcerentur talenta, derisit, quòd qualẽ cepissent uirum, ignorarent: proinde quinquaginta se daturum pollicitus est. Postmodũ suos alium ad aliam ciuitatem pro expediendis pecuniis dimittens, apud immanissimos Cilices mansit cum uno amico, & ministris duobus. Eos autem adeò per contemptũ habuit, ut quoties quieti se dederet, qui silentium illis ediceret, miserit. Ibi multa cum licẽtia duodequadraginta uersatus dies, eos non ut custodes, uerùm ut famulos & satellites habens, nunc ludis, nunc certaminibus prouocabat: interdum carmina, orationésq; conscribens, ipsos ad audiendum inuitabat, quos non admirantes, palàm imperitos, barbarósque uocabat, eos inter ridendum se cruci suffixurum sepe minitans. Quibus in rebus hi magnopere lætabantur, eam loquẽdi libertatem ioco ac simplicitati cuidam attribuentes. Allatis ex Mileto, traditísque ad se redimẽdum pecuniis liberatus, confestim ex Milesiorũ portu instructis nauibus prædones aggressus est, quos adhuc circa insulam cum classe per otium subsidentes maxima ex parte in potestatem redegit. Rebus pecuniisq; direptis, uiros Pergami in uinculis posuit: deiñ Iulium prętorẽ Asiam prouinciam administrantẽ adit, quòd proindè ad eum ex captis supplicia sumere pertineret. Cæterùm is adiectis ad pecunias oculis (nec enim modicæ fuerãt) de captiuis consilium posthac habiturum se inquit. Eum igitur per otium ualere iubens Cæsar, Pergamum profectus prædones ad unũ patibulo affixit, sicut eis multoties in insula commorans ioco prædixerat. Post hæc tabescẽtibus Syllanarum partium uiribus, cùm domum ab amicis uocaretur, Rhodum nauigauit, ut ibi per otium Apollonio Molonis filio (cuius etiam auditor erat Cicero) operã daret, modestissimo quidem uiro & clarissimo dicendi magistro. Cæsari elegantissimam quãdam ciuilis eloquẽtiæ uim à natura insitam fuisse perhibent, in qua eum splẽdidissimè adeò elaborasse constat, ut secundum absq; ulla cõtentione locum obtinuerit, priorem minimè consequutus, dum dicendi rationem, ad quam habilis & natura pronus ferebatur, omittẽs, rei militaris, & urbanorum magistratuum curam suscepit, quibus ex rebus in repub. princeps euasit. Ipse posterius ad Ciceronẽ suos conscribens Anticatones, militaris hominis eloquẽtiam cum grauissimi oratoris ingenio, & in ea plurimũ uersati, comparari debere negat. Romam reuersus Dolabellam repetundarum postulauit, quam quidem ad causam complures Græciæ ciuitates ei testimonia detulerũt. Dolabella tamẽ absolutus est. Cæsar autem Græciæ ciuitatibus, ut ob earum promptitudinem parem referret gratiam, suum cõtulit patrocinium, dum P. Antonio sub Macedoniæ prætore M. Lucullo diem diceret, quòd susceptis largitionibus iudicia corrupisset: ubi eum tãtùm ualuisse liquet, ut Antonius ad Tribunos plebis prouocarit, iniquè secum actum esse commentus, si sibi cum Græcis in Græcia disceptandum sit. Romæ cùm in perorandis causis magnus ei cum gratia splẽdor obtigisset, mox lenitate, clementia, cõsuetudine, studio, magnam ex plebe, quam præter eius ætatem colebat, beneuolentiam comparauit, iámq; sensim, cùm epulis & comessationibus, tum splendidissimis in omni uita moribus non mediocrem sibi in repub. potentiã auxerat, quam principio inuidi deficiẽtibus maturè pecuniis, cùm mox exilem futuram arbitrarentur, florentẽ illam in plebe parui faciebant. Cùm uerò ingens adeò, ut non facilè aduersari possent, increuisset, eam propalam ad res permutandas tendentẽ, serò quidem intellexerunt. Verũ enimuerò nullius rei tam paruum existimandũ initium est, quod nõ assiduitas statim amplificet, præsertim cùm incuria, ne obsistatur, efficit. Primus igitur Cicero, cùm eum rempub. uelut pelagi quædã ridicula, non sine timore cerneret contemnentẽ, tantámque morum grauitatẽ sub illa latitantẽ humanitate perdidicisset, cæteris quidem illius insidiis & meditationibus dominandi consilium introspicere se dictitabat. At uerò cùm molliter adeò pendentes comas, eúmq; unico duntaxat sese scalpentẽ digito, inquit, aspicio, haud profectò hũc hominẽ ad tantùm facinus animum inducere posse existimo, ut Romanæ reipub. moliatur exitiũ. Hæc quidem posterius. Primùm hoc erga se fauoris, & beneuolẽtiæ popularis accepit indicium, cùm C. Pompilium tribunatus competitorem esset nactus, prior desiignatus est: secũdum uerò manifestius; cùm amitam suam Iuliam Marij uxorem defunctã laudauit oratione pro rostris. In efferendo ipsius funere, Marij statuas tũ primùm post Syllæ dominatũ uisas producere ausus est, iam dudũ illius factionis hominibus à senatu hostibus iudicatis. Id nanque Cæsaris factum, reclamãtibus nonnullis, populus lætis excipiens plausibus, clarissimè refragatus, hũc uel præcipuè uirum admirantes, quòd longo post tẽpore decora Marij, tanquã ex inferis in urbem reduxisset. Cæterùm grandiores natu matronas defunctas laudare mos Romanis patrius est, qui in iunioribus haud obseruari solet. Primus Cæsar mortuæ uxoris laudationẽ edidit. Quæ res quandã illi gratiam attulit, popularémq; contraxit beneuolẽtiam, quòd uirum idcirco humanitate ac modestia refertũ censerẽt. Post uxoris sepulturã, quæstor cum Tuberone prætore in Iberiam profectus est, quẽ honorificè semper coluit, ac ejus insuper filium, prætor factus quæstorẽ creauit. Ex eo reuersus magistratu Põpeiam tertiam duxit uxorẽ, ex Cornelia suscepta iam filia Iulia, quam postea Põpeio magno in matrimonium collocauit. Ad impensas autem profusior, breuem ac momentaneam sibi gloriã tam magnis opibus permutare uidebatur, cùm re tamen uera paruis ampliſſima compararet. Antea uerò, quàm ullum inierit magistratũ, mille trecentorum talentũm æs alienum conflasse dicitur. Cõmissa dehinc illi Appiæ uiæ cura, ingẽtes prodegit pecunias. Aedilis x x ac c c c gladiatorũ paria exhibuit. Circa spectacula, pompas atque eõuiuia profusissimis utens sumptibus, uniuersas superiorum munificẽtias obliterauit. Quas ob res affectam sibi adeò plebẽ reddidit, ut unusquisque nouas dignitates, nouósque excogitaret honores, quibus pares illi gratias referrent. Duæ enim Syllanorũ ac Marianorũ cùm Romæ partes essent, pollentibus adhuc maximè Syllanis, disiecti subtrepidíq; Mariani, depressam admodũ humilémq; uitam exigebant. Has attollere stabiliréq; Cæsar uolens, cum ædilitium munus edere magnificentissimè instituisset, conflatas clàm Marij statuas, triumphalésq; uictorias noctu in Capitolio erexit. Vt primùm illuxit, cuncta auro micantia & magnificis in-

Cæsar à piratis captus.

Cæsari secũdus locus in eloquẽtia datus.

Mos Romanis matronas natu grãdiores defunctas laudare.

ſtructa artificiis cernebantur. Trophæa ſubinde Cimbrica inſculptis indicabãtur literis. Quocirca is qui in illis reſtituendis audax adeò fuiſſet, nõ parum timeri cœpit. Haud enim in occulto res erat: cæterùm diſperſus rumor ſtatim ad ſpectãdum eõtraxit uniuerſos. Ibi nonnulli contra Cæſarẽ uoces ſpargebant, ut qui iam diu legibus ac 11
ſenatuſconſultis ſepulta reſtituens inſignia, ciuitatis ſibi dominationem inſtrueret, hiſce illũ rebus experiri populũ, qui tantis talibúsue magnificẽtiis emollitus, mitigatúsque ſit: quam quidẽ ad rem nouella quædã hæc exhiberi præludia. Mariani autem ſeſe inuicem exhortari, quorũ immenſa repentè multitudo prodierat, & magno cum plauſu Capitolium occupare. Multis cùm Marij faciem intuerẽtur, præ gaudio manare lachrymę, tum Cæſarem magnis attollere laudibus, hunc ſolũ Marij neceſſitudine dignum eſſe uirũ. Eas ob res coacto ſenatu, Catulus Luctatius uir ea tẽpeſtate plurimæ inter Romanos authoritatis, multa in Cæſarẽ acerbiſſima præfatus, uulgatum illud inclamauit: Non per cuniculos Cæſarem, uerùm iam machinamentis rempub. occupare. At ubi perſuaſo ſenatu obiecta in ſe refelliſſet, longè magis, qui illũ colere 12
admiraríque cœperant, efferebantur, eúmq; ne cuiquã mentis elatione & eorum magnitudine cederet, hortabãtur: futurũ enim ut ſtudio & fauore populi ſuperatis uniuerſis, princeps exiſteret. Interea defuncto Metello pontifice maximo, cùm põtificatum ſtudio, & diſceptationibus plenũ Iſauricus & Catulus, clariſſimi uiri, & in ſenatu potentiſſimi, peterent, haud propterea Cæſar, quin & ipſe candidatus deſcenderet, ceſſit: cæterùm pari undique fauore ac ſtudio apparẽte, Catulus quò amplior erat dignitas, eò magis euentus incertitudinem reformidans, miſit, qui grandi pecunia Cæſarem, ut ab ea contentione deſiſteret, inducerent. Quibus ille grandiorem ſe mutuaturum, certatímq; enixius petiturum eſſe reſpondit. Inſtãte comitiorũ die, cùm ma- 13
ter eum ad fores uſq; lachrymis proſequeretur, illam cõplexatus dixiſſe fertur, Mater, hodie aut pontificem, aut exulem tuum uidebis filium. Euntibus igitur certatim in ſuffragia tribubus, ſuperior declaratus, non paruum ſenatui & optimãtibus terrorem incuſſit, tanquam ad omne audaciæ genus plebem redactũrus. Quapropter Ciceronem Piſo & Catulus incuſabant, qui inter Catilinarios tumultus occaſionẽ nactus, neci Cæſaris pepercíſſet. Catilina nãque non ſolùm rempub. permutare, uerumetiam omnia confundere, & uniuerſum delere imperiũ machinatus, cùm priuſquam extrema ipſius detegerentur cõſilia, in paruas quaſdã coniecturas inciditſſet, urbe exceſſit, relictis in ciuitate Cethego & Lentulo, qui cõiurationis uices obirẽt: quibus ſi qua in re clàm adiutor, exhortatórque Cæſar extiterit, incertum eſt. Deinde detecta 14
prorſus coniuratione, cùm conſul Cicero unumquenq; de conſciorũ pœna ſententias rogaſſet, cæteri quidẽ dedendos neci homines cenſebant, donec inſurgens Cæſar grauiſſimam & accuratiſſimam ſuper ea re cõcionem habuit, iniquum nec patrij moris eſſe dictitãs, clariſſimos ſtirpe ac dignitate uiros, uel ultimæ neceſſitatis tempore, indicta cauſa necare: quòd ſi donec Catilina debelletur, ipſi per ea Italię municipia, quę Cicero ipſe delegerit, cuſtodiantur in uinculis, poſtea ſedatis pacatíſq; rebus ſenatui de omnibus ſtatuere licebit. Qua in re cũ magnis dicẽdi uiribus peroraſſet, tãtam præ ſe ferre humanitatem uidebatur, ut non modò eos, quibus poſt ſe dicendũ erat, uerũetiam illos, qui antea dixerant, repudiantes priora ad ſuam tranſtulerit ſententiã, donec res ad Catonẽ Catulúmq; peruenit. Quibus enixiſſimè reſiſtẽtibus, Catone inſuper illis grauiſſimã pro cõcione ſuſpicionẽ infligente, homines ut nece multarentur traditi. Egredienti deinde curiã Cæſari magna iuuenum manus, qui Ciceronẽ præſi- 15
dij cauſa circunſtabant, occurrere, nudos intentãtes gladios. Tum Curio obiectu togæ complexus eum eduxiſſe traditur. Cicero quoq; aſpectantes deterruit adoleſcẽtes, ſiue ob plebis metum, ſiue quòd impiã ac iniquam eam cædem duceret. Quòd ſi uerum eſt, haud ſcio quonã modo id utique Cicero, cùm de conſulatu ſuo perſcriberet, tacitus prætermiſit. Verùm enimuerò haud reprehenſione caruit in poſterum, quòd opportu-

Cæſar pontifex max. declaratus.

Catilinæ cõiuratio.

opportuniſſimo aduerſus Cæſarem nequaquam uſus eſſet tẽpore, plebem reformidans, quæ illum mirandũ in modum ambiret: paucis nanque pòſt diebus cùm Cæſar in ſuſpicionem ueniſſet, ab ea ſe purgaturus curiam ingreſſus, in diros incidit tumultus. Diutius autem ſolito ſedente ſenatu, plebs magnis elata clamoribus curiã circũ-
16 ſedere, uirum efflagitantes, & miſſum fieri iubẽtes. Eapropter Cato inopes, ne quid rerum nouarum molirentur, uehementiſſimè pertimeſcens (hi enim ſpem gerentes in Cæſare, reliquã multitudinem ſuccendebant) ſenatui perſuaſit, ut menſtruum in plebem frumentum partiretur. Quæ quidem largitio cæteris annuis impẽſis quinquies uicies ſeſtertiũm adiecit. Id manifeſtè conſilium magnum in præſentia terrorem extinxit, & plurimùm ex potẽtia Cæſaris, tum abſcidit, tum diſſipauit, eo præſertim tẽpore, cùm prętură initurus, terribilior ex eo fieret magiſtratu, ex qua tamẽ haud turbulentum quippiam obtigit. Tum Cæſaris domum acerbus quidam caſus inuaſit. Erat P. Clodius uir cùm nobili genere ortus, tum diuitiis eloquẽtiáq; præclarus, nulli *P. Clodius.*
17 autem uulgatiſſimorũ hominum ſuperbia ac procacitate ſecũdus. Hic Cæſaris uxorem Pompeiam, nec inuitã quidem adamabat: at ea diligenti cuſtodia obſeruabatur. Cæſaris enim mater Aurelia ſingulari pudicitia mulier uſquequaque aderat, nurúmque excolebat, ita ut difficilem ac periculoſum illis congreſſum & colloquia faceret. Romæ Bona dea colitur, quam Græci Gyneciam nominant. Eam Phryges Midæ ne- *Bona dea.*
potes, regis parentem aſſerunt. Romani Dryada puellam, Fauni uxorem exiſtimant. Nõnulli Græcorũ illam ex Liberi matribus eſſe, * quam ne fari liceat. Vnde & mulie- * τὴν ἄῤῥητον
res cùm feſtos ei dies peragunt, tabernacula uiniferis intexunt ramis, ſacrum inſuper draconem deæ ſecundum fabellã erigunt. Dúmque illi ſacra celebrantur, neq; eò uirum accedere, neque domi adeſſe fas eſt. In eis ſacrificiis ipſæ inter ſe mulieres multa
18 Orphicis conſentanea facere traduntur. Cùm igitur ea inſtant ſolennia, uir ipſe, ſeu prætŭram, ſeu conſulare gerat imperiũ, cunctíque mares unà emigrãt, uxor domum ornatiſſimè extruit: ibi maxima ſacrorũ pars noctu peragitur, promiſcua ſonis & cãtibus ioca longas exercent uigilias. Has eo tempore cæremonias celebrãte Pompeia, Clodius, cui nõdum genas prima lanugo ueſtierat (eam enim ob rem latẽre ſperauerat) aſſumpto pſaltriæ amictu apparatúque, illò commeat, teneræ uultu puellæ perſimilis. Is igitur apertas offendẽs fores, ſecurus à conſcia rerum ancilla intromiſſus eſt. Quæ ad Pompeiã, ut rem aperiret accurrẽs, cùm tardiuſcula rediret, interea loci Clodius expectationis impatiens, errabundus ſpatioſa luſtrat atria, lumina uſquequaque fugiens. Cui obuia quædam Aureliæ pediſſequa, eum perinde ac fœminam fœmina,
19 ut modularetur, prouocabat. Recuſante uerò, illa in medium protrahens, quænam & unde ſit, rogat. Clodius cum ſe Pompeiæ ancillã, quę Ancilla quoq; nomine uocabatur, præſtolari ſe diceret, uoce ſua proditus eſt. Quapropter ſublato clamore, pediſſequa ſtatim ad lumina turbásque profiliit, uirum comperiſſe uociferans. Tum trepidantibus paſſim mulieribus, Aurelia interruptis occultatísque deæ ſacrificiis, ſimulac fores clauſit, ardentibus cæreis domum circuit, Clodium ueſtigans. Is demum in ancillæ cubiculo inuentus, quò agnitus profugerat. Hoc patefactum modo Clodium è ianua mulieres perturbant. Abeuntes inde matronæ eadem confeſtim nocte rem ad ſuos exponũt coniuges. Vbi illuxit, frequens per ciuitatem rumor it molitum impia Clodium, nõ ſolùm iis, quos ignominioſè affecerat, uerumetiam diis & ciuitati pœ-
20 nas ac ſupplicia debentem. Quidam igitur ex Tribunis plebis eum pollutarum cæremoniarum poſtulauit. Aduerſus quem & potentiſſimi ex ſenatoribus uiri, aliarum quoque libidinum & grauiſſimarum procacitatum teſtimonia dixerũt, & ſororis inceſtum addentes, quam nuptam Lucullo corruperat. Contra horum ſtudia ſeſe plebs oppoſuit, Clodium obnixè defendens. Quam quidem ad rem id potiſſimùm conduxit, quòd terrore multitudinis conſternati iudices erant. Cæſar ſtatim repudiata Põpeia, cùm teſtis in reum citaretur, nihil eorum, quæ in Clodium obiecta dicuntur,

nosse respõdit. Quod uerbum cùm præter astantiũ spem obuenisset,interrogauit accusator,Cur igitur uxorem repudiasti?Quoniam meam,inquit,neque suspicionibus obnoxiam esse oportere censui. Quidam hæc ita sentientẽ dixisse Cæsarem perhibẽt: 21
quidam,ut gratiã plebis iniret, quam pro Clodij salute magnopere solicitã animaduertebat.Cæterùm eam Clodius accusationẽ euasit, iudicibus maxima ex parte confusis adeò literis sententiã edentibus,ut ne,si condemnassent,multitudinis discrimen adirent,aut si absoluissent,ex optimatibus infamiam consequerentur. Cæsar ex prætura prouinciam sortitus Hispaniam,cùm proficiscẽti creditores magnis clamoribus impedimento essent,cõfugit ad Crassum,qui Romanorum ditissimus,aduersus Põpeij in repub.potentiã,acri Cæsaris ingenio ac feruore simul egebat: Crasso cõtra inexorabiles maximè ac importunos creditores cum triginta & octingentorum sponsione talentorum interueniente,Cæsar in prouinciam abiit.In transitu Alpium,cùm 22
quoddam barbarorum oppidulum paucis admodum, ac mœstis habitatum incolis præterueheretur,comites eum ioco & risu ita percontati tradũtur: Num hîc aliquas esse putas principatus ambitiones,dignitatúmq; certamina, & mutuã inter se potentum inuidiam?Quibus Cæsar seriò:Mallem equidem inter ipsos primus,quàm inter
Ambitio Cæsaris. Romanos esse secundus. Iterum in Hispania cùm otium nactus res quasdam Alexandri pictas perlegeret,secũ diu cogitabũdus,dehinc illachrymasse traditur. Cuius rei causam admirantibus sociis,Nónne,inquit,iure dolendũ arbitramini,quòd huius ætatis Alexãder tot gentes suo subdidisset imperio,qua nullum adhuc præclarum facinus ipse gesserim?Quamobrem continuò rebus gerendis innitens, Hispaniã obiẽs, 23
intra paucos dies cohortes decem comparat,quas aliis uiginti coniungeret. Mox expeditionem contra Calæcos & Lusitanos agẽs, cuncta uictor ad Oceanum usq; perdomuit. Prostratas gẽtes tum primùm Romano subiecit imperio.Bellicis deinde rebus optimè constitutis,profectò haud deterius togatas in pace disposuit, ciuitatibus usquequaque concordiam & amicitiam peragens,præcipuè uerò in medendis debitorum & creditorum disceptationibus intentus,iussit,ut ex debitorum prouentibus duas quidem creditor partes quotãnis desumeret,reliqua dominus quoad æri alieno satisfeciisset,frueretur. His rebus magna sibi gloria parta, è prouincia decessit magis atque magis opulentus factus, cùm suos quoque milites ingentí præda exuuiisq; di-
Mos petendiũ triumphũ & consulatum. tasset,à quibus imperator consulatus est.Mos erat,ut qui triumphum ducturi essent, extra urbem aliquandiu moram protraherent: qui uerò consulatũ peterent, necessariò in urbe præsentes adessent.Cæsar in huiusmodi constitutus ambiguitatibus,quo- 24
niam comitiis consularibus aduentarat, misit qui à senatu impetraret,ut per amicos absenti etiam sibi consulatum petere liceret.Eius postulatis primùm Cato,cum legis aduersatus auxilio,mox, ut complures à Cæsare delinitos aspexit, rem temporis prolixitate refellere cœpit,totã orando diem conterens. Eapropter omisso Cæsar triumpho,ad consulatum animum applicare statuit,statímq; urbem ingressus astutum adoritur consilium,quod præter Catonem uniuersos fefellit homines.Id autem extitit, Pompeij Crassíq; potentissimorũ ciuium inimicitiarum depositio. Quos ubi Cæsar ex simultate in gratiam reduxisset, ex duobus non paruam in se potẽtiam transferẽs, magna permutatione rempub.labefactauit:quod cæteros latuit,adeò plena humanitatis ipsius rei erat appellatio.Nec enim,ut plurimi existimant, Põpeij ac Cæsaris ini- 25
micitia,sed amicitia potius bellũ ciuile peperit.Qui cùm ad dissoluendã optimatum potentiam primùm unanimes coissent,mutuas postmodum inter se discordias & odia contraxerunt.Catoni uentura sæpenumero præuaticinanti euenit,ut eo quidem tempore importunus homo & superuacanea disquirens putaretur,posterius eius sapientiam atque consilium optimum quidem,sed parum prosperũ prædicabant. Cæsar Crassi & Pompeij amicitia utrinque munitus,ad cõsulatus petitionem deductus, cum Calpurnio Bibulo consul creatus est. Is ut magistratum iniit, leges non consu-
li,sed

li, sed audacissimo cuipiam tribuno conuenientes, ad plebis gratiam & uoluptatem tulit,nunc agri uiritim diuidendi,nunc largitionis impartiundæ. Honestissimis autem & præstantissimis in senatu uiris obnixè refragantibus,Cęsar dudum occasionis 26
indigens, sublatis clamoribus obtestatus est, sese ad plebem confugere,ad quam colendam nõ sponte,sed necessitate & senatus insolentia & acerbitate compellebatur, ad eámque prosiliit,& assistẽtibus hinc Crasso,inde Pompeio, utrunque, legésne approbarent,interrogauit. Quibus approbare se affirmantibus, orauit ut auxilio adessent,& quos aduersantes cernerent,minis & gladiis absterrerent.Quod hi facturos se polliciti sunt.Pompeius etiam adiecit, se non modò aduersus enses cum ense affuturum,uerùm & clypeum insuper allaturũ.Id dictum haud paruum optimatibus mœrorem iniecit,alienam ab ipsius uerecundia,& ea,quæ senatui debebatur,ueneratio- 27
ne indignam,quin furiosam potius,& puerilem uocem audientibus. Hæ res magnã plebi uoluptatem afferebant. Cæsar,ut maiorem in modum ex Pompeij potẽtia fructum legeret,filiam suam Iuliam Scipioni Seruilio antea desponsatam Pompeio despondit, Pompeij filiam Seruilio se præbiturum asseuerans, nec illam quidem indesponsatam, quin Fausto Syllæ filio collocatam. Ipse paulò pòst Calpurniam Pisonis filiam uxorem duxit, quem successurum sibi consulem ipse crearat, obtestante multúmque uociferante Catone, rem haud sanè tolerandã esse, præturas ac imperia per nuptiarum lenocinia uendicari,ínque uicem prouincias,exercitus & copias,propter huiusmodi mulieres in seipsos traduci. Cúmque Cæsaris collega Bibulus frustra cõtra legum promulgationem intercederet, & persæpe unà cum Catone in foro uitæ 28
discrimen adisset, sese domi concludens,totum magistratus tempus exegit. Peractis nuptiis statim Pompeius referto militibus foro ad promulgãdas leges socium se authorémque præstitit.Omnem subinde Cæsari transalpinam citeriorémque Galliam adiecto Illyrico, cum legionibus quatuor, in quinquennium administrandam adiudicauit. Quibus rebus contradicentem obnixius Catonem Cæsar in carcerem adduci iussit, eum ad tribunos prouocaturum existimans. Ast ubi Cæsar illum,ne uoce quidem emissa uadentem cerneret, nec solùm primores grauiter & iniquè ferentes,sed & plebeos ob Catonis reuerentiam ac uirtutem tacitos mœstósque consequẽtes,unum ex tribunis plebis clàm obsecrauit,ut Catonem è manibus lictorum auferret. Dehinc ex senatoriis uiris pauciſſimi ad eum in curiam conueniebant, reliqui 29
molestè tolerantes, quàm procul abibant.Confidius quidam natu pergandis idcirco non aduentare senatores dixerat, quoniam illius arma militésque pertimescerent. Cui Cæsar, Quid tu,inquit,hæc quoque reformidans non te domi contines? At Confidius,Senectus me facit intrepidum. Cui enim parum uitæ supereſt,quid magna illi » prouidẽtia opus est? In Cæsaris autem cõsulatu turpissimè factum id iudicatur,quòd creatus sit Trib. pleb. Clodius ille, qui & rem uxoriam, & arcanas noctis cæremonias temerasse ausus est. Ad Ciceronis autem perniciem delectum fuisse cõstat. Nec prius Cæsar in expeditionem profectus dicitur, quàm Ciceronem & Clodium turbulentis inter se altercationibus irritasset, eúmque eiecisset Italia. Hæc quidem ante bellum Gallicum confecta tradũtur. Tempus autem bellorum, quæ deinceps gessit,& expe- 30
ditionũ, quibus pacatam reddidit Galliam, aliud quoddam uitæ principium, ac gerẽdorum nouam quasi uiam instituit, ita ut summorum uirorum & clarissimorum ducum neminem huic & bellatori & imperatori præponendum censeas.Nam si quis Fabios,Scipiones,Metellos,& ætatis suæ,aut paulò superioris duces,Syllam,Marium, utrunque Lucullum, & ipsum denique Pompeium, cuius cõmoda in re militari uir- *Cæsar in re militari omnibus præferendus.*
tus & gloria ad cælum usque perfloruit,comparãdos duxerit, profectò Cæsaris gesta superant: hunc quidem locorum asperitate,in quibus ab eo decertatum est:illum regionum amplitudine,quas Romano adeptus est imperio: alium ab se domitorum hostium ui ac multitudine: quẽdam pacatarum ab eo nationum feritate atque persi-

dia:alium manſuetudine ac clementia, quas erga uictos exercuit: aliquem gratia & munificentiis;quibus ſuos proſequutus eſt commilitones:uniuerſos autem, uel hoc 31
ipſo ſuperauit;quòd & lõgè plura cõmiſit prælia, & plures in acie obtrũcauit hoſtes. In Gallia ſiquidem nec totum belligerans decẽnium,octoginta ui cepit oppida, trecentos ſubiugauit populos:aduerſum trecentas ſparſim inſtructus myriades, cẽtum quidem ferro cæſis,totidem uitæ reſeruatas captiuas habuit. Tanta autem ſuorũ militum charitate ac promptiſſima uſus eſt opera,ut qui multũ cæteris dimicando præſtabant pro Cæſaris gloria & honore inuicti ac fortiſſimi grauiſſima cuncta ſubirẽt.
Feroces Cæſarianorum militum ſpiritus. Qualis Attilius, qui nauali apud Maſſiliã prælio hoſtilem ingreſſus puppim, abſciſſa ei gladio dextra,umbonem ſiniſtra retinuit,eouſque hoſtes uultibus obterẽs,ut proſtratis omnibus,nauẽ uictor occuparit. Et Caſſius Scæua, qui pugna ad Dyrrachium 32
commiſſa,excuſſo ſagitta oculo,traiectis per humerum crũsque iaculis,cẽtum ac triginta telorum ictibus acceptis in clypeo,hoſtes perinde ac ſe dediturus accibat: ſubeuntibus duobus,alterius quidem humerum enſe cæcîdit, alterũ ore percuſſum uertit in fugam. Dehinc ſuorum acceptus amplexibus tutò relatus eſt. In Britannia quoque primis centurionibus in paluſtrem & aquoſum incidentibus locũ, irruentes incubuere hoſtes. Tum prælium inſpectãte Cæſare,miles quidã in medios irrupit,plurima conſpicuæ fortitudinis oſtentans opera,uerſis in fugã barbaris, centuriones reduxit incolumes:ipſe ægrè cunctos euadens,in limoſam ſeſe deiecit paludem, quam nunc natans,nunc pedibus commeans,uix tandem amiſſo ſcuto traiecit. Admirante 33
deinde Cæſare,& magna cum alacritate ac clamore obuiũ excipiente,mœſtus ille ante Cæſarem cõcidit,ex abiecto clypeo multis cũ lachrymis ueniã poſtulans. In Africa cùm Cæſarianorũ nauis, qua Granius Petronius quæſtor deſignatus uehebatur, in Scipionis poteſtatem redacta fuiſſet,direptis cæteris,Scipio quæſtori incolumitatem pollicebatur. Cui Granius Cæſarianos inquit milites non ſuſcipere, uerùm præſtare ſalutem ſolere:quo dicto ſeipſum pugione transfixum exanimauit. Huiuſmodi tam feroces militum ſpiritus, & tam elatas animi magnitudines ipſe Cæſar inſtruxit, ipſe Cæſar aluit,eos quidem primùm honore ac liberalitate uberrimè proſequens,uſqueadeò,ut oſtenderet ſe diuitias non uoluptatis, aut ſuarum gratia deliciarum ex bello cumulaſſe,ſed cõmunia potius uirorum fortiũ præmia apud ſe conſeruata iacere, ſẽque aliqua ex parte locupletari,quoties illa benemeritis militibus impertiſſet. Præter- 34
ea,cùm illum unumquodq; diſcrimen ſponte adire,& ad nullum laborum genus defatigari cernerent,mirum in modũ in eius amorẽ incitabantur. Eius quippe in ſuſcipiendis periculis ſtudium haud adeò propter ingentem quandam honoris & gloriæ cupiditatem admirabãtur. Tam magna uerò in tolerandis ſupra corporis uires laboribus patientia,cunctos ſtupore conficiebat. Erat enim corporis habitudine macilẽtus, candidus mollíſque,frequenti capitis dolore uexatus,comitiali morbo plerunq; obnoxius. A quo primùm Cordubæ correptus,ut traditur,non mollitiei occaſionem ex ipſa fecit ægritudine,quin ex militia ægritudini remedium comparauit. Indomitis nãque uiarum difficultatibus,uictus parcitate,aſſiduis uigiliis,& duriſsimis laboribus,aduerſus morbum dimicãs, inuictum ac inſuperabile tutatus eſt corpus,plurimos ſomnos uehiculo,aut lectica ducere ſolitus, otium omne in rebus peragẽdis reponebat. Interdum uehebatur,caſtella,ciuitates,& caſtra obiens,aſsiſtente illi ex pue- 35
ris aliquo,qui eo quopiam proficiſcente,ſubſcribendi cauſa ſimul adeſſe ſolebat, ponè etiam milite,qui gladium tenebat,aſsiſtente. Tanta autem celeritate itinera conficiebat, ut cùm primò Roma exceſsit, octauo aduſque Rhodanum die peruenerit.
Equus Cæſaris. Equitandi uſus ei ex pueritia facilis adeò extitit,ut reflexis in tergũ manibus,equum uelociſsimis concitare curſibus ſæpe conſueuerit. Equo uehebatur inſigni, pedibus propè humanis, & in modũ digitorum ungulis fiſsis, quem alterius minimè feſſoris patientem primus aſcendit. In ea expeditione exercitationis gratia equitans dictabat epiſtolas

epiſtolas duob.ſimul librariis,uel ut Oppius perhibet;pluribus abundè ſuppeditans.
36 Mutua amicorum per epiſtolas colloquia primus excogitaſſe Cæſar dicitur, cùm ob negotiorum multitudinem & urbis magnitudinem uiuos urgentium cauſarum affatus haud tempus expectaret. Circa uictum facilitas uel eo patet indicio, quòd Mediolani apud eius hoſpitem Valerium Leõtem cœnans,cùm appoſitis aſparagis Valerius pro oleo unguentum inſtillaſſet,facilè commanducauit opiparè, idque moleſtè ferentes ſodales increpuit. Satis fuerat,inquiens,ruſticitatẽ uos cauiſſe:quòd porrò ruſticitatem illam accuſatis,declaratis uos eſſe ruſticos. Olim ex itinere ui tempeſtatis cuiuſpiam caſam pauperis intrare cõpulſus, ut unicum ibi cubiculũ unius uix capax inuenit,amicis inquit:Ex honorifico quidem loco decedendũ eſt potentibus, ex opportuno autẽ iis qui aduerſa tenẽtur ualetudine: ſimúlq; ibi requieſcere iuſſit Op-
37 pium;ipſe uerò unà cum cæteris in priore tugurij parte apud fores recubuit. Cæterùm primùm Cæſari in Gallia aduerſum Heluetios & Tigurinos bellum fuit, qui duodecim eorum urbibus uicísque quadringentis ab ſe cõcrematis, ulterius per Romanorum terras migrabãt,quemadmodum antea Cimbri aut Teutones, quib.non audacia,nõ fortitudine,ulla ex parte inferiores erant. Horũ planè multitudo uniuerſa trecentis millibus cõſtabat,ex quibus centum & nonaginta bellaciſſimorum erant. Labienus à Cæſare miſſus Tigurinos penes Ararim fluuium profligatos attriuit. Cæſari uerò ad quandam ſociorum urbem exercitũ agenti,de improuiſo Heluetij in itinere occurrerunt. Quos præueniens,in munitũ quendam cõfugit locum. Ibi collectis copiis,ut primũ acies inſtruxit,ei adductus equus eſt:quo inſpecto,Hoc,inquit,poſt uictoriam in perſequendis utar hoſtibus, nunc in eos progrediamur:ſimúlque impetu
38 facto,pedibus ire cœpit. Aliquandiu ſumma cũ difficultate pulſa hoſtium acie, plurimus circa carros uallúmque labor extitit,cùm hi non ſolùm acres inde pugnarent, uerumetiam pueri ac mulieres ad necem uſque dimicantes obtruncati ſunt. Quam ob cauſam uix nocte media finis prælio factus eſt. Pulchrum mehercule id uictoriæ facinus fuit,at longè pulchrius quod adiecit. Centenis nanque barbarorum millibus qui ex prælio profugerant collectis, deſertos prius ab ſe agros,uaſtatásque urbes coli rurſus coegit. Quod non abſque metu ab eo factum eſſe conſtat,ne Germani deſolata incolis loca tranſeuntes occuparent. Alterum pro Gallis palàm contra Germanos bellum geſſit,quanquã antea cum eorum rege Arioui ſto Romæ ſocietatẽ iniſſet. Hi autem intolerãdi Romanorũ ſubditis finitimi non diutius quieturi uidebãtur, quin
39 ad incolendam habitandámq; tranſirent Galliam. Cæterũ cùm præfectos quoſdam metu perculſos animaduerteret, præſertim qui clari generis adoleſcentes uoluptatis gratia aut quæſtus ſecum in eam proficiſcebantur expeditionẽ,eos in concionem uocatos abire iuſſit,ne muliebres adeò & pauidi inuita ſuſciperent diſcrimina: ſe uerò inquit cum decima tantũmodo legione barbaros inuaſurũ,cùm nec aduerſus fortiores Cimbris hoſtes,nec deterior Mario dux ſit dimicaturus. Quapropter ad eũ ex decima legione legati miſſi affuere plurimas illi gratias referentes, & ſuorum improbitatem præfectorũ exponentes. Dein animoſi ac promptiſſimi omnes facti, diebus pluribus eouſque conſectati ſunt,donec ſtadiis ducentis intra hoſtium regionem caſtra poſuere. Id equidem impetum Arioui ſti magnopere perculſit & audaciam, ut
40 qui Germanos aduentantibus Romanis ne perſtare quidem poſſe ſperaret. Ea igitur res cùm Germanorum perturbaſſet exercitum, longè magis eorum obtundebãt animos ſortilegarum uaticinia mulierum, quæ fluuiorum curſus, uortices, ſtrepitúmque coniectantes,futura prædicebant, nec eos antè prælium committere ſinebant, quàm noua fulſiſſet luna. Quod ubi Cæſar accepit,quoties Germanos conſpiceret,ſatius eſſe duxit trepidantibus congredi, quàm idoneum illis tempus expectantem ſedere. Facto itaque in eorum munitiones tumulósque impetu, non antè ſtimulare ac inceſſere deſtitit,quàm ira deducti pugnam capeſſerent. Eis in fugam uerſis, Cæſar
Sortilegæ mulieres Germanorum.

ſtadiis trecẽtis aduſque Rhenum perſequens, campum omnem cadaueribus ſpoliisque referſit. Arioviſtus cum paucis præueniens Rhenum traiecit. Cæſorum numerũ octoginta millia fuiſſe perhibent. His rebus ita confectis, dimiſſis in Sequanis ad hyberna militibus, ipſe iis quæ Romæ gerebantur intentus, in circumpadanam deſcendit Galliam, quæ commiſſæ illi prouinciæ pars erat. Fluuius enim Rubicon Galliam citeriorem à reliqua diſterminat Italia. Ibi reſidens plebis animos ad ſe pelliciebat. Nam cùm ad eum multi cõcurrerent, unicuique tum poſtulata prębebat, tum ſpem ingentem addebat. In ea expeditione haud intellexiſſe Pompeius uidetur, quòd Cæſar cùm ciuium Romanorum armis hoſtes profligaret, ciues hoſtili uictos gaza capiebat. Dein potentiſſimos Gallorum Belgas tertiam Galliæ partem incolentes deciſſe audiens, compluribus ſecum hominum millibus ſub arma coactis, ad eos uerſus immenſa celeritate contendit. Quos in ſociorum Gallorum agris prædas conuectantes adortus, maxima ex parte turpiter dimicantes fudit, cæcîdítque, ita ut per paludes & profunda quædam flumina cæſorum ſtrages Romanis tranſitum prębuerit. Quo facto, ex iis qui antea defecerant cuncti fermè ad Oceanum uergentes, nullo prẹlio imperata fecerunt. Poſtea contra efferatiſſimos & bellaciſſimos Neruios duxit exercitum, qui denſiſſimas incolunt ſyluas. Hi igitur, cùm in profundiſſimo nemore filios ac ſupellectilem quàm procul ab hoſte collocaſſent, cum ſexaginta millibus armatorum contra Cæſarem repentinos fecerunt impetus, quem caſtra locãtem, prælióque abſtinentem offenderunt. Et uerſo in fugam equitatu, ſeptimam ac duodecimam legionem circunuenientes, uniuerſos trucidauere centuriones: quòd niſi Cæſar correpto ſcuto, & his, qui coram ſe prælìabantur, detentis, intra barbaros irruiſſet, ac ſubinde quodam ex tumulo decima legio per hoſtiles irrumpens acies periclitanti ſuccurriſſet, neminem euaſurum incolumem liquet. At uirtute Cæſaris & audentia ſupra uires, ut dici ſolet, decertantes, haud tantùm Neruios dare terga coegerunt, uerùm fortiter repugnantes obtruncarunt. Ex ſexaginta enim millibus, quingẽtos euaſiſſe traditur. Ex patriis autem uiris, qui quadringenti numero erant, tres ſuperfuere incolumes. Hæc ubi ſenatui renuntiata ſunt, per ſacrificia indictáſque ſolennitates, quindecim dierum ſupplicatio, quantùm ulla in uictoria nũquam ſuperiori tempore obtigerat, diis immortalibus decreta eſt. Nam cùm tot in unum gentes erumperẽt, ingens profectò diſcrimen ingruerat. Victoriam autem eò illuſtriorem populi fauor & beneuolentia faciebat, quòd à Cæſare parta fuerat. Inde Galliæ rebus optimè diſpoſitis, in ciſalpina hyemauit, illic res urbanas apparaturus. Non ſolùm enim qui dignitates & magiſtratus appetebant, eo utentes largitore, corrupto illius pecunia populo deſignabantur, & quicquid ipſius potentiam augeret perficiebant: ſed etiã clariſsimi & ampliſsimæ authoritatis uiri complures ad eum Lucam peruenerũt, Pompeius, Craſſus, & Sardiniæ prætor Appius, & Nepos Hiſpaniæ proconſul, ita ut lictores centum ac uiginti, ſenatorij ordinis circiter ducentos fuerint. Hi cõſilio conſtituto decreuerunt Craſſum ac Pompeium deſignari conſules oportere, pecunias Cæſari ſuppeditari, & belli adminiſtrationem in aliud quinquẽnium prorogari. Quæ res à prudentib. iniquiſsima iudicabatur. At qui tam grandem à Cæſare pecuniam ſuſceperant, eum indigentem etiam ſenatui perſuadebant, imò uerò ob ea quæ decernebant, eò anguſtiarum ſenatum redigebant, ut longè magis cogere uiderentur: Cato nanque aberat, ita de induſtria miſſus in Cyprum. Eius autem ſectæ Faonius cùm nihil reclamãdo proficeret, è foribus proſiliit, multa uociferans in uulgum, aures interim adhibente nemine. Quoſdam enim Craſsi & Pompeij reuerẽtia deterrebat, plurimi uerò ſpem uitæ gerẽtes in Cæſare, ipſius gratia quieti ſedebant. Reuertens iterum Cæſar ad exercitũ in Galliam, ingens in ea regione bellũ offendit. Duo enim maximi Germanorum populi, quos & Tenteridas appellant, ad quęrendos agros nuper profecti Rhenũ traiecerant. De bello aduerſus eos confecto Cæſar in ſuis cõmentariis ita ſcriptum

Neruij.

ſcriptum reliquit, Barbaros miſſis ad eũ legãtis cùm inducias egiſſent, eum in itinere adortos, quapropter octingentos eorum equites quinque millia ex Cæſarianis de improuiſo in fugam uertiſſe. Poſtea miſſos ad ſe confeſtim alios ſubtexendæ fraudis gratia, quibus tentis, contra barbaros exercitum duxiſſe: demẽtiæ eſſe iudicantẽ ullam tam infidis ac periuris hominibus habere fidem. *Caliſius refert Catonem cùm in ſenatu pro ea uictoria ſupplicatio decerneretur, ſententiam dixiſſe, ut Cæſar hoſtibus dederetur, quò pro ciuitate perfidiam expiarẽt, & execrationes in authorem uerterẽt. Cæterùm ex his qui tranſierant, quadraginta millia ferro cæſa paucos remeantes excepere Sicambri: ea uerò Germanica natio eſt. Hanc nactus Cæſar occaſionem, cùm alioquin gloriæ cupiditate duceretur, quòd primus omnium Rhenũ exercitu traiecíſſet, pontem inſtruxit. Erat per id temporis immenſa eius fluminis latitudo, undis & æſtu rapidiſſimi. Ingentes autem operi ictus delata fluuio ligna & trunci infligebant. Ad quos excipiendos, uímque ſimul fluminis refrenandam, Cæſar in ſuperiori parte maximas coniugatas trabes præfixit, incredibile prębẽs ſpectaculum, intra decimum diem ponte nauato. Tum obuium ſe inferente nemine copias traduxit: præſtantiſſimi Germanorum Sueui ſeſe in profundiſſimis ſyluarum cõuallibus abdidere. Cæſar in Germania duodeuiginti conſumptis diebus, poſtquam hoſtium uicos & & ædificia incendit, amicósque populi Rom. ad ſpem cohortatus eſt, ſe iterũ in Galliam recepit. Dehinc in Britanniam expeditionem agere contendit: cuius facti audacia magnam illi gloriam peperit. Primus nanque occiduum claſſe ingreſſus Oceanũ, pérque Atlanticum pelagus ad belligerandum tranſportans exercitum, adnauigare cœpit. Incredibilis nanque magnitudinis inſulam, de qua non parum inter ſcriptores & hiſtoricos diſceptatum eſt, cùm eam non re, ſed uerbo ſolùm ac nomine fictam nuſquam extare contenderent, ſubiugare adortus, extra orbem terrarum Romanum propagauit imperium. Eò ex continenti Galliæ bis adnauigãs, cùm maiora hoſtibus damna, quàm ſuis emoluméta contuliſſet (quid enim ex hominibus acerbiſſimo uictu & ſumma laborantibus inopia pretioſum eriperet?) non qualem animo conceperat, bello finem impoſuit. Acceptis autem à rege obſidibus, & tributis imperatis, ex inſula remeauit. Cùm nauem ſolueret, è Romã literæ illi redduntur, quibus ab amicis de morte filiæ certior fiebat, quæ Pompeio nupta pariens obierat. Quæ res & Pompeium & Cæſarem magnis affecit luctibus. Amicos autem præcipua affligebat perturbatio, quoniam cùm cæteræ reipub. partes ægrotarent, hæc ipſa neceſſitudo, quæ pacem concordiámque conſeruabat, ſoluta defeciſſet. Infans enim cùm paucis matri diebus ſuperſtes fuiſſet, ſtatim uita exceſſit. Populus Iuliam inuitis tribunis attollens, in Martium campum detulit, ubi tumulata iacet. Cæſar cùm ingentes iam haberet copias, eas neceſſariò in diuerſa partibus hyberna, in Italiam uti cõſueuerat reuertitur, cùm interim Galli magnis irrumpentes exercitibus, undique Romanos milites in ipſis trucidant hybernis, caſtráque ſimul expugnare conantur. Ex his autẽ qui cum Ambiorige deſciuerant, plurimi & fortiſsimi Cottam & Titurium cũ exercitu obtruncarunt. Ciceronis legionem ſexaginta hominum millibus circunuenientes obſederunt, paululúmque abfuit quin eos uiribus interciperent, uniuerſis fermè uulneratis. Contrà à Romanis ſumma uirtute promptiſsimè pugnatum eſt. Hęc cùm procul abſenti nuntiata ſunt Cæſari, haud pluribus ſeptẽ millibus hominum in unũ coactis, ſtatim rediens Ciceronem ab obſidione liberare contendit: quod minimè obſidentes latuit. Itaque perinde ac omnia diſrepturi contemptu paucitatis occurrunt. Cæſar uſquequaque conſultò doloſa ſe fuga ſubripiens commodiſsimũ occupat locum, ex quo paucis aduerſus plures præliandi facultas eſſet, ibíque caſtra cõmunit. Suis ut omnino abſtineãt à prælio edicit. Tum uallũ altius educi, portáſq; obſtrui timoris ſimulatione iubet, ut ſe ductorib. deſpectũ faceret, donec diſperſos & temerè ſubeũtes egrediens Cæſar fudit, & magna ex parte interfecit. Hæc uictoria multas

* Γαυδσιος.

Pons à Cæſare in Rhenũ extructus.

Gallorum rebelliones sedauit. Ipse per hyemem quocunque progrediens, ne res innouarentur acutissimè prouidebat. Confestim enim ex Italia ad cæsorum supplemētum tres ad se legiones uenere, duas ex suis mutuante Pompeio, aliam ex Cisalpina habito nuper delectu contraxit. Procul inde ingentis ac periculosi belli primordia, 51
quæ dudū extincta uidebantur, potentissimorum uirorum inter bellacissimas nationes clandestinus furor allebat. Id magnis emicuit uiribus. Ingens siquidem armatorum ætate florentium undique multitudo cogebatur. Magnæ in unum opes conferebātur, ualidissima oppida, inaccessæ penitus regiones. Tum hyberna glacies fluuios tenebat, niues saltus obduxerant, campi torrentib. inundabant. Profundissimæ niues incertas reddebāt semitas: paludes & stagnantia flumina uias & cunctos occultabāt aditus. Quæ res Cæsarem omnino ne cōtra desciscentes quicquam conaretur absterrere posse putabatur. Gentes autem multæ desciuerāt, ex quibus longè præstantiores Aruerni Carnutésque. Totius rei summa administratióque Vertingentorigi demandatur. Huius patrem olim regnum affectantem necauere Galli. Is partitis plures in 52
partes copiis, multísque præfectis ducibus, omnē circumadiacentē oram quæ Ararim usque uergit, sibi conciliat. Iam enim Romæ cōtra Cæsarem conspirantibus aduersariis, uniuersas Galliç ciuitates ad bellum solicitare cogitabat: quod si paulò pòst profecto ad ciuile bellum Cæsare gessisset, non leuior sanè, quàm Cimbrorum, terror occupasset Italiam. At Cæsar cùm ad omnem bellicæ rei usum peritissimus, tum ad captandas tēporis opportunitates optimè à natura institutus, quamprimùm cognita defectione, prædictas ingressus est uias. Quibus per tam sæuam hyemē ui ac celeritate superatis, intellexere barbari insuperabilē & inuictū bellis exercitū ad se uentitare. Nam quò eius nuntios aut tabellarios penetrasse diu incredibile iudicatum erat, ibi cum totis cōspectus est copiis, agros uastans, uicos diruens, oppida funditus euertens. Dehinc receptis in fidem, quos facti pigeret, haud destitit quoad Eduorum gentem, 53
qui aduersus eum bellum susceperant, deuicit. Hi superiore tēpore fratres se Romanorum prædicantes, magnificentissimis habebantur honoribus: ea uerò tempestate socios se defectionis asciscentes, Cæsaris copias uehemēter afflixerāt. Inde castra mouens in Lingonum fines transit, ut in Sequanos in fide amicitiáque permanentes sese reciperet. Hi ex cætera Gallia Italiam uersus incolunt. Ibi eum hostes adorti, multis armorum millibus circunueniunt. Quibus congressus terrore diuturno ac fortitudine compressis barbaris, cæteris quidem in rebus uictor euasit, at initio minus prosperè dimicasse uisus est. Siquidē Aruerni suspensum in templo gladiū cōmonstrant, tāquam captum ex Cæsare spolium, quem is posteriori tempore conspicatus subrisit: 54
cúmque detrahere illum amici iuberent, nequaquam permisit, quòd rem sacrā existimaret. Cæterùm cōplurimi unà cum imperatore fugientes, in* Alesiam sese urbem recepere. Eam dehinc obsidenti Cæsari cùm ob murorū altitudinē & ingentē repugnantium numerum capi posse desperaret, quouis consilio & ratione maius extrinsecus discrimen incubuit. Trecenta enim armatorū millia Alesiam aduentabāt, cùm intra urbem haud pauciora centum ac septuaginta bellatorum millibus uersarentur. Quamobrē intra ingens adeò bellum deprehēsus & obsessus Cæsar, geminos obiicere muros compulsus est, alterum contra urbem, alterum contra hostis aduentum. Si enim hæ utrinque coniungerentur copiæ, profectò de rebus Cæsaris actum esset. Non ab re igitur in eo prælio, quod apud Alesiam gestum est, maximam adeptus est 55
gloriam, in quo maiora profectò, quàm uspiam, audentiæ & fortitudinis opera egregiè dimicando declarauit. Præcipua uerò admiratione prosequendum est, latuisse oppidanos cùm Cæsar cum tot millibus exterius Marte collato palmam reportarit: imò uerò nec uictoriam ipsos prius intellexisse Romanos, qui obiectum urbi murum, pro statione tenebant, quàm oppidanorum luctum & plangētes mulieres audissent, cùm altera ex muri parte præditos auro & argento clypeos, respersos cruore thora-

cas,

*Alexiam.

cas, Gallica tentoria, paterásque à Romanis in castra deferri cernerent. Adeò maturè tantus exercitus uelut insomniū quoddā aut simulachrū euanuit, ad internecionem
56 profligatus, & maxima ex parte pugnando deletus. Qui Alesiā tenebant, post multa sibi Cæsaríq; illata sæpius detrimenta tandē sese dedidere. Totius autem belli dux & imperator Vertingentorix pulcherrima indutus arma ornatissimóque delatus equo desiliit, & deiectis armis ad Cæsaris pedes tacitus sedit, donec triūpho destinatus custodiæ traderetur. Cæsar de Pōpeij destructione, sicut & Pompeius de illius, dudum mente conceperat. Crasso enim qui amborum medius insederat, apud Parthos interfecto, reliquum erat ut alter augendæ gratia dignitatis amplissimum iam factum deleret, alter quò minus id pateretur, eum quem pertimescebat matura præoccuparet ruina: quanquam id Pōpeius haud magnopere formidare uidebatur, usqueadeò Cæsarem despicatum habens, quasi uerò non arduum opus esset, quem ad tantum extu-
57 lisset fastigium, denuo in stragem perniciémq; detrahere. At principio Cæsar contra aduersarios hoc inito consilio procul sese constituit, & more pugilis per Gallorum prælia usum ac exercitationem uendicans, & potentiam simul instruxit, & rebus ab se confectis suam auxit gloriam. Quibus elatus, sese magnificis Pompeij gestis adæquarat, occasionē cùm ex ipso Pompeio, tum ex sæua Romanæ reipub. tēpestate nactus. Nam qui honores principatúsque petebant, omni abiecta prorsus uerecundia, epulum publicè largitionésque distribuebant in populum. Quapropter corruptum mercede populum ad comitia descendentem cerneres, non suffragiis, sed arcu, gladio, fundáque pro largitione decertātem, & tribunalia sæpenumero sanguine cadaueribúsque fœdantem, rem inter se petulantissimè decernere, cùm interim ciuitas a-
58 misso rectore, sicuti nauis relicto clauo, fluctuans agitaretur. Idcirco qui animo & ratione ualebant, satis fore existimabant, si ex ea hominum insania & tāta rerum tempestate nihil truculentius, quàm monarchia tantisper emergeret. Erāt qui asseuerare publicè auderent, nullo pacto nisi delato ad unius arbitrium principatu, curari medicaríue rempublicam posse, ei uerò medelam ex benignissimo medico adhiberi oportere, Pompeium insinuantes. At ille bellissimis quidem uerbis repudians, re magnopere satagebat ut Dictator crearetur. Qui cum Catone consentiebant, de eo solo consule designando ad senatum retulere, ut cùm iustioris appellationis singularem haberet principatum, de adipiscenda Dictatura nequaquā uiribus contenderet. Plurimi de propaganda illi prouinciarum administratione decernebāt. Duas enim ob-
59 tinebat Hispanias, & uniuersam Aphricam, quas per legatos administrabat. Ad alēdos præterea exercitus mille quotannis talenta ex ærario publicè sumebat. Tum Cæsar, qui consulatum pro eo peterent & suarum quoque prouinciarum tempus dilatādum impetrarent, misit. Initio quidem tacente Pompeio, Marcellus & Lētulus alioqui odio Cæsarem insectantes, aduersari cœperunt, & Cæsaris tantùm ignominiæ ac dedecoris auidi, necessariis haud necessaria adhibebant. Colonis enim quos nuper Cæsar in urbem Galliæ Nouocomum deduxerat, ciuitatem adimere conabantur. Ex quibus cùm decurio quispiam Romæ uersaretur, eum consul Marcellus uirgis pulsauit, ea se illi adiecisse præfatus insignia, ut se ciuem Romanum nequaquā esse intelligeret, cúmque discederet, ut illa Cæsari cōmonstraret imperauit. Postea Cæsar uberrimas Gallorum diuitias per omnes passim magistratus hauriendas dimittens, Cu-
60 rionem tribunum plebis grandi fœnore obstrictum liberauit. Paulo quoque consuli mille & quingenta sestertia præbuit, ex quibus nobilissimam ille in foro basilicam Fuluiæ dicatam extruxit. Eos ita consentientes ueritus Pompeius, iam ipse cum amicis palàm * ut Cæsari imperiū cederetur efficiebat, quósque illi ad bellum Gallicum cōmodarat milites repetiit. Eos remisit Cæsar, ducentis & quinquaginta uiritim donatos drachmis. Qui hos ad Pompeium deducendos acceperant, immites ac malignas de Cæsare uoces in uulgus spargere, Pompeiū inani spe corrumpere, eum Cæsa-

Principatus ambientes epulū & largitiones publicè distribuebant.

*ἔπραττεν ἀποδειχθῆναι διάδοχον Καίσαρι τῆς ἀρχῆς.

rianis militibus magno deſiderio eſſe:cúmq; Romæ ob gliſcentẽ in repub.inuidiam
ægrè rerum potiatur, illic paratas profectò copias habiturum: móxq; ubi in Italiam
tranſcenderit,eum ſectaturas: adeò illis Cæſarem multitudine præliorũ odio eſſe, &
ingentem inſuper metu regni ſuſpicionẽ contraxiſſe. Has ob res emollitus Põpeius, 61
perinde ac nihil pertimeſceret, de cõparandis exercitibus negligẽtius agebat, uerùm
nunc orationibus, nunc ſententiis aduerſum Cæſarẽ inuehebatur. Quæ Cæſar nihil
pendiſſe traditur: quin miſſus ab eo Romã centurio quidã, cùm ſtans pro foribus cu-
riæ, tẽpus imperij minimè à ſenatu Cæſari prorogari cognouiſſet, cõcuſſo manu gla-
dij capulo, Hic prorogabit, inquit. Verùm enimuerò Cæſaris poſtulatio clariſſimam
præ ſe ferebat æquitatem: ſe enim arma depoſiturũ, idem faciente Põpeio, utrunque
priuatum boni quippiã à ciuibus conſequuturũ. At indignũ eſſe ut detractis ſibi co-
piis, Põpeio uires confirmentur, cúmque alterũ tyrannum inſimulent, alterũ tyran-
num inſtruant. Hæc Curio pro Cæſare obteſtatus ad populũ perſpicuis exceptus eſt
plauſibus, tum florentes in eum coronas ueluti fortiſsimũ pugilem iniecerunt. Poſtea 62
ſuper hiſce rebus literæ deferuntur à Cæſare, quas tribunus plebis Antonius ad popu-
lum extulit, & apud conſules recitauit. Socer Põpeij Scipio ſententiã dixit in ſenatu,
ut niſi Cæſar ad diem certam arma depoſuiſſet, hoſtis à ſenatu pronuntiaretur. Ro-
gantibus ſententias conſulibus, nunquid exercitum à Pompeio dimitti oportere cẽ-
ſeretur: ſubinde, nunquid à Cæſare: illi quidem uoci pauci admodum, huic, admo-
dum paucis duntaxat exceptis, cuncti aſſenſere. Deprecante inſuper Antonio ut ma-
giſtratum uterque deponeret, cuncti planè approbarunt. At uiolentius agẽte Scipio-
ne, & uociferante Lentulo conſule aduerſus latronem non ſuffragiis, ſed armis opus
eſſe, dimiſſus eſt ſenatus. Dehinc ob inteſtinæ ſeditionis mœrorem, obſoleta ueſtis
induta. Delatis à Cæſare literis quibus modeſtè ſatis deprecabatur (petebat enim ut 63
omiſſis cæteris, ciſalpina tantùm Gallia Illyricúmque ſibi cum duabus legionibus
uſque ad ſecundi petitionem conſulatus concederetur) Cicero quidem orator nu-
per ex Cilicia reuerſus utriuſque amicos concilians, Pompeium mitigare non deſi-
ſtebat: qui cùm cætera concederet, exercitus illi denegabat. Cicero quoque Cæſaris
amicos induxerat, ut prædictis cõtenti prouinciis, & ſex tantummodo millibus mi-
litum in pacem amicitiámque conciliarentur. Inclinante Pompeio, qui cum conſu-
le Lentulo conſpirabant nequaquam ſiuere, Antoniúmq; & Curionem è curia pro-
pulſantes, ſumma cum ignominia ex urbe eiecerunt. Quæ res belliſſimam atque ho-
neſtiſſimam Cæſari occaſionẽ prætextúmque attulit unde ſuorũ animos militũ accẽ-
deret, cùm elegantiſſimos uiros atque principes oſtenderet ſeruili ueſte (eo nanque
habitu occultati per metum Roma exceſſerant) meritoria rheda, fugiſſe coactos. Erãt 64
cum Cæſare haud ſanè plures equitibus trecentis, militum uerò quinque milibus.
Miſerat autem qui relictum trans Alpes exercitum ad ſe deducerent. Cúmque ad ea-
rum rerum initium ac impetum quas moliebatur, haud impreſentiarum magna o-
pus eſſe manu cerneret, quin terrore potius, & audacia, & temporis celeritate ſuſ-
cipiendam rem eſſe, ut qui pauorem citius, quàm ullam afferre uim poſſe credere-
tur, paratus accedens, duces quidem ac centuriones abſque reliqua armatura ſolos
tenentes gladios præmiſit, qui Ariminum extra Galliam ciuitatem occuparent,
à cædibus & tumultu quàm maximè poſſent abſtinentes. Traditis Hortenſio cohor-
tibus, ipſe in publico quidem diem exigens ſpectaculo, quo gladiatorum munus e-
debatur, interfuit: ueſpere autem curato pauliſper corpore, triclinium ingreſſus cum
cõuiuis diſcubuit. Vbi paululum immoratus, in multam iam noctẽ exurgens, quoſ- 65
dam ex amicis benignè alloquutus, ut ſe mox reuerſurum præſtolarẽtur edixit, cæte-
ris ut per diuerſa cõſectarentur præfatur. Ipſe meritorium quoddam aſcẽdens uehi-
culum, aliã primò uiam ingreſſus, dehinc Ariminũ uerſus flexit iter. Vetũ erat ad flu-
uiũ Rubiconẽ, qui citeriorẽ, ut diximus, Galliã à reliqua diſterminat Italia. Ibi * re-
putans

Aequa Cæſaris à ſenatu poſtulatio.

* καὶ λογι-

putans ſe propè grauiſſima ferri, & iam auſurum maxima, curſum compeſcuit, ac
diu ſecum tacitus animum cogitationémque circunferebat. Plurima tamen conſilia
deliberationéſque permutans, cum aſtantibus amicis, ex quibus Aſinius Pollio erat,
complura diſceptans, animaduerténſque quot malorum initium uniuerſis homini-
bus ipſe allaturus eſſet tranſitus, quantùm inſuper de eo relicturi ſermones ſint, deni-
que impetu quodam animi perinde ac ex futuri cogitatione dimiſſus, cùm id quod
incertos ac audaces ſubeuntibus caſus uulgò exordium eſſe ſolet, Iacta ſit alea, dixiſ-
66 ſet, flumen traiecit. Dehinc aduolans nondum illuceſcente die Ariminum ingreſſus
occupat. Nocte, quam inſequutus eſt Rubiconis trãſitus, impium uidiſſe traditur in-
ſomnium. Exiſtimauit enim per quietem infando ſe matri permiſcuiſſe concubitu.
Capto Arimino, iámque latiſſimis belli portis terra maríque patefactis, cõfuſis pro-
uinciæ terminis, patriæ legibus perturbatis, non ut aliàs, uiros & mulieres pauore cõ-
ſternatos Italiam peragrare putares, at totas ciuitates propriis exilientes ſedibus mu-
tua fuga diſtrahi. Roma, confugientibus eò undique finitimis, & undarum inſtar cõ-
migrantibus referta, neque facilè parẽre principi, neque ulla ratione detineri, at pa-
rum abeſſe quin in tanta procellæ conquaſſatione ex ſe ipſa ſubuerſa concideret. Cõ-
67 trarij nanque affectus ac uiolenti motus omnem detinebãt locum. Nec enim qui læ-
titia geſtiebant, quietem agebant, uerùm quos formidine ac mœrore cõfectos aſpi-
cerent, illis perſæpe audaciſſimè inſultantes, de rerum urbanarum euentu lõgas con-
ciones actitabant. Pompeium alioqui attonitum alij aliis ſermonibus perturbabant:
eum nanque pœnas dare qui contra ſe ac rempub. Cæſaris uires auxiſſet. Alij acrius
increpabant, quòd cùm Cæſar ex ſua uoluntate cederet, & modeſtas pacis conditio-
nes offerret, Lẽtulum per inſolẽtiam reſtitiſſe permiſiſſet. Tum Faonius eum terram
pedibus pulſare iubebat. Pompeius enim antea ut omnem de apparatu belli curam
ac ſolicitudinem patribus demeret, per quandam magniloquẽtiam ita in ſenatu ia-
ctauerat, Cùm ſolum pede pulſauero, plenam exercitibus omnem reddam Italiam.
Eo autem tempore maiores Pompeio, quàm Cæſari, copiæ aderãt, ſed uirum uti ſuis
68 conſiliis nemo ſinebat. Itaque cùm falſi undique rumores ac metus ingruerent, per-
inde ac inſtante & cuncta occupãte iam hoſte, *cedens, ſimúlq; omniũ ruina eiectos
& impetu, turbationem rerũ uidere ſtatuit. Quocirca urbe decedẽs, ſenatui ſe conſe-
qui iuſſit, nec qui patriæ libertatem, quàm tyrãnidem malit, manere quempiam. Ita
conſules nec peractis ante digreſſum de more ſacrificiis, fuga ſe ſurripuere. Complu-
rimi etiam cõſulares uiri ſuis perinde ac alienis quicquid occurriſſet raptim acceptis
effugiebant. Nonnulli Cæſarearum partium, quanquam nihil ad eos tantus rerum
attineret impetus, tamen animi conſternatione cõpulſi unà efferebantur. Miſeranda
uerò ciuitatis facies erat, cùm deſperantibus in tanta tẽpeſtate gubernatoribus, ſicuti
69 nauis quædã ad omnẽ præceps caſum deferebatur. Ex qua cùm miſerabilis adeò ho-
minum commigratio fieret, fugam tamen ac exiliũ præſente Põpeio patrios lares &
cõmune domicilium exiſtimabant, Romam uerò tanquã Cæſaris caſtra reliquerant.
Tunc Labienus maxima Cæſari deuinctus amicitia, qui bello Gallico legatus fortiſ-
ſimè decertauit, ab eo transfugit ad Põpeium: qua re cognita, Cæſar ei pecunias ſar-
cináſque trãſmiſit. Aggreſſus deinde Corphiniũ, quod Domitius triginta præfectus
cohortũ præſidio tenebat, ibi metatus eſt. Domitius cùm deſperatis rebus à ſuo me-
dico ſeruo quidem uenenũ popoſciſſet, datum illico tanquam moriturus hauſit. Pau-
lò pòſt ut admirabilẽ Cæſaris humanitatem, qua erga captos utebatur, audiuit, ſeip-
ſum lugere, & conſilij celeritatem improbare cœpit. Eum uerò conſolante medico,
quoniam non mortiferam, ſed ſomniferã potionẽ hauſiſſet, alacer emicãs ad Cæſarẽ
70 contendit. Cuius dextram amplexatus, denuo ſe contulit ad Pompeiũ. Quæ Romæ
nuntiata tãtam attulere uoluptatẽ, ut quoſdam ex fuga reuocauerint. Cæſar acceptis
Domitij cohortibus, ac cæteris qui per oppida Pompeij nomine alebantur, delecti-

u iiij

ἐμὸς αὐτ' εἰσή ει μᾶλλον ἐγγίζοντα τῷ δεινῷ, καὶ περιφερόμενον τῷ μεγέθει τ' τολμωμένων,

Somnium Cæſaris.

* εἴξας συνεχέθη τῇ πάντων φορᾷ.

bus iam potens, iam timendus, Pompeium perſequi ſtatuit. Qui haud expectato bel-
li impetu, Brunduſium confugit: præmittens deinde cum copiis Dyrrhachium con-
ſules, paulò pòſt ut aduentare Cæſarem audiuit, nauibus euaſit, quemadmodũ in eius
rebus conſcribendis ſingulatim explicauimus. Eum mox inſectari conatus, defectu
claſſis deſtitit. Dehinc Romam conuerſus, diebus ſexaginta, nullo cruore profuſo,
cunctam in poteſtatem redegit Italiam. Romæ, cuius pacatiorem, quàm ſperauerat,
* καὶ τῶν ἐπὶ βουλῆς ἐν ἀλλήλοις συχνὸς, ſtatum inuenerat,* multi obſeruabãtur ſenatores, ad quos benigniſſima & populari
habita oratione, de mittendis ad Pompeium legatis pro pace ac modeſtis eius poſtu-
latis exhortatus eſt. Cui neminem paruiſſe conſtat, ſeu deſertum ab ſe Pompeium re- 71
formidarent, ſeu non ita ſentire Cæſarem cogitarent, quanuis ſpecioſa uerborum u-
teretur uenuſtate. Ei poſtmodum pecunias ærario demere conanti, impedimẽto af-
fuit Metellus tribunus plebis, cui leges quaſdam proferenti, Non idem armorum ac «
legum tempus eſt, inquit: quòd ſi has ipſe res æquo animo ferre non potes, in præſen- «
tia quidem procul abſcede. Nec enim huiuſmodi loquendi fiducia bellum indiget. «
At cùm peractis fœderibus arma depoſuerimus, tunc rediẽs te plebis patronum age. «
Hæc tibi meo decedens iure loquor. Nam cùm te reliquósque mihi aduerſarios cepe- «
rim, omnes mei iuris factos liquet. Hæc Metello locutus, ad ærarij ſe portas contulit. «
Apparentibus nuſquam clauibus, fabros accerſit, quibus portas effringere iuſſis, Me-
tellus iterum quibuſdam collaudãtibus incitatus obſtare cœpit. Cui, ſi moleſtus eſſe 72
pergeret, necem comminatus Cæſar, Iſtud, inquit, nõnne ſcis adoleſcentule, longè
mihi difficilius eſſe dicere, quàm facere? Quo dicto perterritus Metellus abiit, & cæ-
tera neceſſariis bellorum miniſteriis ſtatim præbita. In primis Hiſpanienſem expe-
ditionem egit, ut inde Afranium & Varronem Pompeij legatos expelleret, & reda-
ctis in poteſtatem copiis atque prouinciis, cùm nullũ poſt terga reliquiſſet hoſtem,
Pompeium inuaderet. Ibi plura per inſidias ſubiens corporis diſcrimina, quanuis in-
genti fame uexaretur exercitus, non antè deſtitit, quàm nunc hoſtem inſequẽs, nunc
ad pugnam prouocans, aut foſſa circumagens, caſtris potitus, copias quoque in de-
ditionem acceperit. Duces autem ſeſe ad Pompeium fuga receperunt. Reuerſum Ro-
mam Cæſarem ſocer eius Piſo rogare cœpit, ut ad Pompeium legatos pro pace mit-
teret. Qua in re obſecundans Cæſari contradixit Iſauricus. Tunc Dictator à ſenatu 73
creatus, exules reduxit. Eorum etiam qui Syllana tẽpeſtate proſcripti ſunt, filios ad-
miſit ad honores. Abſciſſa fœnoris parte, debitoribus magnum detraxiſſe onus uiſus
eſt. Talia quidem populariter attingens, intra diem undecimam depoſita Dictatu-
ra, ſe conſulem ac Seruilium Iſauricum deſignauit. Tunc ad exercitum conuerſus,
reliquas in itinere poſt ſe dimittens copias, ſexẽtos delegit equites, & legiones quin-
que. Inſtabat hybernum tunc ſolſtitium circiter idus Ianuarij, quem ab Athenienſi-
bus πανσέληνον appellatum dixerim. Cum iis igitur Ionium transfretans ſinum, Nori-
cum & Apolloniam capit: naues deinde ad traiiciendos milites, qui tardiores in iti-
nere erant, Brunduſium remiſit. Hi quandiu iter habebant Cæſarem maledictis in- 74
ceſſebant, qui effœto iam corpore ad tantam hoſtium ac bellorum multitudinẽ de-
bilitati cederent. Quem tandem nobis modum uir conſtituet, quos in omni laborũ «
uſu perinde ac indomitos & immortales circumagit? Defatigatum uulneribus iam «
femur eſt. Quænam thoraci aut clypeo in tanta diuturnitate requies? Nõnne Cæſar ſe «
imperare mortalibus, nõſque mortis caſibus & doloris ſubiacere uel ex ipſis uulneri- «
bus animaduertit? Hybernos uerò dies cùm mare flatus agitant, nec deus ipſe uiola- «
uerit: at Cæſar non ſicut hoſtem perſequens, ſed fugiens, aperta ſuſcipit pericula. Ta-
lia dicentes lentè Brunduſium ibant. Eò cùm peruenirent, transfretaſſe Cæſarẽ com-
perientes, permutata confeſtim ſententia, ſeipſos incuſare, ſe imperatoris proditores
appellare, tum uerò præfectos carpere, qui non iter ocyus ſolicitauerint. Celſis itaque 75
ſedentes in collibus, nunc pelagus, nunc continentem proſpectabant, ſi naues uſpiã
quibus

quibus ad eum traiicerent, occurrerent. Cæſar Apolloniæ cõmorans, ubi ſatis copia-
rum quibus prælium capeſſeret ſibi deeſſe, cæterásque ex Italia lentè ſubſequi cernit,
in magna rerum ambiguitate conflictatus, graue & periculoſum iniit conſiliũ. Nam
cùm tantis hoſtium claſſibus mare teneretur, conſcio nemine paruam remorũ duo-
decim ſcapham ingreſſus, Brunduſium tranſire decreuit. Nocte igitur clanculum ſer-
uili aſcendens habitu, ſe ut uiliſſimum quempiam tacitus abiecit. Annio flumine na-
uigium ad mare uſque delatum eſt. Solet is cum matutina ſpirante aura fluctum lon-
gè repellat, circa oſtium tranquillus illabi. Ea uerò nocte ingens ex ponto uentus per-
76 flarat, à quo extincta reſederat aura. Cæterùm cùm aduerſus procellas ac tempeſtate
acrius flumen irrumperet, ingens attollebatur ſonitus, & rapidi confligebant uorti-
ces. Quamobrem gubernator poſtquam nulla ui ſuperare ſperat, retrocedere ſtatuit:
itaque nautis ut remigationem permutarent iuſſerat. Quod ubi perſenſit Cęſar, ſeip-
ſum detexit: apprehenſa deinde gubernatoris dextra, qui ad eius obſtupuerat aſpe-
ctum, Perge, inquit, generoſe, perge, aude, nec extimeſce quicquam, Cæſarem uehis;
ac Cæſaris fortunam nauigationis comitem. Tum obliti tempeſtatis remiges, innixi
remis promptiſſimè fluminis impetum ſuperare contendunt. Quod ut fruſtra cona-
ti ſunt, Cæſar multis obrutus fluctibus, & in ipſo fluminis oſtio magnis ſuſceptis pe-
77 riculis, gubernatori ut rediret inuitus admodum conceſſit. Ei poſtmodum ad ſuos re-
uertenti multis querimoniis triſtes occurrẽre milites, affligi ſe magnopere, niſi per ſe
ſolos uictoriam adipiſci ſat perſuaſum habeat, ac dolore angatur, & abſentium cau-
ſa tanta petat diſcrimina, quaſi paruam præſentibus fiduciam gerat. Interim Anto-
nius trãſmiſſis ex Brunduſio copiis aderat. Quibus factus audentior Cæſar, Pompeiũ
prouocabat commodiſſimè metatum, ut cui terreſtres ac maritimi commeatus abũ-
dè ſuppeterent. Principio Cæſar cùm haud magnã inter copiam degeret, poſtea ma-
xima neceſſariorum opprimebatur inopia. Interea milites radicem quandam auel- *Penuria maxima in caſtris Cæſaris.*
lebant, & commiſta lacte ueſcebantur. Interdum ex ea cõfectos panes inter hoſtium
ſtationes prætercurrentes iniiciebant, addebántque ſe, quoad huiuſmodi radices ter-
78 ra produceret, obſidionem Pompeij non derelicturos. Eos autem & panes & ſermo-
nes in uulgus proferri Pompeius uetuit, ne ſuorum animos refringerent, qui hoſtium
immanitatem pertinacémque tolerantiam ſicuti ferarum exhorreſcerent. Quotidie
circa Pompeij uallum tumultuariæ fiebãt pugnæ: cunctis Cæſar uictor intererat, una
duntaxat excepta, in qua fuſis magna ex parte ſuis, ſummo cum periculo propemo-
dum totum amiſit exercitum. Acies enim inferente Pompeio perſtare contrà nullus
ualuit. Repletę cęſis foſſæ, nonnulli circa uallum & caſtra paſſim fugientes cædebãt:
quibus occurrens Cæſar fugam in hoſtem conuertere fruſtra conatus eſt. Signa etiam
corripienti reiecerunt ſigniferi. Duo igitur & triginta in hoſtium poteſtatem uene-
79 runt. Ipſe ne interficeretur parum abfuit. Nam cùm procera ſtatura & robuſtiſſimo
corpore uirum penes ſe fugientem iniecta manu conſiſtere, & in hoſtem conuerti iuſ-
ſiſſet, ille terrore grauiſſimo perturbatus, eum gladio uulnerare molitus eſt. Ictum au-
tem Cæſaris ſcutifer occupabat, eius abſcindens humerum. Adeò uerò ſuarum deſpe-
rationem rerum ceperat, ut cùm Pompeius, priuſquam tam magnę rei extremã adii-
ceret manum, ſeu pietate, ſeu caſu retardatus ſuos in caſtra reduxiſſet, Cæſar amicis
diſcedens inquit, Hodie penes hoſtem uictoria fuiſſet, ſi uincentem habuiſſet. Inde
tentorium ingreſſus accubuit, ubi mœſtiſſimam exegit noctem, cùm animaduertiſ-
ſet quàm improbanda iteretur militia, qui fertiliſſimæ regioni & opulentiſſimis
Theſſaliæ & Macedoniæ ciuitatibus uicinis, illic diſpergi ac uagari hoſtes ſineret, &
cùm aduerſarij latè maria claſſibus teneant, hîc ſedeat in littore, uerius à neceſſariorũ
80 penuria obſeſſus, quàm armis obſidens. Tanta igitur inopia & præſentium grauitate
diſtractus, contra Scipionem caſtra mouit, quem in Macedoniam iter agere cogno-
uerat: ita enim aut Pompeiũ elicere, ubi maritimo pariter deſtitutus cõmeatu pugnã

committeret,aut deſolatum ſubſidio Scipionem opprimere.Ea res Pompeij exercitũ reliquósque præfectos exciuit, ut perinde ac uictum fugientémque Cæſarem perſequerentur.Pompeius nanque pro talibus pugnam detrectabat,& rebus ſuis uniuerſis optimè præparatis,uires hoſtium perbreues quidem futuras tempore conteri debilitaríque cenſebat.Bellaciſſimæ enim Cæſaris copiæ cùm militarem quidem ſcientiã, & indomitam dimicando fortitudinem haberent,tantis erroribus, labore caſtrenſi, oppidorum expugnationibus, nocturnísque uigiliis defatigatæ, ac ſenio confectæ erant,& iam corpore graues,& perferẽdis laboribus imbecilles, promptitudinem & audaciam amiſerant. Tum etiam peſtilens quidam morbus ab immaniſſimo uictu 81
creatus,Cæſaris caſtra uexare tradebatur,quódque uehementiſſimum erat, cùm neq; pecuniis polleret,neque cibaria ſatis adeſſent,maturè per ſe periturus cenſebatur.Hæres à committenda pugna Pompeium abſtrahebãt.Quod ſolus ut ciuibus parceretur collaudabat Cato,qui ut hoſtes circiter mille prælio cecidiſſe conſpexit,caput obuoluens effuſis ſeceſsit lachrymis. Cæteri detrectantem pugnam Pompeium maledictis inceſſebant,eum Agamemnonem & regum regem uocitantes,ut qui deponere recuſaret imperium, & tot ſe ſtipatum ducibus eius quotidie tabernaculum adeuntibus gloriaretur.Faonius Catonis more dicendi licentiam aſſequutus,inſaniens ferme excruciabatur:O indignum facinus,inquit,ſi eo anno ob ſtudium cupiditatémque imperandi Pompeij,non Tuſculanas eſſe ficos liceret. Afranium quoque(is enim ex Hiſpania nuper aduenerat)cùm re malè geſta exercitum pecunia prodidiſſe criminaretur, rogauit cur nõ aduerſus eum depugnaret mercatorem,qui ab ſe prouincias mercatus eſſe diceretur. Hiſce omnibus compulſus ad dimicandum Pompeius, inuitus quidem, Cæſarẽ perſequi ſtatuit,qui reliquũ iter grauiſsimo labore confecerat, cùm ob acceptam nuper ſuorum iacturam & ei commeatus inhiberentur, & omnibus eſſet contemptui. Vt uerò Gomphos Theſſaliæ oppidum cepit, non modò exercitum aluit,uerumetiam ab ægritudine liberatum mirabili quodam modo reddidit. Ingẽtem nanque uini affluentiam nacti, cùm largiſsimè potaſſent, immodeſtis per uias ſaltibus debacchabantur.Vnde reiecto ac propulſato languore,alteram ſubinde corporis habitudinem receperunt.Ingreſsi poſtmodum ambo Pharſaliam,caſtra locãt, 83
ubi Pompeius ad priſtinum rurſus conſilium mentem reflexit. Cùm minus proſpera illi occurrerent ſigna pariter & inſomnia, inter cætera cernere ſe exiſtimanti ſuo ſe in theatro magnis Romanorũ plauſibus excipi, nonnulli ſuorum iam ſpe uictoriam adepti eò temeritatis peruenerant,ut inter ſe de Cæſaris pontificatu contenderẽt Domitius,Spinther,ac Scipio: multi etiam Romam mitterent,qui conſulares ac prætorias domos conducerent,perinde ac poſt bellum continuò magiſtratum inituri.Præcipua uerò dimicandi cupiditate flagrabant equites lucidiſſimis armis inſignes, ſaturis prouecti equis, præterea ſpecioſis corporibus, & multitudine præſertim elati. Septem nanque millia contra mille Cæſaris erant. Nec uerò par peditum numerus, 84
quippe quadraginta quinque millia contra uiginti duo inſtruebantur.Cæſar conuocatis ad concionem militibus,Duas ad nos,inquit,legiones Cornificius ducit,quem
haud procul abeſſe ſcio. Quindecim ſub Caleno cohortes circa Megaras & Athenas
reſident.Hósne operiri,an ſoli præliari mauultis?Tunc ſublatis uocibus,ne operirentur,ſupplices orauere: quin confeſtim ut cum hoſte congrediantur,quàm inſtructiſſimas arte locarat acies. Luſtranti ſubinde exercitum, cùm primùm immolaſſet hoſtiam ariolus, Triduo,inquit, rem cum hoſte bello decernes. Percõtante deinde Cæſare ſi quem lætum conſpicaretur euentum:Tu tibi melius reſpondebis, inquit. Magnam nanque ſtatus permutationem ac rerum prolapſum in contraria dij tibi portendunt.Itaque ſi te in preſentia felicem exiſtimas,deteriorem expecta fortunam:ſin infelicem,præſtolare ſecundam. Nocte quam inſequutum eſt prælium, circa noctis 85
medium ſtationes obeunti cæleſtis fulgor ignis apparuit, qui deſuper uolitans ut ſupra

pra caſtra Cæſaris aſtitit,latè flammatior factus intra Pompeij uallum decidiſſe uiſus eſt.Matutina autem uigilia intra hoſtilem exercitum ingens,ſed incertus ſentiri cœptus tumultus.Cæſar tamẽ haud ea ſe die pugnam commiſſurum crediderat, uerùm ad Scotuſſam caſtrã mouerat,cùm ſolutis iam tentoriis,præmiſſi ſpeculatores hoſtes ad prælium deſcendere nuntiant. Ea rẽ lætus admodum Cæſar, diis primùm adoratis phalangem inſtruxit,triplicem componẽs aciem. Media quidem acie Caluinum Domitium,ſiniſtro cornu Antonium,dextro ſe conſtituit,in decima legione præliũ inituru.Contra hoc collocatos cernens hoſtium equites, eorum numerum ac ſplendorem ueritus,ex poſteriori acie ſex clanculum uenire cohortes iuſſit, quas poſt dextrum diſpoſitas cornu,quid opus eſſet facto præmonuit, cùm aduerſariorum aduen-
86 taret equitatus.Dextrum cornu Pompeius,ſiniſtrum habebat Domitius,medio ſocer eius præerat Scipio.Totum uerò pondus equitum ad ſiniſtrum confluxerat cornu, ut dextro hoſtium circunuento, egregiam circa ducem fugã ac ſtragẽ efficerent. Nulla enim uel cõfertiſſimæ phalangis arma obluctari poſſe,quin omnia oppugnãtes obtererent,cùm tantus ſimul equitũ ingrueret impetus.Cùm utrinque cõcutrendi ſigna data eſſent, Pompeius ſuis præcepit, ut ſtantes & denſa manentes ſerie hoſtilem incurſum ac ictus donec intra pili iactum eſſent, exciperent. Qua quidem in re Cæſar erraſſe Pompeium aſſerit:ignarum enim quemadmodum feriendo,ita & initio confligendo,magnas uires impetu & curſibus adiici, & animos perinde ac flatibus excitatos omni ex parte ſuccendi. Cæſar cùm aciem moturus progrederetur, fidiſſimum
87 uſquequaque centurionem ſuos ad ſtrenuè dimicandum exhortantem cernit. Quo nomine compellato, Quid ſpei nobis, aut quidnam audemus,inquit,C.* Craſsine? Tum Craſſinus dexteram protendens,magno clamore, Clariſsime uincemus ô Cæſar,ait: me enim hodie uel uiuum,uel mortuum collaudabis.Hæc cùm dixiſſet, centum & uiginti ſecum milites traiens,primus in hoſtes procurrit,interfectíſque ab eo prioribus,ulterius magna cum ſtrage uiolentius irrumpens obtruncatur, gladio per os tranſuerberatus,ita ut cuſpis per neruos aduerſi promineret occipitis.Confligentibus ita in medium peditibus,iámque prælio ex cornu ineuntibus, Pompeiani equi-
88 tes turmas pertinaciſsimè adigunt, ut dextrum Cæſaris cornu circumirent. At priuſquam congrederentur immiſſæ à Cæſare cohortes procurrere, nec ut antè ſolebant pila iactare,nec hoſtium crura ſurásque manu pereutere,uerùm oculos & uultus obnixè ferire.Ita enim à Cæſare prẽmoniti.Eos nanque iuuenes coma & ætatis flore decoros,parum bellis ac uulneribus aſſuetos,tales maximè plagas deuitaturos, nec expectaturos in præſentia,cùm ſimul & diſcrimen & oris deformitatem reformident. Quod haud ſecus accidit:uehementia enim tela ne ſuſtinere quidem poterãt, útque ferrum ante oculos uerſari cernebant, omnem protinus exuentes audaciam auertebantur,ſimúlque ut uultibus parceretur,capita uelabãt. Hi denique hunc in modum turbati, fugæ terga uertentes, turpiſſimam in cunctos edidere ſtragem. Confeſtim
89 enim uictores, circunuento peditatu, à tergo eos inuadentes obtruncant. Parte alia Pompeius ut diſperſos fuga uidit equites, non amplius ille qui quondam erat, nec ſe magnum eſſe meminerat,uerùm perinde ac deo aduerſante uecors & diuina ſuperatus uictoria obſtupuit.Tum nullis emiſſis uocibus pugna excedens in tabernaculum ſe contulit,ibíque conſedit euentum expectans, quoad cunctis iam in fugam uer-
ſis, hoſtis uallum aſcenderet, & contra eos,qui cuſtodiæ relicti erant, dimicaret. Tum quaſi mentis inops factus, hanc ſolam (ut ferunt) emittens uocem, Igitur ad caſtra, paludamentum & imperatoria exuit inſignia, ſumptóque ſubinde fugacis amictu diſceſſit. Qua autem in poſterum uſus fortuna, quóue pacto ſe conferens ad Aegyptios interfectus ſit, de eo conſcribentes oſtendimus. Cæſar Pompeij caſtris potitus, cùm ſtrata hominum cadauera,aliósque inſuper necari conſpicaretur,ſuſpirans in-
90 quit: Hoc uoluerunt,huc me neceſſitatis adduxerunt, ut C. Cæſar maximis confectis

Pugna inter Cæſarem & Pompeium.

** Craſſinus à Cæſare & Lucãno uocatur.*

Pompeianorum fuga.

bellis ſi exercitus dimiſiſſem, cõdemnatus utique forem. Hæc Aſinius Pollio eo tempore à Cæſare latinis quidem uerbis pronuntiata, ab eo autem græcè conſcripta refert. Ex his qui in caſtrorum expugnatione perempti ſunt, maximum ſeruorum numerum extitiſſe dicitur, ex militibus quoque non plures ſex millibus cecidiſſe. Qui uiui in deditionem recepti ſunt, plurimi in legiones promiſcuè redacti. Compluribus quoque clariſſimis uiris ueniam dedit, ex quibus Brutus extitit, à quo poſteriori tempore occiſus eſt. Quo primùm non comparente acriter indoluiſſe Cæſar dicitur: cúmque poſtmodum incolumis ad ſe peruenisſet, ſummam cepiſſe lætitiam. Eius uictoriæ complurima commemorantur ſigna. Id clariſſimum eſt quod Trallibus obtigit. In templo Victoriæ Cæſaris erat ſtatua, circa quam locus natura ſolidus & duriſſimo deſuper inſtratus lapide: ex eo penes ſtatuæ baſim palma fertur exorta. Parauij C. Cornelius augurali ſcientia præditus, Liuij quoque hiſtorici conterraneus ac familiaris, ea die cùm ad captanda ſedisſet auguria, primùm, ut Liuius dicit, pugnæ tempus agnoſcens, adſtantibus inquit: Iam res ipſa conficitur, iam uiri opus ineunt. Iterum ad auſpicium conuerſus & ſigna contemplatus, more lymphati exiliit: tum uociferans, Vincis, ait, Cæſar. Ea res cùm uehementem aſtantibus ſtuporem incuſiſſet, ille detractam capiti coronam non antè repoſiturum adiuratus eſt, quàm res arti teſtimonium adſtipularetur. Hæc quidem Liuius ita geſta conſtanter affirmat. Cæſar ob uictoriæ præmium Theſſalis libertate donatis, perſequi Pompeium ſtatuit. Dehinc attingẽs Aſiam, Theopompi gratiâ, qui in unum fabulas coegit, Cnidiis libertatem impartiuit, omnibus Aſiam colentibus tertia tributorum parte remiſſa. Poſt occiſum Pompeium profectus Alexandriam, cùm Theodotus ei Pompeij caput attuliſſet, per ſummum faſtidium auertit hominem. Accepto autem anulo multas effudit lachrymas. Quotcunque etiam illius ſocij ac familiares eam peragrantes regionem in regiam uenerunt poteſtatẽ, uniuerſos beneficentia ac liberalitate proſequens, magna ſibi charitate conciliauit. Romam ad amicos ſcribens, maximum & iucundiſsimum colligere ſe fructum dicebat, quòd ciues quos aduerſarios ſibi ſemper habuerat, conſeruaſſet. Bellum Alexandrinum ſunt qui nulla neceſsitate, ſed amore Cleopatræ cum magno ipſius diſcrimine ac dedecore geſtum aſſerant. Quidam in regios homines & potiſsimùm in Eunuchum Pothinum cauſas conferunt, qui plurimùm potens occiſo nuper à ſe Pompeio, eiecta Cleopatra, clandeſtinas inſuper Cæſari tendebat inſidias. Quapropter eum cuſtodiæ corporis gratia nocturnas in conuiuiis uigilias ex eo inchoaſſe tempore commemorant. Pothinus cùm nihil in Cæſarem moliri palàm ſufferret, multa in eum conuitiis & inuidia plena dicebat faciebátque. Militibus nanque deterrimum ac uetuſtiſsimum diſpartiens triticum, tolerare aiebat, & æquo ferre animo, quandò aliena abſumerent bona. Vaſis præterea ligneis & fictilibus ad conuiuia utebatur, quòd cuiuſpiam gratia crediti, aurea & argentea cuncta Cæſarem intercepiſſe diceret. Regis enim pater mille ſeptingentas quinquaginta myriadas Cæſari debebat. Ex quibus cùm reliquas antea Cæſar quidem filiis remiſiſſet, mille tantùm, unde exercitum aleret, receperat. Hortante deinde Pothino ut impræſentiarum diſcedens magnificas res adoriretur, cum omnium poſtmodum gratia remeaturus: Aegyptiorum ſibi conſilio minimè opus eſſe reſpondit, continuóque è regione clanculum Cleopatram accerſit. Ea cùm ex familiaribus ſolum adſciſſet Apollodorum Siculum, paruulum quendam ingreſſa lembum, dum primæ iam intenderent tenebræ, regiam adnauigauit. Vbi uerò alio occultari pacto nequiret, ſeſe intra culcitram protendit in longum, quam loro circunligans Apollodorus per fores intro tulit ad Cæſarem. Hic primùm Cleopatræ aſtus illexiſſe Cæſarẽ fertur. Cuius dehinc ſplendore formæ & quadã ſermonis gratia uictus, ita eam fratri reconciliauit, ut pariter regni gubernacula teneret. Quibus in gratiam redeuntibus dum publicè celebrarentur epulæ, tonſor Cæſaris pauore quodã, quo uniuerſos antè-

ibat

ibat homines, nihil indiſcuſſum omittebat: uerùm unumquodque auribus captans, & accuratiſſima perſcrutans indagine, intellexit exercitus ducem Achillam, & Eunuchum Pothinum Cæſari inſidias ordiri. Id ubi Cæſar comperit, diſpoſitis circa triclinium cuſtodiis, Pothinum quidem interfecit, Achillas uerò ad exercitum confugiens eum graui & periculoſo implicabat bello. Cæſari nanque ad tantam ciuitatem tantásque uires oppugnandum, pauciſſimæ aderant copiæ. In quo id primùm diſcrimẽ adiit, quòd intercluſus aqua eſt, interfectis ab hoſte cuniculis. Dein cùm eius claſſis circuncingeretur, coactus eſt igne propulſare periculum: qui cùm ex naualibus latè proſerperet, ingentem illam conſumpſit bibliothecam. Tertiò, conſtituta ad Pharum pugna, quandam ex aggere ſcapham inſiliit, ut decertantibus ferret auxilium: Aduolantibus autem undique in eum Aegyptiorum nauibus, ſe in mare deiiciens ſummo cum labore uix enatauit. Tunc quoſdã tenẽs libellos, quanquã undique peteretur mergeretúrue, ne omiſiſſe quidem dicitur, at eis à mari ſublatis in altum, altera nataſſe manu, cõtinuóque ſcapha in fundum eſt deiecta. Cæſar demum ad hoſtes ſecedente rege, prælium committens uictoria potitus eſt, comparẽte nuſquam rege, & cæſis utrinque plurimis. Cõſtituta dein Aegypti regina Cleopatra, ſuſceptóque paulò pòſt ex ea filio, quem Alexandrini Cæſarionem appellabant, contendit in Syriam. Inde proficiſcẽs in Aſiam, cognouit Domitium à filio Mithridatis Pharnace profligatum ex Ponto cum paucis admodum profugiſſe. Poſt eam uictoriã inexpleta quadam cupiditate uſum Pharnacẽ, capta Bithynia, & Cappadocia, animum quoq; ad Armeniam minorẽ adieciſſe, uniuerſos inſuper reges & tetrarchas expuliſſe. Contra quem tribus confeſtim legionibus uadens, ingenti penes Zelam commiſſo prælio, regem quidem fugauit ex Ponto, exercitum uerò funditus deleuit. Huius belli celeritatem cùm Romam ad eius familiarem Amintium nuntiaret, tribus perſcripſit uerbis: Veni, uidi, uici. Poſtea traiiciens in Italiam, Romam perrexit. Exacto iam anno, in quem creatus ſecundò Dictator fuerat, cùm ſuperiori tempore nunquam ea in anni ſpatium conferri dignitas ſoleret, conſul deſignatur in poſterum. Quo tempore multa de ſe audire conuitia contigit. Motis nanque ad ſeditionem militibus, cùm duos prætores Coſconium & Galbam occidiſſent, tantùm eos obiurgauit, ut ipſos pro commilitonibus ciues appellatos, mille uiritim drachmis donarit, & multa inſuper Italiæ prædia ſorte diſtribuerit. In eius quoque redigebantur opprobrium, furor Dolabellæ, expilationes Amintij, ebrietates Antonij atque Cornificij, qui Pompeianæ partem domus, perinde ac incommodę ac minus idoneæ, demoliebatur ſubinde reædificans: quod Romanus populus iniquiſſimo perferebat animo. Verùm enimuerò Cæſar ſtatum reipub. minimè ignorans, hiſce miniſtris uel inuitus uti cogebatur. Poſt Pharſalicam pugnam cùm Cato ac Scipio in Libyam profugiſſent, & ingentibus ibi coactis copiis, rex Iuba opem atque auxilium ſubminiſtraret, Cæſar contra eos expeditionem agere ſtatuit. Hyberno itaque ſolſtitio in Siciliam traiiciẽs, ut omnem moræ & otij ſpem ducibus abſcinderet, ita tabernaculum fixit, ut ipſo alluereturfluctu. Mox inſpirante uento, nauem conſcendens in altum euectus eſt cum tribus millibus peditum, equitibúsque pauciſſimis. His in terram expoſitis, denuo clàm mare repetiit maioribus timens copiis, quas cùm iam offendiſſet in pelago, omnes in caſtra deduxit. Cognito aduerſarios uetuſto quodam confidere uaticinio, quòd ſemper in Aphrica uincere, fatale Scipionũ generi foret, haud facile dictu eſt, ſiue ut hoſtium imperatorem Scipionem per iocum quempiam flocci penderet, ſiue ut ſeriò ſibi id uendicaret augurium, quendam ex Corneliorum familia, hominem ſanè abiectum & alioqui deſpectiſſimum, Scipionem cognomento Salutionem, inter præliandum perinde ac exercitus ducem præpoſuit, ita ut interdum cum hoſte congredi cogeretur. Cùm neque militibus frumenti, neque iumentis pabuli ſatis eſſet, ob neceſſitatem ex maris alga ſalſuginem abluebãt, & gramine tanquam ſapore

Pontici belli celeritas.

ac condimento immiſto,equis proponebant. Aduentantes enim & multitudine, & 100
uelocitate conſpicui * Numidæ,regionẽ quaquauerſus obtinebant. Cæſarianis olim
equitibus otium agentibus,Libyſticus homo interueniẽs,compoſitis ad tibiam mo-
tibus mirabilem in modum ſaliebat: qua re delectati, cùm pueris equos cõmiſiſſent,
aſſederunt. Tum hoſtes repentino aduolantes incurſu,nonnullos ibidem interficiũt,
aliis intra uallum præcipiti fuga compulſis, illi unà irrumpunt: quòd niſi Cæſar ſi-
múlque Aſinius Pollio ex caſtris auxilium conferentes fugam inhibuiſſent,de eo fer-
me bello actum extitiſſet. Altero quoque prælio cùm collatis aliquando armis præ-
ualeret hoſtis,Cæſar fugientem aquiliferum detinuit,eiúsque collum obuoluẽs, Hîc
hîc ſunt aduerſarij,inquit.Hiſce uictoriis elatus Scipio,rem prælio decernere ſtatuit. 101
Afranium igitur ac Iubam paruo inter ſe metatos interuallo dimittens, ipſe penes
Thapſum oppidum ſupra ſtagnum caſtellum communiuit, ut uniuerſis perfugium
& receptaculum eſſet.Eum in opere occupatum circa ſyluestria loca & difficiles du-
ctu aditus incredibili celeritate ſuperans Cæſar partim circunuenit, partim à fronte
inuaſit. Quibus fuſis,occaſione ac fortuna uſus, impetu continuato ſtatim clamore
Afranij caſtra cepit, ſtatímque fugiente Iuba,Numidarum caſtra diripuit, una die
modicis in ſpatiis trinis potitus exercitibus, in quibus quinque hoſtium myriadas
interfecit,ex ſuis uixdum amiſſis quinquaginta. Hæc quidã de eo ita prodidere præ-
lio:nonnulli Cæſarem ei negant interfuiſſe. Eum autem cùm inſtructas locaret acies,
ſubitus inuaſit morbus,quem ſimulac initio præſenſiſſet, priuſquã uexatus & omni-
no correptus ab eo ſenſus eſſet,in proximam quandam turrim magna cum agitatio-
ne delatus quieti ſe dedit. Cæterùm ex prætoriis & conſularibus uiris qui ſe fuga ſur- 102
ripuerant,nonnulli in poteſtatem redacti ſeipſos necauere, complures etiam captos
Cæſar interfecit. Catonem uerò ut uiuentem reciperet enitens, ſummo ſtudio con-
tendit Vticam:quam quidem urbem cùm ille præſidio teneret,minimè prælio inter-
fuerat. Poſtquam uirum ſibi mortem conſciſſe cognouit, acriter indoluiſſe certum
eſt:quam autem ob cauſam,incertũ. Tum,tibi pro morte Cato,inquit,inuideo, nam
& tu mihi pro ſalute inuidiſti. Verùm enimuerò liber quem is aduerſus defunctum
iam uita Catonem edidit, haud ſanè beneuoli & placati hominis ſigna præ ſe ferre
uidetur.Quo enim pacto uiuenti peperciſſet,qui contra deſtitutum ſenſibus uirum,
tam magnam effudit iracundiam?Sed ob eam qua in Ciceronem,Brutum, & innu- 103
merabiles denique hoſtes uſus eſt, clementiam, coniecturam faciunt, hunc librum
non odio,non inimicitia,uerùm ciuili potius quadam cõtentione hac de cauſa fuiſ-
ſe compoſitum.Cicero Catonis laudationem ſcribens,ei operi nomen Catonis indi-
dit. Ea res plurimorum ſtudio uti par erat comprobabatur, ut quæ ab oratore elo-
quentiſſimo,pulcherrimam nacto materiam, confecta uideretur. Hoc cùm mœrore
Cæſarem angeret,hominis nanque propter ſe occiſi præconia, obtrectationes ſibi ac
ignominia inurere exiſtimabat, conſcripſit multa in Catonem crimina obiurga-
tionésque complectens,qui liber inſcribitur Anticato. Opus utrũque Cæſaris & Ca-
tonis gratia multos habet adſtipulatores. Romam ex Aphrica rediens,ex ea uictoria
magnificè per ora populi ferebatur. Tãtùm enim agri ab eo in ditionem ſubactum, 104
ut annuo prouentu percepturus fiſcus eſſet tritici quidem ducenta millia modiũm
Atticorum,olei uerò pondo tricies centena millia. Aliquot inde triumphos egit, A-
lexandrinum,Ponticum, Aphricanum,non de Scipione,ſed de Iuba rege. Eius filius
Iuba quoque nomine,infans admodum in eo deductus eſt triumpho,fortunatiſſimã
utique captiuitatem,qua effectum eſt ut ex barbaro ſcilicet ac Numida, inter doctiſ-
ſimos ſcriptores cõnumeretur.Poſt triumphos ingentia militibus donaria dedit. Ad
conciliandã ſibi plebem ſpectacula edidit, conuiuiáque celebrauit,uno die in duo-
bus ac uiginti millibus tricliniis epulũ præbens uniuerſis. Munus gladiatoriũ, ac na-
uale certamen filiæ Iuliæ dudũ defunctæ adhibuit. Cenſu deinde peracto, centum &

quinquaginta

*Numidæ.

Anticato liber à Cæſare in Catonem ſcriptus.

105 quinquaginta hominũ millia reperta,cùm antea tercentum ac uiginti fuiſſent. Tam
magnam cladem tantáſue populi ſtrages inteſtina mala pepererunt, præter reliquas
Italiæ ac prouinciarum uaſtitates. His ita peractis, quarto conſul deſignatus, in His-
paniam contrà Pompeij liberos expeditionem egit. Qui quanquam adoleſcentes
adhuc ingentibus congregatis copiis dignas imperio uires & audaciam oſtentabãt,
ita ut extremum Cæſari diſcrimen intentarint. Magnum prælium ad urbem Mundam
commiſſum eſt,in quo cùm Cæſar ſuos opprimi,& ægrè impetũ ſuſtinere cerneret,
per medias armatorum diſcurrens acies elato clamore, Si nihil pudoris, inquit,ſu-
pereſt,corripite me,& in puerorũ manus tradite. Magna uix promptitudine & ani-
mi audacia repulſis hoſtibus,triginta eorum millia cæcîdit, ex ſuis mille fortiſſimos
106 amittens. Poſt prælium excedens, ad familiares conuerſus, Sæpenumero,inquit, pro
uictoria,nunc autem primùm pro uita dimicaui. Hic uictoriæ dies ſacer Bacchana-
lium agebatur,quo Pompeius Magnus in prælium progreſſus traditur, cùm iam qua-
driennij tempus interceſſiſſet. Ex Pompeij liberis iunior ſeſe fuga ſubripuit. Eius au-
tem qui ætate prouectior fuerat, paucos poſt dies caput à Didio relatum. Hoc ulti-
mum à Cæſare geſtum eſt bellum, de quo cùm triumphum ageret, dolore permaxi-
mo Romanum afflixit populum. Non enim exteros ab eo duces aut barbaros in eo
debellatos reges ait, cùm optimi uiri & certè Romanorum præſtantiſſimi filios ac
ſtirpem per quoſdam fortunæ ſucceſſus funditus deleſſet, inter patriæ miſerias pom-
107 pas ac triumphum actitaret, quibus in rebus exultare iniquiſſimum erat. Cùm tamẽ
una ad deos hominésque ſit excuſatio, quòd id ex neceſſitate geſtum eſt,& eò magis,
quòd partis antea de ciuili bello uictoriis, non nuntios,non ullas publicè literas mi-
ſerit, quin pudore quodam eam ſemper gloriam repudiaſſe conſtat. In eius tamen
fortunam proni ciues, cùm accepto iam frẽno, aliquam inteſtinis malis reſpiratio-
nem ex unius principatu adhiberi poſſe crederent, eum perpetuò Dictatorem deſi-
gnauere. Ea uerò confeſſa erat dominatio,cùm perpetuitatem ipſa regnandi uendi-
caſſet impunitas, atque licentia. Poſtquam Cicero de conferendis illi primariis pro
humano quodammodo faſtigio honoribus rogationem in ſenatu tuliſſet, cæteri ta-
men immenſos etiam certatim adiecere, ut ex rerum ei decretarum amplitudine ac
108 faſtu,inuiſum ipſum & moleſtum uel modeſtiſſimis uiris effecerint. Quibus decer-
nendis non minus fauoris inimici, quàm aſſentatores tribuebant, ut quamplurimis
in eum cauſis & uehementiſſimis inniti criminibus uiderentur. Finitis ciuilibus bel-
lis,cùm cæteris in rebus nullius ſe maledictis carpendum præbuit,tum uerò Clemen-
tiæ templum à ſuis nequaquam moribus abhorrens,ſuę gratia manſuetudinis ei me-
ritò decretum eſſe uidetur. Ex his enim,qui bellum contra ſe geſſerant,compluribus
dimiſſis, quoſdam inſuper, ut Brutum & Caſſium, ad imperia & honores admiſit,
quorum uterque præturam adminiſtrabat. Diſiectas etiam Pompeij ſtatuas haud
contempſit,quin continuò reſtituit,&,ut ait Cicero, Cæſar dum Pompeij ſtatuas re-
poſuit,ſuas confixit. Obſecrantibus amicis ut præſidio corpus muniret,multísque ad
id operam ſuam pollicentibus, facere noluit, ſatius eſſe inquiens mori ſemel, quàm
109 aſſidua expectatione pendêre. Cæterùm ut ſeſe beneuolentia pulcherrimo quidem
ac ſtabiliſſimo receptaculo circunuallaret, ad alliciendam plebem uerſus, epulum
multoties dedit, frumentúmque diuiſit. Ad conciliandum etiam ſibi militum ani-
mos, quaſdam deduxit colonias, ex quibus clariſſimæ ſunt Carthago, atque Corin-
thus. Hiſce duabus obtigit urbibus, ut cùm ſuperioribus annis ſimul in poteſtatem
ueniſſent,eodem etiam tunc reſtituerentur tempore. Petentibus conſulatus & impe-
ria pollicebatur in poſterum,quoſdam dignitatibus & honoribus demulcebat. Cùm
in petendis ultro magiſtratibus adiretur, ſpem omnibus ingerebat, ita ut mortuo
conſule maximo, quanquam unica magiſtratui dies ſupereſſet, Caninium Rebi-
lium conſulem deſignarit. Ad quem congratulandi & aſſociandi gratia euntibus

multis,Cicero,Maturemus, inquit, ut ad hominem ante ſui conſulatus exitum præ-
ueniamus. Cæſarem natura magnificum & honoris percupidum cùm nulla rerum 110
magnitudo geſtarum ad percipiendum ex præteritis laboribus fructũ uerteret,quin-
imò audaciam ad futura magis atque magis accenderet, maiorum in eo cogitatio-
nes operum, & nouæ cupido gloriæ pullulabat.Eapropter perinde ac uſu præſentis
laudis attrito,ſibiipſi tanquam alteri propenſius æmulabatur,ita ut ea mentis agita-
tio quędam geſtorum ad gerenda fieret contentio.Idcirco expeditionem in Parthos
agere deſtinarat, parabátque: quibus ſubactis per Hyrcaniam ad mare Caſpium &
Caucaſum Pontum obire: dehinc Scythiam & adiacentia Germaniæ loca ingredi.
Peragrata deinde Germania, per Galliam in Italiam remeare, & hunc ita gyratum
imperij ambitum cõiungere,finibus eius quaquauerſum ab Oceano complexis. Me- 111
dio etiam expeditionis tempore Corinthiacum fodere Iſthmum enitebatur. Præ-
meditatus inſuper erat, ut Anienem ac Tiberim ex urbe ſtatim profunda excipiens
foſſa,& ad Circæum uſque deflectens,Tarracinæ immitteret mari:qua in re tutelam
pariter & commoditatem negotiatoribus excogitarat. Nomentanas poſthac Seti-
násque effundens paludes campum aperiret, compluribus mortalium millibus o-
pem atque ſubſidium. Proximo Romæ mari clauſtra per aggerem inductus, cùm
cæca & malefida nauibus ſaxa ex Hoſtienſi littore excidiſſet, portus & tanta dignas
Anni ordinatio per Cæſarem. nauigatione ſtationes extruere uerſabat. Hæc quidem parabantur. Ordinandorum
autem ac corrigendorum dierum ſimul & diſcrepantis temporis ratio ab eo cùm ſa-
pienter, tum gratiosè plurimùm excogitata atque perfecta, iucundiſſimum attu-
lit uſum. Non ſolùm enim antiquiſſimis Romani temporibus confuſis ad anni am- 112
bitum menſibus utebantur, ita ut ſacrificia & feriæ ſenſim decurrentes in contrarias
anni partes caderent, uerùm cùm reliqui tunc etiam Solis curſum ignorarent, ſolí-
que ipſum tempus ſacerdotes noſcerent, repentè ſentiente nullo intercalarem men-
ſem,quem Mercedonium uocabant, aſcribebant. Hunc prius intercalaſſe Numa di-
citur, paruum ſanè & ad eos emendandos errores non longè tendens adiumentum
commentus, ſicut in eius uita perſcriptum eſt. Cæſar autem poſtquam ea de re in-
ter philoſophos præſtantiſſimósque mathematicos propoſita diſcuſſiſſet,ob ſubie-
ctas antea diſciplinas,propriam quandam emendatiore cum diligentia uiam de-
monſtrauit.Qua quidem in hanc uſque diem utentes Romani,in tanta diſcrepantia
minus quàm cæteræ nationes uidentur aberrare. Quod quanquam ita ſit, haud ta- 113
men efficere potuit quò minus inuidi,quíque hominis facultatem aut potẽtiam gra-
uiter ferebant, id factum improbarent. Orator igitur Cicero cùm quidam cras oriri
Lyram diceret,Ita eſt,inquit,ex edicto: quaſi uerò & hoc ipſum hominibus neceſſa-
riò ſit accipiendum.Regnandi uerò cupiditas manifeſtum præſertim odium & capi-
talem in eum conflauit inuidiam. Quæ res prima compluribus cauſa fuit, his autem
qui ueteres cum eo ſimultates agebant,honeſtiſſimam præſtitit occaſionem.Hi quo-
que, qui hanc Cæſari dignitatem comparabant, in uulgus ſpargere uoces cœperunt,
ex Sibyllinis portendi libris, res Parthorum Romano ſubiugandas imperio, ſi ad-
uerſus illos rex cum expeditione mitteretur, inuictos alioqui fore Parthos. Poſtea
deſcendente in urbem ex Alba Cæſare, regem ſalutare eum auſi ſunt. Tunc pertur- 114
bata plebe indolens Cæſar,non regem, ſed Cæſarem uocari ſe dixit. Tunc facto cun-
ctorum ſilentio, non lætus magnopere, non beneuolus præteruectus eſt. Cùm ho-
nores illi quoſdam in ſenatu humano ampliores faſtigio decreuiſſent, eum fortè
in roſtris ſedentem, conſules ac prætores, cunctis ſimul conſectantibus patribus
adiere: quibus haud aſſurgens Cæſar eo more reſpondit, ut principem infimæ con-
ditionis hominibus reſponſa dare crederes, Minuendos magis inquit, quàm am-
plificandos honores eſſe. Id non modò ſenatoribus, ſed & plebi magnum incuſ-
ſit dolorem, tanquam in patribus eam ciuitas contumeliam ſuſcepiſſet. Idcirco qui-
bus

bus abire licebat,ſtatim grauiſſimo cum mœrore diſceſſere. Id ubi animaduertit,illi-
co ſe domũ conuertit,& deducta ex collo ueſte ad familiares uociferatus eſt, ſeſe cui-
115 cunque uolenti paratum præbere iugulum. Eius rei cauſas poſterius in morbum re-
iecciſſe fertur: quo qui tenentur,cùm concionem ad populum habituri ſurgunt, eo-
rum ſenſum quietem nuſquam agere,quin ſtatim conquaſſatum & circumagitatum
uertigines accerſere,immobilémq; deprehendi.Res autem,haud ita habuerat. Nam
cùm magnopere Senatui aſſurgere uellet,quidam eum ex amicis,quinimò aſſentato-
ribus,Cornelius Balbus detinuiſſe traditur: Nónne te Cæſarẽ eſſe memineris,inquit,
téque perinde ac potẽtiorem coli reuereríque duces indignum? Inter hæc rerũ obſta-
cula Lupercalium ſolennitas aderat,de qua multi ſcriptores prodidere, eam antiquis *Lupercalia.*
temporibus fuiſſe paſtorũ:& profectò Lycæis,quæ in Arcadia celebrantur, perquam
ſimilis eſt.In ea multi nobiles ac primarij adoleſcentes per urbem nudi tranſcurrunt,
116 denſis loris obuium quenque per riſum iocúmque cædentes.Complures etiam uxo-
res procerum eis ſeſe obuias de induſtria offerentes,manus tanquam ſub præceptore
ictibus exhibent.Perſuaſum enim habent,prægnantibus mulieribus pariendi,ſterili-
bus autem concipiendi facultatem afferre. Hæc Cæſar triũphali habitu aurea ſedens
in ſella, ſpectabat è roſtris. Antonius ex his,qui ſacrum agebant curſum unus con-
ſulatum adminiſtrabat. Is igitur cùm forum intrauit, cedente populo, lauream te-
nens coronam perrexit ad Cæſarem: haud clarus,& is quidem ex apparatu modicus,
ſubſequutus eſt plauſus. Tum eam repudiante Cæſare, uniuerſus applauſit populus:
offerẽte rurſus Antonio,applaudebãt pauci: eo autẽ repudiante, denuo cuncti faue-
bant.Patefacta hunc in modũ experiẽtia,ſurgens Cęſar coronã in Capitolium defer-
117 ri iuſſit. Eius quoque ſtatuæ regium habentes diadema uiſæ ſunt,quod tribuni plebis
duo,Flauius & Marullus detraxerunt,compertíſque qui primò regem Cæſarem ſalu-
tauerant,eos in uincula duci iuſſerunt, quos magno cum applauſu inſectatus popu-
lus, eos uiros Brutos appellabant. Brutus nanque regum ſucceſſione deleta, ſum-
mam rerum ex unius principatu ad Senatum populúmq; detulerat. Ea re inſtigatus
Cæſar,Marullum dignitate priuauit, eius complices ſubinde increpans, ut populum
quoque unà obiurgaret,Brutos crebrò & turbulẽtos homines uocitabat. Hoc pacto
multi ſeſe ad M.Brutum conuertunt, cui paternum quidem genus ab illo fuiſſe cẽſe-
tur,maternum uerò ex illuſtri Seruilij domo, Catonis quoque generum, & ex ſorore
118 nepotem.Hunc cùm per ſe ad regiam deſtruẽdam poteſtatem incitaretur, ſuſcepti
à Cæſare honores & gratiæ retundebant.Non ſolùm enim bello Pharſalico ex Põpeij
fuga conſeruatus,multis quoque ſuorũ ſalutem impetrauerat,uerumetiam magna ei
à Cæſare fides habebatur: clariſſimam prætũræ dignitatẽ aſſequutus erat,quartum in
annum conſul futurus,competitori prælatus Caſſio.Tum ita Cæſar dixiſſe fertur:Iu-
ſtiora quippe referre Caſſium,attamen haud Brutum prætẽrire licuerit. Quin confe-
cta iam coniuratione,& nõnullis aliquando uirum incuſantibus,nequaquam fidem
adhibuit,corpúsque manu tangens ad accuſantes cõuerſus, Hoc,inquit,corpus Bru-
tus expectat,ut qui principatum uirtute meruiſſet,principandi tamen cauſa nullum
119 per ingratitudinem ſcelus admitteret. Quidam commutandarum rerum cupidi in
hunc ſolum aut primum ſpectantes, cùm illi uerba facere nuſquam auderent, noctu
tribunal ac ſedẽ ex qua prætor ius dicebat,inſcriptionibus huiuſmodi replebant:Bru-
te dormis,& Brutus non es. A quibus,ut Caſſius illius animi magnificentiã paulatim
commoueri ſenſit, magis ſolito inſtare, uirósque ſtimulare. Nam priuatim quoque
nonnihil odij contra Cæſarem habebat,ob eas,quas cùm de Bruto ſcribebamus cau-
ſas explanauimus.Cęſari præterea ſuſpectus habebatur,idcirco ad amicos olim dixiſſe
fertur: Quidnã Caſſium uelle putatis?haud enim mihi magnopere placet is, magno-
pere pallidus. Rurſus delata ad ſe de Antonio & Dolabella calũnia,quòd res innoua-
rent,Non hos,inquit,pingues crinitósq; pertimeſco,uerùm pallentes magis atq; ma-

cilentos illos,Brutũ uidelicet & Caſſium. Sedenim fatum præuideri;quàm euitari fa-120
Prodigia quæ Cæſaris mortem præceſſere. cilius poteſt,cùm admiranda quædã ſigna & prodigia apparuiſſe dicantur. Fulgores itaque cæli,& nocturnos ſtrepitus per multa delatos loca, ſolitarias in forũ aues delapſas, in tanta cõmemorare calamitate fortaſſis indignũ eſt. Strabo uerò philoſophus ſcribit cõplures ignitos apparuiſſe homines. Extitiſſe quendam militis ſeruũ,ex cuius manu ingentẽ emicuiſſe flãmam,quod qui intuebantur, cõcremari hominem exiſtimabant:ut uerò extincta eſt,eum nihil mali habuiſſe liquebat: Ipſi quoq; Cæſari immolãti cor nuſquã comparuiſſe uictimæ, quod dirum ſanè erat prodigium. Nullum enim animantiũ ſine corde naturã conſtare. Multi præterea tradidere,ei à uate prædictũ,ut magnũ Idibus Martiis diſcrimen præcaueret. Ea die Cæſar cùm in Senatũ iret, 121
uatem ſalutauit,ſecúmq; cauillatus,Martiæ quidẽ,inquit,Idus aduenere:cui ille ſubmiſſa uoce,Venere utique,ſed nõdum præteriere,reſpondit. Pridie apud M. Lepidum cœnans,cùm diſcumbens quaſdam de more ſubſcriberet epiſtolas, incidẽte ſermone quænã optima mors eſſet,cunctos præueniens magno cum clamore,Inexpectata,reſpondit. Illo deinde penes uxorem(ut aſſolet)dormiẽte, omnes pariter cubiculi fores, atque feneſtræ patefactę ſunt. Strepitu uerò ac ſplendore(illuceſcebat enim luna)perturbatus, Calpurniam ſenſit profundo ſopore iacentem,incertas uoces & inarticulata ſumno ſuſpiria emittentem. Ipſa uerò ſe illum lugere exiſtimabat,quem inter ulnas trucidatum haberet. Quidã hoc mulieri uiſum obtigiſſe negãt:uerùm, ut Liuius 122
refert,ante Cæſaris domum ſacellum quoddã inſtar tumuli decori ac uenuſti ex cõſulto Senatus inſtructum prominebat, hoc in ſomniis demolitũ cernens Calpurnia, maximis proſequi lamẽtis & lachrymis uidebatur. Cùm igitur illuxit dies, Cæſarem ſupplex orauit,ut ſi fieri poſſet,foras ne progrederetur,aut ſenatũ ſaltem differret: ſin ſua parui faceret inſomnia,aliis diuinationibus & ſacrificiis rei ſciſcitaretur euentũ. Iam uerò quidã Cæſarem metus atq; ſuſpicio ceperat, quòd ſuperiori tẽpore nullam fœminco more ſuperſtitionẽ Calpurniæ obiectari poſſe cognorat, quam eo die hiſce malis ægrã afflictámq; uidebat. Poſtquam multis peractis ſacrificiis,malè litari uates retulere,decreuit miſſo Antonio ſenatũ dimittere. Interea Decius Brutus cognomẽto Albinus,cui magnam Cæſar fidem habebat, adeò ut ſecundus ab eo inſcriptus hæres eſſet,aduentat. Ille alterius Bruti & Caſſij in ea coniuratione ſocius,ueritus ne ſi eã 123
Cæſar diem omitteret,res ipſa uulgaretur,& uates obiurgare,& Cæſarẽ nonnihil increpare cœpit, quòd ſenatoribus qui irrideri ſe exiſtiment, cauſas in ſe detrectationis præberet & obloquij:eos nanq; illo iubente ueniſſe,prompta etiam omniũ eſſe ſuffragia,ut ipſum cunctarum per Italiam prouinciarum regem crearent, útque per cæteras terras & maria diadema geſtaret. Sin quiſquam ſedentibus illis dixerit,ut impræſentiarum quidem abſcedant,denuo affuturi,cùm meliora Calpurniæ obtigerint inſomnia,quos inuidorum fore ſermones putas? aut quiſnam tolerabit amicos,qui talia neque ſeruitutis, neque tyrannidis eſſe edoceant? quòd ſi illam omnino diem abominaretur, aut ſuſpectam auerſaretur,præſtare,inquit,ut ipſe procedens in curiam, appellatis patribus, ſenatum in aliud tempus differret. Hæc dicens Brutus, ſimúlque 124
manum Cæſaris apprehendens,ipſum deduxit. Is ubi paululum extra fores proceſſiſſet, ſeruus quidam alienus eum alloqui uehementer nitebatur:ut uerò ſuperante populi frequentia retrudebatur, domum irrumpens, ſeſe Calpurniæ quoad rediret Cæſar, obſeruandum cuſtodiendúmque tradidit, utpote magnas illi res propalaturus. Erat præterea Artemidorus natione Cnidius Græcæ præceptor eloquentiæ, cuius rei gratia cum quoſdam Bruti familiares conſuetudine ſibi conciliaſſet,plurimam perpetrandi facinoris partem agnouerat. Id Cæſari ſignificaturus cum quodam libello peruenit. Videns autem Cæſarẽ uniuerſos,quos ſuſcepiſſet libellos eius miniſtris cõmendantem, propius admodum accedens,Hunc,inquit,Cæſar,confeſtim ſolus perlege: in eo enim magna, & quæ tua uehementer interſint, conſcripta ſunt. Quo ac- 125
cepto

cepto cùm eum ſæpenumero Cęſar legere eniteretur,ab colloquentium multitudine id facere inhibitus eſt. Eum tamen ſolum cum obſeruatione manu retinẽs, Senatum ingreſſus eſt. Quidã ab alio traditum hunc libellũ aſſerunt. Artemidorum etiam tota explosum uia nullũ in modũ adiiſſe. Verùm hæc profectò caſus affert. Cæterũ ipſum cædis & certaminis locum,in quo ea die Senatus cogebatur,Pompeius inter alia ornamẽta ante theatrum dedicauerat. In eo præterea quædam Pompeij iacebat imago. Eapropter declaratum omnino eſt,id alicuius numinis opus extitiſſe,eò rem peragẽdam ducentis conuocátíſque. Caſſius itaq; antequã facinus adoriretur, ad Põpeij ſtatuam aſpiciens,eum tacitus inuocaſſe dicitur,quãquam haud multũ ab Epicuri opi-
126 nione foret alienus:uerùm enimuerò cùm terribilia iam ingruerent,conſternationẽ tempus incuſſerat,& priorem ſubinde ſententiã mẽtis ægritudo mutarat. Antonium fidum uſquequaq; Cæſari, & præcipua pollentẽ robuſtitate Brutus Albinus exterius detinebat,longũ de induſtria ſermonem iniiciens. Ingredienti deinde Cæſari honorificè ſenatus aſſurgit. Bruti uerò cõplices partim poſt eius ſellam cõſtiterunt, partim ei obuiam proceſſere,ut unà cum Metello Cimbro pro fratre exule ſupplicãti intercederent. Sicq; magnis eum obſecrationibus ad ſellam uſq; ſunt cõſectati. Cùm uerò ſedens rogantes ſubmouiſſet,hi uiolentius imminebant: quod grauiter ferẽte Cæſare, Metellus comprehenſam utraque manu togam deduxit ex collo. Id enim aggre-
127 diendi ſignum erat. Primus Caſcas iuxtà collum enſe percuſſit, ut tamẽ neque graue admodum,neq; lethale uulnus eſſet. Virum enim,ut par erat,ingentis audaciæ cœpta perturbauerant. Tum ſaucius Cæſar ſeſe conuertens,ubi gladiũ eius apprehendit, apprehenſúmque tenuit, latinè ſimul inclamauit, Scelerate Caſca quid agis? Ille autem ubi percuſſit,fratrem græco ſermone uocans,Fer,inquit,frater,auxilium. Exorto tumultu,eos qui aderant rerum ignari, cõſternatio facti pariter & horror oppreſſit, ita ut neq; fugam capeſſere,neq; opem ferre,neq; uoces emittere prorſus auderẽt. Ex his autem,qui ad necem inſtructi uenerant,cùm aduerſi nudis circunſtarent enſibus, ita ut quocunq; intueretur,uulnera occurrerent,ferrúmq; per uultũ atque oculos agitaretur,inter omniũ manus,ut fera uerſabatur. Eius enim cædis initiũ unicuiq; degu-
128 ſtandũ erat. Quocirca Brutus eum in inguine uno cõfodit uulnere. Tradũt quidam, illum cæteris quidem repugnantẽ, huc atq; illuc corpus magno cum clamore ferentem,ut Brutum nudo mucrone conſpexit,cõtracta ueſte caput obduxiſſe. Tum ſiue caſu,ſiue obtrudẽtibus homicidis,ad quãpiam ſe baſim demiſit,in qua Pompeij ſtatua fuerat,quam occiſi cruor magna ex parte reſperſit,adeò ut præſide Pompeio,ſub- *Cæſaris interitus, uiginti tribus uulneribus in eum illatis.*
iectum pedibus hoſtẽ pœnas dãtem,& inter uulnerũ multitudinem terram calcibus pulſantem exiſtimares,quæ uiginti tria numero is ſuſcepiſſe dicitur. Vbi complures dum unum in corpus tot intendunt plagas,ſeſe mutuis conſauciant ictibus. Mortuo Cæſare,cùm Brutus de his rebus à ſe confectis relaturus in mediũ proceſſiſſet,nequaquam immoratus ſenatus,per portas effugit,plebẽ tanto tumultu,& ancipiti terrore repellẽs, ut alij clauſis domibus, alij relictis trapezis & numulariis officinis,diſcurre-
129 rent. Quidam locũ cædis inſpecturi,quidam iam conſpicati aduolabãt. Antonius & Lepidus Cæſaris amiciſſimi,cùm ſeſe ſubduxiſſent,in alienas quaſdam domos profugere. Brutus & reliqui,ſicut erant à cæde tepentes,nudis enſibus ex curia ſeſe unà non fugientium more in Capitolium receperũt,quin apprimè alacres ac fiducia pleni ad libertatem populum conuocabant,obuios quoſque optimates congratulantes excipiebant. Nonnulli perinde ac operis participes comparebant, ſe illis conſcẽdentibus admiſcebant, ex quibus C. Octauius & Lentulus Spinter erãt. Hi ab Antonio & Cæſare Auguſto poſterius interfecti, oſtentationis & iactantiæ pœnas luere, cùm inte-
130 rim ne gloriæ quidem,ob quam gloriabantur, fructũ ullum percepiſſent. Nã nec eos aliquod in ea re periculum ſuſcepiſſe creditum eſt, quíque illos trucidabant,non perpetrati facinoris, ſed uoluntatis ſupplicia exigebant. Poſtridie deſcendens Brutus,

concioné habuit,cui eo ſe pacto populus attętum adhibuit, ut factũ neq; grauius increaret,neq; probaret:uerùm permulto ſilentio declarabat ſe cùm Bruti reuerentia, tum uerò Cæſaris miſericordia cõmoueri.Senatus uniuerſis conciliatus,obliterandas ſtatuit inimicitias:Cæſari quoq; diuinos decernere honores:ex his quæ in ſuo principatu cenſuiſſet,ne minimũ quidem labefactandũ eſſe decreuit: Bruto reliquíſq; tum prouincias,tum honores pro uniuſcuiuſque dignitate diſtribuit.Quapropter omnibus & pacata res,& tranſacta probè uidebatur.Apertis autẽ Cæſaris teſtamentis,poſtquam ampla Romanis legata uiritim eſſe compertũ eſt,ac delatũ per forũ corpus deforme uulneribus apparuit,nullus amplius rerũ decor,nullus ordo uulgũ detinebat: at congeſtis ſuccenſíſque circa cadauer ex foro gradibus, ſubſelliis, cãcellis,trapezis, 131
ipſum concremarunt.Ardentibus inde ſublatis torribus,ad percuſſorũ domos,ut eas incendio uaſtarent,percurrebant. Alij per omnes urbis regiones, ut captos diſcerperent uiros, magna cum indagatione commeabant. Ex quibus in nullum prorſus(hi enim ſeſe in tuto ſepſerant)inciderũt.Cinnæ autẽ Cæſaris æquali ſuperiore nocte durum quoddam obtigiſſe uiſum ferũt. Exiſtimabat enim ſe à Cæſare ad cœnã inuitari, quòd cùm recuſaret,inuitũ ac reluctantem ab eo manu trahi.Cùm uerò Cæſaris corpus in foro cremari accepiſſet,exurgens ut eum decoraret,ibat, quanquã & inſomnij ſuſpicione & febri teneretur.Eo in publicũ prodeũte conſpectũ, cùm ex multitudine quiſpiam de illius nomine percontaretur,ex alio certior factus, ſubinde alteri retulit.
Cõfeſtim per omnes diuulgatũ eſt hunc hominẽ ex Cæſaris interfectoribus eſſe (qui- 132
dam enim eiuſdẽ nominis Cinna inter coniuratos fuerat) quẽ cùm iſtum ipſum eſſe ſuſpicarentur,eũ magno cum impetu trucidarunt.Hoc ueriti Brutus & Caſſius,paucis pòſt diebus ex urbe deceſſerunt. Quid autem hi geſſerint,ac deinde pertulerint,in uita Bruti ſcripſimus. Periit Cæſar ſexto & quinquageſimo ætatis ſuæ anno, poſt Põpeium haud multò amplius quatuor ſuperſtes annis, cui ex ea dominatione & principatu,quem omni uitę tempore per tanta infectatus erat pericula, nullus præter nomen & refertam inuidia gloriã ex ciuibus fructus obtigit. Magnus ille ſuus, quo uiuens uſus erat genius,eius quoq; defuncti necis ultor ſubſequutus eſt. Omnes nanq; 133
terras & maria peragrans,eouſq; inueſtigauit, ut ex percuſſoribus neminẽ relinqueret,quin uniuerſos aut operi manus inferentes,aut cõſilium impartientes in ſtragem dederit.Cæterùm ex humanis quidem rebus id præcipuæ admirationis extitit, quod

Cæſaris mortem,quæ admiranda ſubſequuta ſint.

Caſſio euenit.Eodẽ ſiquidem pugione,quo in Cæſarẽ uſus fuerat,ſeipſum interemit. Ex diuinis autẽ,ſtella ingẽs crinita,quæ cùm poſt Cæſaris interitum ad ſeptem uſque noctes eximio fulgore apparuiſſet, poſtea nuſquam uiſa cõparuit. Solis præterea lumen caligine obſeſſum: toto nanq; illius anni ſpatio pallẽs globus,& ſine ſplendore oriens,imbecillem ac tenuem ex ſe calorem emittebat: quare grauis ac diſpertientis imbecillitate caloris obſcurus aer, ſemicoctos edebat fructus, immaturos, & imperfecto flore collabentes, tantùm aeri frigus inerat.Ingratam uerò miniméque deis 134
complacitam Cæſaris necem præſertim factum Bruto declarat oſtentum. Id autem fuit eiuſmodi. Ex Abydo in alterum littus traiecturus exercitum, ſuo more intra tabernaculum nocturnæ ſe quieti dederat,haud dormiens,uerùm futuri ſolicitus.Hũc enim uirum omnino longè imperatorum ſuapte natura uigilãtiſſimum, minimum ſomno tempus impendiſſe tradunt.Interea circa fores quẽdam ſenſiſſe ſtrepitum uiſus,cùm ad inclinãtis iam lucernæ lumen intueretur,horrẽdum cernit ſimulachrum hominis inuſitata quidem magnitudine, & ſpecie grauiſſima: quem ut nihil agentem aut proloquentem,ſed lectulo tacitũ aſſiſtẽtem aſpexit, primùm attonitus quiſnam eſſet,interrogauit. Et reſpondens ſimulachrum, Tuus,inquit, malus ſum Brute, 135
genius,in Philippis me uidebis. Tum Brutus ſumma cum fiducia intrepidus, Videbo,ait:continuóque euanuit imago. Inſequenti tempore Brutus in Philippis aduerſus Antonium & Cæſarem pro acie dimicans,priore prælio à ſua parte uictor, fugato ac

Vigilantia Bruti.

to ac fuſo hoſte,Cæſaris caſtra diripuit. Secundam deinde pugnam cõmiſſuro nocte quadam eadem aduentat imago, ita ut nullum faceret uerbum. Brutus ubi impendẽre iam fatũ intellexit,ſeſe diſcrimini obiecit. Ei tamen in certamine cadere nequaquam euenit:at uerſis iam ſuis in fugam, ipſe in præcipitem quendã ſe recipiens collem, nudo mucroni pectore incubuit: itaque familiari quodam (ut fama eſt) ictum fortius adiuuante moribundus cecidit.

Phocion.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 DEMADEM oratorẽ tradunt plurimùm Athenis potentia & opibus ualuiſſe,ob id maximè quòd in repub. adminiſtranda nihil præter Macedonũ & Antipatri gratiã quæritabat. Hũc pleraque cõtra patriæ dignitatẽ & cõmoda facientẽ,dicere ſolitũ accepimus,iure ſibi ueniam tribuendã,qui naufragæ ciuitatis reliquias gubernaret.Dictum nẽpe temerè imprudentérque ab homine, ſicut nõ prudente, ita & parum integro in repub.ciue. Id ſi ad Phocionis inſtitutum & uitam, illiúsque ſeculi mores retuleris,uidebitur ab eo quidem non ineptè falſóue dici potuiſſe. Nam Demadem ipſum reipub.fuiſſe naufragiũ conſtat, ciuem luxu & auaritia perditũ. In quem ſæpe,cùm eſſet fracta ætate,corporéq; ſenecto,dicere ſolebat Antipater,nihil ei
2 perinde ac cæſis uictimis,præter uẽtrem & linguã reliqui ſupereſſe. Atenim magnas Phocionis eximiáſq; uirtutes,iniquitate temporũ, uelut inſuperabili quodam hoſte deprehenſas, minus ad cõſequendã gratiam idoneas effecere Græciæ calamitates atq; procellæ.Neq; enim Sophocli cenſeo adhibendas aures, cùm uirtutẽ eius fingit ſuapte natura & uiribus imbecillã. Non enim infelicibus ô rex,inquit,idem manet animus,qui florebat antè,ſed languet,& ſeſe ipſe deſerit.Ego uerò fortunæ magno cuiq;, ac forti uiro aduerſanti,nihil plus tribuendũ poteſtatis exiſtimo, quàm ut inuidiam poſſit pro laude,pro debita gratia odium cõparare. Atqui plebem cõpertum eſt,tum ſolitã iniuriis benemeritos de ſe ciues afficere, cùm ſecundis rerum flatibus uelut cæco quodam impetu pulſa feratur:quanquã idipſum interdũ ſolet,uel afflictis reipub.
3 temporibus euenire. Nam calamitatis & miſeriæ hãc eſſe cauſam ſæpe perſpicimus, ubi mortalium animos ad omnẽ iræ impetum mobiles ac procliues reddit,à quibus nihil ſolet,niſi quod blandum ſit,æquis auribus audiri.Mordet econtrà aduerſum omne,tametſi ratione illud bonáq;mente dicitur. Sic enim planè comparatum eſt,ut cùm calamitoſi hominis erratũ reprehenditur, miſeria illi potius uideatur exprobrari,quàm culpa. Quo fit,ut ei liberius patefacta ueritas nõ tam monendi,quàm obiiciendæ infelicitatis cauſa explicata putetur. Nam ut mel natura ſuaue quidem, ulceribus tamen ſalubriter admotũ acerbos dolores concitat: ita & infelicem aduerſi ſermones,uel ſi ſalutares ſunt,mordẽt tamen,niſi prudenter admodũ & aliqua cum miſericordia proferantur. Rectè igitur iucũdum diffiniuit Homerus, quod menti faci- 4 *Iucundum quid.*
lè aſſentiret. Nec illi palàm obſiſtunt ex aduerſo ſoli, qui oculorũ laborant ualetudine,ſed umbroſa loca opacósque rerum colores appetunt,& ab omni paulò excellenti lumine abhorrẽt.Id quoq; ciuitatibus euenit grauiore aliqua procella ſua præſertim culpa exagitatis: quæ ſicut aſſentationibus capiũtur maximè,ita perinique ferunt, ſi quis illarũ peccata apertius improbat: ſi quis ueritatẽ nudam, nullóq; adornatã fuco deprompſerit:ſi quis fortiter,grauiter,ac ſeuerè afflictis rebus conſulat. Nihil ſalubre gratũ illis eſt,ſi non idẽ aliqua fuerit adulatione cõſperſum.Ego itaq; eiuſmodi ciuitatẽ minimè tutã,quin potius labẽtem & inclinatã dixerim, in qua is poteſt plurimũ

qui neglecta ciuitatísq; posthabita salute captandæ popularis auræ causa ad gratiam pergat consulere. Eorum demum breuissima uia est, in qua sese pariter ac bonũ quẽ- 5
Moderandæ multitudinis ratio. que fallendo ac mentiẽdo perditũ eant. At operæpretium est, in ciuitatibus & populis gubernandis solẽ ipsum imitari, sapientissimũ rerum parẽtem & seruatorẽ. Hunc mathematici perhibẽt supremi orbis ui ac impetu raptũ obsequi, nõnihil tamen cõtrà tendere nitíque, sed ea modestia & arte, ut illi, nec omnino obsequi, nec obsistere cõtumaciter uideatur. Nam cùm intelligeret hinc superioribus cæli uiribus parendũ esse, illinc rerum naturã sine altero cõtrario motu haud posse consistere, cepisse illum aiunt iter ex transuerso obliquè mollitérq; deflexum, eáq; ratione nouum quoddam motuum ac tẽperamenti genus excogitasse, quo uno rerum ortui ac saluti perquàm 6
tutè cõsuleret. Sic itaq; in ciuitatibus dura nimiùm & populari uoluntati semper aduersa seueritas, cõtráque item blanda, & ad uulgi tantùm libidinẽ accõmodata facilitas, pari ciuitates labe ac periculo affecere. Qui uerò in administrãdis rebus ita uersantur, ut ad salutẽ publicúmque cõmodum, uelut ad metam aliquã sua cõsilia dirigant, nõnihílq; interdũ ciuium gratiæ & uoluptati cõcesserint, nec singula uelut ad filum redacta, uelint seueritate potius & ui, quàm mãsuetudine & humanitate cõfici, hi mihi planè uidentur sapientissimè seruãdarũ rerum uiam incedere: quanquã existimo haud parui esse negotij, seueritatem posse cum comitate retinere: quod qui nactus est, rem profectò est assequutus, qua nulla est, neq; harmonia concinnior, neq; concinnitas suauior, neq; suauitas gratior aut utilior. Ea est, qua mundi molem hanc 7
deus gubernare dicitur, non tam ui fretus aut potentia, q̃ arte & ratione necessitatem parendi demulcens. Hoc iuniori Catoni defuisse proditum est, homini seueriore ingenio prædito, & moribus ad popularem gratiam minimè accommodatis: cuius id fuerit semper in repub. institutum, ut nihil unquam aut assentando, aut ambiẽdo, aut obsequendo, in omni uita confecerit. Eapropter Ciceronem dicere solitũ accepimus, consulatu caruisse Catonem, quòd in Romuli repub. uiueret, quemadmodum fuerat in Platonis politia uiuendum. Mihi uerò idem Catoni, quod intempestiuis & extra naturæ legem nascentibus pomis, contigisse uidetur, quæ non tam libenter homines comedere, quàm mirari, & iucundè cõspicere solent. Sic prisca illa Catonis iámq; obsoleta, & altè nimiũ repetita uiuendi forma inter perditos sui seculi mores excellens, admirationem habuit illa quidem & gloriã singularem, fructũ uerò & utilitatẽ minimè certè parem. Eius enim uirtus celsa nimiùm eminénsque, haud ullo potuit pa- 8
cto cum eiusce tempestatis prostratis moribus adæquari. Cato si non dirutam uel labentem patriam, ut Phocion, at certè crebris agitatam procellis & fluctibus nactus est. E cuius puppi clauóque exturbatus, cùm nihilo segnius rudẽtibus & uelis inniteretur, fortunæ, quæ ad obruendum Romæ libertatem omnes uires suas intẽderat, usqueadeò impedimento fuit, ut ancipitem illi, diúque dubiam uictoriam fecerit. Sceleste orum itaque ac perditorum ciuium auxilio freta, Romanæ tandẽ libertatis splendorem extinxit, nõ id quidem citò faciléue. Nihil enim propius factum est, quàm ut
Phocionis cũ Catone cõparatio. Roma Catonis uirtute constantiáque defensa ex eo periculo supereſſet. Huic tanto uiro Phocionem iure comparãdum duximus. Fuit enim in utroque morum, uitæ ingeniíque similitudo, non illa quidem remota & generalis, ut inter multos sæpenumero fuisse legimus. Est enim plerunq; fortitudinis ad fortitudinẽ dissidens quædam comparatio, ut Alcibiadis, Epaminondæque. Quosdam dissimiliter prudentes fuisse accepimus, ut Themistoclem, & Aristidem. Iustitiámq; item in Numa, aliter in Agesilao eluxisse dicitur. Phocionis autem Catonísque si non fortuna, at certè cùm natura & ingenium, tum multò maximè mores uidentur, & institutum sic conuenisse inter sese, ut omni uel tenui uarietate sublata, unam uterq; præstiterit animi speciem & ingenij lineamenta. Ambo etenim seueritatem cum comitate, fortitudinem cum prudentia, alienæ rei curã sine sui negligentia, turpitudinis odiũ cum honestatis cultu sic

tu sic pari æquáue lance mistas habuere, ut in dignoscẽda, si qua est, uarietate, subtili
10 quodam accuratóque iudicio opus esse uideatur. Catonem nobili claráq; familia natum (ut à nobis dicetur) constat. Phocion autem Athenienſis, haud certum habemus quo genere, quibúsue parentibus fuerit. Ego tamẽ non abiecto illum puto aut ignobili loco natum, tametsi Idomeneo placet, patrem eius cochlearium fuisse opificem. Extat enim Glaucippi oratio in Phocionem & acris & uehemẽs, in qua cùm plura in eum conuitia & probra collegisset, nullum de genere, aut parentibus maledictum attigit. Abducit me item ab Idomenei sententia eximia uiri & præstans in omni uita modestia, ingenuáque institutio ac liberalis, quem cõstat ab ineunte ætate Platonis primùm, deinde Xenocratis in Academia fuisse discipulũ, & optimarũ artium studia coluisse. Hunc Duris tradit fuisse ea morũ grauitate cõstantiáque, ut eodẽ oris habitu
11 in omni uita seruato, nec ridere illum quisquã, nec lugere facilè uiderit. Nunquã lauandi causa uulgares balneas est ingressus: indutus nunquã è pallio manum exeruisse uisus est. Ruri ac militię nudo semper incessit pede, nisi hyems illũ atrocior ad calceos impulisset. Idcirco ferunt inter iocantes milites nullum fuisse significãdi crudelis frigoris certius argumentũ, quàm affirmare calceatũ Phocionẽ tũc fuisse. Erat ingenio miti humanóque, sed cuius lenitatẽ facies natura tristis atq; seuera ita mẽtiretur, ut eius cõgressum nemo nõ familiaris aut solus aut libens petierit facilé. Inde Chares (ut erat orator nõ insulsus) cũ in eius superciliũ festiuè inter orandũ inuectus uniuersæ cõcioni risum excitasset, Hoc superciliũ, Phocion inquit, nihil mœroris uspiã uobis ô ciues, intulit: at horũ salibus & facetiis luctus est sæpenumero patriæ cõparatus.
12 Fuit eius oratio grauis, uehemens, & præceptis & sententiis salubribus cõferta. Maximè autem eius erat acuta quædã & iniucunda breuitas dicẽdi. Siquidẽ Zenonẽ Stoicum dicere accepimus solitum, philosophio dignũ minimè esse id uerbum, quod nõ fuisset mente prius & cogitatione intinctum. Idipsũ quoq; uidetur placuisse Phocioni, cuius erat sermo uerborũ paucitate perbreuis quidem, multus uerò sententiarum magnitudine & grauitate. Polyeucto quoq; homini graui & erudito ornatissimum *Orationis quod genus sit optimum.* oratorem uisum est fuisse Demosthenẽ, in suadendo autem uim maximam Phocionem habuisse. Animaduertit idem orationi conuenire quod numis, qui eò sunt præ-
13 stantiores, quò in minore materia plus ualoris ac pretij complectantur. Sic optimum esse uidetur orationis genus illud, quo paucis multa sunt grauiter, sapienter, acutè significata. Igitur Phocione apud populum aliquando dicturo, cùm oppleto iam hominibus theatro cogitabundus deambularet in scena, familiarem eius quempiam ferunt propius accedentẽ rogasse, quidnam istuc esset, quod secum tam accuratè cogitaret. Tum Phocion, Ita me pol, inquit, iam dudũ cogito si quid ex ea possum oratione, quam habiturus sum, demere. Demosthenem uerò fama est cæteris spretis oratoribus, si quando dicturus sententiam Phocion surrexisset, cõuersum ad amicos summisse dicere solitũ, En adest uerborũ meorum gladius. Cæterùm hoc non minus fortasse moribus, q̃ eloquẽtię tribuendũ. Etenim sępenumero cõpertũ habemus, multas diserti hominis argumentationes ingenio & arte instructas, uel uno uiri boni uerbo,
14 uno etiã nutu facilè fusas atque disiectas. Phocion adhuc adolescens sub imperatore Chabria meruit, à cuius nunquã latere miro quodam discẽdi studio discedebat. Is ad discendas bellicas artes militarémque disciplinam magno Phocioni adiumẽto fuit. Nec minus ille sui ducis ingenium in re agẽda non satis cõstans aut frænatũ, suo consilio, grauitate & prudẽtia gubernabat. Chabrias enim suapte natura ad ineũda pericula tardior, postea quã cœpisset cũ hoste cõserere, ira nimia cõcitatus uehemẽter solebat accẽdi, imperatorij officij facilè obliuiſci, sese temerè periculis obiectare. Cuius audacia quò tandẽ par erat, euasit. Nã in pugna nauali aduersus Chios primus omniũ in hostile littus inuectus, cũ pro explicãdo in terrã milite in occurrentes hostes audacius proruisset, pugnãs cõfossus est. At uerò Phocion & in cauẽdo periculo prudẽs, &

in gerẽdo negotio impiger,illum & cunctantẽ incitabat,& cõpescebat nimia audentem. Chabrias,ut erat ingenio docili perhumanóque,illũ libenter audire,ei maxima quæque credere.Si quid strenuè,fortiter,sapienter esset obeundũ, illius potissimũ uti opera,nihilque prætermittere,quò minus insignẽ uiri uirtutem omni Græciæ palàm faceret.In eo prælio,quod aduersus Naxios secundo Marte nauibus gestum est,maximam sibi Phocion & fortitudinis & prudentiæ laudem uendicauit, in quo dux Chabrias illum opposuit dextro Naxiorum cornui, ubi locatum erat omne ferme militis robur.Prima illa nauali pugna pro Græcis ab Athenienſibus post uastitatem propria ui,felicibúsq; auspiciis cõfecta,longè charissimũ Chabriã patriæ reddidit. Egregiam 16
quoq; uirtutem Phocionis iam dignã imperio cuncti summis laudibus affirmabant. Parta est ea uictoria,quo die agebantur Athenis magna mysteria, eiúsq; gratia Chabrias quoad uixit poculum quotannis Attico populo dedit. Hic deinde Phocionem delegit,qui cum x x nauibus ad exigẽda insularũ tributa proficiscereturTum Phocion ærarij potius paupertati,quàm suæ dignitati consulẽs,dixisse fertur: Exiguas eas esse copias si ad hostes pugnaturus emittatur, sin ad socios, sat sibi uel unam fore. Ita unica cum triremeſingulas adiens insulas,earúmq; principibus sibi conciliatis, cum multis,quas insulares ad cõuehenda tributa coegerant,nauibus Athenas uenit.Mortuo Chabria,grati admodũ & beneuoli in illum animi argumentũ dedit.Nam quem uiuum multo studio & obseruatione coluerat, extinctũ etiam omni quo potuit officij genere est prosequutus.Eius enim necessariis nulla in re defuit unquã.Cresippum 17
filium diligenter ac perhumanè recepit, quò impuros adolescentis mores ipse cõponeret:eius tamẽ cùm duro,tum minimè liberali ingenio nusquam adduci potuit, ut curam & laborem in illo instituendo dimitteret,cuius ineptias nõ modò pertulit patienter,uerùm etiam studiosè tegebat:quanquam semel aiunt Phocionis cõstantiam importunitate leuissimi iuuenis superatã.Nam cùm ille imperatoriũ quoddam munus studio accuratior obiret,Cresippus,ut erat futilis delirúsque, grauissimũ peritúq; imperatorem cœpit fatuis quibusdam interrogatiũculis obtundere, atq; illum quasi monẽs,docẽsue importunius perurgere. Tum stomachatũ Phocionẽ dixisse fama est,O Chabria Chabria,cumulatã tibi pro amore nostro gratiam nunc persoluo, qui 18
nati tui deliramẽta sustineo. Vt uerò animaduertit ciuitatis principes munera bellica,& togata inter se,quasi sorte partitos:quidã enim uelut Eubulus,Aristophon,Demosthenes,Lycurgus,Hyperidésque,è foro tãtùm & curia dignitatem sibi & amplitudinem quæritabant: alij uerò bellicos magistratus & imperia sectabantur, hi erant Diopethes,Menestheus,Leosthenes, & Chares. Hæc inquam ubi animaduertit Phocion,uisum est sic munus utrunq; sibi complectendum,ut in toga posset excellere,& nulli ducum in armis esse inferior. Meminerat enim tales Periclem, Aristidem, Solonémque fuisse,quorũ nemo (ut est apud Archilochum) aut Martis opera sæui, aut placida Musarum dona neglexit. Atque Palladem ipsam bellicam simul ac ciuilem & esse & uocitari. Hoc instituto rempub.capessendã ratus,nihil tamen potius,quàm
quietem pacémque publicam cupere uidebatur.Imperia habuit quot quantáque ne- 19
mo aut suæ aut superioris ætatis ducum Athenis est consequutus, è quibus nullum omnino,aut ambiens,aut ulla significatione cupiditatis est adeptus: sed illa sicut populi uoluntate sponte delata capessebat, ita repudiabat nunquam repub. postulante. Certum est enim Phocionem quintum supra quadragesimum gessisse imperium, cùm nec semel ipse comitiis præsens interfuisset.Quod eò solet uideri maius,quò nihil eum in omni uita popularis gratiæ causa,uel fecisse certè, uel dixisse cõstat, quinimò ab iis adulatoriis artibus tantùm abfuit, ut sæpissime plebi sit acerrimè cõtumelioséq; aduersatus.Hoc nonnullis miraculo fuit,qui parum populariẽ leuitatẽ experti non intelligũt uulgarẽ turbam reges imitari solitã: quibus post epulas, ubi Cerere & Libero læta mens diffluit,ioci tantũ & assentationes,posthabitis seriis,in pretio sunt.

Quod

20 Quod item in ciuitatibus ubi plebs imperat, factum uidemus. Nam arridente fortuna tranquillóque rerum cursu, in quo plus blanditiarum, & assentationis conspexerint,in hunc facilè suos honores conferunt. Ast ubi intonuerit,ubi grauior aliqua tẽpestas illis uelut crapulam & somnium abegerit, iam in gubernaturo non quærunturblanditiæ,uerùm seueritas,iustitia,sapientia in honore est: ad eos tum cõfugitur maximè,quos antè uiderint erroribus suis fuisse uehementer aduersos.Habuerant ex Delphis Athenienses oraculum,cuius erat hæc ferme sententia: Vnum Athenis hominem esse solùm,qui aduersus ciuitatem sentiret,cùm cæteris tamen omnibus idem esset in rempub. animus. Hoc ubi publicè recitatum est,exurgens Phocion, Desinite ciues,inquit,quemnam deus ea uoce significet,deinceps inquirere: unus enim is ego
21 sum,cui placeat nihil eorum,quæ in repub.nunc gerantur.Rursus cùm inter orandũ eius sententiam uniuersa magno assensu concio accepisset, ad proximos uersus, Me miserum,inquit,uereor enim ne quod mihi stultum uerbum imprudenter exciderit. Sacros ludos Athenienses instituerant priuata ciuium collatione ornandos, portionémque suam contulerant cæteri. Tum inuitatus ad soluendum Phocion, A diuitibus, inquit, ista exposcite: puderet enim me, si eam qua sum Callicli fœneratori obnoxius pecuniam,in hosce sumptus absumerem. Cùm uerò importunius illi clamore instaret & minis,fabulam huiusmodi orsus est. Ignauus quidam miles in prælium pergit ire,illum grex cornicum obscœna uociferatione circunuolat: eo quasi infausto omine perterritus miles, positis armis non ultrà progreditur. Silent aues,ille tela resumens ire constituit. Ingeminatur auium cantus de integro,tunc ad illas conuer-
22 sus,Vos,inquit,pro uiribus clamabitis,me certè nunquam gustabitis. Ferunt à militibus aliquando rogatum,ut se in aciem pugnaturos educeret, illorum diffisum animis ac uiribus noluisse:tunc irati milites crebris illum maledictis incessere,trepidum imperatorem effœminatúmque uocitare,eum metui suo periculum uanum prætendere. Ad hæc Phocion: O uirorum,inquit,fortissimi,neque uos me intrepidum, nec ego uos item ignauos unquam efficiam. Atqui sat nobis est,nostra utrisque nostrum planè cognita esse ingenia. Re aliquando militiæ malè gesta, accensa plebs, irámque in Phocionem euomens,pœnas ab eo malè administrati imperij deposcebat.Quibus ille:O felices,inquit,saluti prius & periculo uestro consulite,deinde meis de criminibus per otium statuetis. Fuere nonnulli milites,qui quoad sub ipso meruerant, inter tubas & armorum strepitum exangues ac consternati, hostis etiam longinqui cõspe-
23 ctum non sustinerent:hi pace facta, omníque exacto periculo,feroces de repente audentésque facti sese iactabundi extollere,Phocionem ignauiæ insimulare,illum unũ fuisse,cuius formidine uictoria è manibus esset erepta. Tum ridẽs Phocion,O fortunatos uos milites,inquit,quibus imperatorem sors dederit uestrę gnarum uirtutis atque ingenij,alioqui iam pridem miserè periissetis. Disceptabant Bœotij de agrorum finibus cum populo Athenienſi,quem cùm uideret Phocion repudiatis arbitris ferro malle,quàm iure litem dirimere,Si sapitis,inquit,uiri Atheniẽses, uerbis potius,quibus præstatis,quàm armis,quibus impares estis,decernite. Orantem illum cùm obstrepens concio impediret, quò minus sententiam diceret haud illis omnino gratam, Vestri,inquit,arbitrij ciues est,ut quod nolim,à uobis coactus faciã: contra uerò sen-
24 tentiam meam ut eloquar,id profectò hominum nemo facturus est.Sed interseramus nunc è multis pauca,quæ in oratores contrariarum partium mordaciter ab eo feruntur.Cùm populum aliquando paulò liberius in concione reprehenderet,Demosthenes ait,Trucidabit te plebs Phocion,si paululum insanierit:cui Phocion,Quin te potius,si paululum resipuerit. Polyeuctus Sphecius longam de suscipiendo contra Philippum bello orationem habuerat:erat autem tunc ætas media: hunc igitur partim pinguedine corporis, partim solis feruore coactum, cùm uidisset sæpius ad recreandos oppressos anhelitus aquam sorbillare inter orãdum,Dignam hercle rem, inquit,

Phocionis dicta factáque multa egregia.

uiri Athenienſes,ut huic de gerendo bello credatur:quanta enim illũ in medio marte ſua galea & thorace facturum exiſtimatis,quem uel ipſe loquendo labor in animę exhalandæ diſcrimen impulerit? Lycurgus Phocionem multis in cõcione maledictis carpſerat,quia Alexandro decem ad ſupplicium ciues poſcenti dedendos cenſuiſſet: cui Phocion, Meis,inquit, conſiliis utinam tanta fuiſset habita fides,quãta erat in illis ſalus atque utilitas. Fuit ea tempeſtate Athenis Alcibiades quidam, cui ficti fucatíque mores Laconiſtæ cognomen indiderant.Hic authoritatem ſibi non tam uirtute,quàm enutritæ barbæ prolixitate,graui ſupercilio,tardo inceſſu, lacernáque laconica quæritabat.Illum igitur Phocion, cùm ſibi ad populum dicenti parum fidei haberetur,dictorum ſuorum inuocat teſtem : qui cùm populo ut aſſentaretur, ueritatẽ negaſſet,continuò accedens propius Phocion, illiúsque barbam in ſpeciem mulcendi apprehendens,Quàm decuerat,inquit,hanc barbam & indumenta,boni uiri inſignia,prius quàm mentireris depoſuiſſe. Nec illud Ariſtogitonis ſycophantæ præteundum, cuius conciones nihil ferme præter bellum ſonabant & arma , quíque ſuis populum orationibus in pericula ſæpe compulerat . Is cùm intelligeret haberi delectum, ſimulata ualetudine crus obligat , baculóque innixus inſtar uulnerati claudicando prodit in publicum: quem Phocion à tribunali longè proſpiciens , uociferans inquit:Scribe Ariſtogitonem claudum,& eundem improbum,ac mendacem. Hæc mecum interdum reputans mirari ſoleo hominem uſqueadeò durum ſeuerúmque, frugi cognomentum eſſe adeptum:quanquam haud impoſſibile puto,ut eſt in uino, ſic & in uiro ſuauitatem eſſe cum auſteritate coniunctam:uti pleroſque contrà uidemus primo ſtatim cõgreſſu faciles uideri ſuauésque ac perhumanos , quorum ingenium conſuetudo longa detegit aſperum intractabiléq; . Propterea Hyperidem tradunt Athenienſibus dicere ſolitum,ne uellent,an eſſet acerbus,inſpicere:ſed,an eſſet ab re proteruitérque acerbus. Vulgus enim ſi qui præcellant modò,etiamſi uel ad iniuriam,uel ad inuidiam,uel ad iram,uel ad ambitionem potentia ſua non abutantur, uelut graues odit, moleſtósq; perſequitur . At uerò Phocionem ex omni ciuium numero neminem compertum eſt, non modò priuatum affeciſſe iniuria , ſed ne odiſſe quidem , tametſi cum multis ſæpius eſt ab eo reipub . cauſa ſuſcepta contentio . Atque hac in re ſic ſe conſtantem præbuit , ſic acrem inexorabilémque , ut nullo periculo , nulla gratia , nullis denique potuerit artibus ab iuuandæ patriæ inſtituto abduci , cùm priuatim tamen tanta in omnes fuerit humanitate beneuolentiáque , ut uel eorum ſæpe,quos in repub.aduerſos habuit, temporibus & periculis non deeſſet.

Phocionis humanitas.

Quare cùm à ſuis reprehenderetur , quòd hominem improbũ in iudicio defendiſſet: At nemo bonus,inquit,eiuſmodi patrocinio indiget. Ariſtogitonem ſycophantam Athenienſes damnatum uinculis coercebant : is oratum Phocionem mittit , ut paululum uelit ad ſe uiſendum accedere: aſſenſus Phocion, cùm hãc eius facilitatem ſui damnarent (erat enim ſceleſtus Ariſtogiton flagitioſúsque) atque illum conarentur ab itinere iam cœpto deflectere: Sinite,inquit:nam ubi locorum iucundius,quàm in carcere Ariſtogitonem uiderim?Nec minore fuiſſe beneuolentia, quàm authoritate & fide apud urbes inſuláſque ſocias ferunt . Nam ſi quando claſſis alio duce Athenis emitteretur,ſocij omnes non tam amicos illos, quàm hoſtes rati, loca omnia aduentantibus eis occludere,portus molibus aggeréque munire, liberos, uxores, armenta, mancipia in urbem ex agro compellere , ut nihil loci illorum rapinæ libidiníque patêret . Aſt ubi Phocionem audiſſent claſſis eſſe præfectum , longius omnes nauibus obuiã ire, ſertis atque coronis, omníque lætitiæ ſignificatione illum excipere , urbes, uillas,portus, domos denique ipſas uacui animo patefacere, tanta de illius erat integritate,& continentia apud omnes mortales exiſtimatio.Ea tempeſtate renuntiatum Athenis eſt,Philippum traductis in Eubœam ex Macedonia copiis,urbes aliquot, allectis ſibi principum animis,primo ſtatim aduentu occupaſſe. Tum Plutarchus Eretrieus

trieus legatos Athenas mittit,qui oppreſſæ à Macedone inſulæ opem efflagitent.Placuit mitti auxilium,& præfici huic expeditioni Phocionem . Cum parua igitur militis manu(ſpem enim in Eretrienſium uiribus,& fide locarat)in Eretriam extemplo traiecit,ubi cùm omnia offendiſſet infida proditionibus,auróque uenalia, in magnũ rerum diſcrimen uenit.Tunc locis omnibus oculo ac mente luſtratis, tumulum tandem conſpicit paululum ex una ualle ſurgentem,è quo patebat in planitié, quæ circa Tamynas eſt , longè latéque proſpectus: eò cum inſigni robore militum ipſe conceſſit . Nam ignauus quiſque, uel quibus ad pugnandum deerant uires , uel frigebat animus, loci ac rerum deſperatione perculſi caſtris profugerant: quorum diſceſſu ne diffidant,néue rem gerant ſegnius,duces,qui aderant ſecum,hortatur. Fugaces enim illos,ſi cum hoſte conſerendum fuiſſet, non modò non utiles, uerumetiam forti cuique ac ſtrenuo impedimento fore dicebat . Secundum hæc crebri de aduẽtu hoſtium afferuntur nuntij . Tum Phocion militem continuò curare corpora , & arma capere iubet,atque armatos pro caſtris quieſcere,quoad ipſe rem diuinam abſoluiſſet . In eo igitur paulò diutius immoratus,ſeu quia non citò ritè litaſſet,ſeu quò ſimulato metu propius hoſtem alliceret,ſociis ignauiæ ac deſidię ſuæ ſuſpicionem iniecit.Ergo Plutarchus Phocionem pugnam detrectare ratus, ſignis temerè motis, impetum in Macedonas cum peregrino milite fecit . Poſt hunc equitatus omnis incondito turbatóque agmine,non minori temeritate,quàm clade,in hoſtem ruit.Primis itaque facilè profligatis,cæteríſque ſubinde fuſis diſſipatíſque,Plutarchus & ipſe tandem pedibus turpiter ſaluti ſuæ conſulit . Macedo iam propè debellatum ratus,uallum cum parte copiarum adoritur continuò : quod dum excindi omni conatu parat , Phocion peractis interim ſacris Atticum militem magno impetu in hoſtem inſtructum emittit. Atrox pro uallo initur prælium,multa Macedonum cædes editur, reliqui fuſi fugatíque. Inde Phocion receptui cani,ſiſtíque ſigna imperat,ut ſuos longius hoſtem inſectatos,& peregrinum priore impetu paſſim diſiectum colligeret, collectos in ordinẽ diſponeret,diſpoſitósque uniuerſa dimicatione in hoſtem educeret . Igitur cùm aciẽ pro loci ac temporis opportunitate ſtruxiſſet,hoſtium caſtra pede citato petit.Ingens ibi de integro pugna oboritur:utrinque diu eſt dimicatum, ſicuti cruento Marte,ita & incerta ſpe,ancipitíque uictoria. Ingentem Macedonum ſtragem edidere Thallus Cinei filius, & Glaucus Polymedis , ante ipſum imperatorem inſtructi. In primis tamen Cleophanis uirtus inſignis eo die,& clara fuit.Nam ut primùm fœdam equitum ſuorum fugam agnoſcit , impreſſis equo calcaribus, ſingulos ut poterat adiens hortari,monere,precaríque ne plus pedibus,quàm manu fiderent, neu exercitum ac imperatorem in ſummo laborantem diſcrimine fœdè deſererent . Niſi redierint,omnes ſuorum copias pariter cum Attica dignitate caſuras:ſi ſteterint,ſalua omnia fore,feſſum iam & facilè inclinaturum hoſtem eſſe . His uerbis mutatus eques cùm animos recepiſſet, in hoſtem à fuga conuerſi, afflicto pediti rebúsque labentibus & opem, & uictoriam attulere.Secundum hanc pugnam Phocion ex Eretria Plutarchum exegit. Zaretra deinde oppidum locum ſibi peropportunum occupat. In ea inſulæ latitudo perſtringitur, ubi coercentibus utrinque fluctibus, in anguſtum protracta inſulæ latitudò redigitur.Græcos captiuos manu omnes emittit,ueritus ne ſi in Athenienſiũ conſpectum ueniſſent, plebs oratoriis ſtimulis concitata, in eos animaduertiſſet crudelius.His ita geſtis, reuectus Athenas Phocion, ingens ſui deſiderium ſociis ipſe reliquit,& Athenienſibus magno cum ſuo malo breues moræ oſtendêre quanta in eo uiro uirtus,quantus eſſet rerum uſus atque præſtantia . Nam Moloſſus imperio ſubrogatus Phocioni,uſqueadeò infelici rem geſſit euentu,ut amiſſo exercitu,ipſe uiuus in Macedonum uenerit poteſtatẽ. Qua uictoria elatus Philippus,ingenti plenus ſpe, continuò in Helleſpontum infeſtum traducit exercitum , ratus uno ſe impetu Chertoneſi,Perinthi,ac Byzantij potiturum. Terruit Athenienſes eiuſce profectionis nũ-

tius, & eos hinc ſociorum fides, illinc ſuum periculum impulit, ut auxilium maturè dubiis rebus afferrent. Charetem itaque populus non tam ſuo merito, quàm oratorũ ambitione, & ſtudiis partium, huic expeditioni præficiunt. Is magna cum claſſe profectus, nihil huic periculo, aut apparatui par effecit, quin tantùm ab omni ſociis ope ferenda abfuit, ut ſua illum libido & auaritia in cunctis mortalibus æquè ſuſpecta, ab omni prorſus ſocialium urbium ingreſſu excluſerit. Cæterùm errabundus, amicorúmque rapinis ac præda locupletatus, & apud hoſtes cõtemptui, & formidini odióque apud ſocios fuit. At uerò plebs oratorũ incẽſa facibus, in ſocios cœperat ob ſuum ſpretum imperatorẽ iraſci, pœniteréq; auxilij, quod Byzãtiis nuper miſerant. Contrà Phocion plebis indignationem lenire, innocẽtiam ſociorum defendere, nil eſſe præter ducis libidinem & perfidiam accuſandum. Non tam oportere non credentibus ſociis, quàm imperatori iure non credito ſuccenſere: ducum tantummodo uitio Atticum nomen iam eſſe amicis omnibus inuiſum atque horrendum. Nihil cauſæ eſſe quamobrem ſocij in tanto rerum, & ſalutis ſuæ diſcrimine ſibi traditam opem aſpernarentur, ſi modò potuiſſent ſeſe & ſua imperatorum fidei tutò committere. Sociorum ſalutem minimè omnium rerum oportere negligi, cum qua ſalus eſſet Athenarum quoque coniuncta. In hanc ſententiam multa cùm grauiter & ſapienter diſſeruiſſet, populus mutatis animis imperatorem Phocionem delegit ad opem ſociis in Helleſponto maturè ferendam, iubẽtque claſſem ad eam rem parari de integro. Fuit ea tempeſtate Phocionis nomen illuſtre magnúmque, nec fama tamen uirtus fuit in ea expeditione inferior. Eius enim præſentia maximum ad tuendum Byzantiũ momentum tulit. Nam Cleon uir in urbe illa & genere, & uirtute facilè princeps, Phocioníque uſque ab Academia neceſſitudine & familiaritate deuinctus, cùm Byzantiis pro continentia & integritate ducis uadem ſe præſtitiſſet, haud ſunt illum oppidani paſſi extra mœnia caſtra tenere, ſed apertis portis, inuitum propè & ſola modeſtia reluctantem cum omni milite lætè ac periucundè excipiunt. Atticus miles ſub aliis ducibus, & rapax antè & perfidus, nunc ſub Phocione Byzantiis paſſim immiſtus, ſeſe non modò in omni uita moderatum & integrum, uerumetiam ob habitam ſibi fidem in arcendis hoſtibus omníque obeundo labore, & acrem in primis, & impigrum præbuit. Macedo potiundi Byzantij fruſtratus ſpe, contentus Helleſponto ceſſit, neque ad inferendum modò bellum, ſed ne ad propulſandum quidem periculum ſatis idoneus habitus. Atticus interim aliquot ex Philippi captis nauibus, nonnullas inſuper cum ſuis præſidiis urbes in poteſtatem redegit, & crebis diſſenſionibus hoſtiles agros igni, ferro, omníque depopulandi genere peruaſtauit, quoad acceptis ab hoſte uulneribus, recipiẽdam Athenas claſſem exiſtimauit. Haud multò pòſt Megarenſes clàm nuntios ad Phocionem mittunt, qui ſe Athenienſibus dedi paratos, ſi cum præſidio maturè aduenerit, polliceantur. Veritus ille ne à Bœotiis (ſi id præſciſſent) Megara præoccuparetur, poſtridie ubi primùm illuxit concione habita, cùm ea profectò populo placuiſſent, confeſtim à concione tuba cani, capíque arma eueſtigio iubet. A Megarenſibus itaque perhumanè exceptus, Niſæam cingit muro, & duabus alis ab arce ad nauale deductis, urbem mari iungit, ut ab omni terreſtri impetu tuta uia munitáque Athenienſibus ſemper patẽret à mari. Iam cum Philippo eò inimicitiarum uentum erat, ut bellum non clàm, aut dolo, ut antè, ſed manifeſtis animis & uiribus gereretur. Athenienſes ei bello duces deſignarant abſente Phocione, qui ubi primùm è Megaris pedem in urbem retulit, ſummopere populum conatur ab armis abducere, ſuadet ut de pace cum hoſte agatur, cùm eam & ipſe Macedo uideretur uehementer expetere. Huic ſententiæ magno ſtudio aduerſatum ferunt ſycophantam quendam eorum, qui circa Iliæam (id eſt Athenis tribunal) uerſari ſolebant, eúmque ut nimiam Phocionis licentiam exprobrantem ita dixiſſe: Túne ô Phocion, is homo es, qui populum Athenienſem audes conſultò iam captis armis in hoſtem ruentem retrahere?

retrahere? Audeo, inquit ille, atque id quidem & uolens, & prudens facio, tametſi planè intelligo in bello me tibi, in pace te mihi imperaturum. Demoſthenis autem uicit oratio, elegantior certè quàm felicior, ut bellum ſcilicet cum Macedone quamlõ-
» giſſimè ab Atticis finibus gereret. Qua in re Phocion, Per deos immortales, inquit, ui-
» ri Athenienſes, non ubi pugnetis, ſed quo pacto uincatis inſpicite: uictoribus enim
» bellum undecunque abeſt longiſſimè, uictis autem etſi multùm hoſtis abfuerit, pro-
40 ximum eſt omne periculum. Accepta igitur paulò pòſt à Philippo clade, factioſi & rerum nouarum cupidi Charidemum ſummæ rerum præfici uolebant. At optimus quiſque, cuíque plus in ſalute publica, quàm in delectu & gratia penſi erat, accito in urbem Areopagi conſilio, plebem ſupplices lachrymis & prece orare, ne labenti patriæ in tanto rerum diſcrimine deſint, neu uelint facinoroſorum ciuium libidinem ſuæ liberorúmque & coniugum ſaluti præferre. Phocionem unum eſſe ex omnibus, cuius exploratæ iam pridem fidei uirtutíque ciuitatem in tanta temporum difficultate tutò committant. Vicit itaque ambitionem & gratiam periculum imminens, ut urbis ſcilicet imperium ad Phocionem deferretur. Is inito magiſtratu, de pace cum uolente Philippo agendum putauit. Tulit itaque rogationem Demades, pacem eo
41 duntaxat pacto factum iri, ut Athenienſes & ipſi haberent, quas eſſet reliqua Græcia conditiones cum Macedone habitura, unáque eſſet cum reliqua Græcia pacis conditio. Refellebat eam ſententiam Phocion, ſtultum eſſe aſſeuerans incertis & alieno arbitrio ſtatuendis conditionibus pacem firmari: prius eſſe intelligendum quidnam ſibi Philippus à cæteris Græcis expeteret. Superior fuit temporum ac morum iniquitate Demades. Pace itaque facta, cùm populum animaduerteret Phocion ſui iam ſerò pœnitere conſilij (nam & equitatum, & maritimas copias Macedoni mitti ex fœ-
» dere oportebat) Iſthæc, inquit, ego uobis initio metuens tantopere Demadis conſilio
» aduerſabar, uósque par erat animo hæc antè proſpicere: nunc uerò quoniam ita uo-
» bis cum Philippo conuentum eſt, & in fide manendum cenſeo, & æquis hanc ſortem
42 animis eſſe ferendam. Sic maiores noſtros accepimus nunc imperando, nunc paren-
» do, in utraque fortunæ uiciſſitudine ſapienter fortitérque uerſatos, nõ modò urbem
» hanc noſtram, ſed & reliquam Græciam conſeruaſſe. Nũciata interim Philippi mors eſt, & ob id pleriſque placebat publica ſacra feſtósq; ludos diis immortalibus pro felici hoc fauſtóque nuntio perſoluendos. Refellebat hanc ſententiam Phocion, ignobilis ac demiſſi animi eſſe affirmans, ciuitatem ampliſſimam, & belli gloria uiribúsq; florentem, manifeſto gaudio petulantius exultare, quia tantæ hoſtium in Chæronea copiæ uno duntaxat eſſent homine imminutæ. Admouerat Thebis infeſtum exercitum Alexander. Hunc ſæpenumero cùm Demoſthenes priuatim publicéque maledictis inſectaretur, Phocionem ei dixiſſe tradunt Homericum illud:

Deſine iam demens ſæuum ſtimulare leonem, Odyſſ. d.
Gloria quem torquet, regníque immenſa cupido.

43 Víſne hanc urbem tanto támque urenti rogo iniicere? Aſt ego, cui ſeruandæ tantæ ciuitatis cura commiſſa eſt, nuſquam eos ciues audiri patiar, qui ſeſe aliósque cæci & imprudẽtes perditum ire pergunt. Captis deinde Thebis Alexander Demoſthenem, Lycurgum, Hyperidem & Charidemum ſibi ad ſupplicium dedi flagitat, & Thebanos qui profugerant. Hæc cùm ad populum eſſent relata, uniuerſi in Phocionem unũ ora oculósque conuerterant. Qui ut ſententiam diceret nomine ſæpius appellatus, exurgẽs tandem, accitóque ad ſe Nicocle, quo nec amore ſibi, nec cõſuetudine quiſ-
» quam fuerat charior, ita uerba facit: Hi quos Alexander uictor efflagitat, uiri Athe- *Phocionis oratio in concilio.*
» nienſes, ciuitatem noſtram in hoc periculum compulerunt. Quod equidem pro ſua
» magnitudine tanti exiſtimo, ut Alexãdro, ſi uel hunc meum Nicoclem ſibi depoſcat,
» uitandi publici periculi cauſa continuò dedendum cenſeam, mihíque ipſi ſi pro ue-
» ſtra patriæque ſalute luxiſta relinquenda ſit, ſummam medius fidius incomparabi-

lémque felicitatem me cõsequuturum putarim. Mouet me insuper nonnihil eorum 44
miserícordia, quos ærumnis deformatos uidemus deletis Thebis, in nostrã fidẽ uni- «
cum sibi portum confugisse. Iam satis est uiri Athenienses, iam Græciæ satis est, unas «
Thebas earúmq; excidium deplorare, liceat nobis illarum exemplo, de capite & for- «
tunis nostris consulere. Ego neque hos calamitosos profugos negligendos duco, atq; «
multò maximè publicam salutem in tanto rerum discrimine paucorum gratiæ præ- «
ferendam arbitror: uictorísque, quoniã ita nostra sors tulit, ita pericula postulant, ge- «
rere morem malim, quàm pugnando simul uniuersa fortunæ committere. Primum «
igitur decretum missum ab Athenienſibus fama est Alexandrum cõtemnentem ab-
iecisse, statímque uertentem ad legatos terga per contumeliam abiisse. Idipsum uerò
secundò per Phocionẽ ad se delatum perhumanè admisisse, à maioribus natu admo-
nitum, Phocionem ob eximiam eius laudem & uirtutem, à Philippo semper singula- 45
ri honore habitũ. Quæ igitur ille legationis nomine petiisset, in his facilem sese Ale-
xander exoratúmque præstitit, & priuatim non eius modò usus est familiaritate cõ-
gressúque, uerumetiam consilio & sententia. Nam cùm à Phocione quæsisset, quidnã
potissimùm in uita sibi censeret agendum, cõsuluisse primus omnium dicitur, ut ar-
ma exercitúsque dimitteret, si tranquillitatem sibi securámque expeteret uitam: sin
uerò gloriam, nominis celebritatem, in barbaros, quos ei natura fecerat hostes, nõ in
Græcos uires suas uirtutémque explicaret. Multos præterea fertur ad eius ingenium
institutúmque accommodatos sermones habuisse, atrocésque iuuenis animos infle-
xisse, & ab Athenienſium odio in beneuolentiã ita traduxisse, ut per Phocionẽ Athe-
nienses monuerit rebus suis ita prospicere, ut si quid sibi contigisset aduersi, Græciæ
imperium uendicarent. Eum sibi priuatim & hospitem fecit, & amicum appellauit. 46
Cui honoris tantùm authoritatísq; tribuit, quantùm nemini fermè omnium, quos
apud se habuit unquam. Nam Duris historicus Alexandrũ tradit, posteaquam profli-
gato Dario Magnum sese cognominari uoluit, nulli mortaliũ in epistolis dixisse sa-
lutem prætèrquam Phocioni, Antipatróque, quos duos honoris causa semper initio
literarũ saluere iubebat. Hoc ipsum & Chares rerũ scriptor memoriæ prodidit. Fama
est preterea Alexandrũ ex Asia centum Phocioni talenta dono misisse, atq; Phocionẽ
ut erat auri minimè auidus, nuntios, qui ad se illa detulerãt rogasse, quidnã esset cau-
sæ quamobrem se unum Alexãder inter tot claros præstantésq; Athenis uiros donã-
dum potissimũ delegisset. Respondentibus illis, quia te unum ex omnibus uirũ bo-
Alexãdri do-na Phocion respuit. num & honestũ iudicat: Sinite igitur, inquit, qualem me iudicat, talẽ & esse, & uideri
perpetuó. Illi domum Phocionẽ subsequuti ingressíque, ubi domesticã uiri paupertatem inspiciunt, ædes uidelicet uacuas, pinsentẽ uxorẽ, & illum sibi lauãdis pedibus 47
aquã haurientẽ, hæc inquam ubi cõspiciunt, ut pecuniã accipiat rogãt importunius,
indignũ esse dicẽtes regis amico eidémq; primario in omni Græcia uiro, uitã usque-
adeò abiectã & inopem esse. Conuersus tum Phocion, cùm mendicũ quẽdam senem
uidisset sordido amictu prætereuntẽ, illos rogat, num minoris se existimarent, quàm
istum. Precantibus, ut diceret meliora: Atqui paucioribus, inquit, quàm ego, uiuit il- «
le, cui sat est quantulumcunq; quotidianus labor adiiciat. Desinite igitur me frustra «
obtundere: ego enim argentũ incassum sumpsero, si sumpsero: pro eius amplitudine «
non utar: si uerò utar, dignã ego cum rege ipso inuidiam ciuiũ & suspicionẽ non eui- «
tabo. Nuntij perspecta uiri constantia, ad regem cum auro redeunt. Omnẽ uerò Græ- 48
ciam celebris eiusce rei fama peruasit, dicíq; cœptum, ditiorem esse eum, qui in sum-
ma auri egestate aurum contempsisset, quàm qui aurũ obtulisset. Indignatus Alexã-
der munificentiam suam Phocionis frugalitate & continentia superatam, longè plu-
ra mittit deintegro, illud adiiciens, amicum neminem se putare, qui à se nõ accipiat.
At Phocion cùm nihilo segnius hoc auri respuisset, ne regis tamen uideretur aspernari liberalitatẽ, pro auro petit, ut Echecratidem sophistam, simúlque Athenodorũ

Imbrium,

Imbrium, duósq; item Rhodios Sparatonem & Demaratum uinculis solueret, quos uariis accusatos criminibus Sardibus coercuerat. Hos Alexander cõtinuò carcere li-
49 beratos dimisit. Et paulò antè quàm è uita migraret, proditum est imperasse Cratero in Macedonias uenienti, uti ex quatuor his Asiæ urbibus, Chio, Gergetho, Mylassis, & Elæa, deligẽdæ Phocioni faceret optionem, adiicerétque, si omnes ille repudiasset, graue id admodum & permolestum sibi futurũ. Nec tamen potuit uel muneris amplitudo, uel dulcedo sumendi, hominis continentiam, & pectoris firmitatem labefactare. Extant adhuc in Melita Athenarum uico Phocionis ædes æreis adornatæ laminis, alioqui parcè & nullo splendore aut luxu elaboratę. Geminas eum habuisse uxores literis mãdatum inuenio: primam Cephisodoti figuli sororem, eámque nulla insigni laude celebratam. Alterius uerò pudicitia modestiáque haud minus illustris,
50 quàm uiri uirtus Athenis fuit. Aiunt enim cùm ad spectandas nouas tragœdias frequens populus conuenisset, unum ex tragœdis reginæ personam introducturum, à Melanthio ludorum præfecto, cùm plures petiisset ancillas cultu magnifico exornatas, & cùm Melanthius tot se daturum negasset, iratum tragœdum in theatrum noluisse procedere. Tum præfectus tragœdo ui protracto in medium, quanta uoce potuit clamauit: Vidésne improbe hominũ, uxorem Phocionis unica cum ancilla muliere semper prodire in publicum? Iam nimiùm ineptus es, nimiùm muliebri fastui tribuis, corrumpis exemplo tuo Athenienſium matronarum mores & modestiam. Hæc à Melanthio dicta ingenti plausu ab omni theatro excepta sunt. Ferunt insuper nobilem quandam mulierem genere Ionicam Athenas profectam, cùm in uxoris Phocionis amicitiam uenisset, aureos illi torques, uariísque gemmis distincta moni-
51 lia, mundum sui corporis, ostentasse. Tum illa, Meum uerò, inquit, ornamentum est Phocion, Atheniẽsium iam uigesimùm imperator. Phocion filio Phocio, cùm cuperet equestrem cértare ludum, permisit, nõ tam uictoriæ desiderio, quàm ut adolescẽtis corpus longè prius usu, & labore exercitum, robustius & agilius redderetur, ut illũ ludorum delectatione pellectum, à priori uita si fieri posset abduceret. Erat enim intemperans Phocius, & uini immoderatius appetens. Potitus est adolescens uictoria, uníque ex æqualibus suis, cùm tamen id plerique omnes peterent, parandi ob uictoriam epuli munus traditur. Cœnæ itaque tempore Phocion stratis iam tricliniis ueniens, cùm pleraque offendisset paulò delicatius splendidiúsque parata, in primis uina uario mista aromate pedibus lauandis appositа, Quid finis, inquit, ô Phoci, archi-
52 triclinum hunc tuam hoc luxu fœdare uictoriam? Intemperantiam uerò filij cùm nulla posset arte ad ingenuos mores transferre, Lacedæmonem illum tandem instituendum adducit, & in adolescentium locat ordinem. Visa est ea res Athenienſium animos incendisse, arbitratos Atticam dignitatem atque doctrinam summis ubique laudibus celebratam sperni contemníque, quòd grauissimus homo, idémque primarius ciuis, peregrinam disciplinam illorum moribus prætulisset. Tunc Demadem ita
» Phocioni loquutum aiunt: En quid prohibet ô Phocion, quo minus populo Athe- «
» nienſium in animum inducamus, ut Laconicam disciplinam in hanc ciuitatem ex- «
» cipiant, uelíntque patrios mores ad illorum formam & institutũ traducere? me pro- «
» fectò si eadẽ tibi mens est, & ferendæ & suadendæ legis principẽ fore polliceor. Quid «
» ni feras & suadeas, Phocion inquit? quandoquidẽ nemo te magis est eiusmodi lauda-
53 di legẽ idoneus. Nam tibi uni maximè omniũ ciuitas iure crediderit, homini unguẽ- «
» tato, & myrtũ undiq; redolenti, quóue nemo uideri cupiat aut in uestitu splẽdidior, «
» aut domi lautior, aut in omni luxus genere delicatior. Tibi, inquam, ciuitas iure cre- «
» diderit, cùm de frugalitate, de cõtinentia, de neglecto corporis cultu, de labore, de ui- «
» giliis, de paupertate, de duriſſimis deniq; Lycurgi legibus earúmq; laudibus disputa- «
» bis. Ea tempestate Alexãder triremes ex fœdere sibi debitas ab Atheniẽsibus postulabat. Ei postulationi rhetores Attici magno sunt studio aduersati. Tũ Phocion iussus

sententiam suam dicere,Ego,inquit, uobis aut armis uincendum sentio, aut uictoribus planè obtemperandum. Pytheas homo tunc nouus erat, & nuper in Rempub. cùm largiendo,tum populum blandè salutando ascitus:cuius cùm quotidiana dicacitate conciones obtunderentur,Phocion inquit:Tacebít ne unquam homo hic nouus,& populi Atheniensis emptitius? Harpalus ab Alexandro fugiens cum ingenti 54
auro ex Asia Athenas traiecerat. Ad hunc certatim continuò cõfluit magna ciuium uis,auri magis,quàm hominis amore compulsi,in primísq; oratores,& hi qui quęstũ ex pulpito faciebant. Hos Harpalus exigua largitione pellectos facilè sibi emptitios effecit. Vbi uerò Phocionis, quem ante omnes beneficio sibi deuinctum cupit, integritatem cõstantiámque intelligit, ualidiori rete ad huiusmodi aucupium opus esse ratus, septuaginta illi dono talenta mittit, orátque ut sese suásque fortunas in fidem
Phocionis cõstantia. & clientelam accipiat. Indignatus Phocion ad nuntios uersus, Auferte isthæc,inquit, hominum improbissimi, meóque nomine mœrorem & luctum renuntiate Harpalo,nisi à corrumpenda ciuitate manum abstineat. His uerbis sibi metuens Harpalus, 55
neminem deinceps auro est oppugnare adortus, paulóque pòst planè perspexit plus sibi ex largitionibus detrimenti,quàm commodi comparasse. Mox enim cùm de illo apud populũ ageretur,eos omnes quos donis labefactare quæsierat, ut se sumpti auri suspicione eximerent, suæ causæ palàm aduersos habuit. Contrà Phocion haud minus ueritatis cultor,quàm eiusmodi criminationis intrepidus, Harpalum apertè defendere,affirmare tanti uiri non esse salutem aspernandam, è Repub. se putare, ut ille uitam Athenis degens,ciuitatis temporibus,si casus dederit,præsto adesse possit. Harpalus his auditis,gratiam Phocioni quoquo modo referre conatus,ubi hominem uidit, omni undique explorato aditu,uelut munitissimam arcem, donis inexpugnabilem stare,ad eius generum Chariclem sese conuertit, hominem sicut ingenio parum integro, ita citò in malam famam ex Harpali consuetudine lapsum. Harpalus itaque 56
multa Chariclem generum Phocionis familiaritate complecti, ei se suáq; omnia facilè credere,si quid facto cõsultóue opus esset,eius opera & sententia potissimùm uti. Ferúntq; mortua Pythonica nobili scorto, quam Harpalus amore insano deperibat, ex cáque filiolam sustulerat, cõdendi magno sumptu sepulchri curam Charicli Harpalum tradidisse. Erat ea procuratio genere ipso abiecta & sordida, & ignominiam auxit ipsius tumuli tenuis,& mentito sumptu minimè respondens ornatus. Extat e-
**ἐν Ἐρυσίῳ.* nim adhuc sepulchrum illud * secus Hermium, quà in Eleusinam ex urbe est iter, in quo nihil omnino conspicitur dignum triginta talentis, cùm tot Charicles reddita impensæ ratione ab Harpalo exegisset. Harpalus deinde morbo oppressus naturæ tãdem concessit. Eius filia, quam Pythonica partu ediderat, in Phocionis Chariclísque 57
tutelam relicta,& diligenter ab his & perhumanè educata est. Et cùm Charicles malè administratæ Harpalianæ pecuniæ accersitus reus, frustra oraret socerum, ut suæ causæ patronus adesset, Ego te, Phocion inquit, honestis tantùm in rebus generum mihi adsciui. Alexandri mortem Asclepiades primus omnium Athenis renũciauit, cui Demades credendum esse negabat, quia tanti odore cadaueris primo die impleri orbem terræ par fuerit. Cùm uerò populum uideret Phocion res nouas molientem, surgentes motus omni studio compescebat,ad tumultuosum quenq; accedebat,hortabatur ut certiorem huius mortis nuntium expectarent. Et cùm multi tam ignari ueritatis,quàm nouandarũ rerum cupidi pro concione clamarent Asclepiadem uera dicere,Phocion ait: Si hoc hodie uerum est, & cras erit,& perpetuò deinceps uerum. 58
Quare per deos immortales, uiri Athenienses, uos oro, ne præcipites in noua ruamus consilia,sed grauiter tutéque ita de Repub. statuamus,ut nostri posthac consilij non pœniteat. Ea tempestate Leosthenis erat Athenis amplissima authoritas. Is ad infe-
renda reliquæ Græciæ arma populum quotidianis stimulis concitabat:qui cùm Phocionem sibi aduersantem per contemptum rogaret, quidnã toties imperator reipub.
profuisset:

profuisset:Haud parum equidẽ, Phocion ait, qui ciues meos ut propriis tumulis cõderentur effeci. Huic quoque superbè multa & uaria de se iactanti, Sermones,inquit, tui cupressõ sunt planè similes,nam magni sunt, & nullos fructus ferunt. Et cùm exurgens Hyperides sic Phocionem iuterpellasset, Quo igitur tempore gerendum à nobis bellum censebis? Tunc,inquit,cùm milites uidero suos ordines non deserere, diuites libenter tributum conferre,& oratores à peculatu penitus abstinere. Leosthenes igitur dux tandem ei bello præfectus cùm ingentes copias coegisset, & multi mortales tum numerum,tum militis ornatum admirarentur, rogatus Phocion qualis sibi ille exercitus uideretur, Belle mehercules,inquit, ad stadiũ decurrendum instructus: longiorem uerò belli cursum expaueo, quòd ciuitati nostræ intelligo neque naues, neque militem, neque pecuniam in supplementum superesse. Quibus uerbis paulò pòst astipulatus est ipse rerum euentus. Vt primùm enim est eductus exercitus, secũdo Marte pugnatum est,Bœotij collatis utrinque signis profligati, Antipater in Lamiam fugatus & conclusus. Ea prima fortuna ciuitatem non minori spe,quàm gaudio inflatã extulit: ludi per urbem passim instituti:templis omnibus & delubris sup-
60 plicationes gratiæque diis bene fauentibus habitæ. Inter hæc nonnullos ferũt, à quibus Phocion de mouendo bello dissenserat,eum exprobrandi gratia rogasse, nũquid hæc uellet non euenisse? Quibus ille, Minimè quidem,inquit,nec me propterea con- *Valer. Max. lib. 3. cap. 8.*
silij pœnitet mei. Et cùm frequentes è castris nuntij super alium alius prosperum aliquid quotidie nuntiarent, Nũquám ne,inquit,finem his uictoriis faciemus? Mortuo in ea expeditione Leosthene, ueriti quidam ne Phocion si illi subrogaretur, bellum in pacem uerteret, hominem quendam adornant, sicut ignobilem fama & genere, ita pulchrè ad mentiendum instructum. Hic dum imperatoria haberentur comitia, exurgens ait:Se teneris ab annis Phocionẽ non uulgariter dilexisse, primámque puritiam sub eodem præceptore,& reliquam deinde ætatem secum familiariter exegisse:se cùm beneuolentia,tum illius uirtute adductum, de salute hominis solicitè cogi-
61 tare. Tanti uiri uitæ ac laboribus esse parcendum, illum angustioribus reip. temporibus seruandum, cui neque similem ciuitas, neque proximum quenquam haberet. Abundè idoneum esse Antiphilum, qui huic imperator bello perficiatur. His commentis cùm populum in suam sententiam traduxisset, accedẽs ad eum Phocion,Ego te,inquit,nulla ætate condiscipulum,nulla familiarem aut cognitum habui,& amicum ex hoc die perlibenter accipio,quem intelligo quaqua ratione adductũ & commodis & saluti meę consuluisse. Athenienses ira percìti arma uidebantur in Bœotios esse moturi:Cœpit Phocion per id temporis imperator, incẽsæ multitudini primùm obsistere:tunc nonnulli eius capiti metuẽtes, illum hortari ut ab incœpto desisteret, cædem ei paratã esse si insanæ plebi semper aduersus, cum illius ira & furore pugna-
62 uerit. Quibus Phocion:Iniuria equidem peream,si pro salute reip. certans cecidero:si uerò contrà,iure & magno meo occumbam merito. Ast ubi uidit nihil se consilio aut uerbis proficere,populúmq; furẽtem in bellum & arma ruere, astu illos cohibendos ratus,quam primùm edici per præconem iubet,omnes qui intra septuagesimum annum ac pubertatem essent,statim dimissa concione armatos adesse,sumptóque quinque dierum commeatu, sese confestim sequi. Ortus continuò tumultus est. Nam hi quos iam ætate cõfectos inualidum corpus ipsáque naturæ lex emeritos fecerat, edicti crudelitatem acrius incusabant. Quibus Phocion:Quid hoc intemperiarum est? quidnam ego iniuriæ uobis facio, si & ipse octogenarius in armis adero? Hac siqui-
63 dem arte mutatos illos à belli impetu ad quietem otiúmque traduxit. Sub idem tempus nuntiatum est Mitionem cum frequenti Macedonũ manu, multóque item mercenario milite oram maritimam crebris excursionibus deuastare, & ad Rhamnusiũ usque progressum omni belli clade adiacentem agrum peruadere. Tum Phocion raptim coactas educit copias,Macedoni quàm celerrimè occursurus. Castris itaque in-

tra conſpectum hoſtium poſitis, cùm plerique ex ſuis aliunde alius ad eum cõcurrẽrent, atque officio uelut imperatorio fungentes dicerent, hic quidem, proximum eſſe tumulum pedite occupandũ: ille, Macedonem equite circunueniendũ, alius aliunde hoſtem adoriendum: ſtomachatus tandem, O Hercules, inquit, ut multos hîc imperatores hodie uideo, at paucos milites. Suis deinde in aciem explicatis, unum ex militibus uidet relicto ordine aliquantò longius in hoſtes prodire. Hic deinde conſpecto Macedone, qui acer in armis ſibi pugnaturus occurrerat, pedẽ metu referens, ſeſe continuò in priſtinum locum recepit. Tum Phocion: Non te, inquit, hominum ignauiſſime, bini iam deſerti ordinis pudet? nam & quem imperator locum tibi decreuerat, & quem tute tibi locum delegeras, reliquiſti. Conferto itaque prælio, breui mora profligatum hoſtem longè latéque diſiecit. Fuit ea uictoria cùm ipſius Mitionis, tum aliorum nobiliũ cæde inſignis. His ita geſtis, Leonatus accitis ex Aſia Macedonibus, Græcas quoque copias in Theſſalia cum Antipatro iungit. Pediti præerat Antiphilus, Menon Theſſalus equiti. Hos Phocion cruento Marte ſuperatos fudit. Cecidit in eo prælio Leonatus, infeſto telo acriter dimicando traiectus. *Secundum hanc Craterus cum ingenti militum ui ex Aſia traiecit in Græciam. Cum eo quoque inſtructis copiis in Cranone pugnatum eſt. Anceps diu certamen fuit, ceſsítque tandem Græcus uiribus aliquantò inferior, haud magna tamẽ accepta clade, paucísque ferro abſumptis: quáquam Græci paulò pòſt in Antipatri poteſtatem ſua culpa redacti ſunt, tum ob cõtemptos ab ſe duces, quos nec ætas, nec rerum uſus, nec gubernandi peritia imperio dignos fecerant, tum etiam ob ipſorũ ignauiam, qui ut Antipatrũ uiderũt ſuis admotum mœnibus, uano metu perterriti, & urbes, & libertatem pariter tradidere. Poſt hæc Antipater infeſto agmine Athenas petiturus uidebatur, tũ Demoſthenes, Hyperidésque capitis metu ex urbe ceſſerunt. Erat ea tempeſtate Demades & ſenatu, & omni publico eiectus munere, cui neq; comitiis intereſſe, neq; ulli conſilio publico tunc licebat: quia pecuniam qua illum Athenienſes multauerãt (ſepties enim falſi damnatus fuerat) nondum ſoluerat ob inopiam. Is igitur priſtina ſibi ob iniquitatem temporum uſurpata licẽtia, tulit ad populum ut legati ad Antipatrum de pace acturi cum imperatoria poteſtate mitterentur. Plebs metuens ad Phocionem ſtudioſè cõfugere, eius opem & conſilium implorare, illi uni ſuam patriæque ſalutem cõmittere. Quibus Phocion: Si mihi creditũ, inquit, eſſet tunc, cùm otioſus uobis conſulebã, haud nunc profectò tumultuãtes conſuleretis, cui potiſſimùm uos ueſtráque credere debeatis. Cùm Demadis ergo ſententia populo placuiſſet, Phocion omniũ conſenſu legatus ad Antipatrum mittitur. Hic tunc in Cadmea ſtatiua habebat, reficiendo armandóque militi intentus, ut inde in Atticũ agrum irrumperet. Phocion primùm omniũ ab Antipatro petit, ut Atticis finibus, quoad agatur de pace, abſtineat. Craterus iniuſtè id à Phocione peti dicebat: negabat enim prudẽtis eſſe aut boni imperatoris, exercitũ ex ſociorũ agris atque opibus alere, quem tutò liceat hoſtili præda paſtũ locupletare. Tum Antipater apprehenſa legati dextera, Danda eſt, inquit, hæc Phocioni noſtro gratia: de cæteris uerò iuſſit ſic ipſis Athenienſes rem permittere, quemadmodum in Lamia Leoſtheni permiſiſſet ille. Inde Athenas rediens Phocion, ubi populi conſenſu firmata ſunt omnia, Thebas continuò aliis cum legatis emittitur. Horum principem conſtat Xenocratem fuiſſe philoſophum, cuius de uita, moribus, uirtutéque, tanta fuit mortalium ea tempeſtate opinio, tanta nominis apud omnes famæque celebritas, ut uulgò crederetur, nullum eſſe hominis tam crudelem, nullum ita ferum & concitatum animum, quem non uel ſolus Xenocratis conſpectus ad mãſuetudinẽ, ſuíq; uenerationẽ & amorẽ traduceret. Sed fefellit hanc hominũ opinionem ingrata quædã Antipatri & bonis infeſta malignitas. Nã cæteros legatos humanè complexus, hunc unum non dico non ſalutare, ſed nec aſpicere quidem ſuſtinuit.

Xenocratẽ bene ſecum agi dixiſſe ferunt, ſi ſe unũ Antipater ſuæ in Athenienſes

* ἀλλὰ δὲ ὕστερον χρόνῳ.

Xenocratis philoſophi authoritas.

ſes ingratitudinis & perfidiæ uereatur teſtem. Eum deinde dicere incipientem, tacere tandem cùm obſtrependo, tum aduerſando & comminitando coegit. Phocion itaque cùm poſt Xenocratem ſuæ ciuitatis cauſam peroraſſet, Antipater in amicitia ſe populi Athenienſis manſurum reſpondit, permiſſurúmque ut ibi patriis legibus uiueretur, ſi Demoſthenes ſibi & Hyperides dederentur: ſi magiſtratum more maiorum à cenſu creauiſſent: ſi ſuum præſidium in Munychiam Athenarum arcem accepiſſent: ſi denique abſumptam eo bello pecuniam, acceptáque damna reſarcirent.

69 Has cæteri legati conditiones lætò excipiunt animo: at Xenocratem dixiſſe fama eſt, ſeruis illas adeò bellè modeſtas fore, liberis uerò ſicuti duriſſimas, ita & repudiandas omnino. Cùm autem Phocion oraret Antipatrum, ut arcem uellet eiúsque præſidium in Athenienſium manere poteſtate, nonnulli Antipatrum ita reſpondiſſe tradunt: Volumus equidem omnia tua gratia facere, his exceptis quæ aut tibi perniciei, aut nobis periculo uenire poſſint. Quanquam alij non hæc dixiſſe ſcribunt Antipatrum, ſed rogaſſe Phocionem, uellét ne uas eſſe pro Athenienſium fide & conſtantia, ſponderéque populum, ſi arcem illi & præſidium reliquiſſet, in pace ſuáque amicitia permanſurum, nihil tumulti poſthac contra ſe excitaturum. Tacente Phocione, & repetenti hæc uerba Antipatro nihil præterea reſpondente, Carabum quendã Callimedontem procacem hominem & libertatis hoſtem acerrimum proſilientem di-

70 xiſſe tradunt: Etſi ſpoponderit hic, eíne credes Antipater? Athenienſes itaque accepere præſidium, cuius fuit præfectus Menyllus, homo & ingenio miti, & Phocioni neceſſitudine iunctus. Viſa eſt nobiliſſimæ ciuitati triſtis nimiùm & ſuperba ac inſolens ea conditio, nec tam ad Antipatri firmandam potentiam, quàm oſtentandæ licentiæ, inferendæque contumeliæ cauſa excogitata. Auxit autem hominum luctum atque mœrorem tempus ipſum: nam ad XIII. Calend. Nouembris in arcem eſt accepta cuſtodia, quo ſcilicet die magnorum myſteriorum Athenis agebantur ſolennia, & Iacchus, hoc eſt, Liber pater, in Eleuſinam ex urbe tranſmittebatur. Igitur hæ deorum immortalium cæremoniæ haud minori Græcorum celebritate, quàm ueneratione confici ſolitæ, cùm armorum ſtrepitu, tumultúque militari confunderentur, plurimis occaſioni fuere mortalibus, ut extinctum clariſſimæ ciuitatis ſplendo-

71 rem, obrutámque dignitatem lamentis & fletu conquererentur. Exactam ſuperioris ævi felicitatem cum præſenti calamitate conferebant. Repetebant animo myſticas illas & uoces & uiſiones, quas melioribus reip. temporibus incredibili admiratione ſtuporéque uel ipſi Athenarum hoſtes excipiebant, ut deorum numina tunc uiderẽtur id ſibi ex omni terrarum orbe clariſſimum domicilium delegiſſe: nunc uerò deos ipſos uelut iratos ueniſſe ſpectatum Græciæ miſerias atque ruinam, & quaſi exprobrata ſuperiore fortuna, nunc ignominiæ cauſa ſanctiſſimum ex omnibus & iucundiſſimum contaminaſſe diem, ut qui lætiſſimus eſſet antea appellatus, nunc mutato nomine miſerabilis, mœſtúsque & ſibi & poſteris diceretur. Memoriæ uerò proditũ eſt, paucos ante, quàm hæc eueniſſent, annos Dodonides oraculum Athenienſibus edidiſſe, quo conſulebant arcem Palladis ab externis uiribus diligentiſſimè cuſtodi-

72 ri. Item per eos dies ferunt, quibus euenerunt hæc, uictimas myſticis infulis circunuolui ſolitas, mutato colore atras ex puniceis uno temporis puncto factas, cùm priſtinum tamen colorem reliqua omnis priuata ſupellex retinuiſſet. Et ſacerdotem aiunt cùm porcellum tranquillo in portu lauaret, cetum derepentè emergentem abimis corporis partibus ad uentrem uſque deglutiuiſſe, quaſi dea ciuitatem hoc uoluerit monuiſſe prodigio, ut ſuperiores urbis partes maritimis inferioribúsque amicis cuſtodirent. Menyllus milites quos ſecum in præſidium duxerat, ab omni prorſus iniuria ita continuit, ut nihil triſte Athenienſibus intulerit ea conditio. Eos qui ex fœdere ob inopiam & egeſtatem è ciuitate ſunt ciecti, ſupra duodecim millia fuiſſe tradunt, quorum pars in urbe manentes hac noua dehoneſtati contumelia, ſpe-

ctaculo mortalibus erant: pars relictis patriis laribus in Thraciã migrauere, ubi cùm agrum illis Antipater & urbem defiuiisset, quodam incluſi uelut carcere uidebantur. Indignus autẽ Demoſthenis in Calabria Hyperidísque apud Cleonas interitus, 73
de quibus alio diximus loco, Alexandri Philippíque nedum extinxit odium, uerumetiam deſiderium excitauit, licuítque Athenienſibus id tunc dicere quod agricolam quendam in Phrygia dixiſſe conſtat. Nam poſteaquam trucidato Antigono occiſores eius rerum potiti, omni genere iniuriarum mortales ſibi ſubiectos affecerãt, agricola quidam agellum fodiens rogatus quidnam faceret, Ego, ſuſpirans inquit, Antigonum quærito. Hoc ipſum licuit per id tempus Athenienſibus dicere, cupere ſcilicet ſe Philippũ, Alexandrúmque. Meminerant enim quãtus fuiſſet in regibus illis ſplendor animíque maieſtas, quanta rerum geſtarum gloria, quantum in omni regia uirtute lumen atque præſtantia, quos tametſi hoſtes ſibi, iratósque habuiſſent, fuiſſe tamen illorum, ut in animo celſo generoſóq;, facilem iram atque placabilem. Contrà 74
uerò Antipatri truculentum & crudele imperiũ eò erat omnibus durius, quò aſpectu fœdo, deformíque, ſordido & populari amictu, uictu parco planéque uulgari, regis ſpeciem ac dignitatẽ mentiebatur. Atqui Phocion precatus Antipatrũ, cõplures exilio ſoluit, multíſq; item, quorũ unus Agonides ſycophãta fuit, effecit ut Peloponneſum habitare liceret, néue ut cæteri Græcia electi ad incolendum Tænarum, aut Ceraunicos ſaltus relegarentur. Interea Phocion ciuitatis cura ſuſcepta, eos qui ingenio fuiſſent miti & urbano, magiſtratibus honeſtabat. Seditioſos, & nouæ fortunæ cupidos, quos nec impoſitum iugum, nec ablata calcitrandi licentia ſatis edomuiſſet, ad
telluris & agrorum colendorum curam ſtudiúmque conuertit. Xenocratem uerò 75
ex inquilinorum ordine cùm in ciuium numerum transferre uellet, Nunquam, inquit ille, committam ut eius ciuitatis appeller ciuis, quæ ne talis fieret, omni diligentia legatus elaborauí. Cùm uerò Menyllus Phocioni pecuniam dono miſiſſet, reſpondiſſe illum tradunt, Alexandro Menyllum neque eſſe præſtantiorem, neque honeſtiorem nunc eſſe ſumendi occaſionem, à quo etiam maiora repudiarit. Cùm autem à Menyllo eam ut Phocio filio ſumendam permitteret rogaretur, Phocius, inquit, filius ſi uitam & mores compoſuerit, uiuet ille quidem paterna hæreditate contentus: ſi prodigus, ut eſt, impurúsque perſtiterit, nec argentum hoc ſatis futurum ſcio. Antipatro autem iniuſtum quippiam ab eo per nuntios flagitanti, Non
habebit me, inquit, & amicum pariter, & aſſentatorem Antipater. Antipatrum quo- 76
que plerunque dicere ſolitum accepimus, duos Athenis ſibi eſſe amicos, Phocionem, Demadémque, quorũ alteri nunquã potuiſſet ut caperet ſuadere, alterum nunquam potuiſſet largiendo explere. Paupertatem etenim Phocion, quaſi præcipuum aliquod uirtutis decus & argumentum excoluit, qui Athenienſium toties imperator tantam opulentiſſimorum regum beneuolentiam conſequutus, omnem tamen ætatem pauper diuitiis contemptis exegerit. At uerò Demades ingentes diuitias ſicuti quæſitas turpiter, ita luxuriosè diſiectas profudit. In quo quidem non neceſſitas, non ratio, non honeſtas, ſed ſola libido modum ſumptibus ſtatuebat, qui ſibi laudem ex impenſis non modò turpibus, uerumetiam patria lege uetitis quæritabat. Nam cùm Athenis eſſet lex, quæ peregrinum uetaret publicis ludis in theatro ſaltare, & mille drachmarum multa indiceretur ludi præfecto, qui ſaltatorẽ eiuſcemodi induxiſſet. Demades cùm ludos ipſe pararet, pœna nihilo minus quàm legis ueneratio- 77
ne neglecta, centum & eo amplius magno undique ſtudio conquiſitos aduenas ſaltatores in theatrum admiſit, millenásque pro ſingulis exoluit drachmas. Demeæ uerò filij nuptias regio ſplendore parauit, in quibus eum ita filio locutum accepimus: Matris tuæ nuptias ô Demea, uix uel uicinorũ quiſquam ſenſit cùm ducebatur, cùm tuæ nunc & principibus, & regibus celebratæ ſint. Cupiebant uehementer Athenienſes Macedonũ leuari præſidio, Phocionémque propterea importunius ea de re agitabant,

rabant, quaſi is unus eſſet, cuius dignitati ac beneuolentiæ id ab Antipatro facilè donaretur. Phocion ſiue cõſequendæ rei deſperatione perterritus, ſiue, id quod arbitror, populum ratus modeſtiorem hoc metu quietioremq; in ciuitate futurũ, nullis adduci precibus potuit, ut id muneris uellet accipere. Tributũ uerò ut in aliud differretur 78
tempus, libens ab Antipatro impetrauit. Populus à Phocione conuerſus ad Demadẽ, facilè illi ſuadet ut pro auferendo præſidio legatus proficiſcatur. Demades ſumpto ſecum Demea filio, in Macedoniã uenit, fato quodã tunc, ut uidetur, eò profectus, quo tẽpore lethali ualetudine Antipater tenebatur. Nam Caſſander, cuius erat primę partes apud Antipatrum, Demadis ad Antigonũ literas nuper interceptas habebat, quibus illum ex Aſia ad occupandã Græciã iam uelut ex putri uetereq; filo pendentẽ accerſebat, Antipatrum ſcilicet filum putre per cõtumeliã appellãs. Caſſander, ubi primùm iſtuc uentum eſt, parentẽ natúmque iubet prehendi. Primus Demeas intra paternos ſinus carnifici iugulum dedit, ita ut Demades cruore nati fœdatus, flebile cun-
ctis mortalibus ſpectaculum fuerit. Ipſum deinde patrem multiplici affectum cõtu- 79 *Demadis miſerabilis exitus.*
melia, & proditorem ingratúmq; ſæpius uocitatũ, tandem crudeliter trucidauit. Antipater moriens Polyperchontẽ imperatorem cõſtituit, tribunum uerò militum Caſſandrum. Hic rege uita functo in ſpem occupandarũ rerum elatus, omni ſublata mora Nicanorem perinde ac Menyllo ſuffectum Athenas mittit, qui Munychiam antequam Antipatri uulgaretur mors, ab illo recipiat. Quod cùm ceſſiſſet è ſententia, paulò pòſt re patefacta, Phocionem populus inſimulare, quaſi ille Nicanoris gratia cognitã Macedonis mortem ſilentio contexiſſet. Phocion populari leuitate neglecta, Nicanorẽ nihilominus cõueniens in longam diem ſecum tracto ſermone, beneuolum eum mitémq; Athenienſibus reddidit, à quo etiã ut theatricos ludos ad leniendũ
mœrorem populi multo ſumptu & ſplendore inſtrueret, impetrauit. Secũdũ hæc Po- 80
lyperchon, cui relicti filij curam liquerat Antipater, dolo & aſtu cum Caſſandro agendum ratus, epiſtolã regis nomine Athenas mittit, qua ſe illos ſcribit priſtinæ reſtituere libertati, permitteréque ut more patrio, ueteríque lege ciuitas gubernaretur. Eo conſilio inſidias Polyperchon ſeſe Phocioni parare credidit. Nam cùm conſtituiſſet animo Athenas in ſuam redigere poteſtatẽ, nihil ſe, non electo Phocione, cõſequuturũ putauit. Phocionem autem facilè perditũ iri, ſi electa ex fœdere cum Antipatro paupertas in ciuitatem reciperetur, & ſi factioſi & populares rempub. nanciſcerentur deintegro. Igitur cùm motus ob haſce literas excitarentur Athenis, uideretúrque plebs ad res nouandas plurimum inclinata, Nicanor populi colloquiũ petẽs, in Pyræum coacto ibi ſenatu præteriit, ſeſe corpúsque ac ſalutem ſolius Phocionis fi-
dei tradẽs. Dercyllus interea, quẽ regis nomine Attica tunc regio præfectũ habebat, 81
inſidias Nicanori parat, ut eo capto, Caſsãdri deinde præſidiũ Munychia eiiciat. Præſenſit dolos Nicanor, & in Munychiam permittẽte Phocione ſeſe repentè recipiens, cùm Dercylli fefelliſſet inſidias, putabatur ulciſcendę iniuriæ gratia aduerſus urbem confeſtim arma moturus, propterea quę Phocionem uulgò incuſabant, quòd Nicanori fugiendi fecerit poteſtatem. Contrà Phocion ſeſe aiebat ſecurum omnis periculi eſſe, & Nicanoris promiſſis ita fidere, ut ex eo nihil penitus ſperaret hoſtile. Quod
ſi ſecus ac ipſe putabat euenisſet, malle ſe tamẽ acceptæ, quàm illatæ iniurię & pigere, & reum eſſe. Hoc ſi Phocionis dictum in ſe nudũ conſideres, uidebitur illud pro- 82
fectò honeſti, conſtantis & fidelis animi imaginẽ planè referre: ſin autẽ ad patriæ cõuertas pericula, meminerísque illam non hominis priuati, ſed ſummũ gerentis magiſtratũ uocem fuiſſe, neſcio an paulò ſeuerior illa fuerit, q̃ uel patriæ pietas, uel magiſtratus iura, uel neceſſitudo ciuium poſtulabat. Nam quòd Nicanorem permiſerit Munychiam repetere, non id fecit quia ciuitatem ſuſpicaretur in manifeſtũ bellum impingere, ſed amicitiæ iura, datámq; à ſe Nicanori dextrã ſuo huic crimini prętendebat, arbitratus quieturũ illum promiſſæ ſibi pacis pudore, nihil tumulti, nihil in-

iuriarum Athenienſibus illaturum. Aliis etenim argumẽtis planè perſpectũ eſt Phocionem illi longè plus æquo credidiſſe,quẽ cùm palàm plerique criminarentur,quòd Pyræo pararet inſidias,tranſmitterétque peregrinum militem quotidie Salaminam, & multos item Pyræi accolas auro ſibi conciliaret,non adhibuit aures Phocion, falſas eas eſſe calumnias arbitratus. Quin & Philomedẽ Lampreũ contẽpſit,qui eiuſce 83
ſuſpicionis metu ad populum tulerat, ut omnes arreptis armis ad imperatoris ſignũ præſto eſſent. Nulla enim ratione adduci potuit,ut iis,quæ Nicanor contra ciuitatem moliebatur,adhiberet animum, quoad ille è Munychia impetum cum armatis faciens,foſſam Piræo uallúmque circunduxit. Tum Phocion tumultuantem populum fruſtra conatus educere,& odio & contemptui omnibus erat. Dum hæc ita geruntur, Polyperchon Alexandrum filium cum ingenti armatorum numero mittit in ſpeciẽ quidem ferendæ Athenienſibus opis contra Nicanorem,re autem ad ſubigendam,ſi poſſet,urbem inteſtino iam morbo languentẽ. Fauebant ei exules ferme omnes,quibus ſuo iam beneficio reſtitutis ciuitate frui licebat: fauebat egenorum turba,qui rei- 84
pub. per illum redditi,eo potiſſimùm pacto relaturi gratiam uidebãtur. Concio igitur ex omni mortalium colluuione congeritur, in qua eiecto magiſtratu, Phocioni nouos imperatores ſufficiunt. Nec Athenæ hoc unquam periculi effugiſſent, ni crebri clandeſtiníque Nicanoris cum Alexãdro congreſſus prope mœnia ſæpius deprehenſi, illorum patefeciſſent concordiam, & Athenienſes eius periculi cautos reddidiſſent. Secundum hæc Phocion reus proditionis accuſante Agnonide accerſitur. Eo metu perterriti Pericles & Callimedon clàm ſe ex urbe ſurripiunt. Phocion & ipſe relicta urbe ad Polyperchontem ſe confert cum paucis, cum quîs & Solon Platæenſis, & Dinarchus Corinthius ſunt profecti, ambo Polyperchonti neceſſitudine &
Ἐλάττονα πόνον μείζων φώνιος. familiaritate coniuncti. Cæterùm Dinarchus morbo Elateæ correptus, complurium 85
dierum moram itineri illorum adiecit. Hoc interim ſpatio rogationem tulit Archeſtratus, ſuadente Agnonide, populóque probante, ut qui Phocionem accuſarent legati ad regem continuò mitterentur. Eodem tempore & ipſi legati & Phocion Polyperchontem peregrè cum rege profectum aſſequuntur ad Pharygas. Is eſt Phocidis uicus in radicibus montis poſitus, quem Galatam nunc uulgò appellant. Ibi Polyperchon aurea umbella poſita, cùm ſub illa ſedentem regem conſtituiſſet, Dinarchum continuò comprehendi iuſſum uariis affectum ſuppliciis iugulat. Deinde legatis Athenienſium poteſtate dicendi facta, in ipſo ſtatim conſeſſu tumultuari & mutuis accuſationibus conclamari cœptum. Tum Agnonides, Mittite nos, inquit, Athenas omnes & uinctos, & una concluſos cauea, ubi de cuiuſque ſupplicio populus decernat ac ſtatuat. Eam uocem in riſum regem ſoluiſſe fertur. Macedones autem 86
& peregrini quos audiendi deſiderium traxerat,ut eo in loco accuſatio inſtitueretur legatis innuebant. Fuit in eo iudicio partium periniqua conditio: nam Phocioni dicere pergenti ſæpius obſtrepens Polyperchon, baculo tandem tellure percuſſa abactum illum ſilere coegit. Hegemonem uerò ſuæ in populum fidei & beneuolentiæ Polyperchontis teſtimonium implorantem,cùm illi Polyperchon reſpondiſſet iratus ut deſineret improbè de ſe coram rege mentiri,proſiliens rex eum pilo tranſuerberaſſet,ni Polyperchon illum extemplo complexus cohibuiſſet. Eius tumultus cauſa ſolutus conſeſſus eſt. Tum Phocion & qui cum eo aderant, lictoribus cuſtodiendi traduntur: reliqui eius comites,quos melior fortuna tunc fortè abſentes fecerat, 87
mutata ueſte,capitéque uelato,ſalutem ſibi fuga comparauerunt. Illos itaque Cletus uinctos reduxit Athenas, non tam,ut aiebat, quòd de illorum criminibus iudicato ſtatueretur, quàm ut capite plecterẽtur iniudicati. Fuit id ſpectaculum cunctis mortalibus & mœſtum & miſerabile,uiros illuſtrium factorum, omníſque laudis gloria præcellentes,latronum more compeditos, plauſtríſque inuectos per Ceramicum (id erat ſcortorum diuerſorium) ſpectante populo in theatrum peruehi: quos ibi Cletus ignominiæ

ignominiæ cauſa tandiu detinuit, quoad ex omni hominum labe concio à magiſtratibus aduocata eſt, à qua non mancipium, non peregrinum, non lenonem, non perditiſſimum denique quempiam excluſum fuiſſe ferũt, ſed uolenti cuique & theatrũ, & pulpitum patuiſſe. Hîc regis pro concione recitantur literæ, in quibus manifeſtò ſe reos proditionis illos deprehendiſſe ſcribit, populóque Athenienſi iudicãdi facere
88 poteſtatem, quippe qui liber iam & ſuis legibus uiueret. His lectis, cùm Cletus eos diſtraxiſſet in medium, optimus quiſque crudelitate facinoris miſericordiáque perculſi, faciem uelare, oculos à tam truci flebilíque ſpectaculo prohibere, ſolem nihil uſquam crudelius, nihil uidiſſe indignius affirmare. Fuit inter hos qui ſurgens in media concione dicere paulò liberius auderet, ſeruum ſaltem eſſe & peregrinum quenque eo conſilio abigendum: regem iudicandi arbitrium populo permiſiſſe, non ut nefariè iniuſtéque, ſed ut legitimè, ritè, ſanctè, de ciuium capite ſtatueretur. Huic uoci plebs inflammata obſtrepit, conclamat aduentaſſe iam diem, quo hanc paucorum potentiam funditus deleri oporteat: perdendum eſſe quicunque multitudinem oderit, rem Atticam alio iam pacto ſtare nõ poſſe. Ad ea cùm nemo deinceps reſponde-
89 re auderet, Phocion ipſe inter furẽtis turbæ tumultum & uoces uix auditus, Nunquid nos, inquit, iure, an iniuria necari par ducitis? Illis uerò, Iure, clamantibus, Quonam modo igitur, inquit, de inauditis iure decernitis? Et cùm nihilo tamen attentius audiretur, procedens paululum, Ego, inquit, me capitis reum profiteor pro his, quæ in repub. & geſſi, & ſæpe conſului. At iſtos, ô uiri Athenienſes, quid eſt cauſæ quamobrem nihil uobis iniuriatos occidatis? Cui cùm reſpondiſſent, quoniam tibi amici ſunt, ſecedens Phocion tacitus quieſcebat. Tunc Agnonides decretum recitat iam pridẽ ab ſe conſcriptum, cuius hæc ferme ſententia: Populus hos ſi reos obiecti criminis iudicarit, capite plectantur. Hoc audito, fuere nõnulli tanta immanitate animi, ſæuitiáq; ut decreto id unũ deeſſe dicerent, Phocionẽ ſcilicet nõ antè necari, quàm uariis eſſet cruciatibus & tormentis afflictus, iubebántque induci rotam inſpectante theatro, &
90 ipſos cum flagris & ſecurib. carnifices expediri. Agnonides ſeu quòd id ægris aurib. à Cleto auditum aduertit, ſeu quia facinus ipſum & barbarum, & crudele nimiũ exiſtimauit, Cùm Callimedontem, inquit, maſtigiam, ô Athenienſes, damnabimus, tunc ea ſupplicij crudelitate ſæuire licebit: in Phocionẽ uerò nihil tale laturus ſum. Huic quendam ſummiſsè dixiſſe tradũt, Rectè facis Agnonides, nam ſi excruciabitur Phocion, tibi quid faciemus? Poſt hæc cùm ad ſcrutándam ſententiam populi circunducerentur urnulæ, nullis ut in euerſa concione ſedentibus, quibuſdam etiam coronatis, ut plecterentur capite iudicatũ eſt. Fuere cum Phocione damnati Nicocles, Thudippus, Hegemon, & Pythocles. Demetrium uerò Phalereum, Callimedõtem, Cha- *Phocion capite damnatus.*
91 riclem, aliósque nonnullos qui fortè tunc aberant, & hos mortis decernũt reos. Concione dimiſſa, cùm damnati in cuſtodiam ducerentur, cæteri quidẽ inter poſtremos amicorum familiariúmq; complexus fletu & lamentis miſerè complebant omnia: at Phocionem cerneres eodem oris habitu incedentẽ, quo domum olim ſolebat imperator à cõcione reduci. Nec minorem admirationis, quàm miſericordiæ occaſionem uiri uultus & geſtus, animíque cõſtantia & magnitudo mortalibus afferebat. Aduerſarios tamen eius tanta fuiſſe animi atrocitate, tanta crudelitate & impudentia dicitur, ut obuiam inter ducendum ſæpius facti, certatim illum probris & maledictis inceſſerent, auderétque ex his unus ſputis eius ora fœdare. Tunc Phocion ad magiſtratum conuerſus, Cohibebítne quiſpiam, inquit, hodie huius hominis petulantiã atq; ineptias? Atqui Thudippo, cùm hic iam tritum poculóq; infuſum uenenũ cõſpiciens horruiſſet, flerétq; calamitatẽ hanc & crudelis iudicij indignitatẽ, accédens propius
92 Phocion, Non te ſolatur, inquit, quòd iam es cum Phocione moriturus? Rogatus ab amicis ſi quid Phocio filio nomine ſuo dici uellet: Volo equidem, inquit, ne ſcilicet illatæ mihi ab Athenienſibus iniuriæ reminiſcatur. At cùm ab eo peteret

Nicocles is quem fideliſſimũ ſemper omniúmq; chariſſimũ habuit, ut priori ſibi liceret haurire uenenũ: Durũ id mihi quidem, inquit, ô Nicocles, moleſtúmque, tamẽ & hoc tibi concedendũ eſt, cui nihil unquã in omni uita negandum putarim. Igitur cùm & reliqui omnes poculũ priores ſumpſiſſent, defeciſſe uenenũ dicitur: carnifex uerò ſe aliud niſi duodecim prius acceptis drachmis daturũ negabat, tãti enim unciã uenire aiebat. Tum Phocion ubi hominẽ uidit in propoſito ſtantem, ne morti fieret mora, ex amicis unum aduocans, Quandoquidẽ, inquit, gratis emori Athenis nõ licet, huic, queſo, pretiũ dato. Erat tunc Munychionis menſis undeuigeſimus dies, quo 93
tempore equeſter ordo Ioui ſolennẽ afferebat pompam. Horũ pars in ſpeciem luctus coronas auferentes, pars flendo ad carceris fores cõuerſi, eo pacto præſtatiſſimi & innocentiſſimi ducis interitũ ornauere. Nec mortaliũ quiſquã fuit, in quo nõ fuiſſet aut feritate naturæ, aut ira, aliáq; acerbitate penitus extincta humanitas, qui non impiũ & nefarium duxerit, diem illum ſanctiſſimũ ſemper, & populo Athenienſi ſacrũ atq; ſolennẽ, hoc publico piaculo fuiſſe pollutũ, & caſtas per id ſaltem temporis manus à
Atheniẽſium in Phocionem mortuũ crudelitas. tam impio ſcelere nõ ſeruaſſe. At eius inimici, quorũ nondum erat in uiuum ſatis explicata crudelitas, mortui quoque corpus attrociter infectati ſunt. Illud enim nullo prorſus igne ſuccẽſo, nullo funeſto lumine, nulla deniq; nõ honoris modò, ſed ne humanitatis quidẽ ſignificatione, Atticis exportari finibus edixerunt. Dicitúrq; ex illius 94
familiaribus neminẽ eius corpus contingere auſum, ſed Conopionẽ quendã curãdis funeribus quæſtum facere ſolitũ, mercede accepta in Eleuſinam deportaſſe cadauer, ibíque igne ex agro Megarico ſumpto, id cõcremaſſe. Indigenam uerò mulierẽ cum ancillis aliquot inane ibi cõſtituiſſe ſepulchrũ, atque diis manibus, umbræque Phocionis inferias parentaſſe. Hanc ipſam tradunt collectos cineres, gremióque recõditos, intra domeſticos lares tellure defoſſos ſepeliuiſſe, dixiſſéque, Ego uobis chari penates, innocẽtiſſimi uiri reliquias cuſtodiendas trado, uos illas patriis laribus, ſi quãdo reſipiſcant Athenæ, redditote. Nec multò pòſt cùm res ipſæ edocuiſſent qualem Athenienſes præſidem, qualem reip. omníſque iuſtitiæ perdidiſſent cuſtodẽ, ſtatua illi ærea iuſſu populi conſtituta eſt, eiúſq; inuẽtæ reliquiæ publicis ſumptibus tumulo ſunt mandatæ. Accuſatores autẽ eius Agnonidẽ quidẽ capite damnatũ interemerunt. Epicurũ uerò & Demophilum urbe profugũ Phocionis filius proprio telo eſtultus. Phocius intemperans perditúsque puellã apud lenonẽ quempiam eductam miſerè deperiſſe dicitur, eúmque Theodorum Atheum fortè aliquãdo audiuiſſe in Lycæo huiuſmodi ratiunculam concludentem: Si amicũ alere honeſtũ eſt, & amicam utique haud turpe: quòd ſi cum ſocio uiuere fas nõ eſt, nec cum ſocia honeſtè licebit. Hac ratione iuuenis tanquam ſana ad intemperantiam ſuam abuſus, amicam ſeruauit. Hæc ſunt quæ in Phocionis uitam congeréda putauimus, cuius ſanè interitus luctuoſam Socratis memoriam excitauit. In ambos enim ſicuti pari Atheniẽſium ingratitudine, ita nec diſpari Athenarum incommodo animaduerſum eſt.

Cato Vticenſis.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

CATONIS genus principium dignitatis & gloriæ ſumpſit à proauo 1
Catone uiro in primis claro magnæque authoritatis, ut à nobis in ipſius uita ſcriptum eſt. Relictus eſt autem Cato parentum orphanus unà cum fratre Cepione & ſorore Porcia. Erat & Seruilia Catonis ſoror ex matre: & hi omnes apud Liuium Druſum auunculum ſuum, uirum & eloquẽtia & ſapientia præſtantem, qui per id tempus

pus princeps ciuitatis erat, educabantur. Ferunt autem ſtatim à pueritia conſtantiam & ſeueritatem Catonis conſpicuam fuiſſe. Vim nanque habebant ultra ætatem eius incepta, adulantibus aſper, terrentibus aduerſus, tardus ad riſum, ut perraro uultum
2 remitteret. Ad iram non facilè labens, ſed cùm in eam deuenerat, implacabilis. Ad magiſtros autem diſciplináſque delatus in diſcendo quidem tardus erat, quæ uerò ſemel didicerat, memoriter retinebat: quod in cæteris quoque naturâ fit, ut qui celeri ingenio ſunt, non multùm memoria ualeant: qui uerò cum labore percipiunt, hi ſunt perceptorũ tenaciores, propterea quòd uelut inuritur quicquid ab huiuſmodi ingeniis diſcitur. Videtur autem ipſa inflexibilitas mentis, cauſa fuiſſe ut Cato in diſcendo tardior eſſet. Nam paſſio nimirum quædam eſt diſciplina, & ut quiſque infirmior eſt ad reſiſtendum, ita facilius in ſententiam trahitur. Itaque & iuuenes, quàm ſenes, & ægri, quàm ſani, facilius credunt: & in uniuerſum ubi quod fluctuat imbecilliſſimum eſt, quod ſuggeritur maximè procliue. Pædagogo tamen, ut aiunt, parebat Cato, omniáque faciebat illius iuſſu, ſingulorum uerò cauſas rationésque ab eo
3 efflagitabat. Erat illi pædagogus Sarpedon, homo comis atque urbanus, & qui uerba magis, quàm uerbera in promptu haberet. Puer adhuc cùm eſſet Cato, Latini ſummo ſtudio conati ſunt ut in ciuitatem reciperentur. Qua de cauſa cùm Pompædius Syllo uir militaris, ſummæque inter ſocios authoritatis, propter amicitiam quæ ſibi cum Druſo erat domi eius multos dies obuerſaretur, puerísque familiarior factus, eos rogaſſet ut ſocios populi Romani in impetranda ciuitate apud auunculum iuuarẽt, Cæpione id ſe facturum comiter ſignificante, Catone uerò nihil ad hoc reſpondente, ſed oculis toruè in hoſpites fixis & intentis, Quid tu, inquit Pompædius, ad hæc iuuenis, reſpondes? numquid non iuuare hoſpites apud auunculum quemadmodum frater potes? Vbi uerò nihil Cato reſpondiſſet, ſed taciturnitate & uultu negare ui-
4 deretur, prehendens iuuenem Pompædius, per feneſtram inde abiecturum ſe illum, niſi precibus annueret, comminatus eſt, atque ita manibus ſuſpenſum efferens mina- *Pueritiæ conſtantia.*
ci uultu & acerba uoce concuſſit, neque tamen ab incepto mouere illum potuit. Itaque deponens eum Pompædius ad ſocios reuerſus, Gratulemur, inquit, nobis hunc eſſe puerum, qui ſi uir eſſet, nullo modo ciuitatem ſperare liceret. A quodam ex cognatis ad cœnam in natali uocatus, cùm cæteri pueri in quadam parte ædium luderent admiſti ſimul minores & maiores natu (erant autem eorum ludi iudicia & accuſationes & detruſiones in carcerem) uno ex pueris forma inſigni, qui à maiore in cubiculũ deductus, & per uim incluſus erat, uociferãte, Cato intellecta rei fœditate cucurrit ad oſtium, atque his qui aditum prohibebant ui deiectis, puerum eduxit, irá-
5 que incenſus domum abiit, cæteris pueris unà ſecum abeuntibus. Ita uerò inter pueros clarus erat, ut cùm L. Sylla equeſtrem ludum, quem Troiam uocant, edere ſta- *Troia ludus equeſtris.*
tuiſſet, ac delectis patritiis pueris duos præfeciſſet, alterúmque pueri acceptarẽt gratia matris, erat enim filius Metellæ uxoris Syllæ, alterum uerò qui Pompeij nepos erat, Sextum nomine, nec recipere, neq; ſub eo ludere uellent, interrogati à Sylla quẽ ſibi ducem optarent, omnes uno ore Catonem depoposcerunt: quinetiam ipſe Sextus ſeſe ultro Catoni ſubmiſit. Erat L. Sylla Catoni ac fratribus paternus amicus, quare ſæpe illos ad ſe uocabat, & inter ſuos habebat, pauciſſimis hũc honorem familiaritatis per inſolentiam tribuens. Gratè igitur hoc accipiens Sarpedon, plurimúmq; exiſtimans huiuſmodi amicitiam pueris cùm ad honorem, tum ad ſecuritatem conducere, frequenter ducebat eos ad Syllam, cuius domus per id tempus nihil à car-
6 nificina quadam differebat. Erat tum Cato quatuordecim annorum, uidénsque ceruices clarorum uirorum ad Syllam deferri, atque eos qui aderant clanculum miſereri, à Sarpedone quæſiuit, cur hunc talem uirum nemo trucidaret. Reſpondente pedagogo, quia plus timent Syllam homines, quàm oderint: Quamobrem mihi, inquit, gladium non dabas, ut patriam ſæuo huius dominatu liberarem? Hæc cùm audiſſet

Sarpedon, & simul acritatem uultus conspexisset, usque adeò territus est, ut reliquo tempore diligentissimè puerum obseruaret, ne quid temerè contra Syllam molliretur. Paruulus quem maximè amaret rursus ac sæpius eodem modo interrogatus, semper fratrem respondendo interrogantem fatigauit. Sumpta deinde uirili toga, magis confirmauit erga fratrem beneuolentiam. Vsque ad uigesimum ætatis an- 7
num nunquam sine fratre cœnabat, nec peregrinabatur, nec in campum descendebat: cùm tamen frater ungeretur, ipse ueniam postulabat. In cæteris quæ ad uictum pertinent, durus erat atque seuerus. Cæpio itaque cùm ipse ut continens moderatúsque laudaretur, non desinebat prædicare, se fortasse talem uideri si cum aliis comparetur, uerùm si cum meo Catone, inquit, comparor, nihil mihi à Sippio uideor differre. Erat autem Sippius quidam propter mollitiem atque luxuriam apud Romanos notatus. Inde Cato sacerdos Apollinis factus à fratre migrauit, centum uiginti talentis in diuisione bonorum paternorum acceptis: uictum magis etiam imminuit, & Antipatrum Tyrium Stoicæ disciplinæ hominem sibi familiarem coniunxit, ac moralibus ciuilibúsque præceptis inhærens, cùm omnem uirtutis speciem ingenuè amplexaretur, egregiè tamen honestatem, seueritatem rigorémque bonitate ac gratia immotum adamauit. Eloquentiæ uerò ea de cau- 8
sa operam dedit, ut philosophiæ præceptis aliquid roboris neruorúmque in agendo consultandóque adiungeret. Non tamen cum cæteris iuuenibus exercebatur, nec audiri à quoquam uolebat. Qua de re cùm quidam eum reprehēderet, dicerétque, Improbant homines hanc taciturnitatem tuam, Cato: Vt libet, inquit, dūmodo uitam non improbent. & addidit: Ego uerò tunc demum hanc taciturnitatem meam abrumpā, cùm talia dicere ualebo, quæ non sint digna taciturnitate. Erat basilica quædam Porcia, quàm magnus Cato in censura ediderat: tribuni pleb. quoniam in illa ius dicere consueuerant, columnam, quæ sellas eorum impedire uidebatur, decreuerant tollere, uel in alium locum transferre: ea res Catonem licet inuitum prima in campum deduxit: opponens nanque se tribunorum uoluntati, & uim dicendi suam ac prudentiam ostendens, uniuersos ciues in admirationem sui cōuertit. Etenim ser- 9
mo eius nihil iuuenile, neque cōptum habebat, sed erat rectus, plenus & durus, quinimò gratia quędā & attentio inerat breuitati sententiarū, mósq; eius orationi admistus, uoluptatē & risum quendā honestum audientibus afferebat. Vox autē multa & abundās, tonū habebat infractū, inexhaustúmque: per uniuersam sæpe diē incessāter locutus, sine lassitudine desinebat. Tunc itaq; cùm ea in causa superior fuisset, rursus
Laboris tolerantia. ad silentiū rediit, ac in gymnasiis se exercēs, assuefecit corpus tolerare labores & niuē detecto capite, iter cōficere sine uehiculo. Cùm uerò amici qui unà iter faciebāt, equis ueherētur, singulos sæpe adiens, & pariter cū illis ambulās loquebatur, pedibus ipse uadēs, cùm illi ueherētur. Admirabilis uerò tolerātię tunc erat maximè, cùm aduersa ualetudine laborabat. Febri enim oppressus ipse solus degebat, nec ullū secū esse patie- 10
batur donec releuationem certā sentiret. In cœnis autē partes sortiebatur, quod si nō obtineret, amicis ipsum prius capere iubētibus, dicebat, Nō bene se habere inuita Venere. Ac semel quidē prępotus ibat ad mēsam, deinde ita perstabat, ut sæpe cū amicis ad aurorā usq; in potationib. uigilaret. Causam huius rei credūt fuisse negotia publica, in quibus per totos dies occupatus, atque ita philosophos cōuenire, & cū illis uersari prohibitus, per noctē atq; potū cum eisdē esse cogebatur. Itaq; cū Mēmius quidā dixisset totas noctes Catonē ebriū esse, respōdit Cicero: At illud nō addis, eū dies totas ad aleā ludere. Omnino ætatis suæ moribus se opposuit, utpote improbis, & à quibus cōtraria uia eundū censebat. Itaq; cū cæteris hominib. purpureā uestē saturatā murice
atq; rutili coloris placere uideret, ipse fuscā gerebat: interdū uerò nudis pedib⁹ & abs- 11
que tunica in publicū prodibat, nō gloriā aliquā ex hac nouitate captās, sed seipsum assuefaciens obscœnis rebus duntaxat erubescere, cætera uerò ut ignobilia aspernari.

Ex hære-

Ex hæreditate uerò Catonis nepotis cùm centum talenta ad eum peruenissent, pecuniam ex bonis redactam sine ullo fœnore indigentibus mutuabat: nonnulli agros etiam ac ministros eo largiente, rarúmque habēte, in publicum conferebant. Deinde cùm iam tempus sibi uisum est matrimonij contrahendi, nulla muliere ante id tempus cognita, Lepidam uxorem accepit, quæ prius Scipioni Metello desponsata, renuntiante Scipione, & uadimonij pœnas soluente, tunc libera erat. Eam cùm accepisset Cato, pœnitentia ductus Scipio, rursus illam acceptauit. Hac re uehementer
12 commotus atque infensus Cato, decreuerat die Scipioni dicta iniuriam ulcisci: dissuadentibus tamen amicis se abstinuit, & ira simul & iuuentute accensus, Iambos in Scipionem, non sine Archilochi mordacitate, citra tamen lasciuiam & obscœnitatem conscripsit. Attiliam deinde Sarrani filiam cepit uxorem, quam mulierem dicitur primam cognouisse: non tamen eam solam cognouit, quemadmodum Lælius Cæpionis amicus. Ille nanque in hoc felicior, qui unam tantùm in omni uita uxorem, quam à principio duxerat, cognouit. Bello seruili, quod Spartacium appellant, exorto, sub Gellio prætore uoluntariè militauit, ídque fecit gratiâ Cępionis fratris, qui in eius exercitu tribunus militum erat. Sub quo quidem duce uirtutem quan- *Prima Catonis militia.*
tùm cupiebat ostendere non potuit, in mollitiæ tamē atque corruptela exercitus audaciam, fortitudinem, ac decorem ostendens, nihil antiquo illo Catone inferior ap-
13 paruit. Sed cùm prætor uirtutis gratia eum donare uellet, repudiatis muneribus, & nihil à se factū quod honore dignum foret testatus, inhumanè facere uisus est. In petitione quoque tribunatus, legem quæ candidato *nomenclatores adesse uetat, solus * ὀνομαστὰς.
seruauit, per seipsum appellans populum atque alloquens: quæ res ipsis quoque laudantibus grauis erat, & eò magis quòd uidebant hoc genus laudis mutari non posse. Tribunus militum factus, in Macedoniam missus est ad Rubrium prætorem: cuius discessum cùm uxor Attilia grauiter ferre uideretur, atque ob id lachrymaret, Munatium quendam ex Catonis familiaribus ei dixisse ferunt, ut bonā spem haberet, nam se Catonem illi custoditurum. Cuius uerbis Cato tunc pręsens cùm annuisset, posteą
14 unius diei iter profectus uocatum ad se Munatium monuit fidē Attiliæ seruaret, nec usquam à se discederet: atque ita ex eo die binos lectos in eodem cubiculo sterni iussit, ipsúmque Munatium iuxta se accubare, non custodientem, sed certè custoditum. Proficiscentem Catonem quindecim serui, duo liberti, & quatuor amici secuti sunt; qui cum equis ueherentur, Cato ipse pedes cum singulis loquēs pariter gradiebatur. Vbi uerò in castra uentum est, ex legionibus quæ illic erant uni præfectus à prętore, nequaquam magnificum putans se duntaxat bonum præstare, milites sibi pares effi- *Milites ad uirtutem qua ratione excitauerit.*
cere contēdit, non timore aliquo iniecto, sed uerbis ac rationibus eos castigans. Difficile igitur dictu est, utrū humaniores uel fortiores, & an ferociores uel iustiores sua eos disciplina effecerit, tam scilicet feroces aduersus hostes, humanos uerò erga so-
15 cios, timidos ad iniurias inferēdas, prōptos ad laudes adipiscēdas reddidit. Sed quod minimè quærebat, id maximè factum est, ut cùm summam gratiam atque beneuolentiam, tum gloriæ honorísque plurimùm apud milites assequeretur. Nam unà laborādo, & uestę & uictu atq; incessū militari magis, quàm ducis utendo, tū mira sōlertia rationéque illos collaudando, duces atque imperatores appellando, clàm ac latenter beneuolentiam exercitus erga se maximam concitauit. Veræ enim uirtutis zelus non fit nisi per summā laudātis beneuolentiam & honorem: qui uerò sine amore laudant bonos, hi reuerentur quidem famam ipsorum, non autem uirtutem admirantur neque imitantur. Inter hæc cùm audiuisset Athenodorum cognomine Cordilionem Stoicæ disciplinæ hominem Pergāmi commorari, & iam senescētem
16 regū ac principum familiaritates amicitiásq; refugere, non putauit Cato per literas atq; nuntios quicquam se profecturū, sed cùm per leges duos mēses liceret ei abesse, transgressus in Asiam, hominē adiit, flexítque eius animū, & ex sententia deiecit, effe-

cítque ut ſe in caſtra ſequeretur, lætus atque gloriabundus, uelut ingentem adeptus palmam, & multò clariorem, quàm aut Pompeius, aut Lucullus, qui tũc uniuerſi orbis reges natiónésque ſubigebant. Nondum finierat militiæ tempus, cùm frater eius Cæpio in Aſiam proficiſcens, in Æno Thraciẹ urbe incidit in morbum: quod cùm per literas nuntiatum eſſet Catoni, licet & mare undoſum foret, & nauis aliqua idoneæ magnitudinis non adeſſet, tamen paruam nauiculam cum duobus familiaribus & tribus ſeruis conſcendens, è Theſſalonica nauigauit. Nec multùm abfuit quin mari obrueretur, fortuna tamen quadam ex ingenti periculo ſeruatus.

Ἆινος πόλις Θράκης, ἀψίνθος καλυμένη.

17 Cùm fratrem iam mortuum reperiſſet, grauius ferre uiſus eſt, quàm philoſopho conueniret: non ſolùm enim lamentationibus, & plãctu, & mœſtitia, ſed ſumptu funeris immodico exquiſitíſque uaporibus & pretioſis ueſtibus corpus cremauit. Sepulchrum illi fecit in ipſo Æniorum foro, lapide Thaſio talentorum octo. Hæc autẽ nonnulli carpebant propter cæteram Catonis ſeueritatem, non attendentes quãtùm in illa aduerſus uoluptatem, timorem & impudentes preces inflexibili duritie, humanitatis affectioniſq; ineſſet. Ibi cùm ciuitates & potẽtes dona ampliſſima pro honore defuncti miſiſſẽt, pecuniis omnino repudiatis, thura ſolùm & ornamenta ob honorem illorum qui mittebant recepit. In diuiſione hæreditatis, quæ ad ipſum & ad filiam Cæpionis obuenerat, nihil ex his quæ in funere expenderat, deduxit.

18 Hæc quanquam feciſſet, facerétque Cato, tamen inuentus eſt qui accuſaret; quòd cribro exuſti cadaueris cinere colato, aurum quæſiuerit igni deſtillatum. Finito tempore, prouincia abeuntem non uotis (ut fieri ſolet) ſed lachrymis & inſatiabili amplexu milites proſequebãtur, ſternentes ueſtes per ea loca, quibus ipſe pedibus iturus erat, manúſque oſculantes, quod genus honoris non niſi imperatoribus, ídque perpaucis, eo tempore tribuebatur.

Honor à militibus habitus.

Cùm uerò inſtituiſſet antequam ad rempub. ſe conferret in Aſiam proficiſci, & mores hominum uiréſque prouinciarum agnoſcere, ſimúlque ut regem Deiotarum hoſpitem paternum id ſummopere ab eo poſtulantem conueniret, hoc modo peregrinationem cõfecit. Pręmittebat ſummo mane piſtorem & coquum ad ea loca ad quę

19 diuerſurus erat, qui cum ſumma cõtinentia atque ſilentio urbẽ intrãtes, ſi nullus Catonis hoſpes paternus amicus ibi eſſet, in diuerſorio, ſi haberi poterat, neceſſaria pręparabãt, ſine ulla cuiuſquam incommoditate. Si uerò nõ erat diuerſorium, tunc magiſtratum adeuntes hoſpitalitatem poſtulabant, & quancũque ſibi à magiſtratibus traditam capiebant. Ac ſæpe quidem euenit, ut fide non habita, illi, quos pręmiſerat, à magiſtratibus contẽnerentur, quia nõ inſolenter, neq; minitãdo petebãt. Itaque interdũ nulla præparatione facta, Cato ſuperueniebat. Ipſe inſuper à pleriſq; contẽptui habitus ob magnitudinẽ curarum ſæpe tacitus ſedens, & ob id ſpeciẽ hominis ignaui ſecordíſq; præ ſe ferens. Nonnunquã tamen ad eos cõuerſus monere ſolebat, ut ceſſarent ab hac improba hoſpitalitate, nõ enim ſemper Catones ad ipſos uenturos: cõprimerent ſua libertate eorũ licentiam qui occaſionẽ quærerent ab inuitis extorquẽdi, quaſi à uolentibus obtinere non poſsint.

20 In Syriam uerò cùm ueniſſet, ridiculum quoddam ferunt ei contigiſſe. Nam Antiochiæ appropinquans, offendit ingentem multitudinem uario ornatu atque ſertis obuiam extra portã effuſam. Ephebi in chlamydibus, pueri in alio ornatu ſeparatim conſiſtebant, ſacerdotes & magiſtratus puras ueſtes, & nonnulli ſerta gerebant. Opinatus igitur hunc honorem ſibi à magiſtratu præparatum, grauiter ferre cœpit, & eos, quos præmiſerat, increpare, qui talia fieri non prohibuiſſent, iuſsítque familiares ex equis deſcẽdere, & pedibus unà ſecum iter facere. Qui cùm magis appropinquaſſent, unus ex his, qui turbam Antiochẽſium & ordines atque ornatum diſponebant, uir iam grandior natu, baculum manu & ſertum in capite geſtans obuiam Catoni factus, ſine ulla honoris uel reuerentiæ exhibitione, quantùm abeſſet Demetrius percontatus eſt.

21 Cunctis ferme hominibus per id tempus in Pompeium conuerſis, ſummo in honore etiam Demetrius ſeruus eius, quoniam

quoniam multùm apud illum poterat, habebatur. Ex ea re tantus riſus ſocios Catonis inuaſit, ut ſe nullo modo continere inter multitudinem ambulantes poſſent. At Cato ipſe uehementer commotus, O miſeram, inquit, ciuitatem: nec quicquam amplius locutus eſt. Poſteriori autem tempore ſolebat ipſe quoq; memorando atq; narrando ea quæ tunc ſibi accidiſſent, ridere. Verùm homines qui per ignorãtiam illum neglexerant, paulò pòſt in admirationem eius ab ipſo Pompeio conuerſi ſunt. Nam cùm Epheſum ueniſſet, & Pompeium (quoniam is maior erat natu maioríſque authoritatis) ſalutatum iuiſſet, ut conſpexit illum Pompeius, non paſſus eſt, neq; expe-

22 ctauit ut ſedentem ſe adiret, ſed aſſurgens extemplo quaſi cuidã maiori obuiam proceſſit, dexteráque eius apprehenſa, multa in ipſo congreſſu, plura etiam poſt diſceſſum in laudem uirtutum eius ſic enarrauit, ut qui audierunt, omnes in Catonem cõuerterentur, illa admirantes quę paulò antè contempſerant, manſuetudinem ſcilicet & magnanimitatem. Neque Pompeij obſeruãtia obſcura erat, ſed manifeſtiſſimè apparebat inſeruientis magis eſſe, quàm amantis: ídque ex eo maximè intelligebant homines, quòd præſentem uerebatur, & ob eius diſceſſum gaudebat, & cùm cæteros aduenas iuuenes promptiſſimè apud ſe detineret, cuperétque ut ſecum adeſſent, nihil tale à Catone poſtulauit, ſed tanquam ueritus præſentiam eius libenter dimittebat. Soli fermè ex omnibus qui ad eum uenerant, filios atque uxorem commẽdauit, cùm

23 propter cæteram coniunctionem, tum propter neceſſitudinem. Ex hoc ſtudia ciuitatum in Catonem accenſa, inuitationes & conuiuia certatim exhibita. Quibus in rebus ſæpe iubebat Cato familiares ſuos diligenter uidere, ne Curionis uerbum à ſe cõfirmaretur, qui cùm amicus quidem eſſet Catonis, cæterùm infenſus eius ſeueritati, ut audiuit in Aſiam profecturum, Bene eſt, inquit, nam mitiorem & humaniorem Aſia illum nobis remitter. Ab rege Deiotaro ut filios & filiam ſuam eidem commendaret uocatus, cùm ipſe rex dona egregia protuliſſet, uſqueadeò ſuper ea re commotus eſt, ut cùm ueſpere ad eum ueniſſet, poſtridie circiter horã tertiam abiret. Profectus etiam unius diei iter, apud Peſſinuntem maiora etiam dona ipſum expectãtia offendit, & ſimul regis epiſtolam, qua rogabat ut ſi ea dona capere ipſe nollet, amicis ſaltem qui propter ſe bene merebantur, habere ſineret: nec enim ipſum tanta habere

Strabo li. 12.

24 ut pro amicis quoque ſat eſſet. Sed nec ipſe accipere uoluit, nec amicos (quanquam nonnullos eorũ ſubſequentes cernebat) capere permiſit, affirmans omnem largitionẽ uelamẽ honeſtatis facilè reperire poſſe, amicos uerò eius habituros ex iis quæ ipſe iuſtè poſſideat. Brunduſium rediturus cùm cineres Cępionis fratris ſecum ferre decreuiſſet, amicis ſuadentibus ut in alia naue huiuſmodi reliquias poneret, potius animã ſuam à ſe ſeparaturum reſpondit. Et dicitur quidẽ magno cum periculo ea nauis traieciſſe, cùm cæteræ nihil ferme periculi paterentur. Romam deinde reuerſus, omne tempus aut domi cum Athenodoro, aut in foro cum familiaribus erat. Quæſtor uerò factus non prius magiſtratum inire uoluit, quàm omnes leges quæſtorias perlegiſ-

Continentia.

25 ſet, & ab iis qui earum ſcientiam habebãt, rectè atq; ordine ſingulas cognouiſſet. Itaque poſtea huiuſmodi magiſtratũ iniens, magnã fecit conuerſionẽ miniſtrorum & ſcribarum qui in eo ordine uerſabantur: qui cum leges & publicas ſcripturas in manibus haberent, homines adoleſcentes qui eum magiſtratũ gerebant, ita gubernare ſoliti erant, ut ipſi planè magiſtratus eſſent. Sed Cato, qui prudentiam rectámq; rationem magis, quàm nomen aut honorem ſequebatur, ſcribas (ut par erat) miniſtrorum locum tenere coegit, fraudes eorum redarguens, & per ignorantiam peccantibus quid agendum foret oſtendens. Vt uerò erant impudentes, & cæteros collegas adulando ſibi aſciſcere conabantur, & aduerſus Catonem repugnabant, primum eorum ut reum fraudis in hæreditate commiſſæ, & infidum ærario expulit, alium uerò tanquam inutilem negligentémque accuſauit: quẽ cùm Luctatius Catulus cẽſor, uir

Quæſtor quæ in Repub. ſalubriter immutarit.

26 magnæ authoritatis, & Catonis amicus defenderet, uictúſq; rationibus atq; argumẽ-

tis apertè postularet,ut sibi reus donaretur,erumpens in medium Cato,Turpe est,inquit,Catule,te qui censor sis,& morum nostrorum moderator esse debeas, ne in ministris quidem nostris grauitatē seruare. Hæc dicentem prospexit Catulus tanquam responsurus,sed siue ira,siue uerecundia,silentio consedit. Non tamen in eo iudicio scriba ille remotus est,sed cùm uno plures condemnarent,quàm absoluerent,M.Lollius collega,qui ob ualetudinem absens erat, gratia Catuli in lectica ad ærarium perlatus,sua illum sententia liberauit.Nunquam tamen adduci potuit Cato,ut eius scribæ opera uteretur,neq; ut salarium persolueret:nec Lollium in numero iudicū habēdum censuit.Ita scribarum insolētia à Catone repressa,deinceps eorū ministerio quēadmodum cupiebat usus, breui tēpore ærarium honestius,quàm curiam ostendit,ut omnes dicerent ac sentirent consularem dignitatem quæsturæ adhibitam à Catone. Nam cùm reperisset multis rempub.debere,multos etiam reipub.debitores esse,ab aliis repetens atq; exigens,aliis uerò persoluens,omniū mentes erexit,& eorū qui nunquam soluturos se arbitrabantur, & eorum qui nunquam ut sibi solueretur expectabant.Et cùm antea rationes & decreta quædam admitterentur falsò,multa fierēt per preces & pretium, nihil tale Catonē aufugit, sed semel quodam decreto in dubium uocato,quanquam multi testimonium ferrent,non credidit,nec prius recepit,quàm consules iureiurando affirmarent se ei decreto interfuisse. Erant multi,quibus ob cæsos ciues L.Sylla pecuniam dederat,& quanquā omnes odio illos haberent,pollutósque arbitrarentur,nullus tamē punire audebat. At Cato indignatione simul atq; ratione commotus,& impium factum detestatus,ab omnibus pecuniam tanquam indebitam repetiit.Enimuerò hac pecunia restituta,statim præiudicium factū uidebatur,& quasi prius cōdemnati in causam homicidij trahebantur,applaudente populo Romano,putantéq; tunc Syllam ipsum dānatum uidere, tyrannidémue ex urbe depelli. Capiebat præterea populū assiduitas ac diligentia Catonis. Nullus ex collegis prior ad ærarium ueniebat,nullus posterior abibat, nulla cōcio, nullus senatus habitus quin adesset,timens ne homines per gratiam, aut pecuniā aut uectigalia publica condonarent.Cùm itaq; ærarium calumniis purgasset, pecuniisque replesset, docuit atque ostendit licere reipub.pecunias habere sine cuiusquam iniuria. Et quanquā in principio magistratus quibusdam collegis odio fuisset, postea tamen ab uniuersis amabatur,onus omniū suscipiens contra largitionem atq; gratiam.Nā cùm quid postulabatur,omnes ea ratione preces reiiciebant, quòd nequiret id fieri cōtra Catonis uoluntatem.Erat Marcellus Catoni ab adolescentia familiaris, & in hoc magistratu collega,uir quidē bonus si Catoni coniungeretur,ipse autem per se sic pronus ad gratiam,& sic facilis ob pudorē, ut nihil cuiquā petenti denegare sciret.Extrema igitur die finito magistratu,magna frequētia ciuium domū reductus Cato, audiuit quosdā potētes Marcelli familiares apud ærarium cōueniſſe, petiisséq; à Marcello,ut debitā quandā largitionē perscriberet.Cōfestim itaq; ad ærarium regressus,Marcellū offendit precibus uictū omnia cōcessisse.Tum Cato irrūpens tabellas popposcit, illásq; uidente ipso Marcello atque silente, in præsentia eius deleuit, nec tamen ob eam rem familiaritas eorum disiuncta est,nec unquam Marcellus aduersus Catonem est questus.Post finitum quoque magistratum curam ærarij non remisit,sed singulis diebus seruos mittebat, qui ea quæ agerentur perscriberent. Ipse autem libros,in quibus rationes publicarum pecuniarum erant à Syllæ temporibus in suam quæsturam perscriptæ,quinque talentis emit,sempérque eos tenebat in manibus. In senatū primus ueniebat,ultimus abibat.Interdum uerò cùm cæteri cogerentur,ipse sedens toga circa liburni obducta legebat,nec unquā abfuit cùm senatus haberetur. Quandoq; per Cn.Pompeij amicos tentatū est,cùm iis, quæ cōtra ius facere uolebāt,resistentē uiderēt,sibi impedimentū aliquod obiicere quò minus in senatu adesset.Qua re animaduersa, omnia semper negotia posthabuit,potius quàm abesset. Neque enim gloriæ causa,

causa,neque lucri,neq; aliquo casu, ut plerique,ad rempub.se cōtulerat,sed certo cōsilio urbis,uelut priuati cuiusdam,negotia susceperat, ratus non minus operæ diligētiæque rebus communibus impendendum,quàm apes fauo solent. Quinetiam prouinciarum negotia, & decreta,& iudicia, per hospites atq; amicos sibi nuntiari procurabat.P.Clodio turbulentissimo ciue sacerdotes ac uirgines Vestales,inter quas Fabia Terentia erat,soror Terentiæ Ciceronis uxoris, apud populū accusante, susceptā earum defensione Cato,tantam accusatori uerecundiam iniecit, ut cogeretur urbem relinquere.Qua de re cùm Cicero Catoni gratias ageret, non sibi,sed reipub. inquit gratias agendas, cuius causa ista fecisset. Ex hoc magna erat Catonis apud ciues Romanos authoritas,ut etiam orator quidā in dicendo cùm unico testi non esse credendum diceret, Nec si Cato, inquit,is foret.Plerūq; etiam ad res incredibiles,quasi prouerbij loco respondebatur, nec si Cato ipse diceret, fidē esse adhibēdam. Et aduersus perditum adolescentem uerba in senatu facientē de honestate & cōtinentia, assurgēs amicus, Quis te,inquit, ferat cœnātem ut Crassus,ædificantem ut Lucullus, loquentem nobis ut Cato?Cæteros quoq; prodigos atque luxuriosos,cùm quid seuerè de cōtinentia loquerētur, dirisos, Catones appellabāt.Multis Catonem adhortantibus ad tribunatum plebis petendum,non putauit cōuenire ut potentia tanti magistratus in tempore non necessario consumeretur. In Lucaniam itaq; per id tempus,cùm otium sibi à repub.foret,cum libris & familiaribus(habebat enim illic uillas satis amœnas) proficiscenti,multitudo hominū cum uehiculis & impedimentis fit obuiam,ex quibus intelligit Metellum nepotē Romam redire ad tribunatum.Perstitit ergo aliquātulùm tacitus,ac subitò in urbem regrediēdum esse dixit:admirantibúsq; sociis,Metellus,inquit,per se ipse formidolosus est,& nunc ex Pompeij uoluntate redit,ut quasi fulmen rempub. feriat. Non est igitur otij tempus, neq; rusticationis,sed huic omnia turbare cupienti resistendum est,aut pro libertate oppetendū.Extorserunt tamen familiares,ut uillas aduſque progrederetur:sed breue tempus cōmoratus, cùm ad ueſperam in urbem rediſſet, postridie ſummo mane in campū descendens tribunatum petiit, ut Metelli conatus refringeret. Ius enim tribunitiæ potestatis magis ad impediendum est,quàm ad agendū:quippe cęteris omnibus collegis uolentibus, unus qui nolit & se opponat, plus potest. Principio igitur pauci ex familiaribus, deinde eius sententia latius patefacta,omnes boni Catonem sequebantur,cæterósq; ad mandandum Catoni tribunatū pleb.cohortabātur,utpote qui non honorē quæreret,sed operam suam patriæ offerret,qui cùm liceret per otium gerere magistratū, noluerit, nūc uerò pro repub.ac libertate non sine periculo certaturus petat. Ferūt tantā fuisse multitudinem ei suffragātium,ut inter studia hominū pressus in periculo fuerit,uíxq; habuerit facultatē sese à turba explicandi.Creatus igitur unà cum Metello cęterisq; tribunus plebis, cùm animaduertisset comitia consularia uenalia esse, increpuit uehementer populum Romanū, & in fine orationis suæ iureiurando testatus est, sese quicunq; largitionem faceret,ei diem esse dicturum.Excepit tamen Syllanum,qui sororem eius Seruiliam habebat, propter necessitudinem: quam ob causam hunc prætereiens, L. Murænam ambitus accusauit, quòd per largitionem obtinuisset ut unà cum Syllano consul designaretur. Dabat lex reo,ut custode quodam apud accusatorē posito,cuncta resciret quæ ille attētaret, ut nihil clàmneq; inopinatè ad iudicium afferre posset. Missus igitur quidam à Muræna qui Catonem obseruaret, ut intellexit Catonem nihil inimico animo gerere,neq; iniustè quicquam tētare,sed ingenuè & humaniter se ad causam cōparare, usqueadeò moribus Catonis credidit, ut relicta obseruantia illa,cōtinuò sæpe in foro aut domi Catonem adiret, ab eóq; percontaretur, an ea die quicquam,quod pertineret ad accusationē foret,acturus,ac si Cato negaret, cōtinuò abibat.Cùm uerò tempus dicendę causę uenisset,Cicero,qui per id tēpus erat consul,Murænam defendit,uariis modis Stoicos philosophos,& ista quæ appellātur

Authoritas Catonis.

Vide suprà in uita Lucilli.

Tribunitiæ potestatis ius.

Paradoxa illudens: ex quo cùm multùm risum iudicibus iniecisset, ipse quoque Cato subridens illis qui iuxtà erant, dixisse fertur, Dij boni quàm ridiculum consulem habemus. In eo iudicio Muræna absolutus non inimicum se præbuit Catoni, sed in cõsulatu gessit omnia ex Catonis uoluntate, & in cætera uita illum obseruauit, atq; eius iudicium sequutus est. Erat Cato in suggestu quidem grauis atq; terribilis iustitiæ custos, in cæteris uerò moribus mitissimus, atq; humanissimus. Prius tamẽ quàm tribunatum iniret, multa gessit pro republica: præcipuum uerò quod fuit, rebus magnis atq; amplissimis à Cicerone cõsule gestis finem præclarum imposuit. Nam L. Catilina coniurasse in pernicie reipub. conuictus à Cicerone, ex urbe migrauit. At Lentulo, Cethego, cæterisq; cõiuratis qui domi remanserant, urbémq; incendere, & rebellionibus bellisq; cõcitatis imperium delere parabant, deprehẽsis, quẽadmodum in Ciceronis uita scriptũ est, agitabatur in senatu quid de illis statuendũ esset. Cẽsebat Syllanus eos ultimo supplicio afficiendos esse, huius sententiam pleriq; sequebãtur. At Cæsar rerum nouarum cupidus, materiámq; ad illa quæ iam mente conceperat quærens, necãdos sine iudicio nullo modo censebat, sed in carceribus habẽdos. Hæc Cęsaris sententia miti & composita oratione explicata, sic mentes omnium flexerat, tantúmq; timorem senatui iniecerat, ut Syllanus sententiam suam interpretaretur, quasi nec ipse cẽsuerit morte afficiendos, sed carcere, quod esset Romano uiro extremum supplicium. Facta igitur tanta conuersione sentẽtiarum, omnibúsq; in mitiorem & humaniorem sentẽtiam inclinantibus, surrexit Cato, & in principio orationis suæ M. Syllani oratione reprehensa, aduersus Cæsarẽ suspicionem induxit, quasi sub populari specie & miti sententia rempub. euertere uellet, ac senatui formidinem incuteret, cùm timere ipse deberet, & bene secum agi putare si impunè talia patrasset: non insuper tanta impudentia parricidas defenderet, nec patriæ uix à tanto periculo seruatæ misereret, sed eos quos oportebat nunquam esse natos, cõploraret, cùm tamẽ eorum crimina fateretur, grauitérque ferret si perditi homines à cæde atq; incendio rempub. suo supplicio liberarent. Hanc solam orationem Catonis seruatam ferunt, Cicerone consule uelocissimos scriptores deponente, atque docente ut per signa quędam & paruas breuésque notas multarum literarum uim habentes dicta colligerent: nondum enim reperti erant hi, qui Notarij appellantur, sed tunc primũ huius rei uestigium ferunt extitisse. Vicit itaque Catonis sententia, assensúsque est illi senatus, ut de coniuratis supplicium sumeretur. Et si oportet ne parua quidem suorum morum signa prætermittere, ut tãquam pictores animi eus figuram exprimamus, ferũt dum magna esset inter Catonem Cæsarémq; de supplicio coniuratorũ in senatu cõtentio, intuente eos uniuerso senatu, literas Cæsari in curiam allatas fuisse. Quod cùm animaduertisset Cato, putarétque per aliquem de cõiuratis eas literas Cæsari missas, clamare incœpit ac postulare ut publicè recitarentur. At illa erat epistola à Seruilia sorore Catonis Cæsari scripta, parum quidem pudicè & amatoriè, ac ne publicè legerentur Cæsar ei legẽdas porrexit: quas cùm legisset Cato, in Cæsarẽ statim eas reiecit, & inquit, Capias ebrie: atque ita ad sermonem quem instituerat reuersus est. Parum omnino fortunatus uidetur fuisse Cato circa pudicitiam fœminarum. Nam & Seruilia soror (ut dictum est) à Cæsare corrupta putabatur: ac de alia Seruilia eius sorore nihilo fama melior: nupta enim Lucullo summo uiro, cùm puerum ex eo peperisset, propter libidinem ab eo repudiata est. Cato cùm iam duos filios ex eadem sustulisset, post diuortium Attiliæ, Martiam Philippi filiam duxit uxorem. Hæc est Martia, de qua tam multa ferũtur. Quanquã ut in fabulis, ita in hac parte Catonis uita incerta atq; obscura est: attamẽ ut Thraseas scribit, qui huiusce rei Munatiũ familiarẽ Catonis atq; in uita comitẽ habet authorẽ, ita gesta res est. Inter multos Catonis amicos uirtutẽ eius maximè admirãtes, & aliis alios magis affectos, magísq; præ se beneuolentiã charitatéq; ferẽtes, in primis fuit Q. Hortẽsius, uir quidẽ clarus atq; humanus, qui

Secunda Catonis nuptiæ.

qui cùm optaret nõ solùm amicus & familiaris esse Catonis, uerùm necessitudinem coniunctionémque totius familiæ admiscere, suadere perrexit, ut Porcia Catonis filia, quæ Bibulo erat nupta, atque ei duos iam filios pepererat, sibi uxor traderetur, tãquam fœcũdus ager ad sobolem procreandam. Nam esse id opinione quidem hominum fortassis abhorrens, cæterũ natura honestum atq; ciuile, ut mulier in ætatis flore cõstituta, nec à procreatione filiorum uacaret, nec plures cuiquam pareret, quàm illi commodum foret. Id enim nihil aliud esse, quàm molestiam & pauperiem inducere, si plures, quàm opus sit, natos quis tollat: coniunctione uerò familiarum inter bonos uiros, & uirtutem crescere, & charitatem, & ipsam ciuitatem huiusmodi necessitudinibus, quasi nexibus quibusdam colligari atque constringi. Quòd si Bibulus grauiter ferat, nec à se disiungi mulierem patiatur, confestim simul atq; illa prægnans esset, se restituturum, contracta iam maiori amicitia & arctiori charitate, tam cum ipso Bibulo, quàm cum Catone, propter natorum cõsanguinitatem. Huic cùm respondisset Cato, se Hortensium amare, indignũ tamen esse uerba facere de nuptiis filiæ, quæ alteri nupta esset: non erubuit Hortensius, iam apertè agens, & sententiã suam enudans, à Catone postulare, ut sibi Martiã uxorem daret, iuuenem adhuc, & ad procreandum idoneã, cùm ipse certè sufficientem prolem haberet. Nec dici potest hoc fecisse Hortensius, quòd sciret Catonem mulieri non dare operã: nam in hoc ipso tempore scribit Martiam prægnantem fuisse. Cùm igitur studium atque uoluntatem Hortensij intueretur Cato, non denegauit, sed inquit oportere, ut Philippo Martiæ patri hoc persuaderetur. Quod cùm factum esset, sponsalia facta sunt, ipso Catone præsente atque adstipulante. Ista quanquam posteriori tempore fuerunt, tamen placuit, quoniã in mentionem fœminarum incideram, referre. Sumpto igitur de cõiuratis supplicio, Cæsaréq; pro his rebus, quarum gratia in senatu à Catone impugnatus fuerat, ad populum fugiente, hominésque perditos & corruptos contra rempub. excitante, ut conatibus eius obuiaretur, persuasit senatui Cato, annonam plebi Romanæ largiẽdam. Erat autem sumptus annuus mille ducẽtorum quinquaginta talentorum. Ob quam largitionẽ omnis motus popularis tunc subsedit: sed paulò pòst rursus concitatus est, Metello tribuno plebis turbulentas conciones habente, lege promulgata, per quam censebat Magnum Pompeium cum exercitu ad urbem uocandum, eíq; demandandum, ut uideret ne quid respub. detrimenti caperet. Et uerbis quidẽ sic Pompeius uocabatur, quasi periculum, quod ex Catilina imminebat propulsaturus: re autem uera id agebatur, ut respub. in potestatem Pompeij deueniret. De hoc cùm in senatu referretur, sententiam dixit Cato, non iam quemadmodum solebat, contra Metellum inuectus, sed miti oratione atque composita admonens, ac etiam obtestans Metellum per familiæ suæ dignitatem, quæ semper optimas reipub. partes sequuta fuisset, ut ab incepto desisteret. Sed cùm Metellus longè magis elatus se per uim omnia facturum prædicaret, confestim mutata oratione atque habitu, magna uoce protestatus est, se incolumi nunquam passurum, ut Pompeius cum exercitu ad urbem uocaretur: idq; usqueadeò senatus probauit, ut uniuersi fatererentur nullum præter Catonem recta ratione uti, eiúsque puram uirtutem pro statu optimo ciuitatis pugnare. De Metello autem ita sentiebat, ut de homine, qui omnia perdere atque turbare uellet. Cùm dies itaque suffragij uenisset, Metellus arma, hospites, gladiatorésque in forum deduxit. Item magna pars plebis nouarum rerum cupida Metello fauebat. Cæsar quoque, qui per id tempus prætor erat, Metelli studium enixissimè adiuuabat. Boni autem uiri magis indignabantur, & secum ipsi molestè ferebant magis, quàm Catonem fouerent. Itaque tanta domi Catonis mœstitia erat, tantáque trepidatio, ut & quidam ex familiaribus eius soliciti de Catonis salute, cibum non sumerent, uxor atque sorores luctu se afflictarent. Sed ipse Cato intrepidus omnia, quæ in eo tempore agẽda forent, solito more exequebatur, cœnauítque ut consueuerat, dormiuítque altissi-

Magnanimitas Catonis.

mè unà cum Munatio Thermo collegã. Manè uerò non magno comitatu descendit in forum, à multis antè monitus, ut saluti suæ consuleret, diligentérque caueret. Forum itaque ingrediens cùm uideret templum quidem Castoris armis occupatum, 46
omnésque aditus gladiatoribus teneri, ipsum desuper Metellum unà cum Cæsare sedentes, conuersus ad amicos, O timidum, inquit, hominem, qui contra unum atque inermem, tantam multitudinem armauit. His simul dictis, rectà perrexit cum Thermo, iis, qui aditum seruabant, uiam ambobus duntaxat cõcedentibus, cæteros omnes prohibentibus, ut uix Munatius per manum à Catone tractus introduceretur. Inde ad sedendum pergens Cato, repentè sese medium inter Cæsarem Metellúmque iecit, eo consilio, ut mutua eorum colloquia impediret. Quæ res tum aduersarios eius primo aduentu turbauit, tum bonos atque urbanos uiros fiduciam Catonis admiratos erexit. Itaque propius accedentes clamore & plausu bonam spem habere Catonem iubebant, ac se inuicem cohortabantur ad resistendũ pro libertate, Catonémque defendendum, qui pro repub. egregiè dimicaret. Vt uerò minister legem manu 47
tenens per Catonem legere prohibitus est, & ipse Metellus eam capiens legere cœpisset, Cato librum è manibus extorsit. Sed Metello uerba ex ore, quòd ea mente tenebat, pronuntianti, Thermus manum ori opponens uocem Metelli præclusit. Quos cùm uideret Metellus ita agere, & simul uniuersum populum Romanum ad utilitatem reipub. libertatémque conuersum, iussit armatos qui domi erant, magno clamore in forum discurrere: quo facto cùm omnis multitudo perterrita aufugisset, Cato uerò ipse solus relictus lapidibus atque fustibus concideretur, Murænã quem suprà memorauimus à Catone accusatum, tam indignum facinus non tulit, sed accurrens toga protexit Catonem, atque eum repugnãtem in templum Castoris perduxit. Vacuefacto foro, Metellus se uicisse ratus, armatos abire iussit, ipse ad tribunal reuersus 48
legem ferre cœpit. Sed hi qui profugerant, confestim redeuntes aderant minaci clamore, adeò ut perterritus Metellus, ac uim formidans, unà cum suis è foro profugeret. Cato studium populi Romani commendauit, confirmauítque, & plebs quidem Metellum omnino deseruit, senatus autem Catoni fauere statuit ad legem impediẽdam, utpote turbulentam, & bellum ciuile excitantem. Metellus itaque licet pertinax erat, tamen uidens amicos timore perculsos, putánsque inuictum, & inexpugnabilem esse Catonem, ex urbe migrare statuit, ac prius in forum ueniens inuidiam Catoni conflare conatus est, uociferans se tyrannidem Catonis, & coniurationem aduersus Pompeium initam aufugere, ac fore aliquando, ut populum Romanum pœniteret, quòd tantis iniuriis clarissimum uirum affecissent. Cõfestim itaque in Asiam abiit, quasi hęc omnia apud Pompeium accusaturus. Erat ob hoc magna Catonis fa- 49
ma, qui tantas inimicitias in tribunatu pro repub. suscepisset, & Pompeij potẽtiam in Metello contriuisset: sed etiam magis ea creuit, quòd senatum ignominiam Metello infligere uolentem, sua sententia cõpescuit. Tunc enim & apud multitudinẽ laudata est mansuetudo eius, quòd inimicũ non insectaretur: & apud prudentes consiliũ eius approbatum, quòd Pompeium minimè irritandum putarat. Post hæc cùm C. Memmius tribunus plebis L. Lucullum tunc à bello Mithridatico redeuntem, cuius finem atque gloriam Pompeius abstuliſse uidebatur, triumphare prohiberet, diéq; illi apud populum dicta, res ab eo gestas magis ob gratiam Pompeij, quàm ob aliam causam criminaretur, Cato propter affinitatem Lucilli, quòd (ut diximus) Seruiliam uxorem habebat, tum quòd rem indignam iniustámq; existimabat, sese Memmio opposuit, 50
tandémque effecit, ut causa deserta ab accusatione desisteret. Cùm ergo triumphasset Lucullus, postea magis atq; magis Catoni adhæsit, putans maximũ sibi præsidium in illo constitutũ aduersus Pompeij opes atq; potẽtiam. Ipse autẽ Pompeius ab exercitu rediens, nihil sibi à populo Rom. denegari confisus, per literas postulauit, ut comitia cõsularia in aduentũ suum differrentur, quoniã Pisoni in petitione cõsulatus præsens

fauere

fauere cuperet. Hæc pleriq; censebãt faciendã Pompeij gratia, sed Cato ipse obstitit, non quia magnum momentum in dilatione putaret esse, sed quia conducere existimabat Pompeij spem experientiámq; rescindere. Senatus Catonis sententiam sequutus est. Quæ res non mediocriter Pompeium turbauit, ut iam nihil se facturum arbi-
51 traretur, nisi prius Catonem sibi conciliasset, & in amicitiã suam traduceret. Per Munatium igitur postulauit, ut duas neptes, quas habebat Cato, alteram sibi, alterã filio nuptui traderet. Nonnulli tamen scribunt non neptes, sed filias Catonis à Pompeio petitas. Quod postquam per Munatium Catoni relatum est, uxore ac sororibus hanc affinitatem cum uiro primario atq; amplissimo uehementer approbantibus, cupientibúsque, ipse Cato statim sine ulla dilatione iussit Munatiũ ad Põpeium redire, eíq; resp ondere, Catonem per mulieres capi non posse, sed beneuolentiã eius sibi gratam *Cato affinitatẽ Pompeij respuit.*
esse, &, si recta faciat, amicitiã polliceri, quę omni propinquitate fidelior esset: obsides uerò contra rempub. Pompeio nequaquam daturum. Hoc eius cõsilium & mulieres domesticę grauiter tulerunt, & amici responsionem improbarunt, ut ferã ac superbã. Postea tamen cùm Pompeius cuidã ex amicis in petitione cõsulatus fauens pecuniã
52 in tribus diuisisset, eáq; largitio uulgò iactaretur, & in hortis Pompeij numeratã esse pecuniam constaret, Catone tunc ad mulieres & amicos dicente, necessarium fuisse huiusmodi rebus, si affinitas cõtracta esset, conniuere, cõfessi sunt omnes rectè, & honestè factum à Catone, quòd Pompeij affinitatem repudiasset. Si tamen oporteret ab euentu rerum consilia iudicare, uidetur errasse Cato in hac propinquitate repellẽda: nam effecit denegãdo, ut Pompeius ad Cæsarem se conuerteret, & iam uxorẽ acciperet, per quam utriusq; opibus in unum coniunctis, respub. opprimeretur: quæ forsitã stetisset, ni Cato parua Pompeij errata metuens maxima neglexisset, patiens alterius potentiã contra libertatem augeri. Sed hæc posterius. Deinde cùm inter Pompeium & Lucullum esset orta contentio (certabat enim uterque, ut ea quæ in Ponto egerant, rata manerẽt, & Cato Lucullo, qui iniuriã passus uidebatur, fauebat) uictus in se-
53 natu Pompeius ad populum cõfugit, & ad legem agrariã milites prouocauit. Hanc etiam legem cùm Cato sese opponẽs impediret, Pompeius Clodium turbulentissimũ popularem fouit, & Cæsarem sibi amicum fecit, ipso Catone quodammodo causam præstante. Nam cùm Cæsar ex Hispania, in qua prætor fuerat, rediens triumphũ postularet, & simul consulatum petere uellet, legésq; iuberent, ut qui triumphaturi essent, extra pomœriã expectarent: qui magistratum peterent comitiis adessent: postulabat Cæsar à senatu, ut sibi per alium petere consulatũ liceret. Contradicebat Cato, qui ut sensit ad gratiã Cæsaris senatum inclinari, longa diem oratione consumpsit, & sic facultatem senatui abstulit decernendi. Qua re cognita, Cæsar confestim petitione triumphi omissa, urbem intrauit, à Pompeióq; adiutus, consul est designatus, filiá-
54 que Iulia Pompeio tradita, quasi coniurationem quandã contra rempub. inierunt, & alter de colonia deducenda, déq; agris diuidundis leges tulit, alter suis opibus & potentia huiusmodi legibus fauit. Hi uerò, qui cum Lucullo Ciceronéq; sentiebant, ad Bibulum alterum consulem cõfugientes resistebãt, & in primis ipse Cato, qui amicitiam & coniunctionem Pompeij & Cæsaris nulla bona causa factã iam inde cernebat, dicens nõ tantùm diuisionem agrorum se timere, quãtùm id, quod hæc largientes populo pro mercede petituri forent. Hæc igitur ostendens atq; docens, senatum uniuersum in suam sententiã adduxit, ac multos præterea bonos, qui grauiter ferebãt Cæsaris prauitatem, quòd is consulari potestate turpiter abutens, ea perficere contenderet, quę leuissimi tribuni plebis ad gratiam multitudinis facere consuessent. Diffisi
55 igitur suffragiis ui censuerunt agendum, & primùm ipsi Bibulo in foro descendenti cophinus stercoris superfusus est, deinde lictoribus eius accepti fasces atq; fracti, tandem uerò telis, & uulneribus ex foro pellũtur. Sed alij quidem cursim fugerunt, Cato uerò ultimus omniũ pedetentim cessit, sæpe in persequẽtes cõuersus, eósq; detestatus.

Non ſolùm igitur legem tulerunt, uerumetiã ſenatum iurare coegerunt, ſe fauorem huic legi, ſi quis impedire uellet, præſtiturũ, magna pœna aduerſus eum ſtatuta, qui iuſiurandum recuſaret. Iurauerũt igitur omnes ſenatores neceſſitate coacti, antiqui Metelli exemplo, quem olim in ſimili re iurare recuſantẽ, extra Italiã exulaſſe meminerãt. Quapropter & mulieres domi multis cum lachrymis, & amici atq; familiares Catonem monebant, ut tempori cederet, atq; iuraret. Maximè tamen eum monebat, 56
atq; adigere nitebatur M. Cicero orator, qui differebat, non eſſe fortaſſe iuſtũ, his quę populus uniuerſus ſtatuiſſet, ciuem unũ repugnare: & cùm uideret nullo modo iſta, quæ facta erant mutari poſſe, ſtultum atq; inſanum eſſe ſponte ſine ullo fructu ſe periculis obiectare. Extremum uerò malorum eſſe, ſi patriam, cuius gratia hæc omnia faciat, deſerens prodat malis hominibus, & ſecum ipſe gaudeat ex ciuitate abiẽs, certamina reipub. reliquiſſe. Nam ſi Cato Roma non indigeat, at certè Romam indigere Catone, indigere etiam amicos omnes, inter quos ſe primũ Cicero fatebatur, cùm P. Clodius ſibi per tribunatum immineret. Eiuſmodi rationibus precibúsque tradũt Catonem expugnatum ad iuramẽtum deſcendiſſe. Iurauit tamen ultimus omnium
præter unum M. Faonium familiarem ſuum atq; amicũ. His rebus elatus Cęſar aliam 57
legem tulit, per quam ferme omnem Campaniã egenis diuidebat, nec ullus, qui cõtradiceret inuentus eſt præter Catonem. Hũc igitur Cæſar cùm à ſubſelliis in carcerem traheret, nihil remiſit Cato mentis atque propoſiti ſui, ſed inter ambulandũ uerba faciebat, dicebátque non eſſe ferendos, qui iſto modo rempub. euerterent. Catonẽ uniuerſus ſenatus cum ſumma mœſtitia, & omnes boni ciues unà cum ſenatu taciti atque afflicti ſequebantur. Quod cùm animaduerteret Cæſar, cupiebat ut Cato preces aliquas porrigeret: deinde cùm iam manifeſtum eſset nihil tale Catonẽ eſſe acturum, uerecundia adductus tribuno cuidã plebis perſuaſit, ut Catonem eximeret, nec in carcerem trudi pateretur. His legibus atque his muneribus plebem capientes, obtinuerunt, ut Cęſari quidem Illyricũ, & Gallia prouincia, & quatuor legiones in quin- 58
quennium traderentur, prædicente Catone atq; monente, populum Rom. acrem tyrannum ſuis ſuffragiis conſtituere. P. autem Clodium ex patritia familia, ut Ciceronem urbe depelleret, atque omnia illorum gratia faceret, tribunũ plebis: conſules uerò Calpurnium Piſonem, qui erat Cæſaris ſocer, & Gabinium Paulũ, qui erat (ut dici ſolet) ex ſinu Pompeij, fecere. Sed quanquã tanta ui rẽpub. occupaſſent, & alia gratia, alia timore efficerent, tamen formidabant Catonẽ. Nam magno labore, & nõ ſine uerecundia in his rebus ſuperabãt, uim tamen ei afferre, ac reum facere nefas erat, neque omnino tentandũ. Nam Clodius nec Ciceronẽ expellere poſſe confidebat præſente Catone: quare conſiliũ cepit, ut eum à cõſpectu urbis remoueret. In principio enim tribunatus ſui Catone ad ſe uocato, ſic uerba fecit, quaſi omniũ ciuium integerrimũ atq; incorruptiſſimũ eſse iudicio ſuo putaret: eius rei indicium ſe facturũ. Nã mul- 59
tos profectionem in Cyprum poſtulare, ſed ad eam rem Catonem ſolum exiſtimaſſe idoneum. Cui cùm ſtatim aduerſaretur Cato, aſsererétq; non ob honorem, ſed ob cõtumeliam atq; inſidias hoc ſibi negotium demandari, Clodius nimium ſuperbè, At ſi non uolens, inquit, tamen coactus dolénsq; proficiſcere: aduocatáq; concione, plebiſcito firmauit miſſionem Catonis, eíque abeunti nec nauem, neq; militem, nec miniſtrum quempiã tradidit præter duos ſcribas, quorũ alter fur erat, alter Clodij clientulus. Et quaſi parum negotij foret Cyprus ac Ptolemæus, etiã ut exules Byzantium reduceret iniunxit, eo conſilio, ut ipſum plurimo tẽpore extra urbem ablegaret. Hac igitur Cato neceſſitate coactus, antequã proficiſceretur, Ciceronẽ cui Clodius apud populum diem dixerat, admonuit ne in arma atq; cædes urbẽ cõiiceret, ſed tẽpori cederet, ut rurſus patriæ ſalutem præſtare poſſet. Deinde per Canidium familiarẽ ſuum 60
in Cyprũ pręmiſſum, ſuadere Ptolemæo inſtituit, ut ſine cõtentione atq; pugna cõcederet, quaſi neq; pecuniarũ, neq; honoris expers futurus, daturũ enim ſibi populũ Ro.

ſacerdo-

ſacerdotium Veneris Paphiæ. Sic ergo Canidio, qui hæc nũtiaret præmiſſo, ipſe Cato apud Rhodum commoratus, ea quibus opus erat comparabat, & ſimul reſponſum Ptolemæi expectabat. Inter hæc Ptolemęus Aegypti rex à ciuibus ſuis exactus, relicta Alexandria Romam nauigabat, ea ſpe, ut Pompeij & Cæſaris armis in regnum reduceretur. Volens igitur Catonem affari, certiorem de uoluntate ſua eum facit, credens illum ſtatim ad ſe eſſe uenturum. Cato per id tempus purgando uẽtri operam dabat, itaque iuſſit Ptolemæum, ſi ita placeret, ad ſe uenire, ac ei uenienti nec obuiam pro-
61 ceſſit, nec aſſurrexit: ſed tanquam priuatum quendã receiperet, accedere iubens, primo congreſſu regem turbauit, & in admirationem cõuertit, quòd ſub populari mente & ſimplici, tanta ſuperbia inſolentiáq; latẽret. Sed paulò pòſt cùm uerba Catonis audiret, optimo cõſilio, & ſumma prudentia de re ſua differentis, ac eum reprehendentis, quòd tanta felicitate relicta, laboribus, diſpendiis, & obſeruationibus eorum, qui Romæ potentes forent, ſe ſubiiciat, quorum cupiditatem ſi uniuerſa Aegyptus in pecuniam redigatur, uix explere poſſit; & ſimul cõſulentis, ut domum rediret, & cum ſuis ciuibus pacaretur, & ſe unà nauigaturum, ac interceſſurum pollicentis, tanquam ex inſania quadam reſipiſcens, ueritatémque agnoſcens, & uirtutem Catonis admirans,
62 decernit ita facere, ut Cato ſuadebat. Sed poſtea ab amicis in priorem ſpem reductus, cùm Romam ueniſſet, ſtatim cùm ad ianuam alicuius magiſtratus peruenit, errorem ſuum recognouit, damnauítque quòd cõſilium uiri boni, imò potius Dei oraculum neglexiſſet. Cyprius autem Ptolemęus felicitate quadam Catonis ſe ueneno necauit, qui cùm magnam uim auri & argenti reliquiſſe diceretur, ipſe Cato quoniam Byzantium nauigare decreuerat, M. Brutum nepotem ſuum in Cyprum tranſmiſit. Nõ enim ſatis Canidio in tractatione pecuniarum cõfidebat. Exulibus poſt hæc Byzantium reductis, & pace inter eos firmata, in Cyprum uenit: ubi cùm gazam regiam in poculis, menſis, lapidibus, & purpura reperiſſet, quæ omnia opus erat uenundare, & in pecuniam redigere, uolens in ea re diligentia uti, & in ſummum pretium adducere, cunctísque ipſe adeſſe, & ſupremam licitationem ſuſcipere, non credidit cõſuetis au-
63 ctionibus: ſed in ſuſpicione habuit omnes miniſtros, omnes præcones, omnes mangones, omnes amicos, per ſeipſum priuatim eos, qui emere uolebant conueniens, ac res tractans, effecit, ut cùm cæteri amici, quaſi parum fidei eis haberetur, moleſtè ferrent, tum in primis is, qui omnes anteibat Munatius, ut Cæſari orationem aduerſus Catonem ſcribenti, acerbiſſimæ accuſationis pars iſta fuerit, locúmq; immorandi exinde habuerit. Munatius tamen ſcribit non diffidentia ſibi aduerſus Catonem acciditſe ut indignaretur, ſed neglectu quodam Catonis, & obtrectatione Canidij. Nam Munatius librum edidit de rebus Catonis, quem Thraſeas maximè ſequutus eſt. In eo libro ſcribit ſe poſt Catonem in Cyprum ueniſſe, nec ſatis honeſtè à Catone acceptum, ſed cùm aliquando ſtaret pro foribus, reiectum fuiſſe, Catone intus aliquid unà cum Canidio fabulante: & cùm de ea re quereretur, non ſatis clemens à Catone
64 tuliſſe reſponſum. Dixiſſe enim ait, Periculum eſſe ne nimia amicitia, ſecundũ Theophraſti ſententiam, interdum cauſa foret odij generandi: quippe tu propter maximum amorem, minus te in honore habitum putas apud me, quàm oporteat, ídque grauiter fers: ego autem opera Canidij utor, cùm propter experientiam rerum, quæ in ipſo eſt, tum propter fidelitatem, qui & prius uenit, & integer cõprobatus eſt. Hæc tamen Catonem ſecretè ſecum loquutũ dicit, uerũ poſtea ad Canidiũ relata cùm audiret, nec ad cœnã ire uoluiſſe, neq; uocantibus paruiſſe: minante autẽ Catone (ut fieri ſolet) ſe pignora capturum, ex Cypro nauigaſſe, & multo tempore ſic aduerſus Catonem infenſum perſtitiſſe. Deinde Martia (adhuc enim Catoni cohabitabat) cõpro-
65 bante cùm Barca ad cœnam eos uocaſſet, & Catone moram trahẽte, alij iam diſcumberent, tandem uenientem Catonem quæſiſſe à Barca, ubinã ſederet: cùm uerò Barca dixiſſet, ubicunque libẽret, circunſpexiſſe Catonem ac dixiſſe, iuxta Munatiũ ſedere

uelle, atq; ita feciſſe, nec tamen quicquam colloquij inuicem in cœna habitum. Verùm poſtea Catonem à Martia rogatum, ut Munatio ſcriberet, ſcripſiſſe ut poſtridie mane domum ueniret: ſe autem & à Martia retentum donec omnes receſſerunt, atq; ita Catonem ad eos ingreſſum ſalutaſſe Munatium, & ambabus manibus complexũ fuiſſe. Hæc ſcripſimus prolixius, arbitrantes nõ minus in huiuſmodi rebus mores hominum cognoſci poſſe, quàm in peruagatis ac magnis negotiis. Coegit autem Cato apud Cyprum circiter ſeptem millia talenta argenti. Veritus autem longitudinẽ nauigationis, uaſa multa præparauit, ſingula duorũ talentorũ, & quinquaginta drachmarum capacia: longum funem autem ſingulis alligauit, & in funis capite ſuber bonæ magnitudinis erat, ut per ipſum, ſi naufragium fieret, ubi eſſet argentum cerneretur. Hæc omnis pecunia incolumis Romam delata eſt, præter admodum pauca. Libri autem duo, in quibus rationes de ea pecunia diligenter perſcriptæ erãt, in uia perierunt: nam cùm alterum libertus eius nomine Philargyrus ſecum deferret, ex Cenchris delatus, cum ipſis oneribus periit. Alterum uerò cùm ipſe Cato uſque in Corcyram ſeruaſſet, nautis propter magnitudinem frigoris ignem immodicè facientibus, arſere tabernacula, libérque deperiit. Et licet calumniatores refellere poterant miniſtri regij, tamen hanc librorum iacturam ægerrimè Cato tulit, non tam ob fidem, quàm ob exemplum diligentiæ ſuæ, quod cæteris hominibus præbere cupiebat. Aduectus igitur nauibus cùm urbem intraret, omnes magiſtratus, omnes ſacerdotes, omnis ſenatus, item maxima pars plebis ſic obuiam proceſſerũt, ut ripæ Tiberis utrinque complerentur, nec à triumpho multùm differret. Nonnullis tamen aggreſtis ſuperbúsque uiſus eſt, quòd conſulibus prætoribúsque obuiam progrediẽtibus neque ſubſtitit, neque curſum retinuit, nec in terram ad eos deſcendit, ſed prætergreſſus nõ prius deſtitit, quàm claſſem in naualia conieciſſet. Cùm tamen argentum per forum portaretur, admiratus eſt populus Rom. tãtam magnitudinem: & ſenatus poſt multas Catonis laudes, decreuit ei præturam extra ordinem, & ludos inſpicere purpurea ueſte. Verùm hæc ſenatus decreta Cato ipſe deprecatus, Niciam regis ſeruum petiit à ſenatu manumitti ob fidem ac diligẽtiam rerum adminiſtratarũ. Erat per id tempus conſul Philippus Martiæ pater, & quodammodo magiſtratus eius potẽtia in Catonem redibat, collega Philippi Lentulo non minus in honore Catonẽ habẽte propter uirtutes, quàm Philippus ipſe propter affinitatẽ. Poſt hæc Cicero in urbẽ unde prius à Clodio pulſus erat reuerſus, cùm potẽtia qua plurimùm pollebat fretus, tabulas in Capitolio fixas, in quibus res in tribunatu Clodij geſtæ perſcriptę erant, per uim deleuiſſet, ſenatúsque ſuper ea re haberetur, & Marcus Cicero abſentem Clodium accuſaret, dicerétque à Clodio geſta eſſe irrita oportere, quoniam ipſe Clodius contra leges tribunatum accepiſſet, non placuit id Catoni. Itaque aſſurgens dixit, Clodij tribunatum nihil ſani neque boni in ſe habuiſſe, ſi tamen quis irritare uellet quicquid ab eo geſtum eſſet, neceſſe fore, ut ea etiam quæ ipſe in Cypro feciſſet, irrita haberentur: neque fuiſſe ſecundum leges profectionem eius in Cyprum, cùm is tribunus referret, qui authoritatem non haberet. Non igitur cõtra leges tribunum eſſe factum P. Clodium, qui ex patritia familia ad plebem lege concedente tranſiſſet: quòd ſi tribunatu quemadmodum cæteri multi abuſus eſt, ipſum corrigere oportere qui deliquerit, nõ uerò poteſtatem tribunitiam diſſoluere. Ex hoc indignatio inter Catonem & Ciceronem exorta eſt, poſtea tamen procedente tẽpore reconciliati ſunt. Cùm deinde Põpeius & Craſſus cum Cæſare, qui citra Alpes uenerat cõmunicato cõſilio, ſtatuiſſent ſecundum conſulatum inire, & conſules facti Cęſari quidem in quinquennium prouinciam & exercitus prorogare: pro ſe uerò magnas pecunias & prouincias & delectus accipere, & rempub. uexare, ac cùm multi boni uiri conſulatum petituri deſtitiſſent, ſolus L. Domitius, qui Porciam ſororem Catonis uxorem habebat, monẽte Catone non eſſe illis concedendum, ſed pro reipublicæ libertate certandum, ſuſtinuit compe-

cõpetitor eſſe. Nec ſolùm ad Domitium hic peruenit ſermo, ſed ad omnes bonos, nõ eſſe negligẽdas Craſſi & Pompeij opes in unũ collectas, ſed diſiungendum eſſe alterũ à cõſulatu: fore enim grauem & intolerabilem eorum potentiã, ſi unà conſules fierẽt.
70 Fauebãt igitur omnes Domitio, cõfirmabántque, oſtendentes multos ex iis, qui metu ſilerent, in comitio ei ſuffragaturos. Hoc cùm Pompeij familiares uererẽtur, inſidias Domitio tendũt: cúmq; is prima luce in campũ cum funalibus deſcenderet, uno ex ſuis qui præcedebant interfecto, multis inſuper uulneratis, omnes in fugam uertũt præter Domitium & Catonem. Nã Cato Domitiũ retinebat, ipſúmq; cohortabatur, dicebátq; reſiſtendum eſſe pro libertate patriæ aduerſus tyrãnos quandiu ſpiritus ſuperſit, qui quemadmodum magiſtratu abuſuri ſint, iam ex tunc patefaciant, per tãta ſcelera ipſum procurantes. Hæc dicebat Cato iam brachium ſaucius: ſed cùm Domitius periculum expectare nollet, domúmq; ſe reciperet, deſignãtur conſules Põpeius
71 & Craſſus. Nec tamen Cato quieuit: ſed prætura petiit, ne priuatus conſulibus aduerſaretur. At illi cùm hoc timerent, quòd uidebant prætura dignitatem in Catone parẽ fore conſulari poteſtati, ſenatum habuerunt multis ignorãtibus, & in eo decreuerũt, primò quidem uti prætores qui creati eſſent, confeſtim magiſtratum inirent, neque conſuetum tempus expectarent: deinde ne fraudi eſſet, ſi quis eum magiſtratum per ambitum obtineret. Et ſimul ipſi amicos, & miniſtros ad petitionem eius concitarũt, porrigentes argentum, & ipſi ſuffragio pręſidentes. Et cùm nihilominus omnia ipſorum ſtudia Catonis uirtus ſuperaret, erubeſcentibus cunctis, ſuffragium non dedere Catoni præturam petenti, qui uel pretio comparandus fuerat ad eum magiſtratũ gerendum: & cùm prima tribus eum nominaſſet, Pompeius id animaduertens, turpiſſi-
72 mè mentitus ſe tonitrua audiuiſſe, comitia diſſoluit. Nihil enim fas erat agere cùm talia contigiſſent. Poſt hæc rurſus magnis largitionibus freti, & optimatibus ex campo per uim pulſis, prætorem fecerunt Vatinium pro Catone, quo in loco ferunt eos, qui ſuffragium tulerant, continuò præ uerecundia è campo fugiſſe. Reliqui uerò, qui id grauiter ferebant, tribuno quodam plebis concionem præbente, Catonem induxerunt, qui omnia quæ futura erant, & reipublicæ euentura, quaſi à diis edoctus prædixit, ciuésque in Pompeium & Craſſum concitauit, qui ita ſibi conſcij eſſent, ita Rempub. adminiſtrare cuperent, ut timerent Catonem prætorem fieri. Tandem uerò cùm domum reuerteretur, tanta multitudo eum proſequuta eſt, quanta ne omnes quidem illos, qui prætores erant creati. C. deinde Trebonio legem promulgante de prouinciis conſularibus, ut alter Hiſpaniam Aphricámque haberet, alter Syriam & Aegyptum, & quibus uideretur terreſtribus naualibúsque copiis bellum inferrent, cæteri omnes cùm deſperarent prohibere poſſe, ſuperſederunt, nec aduerſati ſunt.
73 Catoni autem contradicere uolenti, uix tempus duarum horarum ad dicendum conceſſum eſt: qui cùm multa dicendo ac præmittendo, tempus conſumpſiſſet, non permiſerunt, ut ampliùs loqueretur, ſed miniſter eum adhuc dicentem, & in ſuggeſtu ſtantem arripuit. Quinetiam cùm ex inferiori loco uociferaretur, multíque ex ea re turbati eſſent, rurſus per lictorem apprehenſus extra forum tractus eſt, ibíque relictus. Cato uerò ſimul atque dimiſſus eſt, rurſus ad roſtra magna uociferatione reuerſus, monebat ciues ne hoc paterentur. Hoc modò cùm ſæpius ex eo loco deductus ſemper rediret, moleſtè id ferẽs Trebonius, iuſſit ut Cato in carcerem duceretur: quod cùm factum eſſet, ingens multitudo ciuium ſequebatur, & ipſe Cato inter ambulandum cohortari ac monere contra legem non deſiſtebat: quamobrem ter-
74 ritus Trebonius, Catonem dimiſit. Et illa quidem dies fruſtra conſumpta eſt. Poſteris uerò diebus partim minis, partim largitionibus, uno præterea ex tribunis plebis Aquilio armis depulſo, ipſóque Catone, qui tonitru auditum eſſe clamabat, foro deiecto, multis uulneratis, nonnullis etiam interfectis, per uim legem tulerũt: quod quidem tam indignè tulerũt boni, ut pleriq; ſtatuas Pompeij ob indignationẽ cæderent:

ſed hæc quidem fieri Cato prohibuit. Deinde cùm de prouinciis exercitúque Cæſari prorogandis referretur,non amplius cum plebe egit Cato,ſed ad ipſum Pompeiũ cõuerſus,atteſtatus eſt ac prædixit in ſuam ceruicem Cæſarem armari,ídque non uidere nunc,uerùm enim eo tempore ſenſurum eſſe,cùm propter grauitatem ac potentiam nec deponere ualeret,nec perferre:proinde fore ut eo tempore Catonis reminiſcatur, intelligátque non minus utilitatis ineſſe ſententiæ ſuæ, quàm honeſtatis atque iuſtitiæ.Hæc tamen Pompeius neglexit,confiſus felicitati ſuæ,nec putãs fieri poſſe,ut Cæſar ab eo diſiungeretur.Sequenti uerò anno prætor factus Cato,non tantùm uiſus eſt dignitatis ei magiſtratui afferre,quantùm demere ſæpe nudis pedibus,& ſine toga ad roſtra ueniens,& cauſas capitales clarorum uirorum eo habitu cognoſcens.Tradiderunt & nonnulli, iudicia nonnunquam poſt prandium, cùm uinum potaſſet, eum exercuiſſe:quod tamẽ falſum eſt. Cùm autem populus Romanus largitionibus coruptus, tanquam mercenaria opera, ſuffragiis uteretur,cupiẽs mederi huic parti reipub.Cato, ſenatui perſuaſit decernere,ut hi qui deſignati eſſent, ſi nullum accuſatorem haberent, ipſi tamen iudicium ſubire atque rationem reddere cogerentur. Hoc periniquè ferebant ij,qui magiſtratum petebant, iniquius etiam plebs largitionibus aſſueta.Itaque cùm Cato poſtridie ad roſtra ueniſſet, multitudo hominũ in eum impetum fecit,clamans, deteſtans, ac percutiens illum, quoad uniuerſi, qui circa roſtra erant,aufugerent.Ipſum uerò Catonem multitudine preſſum atque delatum,uix roſtris apprehenſis continere ſe potuiſſe dicunt:ſed cum in roſtra ſe recepiſſet,grauitate & authoritate turbam ſedauit,clamorésque repreſſit,& oratione habita miti,attẽtè auditus eſt,turbationémque omnẽ ex animis deleuit. Ob quam rem cùm à ſenatu laudaretur,At ego,inquit,P.C.uos minimè laudo,qui me prætorem in tanto periculo deſeruiſtis.Hi uerò qui magiſtratum petebant, cùm ſinguli à largitionibus deterriti eſſent,in unum conuenerunt,cõtulerúntque unuſquiſq; duodecim millia & ſemis drachmarum argenti, facta ſpõſione,ut qui ex eis per largitionem peteret, id argentum perderet:arbitrum ad eam rem Catonem eligunt,& pecuniam apud illũ deponere ſtatuunt:ſed ipſe Cato pecuniam quidem recipere noluit, fideiuſſores tamen recepit.Cùm autem dies comitiorum ueniſſet,obſeruans etiam ſuffragia, deprehendit quendam ex ſponſoribus contra pacta egiſſe, ipſúmque damnauit, & eius pecuniam aliis tribuit. Illi uerò iuſtitiam atque integritatem hominis admirati, pœnam remiſerũt,ſatis pœnarum dediſſe illum arbitrati,quòd à Catone eſſet damnatus. Sed ea res non mediocrem inuidiam in Catonem concitauit, quaſi ſenatus iudicium ac magiſtratuum uim atque poteſtatem ſibi arrogaret.Neque enim ulla uirtus eſt, quæ magis inuidiam contrahat,quàm iuſtitia,quam potentia, & fides populorum maximè ſequuntur.Neque enim duntaxat in honore habent iuſtos quemadmodum fortes,neq; admirãtur quemadmodũ ſapientes,uerumetiam amant,atq; eis cõfidunt: ex illis uerò quos ſuprà memoraui,alios timent,aliis parum credunt,præterea arbitrãtur natura magis,quàm uoluntate illos excellere,putãtes fortitudinem & prudentiã, alteram acritatem quandam,alteram robur animi eſſe.Iuſtum uerò quenuis eſſe poſſe, modò prauitates repellat.Itaq; iniuriã maximè,ut inexcuſabile uitium improbis dicunt.Quamobrem Catoni tunc omnes potentes atque clari inuidebant,& in primis ipſe Pompeius,qui putabat Catonis gloriã ſuæ potẽtiæ officere, atq; ea de cauſa ſemper quoſdã ſummittebat calumniatores in Catonem,quorũ unus P.Clodius,qui rurſus cum Põpeio in gratiã reuerſus, Catonem criminabatur multũ argenti ſibi in Cypro expilauiſſe:Pompeio autem bellum inferre,quòd nuptias filię,ut indignas repudiaſſet.Ad hæc reſpondebat Cato, ſe tantùm argenti ex Cypro Romam detuliſſe ſine ullo milite, quantùm Pompeius ex omnibus triumphis ac bellis, quibus uniuerſum terrarum orbem turbaſſet,non attulerat. Affinitatem uerò Pompeij nunquã elegiſſe, non quòd indignum putaret, ſed quòd non eadem in repub. eſſet mens ac uoluntas.

Inuidia comes iuſtitiæ.

75 76 77 78 79

Nam

Nam ſe quidem prouincia abſtinuiſſe, cùm ſibi à ſenatu poſt prœturam ultro traderetur:Pompeium uerò partim pro ſe accepiſſe prouincias,partim aliis procuraſſe,nunc autem ſex millia militum in Galliam ad Cæſarem mittere, quos neq; Cæſar petierat à ſenatu,nec ipſe Pompeius authoritate ſenatus conceſſit: ſed tot hominum,tãtæ armorum copiæ, tot equi,gratiæ ſunt ac remunerationes priuatim elargitæ.Imperatorem appellatum Pompeium aliis prouincias exercitúsque cõmiſiſſe, ipſum uerò domi manere,ut ſeditiones & turbas aleret: quibus rebus manifeſtũ eſt imperium affectari à Pompeio. Hoc modo Cato Põpeium ultus eſt.Erat M. Faonius Catonis amicus atq; æmulus,qualis Apollodorus Phalereus dicitur Socratis fuiſſe, uir quem faciliter uerba mouerent,nec id quidem modicè aut humanè,ſed uſque ad inſaniã atque furorem.Hic ædilitatẽ petens repulſam ferebat:cui cùm faueret Cato, animaduertit tabulas una manu omnes perſcriptas:itaq; hanc machinationẽ redarguens, & tribunos ſuper ea re appellans,comitia diſſoluit. Poſtea autẽ Faonio ædili facto, & cætera pro eo munera obiuit,& ſpectaculũ edidit in theatro,proponens certantibus non ex auro coronas,ſed quemadmodũ in Olympico fieri ſolet,ex oleaſtro.Dona etiã attribuit, Græcis quidẽ ex porro,& lactuca,& raphano,& blito,& apio: Romanis autem uini amphoras,carnes porcinas,& ficus,& cucumeres,& lignorum faſces: quorũ utilitatem alij deriſerũt,alij laudauerũt propter Catonis auſteritatẽ. Faonius inter multitudinem ſe coniiciens, & cum aliis ſedens, Catoni applaudebat, admonebátque ut uictoribus ea dona tribueret,atteſtabatúrq; ſe Catoni hanc poteſtatem conceſſiſſe.In alio autem theatro collega Faonij magnificè ludos faciebat, ſed uniuerſa multitudo illum reliquerat,& ad Catonẽ Faoniúmq; pro rei nouitate ſe contulerat. Fecit autem Cato hæc,ut doceret oportere eũ,qui ludos faceret, ludis uti, & gratia magis ac ſimplicitate certare,quàm tantos apparatus & ſumptus in rem nõ utilem conſumere,& curas ingentes ea de cauſa ſuſcipere. Poſt hæc uerò cùm Scipio, & Hypſæus,& Milo conſulatum petentes,nõ ſolùm illis ſolitis uſitatíſque largitionibus, ſed etiam armis & necibus contenderent,ac temeritate & audacia bellum ciuile cõcitaſſent, quibuſdam cenſentibus Pompeiam comitiis præficiẽdum, contradixit Cato, neq; oportere inquit à Pompeio legibus præſidendum eſſe, ſed Pompeio à legibus. Verùm poſtea cùm per multos dies tria ueluti caſtra forũ obſiderent,cenſuit antequam ſumma neceſſitas cogeret,ſpontè & gratia ſenatus eam rem Pompeio eſſe mandandam,ex duobus malis,quod minus foret,eligẽs, *ne cùm ciuitas ſeditionibus atq; armis diu afflicta eſſet,tunc demum in poteſtatem unius deueniret.Dixit igitur ſentẽtiam in ſenatu M.Bibulus Catonis neceſſarius, qua cenſebat ſolùm Pompeium cõſulẽ deſignandum. Fore enim ut uel reſpublica quietem accipiat Pompeio gubernante, uel meliori ſeruiat. Cato autem aſſurgens contra expectationẽ omnium Bibuli ſententiam laudauit, aſſerens præſtare, ut quæuis poteſtas in urbe ſit, quàm rempublicam ſine magiſtratu ac præſide manere. Se quidem expectare,ut Pompeius rempub.ſibi commiſſam laudabiliter tueatur & gerat.Per hunc modum conſul deſignatus Pompeius, à Catone poſtulauit,ut in ſuburbanũ ad ſe ueniret:qui cùm ueniſſet,amiciſſimè eum recepit, atque gratias egit,rogauítque, ut ſibi in conſulatu gerendo adiutor eſſe uellet, ſe ex illius authoritate cuncta facturum. Ad hæc reſpondit Cato, ſe neque priori tempore aliquid unquam contra Pompeium feciſſe inimico animo, neque in præſenti, ut gratiam eius ſibi compararet, ſed pro utilitate reipub. ſemper locutum eſſe. Priuatim quidem igitur ſeſe Pompeio affuturum, ſi Pompeius id poſtulet: publicè uerò,etiam ſi non poſtulet, omnia perſcrutaturum. Et ſanè ita fecit, ut promiſerat. Primùm enim magnam ac nouam pœnam aduerſus decuplatores Pompeio ſtatuẽte,præterita condonanda cenſuit,futura uerò punienda. Neque enim finem præteritorum facinorum faciliter reperiri poſſe,nec noua pœna, quæ nunc impoſita eſt, punienda eſſe delicta tunc cõmiſſa,cùm lex aliam pœnam ſtatuebat.Deinde cùm mul-

82 83

*ἐπὶ μείζοσιν κατασχέσεως, τὴν μοναρχίαν ἐπαγαγεῖσθαι μᾶλλον, ἢ πρεσβεύειν τὴν τάξιν εἰς μοναρχίαν τελευτῶσαν.

ti ſummi uiri hac ipſa lege rei poſtularentur,Pompeiúsque interdum pro amicitia & familiaritate eorum ſe facilè præſtaret,remitteretq; ſeueritatẽ, increpabat eum Cato uehementer atq; excitabat.Præterea cùm Pompeius cõmendationes reis dari in iudiciis conſuetas per legem uetuiſſet, ac poſtea ipſe Munatio Flacco commendationem ſcripſiſſet,Cato qui in ea cauſa iudex erat, cùm recitari cœpta eſſet Põpeij cõmẽdatio, aures manibus clauſit,legíq; illã prohibuit . Flaccus uerò ipſum ex iudicibus reiecit, 84
& quidẽ poſt oratam cauſam,ſed nihilominus condemnatus eſt. Omnino autẽ difficilis atq; anceps ſcrupulus erat Cato iis,qui in iudiciũ uocabantur.Nullus enim reorum habere iudicem uolebat Catonẽ,& tamen reiicere formidabant. Nam multi eo ipſo condemnati ſunt,quòd Catonẽ reiiciendo,non ſatis confiſi ſuæ innocẽtiæ uidebãtur.Multis etiam in magni opprobrij partem obiiciebatur,quòd Catonẽ iudicem oblatum recipere noluiſſent . Poſt hæc cùm Cæſar in Gallia magnas haberet copias, Romæ uerò pecunia,largitionibus & amicis plurimũ poſſet, tunc demum monitiones Catonis diu antea prædictæ Pompeium,quaſi dormientẽ excitarũt,cúmq; etiam tunc piger uideretur ad Cæſarẽ compeſcẽdum,perrexit Cato conſulatũ petere, quaſi confeſtim arma Cæſari arrepturus,eiúsq; inſidias patefacturus . Competitores Cato- 85
nis duo fuerunt,ambo gratioſi,quorum alter P. Sulpitius plurimùm Catonis authoritate ac potentia omni tempore fretus, non rectè tunc facere uidebatur, neque ſatis gratum ſe erga Catonem præſtare. Ipſe tamen Cato nunquam queſtus eſt, ſed minimè admirandum eſſe dixit,ſi id quod quis maximũ bonũ eſſe putat,alteri non concedat. Senatui uerò perſuaſit,uti ipſos qui conſulatum peterẽt, per ſe Romanũ populũ appellare iuberẽt,nec per alios quicquam agere: ob quod etiam magis homines ſibi aduerſos fecit,quaſi non ſolùm accipiendi pecuniam, uerùm etiam gratiam concedendi populo Romano reuerentiam abſtuliſſet . Ad hæc accedebat,quòd nec ipſe ad dicẽdum pro ſe ſatis idoneus erat,ſed dignitatem morum potius cõſeruare uolebat, quàm compellando atq; rogãdo dignitatẽ magiſtratus acquirere : neq; ut amici hoc facerent,permittebat,ob quod multitudo capi & deliniri ſolet.Itaq; uictus à compe- 86
titoribus conſulatum non obtinuit:& cùm ea res nõ ſolùm iis,qui repulſam tulerãt, uerùm amicis quoq; & familiaribus rubori eſſe ſoleret, & triſtitiam atq; calamitatem per multos dies afferret,ipſe Cato ita negligenter id tulit, ut ſequẽti die unctus in cãpum deſcẽderet,& poſt prãdium rurſus,ut ſolebat ſine calceis & tunica in forum ueniẽs,unà cum familiaribus ambularet.Hoc factum Catonis Cicero reprehẽdit,quòd rebus poſcentibus ut conſul fieret, non ſtuduerit populum humanitate delinire, ſed etiam ad reliquum tempus defeſſus fuerit. Atqui præturam quidẽ rurſus petiit,ſídque illa de cauſa ſe facere dixit,quòd non iudicio populi Romani,ſed uiolẽtia atq; corruptione quorundam hominum in ea petitione ſuccubuiſſet . At cõſularibus comitiis nullam fraudẽ adhibitam,ſed non ſatis populo Romano ſuos mores probatos fuiſſe, quos neq; mutare ob eam cauſam,neq; cùm illis utatur, uelle ſe rurſus periculum ſui facere.Inde cùm Cæſar in bellicoſiſſimas nationes impetum feciſſet, eásq; ſuperaſſet, 87
Germanos etiam contra fœdus bello laceſſiſſet,& trecenta hominũ millia occidiſſet, aliis ob rem proſperè geſtam ſupplicationes decernentibus, Cato cẽſuit ipſum Cæſarem iis dedẽdum,quibus contra fœdus bellum intulerat,neque faciendũ ullo modo, ut ipſi in ſe atq; in rempub.tantã pollutionẽ reciperẽt. Attamen,inquit,diis immortalibus gratias agendas eſſe, quòd pro hac tanta imperatoris noſtri temeritate in exercitum noſtrum pœnas non uerterunt,ſed reipub.pepercerunt.De his Cæſar certior factus,epiſtolam ſcripſit ad ſenatum,in qua multa maledicta in Catonem congeſſit. Qua lecta,Cato ipſe aſſurgẽs,non ab ira,neq; ab obtrectatione aliqua, ſed ab ingenio atq; ratione crimina,quæ in ſe dicta erant,iurgio ſimilia eſſe oſtẽdit,& ludũ aliquem pompámq; continere. Deinde mẽtem Cæſaris ab ipſo initio patefaciens, & omnem 88
illius uoluntatẽ,quaſi ipſe ſocius atq; coniuratus foret aperiens, ac docens,nõ Britãnorum

Catonis tolerantia in cõſulatus repulſa.

norum,neq; Celtarum filios:ſed ipſum Cæſarẽ eſſe formidandũ, ita mentes omnium mutauit & acuit, ut amicos Cæſaris uehementer pœnituerit, q; eiuſmodi epiſtola in ſenatũ lecta facultatẽ Catoni dediſſet, ut uerbis pro iuſtitia factis,Cæſarem meritò & iuſtiſſimè redargueret.Nihil tamen à ſenatu decretum eſt,uerba duntaxat habita, oportere Cæſari ſucceſſorẽ dari. Amicis Cæſaris dicentibus, ut Põpeius etiam arma deponeret,prouinciásq; dimitteret,quod ni faciat, Cæſarem quoq; non eſſe facturum : iam illa uociferans Cato,quæ ab initio prædixerat, aduẽtare ſcilicet uirum, & manifeſtiſſimè uim afferre cũ illis ipſis copiis, quas à decepta ciuitate adeptus foret, apud plebem quidẽ,quæ Cæſari fauebat plurimùm,promouit nihil,ſenatum uerò in ſuam
89 ſententiam traduxit.Deinde cum Arimino Cæſar occupato ad urbem contẽdere diceretur, hinc iam uniuerſi Catonem intuebãtur, tam Põpeius, quàm cæteri omnes, utpote qui primus omniũ iſta uidiſſet . Dixit igitur Cato: At ſi iis,quæ ego prædicabam,credidiſſetis P.C.nec unum nunc timeremus, nec etiam in uno ſpes noſtras haberemus.Põpeio uerò reſpondente,prouidentius ea à Catone prędicta:amicitius autem à ſe facta,cõſuluit Cato uni Pompeio cõmittendum, ut uideat ne quid reſpublica detrimenti capiat.Etenim eorundẽ hominum eſſe ſolet,magna inferre mala,ac repellere.Pompeius igitur cùm neq; exercitũ paratum haberet, ne c,quas tũc deligebat, copiis ſatis credẽdum putaret,urbem deſeruit. Cato uerò cùm Pompeium ſequi decreuiſſet,minorẽ eius filium in Brutios ad Munatium miſit,maiorẽ uerò unà ſecum duxit:domus autẽ & filiarum ſuarum gratia,Martiam rurſus accepit,quæ tunc uidua
90 erat,& ab Hortenſio hæres relicta.Quod eius factũ maximè Cæſar carpendo auaritiã Catonis criminari conatur.Nam ſi indigebat,inquit,cur eam dimiſiſſet?ſin autẽ non indigebat,cur eam recepiſſet?niſi uidelicet illam mulierẽ tanquam eſcam à principio poſuiſſet,& iuuenem dimiſiſſet,ut diuitem reciperet . Ad hæc autẽ, quæ à Cæſare dicta ſunt,probè illa conueniunt, quæ dixit Euripides in eos,qui Herculi timiditatem exprobrabant:Primùm,quæ fas eſt dicere: nam dicere fas non eſt,timidum eſſe Herculem.Nam perſimile eſt Herculi timiditatẽ animi obiicere,& Catoni turpitudinem quæſtus.An uerò improbandæ ſint hæ nuptiæ,alterius erat conſiderationis.Sed poſtquam Martiam recepit,& curam rei familiaris,ac filias ei cõmiſit,ipſe Pompeium ſequutus eſt,à qua die ferunt,neq; capillos,neq; barbam depoſuiſſe: luctũ uerò ac mœſtitiam pro tantis reipublicæ cladibus,ſiue ſuparárẽt,ſiue ſuperarentur,eodem modo
91 ſemper obſeruaſſe.Sortitus autẽ Siciliam prouinciã, ac Syracuſas profectus, cùm audiuiſſet Aſinium Pollionem cum multis militibus Meſſanã traieciſſe, miſit qui eius traiectionis cauſas ab eo perquirerẽt:ſed cùm ab Aſinio contrà,rerum nouatarũ Romæ cauſas rogatus eſſet ipſe,& ſimul cognouiſſet Põpeij fugam ex Italia , res diuinas permagnam obſcuritatem multósq; in ſe errores habere queſtus eſt:ſiquidem Pompeio in his rebus,quibus nihil iuſtitiæ inerat,ſemper dij fauiſſent,tunc uerò patriam ſeruare cupientẽ , & pro libertate pugnantẽ deſeruerint. Quanquã itaq; Aſinium ex inſula deturbare poſſet, tamen ne Siciliã cladibus belli inuolueret, abeundi cõſilium ſumpſit,monitis prius Syracuſanis,ut de ſalute ſuæ ciuitatis prouiderẽt,Dyrrhachiũ
92 ad Pompeium nauigauit.Cùm in caſtra perueniſſet,ſemper in eadẽ ſententia fuit: cẽſebat enim oportere,ut bellum protraheretur,ſperans ut tractu tẽporis iræ mitigarẽtur,neq; ferendũ putabat,ut populus Romanus ſeipſum pugna ferróque trucidaret . Suaſit etiam,ut Pompeius cæteriq; primarij uiri decernerent, ne qua ciuitas ſocia,aut amica populi Rom.diriperetur, néue quiſquã Romanus ciuis extra aciem interficeretur.Hac ille humanitate multos mortales ad partes Pompeij cõuertit. Miſſus deinde in Aſiam,ut apparatus nauium delectúsque militum acceleraret,ſecum duxit Seruiliam ſororem,& Luculli puerum ex Seruilia genitum. Nam Seruilia quidem poſt mortẽ uiri ſe Catonis poteſtati ſubiecerat,eúmq; ſponte ſequebatur ob aduerſam impudicitiæ famam abſtergendam. Veruntamen Cæſar ne in hac quidem parte Catoni

pepercit,& in cæteris quidem(ut uidetur)nihil erat opus Catone. Nam ij,qui à Pom- 93
peio missi erant,summa cum diligẽtia cuncta perfecerant.Rhodios duntaxat author-
itate atq; oratione sua permouit,& Seruiliã illic atque puerum relinquens,ad Pom-
peium rediit cum magnis terrestribus atq; naualibus copiis. Atq; in eo tempore ma-
ximè Põpeij mens ac sententia cognita est.Nam cùm naualibus copiis præficere Ca-
tonem decreuisset,& haberet naues pugnaces circiter quingentas, præter lyburnicas
& exploratorias & scaphas,subitò mutauit sententiam,Bibulúmq; classi præfecit,pu-
tans non id laborare Catonem,ut Cæsar superaretur,sed ut omnino respublica libera
foret,tam Põpeio,quàm cæteris potẽtibus è medio sublatis. Sed in quadã pugna quæ
Dyrrhachij cõmissa est, cùm ipse Põpeius ad pugnã milites hortaretur, ducésq; idem
facere iuberet,tacentibus cunctis, Cato orationem habuit de libertate, de uirtute,de 94
gloria,de contemnenda morte,quę in philosophia didicerat, prout tẽpus patiebatur
differẽs,tandémq; orationẽ suam in deos conuertens,utpote præsentes,& illos intuẽ-
tes,qui pro patria pugnaturi erant,ita militũ animos incẽdit,ut cũ summo clamore,
summóq; decernẽdi desiderio pugnam deposcerent,omnésq; Cæsaris cohortes ea die
in fugã uerterent,nisi Cęsaris fortuna,& Pompeij infelicitas obstitisset,ut in eius uita
scripsimus. Tunc autẽ omnibus ob ea, quæ gesta erãt, lætitia exultantibus,Cato ipse
plorauit patriæ fortunam,& ambitionem detestatur, cernens multos ac bonos ciues
in acie cecidisse.Deinde Pompeius Cæsarem persequutus, cùm in Thessaliã uenisset,
multæq; copiæ Dyrrhachij essent relictæ, & præterea multæ pecuniæ,multi Rom.ci-
ues,omnium custos atq; dux Cato præficitur, datis sibi quindecim cohortibus . Atq; 95
id fecit Pompeius,quia Catonis prẽsentiã formidabat,quem ut absentẽ firmissimum
uictis refugium,sic præsentem uictori sibi minimè cõcessurum existimabat,nec per-
missurum,ut pro arbitrio uictoriã exerceret. Accepta deinde apud Pharsaliam clade,
in ea sententia fuit Cato,ut si Pompeius interisset,omnes qui secum erant,in Italiam
reduceret;ipse uerò solus tyrannidẽ fugeret,atque in exilium iret: sin autẽ Pompeius
euasisset,omnino copias illas Pompeio conseruare.Hac igitur mente in Corcyrã,ubi
naues erant delatus,cùm Ciceronem ibi offendisset,perrexit primũ omnes copias illi
tradere,& sese ei summittere,ut decens erat prætorium uirum consulari : sed Cicero-
ne non recipiente,& in Italiam abeunte,cognita Põpeij uoluntate, qui cùm minimè
tempus exposceret,eos qui in Italiam nauigabant, afficere suppliciis, & in primis Ci-
ceroni ipsi manus afferre cogitabat,priuatim ipsum corripiens Ciceronẽ ex manife-
sto periculo liberauit,& cæteris facultatem abeundi præstitit . Arbitratus uerò Pom- 96
peium Magnum in Aegyptũ aut Lybiam peruenisse , ad illum ire perrexit cũ omni-
bus copiis, data prius potestate abeundi iis, qui non uoluntariè sequerentur . Catoni
oram Libyæ præteruecto fit obuiam Sextus Pompeij filius minor natu,qui mortẽ pa-
tris nuntiauit.Cuius mortem cùm uniuersi grauiter ferrent,nec alium,q̃ Catonẽ du-
cem sequi uellent,Cato pudore simul ac misericordia uictus, uiros bonos,quíq; spe-
cimen fidei suæ ediderant iam, destitutos & ancipites in terra peregrina deserere no-
luit,sed principatum subiit,& in Cyrenẽ peruenies à Cyrenæis receptus est,cùm pau-
cis antè diebus Labienũ excluisset.Hîc cùm audisset Scipionem ad Iubam regem se
recepisse, & Appium Varum Aphricæ præfectũ unà cum Scipione esse, profectus ad
eos pedes hyberno tempore,multis asinis,qui aquam ferrent cõgregatis, multũ præ-
terea commeatum ferens,multos etiam currus ducens,& insuper homines,qui Psylli 97
nominantur,qui morsibus serpentũ medentur ore trahentes uenenũ,& ipsos serpen-
tes cantibus mitigantes, septem continenter diebus iter fecit, ipse semper absq; equo
& uehiculo agmen præcedens. In cœna uerò sedebat:nam post Pharsalicam pugnam
hoc quoq; priori mœstitiæ addiderat,ut nũquã iaceret,nisi cùm dormiret . In Aphri-
ca hybernis peractis exercitum eduxit: erant militum circiter decẽ millia. Res autem
pessimo loco erat,Scipione & Varo simul contendẽtibus,& ob id Iubam obseruanti-
bus,

bus,hominem propter opes & potentiã tumentis superbiæ, qui primo Catonis aduẽ-
tu thronum suum mediũ posuit inter Scipionẽ & Catonem : quod cùm animaduer-
teret Cato, sublata sella ad aliam partem se cõtulit, & Scipionem inter se & Iubã me-
dium fecit,quanquam sibi infensum atq; inimicũ,utpote qui librum aduersus illum *Liber à Ca-*
98 ediderat.At hoc quidem nõ attendunt homines Catonis factũ : si uerò Philostratum *tone in Scipio-*
in Sicilia medium ambulans habuit in honorem philosophiæ,illum accusant.Tunc *nem editus.*
igitur Iubæ insolentia repressa, qui quasi satrapas effecerat sibi,iis,qui cum Scipione
erant omnibus conciliatis,cùm ducem Catonẽ cuncti sequi uellent,& præcipuè Sci-
pionis ac Vari milites,negauit se contra leges imperium suscepturum, quas ut serua-
ret,aduersus Cæsarem bellum gerebat,neq; se proprætore,dum proconsul adsit ante-
positurum.Nam Scipio proconsul prouinciam obtinebat,spésque nonnullis erat in
Scipionis nomine,quasi in Aphrica id esset ad uictoriam fatale.Accepto itaq; Scipio
principatu,cùm ille statim Iubæ gratia omnes Vticẽses, qui in ætate erant, trucidare
99 uellet,urbémq; funditus euertere,utpote cum Cæsare sentientes, Cato obstitit. Atte-
stans enim ac uociferans in cõcilio uix crudelitatem eorũ coercere potuit, ac partim
Vticensium rogatu,partim ex Scipionis sententia,custodiam Vticę recepit,ut neque
inuita,neque uolẽs partes Cæsaris sequeretur. Ea urbs opportunissimo loco sita,& a-
bundè munita erat,magis tamen à Catone confirmata est. Nã & annonæ uim intro-
duxit,& mœnia turribus,uallo,fossáq; muniuit,præsidiáq; imposuit. Ciues autẽ qui-
cunque puberes erãt ablatis armis pro turribus collocauit, reliquos in urbe cõtinuit,
uehementi diligẽtia adhibita,ne cuiquam eorum inferretur iniuria , nec inferre aliis
ipsi possent. Arma uerò,& pecuniam & frumentũ inde ad castra amittebat,habebátq;
eam urbem quasi horreum belli.Quod autem Pompeio Magno prius,idem tũc Sci-
pioni suadebat,ne signa conferret aduersus homines pugnacissimos, sed protraheret
100 bellum,tempúsq; contereret,quoad tyrannidis acies obtunderetur. Sed Scipio Cato-
nis consilia neglexit, & aliquando etiam timiditatem exprobrauit , scribens ad eum,
satis non esse,si ipse in urbe sit,& mœnibus circundetur, nisi etiam cæteros impediat,
quò minus ea,quæ optima factu sunt,exequantur. Ad hæc rescripsit Cato,se paratum
offerẽs cum iis copiis,quas in Aphricam duxerat,in Italiam traiicere, & Cæsarem ab
illis in se conuertere.Cùm uerò hoc quoque Scipio aspernaretur,manifestissimè cer-
nebatur in Catone pœnitẽtia, quod principatum concessisset ei, qui neque belli arti-
bus ualeret,neque si fortuna aliqua uinceret,temperatè uictoria usurus foret. Quam-
obrem & secum ipse agitabat,& familiaribus patefecit, se non bonã spem in bellum
101 habere propter imperitiam ac superbiam ducis, ac etiam si Cæsar ipse superaretur, se
Romæ nõ mansurum,sed in exilio futurum propter crudelitatem & superbiam Sci-
pionis,qui iam tunc insolentes minas aduersus multos iactaret.Et euenit quidem ci-
tius,quàm expectaret Cato,ut à Scipione malè pugnatũ esset,& prima nocte quidam
à castris ueniens tertia antè pugnam commissam die, Cæsarémque uicisse nuntiauit,
capta etiam esse castra, Scipionem & Iubam cum paucis euasisse, reliquas omnes co-
pias funditus esse deletas . His auditis , uniuersa ciuitas ad huiusmodi nuntium atto-
nita uix se intra mœnia continebat . Quod cùm animaduerteret Cato, singulos mo-
nendo atque consolando,quòd non tanta essent,quanta nuntiabantur mala, sed rem
uerbis augeri,trepidationem sedauit.Postridie uerò Romanos ciues,qui Vticæ nego-
102 tiabantur, quorum trecentos in consilium delegerat, per præconem in templum Io-
uis acciri iubet : quo facto, uenit ipse in templum sine ulla trepidatione, uultu paca-
to,quemadmodum priori tempore solebat,librum in manibus tenens:dum illi coge-
bantur,lectitare cœpit.Erant in eo libro scriptæ rationes rerum, quas ad bellum præ-
parauerat,instrumentorum,armorum,frumenti,balistarum.Coacto autem consilio, *Oratio Cato-*
incipiens ab ipsis trecentis uiris,laudauit fidem & studiũ eorum, quòd consilio,quòd *nis ad Rom.*
corporibus,quòd pecuniis bene de repub.meruissent : deinde cohortatus est,ne spem

abiicerent,néue in diuerſas partes aufugerent,ſed ſe in unum continerent,fore enim, ut eo modo plus roboris in reſiſtẽdo haberent, faciliúsq; à uictore ſalutem impetrarent.Proinde ſibiipſis cõſulerent,in utram uellent partem: ſi tamen periculis ſeſe obiectare uelint,& pro libertate pugnare,ſe non ſolùm uirtutem eorum laudaturũ, uerùm etiam ducem ac ſocium ſe præſtiturum,quoad extremam ſortem patriæ experirentur,quæ nec Vtica ſit,nec Adrumetũ,ſed Romana urbs,quæ ſæpe maioribus periculis euaſerit,& ſeſe receperit. Multa quidem eſſe illis ad ſalutem parata, & præcipuè 103
quòd aduerſus eum hominem bellum gererent,qui à tempore ac fortuna totus penderet.Hiſpaniam ad Pompeium iam defeciſſe, urbem uerò ipſam Romanã nondum frenum ſeruitutis propter inſolentiam recipere,ſed grauiter ferre, & ad res nouas cõſpirare.Denique hoſtem ipſum pro exemplo habendũ,qui nullum recuſet periculũ, ut patriam ſuam ac iura ſubuertat:quod cùm ille faciat pro iniuria,quantò magis eos facere decet, qui ſi uicerint felicitatem adepturi, ſi uincãtur glorioſiſſimam mortem obituri ſint?Debere tamen ipſos per ſe conſulere,deos precãtes,ut pro uirtute quam ſuperiori tempore præſtiterunt,ea res feliciter eueniat. Hæc cùm diceret Cato,plurimi oratione eius ducebantur, ac fortitudinem hominis humanitatémque intuentes, quaſi periculorũ imminentium obliti ſe offerebant,ut corporibus & armis eorum arbitratu ſuo uteretur,utpote ſolus omnium inuictiſſimus dux,& cuiuſcunq; fortunæ uictor.Satius enim fore ut eum ſequentes morerentur,quàm ſi eo deſerto ſalutẽ reci- 104
piant.Cùm uerò quidam cenſeret ſeruis libertatem eſſe dandam,& plerique eius ſententiam laudarent,negauit Cato ſe ullo modo id paſſurum: neque enim eſſe iuſtum, neq; legibus cõſentaneum:ſi tamen domini liberare uelint,recepturum: quod cùm multi pollicerẽtur,iuſſit eorũ nomina edi atq; ſcribi: ſic cõſilium dimiſit.Nec multò pòſt afferuntur ſibi literæ à Iuba & Scipione,quorũ Iuba quidem cum paucis in mõte quodam latebat,Scipio autem non longè ab Vtica naues conſcenderat,atq; in portu ipſo euentũ rerum expectabat. Ambo à Catone per literas poſtulabãt quid ſibi agendum uideretur.Iuba expectare etiã ſe ſcribebat, ut relicta Vtica cum exercitu obſeſſo ſibi ſuccurrat.Cato itaq; eorum tabellarios quoad priora cõſilia firmarẽtur,retinuit.
Et ſenatores quidẽ promptiſſimè ſeruos dabant,manumittebánque,& armabant:cę- 105
tera autẽ multitudo,ueluti nauicularij, fœneratores,& cætera huiuſmodi turba, qui maximam partem fortunarũ ſuarum in ſeruis habebant, mirum in modum refrixerant. Velut enim corpora quædam faciliter incenduntur, & rurſus remoto igne citò frigeſcunt:ſic dum præſens erat Cato,uerſabatúrque in eorũ oculis, ad uirtutem incendebãtur: cùm uerò diſcederet,atq; ipſi per ſe erant, Cæſaris formido plus ualebat, quàm honeſta conſilia.Qui enim ſumus?aiebant illi,cuíue bellum inferre paramus? « Nónne hic eſt ille Cæſar,qui omnẽ Romanorum habet potentiam? Noſtrũm autem « nemo eſt Scipio, neq; Pompeius, neque Cato: ſed quibus temporibus uniuerſi mor- « tales timidiores ſunt,quàm oportet, in his temporibus nos pro libertate Romanorũ « ex Vtica pugnabimus aduerſus eum,qui & Catonem & Pompeium ex Italia pepulit? «
Et ſeruos aduerſus Cæſarem liberos faciemus, qui tantùm libertatis ipſi habituri ſu- 106
mus,quantùm ipſe Cæſar nobis concedet? Cognoſcamus noſipſos dum tempus eſt, « ueniámque petamus à uictore,mittamúsq; ad eum homines, qui illius iram depre- « centur.Hæc multorum uerba erant,nam reliqui uim aduerſus ſenatores parabãt,putantes ſi eos caperent,& Cæſari darent,fore,ut ira Cæſaris mitigata facilius ſalutẽ impetrarent.Quæ cùm Cato audiſſet,nihil hanc mutationem reprehendit,Scipioni tamen Iubæque reſcripſit,ne Vticam accederent.Cùm uerò magna manus equitum à pugna,que inter Cæſarem & Scipionem commiſſa erat,euaſiſſet,miſſi ſunt ad Catonem tres legati,non tamen omnes eadem mandata habebant. Nam alij ad Iubam cũdum fore cenſebant,alij Catonem ducem poſcebant, alij Vticam accedere formidabant. Hæc audiens Cato, M. Rubrio operam dedit,ut nomina eorum reciperet,qui 107
ſeruos

ſeruos ad bellum manumittebant.Ipſe uerò ſenatoribus aſſumptis,Vtica egreſſus tribunos equitum conuenit, eósque rogauit,ne ſenatores proderent, neque Iubam potius, quàm Catonem ſequi mallent, ſed in urbem accederent, ut ſeipſos cæterósque ſeruarent: eſſe quidem urbem ipſam inexpugnabilem, & multorum annorum uictum habere, omníq; apparatu belli abundare.Ea cùm ſenatores multis cum lachrymis precarentur, præfecti equitum ad equites retulerunt. Cato interea in quodam aggere unà cum ſenatoribus ſedens,reſponſa equitum expectabat. Inter hæc M.Rubrius accedit cum ſumma indignatione, nuntians motum in urbe fieri: quod cùm auditum eſſet,aliis quidem in lachrymas lamentationésque conuerſis,Cato eos con-
108 firmare tentabat. Nuntij poſt hæc ab equitibus uenere acerba poſtulantes: aiebant enim neque Iubam ducem ſequi uelle pro mercede, neq; Cæſarem ullo modo timere, ſi Catonem habeant ducem. Vticenſibus tamen ex Phœnicia profectis, hominibus infidis,nullo modo intra eadem mœnia ſeſe coniuncturos:nam ſimul atque Cæſar copias ſuas ad urbem admoueat,inuaſuros eſſe Romanos atque prodituros: proinde ſi uellet Cato eorum opera ad bellum uti, Vticenſes omnes, uel expelleret urbe, uel intra mœnia trucidaret: quod ſi faceret, Vticam ſe acceſſuros pollicebantur. Iſta Catoni aſpera nimiùm & intolerabilia uiſa ſunt, benignè tamen pro tẽpore reſpondit, ſe de ea re unà cum trecentis deliberaturum:atque ita in urbem regreſſus offendit homines non clàm,neque latenter,ſed coràm reclamantes,ſi quis contra Cæſarẽ im-
109 pellat,cui neque poſſe ſe bellum inferre,neque uelle dicebant.Nonnulli etiam uoces contra ſenatores iactabant,capiendos eſſe illos,& Cæſari dedendos.Sed ipſe licet hæc audiret, tamen non audire ſimulabat, & erat quidem ſubſurdaſter.Vt autem equites abire nuntiati ſunt, timens ne trecenri illi uiri contra ſenatores aliquid molirentur, profectus unà cum amicis, cùm cerneret eos iam procul abeuntes, equo accepto cõſequutus eſt. Et equites Catonem intuentes cum ſumma lætitia conuerſi eum receperunt, adhortantes ut unà ſecum eſſe uellet. In hoc loco ferunt Catonẽ lachrymaſſe,dum pro ſalute hominum ſenatorij ordinis, milites precaretur, manúsque tetendiſſe,& nonnullorum equos fræno captos uertiſſe,armáque ipſorum tenuiſſe,quoad ab equitibus extorſit, ut ea die iuxta Vticam morantes ſecuritatem ſenatoribus præ-
110 ſtarent. Vt igitur eos reduxit, & alios quidem portis, alios arci cuſtodes impoſuit, magnus metus pleroſque inuaſit, ne pœnas darent mutatæ uoluntatis. Poſtulabant igitur à Catone,ut eos adiret. At ſenatorij pro Catone ſoliciti eum retinebant,neque dimiſſuros ſe,neque prodituros,qui in tantis periculis eos ſeruaſſet,prędicabant.Manifeſtiſſimus enim,ut uidetur,ſenſus erat,& zelus & admiratio uirtutis eius cunctis, qui Vticæ erant, cùm ipſe nihil ſimulatè, nihil doloſè faceret: uir qui cùm diu antea mortem ſibi afferre decreuiſſet, ingentes tamen labores & magnas curas pro aliis ſuſcipiebat, ut cùm cæteri omnes ſecurè iam uiuere poſſent, eſſéntque à periculo liberati, tunc ipſe demum mortem obiret. Erat occulta eius deliberatio ad mortem, quanquam pro cæteris affligeretur. Venit igitur tunc ad trecentos ſolus, qui cùm ei gratias egiſſent, rogaſſéntque ne eos in ſuſpicione haberet, ſed fidei eorum crede-
111 ret, & ſi omnes Catones non eſſent, neque tantam magnitudinem animi præſtarent, miſerendum eſſe eorum imbecillitatis: cenſebant ad Cæſarem mittendum potiſſimùm pro Catonis ſalute: quòd ſi Cæſar non concederet,ne ſi ipſis ſponte offerat,gratiam eius accepturos,ſed quoad ſpiritus ſuperſit aduerſus eum pro Catone pugnaturos.Cato eorum ſententia laudata,reſpondit,ut pro ſeipſis(ſi ita uellent) Cæſarem precarentur,pro Catone autem nullo modo faciẽdum. Nam uictorum quidem eſſe de- *Catonis mira conſtantia.*
precari,& eorum qui erraſſent ueniam petere: ſe uerò per omnem ætatem inuictum
112 ſe præſtitiſſe,& Cæſarem honeſtate atque iuſtitia longè ſuperaſſe.Nec eſſe uictum aut captum Catonem, ſed ipſum Cæſarẽ,qui bellum quod iam diu contra patriam para-
bat, cùm ſæpe id negaſſet,nunc tãdem conuictus eſt agitaſſe.Hæc locutus abiit. Cùm

uerò audiret Cæsarem cum omnibus copiis aduentare, Dij boni, inquit, ut contra uiros, ad nos ille: & ad senatorios conuersus, monuit ne differrent, dum equites adessent, saluti suæ prouidere. Et omnibus portis præter unam, quæ ad mare prospiciebat, clausis, naues suis assignauit, ordinauitque uniuersos sine trepidatione ulla aut tumultu: egenis autem & tenuioribus pecuniam tradidit. Deinde cùm M. Octauius cum duabus legionibus, haud procul ab Vtica castris positis, à Catone postularet, ut pro imperio definiretur, Cato nihil respondit, sed ad amicos conuersus, Quis iam mirabitur, inquit, si res malè gesta est, quandò in ipsa morte cupiditatem dominandi in nostris hominibus cernitis? Inter hæc audiens equites iam abire uolétes Vticensium domos diripere, cursim ad eos profectus, primis spolia è manibus eripuit, cæteri uerò omnes abiecerunt, & cum summo rubore discesserũt. Post hæc Vticenses in urbem reductos 113
orauit, ne Cæsarem contra ciues Romanos, qui Vticæ erant, irritarent, sed communiter pro omnibus salutem peterent: ac rursus ad mare rediens, curauit eos, qui nauigaturi erant, & amicos hospitésque cõplexus dimisit. Filio persuadere nõ potuit, ut unà cum cæteris nauigaret, neque enim putabat ullo modo patrem esse deserendum. Erat autem etiam quidã Statilius ætate iuuenis, mẽte ualidus, Catonis imitator, huic suadebat Cato, ut inde nauigaret, nec Cæsaris sibi inimici expectaret aduentũ. Qui cùm se facturum negaret, respiciés Cato Apollonidem Stoicum & Demetrium Peripateticum, inquit: Vestrum hoc opus est iuuenẽ lenire, & ad curam sui ipsum conuertere. Totam noctem & magnam partem diei in dimittẽdis amicis, & pecuniis dandis cõsumpsit. Deinde L. Cæsar C. Cæsaris cognatus, qui à trecẽtis ad Cæsarem mittebatur, 114
à Catone postulauit, quemadmodũ sibi uerba facienda uiderentur pro salute ciuium Rom. Nam pro te quidem, inquit, & manus apprehendendæ, & genua amplectenda erunt. Cato uerò nullo modo id faciẽdum respondit, sibi enim ipsi, si salutem petere uellet, ad Cæsarem eundum fore: sed nolle se tyrãno gratias agere pro his rebus, quas contra leges per iniuriam faciat. Nam cõtra leges facit, qui salutem dat, quasi dominus eorum, quibus nullo modo dominari potest. Quemadmodum tamen ille preces Romanorũ ciuium exaudiat, simul cõsiderare uelle. Hæc unà cum L. Cæsare meditatus, cum filio amicísq; comitatus est, amplexúsq; uirum dimisit, & filium suum amicósque reduxit. Et cùm cætera multa locutus est, tum illud præceptum filio dedit, ne 115
unquam ad rempub. se cõferret. Nam ut iam digna Catone faceret, nullũ esse locũ in repub. aliter autẽ ut se gereret, turpe esse. Post hæc cùm aduesperascaret, balneum intrauit, & inter lauandum cùm sibi Statilij in mẽtem ueniisset, alta uoce Apollonidem uocauit, petiítque an iuuenẽ dimisisset, eiúsq; magnitudinem animi repressisset, & an ille nauim ascendisset se inscio & insalutato. Respondente Apollonide, se multa cum illo uerba fecisse, uerùm perseuerare illum in sententia, ut omnia faceret, quæ Cato ipse faceret: subrídens Cato, At hoc, inquit, cõfestim apparebit. Post lauacrum cum multis cœnauit sedens, quemadmodum post ciuile bellum consueuerat: neque enim iacebat, nisi cùm dormiret. Cœnauerunt cum eo omnes familiares, & Vticensiũ magistratus, ac post cœnam magna & iucũda disputatio agitata est. Cùm deinceps phi- 116
losophiæ quæstiones proponerẽtur, quoad peruentum est ad illa, quæ Paradoxa Stoici uocant, ueluti, Solum uirum bonum liberum esse, omnes malos esse seruos: aduersus quæ cùm Peripateticus pugnaret, uehementer in ea disputatione accensus Cato, extendit disputationem miro certamine, ita ut omnes suspicarẽtur illum uitæ suæ finem facturum, atq; è rebus humanis migraturũ. Itaq; cùm silentium post uerba Catonis sequeretur, animaduertẽs Cato eorũ mœstitiam, conatus est timorẽ auferre, & suspicionẽ, quam antè conceperãt, remouere. Quamobrẽ curas rursus illis iniecit pro præsentibus rebus, quasi pro illis qui nauigarẽt, solicitus foret, & pro illis qui pedestre iter facerẽt, cùm per deserta loca & aquæ expertia transituri essent. His ille dictis cõuiuium dimisit, & facta cum amicis deambulatione, quæ illi post cœnam cõsueta erat,

& iis,

& iis, qui excubiis præerãt ea, quæ tempus poscebat, locutus, in cubiculum ire cœpit:
117 abiénsque filium, & amicorum quenque magis, quàm prius consueuerat amplexus est, ex quo rursus suspicionem præbuit necis futuræ. Cubiculum autem ingressus, cepit in manibus librum Platonis de anima, & maxima parte eius libri lecta oculos extulit, & cùm non uideret ensem pendẽre (surripuerat nanque eum filius dum cœnabatur) uocato seruo, quis abstulit ensem poposcit. At illo tacente, rursus legere incœpit, & quasi non festinaret, sed alia de causa ensem quæreret, ut adferretur mandauit: quod cùm ille non faceret, atque ipse iam totum librum perlegisset, rursus singulos seruos uocauit, & maiori uoce ensem reposcere cœpit. Vnum etiam ex seruis pugno percussit, ex quo cùm ei manus tumefacta fuisset, grauiter iam id ferens, & uociferans se inermem à filio atque seruis prodi, non prius destitit, quàm filius cum a-
118 micis uenit, & multis cum lachrymis se supplicem obtulit. Cato autem toruè ipsum
» prospiciens, An me, inquit, insanum putas, qui non rationibus, sed ui compescis?
» Quid me uerò non ligas patrem, ac tandiu in uinculis tenes, donec Cæsar occupet
» nullo modo resistere ualentem? Sed nihil agis mihi crede, non enim mihi ense opus
» est ad mortem. Nam si breue tempus spiritum præclusero, & si caput parieti incusero, mori possum. Hæc cùm dixisset, adolescens lachrymans abiit. Cæteri etiam ami-
» ci cubiculum egressi sunt, præter Apollonidem & Demetrium, qui intus remanse-
» runt, ad quos Cato conuersus mitiori uoce: An uos quoque putatis retinendum esse
» hominem grãdem natu, & iuxtà sedendo eum custodire? An rationem aliquam ha-
» betis, per quam possitis ostendere, non esse turpe Catoni salutem ab hoste petere?
» Quid igitur non uerba facitis? quid non arguitis me, ut primis illis rationibus quibus
» ad hunc diem uiximus repulsis, & per Cæsarem sapientiores facti, ingentes illi gra-
119 tias habeamus? Atqui decreui equidem nihil de meipso, oportet tamen me delibe-
» rare, ita ut ea facere mihi liceat, quę facienda uidebuntur. Deliberabo igitur uobiscũ,
» si cum iis rationibus, quibus uos in philosophia utimini, id facio. Abite igitur bono
» animo, & monete filium meum, ut quæ patri persuadere non potest, ea ne cogat. Ad
hæc illi nihil respondentes, sed lachrymantes abiere. Qui cùm abiissent, Cato ensem sibi remissum nudauit, inspexítque, &, Mei nunc iuris sum, inquit: ac rursus ense repósito, lectitare cœpit. Ferunt bis librum de anima perlegisse totum, atque subinde dormisse altissimè, ut etiam ij qui extra cubiculum erant, stertentem sentirent. Cùm esset circiter mediam noctem, uocauit ad se Cleãthem medicum, & Butam quendã, cuius opera ad res ciuiles plurimùm utebatur. Erant hi ambo Catonis liberti, & Butam quidem ad portum misit, ut sciret an omnes nauigassent: medico autem manũ ostendit tumore inflammatam, ob eam plagam, quam (ut suprà diximus) seruo inflixerat. Ea res spem omnibus præstitit, quasi consilio mortis abiecto, de uita cogitaret.
120 Paulò pòst Buta rediit, & alios omnes præter Crassum nauigasse nuntiauit: Crassum quibusdam impedimẽtis detineri: cæterùm mare magnis fluctibus agitari. Quo audito, ingemuit Cato pro eorum qui nauigarant incommodis, & rursus Butam remisit, ut si quis reuersus cuiusquã rei indigeret, renuntiaret. Iam erat circiter galliciniũ, & rursus in somnum conuersus est: deinde reuerso Buta, & magnum silẽtium ad portum esse renuntiante, iussit eum prouidere ut porta clauderetur, & se in lectum demisit, quasi reliquum noctis quieturus. Vbi uerò Buta recessit, statim accepto ense, se sub pectus percussit: sed cùm ægrota manus minus altè uulnus impressisset, non cõfestim exanimatus est, sed moribundus ex lecto prolapsus, abacum quẽdam geometricum,
121 qui fortè iuxta lectum erat, non sine magno strepitu in terram deiecit: qui cùm à seruis auditus esset, subitò acclamatum atque concursum est tam à ministris, quàm à filio & amicis. Ingressi itaque cubiculum offenderũt Catonem sanguine fœdatũ, intestina eius magna ex parte effusa, ipsum tamẽ adhuc uiuentẽ. Medicus igitur accedẽs tentabat & uiscera remittere, quæ illæsa erant, & uulnus ligare: sed ipse simul atque

Interitus Catonis.

ad ſe rediit, medicum repulit, & uiſcera manu lacerauit, uulnúsque patefaciens è uita deceſſit. Vix crederetur in tota domo auditum, cùm iam in portis aderãt ciues Romani, quos trecentos fuiſſe ſuprà diximus, & paulò pòſt populus uniuerſus Vticenſiũ occurrit: omnium erat una uox, ac benefactorem, liberatorẽ, ſolum liberum, ſolum inuictum Catonem uocitabant: & hæc faciebant cùm iam aduentare Cęſarem nuntiaretur: ſed neque timor, neque gratia uictoris, neque ſeditiones quæ inter eos erant, inhibebant, quò minus Catoni honorem debitum redderent. Funus ornatiſſimum 122
cum longa pompa magnificè fecerunt, ſepelierúntque in littore maris, ubi nunc eſt eius ſtatua enſem manu tenens. Funere autem perfecto, ad ſalutem ſibi quærendam ſeſe conuerterunt. Cæſar igitur à transfugis cognito Catonem unà cum filio & familiaribus expectare, nec abiſſe cum cæteris fugiẽtibus, ſed cæteros deducere, ac ipſum cum filio & amicis ſine metu eſſe, excogitare non poterat quod foret Catonis conſilium. Itaque cùm multi faceret Catonem, exercitũ admouebat: deinde cognita eius morte, dixiſſe dicitur: Inuideo morti tuæ Cato, nam & tu mihi ſalutem tuam inuidiſti. Reuera enim Cato, ſi ſalutem à Cæſare accipere ſuſtinuiſſet, non tam ſuam ipſius gloriam dedecoraſſe, quàm iſtius illuſtraſſe uideretur. Quid tamen futurum fuerit, ſi petita eſſet ſalus, incertum eſt: creduntur uerò meliora de Cæſare. Mortuus eſt Cato quadrageſimo octauo ſuæ ætatis anno. Filius uerò eius nihil mali à Cæſare paſſus eſt. 123
Ferunt hũc filium Catonis diſſolutum fuiſſe, & præcipuè erga mulieres malè ſe temperaſſe. Vnde in Cappadocia cùm hoſpitem haberet Marphadatem quendam regulum, cui mulier pulcherrima erat, ac diutius, quàm deceret, apud ipſum morã traheret, talia in eum ſcripta ſunt carmina: Cras abibit Cato poſt triginta dies, Porcius & Marphadates duo amici, & una anima. uocabatur enim Anima Marphadatis mulier. Et præterea illa: Nobilis & clarus Cato regiam poſſidet animam. Sed hæc maledicorum uerba deleuit & falſa eſſe oſtẽdit glorioſa mors. Nam cùm pro libertate patriæ contra Auguſtum & Antonium in Philippis pugnaret, inclinata iam Bruti acie, nec fugere uoluit, nec latêre: ſed hoſtem prouocans, ſéque in prima acie oſtentans, & reſtantes impellens, admirationem uirtutis ſuæ omnibus præſtitit, atque ita mortuus eſt. Filia etiam Catonis, uxor Bruti qui Cæſarem occîdit, neque pudicitia, neque for- 124
titudine inferior fuit: nam & coniurationis aduerſus Cæſarem fuit conſcia, & quemadmodum nobilitatem ſuam decebat, generosè mortua eſt. Statilium tunc ſe exemplo Catonis occidere uolentem, philoſophi qui aderant prohibuerunt: ſequenti uerò tempore ſe Bruto coniungens, cùm fidem & ſtudium in bello oſtendiſſet in Philippis, & ipſe mortuus eſt.

Dion.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

PROFECTO, Soſſi Senecion, quemadmodum Troiam iis minimè 1
ſuccẽſere Corinthiis ait Simonides, qui aduerſus eam unà cum Achiuis expeditionem egerũt, quoniam illis ipſis etiam Glaucus ex Corinthiis genus ducens, promptiſſimum ſe belli ſocium aſciuit: ita nec Academia Romanis aut Græcis meritò ſit incuſanda, ut qui pariter ex ea profecerunt, quemadmodum ſcripta noſtra mox docebunt, Bruti & Dionis uitam contiñentia, quorum cùm alter quidem Platonis conſuetudinem habuerit, alter uerò Platonicis innutritus ſit diſciplinis, uterque perinde ac una ex palæſtra ad maxima prodiere certamina. Nec uerò admirãdum eſt, eos qui ſimilia permulta ac cõfinia geſſerint, ipſi uirtutis duci teſtimonium reddidiſſe, quòd prudentiæ

prudentiæ ac iuſtitiæ cum poteſtate comitem oportet eſſe fortunam, quò pulchritu-
2 dinem pariter ac magnitudinem ciuiles ſuſcipiant actiones. Nam ſicut Hippomachus aliptes cùm exercitatos inſtructósque ab ſe adoleſcentes ferentes è foro carnes aliquando uideret, ſe illos ex ſuis eſſe procul agnoſcere dicebat: ſic & doctorum hominum ſtudia ac diſciplinæ res eorum geſtas pari uirtutis ratione proſequantur eſt neceſſe, quæ concentum quendam & ſimilem eis aptitudinem afferant cum decore. Horum autem uirorum fortunæ, caſibus, quàm uoluntate, magis eędem, ipſorũ uitas ad ſimilitudinem quandam perducunt. Ante exitum enim cæſus eſt uterq;, dum per multas & ingentes conflictationes natiare propoſitum nequiuiſſent: quódque ſuper omnia lõgè mirabilius eſt, utrique genius ſuum ſignificauit interitum, utrique haud beneuolum ſanè phaſma intuẽdum ſe obtulit. Tametſi quidam talia prorſus tollen- *An ſpiritus hominibus cõpareant, Plutarchi elegãs acpia diſputatio.*
tes aſſerant, nulli ſapienti ſimulachrum comparuiſſe uel genium: aſt puellos mulierésque ac uecordes quoſdam ex imbecillitate homines in animi horrore aut corporis intemperie conſtitutos, inanes & alienas opiniones attrahere, qui malum in ſeip-
3 ſis eſſe genium ſuperſtitionem habent. Quòd ſi Dion atque Brutus grauiſſimi uiri, & ſapientiæ ſtudio dediti, ac nullàm per affectionem morbúmue aberrantes, aut facilè captabiles, ab ipſo ita diſpoſiti fuere phaſmate ut amicis ac familiaribus retulerint, haud ſcio an ex uetuſtiſſimis quendam máximæ admirationis ſermonem cogemur admittere, quòd uiles quidam ac maligni dæmones cùm uiris bonis inuideant, eorũ rebus gerendis obſtant, metus & perturbationes inducunt, uirtutem cõquaſſant, fallúntque, ne cùm ſtabiles integríque in honeſtate permanſerint, poſt ſupremum uitæ diem meliorem illis ſortem conſequantur. Verùm hæc ad aliud dicendi genus reſeruentur. Cæterùm in hac duodecima comparandorum hominum uita maiorem natu priorem adducemus. Dionyſius ſenior ſtatim ut in principatu conſtitutus eſt,
4 Hermocratis Syracuſani filiam duxit uxorem: dehinc cùm ſtabilito nondum dominatu, ab eo Syracuſij defeciſſent, mulieris corpus grauibus & iniquiſſimis affecere contumeliis, ob quæ ſibi necem ſpontè conſciuit. Dionyſius recuperato poſtea confirmatóque dominatu, duas ſimul denuo duxit uxores, alteram quidem ex Locrorum gente Dorida nũncupatam, alteram uerò indigenam nomine Ariſtomacham Hipparini filiam. Is erat inter Syracuſanos homo primarius, & Dionyſij cùm primò belli dux & imperator delectus eſt, collega. Ferunt ambas una duxiſſe die, incertúmque hominibus fuiſſe utri prius congreſſus ſit, reliquum tempus utrique ſe parem aſſiduè præbuiſſe. Solebant nanque cum eo communes habere cœnas, ínque uicem nocturnam agere quietem: quanuis indigenam ac nobilem, quàm externam,
5 plus habere Syracuſana cuperet multitudo. Verùm huic ad genus adiumentum exiſtebat, quòd iam Dionyſio grandiorem natu filium pepererat. Ariſtomacha uerò diu cum Dionyſio habitans ſobole caruit, quanuis de ſuſpiciendis ex ea liberis admodum ſolicitus eſſet, quippe qui Locrinæ matrem, quòd Ariſtomacham uenenaſſet incuſans, interfecit. Huius frater cùm Dion eſſet, initio quidem ob ſororem ei magnus habebatur honos: poſtea uerò cùm prudentiæ iam experimẽtum edidiſſet, per ſeipſum tyranni beneuolentiam contrahebat. Quocirca uniuerſis edicitur cuſtodibus, ut quicquid expoſceret Dion, tribuerent, ac ſi quid tribuiſſent ea die regi referrent. Cùm excelſis moribus, ingenij magnitudine, ac uirili animo plenus eſſet, maius ad eas res incrementum accepit, dum diuina quadam ſorte, nullo hominum conſilio Plato in Siciliam appuliſſet, ac numen aliquod, ut uidetur, eminus Syracuſanis
6 initium libertatis afferens, déque abroganda iam tyrannide meditans, Platonem ex Italia Syracuſas adduxit, & eius doctrinis Dionem adiunxit. Qui tum apprimè iuuenis cunctos Platonis diſcipulos ingenio ac induſtria ſuperans, ad obeunda etiam uirtutis præcepta impigerrimus & acutiſſimus extitit, ſicut & ipſe Plato ſcribit, & rerum teſtimonia comprobant. Humilibus enim ſub tyranno moribus innutritus,

& inæqualis ac ſubtrepidæ uitæ conſuetudine, per locupletem indulgentiam ſuperuacuas delicias & uiuendi formulam imbutus, quæ in uoluptate auaritiáque bonum poneret, ut primùm diſciplinam & ducem ad uirtutem philoſophiam deguſtauit, confeſtim animo conflagrauit: cúmque per ipſius egregiam in perſuádédis honeſtis potentiam idem obtingere poſſe Dionyſio ſperaret, ſtudioſiſſimè effecit ut ille per otium cum Platone ſimul eſſet, eúmque diſſerentem audiret. Qui ubi cõueniſſent, ſermo quidem in ſumma de hominis uirtute fuit: cúmq; plurimùm de fortitudine diſputatum eſſet, Plato cunctos longè magis quàm tyrannos fortes eſſe demonſtrauit. 7
Hinc ad iuſtitiam uerſus, perbeatam quidem iuſtorum, calamitoſam autem impiorum uitam eſſe docuit. Tyrãnus haud perinde ac redargutus Platonis uerba tulit, cæterùm cùm aſtantes homines eloquia ſuſcipere, ac mirum in modum demulceri perſpiceret, dolore angebatur. Tandem furiis & ira percitus eum rogat, cuius rei uoluntate in Siciliam aduentaſſet: quo reſpondente, ſe uirum bonũ quęrere, excipiens Dionyſius, Mediusfidius, inquit, talem nondum comperiſſe uideris. Dion hunc factum eſſe irarum exitum putans, ſolicitus emittere Platonem in triremi quadam curabat, quæ tum in Græciam Spartanum uehebat Pollidem. Dionyſius uerò Pollidem clanculum orauit, ut quammaximè hominem inter nauigandum occideret: quod ſi minus libêret, eum omnino uenderet, nihil detrimenti perpeſſurum: at cùm iuſtus exiſtat, tametſi redactus in ſeruitutem fuerit, eum nihilominus fore beatum. Quocirca Pollis Platonem Aeginam deportans, eum uendidiſſe dicitur, qua tum aduerſus Athenas belligerante decretum extabat, ut quiſquis ex Athenienſibus caperetur, Aeginæ uenundaretur. Nec uerò Dion propterea apud Dionyſium minus honoris conſequebatur aut fidei, cæterùm ad Carthaginienſes miſſus maximas diſponebat legationes. Singularis quoque admirationis erat: huius ferme ſolius ſententiam intrepidè loquentis, & dicendi libertatem ſufferebat: ſicuti cùm illum pro Gelone acriter increpuit. Nam cùm Gelonis, ut fertur, principatus irrideretur, ipſúmque Gelona 8
Dionyſius Sicilię γλῶτταν, hoc eſt, riſum eſſe diceret, cęteris quidem admirari dicacem hominis morſum ſimulantibus, grauiter ferens Dion, Tu ſanè, inquit, Dionyſi, cùm ob Gelonem fidem habeas, dominaris: cui uerò te propter fides habeatur, alter futurus eſt nemo. Et profectò cùm Gelo pulcherrimum uideatur oſtendiſſe ſpectaculum, ſuo moderatam imperio ciuitatem, Dionyſius certè turpiſſimum. Dionyſius cùm liberos haberet, tres quidem ex Locrina, quatuor ex Ariſtomacha, ex quibus duæ fœminei ſexus erãt, Sophroſyna uidelicet & Areta, filio ipſius Dionyſio Sophroſynam 9
innxit uxorem, Aretam uerò Thearidæ fratri, quo mortuo Dion coniugem cepit Aretam ſibi ex ſorore neptem. Aegrotante deinde Dionyſio, ubi nulla uitæ ſpes habebatur, eum ſuper Ariſtomachæ liberis Dion alloqui conabatur. Quam quidem ad 10
rem medici, ut ſucceſſuro in imperio morigerarent, tempus minimè præſtabant: & ut Timæus aſſerit, ſomniferam ei poſtulanti potionem tradiderant, omnémque illi ſenſum ademerant, quò continuatam ſopori mortem efficerent. Dion tamen poſtea cùm apud iuniorem Dionyſium factus eſſet amicorum conuẽtus, adeò pro temporis commoditate diſſeruit, ut cunctos profectò ſua quidem prudentia pueros, orationis uerò authoritate atque licentia tyrannidis ſeruos oſtenderit, qui plura eorum conſilia demiſsè ac trepidè ad adoleſcentis gratiam explicarent. Eos præcipuo ſtupore cõfecit, cùm ex Carthagine impendentia contra dominatum diſcrimina formidantibus pollicitus eſt, ſi Dionyſio pace opus eſſet, ſe quamprimũ in Aphricã nauigaturũ, & bellũ optimè cõpoſiturum: ſin ad belligerãdum prõptior foret animus, ipſum ſeſe 11
propriis ſuſtentaturũ impẽſis: bello præterea quinquaginta ad nauigandũ inſtructas triremes daturum. Cuius animi magnitudinem uehementiſſimè admiratus eſt Dionyſius, & tantam prõptitudinem inſuper amore complexus eſt. At ij ſeſe Dionis claritate argui, ac potentia deiici cogitãtes, captato ſtatim initio, nullis parcere uerbis, in eum

in eum inſtigare iuuenem, ut qui ſibi per maria principatum alliciens, omnem ad Ariſtomachæ filios potentiam nauibus perduceret, qui ſibi nepotes erant. Apertiſſimæ & maximæ ad odium & inuidiam cauſæ aderant & uitæ differẽtia, & nulla cum admiſtione ſeuera uiuendi formula. Illi enim principio quidem adoleſcentis tyranni ac turpiter educati conuerſationem familiaritatémque illecebris & aſſentationibus occupantes, quoſdam ſemper amores & inania excogitabant exercitia in compotationibus, mulieribus, ludísque aliis inhoneſtis, à quibus tyrãnis ipſa perinde ac ferrum emollita, ſubditis perhumana uidebatur, quæ nimiam illã ſummitteret contentionem, non aliqua potius manſuetudine, quàm ſecordia dominantis obtuſam.
12 Quamobrem progreſſa paulatímque depaſcens ea iuuenem remiſſio, adamantina illa uincula, quibus alligatum ſe relicturũ principatum ſenior Dionyſius dictitabat, liquefecit atque deſtruxit. Cùm enim inchoauit, aſſiduè per nonaginta (ut ferũt) dies compotabat: interim aula honeſtis uiris atque ſermonibus nullum prorſus patefecit ingreſſum: debacchationes, dicacitates, cantus, ſaltationes, procacitatésue cuncta tenebant. Quemadmodum igitur par eſt, inuiſus erat Dioni, quòd ad nihil ſeſe iucundum aut iuuenile dederet. Quocirca ueriſimilia uitiorum nomina illius uirtutis calumniatores obiectabant. Eius nanque grauitatem, inſolentiam: & orationis libertatem, pertinaciam uocitabant: commonefaciens etiam, accuſare cenſebatur: cúmque delictis ſe minimè ſocium adſciſceret, aſpernator putabatur, quippe cùm mores nõ-
nihil natura tumidos haberet, eſsétque in colloquiis aſper, & in compellando difficí-
13 lis. Non ſolùm enim florentis ætatis homini, & delicatiſſimas ab aſſentatione aures habenti, aduerſa & nequaquam gratioſa ea aderat conſuetudo, uerumetiam ex familiaribus multi cùm ſimplices ac generoſos eius diligerent mores, conuerſationẽ improbabant, quòd acerbius, & quàm ciuilium rerum neceſſitas exigebat, ſe difficilius adiungeret. Quibus pro rebus ad eum poſteriori tempore Plato, quaſi futura diuinaret, perſcripſit, ut comitem ac uicinam ſolitudinis pertinaciam magnopere deuitaret. Per id tamen tempus cùm ob turbulẽtas ſanè res eius plurimi dignitas cẽſeretur, quaſi ſolus egregiè labefactatũ attollere ac tueri regnum poſſet, intellexit ſe non gratia, uerùm neceſſitate & inuito quidem tyranno primùm eſſe longéq; maiorẽ. Quod cùm ab imperitia proficiſci Dion opinaretur, eum ad liberales adducere exercitationes, & ad deguſtanda ſtudia moralésque diſciplinas cupidiſſimè cõtendebat, ut cùm
14 reformidare uirtutem deſiiſſet, honeſtate lætari conſueſceret. Dionyſius enim natura haud uiliſſimus ex tyrannis erat: cæterùm ipſius pater ueritus ne excelſos captans animos, aut prudentium hominum inita familiaritate, ei quandoque tẽderet inſidias, ac principatum interciperet, incluſum domi ſub cuſtodibus obſeruabat. Quo tempore aliis deſtitutus æqualibus & rerum inexpertus, plauſtella, candelabra lignea, ſedes ac mẽſas fabricaſſe dicitur. Eò enim timoris ſenior Dionyſius proceſſerat, ut cùm nemini fidem haberet, ſuſpectos omnes duceret mortales, ita ut capitis crines tonſorio radere cultro nequaquam auderet: ſed pigmentarius quidam accedebat, adurens carbone cæſariem. Eius cubiculũ neque frater, neque filius, ut indutus erat, ingrediebatur: at unuſquiſq; ſuo depoſito prius amictu, alterum ſuſcipiebat, ita ut eum ſatellites nudatũ aſpicerent. Frater eius Leptines cùm aliquándo regionis ſitum explicans, à ſtipatore quodã ſuſcepto ſpiculo locũ deſcripſiſſet, illũ quidẽ grauiter obiurgauit,
15 hunc uerò qui iaculum tradidiſſet occîdit. Ab amicis quoque ſapientibus cauere ſibi dictitabat, quándò ignarus non eſſet eos imperare malle, quàm ſeruire. Marſyã quendam ab ſe ad dignitatem euectum idcirco necauit, quòd is Dionyſium per quietem iugulare uiſus erat: à diurna enim cogitatione ac conſilio hæc illi uiſa per ſomnium aſtitiſſe. Et is quidem contra Platonem furore permotus eſt, quòd eum cunctis longè mortalibus fortiorem minimè pronuntiaſſet, qui trepidus adeò tantis refertum malis animũ ex pauore geſtabat. Eius filium & imperitia, ut dictum eſt, corruptũ, & in-

Pertinacia ſolitudinis comes. Vide ſupra in uita Coriolani.

fractos mores conſpicatus Dion, ut ad diſciplinam animum conuerteret exhortabatur, principémq; philoſophorum ut in Siciliam perueniret totis exoraret precibus, eíque cùm aduenisſet, totum ſe dederet, ut comparato ex moribus, uirtute ac ſtudiis ornamento, ad diuinum & rerum omnium pulcherrimum ſeſe conformaret exemplar. Cui ad ſingula ductori cùm obtemperatum eſt, ex turpitudine ac deformitate ornatus exiſtit atq; uenuſtas. Permultùm etiam ſibi felicitatis, permultúmq; ciuibus uendicaret, quantũ in præſentia in mœroribus & moleſtia commorantur, modò res illorum modeſtia, iuſtitia & charitate paterno curatas more præſtans, ſeipſum ex tyranno regem efficiat. Nec enim, ut eius pater referebat, adamãtina eſſe uincula, metum, uiolentiam, claſſem, aut illud ex decem millibus barbarorum conſtitutum præſidium: uerùm beneuolẽtiam, facilitatẽ, & gratiam à uirtute ac iuſtitia inſitam. Quæ quanquam ſuperioribus illis rigidis quidẽ atq; duriſſimis molliora exiſtant, ad regni tamen diuturnitatem magis magísque ualitura. Ignominioſum eſſe præterea minimẽque expetendum, ut cùm princeps corpus pretioſis ornet amictibus, delicatísque & apparatis reſplendeat ædibus, nihilo magis conſuetudine aut diſciplina infimis excellat hominibus, nec ipſam animi regiam pro regali dignitate conuenientiáque honeſtatem habeat. Hæc cùm multoties Dion admoneret, & nonnullas interdum Platonis rationes interſereret, uehemens ac inſanus quidam ſtudiorum conſuetudinísue Platonis amor Dionyſium tenuit. Statim igitur complures Athenas à Dionyſio literæ, complures inſuper à Dione cauſæ rationésque peruenerunt. Aliæ etiam ex Italia à Pythagoreis, qui illum ut eò proficiſceretur exhortabantur, quò nouellum animum ingenti licentia & poteſtate uagantem corripiens, intra grauiora conſilia detineret. Itaque Plato, quemadmodum idem refert, ſuopte pudore cõmotus, maximè ne ſolis obuerſari uerbis, nullũ autem ſpontè opus ſubire uideretur, ſperánsque ſi unum uirũ ſicuti principalem partẽ expiaſſet, cunctam languentẽ Siciliam medicaminibus curaturum, obſequutus eſt. At Dionis inimici Dioniſij permutationem ueriti, ei ut ab exilio Philiſtum accerſeret perſuaſerũt, quò illum contra Platonem ac philoſophiam perinde ac obicẽ & impedimentũ haberet. Principio nanq; Philiſtus dum principatus conſtitueretur, promptiſſimũ ſeſe præbuerat, diúq; cuſtodiæ arcis præfuerat. Erat autem rumor eum cum ſenioris matre Dionyſij cõgreſſum habuiſſe, haud prorſus ignorante tyranno. Cùm Leptines ex alia quadam uxore ab ſe uiolata duas genuiſſet filias, alteram nihil Dionyſio præfatus, Philiſto collocat: ille ſtimulãte ira, Leptinis quidem uxorem in cõpedibus cõtinuit, ac è Sicilia Philiſtum expulit. Is circa Adriam ad quoſdam ſeſe hoſpites profugus recipiẽs, ibi nactus otium plurimam hiſtoriæ partem cõpilaſſe creditur. Nec enim quoad ſeniori Dionyſio uita ſuperfuit, reuerſus eſt, uerùm poſt illius mortẽ, ut dictum eſt, ab ingenti quadã cæterorum erga Dionẽ reductus eſt inuidia, utpote & illis longè magis idoneus, & tyrãnidi ſtabilior futurus. Iſte igitur cũprimùm aduenit, ſeſe regni rebus applicuit: cæteri de Dione calumnias criminationésque ad tyrannum inſtruebant: de diſſoluendo enim imperio, cum Theodote Heraclidéq; colloquutũ. Is nanque ſperare uidebatur, ut aduentante Platone, cùm imperioſam illam è principatu nimísq; intemperatã acerbitatem abſtuliſſet, mitiſſimum atque legitimum regem Dionyſium cõſtitueret: quòd ſi repugnaſſet, aut mitigari non uellet, decreuerat eo deſtructo Syracuſanis ciuitatis moderamina reſtituere: non quia popularem collaudaret principatum, ſed quia eum tyrannide multò præſtantiorem iudicaret. In huiuſcemodi rerum conditione profectus in Siciliam Plato, primis quidem occurſibus mira familiaritate & honore ſuſceptus eſt. Ei nanque triremem egreſſo regius adfuit currus, decentiſſimis inſtructus ornamentis. Tyrannus etiam perinde ac maxima regno felicitas obueniſſet, ſacrificia celebrauit: uerecunda deinde conuiuia, ordo curiæ, ipſa etiam tyranni in iure dicẽdo benignitas, mirificam ciuitati ſpem de hominis cõmutatione præſtitit.

ſtitit. Erat unus omnium ad doctrinam & philoſophiam impetus. Erat præterea puluerulẽta, ut ferunt, regia, ob eorum multitudinem, qui Geometriæ figuras deſcribebant. Paucis poſt diebus intra regias ædes ſacrificium de more fiebat, ubi præcone, ut aſſolet, orante, ut multa per tempora inconcuſſum duraret imperium: Dionyſius cùm adeſſet, Num deſines, inquit, execranda nobis imprecari? Id permagnum Philiſto mœrorem incuſſit, cogitanti inexpugnabilem Platonis tempore ac conſuetudine fore potentiam, ſi parua modò conuerſatione iuuenis mentem & ſententiam alie-
21 naſſet atque tranſpoſuiſſet. Haud amplius itaque ſeparatim, aut occultè, ſed uniuerſi Dionem manifeſtis urgere cõuitiis, non eſſe clàm, cum carminibus & ueneficiis per Platonis eloquentiam inuaſiſſe Dionyſium, ut cùm ille ultro repudiarit imperium, Ariſtomachæ liberos ſubinde conſtituat, quorum ſit auunculus. Nonnulli moleſtiſſimum habere fingebant, ſi ſuperiori quidem tempore Athenienſes ingentibus eò copiis cùm naualibus, tum terreſtribus nauigãtes, antè profligati ac in perniciem dati ſunt, quàm Syracuſas capere potuiſſent: nunc uerò Dionyſij regnum uno cum ſophiſta deſtruant, cuius animum huc induxerunt, ut è decem millibus ſtipatorum fugiens, omittens etiam triremes quadringentas, & decem millia equitum, ac mili-
22 tes pluries totidem, tacitum quoddam in Academia bonum perſcrutetur, & beatam ex Geometria uitam ſibi perquirat, cùm interim Dioni Dionísque nepotibus conſtantem ex regno, opibus & deliciis beatitudinem relinquat. Eas ob res cùm primùm quidem ſuſpicio, mox autem apertior ira & inimicitia conflaretur, quædam clanculum Dionyſio defertur epiſtola, quam ad Carthaginienſium præfectos ſcribens Dion, petebat ut cum Dionyſio de pace differerent, & haud abſque ſe colloquia facerent, quò per eum conſtantiſſimè cuncta componerent. Eam ubi Dionyſius Philiſto perlegit, ſecum inito (ut ait Timæus) cõſilio, Dionem ficta inuadit amicitia, & pauca quædam cõmentatus, ubi ſecũ in gratiam rediſſe dictitauit, ſolum in arcem mare uerſus adduxit, commonſtránsque illi epiſtolam uehementer increpuit, quòd
23 contra ſe unà cum Carthaginienſibus cõſpiraſſet. Dionem excuſationé afferre uolentem nequaquam tolerans Dionyſius, ſtatim ut erat cymbæ impoſitum, nautis edixit, *Dionis exilium.* ut delatum ad Italiam exponerent. Hoc poſtquam hominibus palàm factum eſt, crudele uiſum eſt, & regiam quidam tenuit ululatus, propter fœminas. Syracuſana uerò ciuitas res nouas & ſubitam expectans permutationem pendebat, tum hoc ipſo Dionis tumultu, tum cæteris nullam tyranno fidem habentibus. Quæ ut Dionyſius conſpexit, timore anxius, amicos ac mulieres ſolari cœpit, haud exulaſſe Dionem, at ſeceſſiſſe paululum, peregrinationémque ſuſcepiſſe, ne illo præſente contra hominis pertinaciam deterius aliquid per iracundiam delinquere cogeretur. Dionis inde cognatis duas exhibens naues, quicquid pecuniarum aut mancipiorum optarent
24 eis imponere, eúmque in Peloponneſum conuectare iuſſit. Erant Dionis opes ma- *Dionis opes immenſæ.* gnæ, & regia propemodum in uiuendo pompa atque ſupellex, quam in unum collectam ad eum amici detulere: alia complura mulieres ac ſocij tranſmiſere, ita ut ob eam pecuniam, grandésque adeò diuitias & clarus inter Græcos extiterit, & exulis opulentia regni potentiam declararit. Dionyſius continuò Platonem commigrare in arcem faciens, honorificam illi ſub humaniſſimæ hoſpitalitatis prætextu cuſtodiam excogitauit, ne ſcilicet Dioni comes nauigans, teſtis iniuriarum eſſet. Cùm à diuturno deinde conuictu, ſicuti fera quædam, hominem attingere, conſuetudinémque ac ſermones iam perferre aſſueſſet, eum tyrannico amore complexus eſt, mutuáſque ſolùm in amore uices à Platone conſequi, & ab eo præ cunctis admirationi haberi poſtulabat, res illi regni committere paratus, modò ne Dio-
25 nis amicitiam ſuę anteponeret antiquiorémue duceret. Itaque Platoni quędã ærumna hæc ipſa erat affectio, dum ille per zelotypiam, ut difficiles ac importuni ſolent amatores, inſaniret, breui multoties tempore nunc ſecum iratus, nunc cõciliatus, mo-

dò ad ſupplicandum uerſus. De percipiendis ab eo diſciplinis communicandiſuè philoſophiæ negotiis, immenſo ille quidem ferebatur ſtudio. Sed qui illum ab ea re detrahebant, ne corrumperetur, eos uerebatur. Ingruente interim bello quopiam, Dionyſius Platonem emiſit, cum eo pactus, ut inſequentis anni uere Dionem reuocaret. Quod cùm ſtatim mentitus eſſet, ei tamen prædiorũ prouentus miſit, ueniam ſubinde propter belli tempeſtatem à Platone poſtulans. Nam cùm primùm confecta pax eſſet, Dionem ſe accerſiturum, modò illum ut quietem agat exoret, & ab innouandis rebus abſtineat, ſéque apud Græcos nullis inſectetur maledictis. Hæc facere 26
Plato conabatur, quocirca conuerſum ad ſapientiæ ſtudia Dionem in Academia continebat. Habitabat igitur in oppido apud familiarem quendam Callippum nomine, agro otij & amœnitatis gratia comparato. Hoc poſtea cùm in Siciliam traiiceret, Speuſippum donauit, cuius amicitia & conſuetudine longè magis, quàm cæterorum qui Athenis uerſarentur, uſus eſt. Volebat enim Plato cùm Dionem gratioſa conuerſatione, & conuenientibus pro tempore iocis temperaſſet, eius mores dulces ac facetos reddere. Talis autem Speuſippus erat: quamobrem Timo cùm de ſalibus ſcriberet, eum ad iocos atque facetias idoneum appellauit, dum Plato chorum puerorum ſpectaculo exhibuit, & Dion chorum exercitatione inſtruxit, & cunctam perſoluit impenſam concedente Platone, quò talem erga Athenienſes magnificentiam oſtenderet, quæ maiorem illi beneuolentiam, quàm ſibi gloriam afferebat. Alias quoque Dion urbes adibat unà cum optimis & excellentibus in Repu- 27
blica uiris, otium agens, & feſtos conuentus celebrans, cùm interim nihil eius uita immodeſtum, nihil tyrannicum, nihil laſciuum indicaret, uerùm temperans, probum, forte, & honeſtas denique ſtudiorum ac philoſophiæ curas ac exercitationes. Quas ob res ex omnibus beneuolentiam & æmulationem conſequebatur, & publicos inſuper honores ac ciuitatum decreta. Ab Lacedæmoniis etiam ciuitate donatus iram Dionyſij parui pendentibus, tametſi eum contra Thebanos per id tempus promptiſſimum belli ſocium haberent. Ferunt aliquando Dionem, Pteodoro Megarenſi petente, eius domum ueniſſe. Pteodorus autem, ut ferunt, diues ac potens erat. Dion igitur turbam pro foribus conſpicatus, eúmque præ negotiorum mul- 28
titudine ſummo cum labore colloquia & congreſſus admittentem, cùm id ſocij graiiter ac moleſtè perferrent, ad eos reſpectans, Quid iſtum incuſamus, inquit? nam & ipſi Syracuſis his omnino ſimilia faciebamus. Procedente deinde tempore, cùm Græcorum erga Dionem beneuolentia Dionyſium zelo metúue torqueret, ei prouentus mittere deſtitit, ipſius bona propriis curatoribus erogans. Volens deinde malos aduerſum philoſophos rumores Platonis cauſa de ſe diſperſos oppugnare, complures ex iis qui eruditiſſimi exiſtimabantur, conduxit. Cùm uerò per quandam gloriæ cupiditatem uniuerſos uincere diſſerendo contenderet, auditis à Platone rebus male uti cogebatur. Eius autem deſiderio tenebatur, ſéque ipſe damnabat, quòd illius præſentia minimè uſus eſſet, nec quæ honeſta fuerant auſcultaſſet. Lymphan- 29
tis igitur & leuiſſimi more tyranni ad cupiditates & omne celerrimè ſtudium approperans, ad Platonem ſtatim concitatus eſt: tum omnem attollens machinam, Archytam aliósque Pythagoræos conuentorum ac pollicitationum uades & confirmatores induxit, ut ad ſe Platonem conuocarent. Ipſius nanque interuentu ij primùm amicitiam hoſpitalitatémque confecerant. Miſſus ad eum Archidemus: Dionyſius quoque triremes ad Platonem & ſuppliciter exoraturos trãſmiſit amicos. Ipſe etiam apertè ac dilucidè ſcripſit, nihil ſe Dioni quod modeſtum eſſet facturum, niſi in Siciliam aduentante Platone: eo autem perſuaſo, cuncta facturum. Com- 30
plures item ad Dionem à ſorore ac uxore confictæ uenerunt cauſæ, opus eſſe ut Dionyſium prorſus adeat Plato, neque ullam ei prætexendi occaſionem præbeat. Hunc in modum ad Siculi fauces freti tertiò commeaſſe ſe Plato refert, quò pernicioſam

Dion ciuitate donatus ab Lacedæmoniis.

ſam denuò Charybdim remetiretur. Igitur poſtquam aduentaſſet Plato, magna quidem lætitia primùm tyrannum expleuit, ingenti rurſus ſpe ſeruam inſulam refecit, intentam & præcipuo ſolicitam ſtudio, ut ipſe quidem Philiſtum, amor autem ſapientiæ uiolentum ſuperaret imperium. Præſertim uerò magno in eum ſtudio mulieres extiterunt: ſingularis illi à Dionyſio fides, qualem alius aſſequutus eſt nemo, habebatur, ita ut illum indiſcuſſus adiret. Cùm grandem illi pecuniam dono multoties traderet, nunquam ſuſcepiſſe conſtat. Cui dum aliquando Cyrenęus intereſſet Ariſtippus, Tutò, inquit, liberalis & magnificus eſt Dionyſius: qui enim pluribus indigent, iis pauca tribuit: Platoni uerò, cùm nulla ſuſcipiat, permulta exhibet.
31 Poſteaquã familiariſſimè primò cõgreſſi ſunt, ſuper Dione ſermones inchoante Platone, dilationibus primùm, mox querimoniis ac diſceptationibus actum: clàm tamẽ exterius rem occultante Dionyſio, & conante inſuper ut Platonem cùm honore, tum aliis multis muneribus & donis, à partibus ſtudióq; & factione ac beneuolentia Dionis auerteret retraherétque. Nec ipſe Plato, primis quidem temporibus, eius perfidiã & mendacium detegebat, ſed ſibi temperabat ac ſimulabat. His eo pacto inuicem ſe habentibus, cùm latêre omnes arbitraretur, Helicon Cyzicenus unus ex Platonis æqualibus, Solis defectionem prædixit: qua uti præfatus erat effecta, is à tyranno ingẽ-
32 ti habitus admiratione, argenti talento donatus eſt. Tum Ariſtippus ad alios iocans philoſophos, Ego quoque mirabile quippiam habeo, inquit, quod prædicam. Quibus ut proferret obſecrantibus, Prædico igitur, ait, Platonem atque Dionyſium breui tempore inimicos fore. Tandem diuenditis omnibus facultatibus, omni ſubſtantia opibúsque & patrimonio Dionis, ipſe pecuniam ex iis conflatam retinuit ſibi: Platonem uerò iam nõ amplius hoſpitaliter habuit ut antè, ſed in applicito quodam ædibus horto diuerſantem abdicauit, abiecítque inter ipſam ſatellitum ſtipatorúmque turbam, futurum ſperans ut homines iam olim ipſius odio flagrantes ipſum circunuenirent, necaréntque, qui exuere imperio Dionyſium conatus eſſet, & efficere ut ſatellitio deſtitutus, priuatus uiueret. Archytas ac ſui ubi in huiuſcemodi conſtitutum eſſe periculis Platonem didicerunt, confeſtim nauem cum legatione miſerunt, quæ uirum à Dionyſio repoſceret, dicerétque illum, quoniam uades ſe ac interceſſo-
33 res ſecuritatis accepiſſet, Syracuſas nauigaſſe. At Dionyſius cùm pro eorum controuerſiis excuſationem attuliſſet, Platonem antequam à ſe dimitteret, per epulas & familiariſſima habuit officia, ad quem tale aliquid dixiſſe commemorant: Complura de nobis Plato, & grauiſſima certè crimina tuis denũtiabis æqualibus, & ſtudiorum ſociis. Cui ſubridens ille reſpondit: Haud tanta diſciplinarum fieri poteſt in Academia mendicitas & inopia, ut tuis de rebus quicquam commemorare uacet. Hoc igitur pacto præſtantiſſimus uir Plato, cùm per ſimulationem primùm honorificè à tyranno acceptus eſſet, mox inſidiis petitus, dimiſſus tandem è Sicilia diſceſſit: quanquam haud iis ualde conſona ſint quæ ab ipſo Platone feruntur. Cæterùm ea Dioni grauiter patiebatur, & paulò pòſt cùm uxoris factum perdidiciſſet, de quo ſcribẽs ad Dionyſium Plato, obſcuriſſimis inſinuauit uerbis, apertum ſeſe penitus egit hoſtem.
34 Id autem erat huiuſmodi. Dionyſius electo Dione cùm Platonem ab ſe dimitteret, orauit ut eum ſecretò interrogaret, nunquid impedimẽto eſſe uellet, quò minus uxor alteri in matrimonium collocaretur. Erat enim rumor ſeu uerus ſeu à Dionis aduerſariis fictus, ingratum illud Dioni extitiſſe connubium, & eum cum uxore diſcrepantem habere conuictum. Vt igitur Plato patriæ ex ingentibus periculis reſtitutus peruenit Athenas, habito cunctis de rebus cum Dione colloquio, atque uniuerſa re geſta diligenter expoſita, quandam tyranno conſcribit epiſtolam, cætera quidem clarè quibuſuis explicantem, iſtuc autem ipſum illi dũtaxat ſoli cognitum, ea de re ſe cum Dione colloquutum eſſe, eum uehementiſſimè declarare, ſe moleſtè perlaturũ, ſi Dio-
35 nyſius eam confecerit. Eo tempore cùm magna de ipſorũ recõciliatione ſpes adeſſet,

nihil erga ſororem nouitatis intulit, ipſam autem cum Dionis filiolo habitare ſinebat. Poſtquam omnis in gratiam redeundi adempta ſpes eſt, & Plato rurſus in Siciliã profectus cum odio & inimicitia remiſſus erat, Aretam inuitam equidem cuidã familiari ſuo Timocrati nomine nuptui dat, in hoc ſaltem haud patris mãſuetudinem imitatus. Polyxenus enim eius ſororis Teſthæ maritus, inimicus factus illi eſſe traditur. Quo propter metum ſecedente, & è Sicilia profugiente, Dionyſius accitam ſororem incuſare cœpit, quòd fugæ mariti conſcia nil ſibi denuntiaſſet. Illa mediusfidius ſecura & omnis pauoris expers, Adeóne Dionyſi, ait, uilis, abiecta, & uirilitatis indiga uiſa tibi ſum mulier, ut ſi coniugis mei fugam ipſa præſciuiſſem, eiuſdem nauigationis comes & fortunæ particeps eſſe noluiſſem? at nõ antè id cognitum habui: quoniam mihi ſatius extitiſſet, Polyxeni uel exulantis uxorem, quàm tui dominantis ſororem appellari. Hæc cùm ingenuè ac egregia quadam licentia Teſtha protuliſſet, admiratum ferũt tyrannum, admiratósque Syracuſios tantam in muliere uirtutem, adeò ut poſt deſtructam etiam tyrannidem honoribus & regali more colere perſeuerauerint. Defunctæ uerò funus ciues publicè conſectati ſunt. Hæc quidem excurſionem habẽt haud incommodam. Deinde Dion animum cõuertit ad bellum, * interueniente tamẽ Platone, tum quia hoſpitalitatis erga Dionyſium iura uerebatur, tum quia matura iam prægrauabat ætas. Cæterùm Speuſippus & familiares alij auxilia conferebant, ſimúlque exhortabãtur, ut porrigentem manus Siciliam, & promptiſſimis receptaculis inuitantem, libertati reſtitueret. Cùm enim Syracuſis Plato uerſabatur, Speuſippus longè magis ſeſe hominibus immiſcuiſſe, ac illorum ſtudia ſententiásue perdidiciſſe uidetur: qui cùm initio quidem ipſius in loquendo fiduciam perinde ac regis tentamina formidarent, ei fidem tempore habuerunt. Idem nanque omnium erat ſermo ſupplicantium, & Dionis aduentum inuocantium, non claſſem agentis, non milites, non equos, ipſe modò contra Dionyſium corpus ac nomen Siculis in miniſterij partem accommodaret. Hæc annuntiante Speuſippo, confirmatus Dion, occultè per alios externorum delectum habebat, quò ſuam celaret ſententiam. Conſpirabant multi tum philoſophi, tum ciuilium rerum ſtudioſi, inter quos & Cyprius erat Eudemus, ad quem morientem Ariſtoteles ſuum De animo dialogũ miſit: itémque Leucadius Timonides. Ei quoque Miltam Theſſalum addixerunt, uirum diuinationis peritum, & ſtudiorum in Academia ſocium. Ex iis autem quos in exilium tyrannus extruſerat haud pauciores mille, quinque duntaxat & uiginti ſe expeditionis comites adſciuerunt, cæteri eum timore perculſi prodiderũt. Primus belli motus è Zacynthiorum inſula extitit, in qua ſeſe milites collegerunt octingentis ſanè pauciores, ac celeberrimi omnes, multis ingentibúsue militiis exercitati, præterea corporibus ſtrenui, induſtria & fortitudine præſtantiſſimi, quíque multitudinis animos, quam in Sicilia Dion habere ſperabat, ſuccendere pariter & ad audaciam incitare poſſent. Hi cùm primùm contra Dionyſium ac Siciliam deligi claſſem audierunt, iniecto ſtupore, cœpta damnare, Dionem per iram ac furias deſipientem, aut propter ſpei melioris inopiam ſeipſum ad plenas deſperatione res iniicere: ſuis inde ductoribus & qui eorum delectum habuerant, magnopere ſuccenſere, quòd ipſis cõfeſtim ex initio bellum non prædixerant. Tum Dion habita oratione, quanta tyrannis imbecillitate labaret edocet, eos non magis Syracuſanorum aliorúmque Siculorum milites quàm duces traiicere, qui iam pridem ad defectionem parati aderant. Poſt Dionem orauit Alcimenes, qui inter Achæos gloria generéque primarius erat: eorum ſermone deflexi ſunt militum animi. Vigente tum æſtate tenebant fretum Eteſiæ, luna pleno lucebat orbe. Dion cùm magnificentiſſimè Apollini ſacrificium pararet, unà cum militibus ornatas indutis armaturas, pompam duxit ad templum. Poſt ſacrificium in ipſo Zacynthiorum ſtadio diſcumbentibus dedit epulum, argẽteas atque aureas admirantibus pateras, & menſarũ ſplendorem longè magis, quàm priuatorum

* ἐπεὶ δὲ Πλάτωνος ἥψατο δεινὸν ἐγκρύπτου.

priuatorum cõſuetudo poſtulet opulentum: reputantibus etiam ut uir ille, ætatis iam flore decurſo, tantarúmque dominus opum, haud ardua profectò & periculoſa inuaderet facinora, niſi certa ſibi ſpes & amici plurimas atque ingentes illinc occaſiones tradidiſſent. Poſt libamenta factásque de more precationes luna defecit: quod, quia defectionis limites, & occurrentem lunæ à ſole terræ umbram callebat Dion, nihil eſt admiratus: turbatis autem militibus, addenda quædam erat conſolatio. Conſtitutus igitur in medio Miltas uates, eos bona ſpe eſſe, & optima quæque expectare iuſſit. 41 Significare enim numina quempiam defecturum eſſe qui nunc clarus eſſet. Dionyſij uerò tyrannide clarius extare nihil, cuius ſplendorem ab eis ut primùm Siciliam attigerint, reſtinctum iri. Hoc quidem Miltas in medium cũctis expoſuit. At cùm examen apum circa Dionis naues à puppe conſpectũ eſſet, de illo ſeparatim ſibi & amicis explicauit. Timere enim ſe ne res illius gerẽdæ cùm honeſtate quidem plenæ ſint, ubi perfloruerint, breui contabeſcant tempore. Complura etiam Dionyſio deorũ portenta apparuiſſe dicunt. Aquilam correptum à ſatellite iaculum in ſublime detuliſſe, dehinc in profundum abiecíſſe. Mare quod arcem alluit, die una dulces & potu peramœnas præbuit aquas, ita ut unicuique perſpicuum foret. Sues illi in lucem nuper editi, cùm reliquis manci partibus non eſſent, nullas habebant aures. Declarauere uates ea defectionis & ſpernendorum oſtenta mandatorum eſſe, nec amplius au- 42 dituros imperio ciues. Maris uerò dulcedinem, è triſti ac ſæua tempeſtate ad optimũ rerum ſtatum permutationem Syracuſanis afferre. Præterea miniſtram Iouis aquilã, inſigne magiſtratus ac potentiæ iaculum eſſe. Deos itaque maximam regno cladem internicionémque decreuiſſe. Hæc Theopompus refert. Dionis milites duabus rotũdis recepti ſunt nauibus, & tertio quodam haud ingenti ſanè nauigio: duæ præterea triginta remorum naues ſectabantur, & arma quæ milites geſtabant, duo clypeorum millia, miſſilia teláque complura uehebant, abundè etiam uiaticum, ne quid eis pelago proficiſcentibus deeſſet, ut qui metu terræ uentis ac freto ſuam plurimi nauigationem facerent. Philiſtum enim cum claſſe in Iapygia ſtationẽ agere ſenſerant. Cæterùm diebus duodecim raro mollíque nauigantes flatu, tertiodecimo Pachynũ Si- 43 ciliæ promontoriũ applicuere. Primus gubernator eos illico deſcẽdere iuſſit. Si enim omiſſo ſpontè promontorio à terra lõgius abierint, complures in mari dies ac noctes agitandos, æſtiuo tempore Auſtrum expectantes. Dion propinquum hoſtibus deſcẽſum reformidans, cùm ulteriora pertingere loca mallet, Pachynũ trãſnauigat. Tum aſper incũbens Septentrio, longius à Sicilia naues ingenti procella diſpulit. Exorienteque tum Arcturo, fulgura ſimul & tonitrua concidebant, permultam tempeſtatem, & præcipites è cælo nymbos diffundentia. Qua re turbati nautæ cùm errare cœpiſſent, naues repentè ad finitimam Libyæ Cercinam fluctibus diſiectas eſſe uident. Ea autẽ inſula eſt quàm aſpera, quæ maximis referta ſcopulis, in eos æquore delatos obuiá 44 procurrebat, Parum igitur cùm abfuiſſet ne eiecti ſaxis illiderentur, ſummo cum labore remis innixi elabuntur, donec tempeſtate ſedata, ſeſe ad magnæ capita Syrtis eſſe cognouerunt. Iis ita diſiectis, & in ipſa etiam tranquillitate mœſtiſſimis, è regione Auſtralis quædam effunditur aura, cùm Auſtrum nequaquam expectarent, eámque minimè fieri poſſe permutationem crederent. Paulatim creſcẽte & ualidius flante uento, tota panduntur uela: tum adoratis deis, è Libya Siciliam uerſus medio profugere pelago. Quinto demum die facili curſu penes Minoam iactis conſtitere anchoris. Id ſcilicet oppidum eſt Carthaginiẽſium ſubditum poteſtati. Eius fortè loci præfectus erat Synalus, plurima Dioni amicitia & hoſpitalitate cõiunctus: qui cùm 45 Dionem eiúsque claſſem adeſſe neſciret, deſcendentes arcere milites adortus eſt: at illi cum armis excurſantes occiſo nemine (id enim Dion ob Carthaginiẽſium amicitiam perpetrari cohibuerat) uerſíque in fugam oppidanis unà irrumpunt, itáque locum in poteſtatem redigunt. Deinde cùm duces ſe inuicem ſalutãtes occurriſſent,

Prodigia Dionyſio aduerſa ſignificantia.

Dion uiolato nemine, urbem Synalo reddidit. Tum Synalus habitis hoſpitaliter militibus, neceſſaria Dioni comparauit. Præcipuam uerò iis fiduciam afferebat, quòd caſu Dionyſium foris uerſari contigerat: nuper enim octoginta nauibus in Italiam nauigarat. Ideirco cùm Dion milites diu per maritima fatigatos incommoda, ibidem ad curanda corpora inuitaret, minimè paſſi ſunt, dum ad arripiendam temporis occaſionem permagno approperant ſtudio, ſed Syracuſas adduci depoſcebãt. Superuacuis igitur armis & ſarcinis ibi relictis, ac exorato Synalo ut ea ad ſe ubi tempus eſſet tranſmitteret, Syracuſas itur. Proficiſcente inde Dione, ducenti Agrigentinorum equites, qui Ecnomum incolebant, ad eum ſeſe conferunt: poſt eos Geloi. Illico fama Syracuſas accurrerat.* Tum Timocrates uxoris Dionis & ſororis Dionyſij maritus, qui relictorum in urbe amicorum princeps erat, repentè nuntium cum literis ad Dionyſium ſuper Dionis aduentu mittit: ipſe dehinc ad ciuiles tumultus ac motus animum aduertit, uniuerſi nanque pendebant: cæterùm cùm rebus fides non haberetur, inter pauorem quies agebatur. Tabellario caſus quidam ſanè admirandus obtigerat: nam ubi traiecit in Italiam, cùm iam Rhegynum euaſiſſet agrum, in Cauloniam ad Dionyſium accelerans, in familiarem quempiam incidit, qui nuper cæſum ferebat arietem, à quo ſuſcepto carnis fruſto, iter approperat. Magna deinde pariter parte noctis abſumpta, cùm ob laborem ſe aliquandiu ſomno dedere cogeretur, ut erat ſecus uiam in ſylua quadam accubuit. Sequutus odorem lupus, alligatas ſacculo carnes diripiens, carnes ſimul apportans & ſacculum abiit, in quo homo literas deferebat. Dehinc cùm excitatus perſenſiſſet, errore plurimo ſingula incaſſum perueſtigans, nihil inuenit. Ad tyrannum igitur ſine literis haud proficiſci decernens, profugit eminus, quocirca ſerus quidem ex aliis ad Dionyſium de Siciliæ bello peruenturus rumor erat. Interea commeanti Dioni Camarinæi ſeſe ſocios adſciuere, & Syracuſanorum, qui per agros uerſabantur, non parua multitudo confluebat. Erant cum Timocrate Leontini atque Campani, qui Epipolas pro ſtatione tenebant. Hi ſimul ac falſus quidam à Dione ſermo manauit, eum quamprimùm ad eorum urbes copias conuerſurum, Timocrate deſtituto abiere, opem ſuis allaturi. Hæc ubi Dioni circa Matras exercitum habenti renuntiata ſunt, concitatis militibus per tenebras ad Anapum fluuium, decem ab urbe ſtadiis diſtantem peruenit. Ibi ſiſtens iter, mactatis penes flumen hoſtiis, ſolem adorauit orientem: ſimul aruſpices deos uictoriam portendere tradiderunt: tum adſtantes uniuerſi Dionem inter ſacrificandum corona inſignem conſpicati, uno impetu ſibi coronas impoſuerunt. Erant autem haud pauciores millibus quinque, qui ſe Dioni inter eundum comites adiunxerant. Cæterùm cùm ob repentinum incurſum malè armis inſtructi ueniſſent, armorum inopiam promptitudo ſupplebat, adeò ut cùm Dion caſtra mouiſſet, ij curſibus incederent, clamore magno quodam & alacritate ſumma ſtudióque, ſeſe mutuò ad libertatis dulcedinem exhortantes. Ex oppidanis quicunque gratia & nobilitate præſtabant, inſignibus ornati ueſtibus ſeſe ad portas obuiam effundebant, cætera ſubinde multitudo tyranni familiares inuadit. Tum delatores (ſic enim appellari ſolebant) diſcerpuntur, impij ſanè & diis inuiſi homines, qui urbem Syracuſanis promiſcui peragrabant, ſingulorum dicta factáue ſagaciſſimè ſpeculantes, deinde tyranno cogitationes omnium ſermonésque denuntiabant. Hi primùm omniũ occurrentes pœnas dedere: uirgis enim cæſos excoriarunt. Timocrates cùm ſe arcis cuſtodibus permiſcere nequiret, accepto equo profugus ex urbe migrauit, cuncta pauore ac tumultu replens: ne mediocri trepidatione amiſiſſe urbem uideretur, maiorem in modum Dionis res extollebat. Accedens inter hæc Dion, perſpicuus iam cunctis erat lucidiſſimis indutus armis: cingebant illius latera hinc frater eius Megacles, hinc Atheniẽſis Callippus, coronis ambo decori. Ex externis militibus autem centum erant, qui Dionem ad corporis cuſtodiam ſectabantur, reliquos præfecti

*Τιμοκράτης ὁ τῆ Δίωνος γυναικὶ συνοικῶν, Διονυσίου ἀδελφῆ.

præfecti ducebant ornatiſſimè inſtructos. Spectabant Syracuſani, & perinde ac ſacram quandam & deo dicatam libertatis & popularis potentiæ pompam excipiebant, quæ tandem poſt annos octo & quadraginta rediens ciuitatem inuiſeret. Per Menitidas inde portas ingreſſus, ſedato per tubæ ſonum tumultu, huiuſmodi præconium edidit: Dion fratérque Megacles, cùm ad abolendam uenerint tyrannidem, Syracuſanos reliquósque item Siculos liberos & tyranno ſolutos reddunt. Volens etiam per ſeipſum homines compellare, per Acradinam conſcendit. Syracuſani per uias utrinque ſacrificia, menſas, craterásque ſtatuerant, & quocunque acceſſerat, miſſos flores frugésque ſpargebant, ínque eum uti deum preces ac uota conuerte-
51 rant. Sub arcem & Pentapyla illuſtre quoddam & excelſum Dionyſij opus extabat horologium: huc aſcendens concionem exorſus, ciues ad uendicandam ſibi libertatem incitauit. At ij ambos per ſummam lætitiam & feſtiuitatem imperatores & belli duces creant. Eis inſuper ita uolentibus ac rogantibus, Syracuſani collegas uiginti deligunt, ex quibus dimidij ab exilio unà cum Dione redierant. Vates illuſtria extare prodigia cenſebant, quoniam Dion inter orandum magnificentiſſimum Dionyſij ædificium ſubiectum pedibus habuerat. Cæterùm expauebant, quia locus in quem delectus imperator aſcenderat, de ſolis permutatione rationem continebat, ne ſcilicet mox ullam fortunæ permutationem res illius gerendæ capeſſerẽt. Dehinc redactis in ditionem Epipolis, coniectos illic in uincula ciues exoluit, murum inſu-
52 per circunduxit arci. Septimo pòſt die Dionyſius in arcem ſeſe cum claſſe retulit. Arma Dioni cum uehiculis cõportata, quæ Synalo antè reliquerat: hæc ciuibus diſpertita: reliqui pro ſe quiſque ornatè inſtructi promptos exhibuere milites. Dionyſius initio quidem priuatim miſſis ad Diona legatis, experiri rem cœpit: aſt illi ad liberos iam Syracuſanos in medium uerba facere iuſſi, humaniſſimam tyranni nomine concionem habuerunt. Mediocria polliceri uectigalia, militiæ requiem, excepto ſi quam illi ultro ſuſcipiendam eſſe decreuerint. Ea Sycuſanus populus irridebat. Dion legatis reſpondit, Dionyſius ne uerba faceret, ni prius ſe principatu abdicaſſet, quem ſimul atque depoſuiſſet, ubi ad rem quampiam modeſtam opus eſſet, pro eorum ne-
53 ceſſitudinis memoria ſuam ſe impenſurum operam. Ea Dionyſius collaudabat: at miſſis denuo legatis petiit ut unà cum Syracuſanis aliqui ad eum in arcem commearent, cum quibus tum perſuadens, tum perſuaſus, de publica utilitate diſſereret. Miſſi ergo ad eum uiri, quos Dion ipſe probarat. Tum plurimus per Syracuſanum ab arce populum ſermo manabat, Dionyſium relicturum eſſe tyrannidem, ídque ſui magis, quàm Dionis gratia facturum. At ea ſub dolo quædam erant figmenta tyranni, & inſidiarum cõtra Syracuſanos inſtructio. Coniectis nanque in carcerem ciuitatis legatis, luce prima ſaturatos mero ſtipendiarios contra circunductum à Syracuſanis murum diſcurrentes immiſit. Tum inuadentes ex inſperato barbari multa cum audacia
54 pariter & tumultu murum peruaſtant: quibus deinde intra ciuitatem irruentibus, cùm ad ferendam opem expectare nemo prorſus auderet, ſoli Dionis milites reſtitere, qui ut primùm tumultuantes perſenſere, ſubſidium attulerunt. Ii tamen auxilij modum intelligere, exaudiréque haud ſatis poterant, adeò fuga ſurripientes ſe inde Syracuſani, errore ac uociferationibus inter eos permiſti diſcurrebãt. Dion cùm eius exaudiri uerba non poſſent, ad rem peragendam opere ſe ducem exhibere uolens, primus irrupit in barbaros. Acris circa illum atróxque pugna committitur, quando-quidem nihilo minus hoſti, quàm ſuis agnoſcebatur. Facto enim à cunctis impetu, magno cum clamore concurritur. At ille cùm iam per ætatẽ ad huiuſmodi ſubeunda certamina grauior eſſet, animi fortitudine inuadentes tum excipiens, tũ obtruncans,
55 manũ tragula uulneratur. Ad reliqua deinde tela & inflictos cominus ictus, uix thorax ipſe per clypeũ quoque ſat erat, haſtis undique plurimis pulſatus & ſpiculis, quibus perfractis collapſus eſt Dion. A militibus ſubinde abreptus, imperatorem eis Ti-

Horologium Dionyſij.

Pugna inter Dionem & Dionyſium.

monidem inſtituit: ipſe autem equo urbem circuire, Syracuſios è fuga retrahere, ex-
ternos milites qui Acradinã pro ſtatione tenebant, contra barbaros concitatos adhi-
bere, integros quidẽ contra labore confectos, prõptos cõtra ſpe debilitatos & in ipſo
iam conatu deficientes animis. Cùm enim impetu primo uniuerſam pariter ciuitatẽ
uel diſcurrẽtes occupare ſperaſsẽt, ac ex improuiſo in fortes uiros & ſtrenuos bellato-
res incidiſſent, gradum in arcem referre cœperunt: dehinc ut inclinati ſunt, incum-
bente uehementius Græcorum agmine, terga præbentes ſeſe mœnibus includunt,
quatuor ac ſeptuaginta ex Dionis parte truncatis, cùm ex ſuis multos amiſiſſent. Par- 56
ta adeò clarè uictoria, Syracuſanus populus externos milites centum minarum coro-
nis ornauit, aſt illi aurea corona Dionem. Mox à Dionyſio caduceatores deſcenderũt,
epiſtolas à neceſſariis mulieribus afferentes, inter quas una extrinſecus erat inſcripta,
Ad patrem ex Hipparino: iſtuc ipſum enim Dionis filio nomẽ erat, tametſi Timæus
illum ex Areta matre uocatum fuiſſe dicat Aretæum. Verùm his de rebus maior ha-
benda Timonidi fides, uiro Dionis cùm familiari, tum commilitoni. Cæteræ in uul-
gus perlectæ multas ex mulieribus ſupplicationes precéſque continebant: illam ue-
rò, quæ à filio perſcripta uidebatur, cùm palàm ſolui minimè permitterent, Dion in-
uitis ſoluit. Ea ex Dionyſio erat, quæ uerbo quidem Dioni, re autem Syracuſanis col-
loquia faciebat: formam quippe ſupplicationis & exponendi pro ſe iuris habebat, ad
Dionis calumniam compilata. Eorum ſiquidem commemoratio erat, quæ pro tyrã- 57
nide prompto effeciſſet animo, in chariſſima corpora comminationes, ſororis, filij,
& uxoris. Cauſæ etiam quædam graues querelis & plangore confictæ, & quod eum
maximè permouit, obſecrabat ut regnum ne deſtrueret: uerùm capeſſeret, neque li-
bertate donaret homines qui acceptorum haud immemores malorum magnis in
eum odiis conflagrarent: at uerò principatum iniret ipſe, amicis ac neceſſariis tuta-
men exhibens. Illis perlectis Syracuſani non (ut æquum erat) Dionis conſtantiam
nullo languentis affectu, aut animi magnitudinem ſunt admirati, qui honeſtatis ac
iuſtitiæ cauſa contra tot neceſſitudines & ſanguinis coniunctiones fortiſſimus per-
ſtaret, ſed ſuſpicari timeréque cœperunt, ne cùm ingens illis neceſſitas adeſſet, tyrã-
no parceret: dehinc alios intueri præfectos, præcipuéque ut Heraclidem redire didi-
Heraclides. cerunt, eidem magnopere affecti ſunt. Erat autem exul Heraclides, rei quidem mili- 58
taris ignarus homo, & ex principatu, quem penes tyrannos habuerat, celeberrimus:
uerùm ineptus conſilio, & ad omnia leuis, in rebus quæ dignitatem haberẽt aut glo-
riam communicandis minimè ſtabilis. Ille poſtquam in Peloponneſo cum Dione
diſſidiũ actitaſſet, decreuit ſuapte contra tyrannum claſſe annauigare. Tribus igitur
nauibus & triremibus ſeptem Syracuſas aduentans, rurſus Dionyſium muro circun-
ſeptum offendit, & ſuſpenſos animo Syracuſios. Mox igitur, quandoquidem ad ſua-
dendum permouendúmque gratiam nonnihílque à natura lepôris habebat, popula-
rem ingreſſus eſt gratiam, blandimenta quæritante turba. Eos ſuſcipiens facilius ad
ſe traduxit, quòd hi Dionis rigorem ut grauem, & in ciuilibus duriorem officiis ab-
horrebant: cuius rei cauſa erat, quòd parta uictoria otioſi & iam audaces facti populi
duces, priuſquam populus eſſet, ſibi præeſſe uolebant. Tum ad concionem ultro cõ- 59
curſantes, claſſis præfectum deligunt Heraclidem. Accedens eò Dion, collatam He-
raclidi præfecturam priſtini principatus ſui labefactationem eſſe cõqueſtus eſt. Sin-
gularem enim manere imperatorem nõ euenit, ubi maritimis alter rebus præſideat.
Quocirca haud lubentes quidem Syracuſij deponendum Heraclidem cenſuere. In-
de Dion accitum domum Heraclidem paucis increpuit, quòd nõ bene aut commo-
dè eo tempore ſecum pro gloria, ſeditiones atque diſcordias actitaret, cui ad inferen-
dam cladẽ exiguo certè opus eſſet momento. Coacta rurſus concione, ipſe claſſis prę-
fectum deſignauit Heraclidem, ciuitati perſuadens ut & illi, quemadmodum & ipſe
habebat, corporis cuſtodia præberetur. Ille Dionẽ uerbis quidem & habitudine co-
lens,

lens, & gratias habere confeſſus, humilis ſequebatur, uſquequaque iuſſis obtempe-
60 rans: at multitudinem ac rerum nouarum cupidos corrumpens, & clandeſtinis mo-
uens tumultibus, omnibus Dionem ambiguitatibus circunſidebat. Siue enim per in-
ducias dimittendum ex arce Dionyſium diceret, calumniam ut illius ſaluti parcere-
tur habebat: ſiue ut ne quo mœrore conficeret, obſidionem quietus agere uellet, con-
ſeruare bellum cenſebatur, ut diuturniore principatu perculſos terrore ciues teneret.
Erat Soſſis homo quidam ob flagitia ſimul & temeritatem inter Syracuſanos notus
atque famoſus, qui quandam libertatis abundãtiam eſſe ducebat, ut aduſque res hu-
iuſmodi effrę natas uoces & procaciſſima emitteret obloquia. Iſte Dionis inſidiator
frequenti primùm concione ſurgens, multa in Syracuſanos conuitia protulit, quòd
ex uecordi ac temulenta liberati tyrannide, uigilantem ac ſobrium ſuſcepiſſe ſe do-
minum non intelligant: dehinc manifeſtum ſe Dionis hoſtem aperiens, è concione
61 diſceſſit. Poſtridie nudus per urbem curſitans, capite ac uultu ſanguinolento ſpecta-
tus eſt, ut qui perſequentes pleroſque fugeret. Talis forum ingrediens paratas ſibi à
Dionis militibus referebat inſidias, uulneratũ ſubinde caput oſtentans. Qua quidem
in re cõpatientes ſibi multos, & aduerſus Dionẽ inuectos habebat, illum imperioſa
& grauia patrare, ſi per cædes ac pericula liberas ex ciuitate linguas uelit auferre. Eius
tamen detectæ ſunt fraudes. Dion enim tametſi indiſcreta turbulentáue concio eſſet,
eò procedens purgauit obiecta, Soſſidem cuiuſdam ex Dionyſij ſtipatoribus eſſe fra-
trem demonſtrauit, eius uerbis inductum ciuitatem ſeditionibus ac diſcordia per-
turbaſſe, cùm nulla Dionyſio niſi per eorum diſſidentias & mutuas diſceptationes,
ſuperſit ſalus: ſimúlque medici Soſſidis plagã perdiſcentes, per ſumma magis, quàm
62 profundè actam inuenerunt. Enſes enim uulnera circa medium præſertim profunda
infligunt, totum uerum puſillum erat in Soſſide, multa habens initia, cùm is (uti par
eſt) ictus ex dolore remitteret, & ſubinde rurſus adigeret. Deinde familiares quidam
inter concionem attulere nouaculam, narrántque commeãtibus ipſis obuium factũ
eſſe Soſſidem cruore ſtillantem, & Dionianos ſeſe fugere milites dictantem, à quibus
ea ſe uulnera accepiſſe: qui hominem inſequeretur prorſus deprehendiſſe neminem,
cæterùm ſub cauo iacẽtem ſaxo conſpexiſſe nouaculam, unde is prodiſſe uiſus fuerat.
Has ob res facinoroſus iam Soſſis per hæc habebatur indicia: plerique etiam aduer-
ſus illum ſerui teſtimonia dixere, noctu ſolùm cùm nouaculam teneret egreſſum.
63 Quocirca ſeceſſere Dionis accuſatores, & populus, damnato morte Soſſide, in gratiã
cum Dione rediit: ſtipendiarios autẽ nihilominus ſuſpectos habebat, pręcipuè quòd
plurima aduerſus tyrannum maritima agitabantur certamina. Poſtquam enim Phi-
liſtus ex Iapygia multis triremibus Dionyſio ſubſidium allaturus aduentaſſet, cúm-
que hi externi forent milites, ad nullum amplius belli uſum eos eſſe idoneos cenſę-
bant: uerùm ſatis per ſe fore, cùm & nautica inſtructi & uires ac potentiam nauibus
eſſent aſſequuti. Eos inſuper proſper quidam maris euẽtus amplius extollebat, ubi ſu-
perato Philiſto in eum crudeliſſimè ac barbarorum ritu degraſſati ſunt. Ephorus qui-
dem refert eum capta naui mortem ſibi conſciſſe. Timonides autem à primordio re-
64 rum geſtarum Dionis ſocius, cùm ad Speuſippum philoſophum ſcriberet, Philiſtum
uiuum in poteſtatem ueniſſe tradit in terram excedente naui, Syracuſanóſque exuto
thorace nudum oſtentaſſe corpus hominis iam ætate confecti. Ei ſubinde per contu-
melias habito caput obtruncaſſe, pueris corpus tradidiſſe, útque per Acradinam di-
ſtractũ in latomias deiicerent mandaſſe. At rurſum Timæus maioribus inſultans ui-
tuperiis, puellos ait Philiſti cadauer claudo ex crure deligatum per urbẽ inter probra
contumeliáſque uexaſſe, ſpectantibus interea Syracuſanis raptatum crure hominẽ
dictitare ſolitũ, oportere Dionyſiũ haud equo citato, uerùm crure raptatum è regno
profugere. Verùm enimuerò Philiſtus nõ ab ſe, ſed ab alio prolatũ Dionyſio nũtiarat.
Cæterùm Timæus haud iniuſta occaſione ſuſcepta, quòd fidũ ſtudioſúmque pro im-

perio Philistum extitisse cõstabat,sese iactatis in eum maledictis exaturat. Cui si quis ea lacessitus tempestate adusque insensibilem iracundiam grauiter est inuectus, impertienda fortassis est uenia. Qui autem res illius gestas postremò scripsere, cùm in eius uita triste nihil pertulerint, hi hominis gloria refellũtur, ne rumoribus, aut alieno sermone freti, per cõtumelias ac procacitatem miserias obiectent, quarum participes uel præstantissimos homines fieri, modò fortuna uelit, res nulla prohibet. Nec uerò sanus est Ephorus, qui laudationibus Philistum exornat, qui tametsi rebus iniustis & moribus prauis honestas adiicere causas, & ornamẽtorũ rationes inuenire grauiter aptéque sciat, haud tamen ipse cuncta excogitans, eum ab incusatione potest abducere, ne supra omnes homines tyrannorũ amator extiterit, & maximè omniũ tyrannicas semper illecebras, potentiam, opes, & cõnubia, beatitudinis existimatione admiratióneque sit prosequutus. Sedenim aptissimus ille quisquis Philisti neque 66
gesta collaudarit, neq; fortunas obiectarit. Post Philisti necẽ Dionysius ad Dionem mittit, qui illum arcem tradere uelle dicant, armáq; ac mercenarios milites, & integrum illis septenos per menses stipendiũ: se per inducias in Italiam decessurũ, ibíque domiciliũ habiturum, ex Gyáte modò fructus perciperet. Is intra Syracusanos fines permultus ac fertilis ager est, ad mediterraneũ à mari surgens. Ea cùm Dion minimè recepisset, exorandos esse iussit Syracusios: ast illi uiuentem Dionysium ab se captum iri sperantes, legatos repulere. Tùm Dionysius grandiori natu filio Apollocrati arce tradita, uehementẽ obseruans flatũ, pretiosissima corpora pretiosissimámque supellectilem nauibus imposuit, itáq; præfectum classis latens Heraclidem euasit. Qua re 67
malè de se audiens, cùm ciues eum magnis tumultibus circunuenirent, Hipponẽ factiosum quendam hominem instituit, qui plebem ad diuidẽdum agrum accerseret. Etenim libertatis initium æqualitatem esse, seruitutis uerò, penuriã, cùm prædiis careant. Huius sentẽtiæ fauens Heraclides, aduersantẽ sibi Dionem magis implicat seditionibus, tum Syracusanis persuadet, ut hisce rebus decreto confirmatis, externos milites mercede spolient, aliósque subinde bello imperatores deligant, sese ab huius molestia & difficultate liberantes. Ii confestim dum ex tyrannide perinde ac ægrotatione longæua sese conantur attollere, & uti suis restituti legibus intempestiua factitant, rebus infeliciter gestis, odia contra Dionem exercebant, qui instar medici, in accurato & modesto uiuendi ordine continere ciuitatem expetebat. Ad nouorũ deinde 68
creationem magistratuum cùm conuenissent, æstate media inusitata tonitrua & dira prodigia per dies quindecim obuenere, ob quorũ religionẽ surgens assiduè populus alios designare duces impediebatur. Factiosis postmodum cõstanti serenitate obseruata, comitia conficientibus, bos quidam domitus, tumultus haud inexperiés neque insuetus, per id tẽpus furore contra bubulcũ agitatus, è iugo profugiens ad theatrum citato cucurrit impetu, quocirca surgentẽ illico populum nullo fugiendi ordine passim diffudit, cæteram discurrit urbem petulcis conturbans saltibus, quantùm postea hostes occupauere. His tum neglectis & uanefactis Syracusani quinque & uiginti præfectos creant, ex quibus unus erat Heraclides: alios clanculum submittere, qui milites à Dione subducerent, eos ad se multis pollicitationibus prouocare, & ciuitate pariter donaturos dicere. At illi ea repudiantes, Dionem fide & promptitu- 69
dine cum armis cõplectentes atque stipantes ex urbe deducunt, uiolato nemine: quibuscunque obuiabant multa de ingratitudine, de improbitate obiectabant. Syracusani contemptu paucitatis sese quòd eos non prius inuasissent parui pendere. Maiori igitur coacta manu impetũ faciunt, ut intra mœnia superatos obtruncarent. In hoc necessitatis ac fortunæ constitutus Dion, ut uel contra ciues dimicandum, uel cùm suis moriẽdum esset militibus, multa supplicare, manus Syracusanis tendere, referta hostibus arcem ostendere, qui desuper è muris comparentes eorum facta intuerẽtur. Sed cùm inexorabilis multitudinis incursus esset, & iam factionis duces ciuitatem, sicuti

70 cuti mare uenti, latè tenerent, suis ut ab aggressibus abstineant, imperat. At illis perinde ac incursum facerent cum clamore arma uibrantibus, nullum Syracusanorum manere cerneres, fuga per uias decedunt, insectante nullo. Dion enim suis continuò reuocatis, ad Leontinos contendit. Syracusani principes deri sui mulieribus facti, sese cùm ab ea eximere ignominia quæritãt, armatis denuo ciuibus Diona persequũtur, quem ut fluuium quendam traiicientẽ offendunt, adacto equitatu prælium inchoãt. Ast illum, ubi neque miti animo, neque more patrio sua amplius errata sufferre conspicantur, uerùm etiam suos facto agmine per iracundiam conuertentem, fœdiorem quàm antea fugam capessentes, haud multis sanè cæsis, in urbẽ reuertuntur. Leontini Dionẽ splendidissimis suscipiunt honoribus, militibus stipendia ciuiliter impartiũt, à Syracusanis per legatos postulant, ut militibus quæ iusta sunt, faciant: sed ij legatos
71 qui Dionem accusarent, miserunt. Cùm uniuersi deinde socij in Leontinis conuenissent, postquam multa diseruere, Syracusios iniusta patrasse censetur. Illi sociorũ iudicio nusquam stare, iam deliciis & insolentia gloriari, quòd nulli auscultarent, sed seruientibus & reformidantibus plebem ducibus uteretur. Inter hæc à Dionysio ad urbem uenere triremes Neapolitanum aduehentes Nipsium, qui & annonam & pecunias apportabat obsessis. Facto nauali prelio uictores Syracusani fuere, captis ex regia classe nauibus quatuor. Ea uictoria insolentes, & iam nullius audientes imperio, lætitiam ad conuiuia & furiosos uertunt conuentus, adeò quæ usui erant neglectui data, ut cùm arcem habere se putant, ciuitatem insuper amisere. Nipsius enim ubi nullam in ciuitate partem cernit incolumem, & uulgus quidem à luce prima in profundam usque noctem inter modulamina ebrietatésque detentum, præfectos uerò per huius sodalitij uoluptatem multam temulẽtis hominibus adiicere necessitatem segnes at-
72 que pauentes, cõmodissimè fretus tempore, murum aggreditur. Quo perfracto immissis imperat barbaris, ut quoscunque obuios habuerint, eis pro uiribus atque libidine utantur. Statim id malum sentiunt Syracusani, tardè autem & magno cum labore per stuporem auxilia conferebant. Populationes in urbe fieri, mortales interimi, parietes dirui, mulieres ac pueri cum eiulatu in arcẽ agi. Summa rerum desperatio præfectos habebat, quòd ubique promiscuos cum hoste ciues ullos ad usus habere nequibant. Hunc in modum urbanis sese rebus habentibus, cùm Acradinæ iam propinquum discrimen esset, in quo reliqua spes inniteretur, quod quanquam intelligerent facilè omnes, nemo tamen palàm dicebat, ob ingratitudinẽ & mala in Dionem consilia pudore perplexi. Cæterùm ui necessitatis impendente, sociorum equitum clamor exoritur, uocandum esse Dionem, & ex Leontinis accersendos esse Pe-
73 loponnenses. Quod ubi per audaciam proferri, & audiri cœptum est, uociferatio, gaudium, lachrymæ cunctos tenuere Syracusanos, hominis orantes aduentum, aspectúmue cupientes, haud immemores quanto in terroribus robore ac promptitudine ualeat, ut non modò ipse impauidus sit, sed eos etiã audaces, & in conserenda cum hostibus manu intrepidos exhibeat. Mox igitur ad eum mittunt sociorum quidem nomine Archonidem & Thelesidem: ex equestri uerò ordine, quinque cum Hellanico missi. Hi per totum iter equos laxatis agitantes habenis, uergẽte iam die in Leontinos perueniunt. Tum desilientes equis, primùm coram Dione obortis procidere lachrymis, calamitates Syracusanorum exponunt. Nonnulli iam Leontinorum interueniebant, multi etiam Peloponnenses circa Dionem congregabantur, dum ho-
74 minum cùm studio, tum supplicationibus innouatũ aliquid suspicantur. Eapropter cùm prior ille ad cõciocem processisset, promptissimè facto concursu, Archonides & Hellanicus introgressi succinctè malorum magnitudinem exponũt, & milites obliterata iniuriarũ memoria ad ferendam Syracusanis opem deprecãtur, quãdoquidem maiores ipsi pœnas dederint, quàm illi maleficiis irritati uoluissẽt. Postquã hi desiere loqui, ingens silẽtium totum habuit theatrum. Surgente Dione, cùm orare cœpisset,

Pugna inter Dionem & Syracusios.

complures ei manabãt lachrymæ,ita ut uocem teneret. Tum condolentes ei milites, bono ut esset animo rogitabant. Cùm igitur ex affectu sese paululum Dion recepisset, Viri, inquit, Peloponnenses ac socij, hoc uos in loco, ut pro uobis deliberationem capesseretis, coegi: mihi haud pulchrè res se habent, ut cùm Syracusana uastetur ciuitas, de me ipse cõsultẽ: quòd si eam seruare nequiero, proficiscar, in patria igni & ruina tumulandus. At si inconsultissimis & infelicissimis nobis opem afferre statuistis, uestrum opus Syracusanam erigite urbem: sin hoc propter Syracusanorum iracundiã, & conceptas in eos querimonias aspernabimini, dij uobis pro pristina in me uirtute & promptitudine dignas persoluant grates. Memineritis autem neque uos prius iniuria lacessitos, neq; ciues posterius calamitate uexatos, à Dione destitutos. Eo adhuc differente, milites cum clamore prosiliunt, maturè sese ad præstandam opem duci iubentes. Tùm Syracusanorũ legati eos amplexantes salutare, multa à diis immortalibus Dioni, multa militibus bona orare. Sedato tumultu Dion illis imperat, ut cõfestim abeuntes apparẽt sese, cúmque cœnitauerint, illum in locum armati ueniant: noctu enim subuenire decreuerat. Cæterùm Syracusis Dionysij duces quoad illuxerat, multis ciuitatem malis afflixere. Ingruentibus tenebris, paucis suorum amissis in arcem decessere. Tum factionis principes recepta fiducia, cùm hostẽ ob perpetrata quietem acturum esse sperarent, rursum ciues ut Dionem omitterent, orabant, quem si fortè cum militibus aduentarit, ne suscipiant, neque illis ut uirtute præstantioribus cederent, ipsi uerò per se urbem libertatémque saluam tuerentur. Denuo igitur præfecti qui eum auerterẽt, mittunt: equites autem & familiares ciues ut maturaret iter, hortabantur, quamobrem tardè simul ac per otium proficiscens, aduenerat. Procedẽte nocte, Dionis inimici, ut illum excluderent, portas tenebant: at Nipsius rursus ex arce longè plures, multóque promptiores immittens stipendiarios, uniuersum confestim murum demolitus est, tum ciuitatem percurrens, diripuit. Cæsi non modò uiri, sed etiam mulieres ac pueri: direptiones modicæ, ast magna cunctorum strages. Dionysius enim cùm desperatis iam rebus in Syracusanos grauissimis conflagraret odiis, cadentẽ principatum urbe tumulare uolebat. Proinde dum illi Dionis auxiliũ præuenire concupiscunt, quæ pernicissima omnium strages & conuastatio est, igne grassantur, proxima quæque tædis ac lampadibus succendentes, spicula ignita autem arcubus in longinqua spargentes. Qui profugerent per uias, intercepti necabantur: qui domos introirent, igne compulsi rursus erumpebant: incendio complures interiere, quidam in discurrentes ferebantur. Ea maximè calamitas unà uociferantibus uniuersis, urbem Dioni referauit. Cùm enim inclusos in arcẽ hostes accepisset, haud amplius gradum studio solicitabat. Procedente die, prodeuntes ei obuiam equites captam secundò urbem denuntiant: nonnulli deinde aduersariorum aderant, uelocius properare obsecrantes, latius intendente malo. Heraclides fratrem emittens, dehinc annunculum Theodotem auxilium supplex implorabat. Nullum iam hostibus impedimento esse, se quoque uulneratum, parum abesse ne ciuitas euersa & concremata collabatur. Dion cùm in tales incidisset nuntios, procul à portis stadiis aberat sexaginta: expositio militibus urbis periculo, eísq; nonnihil adhortatis, haud amplius pedetentim, uerùm concitato cursu ad oppidũ duxit exercitum, aliis atque aliis occurrentibus, & ut approperaret deprecantibus. Mira dehinc militum uelocitate ac promptitudine fretus, per portas urbis in regionem Hecatompedon appellatam euasit, continuóque in hostes leuiorem immisit armaturam, ut eorum conspectus audaciam Syracusanis adiiceret. Reliquos munitos armis, simúlque cõfluentes ad eum ciues, unáue consistentes instruxit, rectas componens turmas, præfectósq; dispartiẽs, ut multis simul ex locis terribiliorẽ se hostibus inferret. His itaque paratis, ubi deis adoratis suos per urbẽ in hostes agens, cernitur, clamor, lętitia, & ingens uociferatio Syracusanorũ uotis pariter & adhortationibus permistus exoritur. Liberatorem Dionа, deúmq;

Dionis oratio ad Peloponenses & socios.

deúmque cõpellabant, milites uerò fratres atque ciues: nec ullus ea tempestate tanto sui, aut uitæ amore tenebatur, ut non magis pro unico Dione, quàm cæteris uniuersis anxius uideretur, qui per cruorẽ, ignẽ, & strata per plateas cadauera discrimen primus inibat. Res etiam hostium formidolosa erat, qui sæuitia referti structa prò muro
80 acie difficilem ac penè insuperabilẽ reddebant ingressum. Ingens ab igne periculum Dionianos perturbabat milites, ac infestum efficiebat iter. Hi nãque cùm ædes flamma depasceretur quaquauersum relucens, feruida permeabant rudera, & descendentia murorum fragmenta ancipites transcurrebant, multo simul fumo & puluere incedentes obnixè contendebant, ne cõtinuata scinderetur acies. Vt uerò sese hostibus immiscuere, pauci cum paucis, ob locorũ angustias & iniquitates, cominus pugnam conferunt. Syracusanis clamore & promptitudine fortius incumbentibus compulsus ui Nipsius plurimos suorũ in proximam fugientes arcem reduxit incolumes, destitutos quosdam extrinsecus & palantes ipsi Dionis milites infectantes interimunt. Eius uictoriæ fructum, alacritatem inquam atque complexus, qui talia decẽt opera, præsens minimè tempus exhibuit, dum ad suas conuersi domos Syracusani in restin-
81 guendis ignibus, quod ea uix nocte factum est, occupãtur. Vt primùm illuxit, cæteri quidem factiosi propria salute desperata fugam capessunt: Heraclides uerò & Theodotes Dioni sese dedentes iniustè perpetrasse fatẽtur, útque in eos se meliorem, quàm erga illum fuerint, exhibeat, suppliciter orant: decere profectò, ut cùm Dion reliquis uirtutibus nullis comparandus sit mortalibus, ipsa iracundia etiam ipsis excellat ingratis, qui ut inferiores se uirtute fateantur, aduẽtant, pro qua priores cum eo seditiones actitarunt. Hæc deprecante Heraclide, amici quidem Dionem hortabantur, ut ne flagitiosis ac inuidis parceret hominibus, cæterùm Heraclidem militibus largiretur, & popularem ex ciuitate seditionem eximeret, quam sanè furore uexatam, nõ minorem tyrannide constat esse languorẽ. Quos Dion placabat, ita præfatus: Cæteris quidẽ imperatoribus aduersus bellum & arma plurimùm exercitationis extitisse, se autem
82 in Academia diutius exercitatum, quò furoris, iracundiæ, inuidiæ, omnísque uictor contentionis esset: quarum rerum demonstratio est, non erga familiares & bonos uiros modestia, uerùm si quis acceptis iniuriis, delinquentibus exoratu facilis mitísue sit. Velle autem se Heraclidæ non tantùm potestate ac prudentia, quantùm bonitate ac iustitia superiorem esse: in istis enim uerè meliorem esse liquet: at res bellicas prosperè gestas etsi nemo mortalium, certè fortuna suo iuri uẽdicat. Si ob inuidiam Heraclides perfidus nefariúsque sit, haud propterea opus est Dionẽ uirtutem per iram furorémue corrumpere. Meritas enim infligere pœnas, quàm iniurias prouocare, iustius esse definitur à legibus: quod ex imbecillitate natum est. Hominis autem improbitas, quanquam id fortasse difficile, haud usqueadeò ferox penitus & immitiga-
83 bilis est, ut non multis persæpe uicta beneficiis, gratia permutetur. Hisce fretus rationibus Dion missum fecit Heraclidem. Ad murum deinde conuersus, Syracusanis uiritim imperat, ut unam cominus fossam extruerent. Illis autem noctu quieti sese dedentibus, milites antè locans transuersis trabibus arcem circunsepsit. Quæ res adeò latuit, ut luce prima hostes pariter ac ciues, & celeritatem & opus admirarentur. Inde ubi necatos sepulturæ mandauit, captiuósque haud certè duobus millibus pauciores soluit, conuocata concione procedens in medium Heraclides, ut terra marique Dion imperator deligeretur, sententiam dixit. Quod cùm optimates suscepissent, & creandum esse censerent, nautarum & mercenariorum greges fremere, è classis præfectura eiectum Heraclidem condolere, eum tametsi reliquis in rebus nullius dignitatis hominem, at omnino popularem, multitudiníque magis obnoxium au-
48 tumare. Hoc permisit eis Dion, & Heraclidi maritimum restituit imperium: eis deinde ad agri ac domorum diuisionem concitatis aduersatus, & facta prius super his decreta rescindens, mœrorem iniecit. Quocirca alterum statim Heraclides iniens

principatum, ſocios nauigationis milites ac nautas Meſſanam deducens, ibi reſedit, ad ſeditionem illos commouens, & contra Dionem inſtigans, quem ſibi regnum parare diceret. Ipſe clandeſtinas cum Dionyſio pactiones per Spartanum Pharacem tranſigebat. Quod ubi clariſſimi Syracuſanorum intellexere, in exercitu orta ſeditio eſt, ob eámque rem caritas ac penuria Syracuſas premebat, adeò ut anceps Dion malè de ſe ab amicis audiret, qui hominé adeò intractabilem, liuoréque ac nequitia corruptum, cõtra ſe amplificarit Heraclidem. Pharace penes Agrigẽtinorum Neapolim 85
metante, Dion cum Syracuſanis egreſſus ſecũ alio in tempore decertare uolebat: inclamantibus Heraclide ac nautis, Dionem idcirco nolle rem prælio decernere, quò perpetuum illi maneat imperium, coactus Martẽ conſeruit, ubi & ſuperatus eſt. Cæterùm cùm ob ſeditionem inteſtinam perturbati ſeſe magis ipſi in fugam uertiſſent, iteratò Dion prælium parare, inſtructíſque perſuadere ac adhortari. Initio mox noctis nuntius affertur, Heraclidem tota cum claſſe Syracuſas uerſus annauigare, eo cõſilio, ut capta urbe eum cum toto excludat exercitu. Continuò igitur robuſtiſſimos & expeditiſſimos recipiens, noctu adequitat, & tertia demum hora diei ſeptingentis exactis ſtadiis, pro portis ſtetit. Heraclides quanquam nauibus certatim cõtendiſſet, ubi ſerò ueniſſe ſe intelligit, reflexo curſu errabũdus agenda inuadebat. Ita ex improuiſo Spartanus illi occurrit Gæſylus, qui ex Lacedæmone, ut Siculorum ducem an- 86
nauigare ſe aiebat, quemadmodum ſuperiori quandoque tempore Gylippus. Hunc ita libens uirum aſſumens, ut eum perinde ac aliquod contra Dionem medicamen adſciſceret, ſe ſociis oſtendit. At præmiſſo caduceatore Syracuſas, ciuibus ut Spartiaten ſuſciperent præfectum, imperabat. Cui Dion, ſatis præfectorum Syracuſanis eſſe reſpondit: quòd ſi res ipſæ Spartano prorſus indigeant, Spartanum ſe ciuem factum eſſe. Omiſſo Gæſylus principatu, ad Dionem nauigans conciliat Heraclidem, fidem maximam & iuſiurandum præſtantem, quo Gæſylus ipſe iurauit, Dionis quidem ultorem, & acerbiſſimum Heraclidis animaduerſorem fore, ſi quid ab eo nefariè perpetratum extitiſſet. Dehinc Syracuſani claſſem (quandoquidem nihil ea opus erat) 87
diſſoluunt, quæ ingentium impenſarum ac ſeditionis cauſa principibus fuerat. Ad obſidendam dehinc arcem intenti, circunductum exædificant murum. Poſtmodum circũſeſſis opitulãte nullo, cùm iam annona deeſſet, & facinoroſi forẽt milites, Dionyſij filius deſperatis omnino rebus cum Dione inducias agit, ei arcem, arma, & reliqua tradit impedimenta: ipſe matre ſororibúsque receptis, quinis onuſtis triremibus ad patrem nauigat, tutò illum emittẽte Dione. Huic ſpectaculo Syracuſanorum nemo ferme defuit: at quicunque defuerat, magnis inclamabatur uocibus, ea die ſolem liberis exorientem Syracuſis non inſpectaſſe. Maximum & quod ætate etiam noſtra clariſſimum narrari fortunæ poſſit exemplũ, fugam conſtat eſſe Dionyſij. Qualis tũc 88
illorũ exiſtimanda lætitia, qualis uerò illis ſenſus, qui minimas per occaſiones ex ampliore, quàm præterita uiderint ſecula, tyrannide deſcendebant? Poſtquam uela dedit Apollocrates, Dion uadit in arcem. Cuius ingreſſum haud expectare mulieres, ad fores curſitare, Ariſtomacha Dionis filium ducere, ponè ſequi Areta lugubris & incerta quonammodo uirum ſalutans compellaret, quæ cum altero conſortium habuiſſet. Eo ſororem primùm, dehinc filiolum ſaluere iubente, Ariſtomacha adducta coram Areta, Te quidem, inquit, exulante Dion, in magnas incidimus miſerias. cæterùm re- “
diens, parta uictoria, nobis omnibus mœrores eleuaſti, hac ſola duntaxat excepta, quã “
infelix ego te incolumi alteri nuptam uiro coactã quidem & inuitã aſpexi. Cùm igi- “
tur te nobis dominum fortuna conſtituerit, quo pacto illam huic neceſſitatem iudi- “
cas? téne ut auunculum, aut ut maritum conſalutabit? Talia dicente Ariſtomacha, 89
Dion profuſis lachrymis, uxoré magna beneuolentia & charitate complectitur. Tradito poſtmodum ei filio, in ſuam trãſmiſit domum, in qua poſteaquam in Syracuſanorum manu arcem poſuiſſet, uitã ducebat. Progredientibus hunc in modum rebus nullum

nullum prius ex præſenti felicitate fructum ſuſcipere dignum cenſuit, quàm amicis gratias, ſociis largitates, præcipuéque in urbe familiaribus & militibus aliquam humanitatis & honoris portionem impartiret, animi magnitudine uires ac facultates exuperãs, cùm interim ex iis quæ obuenerant, ſeſe parcè, tenuiter ac modeſtè curaret. Magna uerò omnibus admiratione habebatur, quòd non ſolùm Sicilia atq; Carthago, ſed uniuerſa etiam Græcia ad eum feliciter ac tranquillè degẽtem aſpiceret. Cúmque nihil tantæ amplitudinis ea tẽpeſtate putaretur, nec alterius imperatoris clariorẽ eſſe fortitudinem fortunámque conſtaret, ipſe talem ſeſe præſtaret ueſte, famulatu, &
90 menſa frugalẽ, qualem cùm in Academia unà cum Platone uitam duceret, non qui inter ductores militũ aut mercenarios bellatores degiſſe uideretur, quibus quotidianæ ſatietates, libidinésque uoluptariæ, laborum ac periculorũ ſolatium eſt. Ad eum perſcribens Plato, hunc unum aiebat ex orbe terrarum omnes intueri, cùm ille ipſe unicum unius ciuitatis locum Academiam cernere uideretur. Eius loci uiros ſpectatores & iudices agnoſcebat, qui non rem geſtam, non audaciam, non uictoriã quampiam admirarẽtur: ſed qui id ſolùm animaduerterent, ſi quis in magna rerũ amplitudine, per honeſtatem, temperantiam, ac modeſtiam, uti fortuna ſciret. In habẽda autem hominum ſocietate, nihil ex elato animi tumore, & ſeuera nimis in populũ cõtentione auferebat, nihílue remittebat, tametſi res illius gratia magnopere indigerẽt, & Plato eum, ut diximus, increparet, ac perſcriberet comitem ac uicinam ſolitudinis
91 eſſe pertinaciam. Cæterùm cùm ſolutos nimiùm Syracuſanos & mollitos ex illecebris retrahere nitebatur, natura quadam nullo lepõre aut comitate permiſta uidebatur uti. Rurſus ei Heraclides incumbit. Is primùm quidem in cõcilium accitus, adire noluit: cùm enim priuatus eſſet, nõ niſi cum cæteris pariter ciuibus in concionem iturum. Dehinc accuſare Dionem cœpit, quòd arcem demolitus non eſſet: cúmque populus Dionyſij ſepulchrum euertere, & diſſicere corpus affectaret, haud ſiuerit: cõſiliarios etiã ex Corintho accerſat, quòd ciues dedignetur habere collegas. Re autem uera Dion Corinthios aduocabat, quoniã eis præſentibus facilius reipub. ſtatũ, quem animo uerſabat, conſtituere poſſe ſperabat. Cogitabat enim illũ populi dominatum inhibere, qui nõ ciuilis forma rei, ſed ut à Platone dictum eſt, quidam uniuerſalis re-
92 rum ciuilium mercatus eſſet. At cùm Laconicum & Cretenſe quoddam genus permiſcẽs, ex populari ac regio optimatum principatum comparaſſet, qui ſuperior ampliſſima quæque diſponeret, ordinẽ rebus inſtituere decernebat. Videbat nanq; Corinthiorum ciuitatem dominatione paucorum adminiſtratam, haud multa ex publicis in populo agere. Cùm igitur his aduerſaturum conſiliis expectaret Heraclidẽ, alias quidem ad res turbulẽtum hominem, ſeditioſum, & permutationis auidũ, quod diutius impedierat, eo tempore necare uolẽtibus aſſenſus eſt. Hi igitur domũ irrum- *Heraclidis interitus.*
pentes, illum obtruncant. Eius mors Syracuſanos uehementi dolore confecit. Dion tamen ei magnificè iuſta parauit, infectante exercitu cadauer aſſocians. Habita deinde ad populum concione ueniam impartierũt: haud enim fieri potuiſſet, ut cùm He-
93 raclides ac Dion ciuiles agerent magiſtratus, urbanæ ſeditiones pacarentur. Erat quidam Dionis ſocius Callippus Athenienſis, quem illi non ex diſciplina, uerùm ex myſteriorũ inductione & circuncurrẽti ſocietate notum, & conſuetũ fuiſſe Plato refert. Hic expeditionis particeps magno habebatur honore, adeò ut cũctis prior æqualibus Syracuſas coronatus intrauerit, & dimicando clarus ac inſignis extiterit. Aſt ubi primarios atq; præſtãtiſſimos Dionis amicos bello abſumptos cernit, & occiſo Heraclide Syracuſanũ populũ duce priuatum, Dionianos etiã ſibi milites animũ magnopere adieciſſe, ſceleſtiſſimus hominũ factus eſt. Ex hoſpitis cæde præmiũ omnino Siciliã conſequi ſperãs, & talenta uiginti (ut tradidere nõnulli) necis mercedẽ ab hoſtibus captans, quoſdã aduerſus Dionẽ milites corruptos inſtituit, nequiſſimũ ac uerſutiſſimũ
94 agitans exordium. Nam cùm aliquas ſemper militum uoces aut reuera deprehenſas,

aut commentitias illi referret, talem ex fide licentiam cepit, ut quibuſcunque uellet contra Dionem magna cum audacia occultos faceret ſermones, eo ita mandante, ne cuiuſpiam ſimultas latêret aut odiũ. Hinc euenit, ut Callippus flagitioſos ac lãguentes confeſtim repertos adſciſceret: quòd ſi quis hiſce reiectis ſermonibus, ſeſe Dioni tentatũ fuiſſe retegeret, ille nihil turbatus aut grauiter ferens erat perinde ac iuſſa nauante Callippo. Conſtitutis hunc in modum inſidiis, ingẽs ac prodigioſum Dioni ſe ſimulachrum obtulit. Dies uergebat in ueſperã, cùm ille intra domi cubiculũ ſolus ſecum cogitabũdus ſederat. Interim è regione porticus repentino exoriente ſtrepitu, cùm nondũ planè dies defeciſſet, ſtetit inſpectans, grandem intuetur fœminam, nihil ueſtitu aut facie à tragica permutatam furia. Ea ſcopis quibuſdam mundabat ædes. 95 Perculſus graui pauore Dion, conuocatis amicis uiſum exponit, penitúsque cõſternatus cùm extimeſceret, ne id denuo uidendum ſoli ſibi aduẽtaret oſtentum, eos obſecrauit, ut cum eo pernoctantes manerent. Verùm enimuerò id haud rurſus accidit, ſed paucos intra dies filius eius, cũ ferme pubeſceret, ex parua quippe triſtitia & puerili quadam iracundia prius cauſa ſuſcepta, è tecto ſe in caput præcipitem deiiciẽs periit. In hoc rerum ſtatu cùm Dion eſſet, Callippus inſidiis magis atque magis inſtare, in Syracuſanos rumorem edere, ut orbatus liberis Dion, Dionyſij filium Apollocratem uocare, & hæredem facere inſtituiſſet, qui uxori quidem ex fratre nepos erat. Iam Dionem ac mulieres eorum, quæ patrarentur, ſuſpicio habebat, & undique nuntij afferebantur. At Dion, ut uidetur, poſt Heraclidis interitũ mœrore cõfectus, quaſi 96 uitæ ac rebus à ſe geſtis quandam inureret maculam, grauiter ſemper ac moleſtè degens, multoties iam ſe neci paratũ eſſe, & cuique uolenti præbiturum ſe iugulũ dictitabat: ſi uiuendum ei foret, non hoſtes modò, uerùm etiam amicos obſeruaturum. Callippus uerò cùm mulieres rem diligenter inueſtigare cerneret, perterritus uenit ad eas, factum effuſis negare lachrymis, quamuis daturum ſe fidem. Illæ ut magnum iniret iuſiurandum poſtulant. Id extat huiuſmodi. Qui fidem præſtat, in Cereris deſcendit templum, & quibuſdam peractis ſacrificiis, deæ purpuram induit, tum ardẽtem captãs faculam iurat. His confectis omnibus, Callippus iuratus deos adeò irriſit, ut eius, quam iurauerat, deæ diem feſtum expectans, cædẽ inter ipſa perageret. Proſerpinalia, eam nihili faciẽs deæ diem, quam omnino uiolaret & impiè coleret, ſi alio in tempore dux ipſe ſacrorũ illius ſacerdotẽ iugulaſſet. Cùm plures in eius cõmunicatione facinoris eſſent, & Dion domi quæ nonnullos habet accubitus, unà cum amicis aſſideret, alij exterius obſidere, alij foribus atque feneſtris adſtare, Zacynthij qui manus afferre debebant, tunicati ſine mucronibus accedere, ſimúlq; qui extrinſecus uerſabantur attractos tenere poſtes. Zacynthij Dionem inuadentes, ut eum tenerent opprimerẽntque, eniti: quod ubi incaſſum cedit, enſem efflagitare, nemo fores reſerare audere. Multi, enim cum Dione intus erant, quorum unuſquiſque dum eo miſſo de propria ſalute cogitat, nuſquam afferre ſubſidium audet. Dum ita cunctantur, Lycon Syracuſius pugionem cuidam Zacynthio per feneſtras porrigit, quo retẽtum aliquãdiu & attonitum Dionem uti uictimam obtruncant. Sororem continuò unà 98 cum uxore prægnante coniiciunt in carcerem. Obtigit autem, ut cùm per ſummam calamitatem partus inſtaret in uinculis maſculum parturiret infantem, quem placatis cuſtodibus mulieres educare aggreſſæ ſunt. Iam enim turbulentæ ſeditiones Callippum inuoluebant. Principio nanque Dione cæſo cùm famoſus eſſet, & Syracuſas oppreſſiſſet, Athenienſium ciuitati ſcripſit, quam ſecundum deos poſteaquam tam abominando ſe facinore contaminarat, uereri ac expaueſcere debuiſſet. Sed id uerè dictum extitiſſe uidetur: Excellentiſſimos uirtute eos eſſe uiros, quos bonos ciuitas illa protulerit: quos autem malitia deprauatos, eos quàm ſceleſtiſſimos: quemadmodum eorũ tellus & mel optimũ, & ocyſſimum necatu conium parturit. Haud tamen 99 Callippus quoddã fortunæ deorúmq; conuitiũ diu ſuperſtes euaſit, ut qui hominem tantam

Prodigia Dionis mortem præcedentia.

Iuſiurandum magnũ quale.

Dionis interitus.

tantam per humanitatem principatus, & opulentiam conſequutum, incuriæ aut neglectui dediſſet. At digna cõfeſtim dedit ſupplicia. Siquidẽ Catinam capere adortus, continuò Syracuſas amiſit. Quo tẽpore eum dixiſſe ferunt amiſſa urbe, Tyrocneſtim in poteſtatẽ redegi. Subinde Meſſanos inuadens, maximã militum partem, in quibus & Dionis interfectores, perdidit. Poſtmodũ cùm nulla eum Siciliæ ciuitas ſuſciperet, uerùm uniuerſi per odium populſarẽt, Rhegyum occupat, ibi cùm ſumma deges inopia ſtipendiariis neceſſaria malè ſuppeditat, à Leptino & Polyperchonte occiditur. Ad ipſius necem eo fortè uſi pugione dicũtur, quo uulneratus eſt Dion: illum autem à magnitudine cognitum perhibẽt: Laconicorũ enim more perbreuis, præterea artificij apparatu, utpote magno cum ornamento ac ſubtilitate fabricatum. Huiuſmodi pœnas Callippus dedit. Ariſtomachen uerò & Aretam, ut primùm exemptæ uinculis fuere, Hicẽtes Syracuſanus Dionis amicus ſuſcepit, & magna fide ac beneuolẽtia curare uiſus eſt: dehinc ab Dionis hoſtibus inductus, eas perinde ac in Peloponneſum tranſmiſſurus, naui ad id cõparata impoſuit, ſubinde mandans, ut inter nauigandum necatæ deiicerentur in pelagus. Nonnulli uiuentes adhuc unà cum puello demerſas aſſerunt. Hunc etiam dignæ pro audacia pœnæ inuaſerunt: ipſe enim cùm in Timoleonis manus peruenĩſſet, interiit. Syracuſani præterea in Dionis ultionem duas filias interfecere, de quibus in Timoleonis uita ſingulatim perſcriptum eſt.

Marcus Brutus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 MARCI Bruti progenitor fuit Iunius Brutus, quẽ priſci Romanorũ in Capitolio ex ære finxerũt mediũ inter reges, enſem ſtrictum exerentẽ, quòd is cõſtãtiſſimè Tarquinios euertiſſet. Ille ueluti quædam fulminei enſis acies durũ & inexorabile ingenium nactus, adeò tyrannos odit malè, ut tanquã inſano impetu uectus, uſq; in liberorũ ſuorum cædẽ ſæuierit. Hic uerò Brutus de quo nũc agitur, & bonarum artium diſciplina, & philoſophię ſtudiis imbutus, morésque ſuos natura graues & humiles ciuilibus negotiis excitãs, ad bonum & æquum modeſtiſſimè ferri uiſus eſt. Quare etiã qui ob conſpirationẽ, quæ in caput Cęſaris acta eſt, inimicitia in Brutũ flagrabant: ſi res ea magnificũ & generoſum quicquã afferebat, id Bruto dabãt: 2 ſin difficile durúmque, Caſſio. Erat Caſſius in primis Bruto familiaris atque beneuolus, ſed diſſimili ingenio, ac uarius impurúsque. Seruilia mater Bruti fuit, cuius genus ad Halam Seruiliũ referunt, qui clàm gladio cinctus, Meliũ Spuriũ ſeditioſum ciuẽ, & ſolicitatione plebis tyrãnidem machinantẽ, in medium forũ traxit, ibíq; ſimulato colloquio, eum obſequentem ferro confecerat. Maternũ hoc Bruti genus clarè compertum habetur: paternũ uerò, qui Cæſaris gratia, odio quodam in Brutũ æſtuabant, non ab eo deducũt Bruto, qui Tarquinios urbe eiecit, cùm ab eo dicãt liberos ſuperſtites nullos fuiſſe, nam eos occiderat: ſed plebeium ipſum cõmemorant, & ex quodã ipſius Bruti diſpenſatore genus ducere, ipſúmq; nuper in ſenatũ aecitum. Poſidonius philoſophus priorem Brutum narrat geminos filios natu grandiores (ut habet hiſtoria) ſecuri pereuſſiſſe: ſed tertiũ unum, eúmq; infantem, ex eo ſuperſtitem fuiſſe, à quo 3 uno deinde eius familiæ poſteritas omnis propagata eſt. Præterea aſſerit tempeſtate ſua quoſdam claros ex ea gente floruiſſe uiros, quorum aliqui formam ex Bruti ſimulachro ducere uiſi ſunt. De his hæc cõmemoraſſe ſatis eſt. Seruiliæ, quã Bruti genitricem diximus, frater fuit Cato Vticenſis, quem auunculũ primò, deinde etiã ſocerum, Brutus in primis Romanorum omniũ ſtudio habuit. Philoſophos Græcos ferme (ut

ita dicam)omnes audiuit, nec ullius ipſorum diſciplinæ, uel expers uel ignarus fuit. Platonicos tamen enixè coluit:nouam ac mediã Academiam linquens, ueterẽ fouit. Huic ſectæ addictus Antiochum Aſcalonitã ingenti admiratione obſeruauit, eiúsq; fratrem præſtanti uirtute uirum amicitia ſibi iunxit, ac uiuendi comitem fecit. Hic enim doctrinæ habitu licet à multis philoſophis longè abeſſet,uitæ tamen integritate ac humanitate egrẽgia primis adæquandus habebatur:Emphilus illi nomen,cuius 4
Brutus in epiſtolis ſuis,Brutíq; domeſtici ſæpius meminerunt ob amborum uictum, quem communem ſimul agebant. Is etiam Emphilus erat orator,& de cæde Cæſaris opuſculũ,quod Brutus appellatur,non ignobile edidit. Latinè Brutus facundiã militarem bellíſq; accõmodatam exercuit: Græcum uerò graue ac ſententioſum dicendi genus,& Laconum breuitatẽ quodammodo imitatus eſt.Ex quo in quibuſdã epiſtolis ſuis Grẽcis eſt adnotatus,ut in ea qua iam bello implicitus Pergamenis ſcripſit,ubi inquit:Audio uos Dolabellæ dediſſe pecunias:ſi ſponte dediſtis,faſti eſtis iniuriam:ſi « *Bruti Laconiſmi.*
inuiti,hoc oſtẽdetis,ſi contrà eas mihi ſponte dederitis.Rurſum Samiis:Conſilia ue- «
ſtra nihil pẽſi habent:res tardæ,quis horum finis exiſtimate. Scripſit & alibi de Pata- «
reis in hæc uerba:Xanthij beneficium meum contemnentes,ſepulchrum deſperatio- «
nis patriã habuerunt.Patarei ſeſe mihi dedentes,confiſi nulla re deficiũt, omnia quæ 5
ad libertatem attinent pulchrè adminiſtrantes.Fas ſit & uobis,aut Patareorũ ſenten- «
tiam,aut Xanthiorum fortunã eligere. Huiuſcemodi epiſtolarũ Bruti genus eſt,quæ «
ex hac breuitate notantur. Nondum adoleſcentiæ fines egreſſus, cum auunculo ſuo Catone,qui in Ptolemæum Aegypti regẽ à ſenatu dux fuerat deſignatus, in Cyprum eſt profectus.In qua expeditione cùm Ptolemæus ſeſe necaſſet,& Cato apud inſulam Rhodum opportunã moram ageret, Canidius uir Catoni beneuolus, ad tutãdas regis opes ab eo miſſus in Cyprum:ſed Cato extimeſcens,ne Canidius ſeſe furto nõ abſtineret,Bruto ſcripſit, ut extẽplo è Pamphylia Cyprum peteret: ibi enim redimẽdæ ualetudinis cauſa obuerſabatur. Brutus licet inuitus Cyprum nauigat, ibíque Canidium modeſtè conueniens,diſſimulata ſuſpicionis cauſa,ne à Catone adeò ignominioſè improbari uideretur,eum liberaliter habuit,omnémque procurationis curam, ut iunior ac uacuus,nihil ad ſe pertinere ſimulauit,uerùm ita omni ſtudio & diligẽtia rei ſolicitus fuit,ut à Catone ſummis laudibus ornatus fuerit, & opibus illis in argentum redactis,& magna pecuniarum parte accepta,Romam nauigarit. Cæterùm cùm res urbis in manifeſtam ſeditionem ruere uiderentur, & turbato ſenatu, Cæſar atque Pompeius arma proferrẽt,creditus eſt Brutus palàm Cæſaris partes ſequi:nam eius pater iam pridem ob Pompeium obierat.Sed ipſe indigniſſimum ratus priuatos affectus publicis anteire,præterea Pompeij cauſam æſtimans iuſtioré eſſe,quàm Cæſaris,Pompeium ſequutus eſt,licet antea cùm obuiam illi fieret, eum minimè ſalutaret,ſcelus ingens æſtimans cum interfectore patris habere colloquium.Pompeio igi- 7
tur,qui dux patriæ conſtitutus fuerat ſe ſubiiciens, legatus cum Sexto,cui Sicilia ſorte euenerat,in prouinciam proficiſcitur. Qua in legatione,cùm nihil gloria dignum emergere poſſe cogitaret, & iã Cæſar atq; Põpeius de rerũ ſumma certare ſtuduiſſent, ex inſula in Macedoniã uenit,ſpontè uniuerſum periculũ patriæ ſubiturus. Eius aduentu audito,ferũt Põpeium ſummè lætatum admiratúmque,mox præſenti aſſurrexiſſe,ipſúmq; uelut cæteris præſtantiorẽ in conſpectu omnium amplexatũ.In caſtris per integros dies(niſi cùm Pompeium ipſum conueniret) circa literarum ſtudiũ codicésque diuertebatur. Cui curæ nedũ aliud dedit tempus, ſed etiam diẽ, quæ maximam illã Pharſaliæ cladẽ anteceſſit.Erat media æſtas,& præter loca paludoſa, ubi caſtra metati fuerant,calor ingẽs,nec Bruto aderãt,qui celeriter tentoriũ attuliſſent:feſ- 8
ſus autẽ hac iugi cura,cũ meridies aduẽtaſſet,modicè unctus cùm pauca comediſſet, quieſcẽtibus cæteris,aut de euẽtu futurę pugnæ anxiis,hic uſq; in crepuſculũ ſcripſit, Polybij Epitomam cõponens.Dicitur etiam Cæſarẽ uirum hũc, haud neglexiſſe, ſed

exercitus

exercitus ſui duces præmoniuiſſe, ut illum in pugna non occiderent, ſed ſeruarent: quin ſi facilem ſe præberet,liberaliter ducerent:ſi capientibus obſiſteret, eum mitterent,nec uim aliquam inferrent ſibi. Hæc dicunt ob gratiã Seruiliæ Bruti matris Cæſarem feciſſe.Nouerat enim cùm adhuc eſſet adoleſcens,Seruiliam ſibi inſano amore affectã extitiſſe:& quia eo tempore, quo hic amor efferbuit, Brutus eſt genitus, quo-
9 dammodo creditus eſt Brutus è Cæſare genitus. Fertur cùm ardui motus Catilinæ, qui ferè rempublicam euerterunt,in ſenatu incidiſſent,& Cæſar atque Cato aduerſis ſententiis differrent,inter hæc literulas quaſdã foris delatas Cæſari redditas: qui cùm tacitè eas legiſſet,Cato id ægrè ferens acclamaſſe perhibetur,rem indignam Cęſarem facere,qui colloquia, qui literas medio in ſenatu ab hoſtibus acciperet. Ex quo cùm plerique ſtreperent, & Cæſar literulas,quem admodum ipſe habuerat,Catoni dediſſet,Cato lecta impudica Seruiliæ ſororis epiſtola,eam Cæſari proiecit,inquiens,Vince ebrie:atque ad ſententiam ac propoſitam orationem extemplo reuerſus eſt.Sic ergo amor Seruiliæ aduerſus Cæſarem uulgò patuit.Cæterùm expedita Pharſalica clade, cùm Pompeius ſeſe per undas præriperet, & caſtra obſiderentur, clàm Brutus per paludem aquis plenam calamíſque manantem noctu euaſit, Lariſſámque ſeſe rece-
10 pit. Hinc deinde cùm ſcriberet,Cæſar eius ſalute lætatus eſt,eúmque iubens ad ſe uenire,non tantùm ueniam illi dedit, ſed præter cæteros, qui iuxta ſe forent ipſum maximo in honore habuit. Cùm nemo dicere poſſet, quò Pompeius fugeret, óbque id omnes anxij forent, Cæſar ſpatium quoddam cum Bruto ambulãs, ſolus huiuſce rei ſententiã Brutum rogat:cúmque uideretur ex quibuſdam rationibus de fuga Põpeij Brutum optimè coniectare, Cæſar alia miſſa faciẽs,iter in Aegyptum arripuit. Pompeius autem ſicut æſtimauerat Brutus,Aegypto hæſerat,ac fatis ceſſerat.Brutus deinde Cæſarem Caſſio inclinauit. Præterea cùm Cæſar in regem Libyæ graui ira afficeretur, & magnitudine criminum ipſius obrueretur, pro hoc ſuſcepta cauſa Brutus, tum precando,tum excuſando,ipſum liberauit,multámque illi partem ſeruauit im-
11 perij. Fertur Cæſarem cum primùm Brutum orantem audiret,ad amicos cõuerſum dixiſſe:Adoleſcẽs iſte,quid uelit ignoro: quod enim uult,nimis uult. Eius enim grauitas,quæ non facilè,imò nequaquam ob gratiam flectebatur, ſed ex habitu rationis tendebat ad bonum, ualido atque efficaci impetu fruebatur. Ad iniuſtas uerò partes fuit inexorabilis.Eorúmque modeſtiam,ſiue turpe ſilentium, qui ſine rubore iniuſta rogant apud magnum uirum, acriter improbans dicere ſolitus erat, quòd qui nihil negare audent, ſibi uidentur malè ſuum tempus inſtituiſſe. Traiecturus Cæſar exercitum in Libyam aduerſus Catonem & Scipionem, Galliæ ciſalpinæ Brutum præfecit ex quadam felicitate prouinciæ.Cæteras enim prouincias,& contumeliis,& auaritia præſidum, qui eas uelut captiuas diripiebant, cùm malè adminiſtrari continge-
12 ret,Brutus requies & conſolatio erat,omnésque accedebant in Cæſaris gratiam. Vnde cùm ridens Cæſar circumambularet Italiam, dulciſſimum fuere ſpectaculum ciuitates,quibus Brutus præfuerat,cùm maximè Brutus ipſe Cæſaris honorem ſua præſentia adaugeret gratiſſimé. Cùm plures præturæ forent, & ea, quæ uocatur urbana, maxima dignitate præcelleret, manifeſtè cõſtabat Brutum, aut Caſſium eam ſortiri. Sunt qui dicant eos ex aliis primis cauſis maximè differentes,tamen magis ex hoc inter ſeipſos in odium erupiſſe,licet affines eſſent. Iuniam enim ſororem Bruti Caſſius uxorem duxerat. Alij contentionem hanc manauiſſe ex Cæſare dicunt,quòd inter utrunque ſe ingerens, ſpe utrunque paſcebat. Demum irritatis incenſíſque animis ad certamen conſtituti ſunt. Certabat Brutus gloria & uirtute, cum multa & ſplendida
13 ſtrenuitate Caſſij apud Parthos comparata. Quæ audiens Cæſar, amicósque conſulens,inquit Caſſium æquiora dicere,ſed rei ſummam Bruto eſſe dandam. Declaratus tamen ſecundus prætor Caſſius eſt,non tantùm beneuolentiæ habens ex hac,quã fuerat adeptus,quantùm iracundiæ ex illius amiſſione. Cæterùm Brutus aliàs ex po-

tentia Cæsaris quantùm uoluit habebat. Volenti enim fas erat amicorum omnium Cæsaris esse primo,& plurimùm posse: sed hinc eũ sodales Cassij abstraxerũt,ipsúmque planè in perniciem adduxere.Nondũ enim ex contentione prætutæ Cassio conciliatus fuerat,cùm illos audiebat orantes ne sese despiceret,& à Cæsare mollitũ, Cæsarísque blanditiis captum,sed simulatas gratias tyrannicas,& illecebras fugeret. Nõ enim honore uirtutis Cæsarem sibi esse propitium,sed ut omne eius robur animúmque ad se traheret, aiebant. Nec tamen Cæsar ipse absque huius suspicione omnino 14
erat,nec in eum absque calumnia:sed huius uiri magnitudinem,dignitatem, & amicos extimescebat,præterea eius fidebat consuetudini.Cùm Antonius atque Dolabella apud Cæsarem primò rerum innouandarum criminarentur, Non,inquit,sè à pinguibus ac comantibus illis uiris molestari, sed à pallidis & macilentis: de Bruto loquutus & Cassio.Deinde quibusdam calumniantibus Brutum, Cæsarémque monẽtibus uti sibi caueret:manum pectori admouens,Quid,inquit,nõ uidetur uobis Brutum posse hoc expectare corpusculum?ueluti nemini nisi soli Bruto post eius fata tãtùm posse liceret. Atqui in urbe omnium primus fuisse uidetur eo tempore paruo, quo Cæsari obsequutus suam gloriam strenuè comparatam parum opprimi, uel extingui permisit:sed Cassius uir furiosus,& priuatè magis inimicus Cæsari, quàm pu- 15
blicæ tyrannidi,illum inflammauit impulítque. Dicitur enim Brutus dominationẽ grauiter tulisse,sed Cassius odisse dominantem:& præter cætera,quę in ipsum criminatus est,etiam leones ablatos commemorabat, quos ipse ædilibus ludis præparauerat. Hos enim apud Megaram relictos,cùm ciuitas per Calenum capta est, Cæsar detinuit. Fertur has feras cladem Megarensibus ingentem fuisse: nam cùm ciuitas iam caperetur, Megarenses carceres ferarum effregere, laxarúntque ipsarum uincula, ut mox irruentibus hostibus obiicerentur.Sed leones in ipsos huiusce rei authores uersi sunt,inermésque uiros fugientes tot laniarũt, ut hostibus ipsis hoc spectaculum miserabile fuerit. Hanc dicunt fuisse Cassio cõspirationis potissimam causam, falsa exi- 16
Cassij odij in Cæsarẽ causa stimantes. Nam ex initio erat Cassio naturalis quædam impatientia atque difficultas ad omne tyrannorum genus, sicuti cùm adhuc puer esset ostendit, cùm ad eundem præceptorem cum Fausto filio Syllæ graderetur. Cùm enim hic inter pueros se efferret,& patris sui monarchiam laudaret, insurgens in illum Cassius colaphos ipsi inflixit: quam rem uolentibus & procuratoribus, & necessariis Fausti ferri atque decerni iudicio,inhibuit Pompeius,puerósque ambos unà coniungens de re iudicauit.Dicitur etiam Cassium hæc uerba dixisse: Eia Fauste,aude coram hoc proferre sermonem illum,quo irritatus fui,ut os tibi iterum frangam.Talis quidem erat Cassius.Brutum uerò multi amicorum suorum sermones, multi etiam ciues pluribus rumoribus atq; literis ad rem prouocabant incendebántque.Apud enim statuã progenitoris sui Bru- 17
ti,qui regum deleuit imperium,scriptum est:Vtinã,Brute nunc uiueres,& nunc Brutus esses. Præterea ipsum tribunal Bruti prætoris manè repertũ est talibus uerbis plenum: Dormis Brute,nec es reuera denique Brutus. Horum causa erant ipsius Cæsaris adulatores, qui alios inuidiosos honores ei dabant, & noctu statuis eius coronas imponebant,cùm plerósque adducerent, ut pro dictatore regem Cæsarem appellarent. Sed secus ipsis obtigit,sicut in Cæsaris uita diximus. Amicos cùm pertẽtaret Cassius contra Cæsarem, respondebant omnes assensuros, si Brutus his rebus se ducem præberet:hoc enim non audaciæ,non manuum indigere dicebãt,sed dignitate uiri,qualis est Brutus,ut si inciperet,rémque assereret,ius secum adesse existimabãt: si abnueret,in agendo animos defuturos,uel priusquam id perfecissent in suspicionem manifestè uenturos:unde absque illo pulchram habituros causam non censebant. Hæc se- 18
Conspiratio Bruti & Cassii in Cæsarẽ. cum reputans Cassius,post contentionem illam prior conuenit Brutum, conciliatísque animis,inter grata colloquia ipsum interrogabat,an Idibus Martiis statuisset interesse senatui: se enim audiuisse inquit, amicos Cæsaris de dominatione regia tunc relaturos.

„ relaturos.Dicente Bruto,se nõ affuturũ,Quid,inquit Cassius,si nos uocent?Meum est,
„ respõdit Brutus,nõ tacere,sed tueri rẽpub.& pro libertate emori. Tum elatus animis
„ Cassius,Quis,inquit,Romanorum te moriẽte id tolerabit?an nescis ô Brute,teipsum?
„ uel credis tribunal tuum homines extorres uel tabernarios inscribere,non primos &
„ optimos uiros? A cæteris quidem prætoribus largitiones,spectacula,& gladiatores: à
„ te uerò maiorum tuorum debitum, euersionem tyrannidis repetunt: ipsi omnia per
19 te pati parati sunt,te unum qualem optant expectant. Inter hæc illum amplexans osculatus est,deinde disiuncti ad eorum amicos,cum his sese ambo uerterũt.Erat quidam Q. Ligarius inter Pompeij beneuolos, quem ob Pompeium apud Cæsarem criminatum Cæsar liberauerat: hic non ex crimine, quo solutus fuerat,gratias habens, sed dominationem,ob quam accusatus fuerat,grauiter ferens, erat Cæsari quidẽ inimicus,Bruto uerò maxima familiaritate coniunctus.Ad hunc ægrotantem accedens Brutus,O Ligari,inquit,en quo tempore ægrotas:& ille confestim se cubito erigens, dexterámque apprehendens,O Brute,respondit,si quid teipso dignum excogitas,ualeo.Ex hoc inter notos quibus fidebant,quósque tentauerant,hæc communicare cœperunt, neque solùm delectum fecere familiarium, sed assumpserunt etiam omnes
20 quotquot ad bonum pronos ac audaces mortísque contemptores agnouerant.Quare & Ciceronem fide præcipuum, & apud eos beneuolentia singularem latuerunt, ne ipse qui natura audaciæ erat inops, præterea ex ætate similem cautelam assumpserat, ac omnia suis rationibus ad summam securitatem satagebat adducere,ipsorum prõptitudinis robur obtunderet, qui celeritate factóque egebant. Dimisit & Brutus ex aliis sodalibus suis Stallium Epicureum,& Faonium Catonis imitatorem, quoniam è longinquo inter disputandum ac philosophandum sermone circuito illorum animos expertus erat. Inquit enim Faonius, bellum intestinum durius esse, quàm monarchiam ex lege.Stallius,Viri sapientis non esse ob indoctum uulgus,& insensatum turbari periculúmque subire. Quibus cùm Labeo interesset contradixit ambobus. Brutus uerò quasi hic sermo aliquid rationibus difficilè haberet,maléque poterat soli,subticuit. Deinde Labeoni consilium communicat, quo annuente haud trepidè,
21 uisum est alium Brutum cognomine Labienum, nõ tamen strenuum siue audacem, sed gladiatorum copiis,quos spectaculis præseruabat potentem,Cæsaríq; fidum, negotiis addere.Cui Cassio & Labeone rem aperientibus nihil ille respõdit. Brutus priuatim ipsum conueniẽs, dicénsque se ducem huic rei esse,confestim libentem illum fecit annuere. Plerosque præterea àliorum optimos ad hoc dignitas Bruti adduxit, qui omnes neque iuramento astricti, neque inter se fide tradita uel accepta, neque quibusdam sacris obnoxij, sic conspirationem hanc apud se habuere, sic eam conticuere,sic ipsam pertulere,ut diuinationibus,sacrificiis,signísque deorum ipsam portendentibus, nulla negotio fides data sit. Cæterùm Brutus ueluti uir, qui in urbe dignitate,genere ac uirtute prior erat,secum rem meditans,& omne periculum secum
22 uoluens,& in difficultatibus ipsius rei immorans,uxorem unà quiescentem minimè latuit,quòd insolitæ curæ atque turbinis plenus erat, quòdque indissolubile quoddã, & malè ferendum consilium apud sese mouebat.Hæc erat Porcia filia, ut superius diximus,Catonis: habuerat hanc ab auunculo Catone Brutus in coniugẽ, non ex pueritia, sed eius priore uiro defuncto, quam adhuc puellam, & ex illo filiũ paruum habentem nomine Bibulum ipse duxerat. Huiusce Bibuli opusculum quoddam de gestis Bruti seruatur. Cùm sapiens esset Porcia & uiri amatrix, præterea haud uanæ di- *Porciæ magnanimitas.*
gnitatis referta,non prius est ausa uirum de arcanis sui cordis interrogare, quàm sui-
ipsius hanc experientiam sumeret. Paruum accipiens cultrum, quo tonsores auferũt ungues,omnésque thalamo pedissequas pellens, profundum uulnus sibi egit in cruре,ex quo non pauci sanguinis fluxus erupit:deinde post paucum uehementes dolo-
23 res,& horridæ febres ex plaga ipsam corripuere. Qua in re anxio Bruto atque id gra-

uiter ferente, cùm dolor acrius ipſam urgeret, ad eum ſic eſt loquuta: Ego Brute, Catonis filia tuę domui data ſum non quemadmodum pellex, ut cubilis ſolùm, & menſæ tecum particeps fierem: ſed ut communicarem tecum læta, communicarem ſimul & triſtia. Quæ ex tuo coniugio mihi omnino ſunt queri non habeo: quæ uerò tibi ex meo ſunt, quam habent demonſtrationem ſiue gratiam apud te, niſi paſſionem tuam ipſa pariter feram, & curas fide dignas ego quoque tolerem? Scio muliebrem naturā fragilem eſſe ad arcana ferenda: ſed eſt, ô Brute, uis quædam & bonæ educationis, & optimæ conſuetudinis ad ingenium mihi, & Catonis eſſe filiam, & Bruto coniugem datam eſſe. His ſi hactenus minus credidi, nunc meipſam agnoui ad laborem inuictā eſſe. Hæc locuta plagam oſtendit, ac periculum quod de ſe ſponte fecit aperuit. Tum 24
exterritus Brutus ac manus ad cælum tendens deos orauit, ut cœptis ſtrenuò ſibi perfectis faxint ſe uirum Porcia dignum eſſe: deinde uxorem ſolatus modeſtè eſt. Cæterùm deſcripto ſenatu ad quem manifeſtè conſtabat Cæſarem ingreſſurum, conſpiratores eum aggredi ſtatuunt. Nam tunc in ſimul congregati abſque ſuſpicione ſe fore cenſebant: præterea omnes bonos, & optimos uiros ſe habituros eſſe credebant, qui cæde perfecta confeſtim pro libertate ſimul aſſurgerēt. Videbant ex diuinitate etiam quadam locum ipſum offerri. Porticus enim erat unius gradus ordinem ad theatri ſimilitudinem habens, in qua erat imago ipſa Pompeij populi iuſſu erecta, cùm inter cæteras porticus atque theatra locus iſte exornaretur. Ad hanc igitur medio menſis Martij, quod Romani Idus appellāt, cōuocabatur ſenatus: unde uidebatur fortuna quædam uirum hunc ad Pompeij iudicium ducere. Dies ergo cùm aduenīſſent, Bru- 25
tus uxore tantummodo conſcia paruo ſuccinctus gladio in ſenatū peruenit: alij Caſſio congregati eius filium tunc ſumentem uirilem togam ducebant in forum. Hinc deinde omnes ad porticum Pompeij profecti, ibi commorabantur, ueluti confeſtim Cæſare in ſenatum uenturo. In qua re qui futurum excogitaſſet, maximè uirorū conſtātiam, & in tam grauibus periculis fortitudinem, admirari digniſſimè poſſet. Nam cùm ex officio prætura multis cogerentur dare iudicium, non quietè ſolùm adſtantes, & differentes inter ſe uiros audiebant, ſed ueluti otioſi, iudicia diligenti cum deliberatione ac maturitate reddebant. Cùm uir quidam, qui iudicium ſubire nolebat, prouocaſſet ad Cæſarem, & multùm exclamans obteſtaretur, Brutus adſtantes aſpi- 26
ciens, Me Cæſar, inquit, facere iuxta leges non prohibet neque prohibebit. Multa etiā alia turbulenta caſu quodam tum contigere. Primum & maximum, quòd procedente die Cæſar in ſenatum uenire tardauit. Nam malè ſuccedentibus ſacris, à cōiuge domi detinebatur: præterea ea die proficiſci prohibebatur à uatibus. Secundum uerò, quòd quidam accedens ad Caſcam, qui ex conſpirantibus unus erat, dextera apprehenſa, Tu, inquit, ô Caſca, arcana nobis occuluiſti, Brutus autem mihi omnia nuntiauit. Exterrito Caſca, ridens ille, Vnde, inquit, ô beate, tam ſubitò dies factus es, quòd ad ædiles accingeris? Fermè itaq; ab amphibologia deceptus Caſca, occulta detexit. Ipſum etiam Brutum, & Caſſium uir ſenatorius Popilius Lena cùm auidiſſimè ſalutaſſet, placidè ſuſurrans, Deos, inquit, oro, ut quæ corde habetis rectè ſecundent, 27
moneóque ut maturetis, non enim res ipſa tacetur. Hoc dicens non paruam illis ſuſpicionem iniecit, quòd omne id negotium perſenſiſſet. Interea quidam è domo currit ad Brutum, nuntians ſibi coniugem ſuam mori. Porcia enim futuri anxia, nec curæ ipſius magnitudinem ferens, ſeipſam uix detinebat. Ad omne præterea murmur, ad omnem uocem, ut uates, quæ inſano furore Bacchi tenetur, exiliens, quemlibet è foro uenientem interrogabat, quid ageret Brutus: alteros illuc etiam frequenter trāſmittebat: tandē cùm tempus longitudine tereretur, uis eius ſuſtētari nequiuit: priuſquam domum ſeſe reciperet, circundedere eam ſicut erat in media porta ſedentē exānimatio & ingens ſtupor, color mutationem accepit, & omnino uox faucibus hæſit: ad cuius rei aſpectum acclamauerunt ancillæ. Deinde uicinis ad limen domus procurren-

28 currentibus, ſtatim exiuit rumor, ſermóque ſparſus eſt, quòd Porcia moreretur. Extemplo tamen reſpirauit illa, & ad ſe rediit, ac à mulieribus ſuauiſſimè fota eſt. Brutus hoc audito ſicut decuit exteritus, publica tamen minimè liquit, neque domū ob dolorem accurrit. Iam Cæſar etiam uenire nuntiabatur lectica delatus: deliberauerat enim ob infauſta ſacra, magnum nihil in eo ſenatu ſancire, ſed malam ſimulans ualetudinem, in aliud tempus cuncta differre. Cùm è lectica egreſſus eſſet, occurrens ſibi Popilius Lena ille, quem paulò antè diximus Bruto & Caſſio cooptaſſe, ut eis omnia dij ſecundarent, per multam horam colloquium cum Cęſare habuit, qui omni cum diligentia atque fide audiebat. Ex quo coniurati (ut eos ſic appellemus) non intelligētes ipſius uocem, ſed cōiectantes ex quibus antea ex illo perceperant, id colloquium
29 eſſe conſpirationis indicium, animis fracti ſe mutuò aſpexerunt, fronte planè confeſſi, non expectandum eſſe, ut caperentur: ſed cōfeſtim potius emori. Igitur Caſſio, & quibuſdam aliis manus imponentibus ſuper capulis gladiorum, quos ſub ueſte tenebāt, cùm ipſos clām enudaſſent, Brutus ad geſtum Popilij Lenæ aſpiciēs, qui ſtudioſè Cæſarem orabat, non clām alios criminabatur, nihil loquutus eſt, ob multos alienos uiros, quibus immiſcebatur, ſed læto ex uultu Caſſium exhortatus eſt. Deinde poſt paucum Lena Cęſaris dexteram oſculatus inde diſceſſit, manifeſtè cognitus, quòd pro ſeipſo ob aliquod ad eum attinens negotium, id colloquium cum Cæſare habuiſſet. Cæterùm ſenatu ad conſeſſum ingreſſo, cæteri curulem Cæſaris circunſtetere, ueluti quiddam cum ipſo colloquuturi. Caſſium ferunt ad imaginem Pompeij uerſum, illam ueluti animatam oraſſe. Trebonius iuxta fores curiæ moratus ad Antonium,
30 colloquia ſecum producens, eum extrà tenebat. Ingreſſo porticum Cæſare ei ſenatus aſſurrexit, deinde ſedentem ſtatim circunſtant illi frequentes, Tullium Cimbrum ex ipſis unum obiicientes pro exilio fratris orantem, pro hoc orabāt & ſimul omnes, ac Cæſaris manus apprehendentes, & pectus illius, & caput oſculabantur. Has preces atque blanditias cùm Cæſar modeſtè primùm manu propulſaret, deinde non deſinentibus illis, in aſſurgendo repelleret, Tullius utraque manu ueſtē ex humeris illius traxit. Caſca primus, retro enim ſtabat, gladium exerens, eum iuxta humerum uulnerauit, licet uulnus haud altius penetrauerit. Deinde obluctánte ob plagā Cæſare, & magna uoce latinè clamante, Scelerate Caſca quid facis? ille græco ſermone fratrem nominans auxilium ſibi petiit. Cæſar cùm à multis iam ſaucius foret, & obſiſtere uolens *Interficitur Cæſar.*
31 ſe circum aſpiceret, ut uidit Brutum gladium in ſe nudatum effeērtem, manū Caſcæ, quam tenebat, dimiſit, capútq; ſuum ueſte obtegens, corpus uulneribus liquit. Illi tamen inter ſeipſos impliciti, multíſque gladiis corpus ipſius aggreſſi, ſe inuicem etiā uulnerabāt, unde Brutus etiam manum plaga illiſus eſt, *cùm cædis in Cęſarem uulnerúmque communicaret. Omnes tum & ſuo, & cæſi ſanguine maduerunt. Cæſare exanimato Brutus profectus in medium orare uolebat, & ſuaſu ſuo ſpéq; fiduciæ ſenatum detinere, ſed ij metu acti confuſè omnino fugerunt: unde circa fores, perſequente nullo ſeu urgente, plures præ turba illiſi. Statutum intra eos ualidiſſimè fuerat, aliū non occidere præter Cæſarem, ſed omnes ad libertatem reuocare. Cæteris ta- *τὸ ἔργον αὐτῶν ἐφοβήθησαν.*
32 men omnibus cùm de facinore cogitarent, placebat occîdi etiam Antonium uirum contumelioſum, monarchiámque fouentem, præterea addentem Cæſari uires ex uſu ac rei militaris peritia, óbque id maximè, quòd natura elatus ac magnis inhians, conſulatum cum Cæſare aſſumpſerat, eiúsque collega tunc erat. Sed Brutus his conſiliis ſe obiecit, primùm æquitati innixus, deinde ſpem habens mutationis Antonij. Nam ipſum agnouerat ambitioſum atque tumentem uirum, & nimis gloriæ cupidum: ſed ablato Cæſare illum ſperabat patriæ libertati conuenturum, ac ob ipſorum gratiam allectum cum eis ad bonum commune occurrere. His igitur Brutus ſaluauit cauſis Antonium. In hoc rerum turbine Antonius mutata ueſte ſub plebeio habitu fugit. Qui uerò cum Bruto erant, eo duce, manus ſanguine reſperſi, & enſes ſtrictos

ostendentes, in Capitolium profecti ciues ad libertatem uocant. Initio igitur ululatus discursionésque, quemadmodum unumquenque ex dolore ferebat casus tumultum auxere: uerùm postquam nulla alia cædes facta est, neque rapina ullius rei patrata, cum fiducia multi senatorum, multi etiam popularium in Capitolium ad hos uiros ascenderunt. Hîc magno numero ciuium congregato, Brutus uerbis gratiæ populi, & ipsi rei accommodatis concionatus est: quæ cùm omnes laudassent, & è Capitolio eos descendere iuberent, confisi illi in forum descendũt, alius alium subsequutus. Brutum multi insignes uiri in medium splendidè nimis ab arce deduxerũt, ac in rostris constituêre. Ad eius aspectum permulti ex plebe ad tumultum parati procurrerunt, & tacitè atque modestè rei summam expectabant: procedente deinde ipso omnes silentium indixere. Quòd non omnibus grata ea cædes fuit, tunc planè apertum est. Incipiente enim orare Cinna, & accusare Cæsarem, contra ipsum multi ira prorumpere, eíque maledicere ita perseuerauerunt, ut iterum uiri in Capitolium se receperint. Quo in loco timens obsidionem Brutus, optimates illuc secum qui ascéderant, dimittit, existimans indignum, ut qui in causa non participarant, periculum subirent. Senatus nihilominus postera die cùm conuenissent in templo Telluris, & Antonius, & Plancus, & Cicero de abolitione cædis atque concordia concionarẽtur, censuit non tantùm ueniam conspiratoribus, sed sententiam de præmiis sibi dandis protulit. His senatusconsulto ritè decretis inde decessum est. Antonius cùm filium in Capitolium obsidem misisset, spem optimam de se præbuit: unde Brutus cum cæteris ab arce descendit. Quo facto, cùm conuenissent, alius alium mixtim complecti, dexterámque cum dextera coniungere. Cassium Antonius ad se trahens conuiuam domi recepit, Lepidus Brutum, cæteri cæteros, ut quisque cum quoque aut amicitia, aut consuetudine affectus fuerat. Postera etiã die cùm senatus manè conuenisset, Antonium laudibus prosequutus est, quòd bellum intestinum iam oriens extinxisset. Deinde Bruto adstãtibus omnibus multa præconia data: inde diuisæ prouinciæ, Bruto Cretam, Cassio Libyam, Trebonio Asiam, & Cimbro Bithyniam designauere: alteri Bruto Galatiam iuxta Eridanum tribuêre. Post hæc de testamento Cæsaris eiúsque funere cùm sermones inciderent, & Antonius eiúsque beneuoli censerent testamentum palàm esse recitandum, corpúsque Cæsaris efferri non occultè, nec absque decore, ne ex hoc irritarentur plebis animi, pertinacissimè contradixit Cassius. Orauit deinde Brutus, Antonióque consensit, secũdo hoc errore captus. Dum enim Antonio parcit, causã fit statuendi conspirationi grauem & inexpugnabilem hostem: permittens etiam, quæ Antonius iudicauerat de funere, in senatu sanciri, ab omni spe deceptus euasit. Primùm igitur testaméto cùm legauisset Cæsar ciui cuilibet septuaginta, & quinque drachmas, præterea cùm reliquisset hortos, qui trans Tiberim erãt, ubi nunc est templum Fortunæ, ingens beneuolentia, & admirabile desideriũ omnes tenuit. Postea funere per medium forum elato, ac Antonio laudes iuxta consuetudinem pro rostris proferente, cùm multitudinem ad suam orationem commoueri uidisset, sermonem ad misericordiam flexit Cæsaris: uestem illius accipiens sanguine maculatam, eam extendit, palàm ostentans & ictus, & uulnerum multitudinem. Ex hoc dignitatem & decus suum nemo seruauit. Alij homicidas occidi clamabãt, alij, ueluti antea in funere Clodij, ex officinis sedilia mensásque diripientes, & aggregantes in unũ, permagnam pyram struxere, in qua corpus cùm posuissent, in medio multorum sacrorum inuiolabilium sanctorúmque locorum illum cremantes consecrauere. Cumprimùm flamma eluxit, hinc inde irruens alius atque alius semicombustos diripientes stipites, ad domos percussorum concurrere uti ipsas incenderent. Sed illi antea moniti propulsabant periculum. Cinna autem uir quidem erat poeticus, & qui in hoc crimine nihil communicauerat, sed amicus fuerat Cæsaris. Hic ipse per quietem à Cæsare ad conuiuium uocari sibi uisus cùm abnuisset, ab ipso orari, deinde cogi,

33 34 35 36 37

Cæsaris interfectoribus prouinciæ decretæ.

de cogi, tandéque manu comprehensus, ad uastum & obscurum quendam locum
38 adduci, & inuitus & stupefactus illum sequi se uidit. Quod somniũ cùm haberet, obtigit ut ea nocte febricitaret: cùm tamẽ efferretur Cæsaris funus, pudore captus quòd non adesset, processit ad turbam, quæ iam irritata erat. Cognitus itaq; & ab aliquo appellatus, creditus esse Cinna ille, qui nuper in frequentia incusauerat Cæsarẽ, trucidatus est. Hic furor Antonij animũ mutauit: quare Brutus ac sui metu cõpulsi ex urbe discessere, primúmq; apud Antium cõmorati sunt, ut quam primùm iracũdia plebis extincta siue mollita foret, ad urbem reuerterentur: quod facilè fore sperabant, ex repenti atq; celerrima mobilitate uulgi, præterea quòd propitiũ senatum habebãt. Verùm senatus eos dimittẽs, qui Cinnam trucidauerãt, quæstionem proposuit illorum,
39 qui domos percussorũ inuaserant, eorúmq; plerosque comprehendi iussit. Interea ob Antonium, qui monarchiam fermè sibi cõstituerat, enixius cœpit Brutus desiderari, præterea expectari, ut spectacula quæ ob prętură debebat, prẽsens exolueret. Sed Brutus sentiens plerosque, qui sub Cæsare militauerãt, & ab eodẽ agros & ciuitates acceperant, insidias sibi parare, & paulatim urbi affluere, Romã proficiscí ausus nõ est, sed statuit ut eo absente ludi fierent magnificè nimis & sumptuosẽ. Elephãtes enim cùm emisset quamplures, iussit eos spectaculis dari, & parcè nihil exponi, sed omnia abusuè tribui: deinde profectus Neapolim, cum pluribus Bacchi cultoribus, id est, histrionibus ac mimis, colloquium habuit. De Comitio quodam, qui in theatris habebatur strenuus, ad necessarios scripsit, ut non nisi uolẽtem illum ludis adducerent: nõ enim
40 fas esse dicebat, Græcum quenquã ui cogi. Scripsit & Ciceroni, ipsum orãs, ut omnino his spectaculis interesset. Hoc ergo in statu cùm res essent, alia oritur mutatio iunioris Cæsaris, qui iam urbẽ aduenerat. Hic erat filius filiæ sororis Cæsaris, & testaméto Cæsaris in filium adoptatus relictus. In Apollonia is morã ducebat cùm Cæsar occisus est, & literarũ studio operam dabat. Præterea ibi expectabat Cęsarem, qui nuper expeditionẽ in Parthos habuerat. Audita cæde Cæsaris, hic ad urbem accessit, ubi primùm fauorẽ plebis alliciens, & sibi Cæsaris nomen assumẽs, argentũ etiam testaméto relictũ diuidẽs ciuibus, in Antonium seditiosè se habuit, stipendiáq; distribuẽs, multos qui sub Cæsare militiã egerant, ad se traxit. Postquã uerò Cicero Antonij odio fa-
41 uebat partibus Cæsaris, hoc exterritus Brutus, Ciceroni scribit, quòd dominũ molestè nõ ferret, sed eum qui dominum oderat uereretur: præterea in repub. domesticæ seruitutis partes eligeret, scribens & inquiens, quòd uir bonus esset Cæsar: Sed nostri, inquit, progenitores neq; dominos mites sustinuere. Hoc tamen in tempore neq; manifestè bellum deliberasse cognitus Brutus est, neq; planè quieturus, sed unum tantũmodo consuluisse, non seruire scilicet. Admirabatur tamen Ciceronem, quòd bellum ciuile periculosum & graue timeret, turpem uerò concordiã & infamem non expauesceret, præmium poscens quòd Antonium à tyrannide eiiceret, Cæsarem tyrannũ cõstitueret. Talis in primis epistolis fuit Brutus: iámq; his ad Cæsarẽ, aliis ad Antoniũ partitis, atq; militibus ceu sub hasta uenalibus ad eum concurrentibus, qui stipendia maiora dedisset, rebus desperatis Brutus Italiam linquere statuit, terrestríq; itinere Lu-
42 caniam ad Eleam mari adiacentem peruenit. Ex hoc loco Porcia Romam repetitura dolores quibus urgebatur uiro tẽtauit occulere, sed generosa ac magnanima à pictura quadam prodita est. Ex græcis erat hic textus, Hector uidelicet Troiam exiens ab Andromacha comitatus, quæ ab eo filium susceperat, oculósque in uiro figebat. Hæc cùm aspiceret Porcia, similitudo passionis ipsam ad lachrymas liquefecit, pluriésque Porcia huc accedens, miserandos ploratus emisit. Qua in re cùm Acilius quidã Bruti beneuolus, uersus quos Andromacha ad Hectorem habuerat recitasset:

Hector tu mihi iam pater es, & optima mater,
Tu mihi germanus charus, dulcísque maritus.

43 Subridens Brutus, Sed mihi, inquit ad Porciam, uersus Hectoris proferre nunc licet:

Caesar iunior, qui postea Augustus.

Te tua pensa decent: lanas, calathúmque repose, Ancillísque iube.

Corpore enim naturâ deficit à uirili strenuitate, mente quoque pro patria nõ minus quàm nosipsi uirilis. Hæc in historiis suis Bibulus Porciæ filius tradidit. Digressus inde Brutus Athenas nauigauit, ubi à plebe auidè susceptus, & honoribus & decretis ornatus apud hospitem quendam mansit. Audiens interea Theomnestum Academicum, & Cratippum Peripateticum, philosophiæ cum ipsis operam dabat. Ac omnino circa id solum uacare uidebatur, uerùm circa rem belli absq; suspicione operabatur. In Macedoniam enim misit Herostratum, eos alliciens qui ibidem militarent: præterea minores, qui Athenis philosophiæ operam dabant, apud sese recepit, in quibus Ciceronis filius, quem apud cæteros præcipuè laudat, inquiens: Seu uigilia ipsa, seu somno ductus sit, se illum admirari ita generosum, ac ita tyrannos exosum. *Brutus philosophiæ studiosus.*

Cùm ad bellum Brutus se manifestè exposuisset, audiens Romanas quasdam naues 44
cum pecuniis permultis ex Asia adduci, illarum ducem esse prætorem uirum iucundum sibíque notum, apud Carystum obuiam sibi factus est. Colloquio deinde cum eo habito cùm ipsi persuasisset, acceptis nauibus, festum splendidius duxit, eóque maximè, quòd hac ipsa in die primùm in lucem editus fuit. Vt ergo ad portum peruentum est, libationes factæ atque lætitia de uictoria Bruti, & de populi Romani libertate. Hîc cùm cuperet Brutus magis rem ipsam lætificare, permagnum cratera exposcit, quo accepto, nulla motus occasione, uersum hunc protulit: Sed me fors misera, & Latonæ perdidit infans. Præter hæc in historiis reperitur, Brutum in ea pugna quam in Philippis ultimâ egit, Apollinem in signum militibus tradidisse, unde exi- 45
stimabant eam pronuntiationem huius infortunati conflictus fuisse portẽtum. Cæterùm Antistius ex quibus adducebat in Italiam, quingenta millia æris Bruto dedit. Quotquot milites ab exercitu Pompeij in Thessalia uagabantur, auidè ad Brutum confluxere. A Cinna equites quingentos abstulit, qui Dolabellæ in Asiam ducebantur. Cùm Demetriada applicuisset, compluria arma quæ Antonio ferebantur nactus est. Iussu enim prioris Cæsaris hæc Parthicum parabantur ad bellum. Hortensio prætore Macedoniam sibi tradente, præterea reges ac principes circunuicini cùm ipsius adderentur partibus, nuntiatur Caius Antonij frater ex Italia profectus ad copias, quas Dyrrhachij & Apolloniæ Gabinius continebat, celeriter aduentare. Vnde desiderans Brutus ipsum inuenire, & præoccupare milites, prouocatis militibus suis per loca grauia atque aspera, cælo etiam affluente niuibus proficiscens, cùm Dyrrhachium accessisset, ex labore ac frigore defecit. Hæc passio maximè contigit ex fri- 46
gore, niuali tempore, iumentis & hominibus lassis, seu quòd calor cùm is ex frigore, & obturatione meatuum intus in corpore comprimitur, confestim cibum stomachi consumit, seu quòd rigidus & acutus quidam spiritus ex niue procedens corpus allidit, corrumpítque caliditatem, quæ ab ipso foras egreditur. Huiusce enim morbi sudores caliditas præbere uidetur, quæ circa corporis cutem extincta est, frigido obuiam sibi facto: hæc in cæteris animalibus dubia magis sunt. Cùm defecisset animi Brutus, nullúsq; in castris ad uescendum cibus haberetur, eius comites coacti sunt ad hostes confugere: unde cùm ad portas ipsorum profecti forent, custodes cibum petiuere, qui audito Bruti casu aduenerunt, & ipsi Bruto cibum potúmq; ferẽtes, ex quibus Brutus, ut urbem nactus est, nõ solùm istos, sed cæteros omnes huiusce urbis horum causa summa humanitate tractauit. Caius enim Antonius, ut Apolloniam ap- 47
plicuit, illuc milites, qui uicini fuerant, conuocat: sed postquam nouit eos Bruto deditos, prætereáq; Apolloniates sensit Bruto obsequuturos, urbem relinquẽs, Buthrotum profectus est, primúmque in itinere ipso cohortes tres amisit à Bruto cæsas: deinde loca, quæ circa Byllidem ualidè præoccupata fuerant superare conatus, prælium cum Cicerone cõmittens uincitur. Hoc enim duce tum Brutus utebatur, multáque per eum strenuè gesta pertulit. Cùm Caium nactus esset in locis paludosis longè di-

gè distractum, manus conserere passus non est, sed circumequitãs suis iubebat ut abstinerent, ueluti hostes confestim propria præda futuri essent: quod contigit ita ut dixit: illi seipsos cum duce dedidere, unde iam magna potentia Bruto fuit. Tempus uerò non paucum Brutus Caium in pretio habuit, & insignia suæ dignitatis non abstulit, licet, ut ferunt, alij permulti, ac Cicero ipse à Roma conscripserint, illúmque occîdi iusserint. Verùm cùm incepisset clanculum conuenire cum ducibus, reíque in- 48
nouandæ studuisset, naui impositus custodiæ traditus est. Cæterùm militibus Caij ac duce deficientibus, & in Apolloniam uocantibus Brutum, Non, inquit Brutus, hanc esse Romanorum consuetudinem, sed oportere eos ad principem proficiscí, & apud eum orare ueniam, & ea quæ perpetrauerint excusare delicta, ut principis ira emolliatur. Ex quo cùm aduentassent illi ueniámque rogassent, eam Brutus indulsit. Interea cùm esset in Asia, profectus è Roma retulit nuntius mutationem rerum ibi fuisse: iunior enim Cæsar aduersus Antonium nitebatur, qui cùm ex Italia eum eiecisset, iam se timendum omnibus præbuit, ad consulatum aspirans præter legem, ac
49 exercitum alens, urbe huius impensæ non indiga. Aspiciens igitur has ob causas senatum grauari, & ad Brutum foris oculos flectentem, præterea inclinantem Bruto sententias, ac ei prouincias confirmantem, extimuit, confestímque ad Antonium mittens ipsum ad amicitiam prouocauit: deinde copias urbi sistens, cõsul factus est, nondum adolescens ætate perfectus, sed uigesimum agens annum, quemadmodum ipse in suis commentariis dixit. Hoc facto statim aduersus conspiratores de patrata cæde proposuit, quia uirum dignitate maximum indemnatum occidissent. Accusatorem Bruti constituit L. Cornificium, Cassij M. Agrippam. Qua in re cùm illorum causa, respondente nullo, deserta foret, coacti iudices sunt proferre sententias. Fertur cùm præco, ut consuetum extiterat, è tribunali Brutum uocaret ad iudicium, uulgus manifesta duxisse suspiria, optimatésque oculis defixis in terram, silentium egisse, P. uerò Silitium lachrymauisse, móxque parua interiecta mora ex proscriptis unum
50 neci damnatum. Post hæc triumuiri conciliati, Cæsar, Antonius & Lepidus, prouincias partiti sunt, ac cædes proscriptionésque ducentorum uirorum fecere, in quibus Cicero ipse occisus est. Hæc cùm nuntiarentur in Macedonia, coactus Brutus Hortensio scribit, ut Caius Antonius occideretur in Bruti Ciceroníque uindictam. Huic enim amicus Brutus, alteri autem genere propinquus extiterat. His igitur ex causis Antonius cùm Hortensium postea in Philippis comprehendisset, eum ad monumentum fratris iugulauit. Brutus causam cædis Ciceronis erubuit magis, ut inquit, quàm de nece doluerit. Qua in re amicos suos Romæ incusabat, qui ex eorum causa magis seruirent, quàm culpa tyrannorum. Præterea præsentes atque uidentes eos spectare posse dicebat, quæ sibi tolerabilia auditu nõn erant. Cùm exercitum iam
51 amplum & splendidum traiecisset in Asiam, classem in Bithynia & apud Cyzicum liquit, terrestríque itinere proficiscens, ciuitates sibi confirmat, intérque illarũ principes si quid oportuerat iudicauit. In Syriam etiã mittit ad Cassium, ipsum reuocans ab Aegypto. Non enim aiebat seipsos ob principatũ errare, sed ob patriæ libertatem copias comparare, quibus tyrannos opprimerẽt. Oportere igitur seipsos dicebat memores esse, propositúmque seruare, neque ab Italia longè abesse, sed eò festinare, ciuibúsque succúrrere. His cùm parẽret Cassius, inde abiens Bruto iuit obuiam, iuxtáque Smyrnam in mutuum colloquiũ deuenere. Tunc primùm ex quo à Pyræo Atheniẽsi disiuncti, Cassius Syriam, & Brutus Macedoniã petiuit. Lætitia ergo utrísque ingens,
52 fiduciáque præterea ob copias quas uterque ductabat. Cùm enim ex Italia egredereẽtur, símiles fugitiuis exulibus uisi, inopes, inermes, non solam unius ordinis nauem, non militem unum, non ciuitatem unicam habẽtes: inde paruo nimiũ tempore elapso conuenere, nauibus, peditatu, equitibus, opibúsq; ita copiosi, ut digni iudicarentur pro Romana libertate certare. Cæterùm uolebat Cassius æqualem honorem Bruto

Octauius Cæsar cõsul creatur.

tribuere, ſed præueniebat huic rei Brutus, qui ut plurimùm accedebat ad Caſſium, quòd ætate præcederet, corporísque labores non æqualiter ſecum toleraret. Erat opinio in re militari Caſſium aptiſſimum eſſe, iracundia aſperum, metúque extimeſcendum, cum domeſticis quoque riſui pronum & ſcõmatis auidum. Brutum ferunt uirtutibus ſuis à pleriſque amatum, ab amicis deſideratum, præterea ad mirationi fuiſſe optimis, ipſísque hoſtibus non exoſum: etiam maximè clemens fuit atque magnanimus, ab omni iracundia, uoluptate, auaritiáque intactus: mentem etiam rectam & inflexibilem ad bonũ & æquum cõſeruans, maximam ſibi gloriã auxit, & fidei adiumentum in electione partium quam aſſumpſit. Non enim Magnus ille Pompeius ſi 53
Cæſaris uictor euaſiſſet, ſperabatur utique dignitatẽ atque potentiã ſuam ex legibus dimiſſurus, ſed ſemper rerum potiturus nomine conſulatus ac dictaturæ, aut alia mitiori dignitate plebem conſolaturus. Hunc uerò Caſſium impetuoſum atque iracundum uirum, ac plerunque quæſtus gratia à recto deuium, ferme exiſtimabant omnes errare, atque in armis eſſe ac periculis, quòd dominationẽ quandam ſibi machinaretur, non patriæ libertatem. Cæteri etenim ea per tempora quæ hactenus præceſſerũt, Cinnæ, Marij ac Carbones, præmium in medio prædámque ſcilicet patriam ponentes, modò non palàm, pro tyrannide patriæ certauerunt. Bruto nec etiam hoſtes hanc mutationis labem impoſuere, ſed conſtat nonnullos ab Antonio audiuiſſe dicente, quòd ſolùm putabat Brutum inuaſiſſe Cæſarem à ſplendore & bono patriæ ductum, cæteros uerò ex inuidia atque odio in uirum coſpirauiſſe. Vnde Brutus non potentia 54
tantùm, quantùm uirtutibus notus erat. His enim innixus iam iam periculo uicinus, ſcribit ad Atticum, optimo in ſtatu mẽtem ſuam locatam eſſe: Aut enim uictor Romanam remp. liberabo, aut moriens à ſeruitute euadam. Alij licet uitæ certitudinem atque ſecuritatem ſibi proponant, tamen incertum eſt an cum libertate uicturi ſint, ſiue morituri. M. Antonium inquit meritam pœnam daturũ, qui cùm poſſet in Brutis & Caſſiis atque Catonibus numerari, ſeipſum Octauio addidit, qui licet tum alio modo non ſuperetur, poſt paucum tamẽ cum illo pugnabit. Hæc quidem optimè de uicturis Brutus diuinaſſe uiſus eſt. Cæterùm pecunias quas Caſſius quãmultas Smyrnæ collegerat, ſecum ut participaret petebat Brutus. Quæ enim Brutus habuerat, 55
cum ſtruxiſſet claſſem qua omne interius mare ſubiecerat, expenderat. Non permiſere tamen amici Caſſij illas dari, dicentes æquum non eſſe ea quæ parcè teneret, & cum odio congregaſſet, Brutum accipere, & cum ipſis magnum apud populum fieri, gratioſúmque militibus eſſe. Nihilominus Caſſius partem omnium illarum tertiam illi dedit. Poſt hoc iterum diſiuncti pro agendorum diuiſione, cùm Caſſius inſulam Rhodum ui cepiſſet, non ut decuit rebus uſus eſt, & circa inclementiam maximé. Huius autem ingreſſu inſulæ cùm appellaretur rex atque dominus, reſpondit ſe neque regem, neque dominum eſſe, ſed regis atque domini interfectorem. Brutus uerò Lycios pecunias exercitúmque popoſcit, ſed Naucrates qui princeps erat in populo, poſtquam perſuaſit ciuitatibus Bruto diſſentire, & colles quoſdam tãquam aditum clauſurus præmuniri fecit. Brutus quam primùm prandentibus ipſis equita- 56
tum immittit, à quo ſexcenti trucidati: deinde loca & caſtella expugnans, captiuos omnes abſque redemptione dimiſit, uelut illos ad ſuam beneuolentiam adducturus. Sed hi pertinaciores facti, iracundiam augentes ex damnis quæ paſſi fuerant, clementiam & humanitatem omnino contempſere, quouſque Brutus eorum bellicoſiſſimos perſequutus, apud Xanthũ eos obſedit, qui iuxta ciuitatem labente flumine ſubnatantes in mœnia quæſiuere euadere. Capti in retibus plerique fuere, quæ uſque ad ima aquæ emittebantur. Summitates enim retium tintinabula quędam appenſa habuere, quorum ſonitu planè cognoſcebatur ſubnatantem in retia incidiſſe. Cæterùm cùm Xanthij machinis quibuſdã in Romanos noctu irruiſſent, ignémque ipſis iniecíſſent, à Romanis cogniti ut ſe recepere in mœnia, inſpirante in eos ualidiſſimè uento,

uento, ex facibus flamma ad ligneas turres delata eſt, ac deinde ad uiciniores ciuita-
57 tis domos ingreſſa. Ex quo timens Brutus urbis incendium, militibus ſuis iuſſit ut ad extinguendos ignes hoſtibus auxilio forent. Lycios deinde impetus quidam durus & dictu incredibilis ad deſperationem accepit, quam deſiderio mortis perſimilem quis iudicaret. Liberi enim & ſerui cum filiis atque coniugibus ſuis, præterea omnis ætas ac omnis ſexus hoſtes ad comprimendos ignes immiſſos è mœnibus reiiciebãt, eósque ferire haud ceſſabant: ipſi calamos, ligna, omnéque ignis fomentum afferentes, ignes in urbem inducebant, omnem materiam ipſi præbentes, omníque quo poterant modo nutrientes incendium. Vt latè flamma ſe ſparſit, & per ciuitatem circumplexa undique multa eluxit, eos miſeratus Brutus foris circum equitans, auidiſſimè auxilium ipſis obtulit, deinde & manus extendens ipſos orabat ut ſibiipſis par-
58 cerent, urbémque ſaluarent. Sed hi nihil his uerbis intenti, omnimodè ſeipſos perdentes, non ſolùm uiri ac mulieres, ſed pueri paruulíque cum clamore atque ululatu igni inſiliebant. Quidam uerò ab excelſis ſeipſos muris præcipitauerunt, alij ſuorum patrum enſibus iugulum nudum porrigebant, orabántque ut ſe ferirent. Conſumpta ciuitate inuenta mulier eſt quæ laqueo ſe appenderit, quæ paruum infantem manibus ſtrangulauerit, quæ incenſis ardens lampadibus domum combuſſerit. Hoc ſpectaculum ferme tragicum uidere Brutus haud ſuſtinuit, uerùm in eius auditu collachrymauit, conſtituíque præmium militibus ſuis, qui hominem Lycium ſaluaſſent. Dicunt hos tantùm centum & quinquaginta fuiſſe, qui ſalutem ſuam minimè effugerunt. Xanthij ergo, ut iuſſerunt fata, per multa tempora ſuæ euerſionis curſum
59 conſequuti, ſimili audacia progenitorũ ſuorum cladem innouauere. Illi enim eandem urbẽ bello Perſarũ ſimiliter incendentes, ſeipſos abſumpſere. Verùm Brutus Patareorum ciuitatem aſpiciens contra ſeipſam inniti, eam inuadere noluit, ſimilem deſperationem & crudelitatem timens. Habens autem quaſdam ipſorum mulieres captiuas, eas non redemptas, ſed omnino liberas dimiſit. Quæ coniugibus ac patribus qui inſignes in gente Patareorum erant de Bruto narrantes, quòd uir eſſet continentiſſimus & iuſtiſſimus, eos Bruto cedere ſuaſerunt, ciuitatémque tradere. Ex hoc & alij hos imitati, ſeipſos Bruto commiſere, potiti duce optimo, & præter ſpem uiro beneuolo. Qui cùm Caſſius Rhodios ferme per eandem tempeſtatem coegiſſet, ut aurum & argentum quod quiſque priuatim ſibi poſſidebat, ipſi afferret, ex quo circiter octo millia talenta collegerat, publicè uerò ciuitatem quingentis aliis talentis damnauerat, ipſe à Lyciis centum & quinquaginta talentis exactis, cùm his nihil a-
60 liud feciſſet iniuriæ, in Ioniam profectus eſt. Multa quidem digna hoc tempore fecit, honores pœnásque in benemeritos ſtatuens. Vnum, quo & ipſe, & Romanorum optimi lætati ſunt, exprimam. Cùm Pompeius Magnus Aegypto atque Peluſio propinquaret, quando illum magnum principatum amiſerat, & à Cæſare fugiebat, curatores regis, qui adhuc puer erat, cum beneuolis ſuis in ſenatu frequentes erant, non inter ſe eadem ſentientes. Quibuſdam enim uidebatur ipſum recipi, aliis ab Aegypto repelli. Theodotus uir quidam Chius in rhetorica facultate mercedis gratia regis præceptor, cùm ex inopia meliorum rogatus fuiſſet ut conſiliis adeſſet, utroſque conſultores errare oſtendit, eos ſcilicet, qui Pompeium recipi iudicabant, ac eos, qui repelli eum ab Aegypto iubebant. Vnum enim, utile eſſe, inquit, ut receptum occide-
61 rent: addens conſiliis, hominem mortuum non mordere. Huic ſententiæ cùm ſenatus inclinaretur, incredibile & inexpectatum fuit exemplum Pompeius Magnus rhetoricæ Theodoti atque facundiæ, ſicut ipſe orator iactare poſtea non eſt ueritus. Paucum deinde poſt tempus cùm Cæſar inuaſiſſet Aegyptum, illi ob iudicium ſuũ peſſimi peſſimè extincti ſunt: Theodotus uerò ſorte quadam ad ignobile & miſerũ quoddam tempus reſeruatus, errabundus Brutum non latuit, cùm Aſiam exercitu periuiſſet. Coram Bruto itaque adductus atq; damnatus, magis ex morte nomẽ, quàm ex

Lyciorum facinus maximum.

uita adeptus est. Cassium interea Brutus uocauit Sardis, quo accedente Brutus cum amicis illi obuiam fit, utrosque armatus exercitus imperatores appellauit. Quemadmodum autem in rebus magnis & amicis multis ac ducibus contingere solet, hi ex causis quibusdam innatis atq; calumniis, ante cætera omnia cõfestim ex itinere ipso in parte quadã hospitij sese colligere. Ibi amotis procul arbitris & foribus clausis ad mutuas querelas deuenere, deinde sese arguere criminaríque cœpere. Ex his cùm ob 62
utriusq; uehemẽtiã ad lamẽtationes, lachrymas, audaciámq; fluxissent, admirati horum beneuoli asperitatẽ uocis & tonum, extimuere ne ex hoc ulterius procederẽt. Iniussi igitur ad eos ingredi ausi non sunt. Marcus autem Faonius Catonis imitator, neque doctrina magis, quàm ubertate quadam & insano ferme affectu philosophans, intrò profectus est, quanquã à domesticis inhibitus. Operæpretium quippe erat nanciscí Faonium intra cuiusq; generis litigantes: uehemens enim erat in omnibus atq; promptissimus. Verùm hac in re non existimabat se dignũ inter hos Romanos duces consultorem, sed qui audacia quadã Cynica, ut aliàs nõ semel, altercantiũ iras extingueret, cum iucũditate risũq; receptus. Vi itaq; cùm per præsentes manibus sibi locũ uendicans portas irrupit, & cõposita uoce ad eos accessit, carmina recitans quæ Homerus Nestori dedit: Sed credite nobis, ambo etenim iuuenes magis estis. deinde ut Iliad. θ. 63
sequitur, Cassius in risus est ductus, Brutus ipsum foras eiicit, uerè falsum canẽ græcis uocabulis ipsum appellãs, & nihilominus hoc tunc finem illorũ altercationibus dedit, statímq; disiuncti sunt. Hinc Cassius cùm cœnã apparauisset, Brutus amicos conuocat: qui cùm omnes discubuissent, Faonius ex obliuione dimissus, ubi se lauerat inter cœnandum accessit. Sed attestante Bruto illũ nõ accersitũ illuc uenisse, cùm ob id in infimã spondam deduci iuberet, Faonius ui profectus in medium discubuit, inde cibus potúsq; non iniucundum risum atq; iocum exhibuit. Postero die Brutus L. Pallam ciuem Romanũ qui sub ipso militauerat, sibíq; iam fidus fuerat, Sardianis furti ipsum criminãtibus publicè damnãs, ipsum infamem censuit: quam rem grauiter Cassius tulit. Ipse enim ante dies paucos duos amicos suos eisdem delictis re- 64
dargutos, priuatim admonitos palàm dimisit, eísq; tum etiam utebatur. Vnde Brutum improbabat, quòd nimis austerus atq; seuerus foret, eo tempore, in quo humanitate atq; clementia opus erat. Sed ille cum admonebat, ut Idus Martias in memoriam sibi duceret, in quibus Cæsarẽ occiderunt. Nõ enim cæsum aiebat, quòd omnes homines undecunq; uexaret, sed quòd sustentaculũ ac columen illis foret qui id facerent. Quare si qua occasio laudari potest ex qua negligeretur iustũ, satius fuerit Cæsaris amicos tolerare, quàm eos qui coram seipsis delicta patrarent. Illis enim inhumanitatis crimen imponitur, nobis iniquitatis. Cæterùm cùm ex Asia digressuri essent,
Bruti mira uigilantia. dicũt admirandũ signum seu portentũ Bruto fuisse. Natura quidẽ erat somni parci- 65
simus hic uir, somnúmq; & exercitio & continentia ad parui temporis spatium producebat. Interdiu dormiebat nunquã, noctu tantùm, quantùm neq; quicquã facere, neque cum quoquam colloqui quiescentibus cæteris omisisset. Instante bello hic rerum omniũ summam habens in manibus, præterea sensus omnes rebus futuris exponens, cum primùm serò ex cibis somnescceret, quiescebat, deinde reliquũ noctis tempus necessariis rebus dabat: si uel superabat tempus, uel negotia illa deficiebant, usq; tertiam uigiliam literis operam præbebat: iuxta enim eandem horam centuriones atque tribuni secum conuenire cõsueuerant. Cùm ergo ex Asia discessurus foret exercitúmque traiicere uellet, nox equidem erat profunda & ferme media, lumen uerò splendidum nimis contubernia non habebant, & silentium undique tenebãt castra. Is itaq; secum aliquid reputans, sibiipsi intẽtus aliquem ad se ingredientem præsen- 66
Mõstrosa imago uisa Bruto. sit: ad introitũ aspiciens, horrendam & monstrosam aspexit imaginem corporis feri atque terribilis silentio sibi assistere. Interrogare tamen eam ausus Brutus, Quis, inquit, hominum aut deorum es? quid tibi uis? quî ad nos uenisti? Ad quæ submurmurauit

rauit ille, Tuus ô Brute, malus genius sum, in Philippis me uidebis. Tum Brutus non exterritus, Videbo, respondit. Verùm cùm euanuisset imago, accersitis pueris, atque his dicentibus se nullam uocem audiuisse, atque nullam uidisse imaginem, Brutus accubuit. Deinde suborta luce, uersus ad Cassium uisionem ei narrauit. Tum Cassius rationibus Epicuri innixus, consuetus & aliàs de his cum Bruto conferre, Noster, inquit, ô Brute, hic sermo est, quòd non omnia uerè patimur, neque uerè uidemus: sed mutabile ac deceptibile quiddam noster sensus est: præterea intellectus est perspicax ad mouendum sensum, illúmque è subiecto nullo mutare ad omnem for-
67 mam. Imaginatio enim cæræ similis est. Animæ uerò hominis, quæ fingens & ficta pariter habet, facillimum est per seipsam idem uariare, componeréque. Hoc ostendunt somniorum mutationes, quas breui momento phantasia uertit in multiformes passiones & imaginum species. Moueri semper, naturale hoc est. Motus autẽ, uel phantasia est, uel quædã intelligentia: tibi ô Brute, corpus naturâ triste eleuat intellectum atq; diuertit. Dæmones nullo pacto esse, credibile: neque si sunt, hominum habent formam, aut uocem, siue potentiã, quæ ad nos pertranseat. Quàm uellem ô Brute, hoc esse, ut non solùm armis, equis, nauibus, sed deorum suffragiis fideremus, qui optimorũ operum ac sanctissimorũ duces sunt. His sermonibus Cassius Brutũ emolliuit. Cùm milites ad prima signa egrederentur, duæ aquilæ simul impetu magno delatæ iuxta castra cuolauere, usque Philippos à militibus continuò enutritæ, ex quo
68 loco ea die, quæ pugnam antecessit, abire uisæ. Cæterùm pleraq; uicinas his locis gẽtes Brutus sibi subegit. Si qua ciuitas aut dux ipsis obsisteret, tunc omnes illuc copias conducentes tantos tótque expugnauerunt, ut usque mare ad urbẽ Thassum progressi fuerint. Hinc iuxta Norbanũ in locis quæ difficillima atq; angusta sunt castra ponentibus, insultantes in ipsos hostes ut abstinerent coegere, & dimissis locis fugauere. Qua in pugna cùm Cæsar ob ualetudinẽ abesset, ne copias Brutus caperet parum abfuit, nisi auxilio & breuitate moræ contra Brutũ cæterósque hostes incredibili celeritate Antonius succurrisset. Deinde post decem dies uenit & Cæsar. Castra disposuere, aduersus Antonium Brutus, & aduersus Cassium * Cæsar. Campi qui in medio eorum adiacebant, Philippos Romani appellauere. Hinc tunc maximè Romano-
69 rum uires utrinque conuenere. Verùm multitudine Bruti copiæ non parum distabãt à militibus Cæsaris, sed ornatu & armorum ipsorum cultu splendidior Bruti exercitus apparuit: ex auro enim pleraque hominum arma uidebantur, argentúmque inter eos abundè exuperabat, licet in cæteris ex singulari quadam Brutus modestia ductores sui exercitus parcè & modicè assuetos cõtinuisset. * Censum enim quem circa manus & reliquum corpus habebant, existimabat in uiris honore cupidis quiddam dignitatis ac elationis adducere. Præterea huiusmodi ambitiosos atque cupidiores uiros bello asperiores fore, si amorem & fiduciam in armis perinde ac diuitiis eorum posuissent. Cæterùm cùm Cæsaris castra lustrarentur, paucùm tritici, & quinque dra-
70 chmas uiritim ad sacra diuiserunt. Quam rem milites Bruti contempserunt ex parsimonia seu ex pusillanimitate. Inde ipso sub dio, quemadmodum est consuetudo, lustrauere exercitum, atque pro sacrificiis cuilibet secundum eorũ contubernia frumẽtum debitum, & quinquaginta partiti drachmas, & ex beneuolentia & auiditate pugnandi longè magis beneuolos suos adepti fuere. Nihilominus in hac castrorum lustratione memorant pestiferum quiddam de Cassio uisum: coronam enim inuersam ac dilaceratam eius satelles sibi attulit. Dicitur & antea in spectaculo quoddam Victoriæ signum ex auro conflatum, cùm sibi apportaretur cecidisse, labente illo qui id afferret. Præterea uolatilia plura quæ carnibus pascuntur, interdiu in castris apparuisse. Examen etiam apum circa locum quendam intra uallum insedisse, quem locum augures superstitione commoti clàm exclusere à castris. Hoc etiam Cassius ex Epicu-
71 ri rationibus subduxit, sed eius milites omnino perterriti. Vnde non uehementer

Pugnã Cæsarianorum & Brutiin Philippis.

* Κυπάρισσος.

* πλῆθος.

optabat Cassius impræsentiarum rem ferro decerni, sed cesuit milites, quòd auro dicebat esse uberiores, numero uerò deficere ab hostibus, prælij moram terere. Brutus autem festinabat id expediri, quòd celerrimè ab hostibus aut libertas patriæ expediretur, aut uiri omnes qui impensis, militia & imperiis uexabantur, his malis liberarétur. Dúmque hæc animis reputaret, aspiciens Brutus equites suos qui iam initia pugnæ acceperant, prævalere, & aduersus hostes salubriter prosperari, dum magis mentem attollit, defectiones etiam quædam ad hostes calumniáque & suspiciones in castris innatæ. Plures ex amicis Cassij ad sententiam Bruti uerterunt, uerùm Attellius unus ex beneuolis Bruti ipsi aduersabatur, iubens ad pugnam hyemem expectandam omnino esse: quem cùm interrogasset Brutus, quid expectatio illa in alium annum conduceret: respondit, Vt aliud nihil, plus tamen temporis uiuam. Ad hoc Cassius indignatus est, sed nihilominus Attellius & alios simili sermone dicaci haud mediocriter læsit. Decretum est igitur postera die prælium committere. Brutus interea optima spe fretus, ac philosophicis rationibus innixus, peracta cœna nulla, quieuit. Cassium inquit Messala cœnauisse, secúmque in cœna ex domesticis habuisse quàm paucos, & præter naturæ suæ consuetudinem, secum meditantem tunc conspectum fuisse, ac silentio pressum. Deinde amota mensa refert eum cùm suam manum apprehendisset, hæc uerbis græcis iactantem (ut consueuerat) protulisse, Teô Messala, testor, hæc Pompeio Magno coactus præbui, ut unà in pugna pro patria iacta alea sit: mentem tamen bonam habemus cùm ad fortunam intuemur, cui, etsi malum consilium inimus, diffidere haud iustum. Hæc loquuto Cassio refert Messala illum tunc ultimo se complexum, deinde ab ipso se in posterum diem conuiuam uocatum, in quo eius natalitium celebrabat. Vt uerò illuxit dies, utriusque castris Bruti & Cassij certaminis signa imposita sunt pallium rubrum, ipsi in medio conuenere castrorum. Deinde Cassius, Vtinam Brute, inquit, nobis uincere datum sit, simúlque per omne tempus mutua felicitate coniungi. Cùm autem maxima rerum humanarum incerta sint, & præter utriusque mentem, euadentes prælio non facilè est ut nos iterum mutuò uideamus: quid autem de fuga, aut de nece decernis? Ad hæc respondit Brutus: Adhuc cùm iunior essem Cassi, & rerum inexpertus, nescio quomodo in philosophia sermonem edidi magnum, in quo aduersus Catonẽ sum inuectus, quòd seipsum peremisset, tanquam nefas & inhumanum esset fatis cedere, neque intrepidè recipere quæ contingunt, sed ea fugare. Nunc diuersæ sententiæ in casibus fio: quare si deus præsentia nõ tueatur, iterum alios apparatus, iterum alias spes redarguere non est opus, sed à fortuna liber euadam, Idus Martias laudans, in quibus libertatem patriæ dedi, alibi uicturus ob patriam liberam, & glorioſam & splendidam uitam. His uerbis subridens Cassius Brutũ complexus, Hoc, inquit, proposito in hostes irruamus: aut enim uincemus, aut uincẽtes non timebimus. Post hæc præsentibus eorũ amicis de struendis aciebus inter eos sermo exortus est. Brutus Cassium postulauit ut dextrum sibi cornu cõcederet, quod & ob peritiam rei militaris, & ob ætatem magis uidebatur Cassio pertinere. Nihilominus hoc Cassius concessit: præterea Messalam hoc in cornu bellicosissimam partem militum habentem locari iussit: quo pacto Brutus equitatum eduxit omni ornamẽto maximè cultũ: iuxta quos haud segnius pedites instruxit. Antoniani uersus paludes ubi castra posuerant, uallũ iniecere, itérque ad mare Cassio præcludebant. Cæsar inter hæc locabatur absens ipse quidem ex mala ualetudine, sed eius copiæ aduersus hostes pugnaturę haud nimium uidebantur, sed incursionibus tantùm pro tempore usuræ, quæ leuibus sagittis atque tumultibus insilientes aduersarios perturbarent. Parum hi intenti cornu oppositi Bruti, clamorem, qui circa uallum effundebatur, admirabantur. Non enim huius causam scire poterant, & hic continuus multúsque efferebatur. Interea cùm à Bruto tessera prodiret, ex qua prælij signum ducibus dabatur, ipséque Brutus eques legiones am-

nes ambiret, admonens uti spem bonã haberent, pauci expectare potuerunt ut signũ sibi datum acciperet: alij uno impetu ingenti clamore in hostes prosilluere. Perturbato igitur acierum ordine, ac legionibus hinc inde distractis, à Messala primùm, deinde à cæteris sinistrum Cæsaris cornu prætermissum, unde parum in hoc latere ferientes in media castra procurrunt. Ex his Cæsar, ut ipse in commentariis suis scripsit, cùm quidam Artorius Marcus per somnum uisionem habuisset, qua iubebatur monere Cæsarem ut pugna excederet, castráque relinqueret, antea parum excesserat, creditum tamen est eum tum occisum fuisse. Lecticam enim ipsius licet uacuam pilis ensibúsque cùm perforarent; hinc lacéram abstraxere. In castris inde fit magna cædes comprehensorum, præterea duo millia Lacedæmoniorum, qui nuper in auxiliũ Cæsaris aduenerant, cæsa: non enim ambierunt Cæsaris copias, sed rectà irruentes fa- 77 cillimè perterritos auerterũt, strictísque gladiis tres cohortes fudere. Deiũde fugientes alios persequuti in castra sunt, uincendi cupiditate detenti, Brutúmque ipsum ducem habentes. Cæterum id quod uictores ipsi haud aduerterunt, Cæsar ipse uictus ostendit. Nudum enim & scissum latus aduersæ phalangis, à quà dextrum cornu Bruti disiunctum erat, dum insequuntur, mediam eorum aciem non omittunt, sed magno conatu in ea detinentur. Sinistrum uerò Cassij, & ex confusione militum, & ex ignorantia rerum quæ obtigerant, in castra cùm fugauissent, illos intra uallum persequuti cuncta diripiunt, præsente nullo imperatorum. Antonium enim dicunt initio pugnæ hostium congressum euitasse, atque in paludem sese recepisse. Cæsar uerò nusquam manifestus erat, nam uallum exierat. Quidã præterea Bruto enses sanguine madentes ostentauerunt iactantes se illum interfeciſſe, effigiem oris ac ætatem 78 in qua fuerat, referentes. Interea & Cæsaris media acies strage suprema oppressa fuerat, & omnino Brutus uictor apparebat, quemadmodum Cassius uictus. Hoc uerò solum horum res in perniciem duxit, quòd Brutus Cassio ueluti uictori auxilium non tulit, Cassius Brutum ueluti uictum expectare non potuit, deinde quòd Messala uictoriæ metas posuerit, quòd tres aquilas, & plura hostium signa comprehenderit, ipsíque nihil amiserint. Verùm rediens Brutus iam deleto Cæsaris apparatu, admiratus quòd copias Cassij (sicut consueuerat) in loco non uideret excelso, neque cætera ordine suo esse: rapta etenim extemplo atque dilacerata fuerunt ab irruentibus hostibus: qui uerò iuxta ipsum erant, aciem acutiorem habentes, sibi retulere, sese multas uidere cassides fulgentes, multos clypeos argenteos intra uallum Cassij deferri, unde apparere sibi, neque eundem numerum, neque eundem armatorum apparatum esse quos reliquisset, nihilominus nec se uidere cæsorum multitudinem, qualem fas foret 79 tot cohortibus ui deuictis. Hæc primùm mentẽ Bruto præbuere Cassianæ cladis. Relinquẽs igitur præsidia in castris hostium milites reuocat, eósq; cogit tanquam laturos Cassio auxilium. Sed res Cassij sic erant, neque libẽter aspexit Cassius primum ingressum militum Bruti, quòd sine signo, quòd sine iussu irruissent in hostes: neque sibi placuit, quòd hi uictores confestim ad rapinam procurrissent & ad quæstum, contemnẽtes hostes circũdare. Quare dilatione sua atque ignauia magis, quàm consilio & impetũ ducum à dextro hostium cornu circùm opprimebatur, móxque ut equites inclinare uidet, & uersus mare de fuga cogitare, subfugientes etiam pedites retinere tentauit, signúmque ab euadente milite uno rapuit, & illud ante pedes fixit. Sed militibus qui circa corporis sui præsidiũ locati fuerant, haud sponte manentibus, coa- 80 ctus Cassius cum paucis in editum collem unde castra spectare poterant euadit. Sed præter castra ab hostibus capta hic nihil prospexit: erat enim uisu hebetior. Equites uerò circunstantes aspiciebant multi qui ad ipsum aduẽtabant: hi erant illi, quos nuper Brutus in præsidium sibi miserat. Sed credidit Cassius hos cohortes hostium esse, qui ipsum aggrederentur. Ex præsentibus unum tamen dimittit nomine Titinium, qui cuncta specularetur. Hic ergo profectus equites aduenientes minimè latuit,

Pugna inter Cæsarianos Antonianos iunctos, & Brutum & Cassium.

Antonij in paludem occultatio.

ſed ut eum uidere uirum amicum & Caſſio fidum, lætitia exultant, inde conſueta ſalute data ex equis deſiliere, dextrásque iunxere. Alij ipſum ambientes ex magno gaudio cum plauſu pæana cantabãt, quòd maximum malum euitaſſent. Interea Caſſius uerè exiſtimauit Titinium ab hoſtibus captum: cúmque hoc dixiſſet, Ob ſalutem noſtram ſpectare potuimus uirum amiciſſimũ ab hoſtibus captum: triſtis in ſolo quodam tabernaculo ſeſe recepit, ex libertis unum nomine Pindarum ſecum trahẽs, quẽ
Caſſij mors. ex cladibus Craſſi in hos extremos caſus ſibi apparauerat. Tũc Caſſius chlamyde ob- 81
ducta caput obtegens, iugulúmque enudans, ſeſe feriẽdum præbuit. Auulſum ab humeris caput repertum eſt. At Pindarum poſt cædem hanc nemo hominum uidit, ex quo pleriſque ſcrupulum dedit, quòd iniuſſus uirum interfeciſſet. Poſt hæc haud longè equites manifeſtè cogniti ſunt, & Titinius corona redimitus ab his redibat ad Caſſium: ut uerò ex ploratu & amicorum ſeſe affligentium queſtibus & ululatibus rem intellexit, & errorem ignorantiæ, enſem diripuit, multúmque in ſuam tarditatẽ inuectus, ſeipſum iugulauit. Brutus conflictum etiam Caſſij cùm intellexiſſet, approperans, iuxta uallum mortem ipſius audiuit: corpus deinde cùm exornaſſet luctibus, ac ſummũ Romanorum uirum omnium eum appellauiſſet, aſſerens nullũ iam poſſe ciuem talem in urbe fore, ipſum decẽter ornatum Thaſſum mittit, ut in exercitu eius funus turbæ atque mœſtitiæ cauſa non eſſet. Quo peracto, ipſe Caſſianos milites co- 82
gens, eos ſolatus eſt. Præterea cùm aſpexiſſet omnes neceſſariis ſpoliatos, pro rebus amiſſis cuilibet duo millia drachmarum pollicitus eſt. Milites ad huius orationẽ ſpe recreati ſunt, magnitudinem largitionis admirati. Deinde abeuntem eum cum læto clamore ſunt comitati, ipſum laudibus efferẽtes, quòd ex quatuor imperatoribus ſolus ipſe inuictus fuerit. Factum enim res ipſa docebat, & prælio tunc bene ſecum peractum eſſe conſtabat: nam cohortibus paucis aduerſarios omnes fugauit. Si omnibus copiis uſus eſſet in pugna, nec plurimi omiſſis hoſtibus ad hoſtilem prædam corruiſſent, nulla profectò pars ipſorum inuicta, ut creditur, remanſiſſet. Horum octo millia cæſa cum domeſticis, quos Brutus Brigas appellare ſolitus erat. Aduerſarios refert
Meſſala ſe exiſtimare plures quàm in duplo cecidiſſe. Quapropter magis extimeſce- 83
bant illi, antequam Caſſij ſeruus nomine Demetrius nocte imminẽte ad Antonium ueniſſet. Is enim è cadauere chlamydem rapiens atque enſem, ad Antonium eſt profectus: quibus delatis ita confidere cœperunt, ut prima luce copias ad pugnam ducere ſtatuerint. Cæterùm cùm uterque exercitus apud Brutum ſatis cum periculo fluctuaret, ſuæ etenim copiæ captiuis onuſtæ diligentiori præſidio agebant, Caſſiani uerò mutationem ducis non facilè ferebant, ſed aduerſus uictores inuidia quadam ac odio flagrabant, milites in armis eſſe iuſſit, pugna tamen abſtinuit. Captiuorum deinde qui ſerui fuerant, & in armis ſuſpecti uerſabantur, occîdi iuſſis, liberos à uinculis ſoluit, inquiens, optare ſe ut ab hoſtibus magis caperentur, & apud eos captiui & ſerui fierent, apud ſe enim niſi ciues & homines liberos eſſe non poſſe. Quã rem cùm 84
aſpiceret duces & proximos ſuos moleſtè ferre, eos occultè tacitéq; ſaluauit, clàm eos è ſtationibus proripiens. Inter hos uiri quidam erant Volumnius Mimus, & Saculio hiſtrio captiui, quos cùm Brutus in aliqua ſorte non poneret, eos adducentes amici coram Bruto ipſo criminabantur, quòd etiam tunc neque dicere, neque carpere contumelioſè abſtineret. Quocirca tacẽte Bruto aliis implicito curis, Meſſala Coruinus cenſuit uti eos uirgis cęſos nudos traderent hoſtium ducibus, ut uiderent qualium uirorum in exercitu egeant, compotatorum atque dicacium. Publius Caſca is qui primus Cęſarem percuſſit, Non belle, inquit, defuncto Caſſio cum riſu iocóque ſacra facimus: tu uerò Brute clarè oſtẽderis qualem animum habeas circa collegam ducem, ſi hos punieris mordaces ac cõtumelioſos uiros, aut in uincula detruſeris, qui ei ma- 85
ledicere haud ceſſabant. Ad hæc indignatus Brutus, Quid ergo, inquit, ô Caſca, me interrogatis? cur non ipſi iuxta libitum facitis ueſtrum? Hoc reſponſo captaſſe uiſi

Bruti

Bruti mentem aduerſus miſerrimos hos uiros, ipſos inde adductos perdidere. Brutus deinde dona promiſſa militibus tradidit: móxque pauca queſtus quòd nuper pugnæ ſignum non audiſſent, quòd uniuerſi immoniti atque confuſi in hoſtem erupiſſent, pollicitus ipſis eſt ſi uictoriam proximæ pugnæ reportarent, duas ciuitates in prædã liberam ſeſe conceſſurum, Theſſalonicam & Lacedæmonem. Hoc ſolũ in uita Bruti inter cætera crimina quibus arguitur inexcuſabile habetur, licet longè his grauiora præmia militibus ſuis Antonius atque Cæſar promiſerint, Italiam fermè totam, excluſis antiquis habitatoribus ac poſſeſſoribus eius, ut ea loca illi, præterea ciuitates
86 integras nihilum ſibi pertinentes, acciperent. Sed illis quidem dominari ac uincere propoſitum erat, & hic erat belli ipſorum finis. Brutum ex ſola uirtutis gloria neque uincere, neque ſaluari creditum eſt, niſi cum bono & æquo. Hæc igitur conceſſit poſt exceſſum Caſſij, qui à pleriſque accuſabatur, quòd Brutum ad iniuſta quædã & uiolenta adduceret. Sed quemadmodum in naue temone effracto conantur alia ligna figere & iuxta neceſſitatem operi adaptare, licet malè id poſſit: ſic Brutus in tot & tãtis copiis haud nimiùm re fortunata, collegam ducem non habens, qui pari lance reſponderet, rebus cogebatur præſentibus uti, præterea multa facere ac multa dicere militum ſuorum arbitrio. Quare uidebatur omnia illa conceſſurus, quæ Caſſij milites placatura erant. Intractabiles enim hi erant in caſtris, ex amiſsione ducis aſperi &
87 effrenes, aduerſus hoſtes ex cõflictu percepto ignaui ac timidi. Nihil uerò melius Antonij ac Cæſaris ſe res habebant, qui neceſsario utebantur (ut aiunt) foro, & ex caſtrorum concauitate aſperrimam hyemem expectabant. Paludibus enim impliciti, præterea poſt pugnam autumnalibus pluuiis copioſi, limo omnia cõtubernia impleuerant, aquáque, quæ ex frigore in glaciem denſabatur. Dum hoc in ſtatu ſeſe utrique habent, de clade pelago accepta nuntius in caſtris Cæſaris refert. Plures enim copiæ militum, quæ ex Italia Cæſari ducebantur, à nauibus Bruti abſumptæ ſunt. Horum perpauci hoſtes effugientes ex fame uela rudentésque mandentes, ſuperſtites tamen fuerunt. Hæc audientes Cæſar & Antonius feſtinauerũt rem ferro decerni antequam Brutus uictoriam præſentiret: eadem nanque die obtigit, ut terreſtris pugna cõmiſſa
88 fuerit atque naualis. Verùm quodam ex caſu magis, quàm ignauia eorum, qui nauibus præſidebãt, ignorauit Brutus uictoriam partam, cùm iam uiginti dies abiiſſent. Non enim pugnam conſeruiſſet ſecundam, cùm per multum tempus res neceſſarias pro caſtris reparauiſſet. Præterea ipſe in locorum opportunitate tenebat exercitum, hyemis expers, nec facilè hoſtibus inuadendus. Viciſſe mari, uiciſſe etiam continenti, ad ſpem magnã Bruti dignitatem eleuauiſſet. Sed cùm res, ut uidetur, iam à multis regendæ non eſſent, ſed ad monarchiam aſpicerent: deus & mutare & abducere cuncta, quę uelit, potens, Bruto fortunam hanc lætam abſtulit, licet iam iam ita propinqua foret, ut eum uix latuerit. Ea nanque die, quę pugnam pręceſſit, fermè ſub noctem Clodius quidam ſpontè è caſtris hoſtium ad Brutum uenit, nũtians quòd quia
89 ſenſiſſet Cæſar claſſem ab hoſtibus ſuperatam, pugnare feſtinat. Quæ cùm dixiſſet, hic uir fidem non habuit, nec ad conſpectum Bruti acceſſit omnino ſpretus, ſeu quòd uerum nihil audiſſet, ſeu ob gratiam falſa nuntiaret. Verùm in ea nocte dicũt tetram illam imaginem Bruto apparuiſſe, quæ cùm eandem faciem repræſentaſſet, nihil dixiſſe, ſed mox abiiſſe dicitur. Publius Volumnius uir philoſophus, qui ex initio Bruto commilitauerat, hoc non commemorat ſignum: ſed aquilam primam apum plenam conſpectam fuiſſe refert, & ex tribunis militaribus quendam repentè brachium mira ſuauitate roſei odoris manans oſtẽdiſſe, quod cùm plures abſterſiſſent, nihil deſiiſſe. Duas etiam refert aquilas in medio utriuſque exercitus ſpatio ante pręliũ congreſſas ſimul pugnauiſſe: quas cùm uidiſſent omnes in prælium profectas, ſilentium ambo caſtra tenuerunt permagnum & incredibile ferme: ceſsiſſe tamen aquilam è
90 partibus Bruti profectam, atque fugiſſe narrat. Præterea Aethiops uulgò ſeſe oſten-

dit,qui apertis caſtrorum portis aquilam ferenti obuiam factus, à militibus augurij captantibus gladio cæſus eſt. Brutus acie educta cùm eam ex oppoſito hoſtium ſtatuiſſet,permultum ſpatium immoratus eſt. Nam ſuſpiciones multæ & indicia quædam diſponenti exercitum à quibuſdam præbita. Præterea equites uidebat pugnæ initium haud auidè inire,ſed continuò operam peditum expectare. Deinde uir quidam bellicoſus & hactenus maximè fortitudine ſua celebris, iuxta Brutum ex equo deſcendens defecit ad hoſtes:Camulatus is uocabatur:quem cùm uideret Brutus abeuntem,grauiſſimè indoluit partim ob iracundiam, partim ob maioris mutationis proditionísque metum. Circa horam deinde nonam inclinante iam ſole, aduerſus hoſtes Brutus mouit caſtra,qui ea militum parte,quam ducebat ipſe, uicit urgens ſiniſtrum hoſtium cornu quod irruẽti ſibi cedebat. Equites enim corroborati unà cum 91
peditatu hoſtes ui repulere. Alterum uerò cornu ne ambiretur, ducibus ipſum in hoſtes adducentibus,quod numero erat breuius, per medium ſciſſum eſt: unde inualidius factum aduerſariis minimè obſtitit,ſed primùm aufugit:tum hoſtes illud feriẽdo perſequuti pertinaciſſimè Brutum circundederunt. Sed ipſe quotquot opera uel imperatoriæ, uel militaris uirtutis,& manu & mente in re tam graui atque periculoſa tum oſtendit. Sed quod priore pugna ſibi profuerat, in hac eum offendit. Tum enim quicunque ex hoſtibus uicti erant, confeſtim perditi fuere: præterea è militibus Caſſij fugatis pauci cæſi. Qui uerò euaſerunt antequam conflictus undique fieret, reliquam exercitus partem tumultus atque timoris repleuerunt. In hoc autem prælio 92
præter cæteros M. Catonis filius inter optimos ac generoſos iuuenes pugnans defeſſus haud fugit,ſiue ceſſit,ſed ſtrenua manu uſus dicens quis eſſet,& ſeſe à patre denominans,in plurimis cæſorum corporibus cecidit. Ceciderunt & aliorum fortiſſimi, Bruti gratia omni periculo ſeſe obiicientes. Inter Bruti domeſticos erat uir quidam optimus nomine Lucilius: hic barbaros quoſdam equites uidens in proſequendo aliorum nullam rationem habere,ſed in ſolum Brutum cum magno impetu ferri,ſtatuit periculo ſuo quamprimùm ſe illis obiicere: omiſſus ergo ab ipſis paucùm, cùm iterum coràm adeſſet,ſe inquit Brutum eſſe.Crediderũt illi, quoniam orabat is ut ad Antonium ſeipſum adducerent:nam Cæſarem extimeſcebat, in Antonio uerò ſpem ſętam habebat:cùm illi uirum cõplexi,& admiranda quadam felicitate ſe frui exiſtimantes,nocte iam imminente ad Antonium illum ducunt, præmittẽt es è ſuis quoſdam qui hæc Antonio nuntiarent. His lætatus Antonius, obuiam fit adducentibus 93
uirum:nonnulli etiam aliorum audientes Brutum uiuum haberi,ducíque,procurrerunt. Hi fortunæ caſum miſerabantur, alij dignitatis ſuæ ipſum arguebant, quòd uiuendi cupiditate barbarorũ prædam ſe feciſſet. Cùm appropinquaſſet, ſubſtitit Antonius,mente uoluẽs qualiter Brutum recipere oporteret. Lucilius igitur ductus, Antonio pernimiùm fidens,Marcum,inquit,Brutum ô Antoni,nemo cepit,abſitque ut « ipſum quiſquam capiat hoſtis, ne fortuna tantæ uirtutis uictrix ſit: ſed ille aut uiuus « inuenietur,aut mortuus,dignè ſeipſo uſus. Ego milites decipiens ad te ueni, ob hoc « nihil pati abnuens intolerabile. Hæc locuto Lucilio exterritis omnibus,Antonius ad « eos qui ipſum adduxerãt uerſus: Nempe ô commilitones,hunc errorem grauiter fer- 94 «
tis,eludi exiſtimantes,ſed ſcitote meliorem uos uenationem adeptos:dum enim hoſtem quæritis, amicum nobis adducitis. Viuo quidem Bruto per deos ignoro qua in « re uterer:his amicis utinã magis,quàm hoſtibus potiar. Cùm hæc dixiſſet Antonius, « Luciliũ amplexus,tũc illum cuidam ex familiaribus cõmendauit: poſtea uerò illo in omnia fido atque diligẽtiſſimo cõtinuò uſus eſt. Cæterùm pertranſiens Brutus fluentum quoddã arboribus undique conſitum ac præceps,iam nocte obſcura haud multùm proceſſit,ſed in loco concauo & permagnã petram habente ſedens,præſentibus paucis & amicorum & ductorum exercitus, & primùm ad cælum ſtellis ornatũ inſpiciens,duos loquutus eſt uerſus,quorum alterum Volumnius ſcripſit:

Iſta

Iſta Iouem haud lateant,quíque horum eſt cauſa malorum.

95 Verſum alium ſe oblitum fuiſſe cõmemorat. Paulò pòſt peracta pugna, Brutus inter comites cæteros amiſſos quẽlibet nominãs,maximè in Flauij atq; Labeonis mentione ſuſpirauit. Erat Labeo ipſius legatus,Flauius opificũ præfectus. Interea è proximis quidam ſitiẽs,cùm Brutum aſpiceret ſimili auiditate detentũ, galeam accepit, & ad fluuium cucurrit. Sed ſtrepitu è parte altera facto,Volumnius ſpeculatum acceſſit, & cum eo Dardanus ſcutifer. Hi poſt paucũ regreſſi de potu percontantur: ad quæ modeſtè nimis ſubridens Brutus,Volumnio,inquit, abſorptus eſt, ſed uobis alius afferetur. Idem igitur deſtinatus fermè comprehẽſus ab hoſtibus ſaucius uix euaſit. Exiſtimanti Bruto non multos in certamine cecidiſſe, pollicitus eſt Statilius id per hoſtes
96 uadentẽ ſe ſciturum. Aliàs enim fas non erat eorũ caſtra conſpicere. Facem accenſam igitur hic eleuaturum ſe, ſi euaſos à cæde inueniret,reditu promiſſo,eò profectus eſt. Cùm ergo in caſtra peruentũ eſſet,facéque eleuata plurimam horam terente Statilio, inquit Brutus, Si uiuit Statilius ueniet. Obtigit autem ut cùm rediret,in hoſtes incideret,perirétque. Cæterùm nocte procedente, Brutus accubans ut ſedentem tulerat caſus,Clitum eius familiarem alloquitur. Quo tacente atque illachrymante,Dardanum ſcutiferũ ad ſe ducens,ſermonem quendã priuatim cum ipſo egit. Tandem Volumniũ ipſum græcè quibuſdã orationibus exemplíſque cõmonefaciens,orat ut manu enſem uulneri adaptaret, ſimúlq; impelleret. Sed Volumnius id ab animo Bruti
97 euellere tentauit, cæteríq; haud diſſimiliter id conati ſunt. Verùm dicente quodam ex primis,manere non oportere,ſed fugere:ſurgens Brutus,Nempe,inquit,fugiendũ eſt non pedibus,ſed manibus:deinde dexteram cuilibet ſuperimponens,iucundè nimiùm ſe lætari inquit gaudio ſummo, quòd amicorũ ſuorum nemo ſibi mentitus erat,fortunã uerò patriæ accuſare. Se quippe ipſum magis beatũ exiſtimare, quàm uictores ſuos,neque heri tantum modo,neque antè,ſed nunc uirtutis gloriã relinquentem,quam nec armis,nec potentia relinquunt illi qui uincunt. Iudicio nanque meo uiros iuſtos iniqui, & optimos peſſimi perdunt, & præter leges fáſque dominantur. Hinc eos obteſtans obſecránsque ut ſalutem ipſorum curent, cum duobus illorũ aut tribus lõgius receſſit. In his fuit & Strato, in facultate rhetoricæ quondã domeſticus.
Hunc Stratonem Brutus apud ſe conſtituẽs,ac enſem nudum ambabus manibus ſu- *Brutus ſeipſum interficit.*
98 per capulo erigens, cuſpidi incubuit, uitámque finiuit. Sed aliqui dicunt Stratonem ualidiſſimis Bruti precibus oculos aliorſum inflexũ,enſem ſibi ſubieciſſe,Brutũ uerò impetu pectus præbentem uiribus propriis uſum quamprimũ obiiſſe. Stratonẽ hunc Meſſala Bruti beneuolus cùm poſtea Cæſari eſſet conciliatus in præſentiam egit: lachrymãs enim,O Cęſar,inquit,hic eſt,qui meo Bruto gratias extremas ſubminiſtrauit. quare Cæſar ipſum ſuſcepit,eúmq; in laboribus ſocium habuit. Deinde in agonibus apud Actium ex optimis Gręcis unũ & ipſum duxit. Meſſalam etiã dicunt poſtea à Cæſare laudatum, quòd licet in campis Philippis Bruti gratia acerrimus hoſtis ſibi fuiſſet, in Actio tamen prõptiſſimum ſeſe præbuit. Ad quæ & ille reſpondiſſe fertur: Ego tibi ô Cæſar,ſemper melioris atque iuſtioris partis honoríſque fui. Cęterùm Antonius Brutum defunctũ inueniens,corpus ipſius in pretioſiſſima ſuarum ueſtiũ iuſ-
99 ſit inuolui. Hanc ueſtem purpureã cùm deinde furto ablatã cognouiſſet,furem occidit:reliquias uerò ad matrem Bruti Seruiliã miſit,& uxorẽ Porciam. Nicolaus philoſophus & Valerius Maximus narrant hanc cùm mori ſtatuiſſet, & nemo amicorum aſſentiebat,imò diligenti cura id prohibebant,ex igne ardentes prunas arripuiſſe,atque bibiſſe,deinde os claudentem ſic uitam extinxiſſe. Atqui epiſtola quædam Bruti inuenitur,aduerſus neceſſarios conquerentis atque lamentantis,quòd ab ipſis Porcia ita neglecta fuiſſet,ut ex morbo uitam finire magis elegiſſet. Videtur igitur Nicolaus tempus ignorauiſſe, poſtquam & paſsionem mulieris,& affectum,& modum necis ſubintelligere præbuit epiſtola,ſi epiſtolam uerè Bruti fuiſſe dicimus.

COMPARATIO DIONIS AD BRVTVM.

HIs itaque hominibus cùm multa bonorum adſint genera, illud quòd 100
inter primates ampliſſimi minimas per occaſiones facti ſunt, Dioni
pulcherrimum extat. Neminem enim habet, qui ullam rerũ ab eo ge-
ſtarum partem ſibi uendicet, ſicuti Brutus Caſſium: qui uir licet in uir-
tute gloriáue haud ſimilem meruerit exiſtimationem, ad bellum tum
audacia & fortitudine, tum etiam gerendo non minora profectò momenta præbuit:
quippe cùm nonnulli ſint, qui ei totius exordium operis adſcribant, & hunc ipſum
ſuſcepti contra Cæſarem conſilij ducem aſſerant. Dion uerò ſicut arma, naues, mili-
tarémue potentiam, ita & amicos, & ſocios, & ad rem peragẽdam adiutores ipſe ui-
detur ab ſe cõparaſſe. Nec uerò Dion uti Brutus ex bello rebúsque gerendis ullas ha-
buit opes aut poteſtatem, cæterùm proprias ipſe bello facultates attulit, quem exilio
commeatum habebat ad liberandorum ciuiũ uſum erogans. Præterea Brutus & Caſ- 101
ſius cùm patria eiecti Roma, tutũ agere nequirent otium, quinimò capitali damnati
crimine à perſequentibus peterentur, ad bellum neceſſariò confugere, & ferũda ar-
mis corpora commendãtes, pro ſe magis, quàm ciuibus pericula ſubire. Dion autem
cùm ſecuriorem ac iucundiorem exulans, quàm qui extorrem illum fecerat tyrãnus
uitam degeret, in tanta diſcrimina pro Siciliæ ſalute ſe ultro coniecit. Haud certè Sy-
racuſiis atque Romanis par fuit, illis ut ab Dionyſio, his ut à Cæſare abſoluerentur.
Ille enim ſe tyrannum eſſe nõ inficiabatur, & Siciliam infinitis iam referſerat malis:
Cæſaris uerò potentia dum conſtituebatur quidem, non modicas aduerſantibus tur-
bas atque moleſtias præbuit: poſtquam à uictis ſuſcepta eſt, nomen & opinio dunta-
xat apparuit. Nullum ex ea crudele facinus, nullum denique tyrannicum extitit, ſed
rebus ſingulari indigentibus principatu, ſe clementiſſimũ quaſi medicum à numine
datum oſtendit. Quapropter Romanus continuò populus adeò Cæſarem affectauit, 102
ut infeſtus & inexorabilis illius fuerit interfectoribus. At Dionem uel hinc maximè
ciues, quòd è Syracuſis euaſiſſe Dionyſium ſiuiſſet, & prioris ſepulchrum tyranni
funditus non euertiſſet, incuſarunt. In re igitur bellica Diona inculpãdum fuiſſe im-
peratorem liquet. Rebus enim quaſcunque uoluit optimè functus eſt: quæ ab aliis in-
feliciter geſta ſunt recuperans, meliorem in ſtatum conſtituit. Brutus cùm de ſumma
rei poſtremò decertaret, neque prudenter iniiſſe, neque re poſtea malè geſta rectum
comperiſſe remedium uidetur, & fracto animo ſpem prorſus abiecit: nec quantùm
Pompeius ipſe contra fortunam audentior iit, & quod maius maiúsque eſt, ingens
ſibi ſpes reſtabat in armis, & omnem maritimam oram claſſe uictor conſtanter ob-
tinebat. Maximum Bruto crimen obiiciunt, quòd cùm Cæſaris gratia conſeruatus, 103
inſuper quoſcunque uellet ex captis conſeruaſſet, eiúsq; non ſolùm amicus exiſtima-
tus, uerumetiam pluribus antepoſitus foret, ipſius corpus confoderit. Hoc aduerſus
Dionem dicere nemo poterit, uerùm è contrario. Dionyſio nanque amicitia & pro-
pinquitate coniunctus, res illius adminiſtrabat, unáque tuebatur. Patria uerò eiectus
& in re laceſſitus uxoria, bonis inſuper ſpoliatus, manifeſtum inſtituit bellũ, iure le-
gitimo indictũ. Sanè iſtuc ipſum primùm, modo ſe habet oppoſito. Quod enim ui-
ris maximã cedit in laudem, odiſſe ſcilicet tyrannos, & exoſam malitiam habere, id
ſyncerum purúmue conſequutus eſt Brutus. Nam cùm nulla in re Cæſarem priuatim
inſimularet, pro communi libertate pericula tanta ſuſcepit. At Dion niſi mala ipſa
pertuliſſet, nullũ profectò bellum intuliſſet: quòd Platonicis declaratur epiſtolis, qui-
bus perſpicuũ eſt eum ab regno non diſcedentem, ſed reiectũ deſtruxiſſe Dionyſium.
Rurſus Brutũ cùm hoſtis Cæſari & aduerſarius eſſet, quid Põpeio etiam conciliauit, 104
niſi bonum publicũ utilitásq; cõmunis, ut qui unico amoris & odij termino, ipſa ui-
delicet iuſtitia uteretur? Dion ad gratiam permulta Dionyſio miniſtrabat, quoniam
conſtans

conſtãs illi permanebat, cæterùm fide ſibi detracta per iracundiã belligerauit. Quo-
circa nec id uniuerſi quidem credidere familiares, eum cumprimũ Dionyſium ex-
puliſſet, regnum ſibi minimè ſtabiliturũ, cùm per manſuetius tyrannide nomẽ ciues
ſubduxiſſet. De Bruto autem & ipſi dictitabant inimici, ſolũ ex conſpiratoribus Cæ-
ſaris ab initio uſque in rerum exitum unicum ſibi propoſuiſſe ſignũ, & rectis inten-
diſſe ſtudiis, ut ſolitam populi Romani rempub. reſtitueret. Præterea contra Diony-
ſium ac Cæſarem haud ſimile profectò certamen extitit. Nam qui Dionyſium non
flocci fecerit, neminẽ uel ex eius æqualibus fuiſſe conſtat, quòd plurimùm per ebrie-
105 tates, aleas, ſcortáque, tẽporis exigebat. Ad Cæſaris uerò perniciem mentem adieciſ-
ſe, nec illius potentiam, uires ac fortunã expauiſſe, cuius etiam nomen ipſos Partho-
rum & Indorum reges ſomnum capere non ſinebat, id animi naturâ præſtantiſſimi
fuit, qui per metum nihil ex propria ſummiteret excellentia. Eapropter cumprimùm
in Sicilia conſpectus eſt Dion, non pauca hominum millia contra Dionyſium con-
fluxere, Cæſaris autem uel cadentis gloria amicos erexit, quíque illius functus eſt no-
mine, ex imbecilli porrò adoleſcẽte per id adeò in ſublime peruectus eſt, ut princeps
conſeſtim Romanorum factus, aduerſum Antonij uires & inimicitiam quaſi quod-
dam auxiliare medicamentum fuerit adhibitus. Dicet quiſpiam: Per ingentia Dion
certamina tyrannum extruſit, Cæſarem Brutus nudum ac nullis munitum præſidiis
106 interfecit. Hoc ipſum excellentis induſtriæ, & imperatoriæ uirtutis opus extitit, ui-
rum tanta circunſeptum potentia, inobſeruatum nudúmue deprehẽdere. Nec enim
illum repentè ſolus aut cum paucis inuadens occîdit, ſed illico delegit optimos, aut
fidos ſibi deligens ſtrenuos effecit, ex quibus eum nemo fefellit. Dion uerò ſiue malè
iudicarit, nefariis ſeſe credidit: ſiue dum utitur, tales eos ex bonis effecit: quorũ neu-
trum ad prudentem certè attinet. Eum quoque Plato uehementer increpat, quòd ta-
les ſibi delegerit amicos, à quibus in perniciem datus ſit. Cæſo Dione nullus ei ultor
apparuit, Brutum hoſtis etiam Antonius honorificè ſepulturæ mandauit. Cæſar ſuos
illi conſeruauit honores. Mediolani nanque ciſalpinæ Galliæ urbe, ærea illius ſtabat
imago. Hanc poſteriori tempore Cæſar Bruto perquam ſimilem generoſiſſimè labo-
ratam conſpicatus, præteruectus eſt paululùm, deinde ſubſiſtens auſcultãtibus mul-
tis, cùm principes accerſiſſet, fidifragam ſeſe illorum ciuitatem deprehendiſſe dixit,
107 quæ ſe penes ſuum teneret hoſtem. Initio quidem (ut par erat) inficiabantur, ſéque in-
uicem intuentes, quemnam diceret percontabantur. Conuerſus ad ſtatuã Cæſar uul-
tu cõtracto, Nónne iſte, inquit, interdiu hîc manet hoſtis? Maiore rurſus ſtupore per-
culſi conticuere. Cæſar ſubridens Gallos collaudauit, quòd amicis & præter fortunas
conſtantes adeſſent, & ut ſtatua eodem in loco permaneret, imperauit.

Demoſthenes.

LEONARDO ARETINO INTERPRETE.

1 IS QVI propter equeſtrem ludis olympicis partam uictoriam, lau-
dibus Alcibiadem celebrauit, ſiue Euripides (ſicut obtinet ferè fa-
ma) ſiue alius quiſpiã fuit, Soſſi Senecion, deberi cenſet illuſtri pri-
mùm patria prognatum eſſe, quiſquis felix uir ſit futurus. Ego uerò
ad genuinam illam, quę moribus magna parte & animi habitu cõ-
ſtat, felicitatem conſequendam, quàm obſcura & ignobili patria,
quàm deformi puſilláque matre genitus ſis, parũ referre puto. Riſu quippe dignum
fuet, ſi quis Iulidam, Ceus inſulæ non magnæ, perexiguam partem, aut Aeginã, quam
Atticus quidam Pyræo, uelut oculis mucum eximendum cenſebat, cùm mimos &

poëtas bonos edidiſſent, uiros bonos abſolutáque mente præditos & magnanimos
dare poſſe neget. Nam cæteras quidem artes quæcũque difficiliores paulò ſunt, & ad 2
gloriam quandam aſpirant, ut ueriſimile ſit in obſcurioribus iſtis locis uelut langue-
re uirtus certè, quemadmodum planta generoſa, fortíſque & robore ſuo nixa, quo-
tieſcunque ingenium frugi, & animũ laboris non intolerantem nacta eſt, ubilibet
radices iacit. Itaque ſi quicquam uel prudẽtia, uel uſu uitę ab eo, quod rectum eſt, de-
ficiamus, inputare non patriæ tenuitati, ſed nobis ipſis decet. Equidem qui hiſtoriã
non ex undique obuiis, domeſticíſue, ſed peregrinis, atque iis diuerſis, & apud alios
aliósq; paſſim diſiectis coeuntẽ rebus, ſcribere ſit aggreſsus, huic in primis urbe præ-
clara, literarum & humanitatis ſtudioſa, modis omnibus ſit opus, quò ſimul & libris
omnigenis abundans, & quæcunque ſcriptores ſubterfugêre memoria hominum lu-
culentiore cum fide ſeruata, audiens ipſe & ſingula coràm diſquirens, cõficere hiſto-
riam partibus omnibus abſolutam poſſit. Nobis uerò & urbs parua habitatur, quæ ut 3
ne minor fiat libenter iſtic commoramur. Et Romæ iam olim & in Italia cùm eſſe-
mus, negotiorum publicorum, hominúmq; propter philoſophiæ ſtudia ſubinde ad
nos commeantium turba prępediti, Latinũ ſermonẽ negligebamus, quem ſerò nunc
& prouectiorem ſub ætatem condiſcere cœpi. Accidítque miranda quidem, ſed uera
tamen nobis res. Equidem non tam ex uerbis cognoſcere perciperéq; ſubiecta negotia,
quàm ex rebus iam olim auditis, uerba latina conſequi docti ſuetíque quomodo-
cunque ſumus. Elegantiam uerò & acumen linguæ Romanæ, tum nominum trans-
lationes, & compoſitionem, cæteráque quibus oratio gaudet, iudicare poſſe ut pul-
chrum & non iniucundum, ſic exercitatione & ſtudio perſequi haud opportunum
nobis duco, ſed iis quibus ætatis & otij ad eam contentionem plus abũdat. Quapro- 4
pter de Demoſthene & Cicerone in hoc quinto huius operis libro ſcripturi, ex ipſo-
rum geſtis, & reipublicæ adminiſtratione, ingenium utriuſque & mores inter ſeſe
conferemus. Vter uerò dicendo ſuauior, ſuperiórue ſit, dicere nunc quidem ſuperſe-
deamus. Nam illic quoq;, quemadmodũ Ion inquit, Delphini in terra uis eſt, quàm
Cæcilius homo in cæteris omnibus multus & temperans malè, parum reputans, ede-
re Demoſthenis & Ciceronis inter ſe comparationẽ fuit auſus. Verùm enimuerò il-
lud quod dicitur, Teipſum noſce, ſi cuiuſque ſit, haud meritò oraculi loco celebrare-
tur. Demoſthenem uerò & Ciceronem cùm iam olim eundem fingeret deus, multas
in eorũ ingenia ſimiles res inſeruiſſe uidetur: quale eſt, quòd ambitioſus, quòd ciuis
dicendo liber, quòd ad pericula & bella fortis parum uterque fuit. Multa communia 5
ſunt etiam fortunæ. Nam duos ego rhetores alios haud inuenio, qui ex obſcuris paru-
íſque facti ſint tanti, qui tyrannis ſe & regibus obiecerint, filias amiſerint, patria ſua
exularint, reuerſi ſint cum honore, rurſus fugitantes in aduerſariorũ peruenerint ma-
nus, qui unà cum patrię libertate ſint extincti. Quòd ſi natura fortunáque uiri utriuſ-
que ſic, quemadmodũ artifices quidam, inter ſe cõtendant, difficilè iudicatu ſit, ma-
gísne moribus hæc, an illa geſtis eos rebus, ſimiliores reddiderit. Demoſthenis pater
Genus. Demoſthenes (ut Theopõpus hiſtoricus tradit) in primis honeſtus ac probus uir fuit:
cognominatus eſt autem Machæropœus, ab officina gladiorum, quã Athenis egre-
giam multíſque artificibus ſeruis inſtructam habebat. Quæ uerò de matre eius dixit 6
Aeſchines, ex Gylone quodam ob proditionem ex Athenis pulſo, & barbara mulie-
re natam fuiſſe, ea neſcimus utrũ ad ueritatẽ, uel ad falſam calumniam orator obie-
Facultates. cerit. Relictus autem à patre ſeptennis abundante patrimonio (parum enim aberat à
quindecim talentis) tutoribus malè adminiſtrantibus, cùm partim ſubriperent eius
bona, partim negligerent, nec præceptoribus pueri ſalarium perſoluere curarent, nõ
ſolùm in patrimonio eladem accepit, uerumetiam liberalibus artibus quemadmo-
Corpus imbecillum. dum decebat imbui non potuit. Accedebat ad hæc imbecillitas corporis, quam ue-
rita mater, ipſum onerari laboribus non permittebat: nec pædagogi cogere, ac uim
afferre

afferre audebant. Erat enim ab initio tenui ualetudine, & ex hoc Batali cognomen-
tum, quod aduerſarij in eius contumeliam frequenter uſurpabant, à pueris illi indi-
tum eſt. Fuit autem Batalus tibicinis nomẽ, in quem ob infractum ac diſtortum cor- 7 *Nomina à corporis uitiis indita, Batalus, Argas.*
pus Antiphanes poeta uerſus perſcripſit. Alij poetam laſciuorum carminũ fuiſſe Ba-
talum tradunt. Videtur inſuper quædam ex his corporis partibus quæ honeſtè nomi-
nari non poſſunt, tunc apud Atticos Batalus appellata. Argas uerò (nam hoc etiã co-
gnomẽtum fuiſſe Demoſtheni traditur) aut ex feritate morum illi inditum eſt, quòd
anguem nonnulli poetæ Argam appellant: uel ex duritia ſermonis, per quam non
mediocriter auditores obtundebat. Eſt enim Argas nomen latoris legum malarum *Quomodo ad oratoriã animum appli-cuerit.*
quidem ac durarum. Ad oratoriam uerò facultatem per hunc modum applicuiſſe a-
nimum Demoſthenes traditur. Calliſtrato oratore cauſam Oropi acturo, permagna
erat hominum expectatio, cùm propter oratoris famam tunc maximè florẽtem, tum
propter iudicium rei per id tempus ſatis uulgatæ. Cùm itaque magiſtri & pædagogi 8
affore ſtatuiſſent, poſtulauit Demoſthenes à pædagogo ſuo ut unà ſecum duceretur.
Ille habens cum publicis miniſtris qui iudicia aperiebant familiaritatem, locum fa-
cilè obtinuit, in quo puer clàm collocatus ſedens audiret. Cúmque ea die Calliſtratus
egregiè oraſſet, magnámque præbuiſſet admirationem ſui, gloriam eius Demoſthe-
nes adamauit, utpote quem uidebat magna hominum multitudine comitante, inter
ingẽtes applauſus magnis cum laudibus domum reduci. Admirabatur itaque illum
Demoſthenes, ſed multò magis orationis uim poteſtatémq; admirabatur, ob quam
omnia perfici ac mitigari poſſe cernebat. Quare omiſſis cæteris diſciplinis, ad id unũ
ſeſe ipſum comparauit atque exercuit, ut dicendi facultatem nãciſceretur. Et eam *Duces ſtudij qui.*
9 quidem rem præceptorem habuit Iſæum: quanquam floreret tũc maximè Iſocrates,
ſiue ut quidam aiunt, mercedem propterea quòd orphanus eſſet, præſtare Iſocrati nõ
ualens (erat enim pretium decem minarum) ſiue quòd Iſæi ſermonem ut efficaciorẽ
cautioremque magis probauit. Hermippus tamen ſcribit ſe in commẽtaria quædam
ſine authore incidiſſe, in quibus ſcriptum erat, Demoſthenem fuiſſe auditorem Pla-
tonis, magnámque exinde utilitatem ad dicendũ ſuſcepiſſe. Refert etiam Cteſibium
apud Calliam Syracuſanum & quoſdam alios dixiſſe, Iſocratis & Alcidamantis ar-
tes clàm habuiſſe Demoſthenem, ac didiciſſe. Vt igitur per ætatem licuit, tutoribus *Ingenij ſpecimen ſub prima iuuenta, & occaſio foreſis eloquẽtiæ.*
ſuis diem dixit, multáque in eos uariè ſubterfugientes, & controuerſias iudicatas re-
ferre conantes, ſcribens, & ſe in his rebus ſtudio, quẽadmodum Thucydides inquit,
10 exercens, tandem non ſine periculo & induſtria ſuperauit. A quibus quanquam exi-
gere quantùm ſibi ſubreptum erat non potuit, tamen id aſſequutus eſt, ut audaciam
in dicendo & conſuetudinem nactus, *guſtata cauſarum orãdarum dulcedine, famę
ac potentiæ, ſtatuerit prodire in medium, & ad reipublicæ certamina ſe conferre. Et
quemadmodum Orchomenium Laomedonta ſcribunt ob uitandum ſplenis mor-
bum ex conſilio medicorũ longiſſimis curſibus uti conſueſſe, atque exinde habitum
currendi nactum, poſt recuperatam ualetudinem certaminibus intendiſſe, cæterósq;
uelocitate currendi ſuperaſſe: ſic Demoſtheni euenit, primò neceſſitate recuperandi
patrimonij ad dicendum ueniſſe, atque ex hoc peritiam nacto in reip. curriculis tan-
quam certaminibus quibuſdam cæteros anteiſſe. Atque ab initio populum alloquẽs
turbas ſtrepitúmque concionum ferre non poterat, ſpernebatúrque ab auditoribus,
quòd eius oratio confuſa circuitionibus & ſuperfluis argumentis elaborata uideba-
11 tur. Voce præterea & lingua ſpiritúque laborabat, ob quæ non mediocriter turbaba-
tur oratio, nec mens eius intelligi poterat. Cùm itaque deſperatione quadam harum
rerum mœrens in Pyræum ſeceſſiſſet, increpitus eſt uehementer à Thraſio Eunomo
tunc admodum ſene, quòd cùm eius ſermo perſimilis eſſet Pericli, ſeipſum proderet
ob ignauiam atque ſecordiam, nec ſtrepitus cõcionum perferre auderet, neque cor-
pus ad certamina præpararet, ſed mollitie quadam animi ſeipſum abiiceret. Rurſus

* γεννάδιος ἦν πρὸς τὸν ἀγῶνας φιλοπονίας καὶ δυνάμεως.

Exercitatio pertinax aduerſus nõ ſatis opportunã naturam.

Quo monitore genus dicẽdi prauum in optimum, itẽ quo actionem ingratã in ſuauiſſimã commutarit.

igitur orare aggressus, cùm apud populum concidisset, & confusus domum abiret, assequutus est eum Satyrus histrio, apud quem cùm de suo casu (erat enim illi cum Demosthene familiaritas) grauiter quereretur, quòd sibi maximè omnium diligentiam tempúsque adhibenti, & quasi omnes uires corporis in eo studio consumenti, soli eueniret ut apud populum nullam in dicendo gratiam assequeretur: nautis crapulantibus & indoctis hominibus aures & silentium à populo præstari, se uerò reiici ac repelli: pollicitus est illi Satyrus, si modò aliqua sibi Euripidis aut Sophoclis carmina pronuntiare uellet, se medicinam adhibiturum. Quod cùm Demostheni placeret, & faceret, sic uocem eius & actionem Satyrus emendauit, formauítque, ut non prior Demosthenes, sed alter uideretur. Intelligens ergo quantùm gratiæ & ornatus pronuntiatio apta loquutioni afferret, subterraneum locum, qui usque ad nostram extat ætatem, sibi ædificauit, in quem per dies singulos descendés gestum ac motum corporis fingebat, uocémque exercitabat. Sæpe etiam duos uel tres menses continuos domi incluſus non cessabat, abrasa parte capitis, ut exeundi facultatem sibiipsi præriperet. Sermones insuper, negotia foris agitata ad studium referebat: cõfestim siquidem domum rediens & in locum subterraneum descendens, res ipsas recitabat, & rationes cur ita fecisset adiungebat. Sermones etiam in quos fortuna incidisset, recol- 13
ligens seipsum, in sententias & periodos reducebat omnigenis correctionibus, & renouando quæcunque uel ipsius ad alios, uel aliorum ad ipsum dicta exabant. Atque ex hoc putatus est non multùm natura & ingenio, sed labore & exercitatione ualere. Huius rei signum uidebatur, quòd non facilè reperiebatur, qui Demosthenẽ ex tempore dicentem audisset, quem etiam sæpe à populo nomine compellatum, cùm sederet in concione, assurgere noluisse constabat, nisi rem de qua dicturus erat iam antea cogitasset. Quod & alij quidam tunc clari uiri irridebant, & Pytheas aliquando inquit, Demosthenis enthymemata lucernam olere. Et huic quidem non sine amara cauillatione Demosthenes respondens: Quia non eorundem tibi & mihi, inquit, lucerna conscia est. Aliis uerò non penitus inficiabatur, sed nec omnino scripta, nec 14
omnino non scripta ab se dici asseuerabat, quanquam popularem hominem esse debere dicendi studium indicabat. Gratia enim placendi & inseruiendi populo eloquentiam comparari. Negligere autem studium eloquentiæ, eorum esse qui dominari populo quærunt. Non enim suadendo, sed cogendo per uim operam dare. Timidum autem fuisse Demosthenem in dicendo ex tempore, illo quoque probatur, quòd Demades orator sæpe ex tempore assurgens Demostheni indigenti opitulatus est, Demosthenes autem illi nunquam. Quomodo igitur (dicet quispiam) Aeschines audacissimum in dicendo fuisse Demosthenem affirmat? Quomodo Pythoni Byzantio aduersus Athenienses inuecto solus respondit? Quomodo aduersus La- 15
machum Myrrhenæum laudes Alexandri & Philippi quas scripserat Olympiæ recitantem, & in eis multa contra Thebanos & Olynthios dicentem, assurgens, & quanta bona Thebani & Chalcidenses Græciæ fecissent ex historia & probationibus ostendens, & contrà, quàm multorum malorum causa fuissent assentatores Macedonibus blandientes subiungens, sic tandem audientes commouit, ut Lamachus ipse ob timorem clàm aufugeret? Sed uidetur hic uir morem Pericles in hac parte imitatus, non faciliter, nec de omni re ad dicendum prosiluisse: sed maturitate quandam, ut authoritatem tueretur, obseruasse, & ob hoc non temerè fortunæ & tempori existimationem suam cõmittere uoluisse. Nam audaciæ quidem plus habuit, quàm scripta eius ostendant, ut Eratosthenes & Demetrius Phalereus, & Comici quidam probare uidentur: quorum Eratosthenes tradit ipsum in dicendo nonnunquam ue- 16
luti furore quodam correptum debacchatum fuisse: Demetrius autem quodam loco immane illud iusiurandum iurasse dicit, Per terram, per fontes, per amnes, per undas fluentes. Comicorum uerò alius ἐωπατρόθεον, quasi dicas, uerba uelut fasciculos uoluen-

Studium & exercitatio incredibilis.

Ingenio ne plus, an doctrina ualuerit, dubium fuisse.

Cautus in dicendo, idcirco timidus habitus.

Grãdiloquẽtia, & quidda in oratione tumidum superbúmq;.

uoluentẽ, ipsum nominat. Alius antithera cauillans sic, Recepit ut accepit: quòd hoc uerbo admodum usus sit frequẽter. Nisi fortè ad orationem pro Haloneso Antiphanes alluserit, in qua non capiendam, sed recipiendã esse à Philippo Halonesum suadebat. Omnes sui temporis oratores, sine controuersia superauit, præter unũ Demadem, quem naturali ingenio fretũ insuperabilem fuisse, & præstitisse Demosthenis omnes fatebãtur, cuius in dicendo curam & apparatum, ille extemporali dictione referebat.
17 Aristo Chius in historia retulit, quoddam Theophrasti iudicium de oratoribus. Dicit enim Theophrastum rogatum qualis sibi orator Demosthenes uideretur, respondisse, dignum ciuitate Athenarum sibi uideri. Subinde qualis Demades interrogatũ, respondisse, supra Athenas. Idem philosophus scribit Polyeuctum Sphettium unum ex his, qui tunc in repub. uersabantur, solitum esse dicere, maximum fuisse oratorem Demosthenem, sed plurimam uim in dicẽdo Phocionem habuisse, multas enim sententias paucis uerbis complecti solitum. Quinetiam ipsum Demosthenem quoties assurgebat Phocion ab eo dissentiẽs, familiaribus dicere consuesse, dictorum ab se securim assurgere. Hoc tamen incertum est, utrum ad uim dicẽdi, uel ad integritatem uitæ & authoritatem Phocionis Demosthenes referebat: plerunque enim probatus uir, & fidem apud populũ habens, uno uerbo uel nutu longas aliorum orationes su-
18 perat. Aduersus impedimenta quibus laborasse Demosthenem suprà diximus, hæc (ut Phalereus Demetrius scribit) remedia adhibuit. Refert enim se à Demosthene ipso iam sene audiuisse, hæsitantiã linguæ coniectis in os lapillis emendasse, uocem autem currendo & scandendo inter pronuntiandum exercuisse, dum orationes uersúsque continuo densóque spiritu proferret: habuisse domi magnum speculum, ad quod seipsum uidens gestum formaret. Dicitur confugienti ad se cuidam narrantíque plagas accepisse, cùm patrociniũ eius imploraret, respondisse, Atenim ex his, quæ tu narras, nihil perpessus es. Cùm uerò ille altiori uoce, & indignatione quadam clamaret, Nihil ego passus? Tum Demosthenes, Vocem, inquit, audio iniuriam passi: putauit enim ad fidem faciendam plurimùm attinere, si quamplurimùm uocem intendisset.
19 Et multitudini quidem eius pronuntiatio uehementer placebat, politioribus autem hominibus figmentum quoddam leue ingeneroſúmque uidebatur, ex quorum numero Demetrius Phalereus est. Refert Hermippus, cùm esset quæsitum ab Aesione, de superioribus oratoribus, & qui suæ ætatis fuissent, quid ipse sentiret: dixisse, admirabilem in illis ornatum maiestatémque dicendi cùm ad populum loquerẽtur fuisse, scripta tamen Demosthenis multùm cæteris antecellere. Quanquá uerò ex lectione orationum suarum durus quidem & austerus Demosthenes uideatur, tamen & ioco nonnunquam usus est: ueluti aduersus Demadem, cùm ille dixisset, Me Demosthenes sus Mineruã: At ista, inquit, Minerua nuper in adulterio deprehẽsa fuit. Rur-
20 sus aduersum quendam Ferreum nomine, qui de furto suspectus erat, cùm ille uigilias & lucubrationes Demosthenis in iurgio carperet, Scio, inquit Demosthenes, tibi molestum fuisse, quòd ego lucernam per noctem habuerim. Vos autem uiri Athenienses, nolite iam admirari plurima furta in hac urbe committi, cùm fures quidem ferreos, parietes uerò luteos habemus. Sed hæc, licet plura in hoc genere possemus referre, omittamus. Reliquos autem eius mores ex rebus gestis contemplemur. Contulit se ad rempublicã sub tempus Phocensis belli, ut & ipse dicit, & ex Philippicis orationibus deprehendi potest, quarum aliæ illis iam rebus transactis natæ sunt, aliæ uerò scilicet uetustiores proximè ea negotia attingunt. Cõstat autem duos supra XXX natum annos fuisse quando Midiam accusauit, quo tempore nec potentiam, nec authoritatem aliquam in republica habebat: idque, ut credo, ueritus, pecunia accepta ab
21 accusatione destitit. Neque enim benignitate aut magnitudine animi iniuriam cõtempsit, cùm esset pertinax & pronus ad ulciscendum, sed cùm uideret nõ esse potentiæ suę uirum diuitiis, eloquentia & amicorum copia suffultũ euertere, concessit me-

Naturæ uitia ut emẽdarit, ubi labor & industria significatur.

Pronuntiatio pluribus non satis approbata.

Ioci.

Ad rẽp. quãdo accesserit,

Notã ex causa Midiana excusat.

diatorum precibus. Nam pecunia illa quam ob deferendam cauſam accepit, nō mihi ſatis ualuiſſe uidetur ad acerbitatem eius obtundendam, ſi ſuperare poſſe credidiſſet. Nactus autem in repub. materiam uberem & honeſtam pro Græcorum libertate aduerſus Philippum, & in ea præclarè decertans, confeſtim nomen & gloriam aſſequutus eſt. Nec ſolùm ut diſertus, uerumetiam ut fortis uir ſuſpiciebatur, ut admiraretur ipſum Græcia, obſeruaret Perſarum rex, plurimus apud Philippum ſermo eſſet, confiterentur aduerſarij ſibi aduerſus præclarum uirum eſſe certamē. Talia enim Aeſchines & Hyperides de illo dixerunt. Itaque diſcernere equidem non ualeo, qua ratione motus ſcribat Theopompus, mutabilis & inconſtantis animi Demoſthenem fuiſſe, nec eiſdem rebus, neque eiſdem hominibus ſatis longum tempus uti potuiſſe: cōſtat enim quas reipub. partes ab initio ſuſcepit, in eis uſque ad finem conſtantiſſimè perſeueraſſe, nec ſolùm in uita non mutatū, ſed ipſam uitam ne mutaretur abieciſſe. Non enim ut Demades, qui mutationem ſuam in repub. excuſans, dixit ſe ſibi quidem ipſi contraria ſæpe dixiſſe, reipub. autem nunquā. Nec ut Menalopus, qui aduerſus Calliſtratum rem gerens, ſæpe uictus pecunia dicere ſolebat ad populum: Vir ſanè inimicus eſt mihi, tamen reip. uincat utilitas. Sed ut Nicodemus Meſſenius, qui Caſſandro prius fauens, deinde cum Demetrio ſentiens, non inquit ſe contraria dicere, ſed idem ſemper, uictoribus ſcilicet parēre, utilius eſſe: ſic Demoſtheni licet dicere. Non enim uerbum nec actionem unquam deflexit, ſed in uno atque eodem limite uſque ad finem perſeuerauit. Panætius philoſophus oſtendit ex Demoſthenis orationibus pleraſque ita eſſe ſcriptas, quaſi ſola honeſtas per ſeipſam ſit expetenda, ut contra Aeſchinem pro Cteſiphonte, ut contra Ariſtocratem, ut de immunitate aduerſus Leptinem, ut in Philippicis quibuſdam, in quibus omnibus non ad uoluptatem, aut utilitatem ciues hortatur, ſed ubique ſecuritati & ſaluti honeſtatem & gloriā anteponit. Quòd ſi generoſitati eius in dicendo, & propoſito in republica, uirtus bellica & incorrupta actio reſpondiſſet, nō cum Mirocle & Polyeucto & Hyperide, ſed cum Cimone & Thucydide & Pericle foret meritò collocādus. Nam Phocion quidem unus ex iis qui temporibus Demoſthenis fuit, licet non probatā reipublicæ partem ſequutus, ſed ad Macedones inclinari uiſus, tamen per fortitudinem ac iuſtitiā nihilo inferior habitus eſt Ephialte, aut Cimone, aut Ariſtide. Sed Demoſthenes ipſe nec bello fortis (ut Demetrius ait) nec aduerſus corruptelas pecuniarū omnino purus erat: ſed à Philippo quidem non accipiebat, à rege autem Perſarum accipiebat. Itaque laudare maiorum facta poterat, ſed nequaquam imitari, cùm oratores quidem ſui temporis, uno Phocione excepto, non ſolùm eloquentia, ſed uita quoque ſuperauerit. Videtur autem Demoſthenes magna ſemper fiducia in concionibus fretus, libertatem reprehendendi maximè omnium exercuiſſe. Scribit uerò Theopompus, iuſſiſſe aliquando Athenienſem populum Demoſtheni, ut quendā accuſaret, at illum recuſaſſe. Vt ergo aduerſus eum reclamatio populi, quemadmodum conſueuit, facta eſt, ſurrexit Demoſthenes, & inquit: Vos me uiri Athenienſes, conſultorem habetis etiam inuiti, calumniatorem uerò nec ſi uelitis quidem. Præcipui potentatus eius actio in repub. fuit, cùm Antiphontem à populo dimiſſum ipſe perſequutus cepit, & cōſilio Areopagi iudicandum tradidit. Nec ueritus eſt, quòd populū in hoc offenderet, ſed ipſum conuincens promiſiſſe Philippo naualia incenſurū, ſummo ſupplicio ut afficeretur obtinuit. Theorida etiam uatidicam fœminam tum alia multa committentem, tum ſeruos ad fallendum iuſtituentem accuſauit, & multauit morte. Dicitur orationem illam, qua Apollodorus cōtra Timotheū uſus eum debiti conuicit, Demoſthenē ſcripſiſſe, quē admodū alias orationes Phormioni & Stephanio ſubminiſtrauit. Pro quibus meritò infamiā ſubiit, cùm ueluti ex gladiatoria taberna uendere pugiones, quibus ſe inuicem confoderent aduerſarij, uiſus ſit. De publicis quoq; orationibus illa, quæ eſt in Androtionem, item quæ in Timocratē & in Ariſtocratē, aliis ſunt ſcriptæ.

Gloria.

Conſtantia contra ſententiam Theopompi.

Non omnino incorrupta uita fuit, quāquam oratio plenū philoſophū præ ſe ferret.

Libertas dicendi.

Authoritatis in repub. exemplum.

Orationes quæ falsò ipſius nomine circumferuntur.

22

25

26

Ipſe

Ipſe nondum per id tempus ad remp. ſe cōtulerat. Videtur enim XXVII, aut XXVIII ſuæ ætatis anno orationes edidiſſe. Nam quę eſt aduerſus Ariſtogitonē, ipſe orauit, & quæ eſt aduerſus Leptinem de immunitate. Ad quā actionem deſcendit gratia Cteſippi Chabriæ filij, ut ipſe idem affirmat, matre pueri (ut quidā tradunt) ſibi deſponſata. Nō tamen eam uxorem habuit, ſed cuidā Samiæ ſe coniunxit, ut Demetrius Magneſius in ſynonymis ſcribit. Nam oratio illa, quę eſt cōtra Aeſchinem falſæ legationis, incertum eſt an orata unquā fuerit: quanquam aſſerat Idomeneus, triginta ſolùm ſuffragiis exceptis, abſolutum fuiſſe Aeſchinem. Sed nō uidetur id uerum, ut ex utriuſq; orationibus in cauſa Cteſiphontis ſcriptis cōiectari licet, in quibus nulla mentio
27 huius iudicij neq; clarè, neque obſcurè habita eſt. Sed hæc alij ſolertius diiudicabunt. Propoſitum autem Demoſthenis in remp. etiā in pace perſpicax erat omnibus Philippi conatibus præcipuè aduerſari: cuncta enim eius cœpta patefaciēs ac redarguēs, mentes Athenienſium in regem accendebat. Quare apud Philippum magnus erat de Demoſthene ſermo: & quando unus ex decem legatis in Macedoniā peruenit, licet ſingulos audiret Philippus, tamen maiori cum apparatu, & diligentia Demoſtheni reſpōdit. In aliis autem honoribus nō ſimiliter eum prætulit, ſed & Aeſchinē & Philocratem magis cōplexus eſt. Itaq; laudātibus poſtea illis Philippū, ut eloquentiſſimū & pulcherrimum, ac feſtiuum & promptum ad potum, coactus eſt Demoſthenes cauillari, q̄ partim ſophiſtæ, partim mulieris, partim ſpōgiæ huiuſmodi laudes eſſent,
28 imperatoris uerò nulla in eis eſſet commendatio. Sed cùm ad bellum res inclinaſſet, Philippo quieſcere nequeunte, Athenienſibus uerò per Demoſthenē irritatis, primò in Eubœā per tyrannos Philippo ſummiſſam Athenienſes cōcitauit, quò illi tranſeūtes Macedones expulerūt. Deinde Byzantiis & Perinthiis à Macedonibus per id tempus laceſſitis auxilium ferre perſuaſit, obliterata memoria eorum, quæ bello ſociali utraq; ciuitas geſſerat. Poſt hæc ipſe legatus abiens monendo & cohortando omnes ferme græcas ciuitates in Philippum conuertit, ut foret numerus copiarum peditum quidem quindecim, equitum uerò duorum millium, abſque urbanis copiis, tum ſtipendiorum conducto militi ſatis. Vbi quemadmodum Theophraſtus ſcribit, cùm ſocij tributi ſummam definiri poſtulaſſent, Creobulus belli dux reſpondit, bellum
29 menſurari non poſſe. Erecta igitur Græcia ad futurum belli exitum, Eubœa, Achaia, Corintho, Megaris, Leucadia, Corcyra ſimul confœderatis, maximum reſtabat Demoſtheni opus Thebanorum ſcilicet aggregatio ad communem ſocietatem. Habebant enim Thebani regionem Atticæ uicinam, & gloria militari maximè omnium Græcorum per id tempus florebant. Cæterùm difficile uidebatur Thebanos in Philippum concitare poſſe, deuinctos ob eius recens beneficium Phocenſi bello acceptum: accedebat uicinitas, quæ (ut fit) contentiones & ſimultates inter ciuitates pepererat. Sed licet his difficultatibus obſiſtētibus, tamen cùm Philippus ob ea, quæ circa Amphiſſam proſperè geſſerat elatus, ſubitò Elatiam inuaſit, trepidantibus Athenienſibus, nec ullo ſuggeſtum aſcendere audente, ſurrexit Demoſthenes, & ad The-
30 banos conuertendos animos perſuaſit. Deinde ipſe cum quibuſdam aliis legatus ad Thebanos miſſus eſt. Miſit etiam Philippus, ut Marſyas inquit, & Amytam & Clearchum Macedones, Daochum & Theſſalum, & Thraſydæum contra Demoſthenem apud Thebanos conaturos. Et utilitas quidem non latebat Thebanos, ſed belli incōmoda ante oculos uerſabātur, recentibus adhuc Phocenſium uulneribus. Sed oratoris uis (ut inquit Theopompus) iram mitigās, & mentes accendens, ad honeſtatem & gloriam animos traduxit: cæteris uerò reſpectibus tanquam tenebras infudit. Itaque illi uelut furore quodā correpti poſt Demoſthenem properarunt. Tantùm uerò momenti hoc præclarū oratoris factū rebus attulit, ut cōfeſtim caduceatorē miſerit Philippus ad pacem depoſcendā. Nec ſolùm duces belli Demoſthenī parebāt, ſed & magiſtratus Thebanorum eius iuſſu non minus, quàm Athenis conciones adminiſtra-

Rurſum de conſtantia in Rep.

Vis dicendi mirabilis & glorioſa.

bant. Amabatur enim apud utroſque, & plurimùm poterat, nec immeritò, neque in- 31
dignè, ut Theopompus oſtendit. Verùm fortuna aliqua, ut uidetur, libertati Græco-
Inclinationẽ fortunæ longius repetitã in fatũ reiicit. rum finem imponens, Demoſthenis conſiliis aduerſabatur, multáque erant ſigna fu-
turi euentus, inter quæ reſponſa Apollinis, & Sibyllina carmina circunferebãtur ue-
tuſta, pugnam apud Thermodontem prædicentia:

Dij faxintne Thermodontia prælia ſpectem, Ni celſa librer nube uolãs aquila.

Fertur autem Thermodon eſſe fluuiolus quidã apud nos in Chæronea fluens in Ce-
phiſum amnem: ſed nos hodie nullũ habemus fluuium ita uocitatum. Credimus ta-
men coniectura quadam Hemona apud antiquos Thermodontem appellatum fuiſ-
ſe, fluit enim iuxta Heraclium, ubi tunc Græci caſtrametati ſunt. Coniectamur autẽ, 32
quòd ex illa pugna ſanguine, & cadaueribus repletus fuerit, appellationem commu-
taſſe. Duris uerò tradit non eſſe fluuium Thermodontem, ſed cùm tentorium quod-
dam in caſtris figeretur, repertam fuiſſe ſtatuam lapideam paruam cum ſubſcriptio-
ne Thermodontis, tenentem Amazonem uulneratam: quapropter aliud etiam ora-
culum ſic pugnam ad Thermodontem canit:

Heus in Thermodonte mane nunc prælia corue,
Suppetet humani corporis eſca tibi.

Hæc itaq; ut ſe habeant perſcrutari difficile eſt. Demoſthenes Græcorũ armis ac tãta
& tam prompta uirorum potentia cõfiſus, nec mentem adhiberi oraculis, neq; uati-
cinia exaudiri permiſit, memorans Epaminondã & Periclem illa ſemper formidinis,
& ignauiæ uelamenta putaſſe. & hucuſq; uir fuit egregius. Sed cùm ad pugnã deuẽ- 33
Fuga turpis. tum eſt, oblitus eorũ ad quę cęteros animabat, turpiter abiectis armis ſtatim aufugit,
nec ueritus eſt ſuperſcriptionẽ clypei (ut inquit Pytheas) in quo literis aureis inſcri-
pſerat, ἀγαθὴ τύχη, id eſt, bona fortuna. Philippus igitur uictoria elatus, & in cadauera
cæſorum uinolentus illudẽs, cecinit principium decreti Demoſthenis, in pedes diui-
dens hoc modo: Demoſthenes Demoſthenis Pæanieus ſic inquit. Sed paulò pòſt ad
ſe reuerſus, & magnitudinem periculi per quod uno tempore de imperio ſimul ac de
uita certare coactus fuerat, cõtemplatus, oratoris uim poteſtatémq; per quã ad tantũ
diſcrimen cõpulſus erat, perhorruit. Penetrauerat huius belli fama uſq; ad Perſarũ re-
gem, ſcripſerátq; ille ad Satrapas, ut pecunias Demoſtheni traderent, eíq; parêrent, ut
Macedonem coercere à græcis turbationibus ualeret. Hæc poſtea deprehenſa ſunt in 34
epiſtolis, quas apud Suſas Alexander inuenit, in quibus etiã modus pecuniarum De-
moſtheni tradendarũ erat expreſſus. Tunc ergo accepta prælij clade, oratores qui per
contrariã factionem Demoſtheni aduerſabãtur, in eum aſſurgentes, alius alio modo
in iudicium traxerunt, à quibus populus nõ ſolùm ipſum abſoluit, ſed etiã in honore
præcipuo habuit. Itaq; cùm oſſa illorum, qui in prælio ceciderant, ex Chæronea dela-
ta tumularentur, cõmiſſum eſt Demoſtheni, ut publica oratione eos laudaret. Popu-
lus enim rem non grauiter ferebat, quemadmodum multis, & tragicè propemodum
Theopompus ſcribit, ſed ad hęc ducem cõſilij honorando ornandóque, ſatis declara-
uit, conſilij belliq; ſuſcepti nondum ſe pœnituiſſe. Orationem igitur Demoſthenes 35
quidem dixit, ſed decretum publicũ, quòd parum auſpicatum genium fortunámq;
ſuam putaret, nullum ipſe niſi per amicos edidit, tãtiſper dum animum mortuo iam
Philippo recepit. Mortuus eſt autem Philippus non multùm poſt uictoriam in Chę-
ronea habitam, & hoc ſignificauiſſe oraculũ uidetur ultimo illo carmine cùm dixit,

Flet uictus, uictor interiit.

Cognita Demoſthenes Philippi morte, cùm populum præoccupare uellet, lætus in
ſenatum uenit, per ſomnum ſe uidiſſe affirmans maximũ quoddã bonum Athenien-
ſibus futurũ: nec multò pòſt aderant Philippi interitum nuntiãtes. Statim ergo ſacra
diis ob ea quæ feliciter nuntiabãtur fecerũt, & Pauſaniæ corona decreta. Proceſſit ue-
rò & Demoſthenes corona & ſplẽdida ueſte, ſeptimo die poſt interitũ filiæ, ut inquit
Aeſchines,

36 Aeſchines, eius duritiem & odiũ natorũ accuſans: ipſe uidelicet ingeneroſus & mol-
lis, ſi humanitatis & amoris indicia fletus & lamẽtationes eſſe putabat, leuiter autem
& indolenter ferre improbabat. Ego autem ob interitum regis ita moderatè uictoria
freti coronãdum aut immolãdum nunquã cenſerem. Nã & odibile & ingeneroſum
eſt, quem uiuum colueris & ciuem effeceris, ab alio necatũ eſſe immoderatè lætari &
exultare, quaſi abſq; facinore perpetrato. Quòd tamen relictis domeſticis lachrymis,
quæ reipub. utilia erãt Demoſthenes fecerit, commendo, & magni animi eſſe iudico,
ſemper ad remp. reſpicientis, & poſtponentis domeſtica, dum dignitatem tueri, q̃ hi-
ſtriones, reges & tyrãnos repręſentãtes imitari mauult, quos nec flere, nec ridere inter
37 ludos ex arbitrio ſuo uidemus, ſed tum cùm uel argumentũ, uel comœdia iuſſit. Præ-
terea ſi eos, qui in dolore ferendo animũ abiiciunt nõ deſpicere decet, ſed rationibus
cõtra dolorẽ iuuare, & animũ illorum cogitatione meliorũ aliqua confirmare, & ue-
lut oculis laborãtes aciem à lucidis & repercutientibus uiſum coloribus, in uiridem
aut molliorem aliquem intendere iubere: unde quæſo cõſolatio rectius ducatur, q̃ ſi
laborãtis patriæ mala malis ſuis permiſcendo, melioribus rebus deteriorum ſenſum
aboleamus? Hæc diximus ideo digreſſi paululùm, quia inflecti quoſdã cõmoueríque
ad miſerationem Aeſchinis uerbis uideamus. Ciuitates Græciæ poſt mortem Philip- *Ciuitatũ Græciæ cõſpiratio*
pi Demoſthene authore rurſus cõſpirauere. Thebani præſidiũ regis aggreſſi multos
necauerunt. Athenienſes ad ferendum Thebanis auxiliũ ſe præpararunt. Demoſthe-
38 nes ſuggeſtum tenebat, & cuncta ex illius decretis agebãtur. Scripſit etiã præfectis re-
gis Perſarum qui in Aſia erãt, ut bellum aduerſus Alexandrum mouerent, puerum &
imbecillem appellans. Sed cùm Alexãder cum exercitu in Bœotiam ueniſſet, fractis
Athenienſium animis, & Demoſthenis ardore extincto, Thebani ab Athenienſibus
deſerti, & per ſeipſos pugnare coacti, urbem amiſerunt. Magno inde Athenis timore
exorto, miſſus eſt Demoſthenes unà cum aliis quibuſdã legatis ad Alexandrum: qui
cùm Cithæronem aduſque profectus eſſet, reuoluens ſecum Alexandri iram, & eum
formidans, deſerta legatione retroceſſit. Sed Alexãder ſtatim miſit ad ciues depoſcen-
dos decem, ut Idomeneus & Duris tradunt: ut autẽ alij plurimi ſcriptores, octo ora-
tores, Demoſthenem, Polyeuctum, Ephialtem, Lycurgum, Miroclem, Demona, Cal-
39 liſthenem, Charidemum. Quo in tempore ferunt eam fabulam, quæ eſt de lupis, &
ouibus & canibus Demoſthenem retuliſſe, ciues qui cum eo poſtulabantur canibus
pro populo certantibus, Alexandrum uerò lupo aſſimilans. Præterea, Vt mercatores,
inquit, uidemus ſigna circunferentes modica tritici paropſide magnos uenundare
aceruos, ſic in tradendis, qui petũtur ciuibus, uoſipſos traditis. Hæc Ariſtobulus Ca-
ſandreus ſcribit. Cõſultantibus ergo Athenienſibus, nec quò ſe uerterent ſcientibus,
Demades pactus mercedem quinque talentorum, legationem pro illis ad regem ſuſ-
cepit, auſus id, quòd uel eius amicitiæ fideret, uel quòd plenum iam illum, cædéque,
tanquam leonem, ſaturum ſe inuenturum ſperabat. Qui tandem & apud regem
quod petebat obtinuit, & ei ciuitatem reconciliauit. Abeunte igitur Alexandro,
40 Demades ac cæteri Alexandri amici plurimùm Athenis poterant, Demoſthenis po-
tentiâ omnino ſuppreſſa: quanquam haud multò pòſt, Agide Spartiata res nouas
moliente motus aliquis Athenis fuerit: ſed ſtatim refrixit, Athenienſibus operam
minimè nauantibus, Agide oppreſſo, & Spartiatis confractis. Per id tempus agita-
ta eſt contra Cteſiphontem accuſatio: fuerat enim dies dicta ſub Cheronda præto-
re parum ante Chæronicam pugnam. Iudicata eſt autem cauſa poſt annos decem,
prætore Ariſtophonte. Hoc eſt iudicium illud famoſum, ut nullum aliud ex pu-
blicis, cùm propter oratorum excellentiam, tum propter iudicum magnanimita-
tem, qui accuſatoribus Demoſthenis per id tempus in repub. maximè potentibus
nequaquam gratificati ſunt: ſed ita præclarè abſoluerunt, ut quintam calculorum
partem Aeſchines non ferret. Aeſchines ergo in exilium eiectus circa Rhodum &

Ioniam rhetoricam docuit. Nec multò pòſt Harpalus Alexandrum ex cõſcientia re- 41
rum malè adminiſtratarum, & ex ira regis qua contra amicos deſæuire conſpexerat,
fugiens ex Aſia Athenas peruenit. Qui cùm ad populum ſe contuliſſet, & cum naui-
bus & pecuniis eorum arbitrio ſummitteret, alij oratores ad pecunias reſpiciẽtes ad-
uocati Harpalo erant, ſuadebántque populo, ut ſupplicem reciperet, tutaretúrque. At
Demoſthenes primò repellendum eſſe hominem, & cauendum ne per eum bellum
ſuſcitarent ex minimè iuſta cauſa ſuadebat. Paucis uerò pòſt diebus cùm pecuniæ &
uaſa inſpicerentur, uidẽs eum Harpalus opere barbari cuiuſdam uaſculi delectatum,
formámque & artificium diligentiſſimè contemplantem, iuſſit ut uas appenderetur.
Admirante uerò Demoſthene pondus auri, & quantùm traheret poſtulante, arridens
Harpalus, Talẽta, inquit, uiginti tibi trahet, atque ita noctu uas cum xx talentis De- 42
moſtheni clàm mittit. Erat Harpalus (ut uidetur) callidus hominis auri cupidi per o-
culorum motum mentem dignoſcere: non enim reſtitit Demoſthenes, ſed largitio-
ne percuſſus, quaſi arcem prodens, Harpalo conceſſit. Itaque cùm poſtea de recipien-
do Harpalo agitaretur, lana & uittis collum circunfarciens, in concionem proceſſit:
iuſſúsque dicere renuit, quaſi gulæ morbo loqui impediretur. At uiri urbani, qui ad-
erant, rem intelligentes, ridebant, non gulæ morbo, ſed auri per noctem conſtrictum
uocem perdidiſſe Demoſthenem clamitantes. Ob eam corruptelam paulò pòſt apud
populum patefactam, cùm nec excuſationem Demoſthenis ſuſciperent, nec dicẽtem
audire uellent, ſed ſumma cum indignatione tumultuarentur, ſurgens quidam in il-
lum cauillãs, Quid, inquit, uiri Athenienſes, eum qui uaſculũ habet, nõ audietis? Sta- 43
tim igitur Harpalũ expulerunt. Veriti autẽ ne ratio pecuniarum ab oratoribus acce-
ptarum à ciuitate repoſceretur, inquiſitionẽ habuerunt diligentem, perſcrutati ædes
cunctorũ, præterquã unius Calliclis Arrhenidæ. Huius enim, quòd nuper uxorẽ du-
xerat, nõ permiſerunt Athenienſes, ut Theopompus ſcribit, domum in qua noua erat
nupta perquiri. Sed Demoſthenes obuiam incedẽs ad populũ tulit, ut conſiliũ Areo-
pagitarum de ea re cognoſceret: à quibus cùm ipſe in primis condemnatus quinqua-
ginta talentis, & in carcerem ductus eſſet, partim iudicij grauitate, partim imbecilli-
tate corporis, cùm carcerẽ ferre nequiret, clàm aufugit, aliis quidem id ignorãtibus, 44
aliis autẽ latendi facultatẽ illi offerẽtibus. Et dicitur illa fuga cùm non longè ab urbe
eſſet, uiderétq; aliquos aduerſæ factionis homines poſt ſe currentes, occultare primò
ſe uoluiſſe: deinde ut illi benignè appellantes uiaticũ offerebant, cõſolabantúrque, in-
gemuit ille magis, & inquit: Quomodo fieri poteſt, ut nõ grauiter ferã hãc ciuitatem
relinquere, in qua inimici tales ſunt, quales in alia reperire amicos difficile eſt? Tulit
autem exiliũ grauiter, in Aegina & Trœzene moram trahens, & ad Atticam cum la-
chrymis reſpiciens, uocésq; emittens ingeneroſas. Ferunt etiã dum fugeret reſpexiſſe
ad arcẽ, ac dixiſſe: O Pallas urbiũ cuſtos, cur tribus infeſtiſſimis beſtiis delectaris, no-
ctua, dracone, & populo? Adoleſcentes etiã ſe adeuntes monere ſolebat, ne ad remp. ſe
cõferrent, affirmãs, ſi duæ eſſent uiæ ab initio propoſitæ, una quæ ad remp. altera quæ
ad interitum apertè ferret, eſséntque manifeſta illa, quæ gerentes reſpub. ſubire opor- 45
tet, formidines, inuidias, odia, calumnias, ſimultates, contentiones, certamina, illam
potius electuros eſſe homines, quæ ad interitum ferret. Eo exulante obiit Alexãder,
cuius cognita morte, rurſus ciuitates Græciæ cõſpirauerunt, Antipatro in Lamia ur-
be à Leoſthene fortiter obſeſſo. Pytheas igitur orator, & Callimedon ex Athenis pro-
fugi Antipatro adhæſerũt, & cum amicis & legatis eius circumeuntes ciuitates in fi-
de continere adnitebantur. Demoſthenes uerò legatos Athenienſiũ, qui contrà mit-
tebantur ſequutus, eos iuuabat, ſuadens ubiq; inſurgendũ eſſe aduerſus Macedones,
eorúmq; dominatũ depellendum. Et in Arcadia quidem etiã iurgium quoddã inter
Pytheã & Demoſthenẽ fuiſſe ſcribit Phalereus, illo pro Macedonibus, hoc pro Græ-
cis in cõcione dicẽte. Quo in loco cùm Pytheas dixiſſet, ut domum in quã uenale lac
importa-

Remp. non adeundã adoleſcentibus Demoſthenes ſuadebat.

importatur, malum aliquod habere putamus: ſic ciuitatem neceſſe eſt morboſam eſſe,
46 in quam Athenienſium iuerat legatio. Retorſit Demoſthenes id exemplum, ꝙ & lac
uenale pro ſanitate ægrotantium importaretur, & Athenienſes pro ſalute ciuitatum
adeſſent. Quæ cùm Athenis renuntiata fuiſſent, adeò grata fuerunt, ut ſtatim ipſum
ab exilio reuocarẽt. Demon Pæanieus Demoſthenis nepos de eius reductione ad po-
pulum tulit, populúſque ſciuit, miſſáque eſt nauis una longa in Aeginam illũ adue-
ctura. Profecti obuiam magiſtratus, & ſacerdotes cuncti, ciues etiã alij lætè ſuſceptu-
ri gregatim exiuerunt. Qua die ſcribit Demetrius Magneſius Demoſthenem ſæpius
tetendiſſe manus ad cælum, quòd præclarior, quàm Alcibiadi, ſibi reditus in patriam
fuerit, perſuaſis ciuibus, non coactis. Multam uerò aduerſus eum inflictam (neque
47 enim remittere illam licebat) in aram Iouis conuertendam ſtatuerunt. Conſueti ſi-
quidem in feſto Iouis Seruatoris pecuniã pro ornanda ara conferre, ad hoc perficien-
dum quinquaginta talenta Demoſtheni ſtatuerunt, quæ erat pœna damnationis ſuę.
Non tamen multum tempus patria fretus eſt, ſed haud multò poſt reditũ, rebus Græ-
ciæ cõfractis, Maio quidem menſe pugnatum eſt apud Cranonem, Iunio autem præ-
ſidium acceperunt. Iulio deinde mortem obiit Demoſthenes in hunc modum. Cùm
nuntiatum eſſet Antipatrum, & Craterum Athenas aduentare, Demoſthenes & qui
cum illo ſentiebant, urbe profugerunt: populus autem authore Demade, capitis eos
condẽnauit. Quibus uariè diſperſis, miſſi ab Antipatro ſatellites eos perſequuti ſunt.
Princeps ſatellitum erat Archias quidam Phygodotheras dictus: hũc uerò Thurium
nomine fuiſſe fama eſt, actorem tragœdiarum, cuius diſcipulus fuiſſe traditur Polus
48 ille Aegineta, qui cæteros omnes hiſtriones ſuperauit. Hermippus autem Lacriti rhe-
toris diſcipulum fuiſſe Archiam dicit: Demetrius uerò Anaximenis familiarem fuiſ-
ſe tradit. Hic ergo Archias Hyperidem oratorem, & Ariſtonicum Marathonium &
Himeræum Demetrij Phalerei fratrem, qui in Aeginam ad Aeaci templum confu-
gerant, per uim detractos in Cleonas miſit, ibíque ab Antipatro necati ſunt, Hyperi-
dis inſuper lingua euulſa. Inde cùm audiſſet Demoſthenem in Calabriam ad templũ
Neptuni confugiſſe, nauigans illuc cum ſatellitibus ſuis (Thraces hi erant) templum
ingreſſus eſt, ac primò ſuadere Demoſtheni cœpit, ut unà ſecum ad Antipatrum per-
geret, nihil moleſtum ab illo perpeſſurus. Demoſthenes ea nocte per quietem uiſus
erat cum Archia tragœdiis in theatro certare, & cùm illum ſuperaſſet, tamen defectu
49 apparatus ab illo uinci. Itaque Archiam tũc multa humaniter locutum intuens, Ni-
hil eſt Archia, inquit, quòd coneris: nec enim in ſcena mihi unquã placuiſti mimus,
neque nunc perſuadebis legatus. Cúmque Archias hæc audiens ſe per uim detractu-
rum eſſe diceret, Tãdem, inquit, Macedonica oracula aperuiſti, nam prius quidẽ tan-
quam hiſtrio ſimulabas. Verùm agè, parumper expecta dum pauca domeſticis ſcri-
bo. Hæc fatus in interiorem templi partem conceſſit, captóque libro quaſi ſcribere
uellet, calamum ori admouit, ac mordicus tenuit, ut in cogitando ſcribendóq; facere
conſueuerat: quod ubi per aliquod ſpatium feciſſet, demum ueſte ſe tegens caput in-
clinauit. Satellites, qui pro foribus adſtabant hæc intuentes, uelut timidum ac uecor-
dem Demoſthenẽ irridebant. Sed Archias ipſum adiens, ut aſſurgeret cohortabatur,
50 repetens illa prius ab ſe dicta, fore ſcilicet, ut Antipatro humaniſſimè ſuſciperetur. Iã
Demoſthenes ſenſerat uim ueneni uitalibus implicitã, itaq; aperiens caput Archiám-
que proſpiciens, Nõ præuertes me, inquit,* Creontem illum agens, & hoc corpus in-
ſepultum abiicies. Ego autem Neptune, uiuus adhuc ex tuo ſacrario excitor, Antipa-
ter autem & Macedones ne templum quidem tuum inuiolatum reliquerũt. Hæc fa-
tus, ut ſe caperent iuſſit. Iam tremor ac uacillatio conſpicua erat, uíxque dum ara de-
tractus cecidit, ſuſpiránſq; emiſit animã. Venenum ex calamo illo, quem mordicus
tenuiſſe ſuprà diximus, ſumpſiſſe Ariſto tradit. Pappus uerò quidam, cuius hiſtoriam
Hermippus repetit, inquit, cùm apud aram cecidiſſet Demoſthenes, repertum fuiſſe

*ἤδη τὸ ἐκ τῆς τραγῳδίας ὑποκρινόμενον Κρέοντα.

Fortiter obit.

in libro,quem manibus tenuerat,principium epiſtolæ in hunc modum, Demoſthenes Antipatro:nec quicquam amplius. De celeritate autem mortis narraſſe ſatellites illos,qui pro foribus ſteterunt,uenenum è panniculo quodam in manum acceptum ori admouiſſe,& bibiſſe,cùm hi aurum eſſe quod bibebat putarent. Ancilla uerò,quę ſibi miniſtrabat, dixit longum tempus id uenenum Demoſthenem ſecum habuiſſe, uelut præſeruantem medicinā,ſi quid accidiſſet. Eratoſthenes in circulo quodā cōcauo,quem circa brachiū ferebat,uenenū ſeruaſſe dicit. Tradunt & alij aliter, quorum opiniones(multi enim ſunt ſcriptores)nō eſt neceſſariū referre, niſi quòd Demochares Demoſthenis familiaris nō putat ueneno interiſſe, ſed deorū beneuolētia ex Macedonū ſæuitia ereptū ſubito ac facili genere mortis. Obiit x v die menſis Iulij, quā omnium mœſtiſſimā agentes diem inter ſacra Cereris ieiunant mulieres. Huic paulò pòſt honorē reddens Athenienſis populus, ſtatuā, útq; maximus natu ſui generis publicè ſtipendia haberet, decreuerunt. Adſcriptū eſt ſtatuæ epigramma illud uulgatū: 52

Hic ſi quàm recta,tam forti mente fuiſſet,
Haud te Mars Macedo,Græcia capta ferat.

Nam qui hoc ab ipſo Demoſthene in Calabria ſcriptum uolunt, tum cùm uenenum accepit, nugas agunt: paulò enim antequam Athenas uenimus nos, accidiſſe huiuſmodi quiddam fertur. Miles quidam in ius ab imperatore ſuo uocatus,aurū omne, quod habebat, in manus eius ſtatuæ occultauit (habet enim implicitis digitis cōplectentes ſeſe manus.)Eſt autem iuxtà platanus parua,unde cùm foliorum multùm,ſiue uento,ſiue forte fortuna defluxiſſet,iis aurum ille iſtic abditū contexit. Latuit autem haud diu:nam cùm quiſpiam iſtuc aſcendens aurum inueniſſet,& ſparſa iam rei fama,homines induſtrij argumentum epigrammati lepidum nacti, in integritatem uiri uerſibus decertarunt. Demadem haud ſanè multum tempus gloria fretum, Demoſthenis iudicium in Macedoniā traxit, quibus turpiter adulabatur, ab eiſdem iuſtè ſupplicio affectus. Inuentæ ſunt literæ eius,in quibus Perdiccam ad capeſſendam Macedoniam ſeruandámque Græciam hortabatur, à putrido ac uetuſto filo (hoc enim de Antipatro aiebat)pendentem. Ob quæ, Dinarcho Corinthio accuſante, irritatus Caſſander, in eius complexu filium trucidauit, deinde ipſum necari iuſſit, maximis calamitatibus expertum,proditores in uendenda patria ſeipſos prius uenundare,quod ſæpe prædicenti Demoſtheni credere noluerat. Demoſthenis igitur uitam Soſii,habes ex iis quæ uel legimus,uel accepimus. 53

M. T. Cicero.

ACHILLE PHILEROTE BOCHIO BONONIEN. INTERP.

ATT CICERONIS matrem fuiſſe locupletem, & ſplendidam uitam egiſſe ferunt. De patre nihil certum proditum eſt. Sunt qui dicant eum in taberna quadam fullonaria genitū, & ibidem ad uirilem uſque ætatem educatum. Alij genus eus uſq; ad Tullium Appiū referunt,clarum Volſcorum regem. Qui primus gentis huius Cicero dictus eſt,& tanta laudum celebritate polluit, ut eius deinde poſteros ab eo cognominari Cicerones non puduerit,imò id cognomen auidè complexi ſint, dignus memoratu fuiſſe uidetur, licet hoc à nonnullis ludibrium quoddam uideretur. Eſt enim cicer, unde id deductum eſt nomen, quædam leguminum ſpecies. Nam Cicero primus, à quo gentis huius origo funditur, hoc cognomen ſumpſiſſe traditur, eò quòd in poſtrema parte naſi eminēs quiddam obtuſum in modum ciceris habuit. Cæterùm hic Cicero,de quo nunc agitur, cùm primas dignitates 2

Nomen.

reipub.

reipub. cœpiſſet attingere, & à beneuolis ſuis crederetur id cognomen aut omnino euitaturus, aut in aliud tranſumpturus,iuuenili quadā audacia dixiſſe traditur,ſe certaturū ſplendidius Scauris atq; Catulis Ciceronis nomē efficere. Siciliæ quęſtor cùm argēteum quiddam diis obtuliſſet,poſt priora duo nomina Marcum atque Tullium, quæ iam inſculpta erāt,pro tertio iocosè iuſſit opificem cicer incidere. Hæc de ipſius cognomine apud hiſtoricos traduntur. In lucem editum eum memorāt nullo puerperij dolore,nullíſque uteri materni anguſtiis,tertio Cal. Ian. qua die nunc primores urbis pro ſalute ſui principis,hoſtiarū litatione publica uota ſuſcipiunt. Eius nutrici ſpectrum quoddam uiſum ferunt atque locutum,eam uniuerſæ reipub. ingens commodum alere. Quod cùm uanum quoddā ſomnium uideretur,extemplo ille ad ætatem erudiendi prouectus,uerum fuiſſe portentū oſtendit. Nam ingenio cæteros prę- 3
ueniēs pueros,incredibile nomen adeptus. Vnde nonnulli ſuorū ſodalium genitores ea permoti fama,ſcholas ac ludi præceptorē adibant,ut fas ipſis eſſet Ciceronē oculis intueri,fidémq; acutiſſimi eius ingenij atq; diſciplinæ captare. Alij ruſtici magis, indocti magis,iracundè ſuos obiurgabant liberos,cùm honoris loco eos aſpicerent per urbis uicos Ciceronem medium intra ſe tenere. Natus ergo tali ingenio Cicero,quale fingit Plato artium liberalium capaciſſimum,ad nullum literarum genus ineptus, ad poeticam fluxit promptior. Eius adhuc pueri,paruum licet,ſeruatur opus Pontius Glaucus,tetrametro uerſu cōditum. Procedente deinde ætate adeò ornatus ſe his cu- 4
ris inſeruit,ut non ſolùm orator, ſed Romanorū omniū poeta optimus iudicatus ſit. Verùm rhetoricæ gloria ipſi nunc uſq; ſeruatur,cùm in dicendi præceptis & eloquētiæ copia eius inſtitutio nō parum eluxerit. Poetica autem,quoniam ſuperarēt nonnulli clariſſimi ingenij uiri,qui excellentiſſimè in ea floruerunt, omnino obſcura & ignobilis periit. Puerili conſuetudine tranſacta,Philonem Academicū,quem Romani inter primos Clitomachi familiares ob ipſius eruditionem egregiam celebrarūt,& ob humanitatem iucundiſſimā enixè coluerunt,cōueniebat: tum pariter ordinis ſenatorij populares ac optimates eos uiros,qui cōſuetudine Mutij fruebantur,à quibus inſtitutis legibúsque urbis inſtructus eſt. Bello Marſico ſub Sylla tempus quoddam ſtipendia egit:ſed mox animaduertēs ciuium ſuorū ſeditiones,ex quibus rempub. in ingentem monarchiā ruiturā nouerat,ad quietum otium literarū ſeſe cōtulit. His ſi- 5
mul curis eruditos quoſdam Græcos uiros priuatim adhibuit, cum quibus unà erat: nec prius hunc uiuendi morē dimiſit,quàm uictor Sylla fuiſſet,& in ſtatum quēdam urbs rediiſſe uideretur. Sub hac tēpeſtate,Chryſogonus libertus ſub haſta Syllę,bona cuiuſdam,qui ex proſcriptione cæſus uidebatur, duobus millibus drachmarū emit: quod cùm Roſcius filius & defuncti hæres grauiter ferret,& ducētorum & quinquaginta talentorū eadem eſſe probaſſet,redargutus Sylla,ægréq; commotus,ſubornato accuſatore Chryſogono,paricidij Roſcium poſtulauit. Aderat nemo qui defenderet Roſcium,auertebantúrque omnes,quiſque Syllæ odiū timens. Nudus ergo patrocinio Roſcius ad Ciceronē confugit. Beneuoli tūc omnes ad ſuſcipiendā hanc cauſam hortabantur, uelut aliàs nihil aptius nihílque cōmodius ad primum ſplendorem ſui nominis eſſet inuenturus. Suſcepto itaq; Roſcij patrocinio, uictoriam cum ſumma 6
laude nactus eſt. Verùm Syllam tantiſper extimeſcēs in Græciam proficiſcitur,uulgò ſimulās,quòd ad rem curandā malæ ualetudinis,urbem egredi cōpelleretur:& quippe ſtomachi cruditate,uiribus exiguis fuit,& macilētus, parciſſimo cibo, eóque plerunque uiſcoſo in horam etiam productiorem uſus eſt. Vox ipſius multa ac bona,ſed aſpera ac incompta,cùm eius ſermo uehementiā & affectum haberet:ea ad ſuperiores expulſa tonos præbebat,ut præcordiis timeretur. Athenas ut attigit, facilitate ſimul, & mira linguæ ſuauitate Antiochi Aſcalonitæ allectus, eius auditor fuit,licet ea quæ ille circa præcepta nouiter agitabat haud probaret. Iam enim nouā Academiā exierat Antiochus,& Carneadis ſectā reliquerat,permotus ſiue actibus, ſiue ſenſibus, aut

Diuinum teſtimonium.

Admiratio pueri etiamnum.

Prompitudo ingenij.

Poeta.

In philoſophia præceptor quis.

A repub. quatenus & quādo abſtinuit, & id tēpus quomodo collocarit.

Difficilē cauſam cū laude ſuſtinuit.

(ut quidam tradunt) ambitione uel dissentione quadam aduersus Clitomachi atque Philonis sectatores: mutatus enim Antiochus Stoicam rationẽ asserebat in plurimis. 7
Sed & Ciceroni placebant illa, illísque plurimùm hærebat, magis etiam meditatus, si omnino à publicis negotiis eiiceretur, huc ex urbe ac foro trãslatus, in quieto philosophiæ otio uiuere. Post hæc cùm exercitatus gymnasijs, & iam ad ualetudinẽ lætam deuenisset, uocémq; & auditui suauem, & ad habitũ corporis accõmodatam satis efBursum ad rempub. quo pacto redierit. fecisset & firmam, mors Syllæ sibi nuntiata est. Igitur cùm adessent ab urbe beneuolorum suorum literæ, quæ eum ad ineunda negotia reipub. excitabant, præterea cùm ipsum idem admoneret Antiochus, iterum uelut organum quoddã oratorias artes, quibus potentiam reip. agitaret, perpolire magnopere curauit. Tantisper ergo nauigat, primúmq; apud Asiam clarorũ oratorũ Xenoclis Adramyteni, Dionysíq; Magnesij, & Menippi Carij consuetudine usus est. Deinde apud Rhodũ ad Apollonium 8
Molonis clarissimum oratorem, & Posidoniũ illustrem philosophũ se contulit. Hic traditur Apolloniũ, cùm latinè linguæ expers esset, rogasse Ciceronẽ, ut græcè declamaret: quod Cicero, quasi existimaret hinc emendatior fieri, libens cõplexus est. Cùm itaq; declamauisset, cæteri in stupore adducti, de laudib⁹ Ciceronis intra sese certabãt: sed Apollonium ferunt iam primũ ex admiratione ingenti in tantã mentis cõfusionem prolapsum, ut illum orantem nec intelligere posset, & facto dicendi fine, secum meditantem diu tacitum sedisse. Inde uerò prorumpente Cicerone silentium, dixisse memorant: Te nempe Cicero, & laudo, & admiror: sed Græcorum fortunæ me miseret, cùm uideam eruditionẽ & eloquentiam, quæ sola bonorũ nobis relicta erant, per te Romã accessisse. Cicero igitur spei plenus, ad curas reipub. pronus ferebatur, ni eius 9
impetus diuino quodam oraculo retardatus obtusúsque esset. Nam cùm Delphis rogasset Apollinem, quid acturus gloria splendidissimus posset fieri, respõsum tulit, ut naturam suæ uitæ ducem nõ multorum opinionem ageret. Quamobrem horũ me-
Ad otium se cõtulit, unde negligi cœptus. mor primùm reditus sui tempus cõsultò duxit, pigréque publicis dignitatibus, uelut eas quodammodo in cõtemptũ haberet, ingerebatur, Græcum & otiosum se audiens appellari: quæ uerba in ore rudium opificum de eo crebrò faciléque diuulgabantur. Honorum tamen desiderio cùm naturâ flagraret, à genitore simul amicísq; omnibus incitatus forẽsibus causis sese obtulit, in quibus nõ paulatim ad summa peruenit, sed extemplo gloria clarus emicuit, nõ parum à cæteris differens, qui tum in foro obuer-
Pronuntiatio nõ satis apta. sarentur. Fertur & hunc primùm in pronuntiatione nõ minus, quàm Demosthenem 10
laborasse: unde omni cura & Roscium comicum & Aesopum tragœdum obseruasse traditur. Hunc Aesopũ memorant, cùm in theatro aliquando repræsentasset Atreum consultantem de supplicio Thyestis, ex ingenti dolore mentis impotẽ, quendam ex ministris, quòd ipse nõ obseruato tempore, celerius aduẽtasset, sceptro percussisse, interfecisséque. Nõ parua deinde licẽtia persuasionis ex pronuntiatione Ciceroni fuit. Aduersus oratores magno clamore uti solitos, hoc schemate usus est, quòd penuria uirium in clamores, ueluti claudi ex debilitate membrorũ equis insiliunt. Eius inge-
In iocãdo nimius. Quintil. nij agilitas in eisdem schematibus, iocísq; primò facetum dulcémque eum præstitit: inde nimis insolenter his utens, plerosq; acriter offendit, & in opinionẽ astus ac uersutiæ ea urbanitas uersa est. Præfectus annonæ cùm esset, fortitúsq; Siciliã in missione 11
frumenti, quam apud urbem agere coactus erat, plerisq; Siculis molestus grauísque
In magistratu humanus ac diligens. primùm fuit: sed mox cum eius integritatem, beneuolentiam ac humanitatẽ experti forent, eum, ueluti neminem ex aliis ducibus suis, honore summo dignati sunt. Sub idem tempus nõnulli ex insigni Romanorum iuuentute claris parentibus nati, rei ad prætorem Siciliæ relegati sunt, quòd in militia molles, quódque malè seruassent aciẽ: qui cùm uocarẽtur ad iudicium, patrocinij sui operam præbuit his Cicero, uotóque potitus est. Igitur iis magis elatus Romam rediens, in rem quandam ridiculam incidit. In Campania enim cùm uiro cuidã claro, quem sibi beneuolum putabat, obuiam fuisset,

fuisset, eum rogitat, quæ ratio de rebus à se gestis Romæ haberetur, & quid ciues de se
12 sentirent, ueluti qui factorum suorum gloria totã urbem impleuisset. Sed ad hæc ille: Vbi, inquit, Cicero, tempus hoc egisti? Tunc uerò perterrefactus Cicero est, quòd in urbem, tãquam in uastum pelagus, sermo rerum à se gestarũ ingressus nihil ad splendorem nominis sui attulisset. Vnde posthac eadẽ secum reputans, non parum ab honoris cupiditate repressus est, uelut ad infinitũ & inaccessibilẽ quendam terminũ, pro gloria sibi certãdum foret. Sed nihilominus laudum suarum lætitia, & urgentissimus nominis illustrandi, in omne tempus perseuerauit, sæpiúsque in ea re ita immoderatus fuit, ut de recta sua ratione pleroſque terreret. Quamobrem enixius ad rempub.
Immẽsa laudis cupiditate diligentius ad rempublicam animum adiecit. uersus est: in qua cura cùm turpe existimaret opifices, qui instrumenta ac uasa inanimata tractarẽt, ullius ciuis siue nomen, siue uillas, siue facultatem ignorare: eum uerò, per quem ciuiles actiones agendæ essent, eorundem inscium esse ac negligentem, so-
13 lertem operam his impendit: unde non solùm appellationes ciuium sibi domesticas fecit, uerùm loca ubi quisque ex notis ac familiaribus suis diuerteret, quos possideret fundos, quorum amicitia frueretur, quósque uicinos haberet, optimè didicit. Quare facillimum ipsi fuit omnem Italiam peruagãti uicinorum suorũ agros ac diuersoria dicere, monstraréque. Vim opum paruam licet, sed sumptibus suis cùm satis concin- Facultates.
nam haberet, admirationi est habitus, quòd neque mercedes, neque nummorũ quicquam in actionibus forẽsibus caperet, túmque maximè cùm Siculorum causam egit in Verrem. Hunc Verrem, qui cùm Siciliæ prætor esset, plurima infanda per insulam omnem perpetrasset, non dicendo cõuicit, nouum ipse commentus iudicij genus: ob gratiam enim Verris cùm iudices ambagibus suis diu dictionem causæ protraxissent, quòd manifestũ foret ad eam dicendam id non sufficere tempus, sic quoq; illum inte-
14 grum abiturum: stans Cicero, Non orationibus, inquit, opus est: sed productis in medium testibus probatísque, iussit iudices sententiam ferre. Memorantur multa iocosa in hac causa obtigisse. Verrem Romani suem incastratum uocãt. Libertinus quidam Cæcilius nomine, qui cum Iudæorũ cultu sentire ferebatur, quicquam Verrẽ criminari studens, per medios Siculos locum sibi quærebat ad iudices. Circa tribunal astabant illi, suæ causæ soliciti. Quare cùm id perspiceret Cicero, uersus, Quid Iudæo cõmune est, inquit, cum Verre? Erat Verri filius, qui notam tulerat formæ suæ minus liberaliter prostitutæ. Cùm itaque Cicero contumeliosè à Verre mollitiei argueretur, Cum filiis domi intus, inquit, tractanda sunt. Orator Hortẽsius rectè defendere Verrem non ausus, quò tandem multæ interesset mercedis loco Sphinga tulit eburneam.
15 Congruum ergo huic muneri à Cicerone scomma pertulit. Nam cùm ille fortè dixisset, se ad hæc ænigmata soluẽda inexpertũ esse: Atqui mirũ, cùm teneas domi Sphinga. Sic ergo damnatus Verres est Ciceronis iussu septingentis & quinquaginta millibus sestertiis. Ob quod Cicero non expers calumniæ fuit, quòd largitione corruptus eam mulctam tam parui æstimasset: nihil tamen minus gratias sibi egerunt Siculi, & ei ædili multa ex insula miserunt tulerúntque, quorũ in rem suam nihil ipse conuertit, sed tantùm eorum liberalitate abusus est, quantùm faciliori sumptu apud forum res uenalis exponeretur. Possedit Arpini uillam, & quidem amœnam, agrúmq; iuxta Neapolim, itémq; fundũ in Pompeianis, nec hos longè amplos. Ex dotibus Terentiæ uxoris suæ centum & uiginti sestertiis auctus est. Hæreditatem præterea quãdam denariorum nonaginta millium his accumulauit, quibus omnibus liberalem simul at-
16 que honestã uitam cum his Græcis ac ciuibus suis agebat, quos eadem studiorũ desideria sibi copulauerant. Aliquando, perrarò licet, ante occasum solis in cubiculum se recipere solitus est, non tam uacationis causa, quàm mala stomachi ualetudine. Circa cæteras corporis curas solers ac morõsior habitus est, unde fricationibus & deambu- Corporis cultus.
latione numeratorum passuum uti solitus est. His rudimentis ipse sui corporis habitum ita roborauit, ut ad multa magnáque certamina se ualidũ reddidisset. Domum

Nulli Romanorum principum gratia inferior.

quam è patrocinio habuit,fratri conceſſit. Ipſe iuxta palatium habitauit,ne qui eum ſalutatum irent,longitudine uiæ grauarentur. Quotquot enim diebus nō pauciores limen eius adibant,quàm qui ex diuitiis Craſſum ſalutabant, ſeu ex potentia militari Pompeium, qui duo tum omnium erāt maximi, & in admiratione cunctorū ciuium habebantur. Atqui & ipſe Pompeius Ciceronē ſalutatum ibat. Nanq; ad ipſius potē- 17
tiam atque gloriam,publica Ciceronis adminiſtratio non parum auxilij tulit. Cùm præturæ multi ac maximæ dignitatis uiri Ciceroni competitores eſſent,ipſe longè omnibus prælatus prætor deſignatus eſt. Neq; in eo magiſtratu parum ſplendidū atque integrum nomen geſſit:quippe Licinius Macer uir & potētia ſua,& fauoribus Craſſi potens,reus peculatus apud Ciceronem actus eſt. His ergo ſtudiis magnitudinis ſuæ fiſus,& ſimul iudicibus quos inter ſe diſſentire compererat,domum ſe recepit,& confeſtim mētum abraſit,atq; uelut ſuperior in cauſa euaſiſſet, nitida ſtola amictus redit in forum. Inter hoc apud prætoriū occurrit ei Craſſus, ac nūtiat,ut ille omnibus ſententiis iudicum damnatus eſſet:quo accepto Licinius ingēti dolore oppreſſus, occubuit rediens,móxque ægra nece cōſumptus. Quamobrem per totā urbem hic rumor 18
delatus,diligentiam ac integritatē Ciceronis in iudiciis rectè ſeruādis paſſim effudit. In qua re,nec illud etiam fruſtra. Vatinius,qui guttur maculoſum habebat, in patrociniis ſuis aſperi quodammodo fuit ingenij,præterea etiā cōtemnere iudices ſolitus. Igitur cùm hic aliqua poſtulaſſet à Cicerone,nec illi Cicero conceſſiſſet,ſed per morā illa ſecum uolutaret,dixiſſétque ille,Nequaquā ego de his ambigerem Cicero,ſi prætor eſſem:ad eum Cicero, Atqui Vatini,reſpōdit,tantū guttur ego nō habeo. Eodem in magiſtratu cum Ciceroni bina aut amplius tertia dies ſupereſſet,quidā Manilium repetundarū reum apud Ciceronē poſtulauit. Hic Manilius plebis animos ſibi cōciliauerat,quòd ob Pōpeium accuſari creditus eſt:erat enim Pompeio amicitia iūctus. Cùm igitur Manilius ad dicendā cauſam legitimum dierum tempus expoſceret,eam 19
unicam diem,quæ adminiſtrationi ſuæ ſupererat,Cicero præſtitit: quapropter cùm id grauiſſimum plebi eſſet (nam mos erat prætorum reis nō pauciores decem diebus dare)tribuni apud ſeſe obnoxium Ciceronē citant. Tum Cicero,ut ſe audirent deprecatus, Omnibus,inquit, reis quantùm mihi à legibus permiſſum eſt, ſemper humanus clemēnsque fui,unde turpe exiſtimarā eadem quæ cæteris Manilio nō præbuiſſe:cuius diei poteſtatem prætor habui,eam rectè Manilio conſtitui. Ad alium quippe prætorem cauſam reiicere,uiri nō eſt qui ſtudeat reo opitulari. His ergo dictis mirum in modum mutauit animos plebis. Tribuni plurimas gratias cùm egiſſent, eum rogāt, patronus Manilij defenſionē ut aſſumeret: quod Cicero nōnihil etiam ob abſentem Pompeium gratè ſuſcepit,ex quo patres miſſos agens,enixè plebem aſſeruit aduerſus 20
paucos eos ciues,apud quos rerum ſumma uertebatur,qui inuidia Pōpeij æſtuabant. Ad conſulatum tamen non minus ab his optimis, quàm ab omni plebe ſublatus, ob diſcrimen ingens,quod hinc imminere reipub. cōpererant. Cùm enim res urbis, quæ ſub Sylla mutatæ fuerant,primò deſperarentur ut perditæ, deinde partim conſuetudine,partim lapſu tēporis quandā formam ſtatus aſſumpſiſſe uiderētur, fuere qui nō publico commodo,ſed priuatis affectibus ea ſubuertere molirentur. Pompeius tum apud Pontū & Armenios exercitum ductabat,unde Romæ ad tumultus ſedādos copiæ ferme nullæ. Hi principem ſui facinoris habebāt uirum audacia ſumma, magnis

Hiſtoriā Catilinæ exponit,qua ſapiētia & uirtus Ciceronis omnis eſſe profert.

inhiantē,moribus uarium,L. Catilinā, qui præter cætera nefanda ſcelera, quibus ob- 21
uolutus erat, hactenus infamiam criménq; tulerat,quòd filiæ uirgini ſe cōmiſcuiſſet, & cæde fratrem oppreſſiſſet:cuius rei iudicium timens,Syllæ ſuaſit,ut eum uelut adhuc uiuentē proſcriptorū numero adiiceret. Hunc igitur ducem cùm ſceleſti ſibi cōparaſſent,& aliis fidem inter ſeſe firmāt,& guſtu carnium uiri à ſe mactati. Ab eo pleraque urbis iuuentus corrupta erat:cuique enim uoluptates,potus,mulierum libidines,prēterea ad omnem luxum aliunde ſumptus ſuggerebat. Ad rebellionē Hetruria omnis

omnis,& pleraque pars Galliæ ciſalpinæ inclinabatur. Erat & urbs ob uarias ac inæquales fortunas,rebus innouādis lubrica. Nam hi clari dignitatibus ac pōpa in theatris,in conuiuiis,in uoluptatibus,ambitionibus,atq; in ædificiis ad inopiam redacti:
22 alij cùm diuitiis florerent,ignobiles tum atq; infirmi habebātur. Itaq; parum aberat, quin ſi quis modò fiduciam tantā ſumeret,rempub. in ſeſe ægrotam opprimeret. Sed nihilominus cupiens Catilina ad perficienda cœpta tutum quoddā propugnaculum præoccupare,cōſulatum petit,ſpem concipiens,ut omnino cum C. Antonio conſul deſignaretur: qui uir erat,ut in neutram bonorū ſiue malorum partem ſe ducē præbuiſſet,ſed qui alterius potentiam eſſet ſequuturus. Hæc igitur cùm bonorū plerique animis præuiderent,ad conſulatum petendum Ciceronem erexere: qui cùm à plebe promptè ſuſciperetur,Catilina à ſpe decidit, idémq; cum C. Antonio conſul declaratur:quod nōnullis admirationi fuit,cùm ex omnibus competitoribus ſuis aliis, ſolus
23 Cicero nō ſenatorio,ſed equeſtri ordine paternum genus duceret. His actis Catilinæ cœpta paululùm repreſſa ſunt,ac ciuiū pleroſque latuere. Cæterùm cōtentiones non paruæ in conſulatu Ciceronis exarſere. Nam qui hactenus à Sylla dignitatibus publicis deiecti erant,non imbecilles,nō pauci,eas ſibi reddi cupidi plebem enixiſſimè aſſerebant,multa inuehentes aduerſus tyrannidem Syllæ. Quæ cùm uera forent,nō tamen commodè ſub ea tempeſtate moueri uiſa. Ob hanc igitur rem tribuni rogationem tulere, ut decemuiri ſummo cum imperio crearentur, quibus permiſſu populi *Decemuirorū poteſtas,*
fas eſſet bona totius Italiæ,totius Syriæ,ac omniū quæ nuper Pōpeius populo Rom. cōparauerat,uenundare,& in ærariū redigere: præterea damnare quos uellent,eiicere exules,mittere colonias,æs ex publico ſumere,exercitū alere,& quotquot militum
24 placitū eſſet delectum habere. His inceptis nōnulli etiam clarorū uirorū annuerunt, inter quos C. Antonius Ciceronis collega,quòd ex decemuiris deſignari nō deſperaret. Creditū eſt,& hūc conſilij Catilinæ haud fuiſſe ignarū, ſed ob æs alienū eam rem nō ingratè tuliſſe. Hoc bonis maximè terrori fuit. Sed extemplo purgauit id Cicero, cùm prouinciam Macedoniā illi decerni iuſſiſſet, & ſibi Galliam, quam ſimulatione & Antonij gratia petitam confeſtim dimiſit. Hoc ergo pacto collegam compulit, ut tanquam ſcenicus quidā mercede cōductus, ſecum alteras pro repub. ſuſciperet partes. Pacato itaque Antonio atque morigero maiori ſpei Cicero deditus, aduerſus innouandarū rerum authores animū erigit. Igitur frequente ſenatu rogationem legis
25 diſſuadēs,adeò qui eam tuliſſent,exterruit,ut rari contra tunc dicere auderēt. Verùm cùm cœptis deinde ſuis uehementius incumberent,& ob id eos ad plebem acciri iuſſiſſent,nihil timens Cicero ſenatū ſeſe ſequi iuſſit: eóque profectus,nō ſolùm luculētiſſimæ orationis ſuæ ui legem abrogauit,ſed in cæteris permultis tribunos in pœnitentiam egit,& in ſententiā ſuam traxit. Hic quippe uir maximè omnium urbi oſtēdit, quantum uoluptatis oratio æquo bonóque adiiciat, & honeſtum omnino eſſe & inuiolabile,ſi moderato genere dicēdi defendatur. Neceſſe enim qui ſeriò uerſatur in publicis,ut opere adulationi rectum præponat,& oratione ſeueritatē ſecernat ab utili. Eius eloquentiæ gratiam,& in eo quod ipſius conſulatu obtigit,intellexiſſe fas eſt. Nam cū hactenus in theatris equites cōmixti plebi ſpectarent ludos,primus M. Otho eos à plebe diſiunxit, eúmq; ſeſſum illis in ſpectacula deſignauit,quē nunc uſq; præ-
26 cipuum retinent. Quam rem cùm plebs ad ignominiā ſibi exiſtimaret,prodeunte in ſpectaculū Othone,cōtumelioſè aduerſus illum ſibila efferre:tum equites contrà læto plauſu illum ſuſcepere. Verū mox cùm iteratis altius ſibilis, & iterū à maiori plauſu equitum in iurgia alter in alterū prodiret, omne id theatrū inhoneſta ſpecie cōpletum eſt. Quare cùm ea nouiſſet Cicero, plebē in phano Bellonæ ad ſe uocatā adeò modeſtè increpuit,monuítque,ut cùm in ſpectaculū rediiſſent, Othoni alacri plauſu alluderent,& equitibus de gloria & laude uiri cōcertarent. Cæterùm cōiuratio Catili- *Coniuratio Catilinæ.*
næ,quæ metu primùm cōterrita fuerat, iterum in ſpem audaciámq; conſurgit. Vnà

igitur conueniunt,aliíque alios hortantur audacius cœpta aggredi, antequam Pompeius,qui iam ferebatur cum copiis proficiſci,urbem attingeret.Maximè autem uete- 27
rani milites Syllæ Catilinã incitabãt,quorũ alij per totam Italiam fugitiui, plerique uerò & hi bellicoſiſſimi per Hetruſcas urbes ſparſi oppidorũ direptiones paratásque ſibi rapinas ſomniabant.Maniliũ hi ſibi ducem nacti,uirum qui ſub Sylla quondam ſtrenuè militauerat ac ſplendidè,conſtituêre ſeſe proximis comitiis Catilinæ Romæ affuturos.Nam iterũ Catilina conſulatũ petebat,animi certus in ipſo comitiorũ ſtrepitu Ciceronẽ confodere.Portendere fata imminens periculum uidebantur motibus terræ,fulminibus cæli,dirísque monſtrorũ ſignis.Ipſa ciuiũ prouidẽtia,cùm latè malitiam morbi agnoſceret,nõ tamẽ ad comprimendũ Catilinam,quòd uir eſſet nõminis ſplendidi,& magna fultus potentia,audebat.Tandẽ comitiorũ die Cicero cõmo- 28
tus,Catilinã in ſenatum uocat,nuntiat quid de cõiuratione comperiſſet. Sed ille exiſtimans pleroſque eſſe in ſenatu,qui innouandarũ rerum cupidi eſſent,ſimúlque uti ſuam audaciam popularibus oſtentaret,leniter Ciceroni reſpondit: Quid enim mali ago,ſi duorũ corporum, quorũ alterum caput habebat, ſed ægrum atq; pertenue,alterum ſine capite,ſed ualidum atq; præpotens,his me ſuperimponam?Hęc ænigmata cùm ille in frequentia ſenatus populíque dixiſſet, magis expauit Cicero. Vnde boni omnes,& nõnulli è Romana iuuẽtute ſaluti ipſius intẽti,ac lateri eius ſoliciti, ipſum thorace indutum ac agmine ſtipatum deinceps è domo in cãpum educebãt. Ipſe cõ- 29
modùm humeris modicè ſciſſa ueſte,thoracem paululùm oſtendebat, imminẽs ſibi periculũ innuere uolens. Quare indignatio ciuium in Citilinã accẽſa, animos ad Ciceronem adiecit,demúmq; in ipſis comitiis iterũ Catilina à conſulatu repulſus eſt,& Syllanus atq; Murena cõſules declarati ſunt. Nõ paruum deinde poſt tẽpus,cùm cõſcij Catilinæ in Hetruria cõueniſſent,& inuadẽdæ urbis iam eſſet uicina dies,ferè nocte intempeſta domũ Ciceronis adiere uiri Romanorum primi,atq; potẽtia freti, M. Craſſus,M.Marcellus,& Scipio Metellus.Hi mox pulſatis foribus ianitorẽ iubẽt dormientẽ conſulẽ excitare,& eorũ aduentum ipſi nuntiare. Eius rei cauſam hanc perhibent.Craſſo peracta cœna ianitor nõnullas literas reddidit,quæ illi ab ignoto quodam uiro traditæ erant.Harũ alię aliis erant inſcriptæ,unæ tantũ Craſſo,& hæ ſine inſcriptione redditæ. Craſſus ergo epiſtola ſua lecta cùm imminentẽ à Catilina perma- 30
gnam cędẽ agnouiſſet,propterea quòd admoneretur ex urbe diſcedere,cęteras epiſtolas,uti erant,obſignatas integrásque ſeruauit,& rei nouitate perculſus ad Ciceronem perrexit,cupiens ſe omni ſuſpicione purgare,quã aduerſus ſeſe ex conſuetudine Catilinæ Cicero quoq; concepiſſet.His expeditis multa ſecũ meditans Cicero, cùm primùm dies illuxit,ſenatũ habuit,palámq; eas omnes literas cui debebantur,exhibuit, iuſſítq; eas in mediũ recitari.Omnes in unam ſententiã uertebantur,inſidiarũ Catilinæ nuntiæ.Poſt hæc Q.Arrius Romæ nuntiat aduerſas acies in Hetruria iungi, inſidias palàm eſſe,Manilium ingenti manu iuxta quædã oppida conſiſtere, cõtinuò ex- 31
pectãtem atq; ſolicitum,ut quicquam tumultus ab urbe prodiret. His cognitis,ſenatuſconſulto ſumma rerũ cõſulibus datur,ne quid detrimenti reſpublica capiat:quod non crebrius à ſenatu agi ſolitũ, ſed cùm urgẽtiſſimus metus, & grauiſſimum diſcrimen imminere uideretur.Ea ergo poteſtate fungẽs Cicero,Q.Metello externa mandat,ipſe urbis curas aſſumit,ſui non incautus, ſed tanta armatorũ copia paludatus,ut ab eius ſtipatoribus pleraq; pars fori occuparetur. Cæterũ Catilina diuturnioris moræ impatiens,ſtatuit ad Manilium in caſtra contendere. Cupidus tamen Ciceronem opprimere,C.Corneliũ, Marcúmque Cethegum iuſſit,ut ſimulantes Ciceronem ſalutatum adire,tempeſtiuè eius fores ingrederentur,deinde facta irruptione eum gladiis cæderent. Sed hoc Fuluia nobili genere mulier clàm noctu profecta Ciceroni detexit,eúmque cõmonefecit,ut Cethegum eiúsque comites præcaueret. Igitur illuce- 32
ſcente die hi Ciceronis domum accedunt:ſed monitu Fuluiæ cùm ab ingreſſu prohiberentur,

berentur,& indigniſſimè id ferrent, in ipſis foribus adeò acclamauere, ut in apertam ſuſpicionem palàm prodirent.Tantiſper itaque Cicero in tẽplo Iouis Statoris,quod erectum eſt iuxta principium ſacræ uiæ,quæ palatium reſpicit,ſenatum aduocat.Hîc & Catilina frequens aderat, ueluti ſe eo crimine nudare cenſuiſſet:ſed adeò creuerat odium,ut id fruſtra tẽtaret, quippe iuxta eum ſenatorum nullus ſedere paſſus eſt, ſed longè quiſque auertebatur. Orare etiam incipientẽ obſtrepebãt omnes. Demũ ſtans Cicero,illi mandat ut urbem,ſenatum, ſéque ipſum conſulem præſentia ſui liberet. Nam decet,inquit,ut inter orationes noſtras & gladios tuos murus urbis medius ſit. Quare extemplo Catilina cum trecentorum ſatellitum comitatu urbem egreditur, ſibíque conſularis dignitatis inſignia,faſces atque ſecures præcedere ſtatuens,infeſto
33 agmine in Hetruriam contẽdit ad Manilium. In huius caſtra iam ferme uiginti millia uirorum conuenerant,quibus confiſus Catilina ambire municipia,& ad defectionem ſolicitare ſummo ſtudio nititur.Romæ ergo cùm iam bellũ geri uideretur,cum apparatis copiis Antonius ad debellandum hoſtem urbe dimittitur. Cæterùm ex iis, qui à Catilina imbuti Romæ ſupererant, Cornelius Lentulus Surra, uir claro genere ortus,ſed qui luxui deditus nuper ob mollitiem è ſenatu fuerat eiectus, cæteros conuenire,audaciam ſpémq; cœptis prębere. Hic tum erat prætor,ſed ut mos oppreſſorũ eſt,ut meliora exoptent,ad cæteras ſenatorias dignitates mẽtem adiecerat.Huic Sur- *Surra.*
ræ cognomen natum ferunt, quòd dominatione Syllæ cùm quæſtor eſſet, multa re-
34 rum publicarum perditè adminiſtrauit,cõſumpſítque. Quare cùm Sylla id indignè ferret, & adminiſtrationis rationem expoſceret, ille rem flocci pẽdens in ſenatũ profectus ridiculè dixit:Rationẽ mihi reddere non eſt,ſed præbere ſuram,uti ſolent pueri,qui in ludo ſphæræ peccauerint. Ob hoc deinceps Surræ inditum illi cognomẽ eſt. Hic etiam cum cauſæ cuiuſdã reus ageretur, & aliquos ex iudicibus largitione corrupiſſet,ex quo bina ſuperãte ſentẽtia cùm uictor euaderet, Fruſtra,inquit,impẽſum, quod alteri iudicum datum eſt:ſatis quippe erat,ſi unà tantùm ſentẽtia ſolutus abiiſſem.Hunc itaque huiuſmodi ingenij uirum licet à Catilina incitatum,inani etiã ſpe falſi magi & arioli eluſerant, ficta quædam carmina è Sibyllinis libris canentes, quibus portendebatur fato tres Cornelios Romæ mõnarchas deberi:horum quippe duo uaticinia compleuerant Cinna & Sylla: tertium uerò ac reliquum ſeſe fore ſperabat,
35 qui rerum eſſet potiturus. Quare neceſſe exiſtimabat cœptis incũbere, neque ſinere, ueluti Catilina,tarditate uel otio res perditũ ire.Is dummodo uota perficerẽtur nihil penſi habere,nihil iniquum,nihil infandũ exiſtimare,ſenatum omnem & quotquot ciuium facultas obtuliſſet,cæde ſtatuerat opprimere, præterea urbẽ incendere,nemini parcere,niſi Pompeij liberis, quos rapiendos duxerat,& ſeruãdos obſides ad Pompeium conciliandũ,quem rumor erat,nec is anceps,iam cum magno exercitu aduẽtare.Ad hæc patranda noctẽ primam è Saturnalibus deſignauerant:enſes,ſtuppæ,ſarmenta,& ſulphur clàm in domo Cethegi abdita: centũ deinde uiros ſtruxerant,totidem urbis loca ſortitos,ut ſtatutam ſibi quilibet partẽ urbis incenderet,quò paucorũ officio urbs undiq; flãmis conflagraret. Alij aquarũ ductus obſeſſuri,eorũ iugulatio-
36 ni collocandi fuerãt,qui extinguendis incendiis incubuiſſent.Dũ hæc aguntur,legati Allobrogũ Romam uenerunt:horũ gens cùm rebus minus ſecũdis uteretur,grauiter Romanorũ iugum ferre uiſa:unde hoc confiſi participes cõiurationis legatis rem omnẽ aperiunt,exiſtimãtes Allobroges pronos & aptiſſimos fore ad concitandã uertendámq; Galliã.His legatis ad cõciliabulum quod illic erat, & pariter ad Catilinã literæ datæ,quarũ in primis libertas patriæ illis promittebatur. In reliquis Catilinã exhortabantur,ut ſeruitiis manumiſſis quamprimũ cum exercitu approperaret.Mittũt præterea cũ huiuſmodi legatis quendã Titũ Crotonienſem, qui literas Catilinæ redderet.Hæc illi.Sed quæ negotia,quæ conſilia hominũ ſunt parum mentis habẽtium, imò cum uino & mulierculis quæq; tractantiũ,labore,induſtria, ſobrietate & prudẽ-

tia quadam ſingulari eos proſequitur Cicero. Hic multos extra urbem nactus explo- 37
ratores,qui veſtigia hominum perſcrutarentur, multos habēs intra mœnia, qui con-
ſcij coniurationis erant,ab his data fide publica res Allobrogū cum cōiuratis didicit.
Igitur his cognitis inſidias noctu collocari iuſſit,à quibus in ipſo itinere Crotoniēſis
circunuentus cum ipſis literis deprehenditur, ac in poteſtatem cōſulis actus. Harum
rerum Allobrogum legatos haud ignaros fuiſſe non anceps fama fuit,quinimò clàm
conſenſiſſe. Cùm primū igitur illuxit dies, Cicero in æde Concordiæ ſenatum habet,
réque patefacta cùm ſententias rogaret, uiciſsimq; ſenatus inter ſeſe multa diſſereret,
Iunius Syllanus à nonnullis ſe audiuiſſe memorauit, Cethegum aliquādo dixiſſe,tres
uiros conſulares, & quatuor prætorios occidendos fore. Hæc & huiuſmodi alia Piſo
uir cōſularis aſſeruit. Poſt hæc C. Sulpitius prætor ſcrutari domū Cethegi iuſſus,per- 38
quàm multa ibidē arma,tela miſſilia,enſes,gladiósq; recenti munitos acie comperit.
Cōiurationis Catilinæ detectio. Publica tādem fide data, Titus uti coniuratio omnis ſeſe haberet,aperuit. Quare re-
dargutus Lentulus,magiſtratu quo fungebatur(erat enim prætor)ſe abdicare coactus
eſt,móxq; purpuream ueſtem,qua erat amictus,in ſenatu ponens,atram fortunæ ſuæ
congruam induit:deinde is,& qui cū eo deprehenſi erant,in liberam cuſtodiā præto-
ribus traditi. Actis his cùm iam ueſper adeſſet,Cicero ad plebem,quæ multa cōuene-
rat,ut ſeriem harū rerum edoceretur,egreſſus ſingula palàm fecit. Deinde lōgo ſtipa-
tus agmine,quandam uicini pariter & beneuoli domum ingreditur. Nam in ędibus
ſuis, ei deæ, quam Bonam nuncupāt,muliebres cœtus arcana ducebāt ſacra:quotan- 39
nis enim in domo conſulis,ſiue per eius coniugem,ſiue matremfamiliâs,eum uirgi-
nibus Veſtæ, eidē Bonæ deæ ſacrificari mos eſt. Eam ergo domum cùm intraſſet Ci-
cero,paruo admodum comitatu præſente, ſecum agitat quid de comprehenſis ciui-
bus ſtatuēdum eſſet. Supplicium quippe ultimum, quod illi digniſſimè laturi erant,
expaueſcebat, partim pro miti eius ingenio, partim ne uideretur potentia efferri, &
crudeliter in tantos cēſere uiros, qui & genere præcipui erāt, & in urbe amicitia ua-
lida fruebantur. Contrà,ſi molliter in eos animaduerteret, horrebat diſcrimen ingens,
quod hinc emanare poſſe uidebatur. Si enim lenius morte multarentur, exiſtimabat
eos non modò non quieturos,ſed in omnem audaciam inflammādos,ueteréque ne- 40
quitiæ iracundiam addituros. Præterea ne idem ipſe mollis aut iners cēſeretur,qui ta-
men à pleriſque audaciſſimus ſaluti publicæ habebatur. Hæc cùm ſecum uerſaret cō-
ſul,inter domeſtica ſacra hoc portentum oſtenditur:ab ara quidem ſacrorum, in qua
iam pridem ſopitus erat ignis,è cineribus ac fomentorū reliquiis,longa & pura quæ-
dam flamma ſubitò emicuit. Tum cæteris perterrefactis,Veſtales uirgines mox iuſſe-
re Terentiā uirum conuenire,iuberéque ut pro patria non dubitaret ea perficere,quæ
mente uolutaret,ceu præſens dea ingens lumen ad illius gloriam,ſalutémque polli-
ceretur. His commota Terentia,quæ nō inertis ingenij, ſed audax & ambitioſa erat,
&,ut ipſe inquit Cicero,curarum reipublicæ ab ipſo magis participans,quàm ipſe ab
ea domeſticarum,ſingula uiro dixit,eúmque in coniuratos accendit. Eadē & Q. fra-
ter admonuit:eadem & P.Nigidius,uir ſtudiorum philoſophiæ inter cæteros comes,
cuius opera Cicero in multis & arduis reipublicæ negotiis uſus eſt. Igitur die poſtera 41
frequēte ſenatu,cùm de ſupplicio deprehenſorum diſſereretur, primus Syllanus ſen-
tentiam rogatus,ultimum inquit deprehenſis ſupplicium deberi. Idem & reliqui cē-
ſent,donec ad C. Cæſarem,qui poſtea Dictator eſt uocatus,peruentum eſt. Hic cùm
iunior iam iam futuræ ſuæ magnitudinis haberet ſemina, & ſpe ſimul & opera eam
ingreſſus uiam,quæ res Romanas in monarchiam egit,cæteros quippe latuit,ſed Ci-
ceroni ſuſpicioni plurimæ fuit,non tamen ut in occaſionem deprehēndi ueniſſet.
Fuere qui dicerent, cùm iam iam ferme deprehēſus huius criminis reus à conſule eſ-
ſet,clàm ſubterfugiſſe. Alij Ciceronem,quæ de Cæſare nuntiarentur,ſponte omiſiſſe,
amicorum Cæſaris metu potentiáq; cōmotum. Quippe ſingulis cōſtabat,eos potius

cauſam

42 cauſam ſalutis Cæſari fore, quàm Cæſarem illis pœnæ. Cùm ergo dicēdi ordo Cæſa-
rem poſceret,ſtans ille,non occidendos captiuos cenſuit,ſed pecunias eorum publi-
candas, ipſósque per municipia Italiæ, uti placitum eſſet Cōſuli, donec Catilinā ex-
pugnatum acciperent,in liberis cuſtodiis tenendos. Hæc ſententia cùm mitior uide-
retur,& orator ad dicendū facūdiſſimus foret, ipſi Ciceroni ſcrupulum non paruum
iniecit. Vnde palàm in utranque ſententiā nixus eſt,& priorem Syllani & ultimā Cę-
ſaris aſſerens. Verùm qui fruebantur Ciceronis beneuolentia,cogitātes ſententiā Cæ-
ſaris magis in rem fore Conſulis, quòd minus eſſet ſubiturus inuidiæ, poſteriori ſen-
tentiæ innitebantur. Quare Syllanus uerſus ſtans iterum pro roſtris ſe inquit de nece
comprehenſorum haud cēſuiſſe, cùm uiro ſenatorio ultimum ſupplicium carcerem
43 exiſtimaret. Huic ſententiæ Catulus primùm contradixit, deinde Cato, qui uehemē-
ti oratione prorumpens in ſuſpicionem Cęſaris, omnem ſenatum iracundia ſimul &
indignatione repleuit. Quamobrem necis ſupplicium in captiuos decretum eſt. Pu-
blicationi autem bonorum reſtitit Cæſar, rem indignam ratus, quòd repulſa miti at-
que humaniori ſententia, ei quæ una indigniſſima foret, inniterentur. Sed uim cùm
aduerſarij adhiberent,Cæſar ad ſeſe defendendum tribunos aduocat. At ij propterea
nihilum moti ſunt. Tum conſul medium ſe ingerens, miſſa bonorum publicatione,
in necem deprehenſorum ciuium cum ſenatu diuertitur. Non enim eodem loco de-
tinebantur, ſed prætores alius alium captiuos habebat. Primùm è palatio Conſul
44 Lentulum ſumit,eúmque per uiam ſacram mediúmque forum adducit. Optimates
ad hæc urbis telis muniti circa Conſulem agi, plebs horrere atque præterire ſilentio,
iuuentúsque maximè metu atque ſtupore terreri,ueluti illi ſolutis quibuſdam rerum
omnium ſummam ad ciues paucos acturi uiderentur. Forum egreſſus Cōſul, cùm ad
carcerem uentum eſſet,tradit lictori Lentulum,eúmque ſtrāgulari iuſſit: deinde Ce-
thegum, paſsímque cæteros coniurationis deprehenſos. His perfectis rediens Cōſul,
cùm in foro nonnullos ex coniuratis proſpiceret,qui tantorum ignari conuenerant,
noctem ſoliciti expectantes,ſpei pleni captiuos ſeſe diripere liberaréque poſſe:ad eos
uerſus uoce ſublimi, Vixerunt,inquit. Eo enim loquēdi ritu utebantur qui malitiam
infauſtæ cædis uocabuli uitabant. Iam ueſper aduenerat, cùm conſul è foro domum
repetit. Cæterùm deinceps non ſolito ſilentio ciuium agi,non eo comitantium ordi-
ne,ſed feſtiuo clamore ac omnium plauſu,qui obuiam fierent, liberator & conditor
45 appellatus. Funalia præterea per urbis uicos elucere, lampades, faces tedǽque in fo-
ribus figi:è ſpeculis paſſim prodire mulieres in præconium ſpectaculúmque uiri ſin-
gulari quadam optimorum pompa domum elatè repetentis. Horum pleriq; qui ma-
xima etiam bella confecerant,triumphis ornati, ac non parum maris terrǽque poti-
ti,apertè inuicem faſſi ſunt,populum multis tēpeſtatis ſuæ imperatoribus ducibúsq;
ex diuitiis,ex ſpoliis,ex potētia parta,finibúsque propagatis obnoxium: at ſuæ liber-
tatis ſuǽque ſalutis gratias ſoli Ciceroni deberi, qui ex tam ingenti periculo urbem
eripuiſſet. Nec enim imminentia ſcelera purgaſſe,non affeciſſe meritis ſuppliciis ſce-
leſtos, adeò mirum uideri:ſed quòd hoc incendium omnium maximum cùm emer-
46 ſiſſet,hactenus minimo conatu,nulla ſeditione,nullo tumultu extinxiſſet. Nam Ca-
tilina cæteríque qui ad eum in caſtra confluxerant, ſimul ut accepere, quæ in Len-
tulum Cethegúmque & cæteros patrata eſſent,cœpere protinus labi, ac inita cum An-
tonio pugna funditus cum omnibus eorū copiis deleti ſunt. Fuere qui hæc obtrecta- *Præclarū facinus ingens inuidia ſequuta.*
rent, aſſerentes Ciceronem ea perperam machinatum eſſe, ducem habentes Cæſa-
rem mox præturam initurum, ac Metellum & Beſtiam tribunos plebis deſignatos:
quippe hi diebus adhuc paucis Cicerone conſulatum gerente,cùm magiſtratum in-
iſſent, Ciceronem orare pro cōcione roſtris impeditis prohibuere, affirmātes ſe non
aliter roſtra dimiſſuros, quàm de abdicando magiſtratu relaturum ſe ille pollicere-
tur. Tum hoc ſolum ſimulans ſe facturum Cicero roſtra conſcēdit, factóque ſilentio

nouum quoddam atque priuatum præbuit iusiurandum: patriam utique se liberasse, ac imperij Romani salutem seruasse. In hæc iurauit propemodũ omnis plebs. Quare Cæsar & qui cum eo in Ciceronem conspirauerant, magis commoti, alias illi turbas comminantur, attulerúntque rogationem ut cum exercitu Pompeius euocaretur ad opprimendam potentiam Ciceronis. Sed nonnihil Ciceroni ac uniuersæ reipublicæ M. Cato conduxit, qui tribunatus uiribus fultus, æqua licet potestatis licentia, ampliori tamen dignitate institit: facilè enim cũcta soluit, & Ciceronis consulatum adeò pro rostris extulit, ut Ciceronem honoribus omnium maximis dignatus sit, illum patrem patriæ appellãs: quod cognomen primùm ex hac Catonis oratione Ciceroni inditũ, apud cæteros emanasse perhibetur. His atque huiusce modi rebus Cicero permagnam sibi uim cõparauit. Sed magnæ inuidiæ patuit, nullo quidem turpi aut indigno suo facto, sed quòd laudibus continuis sese efferens, gloriáque se semper exornans, molestus cæteris esset. Non enim frequentia ulla senatus populíue, non iudicum, aut curia ulla conuenerat, in quibus non Catilinæ atque Lentuli rumor obstreperet. Libros præterea huiusce modi laudibus suis compleuit. Vnde ipsius orationem dulcissimam & omni refertam suauitate, grauem ac molestam reddidit, ueluti ex indigno quodam fato sibi continuò id fastidium adesset. Tamen licet hac immoderata flagraret ambitione, aduersus neminem inuidia inuectus est. Laudum quippe liberalissimus fuit uel eorum qui antea, uel sua tempestate floruissent, ut ex ipsius scriptis aduertere fas est. Memorantur multa circa id ab ipso iucundè prolata. Aristotelem fluuium esse inquit auri profluentis. De dialogis Platonis ait: Si Iupiter oratione uteretur, eum non aliter, quàm Platonis dialogis locuturum. Theophrasti orationẽ singulares delicias uocabat. Orationum Demosthenis interrogatus ecquæ optima sibi uideretur: Longissima, inquit. Vnde qui Demosthenem dicẽdo effingere cupiũt, hanc Ciceronis uocem inuadunt, qua alicubi in eius epistolis ad domesticos quosdã suos est usus, quibusdam orationum suarum locis Demosthenem se excitasse. Verùm inter cæteras laudes, quibus plurimis in eum uirũ usus est, id maximum & omni admiratione dignum, quòd eas orationes in quibus summã diligentiã habuit, Philippicas in Antonium Demosthenis uerbo nominauit. Omnium qui eius ætate aut eloquẽtia, aut doctrina præstitissent, extitit nemo quem non unicè diligeret, & aut scribendo, aut orando celebriorem redderet. Cratippo Peripatetico operam dedit, ut à Cæsare iam rerũ potito Romanus ciuis adscriptus foret. Areopagitarũ senatui etiam persuasit, ut illum Athenis degere decernerent, eósque impulit ut eum orarẽt iuniorum studiis immorari, ueluti qui eam urbem splendidè esset exornaturus. Eiusdem etiam epistolæ quædam ad Herodem sunt, itémque ad filium aliæ, iubentes ut cum Cratippo philosophiæ operam daret. Gorgiam rhetorem filij consuetudine prohibuit, quòd eum adolescentem ad uoluptates & potus alliceret. hæc una ex epistolis suis græcis. Itémque ad Byzantium Pelopem altera extat, quas iracundia quadã scripserat: in prima dignissimè Gorgiam increpans, quòd mollem ac lasciuam uitam ageret: in altera Pelopẽ improbat, quòd adeò deiectioris animi foret, ut honores quosdam à Byzãtiis oblatos decerni sibi neglexisset. Hæc liberaliter licet, & quadã ubertate linguæ, quandoque tamen modestiam excessere. Numatium enim cùm è iudicio eum eripuisset, quòd ille uictoria elatus Sabinum domesticum atque familiarem suum reum ageret, tanta iracundia adorsus est, ut aduersus eum diceret, Tu ergo Numati, tua opera euasisti? an quòd ipse multas tenebras in curia circunfudi? M. Crassum pro rostris laudans cùm uoto potitus esset, post dies pauciſſimos eundem acriter probro lacessiuit. Vnde cùm diceret Crassus, Non hoc in loco me nuper extuleras? Et certè, respondit, declamandi gratia uili materia orationem exercens. Cùm aliquando diceret Crassus, neminem ex Crassis Romæ diutius annis sexaginta uixisse: mox in huius dicti pœnitentiam ductus cùm subderet, Quid ad hæc? tum Cicero, Tam blandè,

Amplissima Ciceronis laus.

De aliena laude præconia.

Sales & ioci.

blandè, inquit, morem concioni gessisti, quòd Romanos noras id libẽter audituros.
52 Cùm retulisset Crassus Stoicos sibi placere, quoniam bonum uirum diuitem esse ostenderent: Vide (inquit Cicero) ne illud magis, Omnia in sapiente sita esse. Auaritiæ enim notabatur Crassus. Cùm alter filiorum Crassi qui cuidam nomine Digno persimilis erat, & ob id genitrici turpem iniecerat maculã, quòd Digno conciliata fuisset, apud senatũ probè & cum laude perorasset, interrogatus * Cicero quid de Digno censeret, Dignus quidem Crassi est. Profecturus in Syriam Crassus, Ciceronem optauit beneuolum sibi, quàm aduersarium magis relinquere: ergo mutuæ conciliationis gratia Ciceronem adorsus, apud ipsum uelle cœnare se dixit: quo familiarius acto, post dies paucos cùm quidam è domesticis Ciceronis obuiam facti nuntiarent, Vatinium uirum male Ciceroni conciliatum spopondisse se in eius amicitiã atque gra-
53 tiam redituru: Nunquid, respondit, & Vatinius apud nos cœnare uult? Aduersus itaque Crassum talem se Cicero præbuit. Vatinium uerò quòd strumis tumidum guttur haberet, cùm quandam oraret causam, oratorem appellauit inflatum. Hunc Vatiniũ cùm Cicero accepisset uita functum, atque paulò pòst cùm manifestius nosset eum uiuere, Malè, inquit, pereat, qui malè mẽtitus est. Decreuerat Cæsar ut militibus agri Campani diuiderentur, sed cùm in senatu plerique id ægrè ferrent, & L. Gellius uir iam senio confectus, hoc se uiuẽte non perpessurum assereret: Expectemus, inquit Cicero, longam enim dilationem non patitur. Vir quidam Octauius Libya (ubi aurem perforare mos est) oriundus dicebatur: cùm ergo in quadam causa se non audire Ciceronem recitantem diceret, Atqui aurem, inquit, bene foratam habes. Dicente Metello Nepote Ciceronem patrocinio suo plures occidisse, quàm liberasse: Fateor, inquit, apud me plus esse fidei, quàm facundiæ. Adolescens quidam qui medicata placenta patrem peremisse insimulabatur, temerè elatus, se Ciceronem probris impetiturum esse iactauit. Tum Cicero, Hoc, inquit, malo, quàm placentis. Publius Sextius cùm Ciceronem cum patronis quibusdam aliis, causæ cuidam adiunxisset, & perorare solus uellet, cognito quòd mox foret à iudicibus absoluendus, cùm iam sententia ferretur, ad eum uersus Cicero, Fruere hodie, inquit, Sexti, tempore, nam die crastina priuatus futurus es. P: Cottam rudis ac tardi ingenij uirum se iuridicum profitentem, Cicero aduocatione quadam apud iudices aduocarat in testem: sed cùm ille se nihil scire diceret, Fortè, inquit Cicero, de legibus interrogari te putas. Metellò
55 Nepote sæpenumero in quadam altercatione dicente, Quis est pater tibi? respondit Cicero, Responsionem hanc mater tua tibi grauiorem effecit. Ferebatur enim Metelli mater impudicè uixisse. Hic etiam Metellus tantæ leuitatis atque inconstantiæ fuit, ut tribunatus sui magistratum linquens ad Pompeium in Syriã nauigaret, móxque ab eodem inconsultior atque inconstãtior rediret. Quare Philagrum præceptorem suum cùm sepeliuisset, & diligẽter sepulchro marmoreo coruum iussisset incîdi, Hoc rectius facis, inquit Cicero, nã hic te uolare magis, quàm dicere docuit. M. Appius cuiusdam defensionis suæ procemio, memorabat cliẽtem à se precibus summis suam diligentiam, facundiam, atque fidem petiisse. Tum Cicero: Næ tu igitur homo
56 ferreus es, qui tam nihil amici postulatis respondes. Verũ in maleuolos siue aduersarios his uti scommatis, oratoris est: at in alios ioci gratia eadem, uti se casus obtulerat, effudisse, Ciceroni non paruam conflauit inuidiam. ac horum pauca perstringã. Marcum Aquilium binos habentem generos, ambósque exules, appellabat Adrastũ. Lucio Cotta uiro uini auidissimo administrante censuram, ipse consulatum petens, cùm è labore sitiens circunstãtibus undique comitibus suis clàm biberet, Non iniuria timetis, inquit, ne censor mihi succenseat, quòd aquam bibo. Voconio tres secum filias inuenustissimas ducenti obuiam factus, Phœbo, inquit, hic inuito natos seminat. M. Gellius quem anceps erat rumor non ortum parẽtibus liberis, cùm magna ac sublimi uoce quasdam literas in senatu recitasset, Ne miremini, inquit Cicero, nam

* τί σοὶ πρὸς ταῦτα;

Ioci amarulentiores & reprehensi.

& hic unus est eorum qui proclamauerunt. Faustus Sylla Dictatoris Syllæ filius cùm 57
paternas substantias dilapidasset, & grandi ære alieno opprimeretur, uitiũ proscripsit. Tum Cicero, Hanc, quàm paternam proscriptionem malim. Sic igitur plerisque oneri Cicero fuit, ut Clodius aduersus eum conspirarit. Eius factionis tale initiũ fuit.
Clodianæ factionis origo. Erat Clodius uir claris parentibus natus, tum quia ætate iunior, & dignitate præstãs, & audacia. Is cùm amore Pompeiæ Cæsaris coniugis flagraret, clàm eius domum ingressus est, uestem ac habitum psaltriæ indutus. Muliebres enim cœtus tum in æde Cæsaris sacrum illud arcanum inaccessum omnino uiris agebant: uirilis itaque sexus aderat nullus. Spe autem latendi cœtum adductus Clodius, ob adolescentiæ suæ formam genásque nondum pubentes, turbæ immixtus ad Pompeiam ingreditur. Sed 58
cùm noctis tenebræ, & ædis permagnæ aditus ignarum illum agerent ac inuium, errore domus palàm captum, quædam Aureliæ matris Cæsaris pedissequa illi obuiam facta nomen rogat: hoc qui coactus Clodius, se Pompeiæ pedissequam inquit, & è cœtu Auram nomine quærere. Tum illa uiri uoce intellecta territa proclamat, sociásq; aduocat. Reseratis foribus adsunt illæ, & scrutantes singula, Clodium comprehẽderunt in pedissequæ eius cella, cui occurrerat, fuga progressum. Hac re uulgata Cæsar Pompeiam dimisit uxorem, ut Clodium accusaret. Erat Clodio Cicero amicitia iũctus: nam eius opera tam in cæteris, quàm ad præsidium sui capitis in coniuratione Catilinæ impẽsissimè usus fuerat. Sed cùm inniteretur Clodius apud iudices probare, sese die patrati sceleris in remotissimis ab urbe locis diuertisse, Cicero aduersus ea testatus est, asserens eum tunc se domi conuenisse, & quod certissimum erat, seriò se- 59
cum colloquutum. Creditum est Ciceronem nõ tam ex re ipsa id testatũ, quàm quòd Terentiæ coniugi se purgatum uoluisset. Ea enim æstuabat odio Clodij, ob eius sororem Clodiam, quæ aspirare ad nuptias Ciceronis uidebatur, conciliatione ac opera Tullij in primis familiaris ac domestici Ciceronis. Hic enim frequentiori consuetudine salutandi atque conueniendi Clodiam (nõ enim habitabat procul) eius rei Terentiæ suspicionem iniecit. Quare Terentia cùm difficilis esset ingenij, & sui coniugis facilè princeps, uirum inflammauit, impulítq; ut in Clodium testaretur. Ad hoc nonnulli boni ac præcipui uiri, periuria, largitiones, uersutias, corruptiones pudicarum in eundem testati sunt. Lucullus ancillas in medium duxit, quæ affirmarẽt Clodium cùm apud se domi habitarent, iuniori sorori commiscuisse. Rumor præterea 60
percrebuerat, eundem etiam se cõiunxisse reliquis binis sororibus suis, quarum Martius rex Terentiam habebat uxorem, alteram Metellus Celer Quadrantiam cognomine, quòd quidam ex his qui eam amabant pro argenteis in illius loculum æreos
Quadrans. numos immisisset. Est enim numus ex ære minutissimus, quem quadrantem uocant. Hæc inter cæteras sororum certior fama Clodium urgebat. Dum ea gererentur, animi plebis nonnihil aduersus eos, qui in Clodium testati essent offendebantur. Vnde perculsi metu iudices, se muniere præsidiis: eorúmque nonnulli cùm sententias ferrent, confusis characteribus literarum tabellas protulere. Non tamen plures hæ fuerunt quæ Clodium liberarunt. Rumor fuit largitionem his interceßisse. Vnde Catulus obuiam iudicibus factus, Perquàm rectè, inquit, iudices, præsidium postulastis, timentes scilicet ne quis uobis argentum abriperet. Clodius etiam cùm 61
Ciceroni exprobraret quòd ipsius testimonium apud iudices nihil fidei habuisset, id responsum accepit. Mihi enim, inquit Cicero, quinque & uiginti iudices fidem præbuere, tot enim sententiæ te damnarunt: tibi uerò triginta non credidere: antè quippe liber ab his ipsis non euasisti, quàm pretium solueres. Atqui interrogatus Cæsar cur repudiasset uxorem, cùm adulterium non assereret: Nam decet, inquit, Cæsaris torum non tantùm crimine, sed & criminis suspicione carere. Absoluto itaque ab eo reatu Clodio, móxque designato tribuno plebis, animum aduersus Ciceronem iniicit, omnia simul mouens, omnésque ciues simul in illum incitans:

quippe

quippe plebis animos, quòd obsequiosum illis magistratum suum præberet, in sententiam suam allexit. Præterea utrique consulum non mediocres prouincias decreuerat, Pisoni Macedoniam, Gabinio Syriam, multósque qui priuati hactenus uixe-
62 rant, ad publicos honores acciuit. Circunseptus ipse ualidissimis seruorum & familiarium copiis incedebat: præter hæc triumuirorum, qui tum in urbe plurimùm poterant, Crassus palàm Ciceroni aduersari, Pompeius utrique blandiri, Cæsar expeditioni aduersus Gallos intendere. Trepidus ergo Cicero licet beneuolentiam Cæsaris desperaret, eúmque ob rem Catilinæ sibi existimaret infensum, tamen metu coactus ab ipso impetrat uti secum iret legatus in Galliam. Eo pacto intelligẽs Clodius Ciceronem suum subterfugere tribunatum, cum eodem beneuolentiam simulat, atque in Terẽtiam omnem huiusmodi dissidij causam iniicit: in illius memoriã incidens, non nisi piè ac clementer in eum loquebatur, ueluti secum non odio, sed ómni humanitate flagraret. Sic ergo ea dissimulatione metu Ciceronẽ omnino libe-
63 rat. Quare Cicero existimans se tribuno cõciliatum, legationem Cæsari pactam abnegat, séque ad publica uertit. His igitur incensus Cæsar Clodium aduersus Cicero- *Fortunæ inclinatio.*
nem prouocat, Pompeiúmq; ferè à Cicerone semouit. Præterea in Ciceronem testatus est, contra fas atque maiorum leges Lentulum ac Cethegum cæterósque absque iudicio damnatos cęsos esse. Id enim crimen in Ciceronem delatum est. Quare actus in iudicium Cicero huius criminis reus, nec à mediocris potentiæ uiris oppressus, uestem atram assumit, & profluente coma plebẽ orare, & supplex ambire cogitur. Tum per urbis uicos undique factus obuiam illi Clodius, uiris comitatus in omnem audaciam atque contumeliam pronis, uicem Ciceronis illudere, & turpiter gestum illius omnibus probris urgere, interdum etiam lutum lapidésque iactantes supplicationi-
64 bus illius obstrepere. Cum Cicerone quamplurimi, omnis ferè multitudo equestris ordinis, uestes commutauit. Præterea uiginti propemodum millia iuuẽtutis Romanæ (non enim minor erat horum numerus, qui illi assistebant) promissis etiam comis passim per urbem preces effundere. Senatus erat frequens, ut decerneret populum uestem ueluti ex publica mœstitia mutare: sed consules cùm diuersa sentirent, præterea Clodius cùm circa curiam armatus satellitibus omnia terrore repleret, è senatu prorupere nonnulli ordinis senatorij, qui laceris indumentis tumultus speciem dedere. Denique cùm neque misericordia, neque pudor quicquã ualuere, quin oporteret Ciceronem aut exulem fieri, aut ferro rem decerni, ad Pompeij auxilium itum est, qui
65 consultò ab urbe semotus iuxta Albanum agrum spõtè diuerterat. Ad eius opem implorandam primò Piso ipsius gener profectus est, pèst ipse: sed cùm eum præsentiret adesse Pompeius, eius cõspectum minimè pertulit. Nam graui ipsius uiri pudore opprimebatur, qui modò duas contentiones atque certamina sui gratia subiisset, multáque pro repub. iuxta sententiam administrasset. Cùm ergo esset Cæsaris gener, ueteres gratias Ciceroni repetenti negauit, egressúsque postico colloquium Ciceronis minimè pertulit. Quare proditus à Pompeio Cicero, nudus ac derelictus ad opem consulum profugit. Gabinius animo indefesso & pertinaci ad ferenda singula Ciceronem impellere: cõtrà Piso illum hortari uti desisteret à cœptis, ut furori tribuni cederet, ut temporum uicissitudines ferret, ut in tantis seditionibus, quæ ex ipsius capi-
66 te urbi emergere posse uidebantur, iterũ patriæ salus fieret. His permotus Cicero, necessarios suos quid salubrius acturus sit cõsulit. Lucullus eum manere ueluti demum uicturũ censebat: alij ipsum abire, quòd mox sedata rabie Clodij, populus eius desiderio esset flagraturus. Hęc eadem Cicero ipse approbans, Palladis signũ quod domi locatum non paruo tẽpore summum in modum coluerat, in Capitolio obtulit, ídq; subscripsit: Palladi Romæ custodi. Hoc peracto, extemplo comites ex beneuolis atque familiaribus suis nactus, circiter noctem mediam urbem egreditur. Deinde per Lucaniam iter agens, Siciliam attingere statuit. Interea exitus eius cùm Romæ pate-

fieret, fugæ criminatur, atque damnatur à Clodio, ac aqua & igni interdictus, néue
Exilium odio conflatũ, & perfidia ueterũ amicorum. intra quingẽta miliaria Italiæ tecto susciperetur, edictum est. Verùm cæteri hoc post
gratiam Ciceronis habentes, maximè ipsum uenerari, & longa profusi humanitate
eum gratissimè prosequuti sunt. Sed apud Hipponem Lucaniæ ciuitatem, quam nũc 67
Vibonem uocant, Vibius uir Siculus, qui in plurimis Ciceronis beneuolentia fretus
esset, & in eiusdem etiam consulatu ad ædilitatem euectus, hospitio eum repulit, séq;
illico eum delaturum in crimen asseruit. C. item Virginius prætor hactenus Ciceronis opera non mediocriter usus, iussit eum omnino ab insula prohiberi. Quamobrẽ
affectus his Cicero, properè Brũdusium petit. Inde Dyrrhachium uento secundo nauigans, mutato in ipso itinere cęlo regressus fertur, móxque die proxima soluta iterũ puppi uoto potitus est. Traditur cùm Dyrrhachij littus attingeret, exonerata puppi terræmotum hiatúmque pelagi extitisse, ex quibus ab ariolis intellectum est, exilium non diuturnum ipsi fore: mutationem nanque fortunæ eius his signis portendi
Exilium ut tulerit. constare sibi asserebant. Verùm licet à plerisque beneuolentiæ gratia salutaretur, li- 68
cétque Græcorum urbes certatim honore summo ipsum dignarentur, subtristis tamen & mœstus uitam agebat, & ueluti qui insano quodam amore torqueretur, persæpe ad Italiam oculos flectens, ita tenuis, ita sua dignitate eiectus uidebatur, ut existimaret nemo uirum in primis eruditum, ac tot in studiis literarum obuersatũ eum extitisse: tametsi sæpe philosophos orabat, ne se rhetorem, sed philosophum appellarent. Aiebat enim philosophiam ob seipsam, sed oratoris facultatem non nisi quantùm forensibus negotiis necessarium fuisset, se complexum. Arduũ quippe & ingenti gloria dignum animorum affectus secludere, multarúmque rerum passiones euellere, cùm in negotiis ciuilibus multa consuetudo, ac familiaritas multa fuerit: nisi adeò quis consultò uixerit, ut in his quæ gerẽda sunt, ita omnino extrà feratur, ut negotiorum, non affectuum particeps sit. Cæterùm Clodius eiecto Cicerone, incendio 69
tradit eius uillas, incendio dat eius domum, ibíque Libertatis templum erigit. Reliquas uerò bonorum suorum substantias hastæ subiicit, quæ licet per integros dies assidua uoce præconis pronuntiarentur, tamen nemo inuentus est, qui rei cuiusquam foret emptor. Hac igitur indulgentia elatus Clodius, primatibus urbis terrori factus, uallatúsque à plurimis è plebe uiris in omne facinus atque probrum erumpere paratissimis, animum in Pompeium uertit, quædam illius acta, quæ in exercitu nuper ediderat, scindens. Quare Pompeius ægrè id ferẽs, se torquere quòd Ciceronem exulem fieri passus esset, mentéque mutata de illius reditu cum necessariis suis agitat. Sed obsistente his Clodio, placuit Senatui nihil sancire, nihílue publicum agere, donec Ciceronis reditus statuatur. Igitur cùm consules qui Lentuli & Cethegi ac socio- 70
rum asserebant causam, diuersa molirentur, orta seditio adeò inualuit, ut tribuni de foro saucij abirent, & Quintus Ciceronis frater extrema passus inter cadauera fusus latuisset. Hinc animi plebis cœpere flecti, primúsq; Annius Milo tribunus ausus est Clodium ui ad iudicium trahere. Ad Pompeium plebei permulti, præterea è municipiis non pauci confluxere, quibus circunseptus ipse sublato è foro Clodio, ad ferendam sententiam de reditu Ciceronis ciues conuocat. Fertur populum nihil unquam
Incredibili cũ gloria ab exilio reuocatur. tanto omnium cõsensu statuisse. Decreuit præterea senatus, certans non inferior esse
illi beneficio, omnes ciuitates, quæ Ciceronem in exilio fouissent, ornare laudibus, domúmq; ac uillas quas Clodius combusserat, ære publico reparari. Itaque decimo exilij sui mense redit Cicero, cui singulorum tanta lætitia, tanto ciuium studio obuiã 71
itum est, ut quod ab ipso memoratur, se Romam Italiæ humeris reportatum, res ipsa superauerit. Crassus etiam, qui antequam Cicero exul fieret, infensus illi fuerat, lætis animis ipsi occurrẽs, in amicitiam redintegratus est: licet hoc gratificaretur filio Publio, qui Ciceronis amore æstuabat. Paruum deinde post tẽpus cùm obseruasset Cicero Clodiũ abesse Roma, plurimis comitatus uiris in Capitoliũ profectus, tabulas tribunitias,

tribunitias, in quibus ea quæ Clodius magistratu suo administrarat seruabantur, eiecit. Quod cùm Clodius quereretur, instabat Cicero, illum asserens contra leges ex ordine patritio tribunatum adiisse, ob ídq; nihil administrationis illius esse ualidum. Sed permotus iis Cato Ciceroni instat, non gratia (uti ferunt) Clodij, sed rem indignã grauémque atque uiolẽtam reip. ratus, tot decreta, cunctásque administrationes publicas senatum incassum reducere, in quibus erant acta, quæ idem ipse quæstor Cy-
72 pri atque Byzantij egerat. Ab ea igitur spe deiectus Cicero, paululùm aduersus Catonem sensit, non ut in apertum odium itum sit, sed uti mutua beneuolentia obscurius usi forent. Post hæc Milo Clodium confodit, reúsque parricidij actus, patronum sibi Ciceronem constituit. Verùm timens senatus ne ex periculo Milonis clari in primis, & tunc iracundi ciuis, quicquam tumultus urbi excitaretur, Põpeio mandat sibi curæ esse hanc causam, curarétque ut impunè iudicibus libera potestas iudicãdi sit. Noctu ergo Pompeius cùm forum armatis militibus cinxisset, pertimuit Milo ne Cicero tantorum conspectu subita nouitate perculsus, pro se minus iucunda oratione certaret, illi persuasit ut in lectica delatus in forum, in ipsa cubans quiesceret, donec conuenissent iudices, & curia frequens esset. Cicero nanque non in armis tantùm fuisse trepidus fertur, sed ex tanta exercitatione non adeò compositus, quin ad orãdum ita
73 timens pergeret, ut uix à motu corporis tremitúq; desisteret. Oraturus pro Lucio Murena, qui sub Catone reus agebatur, cùm intellexisset Hortensium ex oratione sua in eadem causa splendidè recitata, elatum gloria, nullam partem noctis quieti indulsit, uigiliis & meditationibus anxius, ne in dicendo inferior censeretur. Cæterùm ad agendam causam Milonis Cicero lætitia aggressus uiso Pompeio, qui curiæ ueluti in exercitu sublimia possidebat: uisis autem armis, quę undique fulgebant, stupore confusus est, tandémque tremẽs, ac uoce uix faucibus euulsa, trepidè sermonem incepit, reo ipso Milone summa audacia assistente certamini, nec dignato mutare comã, nec mutare uestem, quod damnationi suæ non paruam præbuisse materiam traditur. In eo tamen stupore Cicero magis ob salutem Milonis periclitãtis affectus, quàm timi-
74 dus iudicatus est. His actis pro Crasso iuniore qui apud Parthos obierat, augur designatur. Deinde proconsul prouinciam sortitus Ciliciam, exercitum duodecim mil- *Res bello actæ, & imperator qualis Cicero.*
lium peditum, duorúmque millium sexcentorum equitum traiicit, iussus Cappadociam Ariobarzani regi reconciliare, eiúsque uoluntati reducere. Hæc ipse placidè, & absque congressu pugnæ composuit, ac Cilices, qui ob cladem Romanorum à Parthis illatam, Syriæque tumultus efferebantur, administrationis suæ mansuetudine placat. Munera ibidem à regibus sibi oblata renuit. Præterea prouinciæ populos ab epularum stipendiis soluit. Idem diebus singulis iucundiores è prouincia uiros nullo apparatu, sed liberaliter conuiuio adhibuit. Eius domus ianitore omnino libera: ipse cubans à nemine uisus est, sed matutina luce aut stans, aut circumambulans iuxta cu-
75 bilis sui locum, dexteram his dabat qui ad se salutatum ingrederentur. Iracundè nullius iurgio lacessitus, aut damnatus improbè fertur. Multa publicorum, quæ furtiuè subrepta fuerant, ciuitatibus reddidit, ac obnoxios nihil ultrà perpessos in sua dignitate seruauit. Pugnæ non expers, latrocinia quæ circa montem Amanum insidebant, in fugam egit: qua uictoria imperator à militibus salutatus est. In qua re, ne id frustra retulerim, Cælius orator cùm rogasset, ut ad quoddam spectaculum pantheras sibi Romam è Cilicia mitteret: Cicero uenustè permotus rebus à se gestis, in Cilicia non esse pantheras respondit, sed in Cariam effugisse, dedignatas quòd cæteris pacem agentibus, illæ solùm bella perferrent. Cæterùm prouincia decedens Cicero Rhodum nauigat. Inde ueterum consuetudinum desiderio captus, Athenis plusculam moram egit. Vbi uiris eruditione præcipuis in colloquium adhibitis, beneuolísque gratè persalutatis, laudibus Græciæ commodè exornatus, Romam re-
76 diit; iam iam ueluti quodam incendio bello ciuili æstuante. Verùm senatus cùm

sibi triumphum decerneret, gratius sibi inquit fore composita intestina seditione, se triumphum Cæsaris sequi. Interea priuatim consiliis diligẽtem operam præbuit, partim Cæsari scribens, partim Pompeium orans, ut utrunque pacaret. Sed insanabile uulnus mox patuit. Cæsar enim urbem inuadit, Pompeius plerisque clarorum & optimorum ciuium comitatus, hanc deserit. Ex quo Cicero fugã illorum linquẽs, addi partibus Cæsaris uisus est. Anceps tamen ac utrinque discussus quædam signa suæ mentis aperuit. Scribit enim in epistolis, quò se uertat ambigere: honestam & pulchram belli materiam apud Pompeium esse, Cæsarem meliori re uti, séque salubrius necessariis præseruare. Habeo igitur quem fugiam, quem sequar non habeo. Inter hæc Trebatius uir Cæsari familiaris, per epistolas Ciceronem hortatur ad Cæsaris beneuolentiam, eúmque ad spem successuum communicandam inuitat. Quod si ob eius senectutem abnueret, admonet ut ambobus longè semotus in Græciam pergat, ac ibi quietem agat. Tum admiratus Cicero quòd Cæsar ipse non scripserit, iracundè respondit se nihil republica indignum acturum. Hæc in epistolis eius inuenire fas est. Cæterùm Cæsare Hispaniam petente, Cicero ad Pompeium nauigat: hunc cæteri gratè suscipiunt, at Cato amotis procul arbitris, multa cum illo questus est, quòd adhæreret Pompeio, asserens sese nõ commodè quam partem primùm elegisset posse relinquere: Ciceronem, si Romæ mansisset rerum euentui se componens, patrię saluberrimum, & amicis utilissimum se futurum: causa nulla inquiens illum Cæsaris hostem factum, & periculi tanti participem. Hi sermones maximè Ciceronis flexere animos: unde operam dedit, ut Pompeius ad magnificum nihil eo usus sit, materiam ipse perhibens, nec animi mutationem lõgè dissimulans. Apparatum nanque Pompeij flocci pendere, eius crebras conciones clàm molestè habere, socios nulla causa plerunque lœdorijs carpere, siue per iocum eludere: idem castra perambulans fronte mœstitiam simulare, nemini ridendus, cæteris inopinatò risum ludumque suggerere. Ex his quædam retulisse indignum non arbitror. Cùm Domitius uirum quendam aciei præfecisset, & eum laudibus prosequeretur, quòd moribus esset pius ac integer: Quid ergo, inquit Cicero, ipsum tuis tutorem liberis non præseruas? Quidam Theophanem Lesbium, dum in castris erat præfectus fabrorum, laudibus efferebant, quoniam Rhodios in amissione classis optimè solatus oratione suauissima foret. Ad quod Cicero, Quamoptimum, inquit, est Græcũ hunc in castris magistratum habere. Cæsar rebus secundis usus cùm partes aduersas obsidione premeret, memorante Lentulo audiuisse se Cæsaris beneuolos mœstos ac furentes esse, Eos, inquit Cicero, dissentire Cęsari dicis. Cùm Maricus, qui ex Italia nuper accesserat, referret Romę famam inualescere, Pompeium obsidione urgeri: Ob id nauigasti, inquit, ut id aspiciens crederes? Referente Nonnio post cõflictum optimam spem haberi licere, quòd septem aquilæ in castris Pompeij captæ essent: Rectè, inquit, moneres, si nobis aduersus picas pugnandum foret. Labienus quibusdam diuinationibus nixus, cùm assereret Põpeium superaturũ: Hac ergo spe ducti, inquit, castra nuper amisimus. Expedita Pharsalica pugna, ubi ob malam ualetudinẽ Cicero non affuit, cùm fugisset Põpeius, Cato frequentes copias classémq; permagnam Dyrrachij tenẽs, Ciceronẽ iuxta morem & dignitatem cõsularem, exercitui præesse rogauit. Sed cùm non tantũ id negauisset Cicero, uerùm omnino militiam fugeret, proditor à iuniori Põpeio ac plerisq; appellatus est, strictísq; in se gladiis circunuentus trucidatus obiisset, ni Cato instãs eum in exercitu ereptũ transtulisset. Hinc igitur Brundusium profectus, aduentũ Cęsaris ob tes Asiæ ac Aegypti tardantem, eum ibi moratur, donec nuntiatum est Cæsarem Tarentũ attigisse, ac terrestri gressu Brundusium pergit. Timens autem uirum uictorem & infensum in multorum conspectibus experiri, tamen præter dignitatem nec loqui, nec quicquã agere impulsus est. Nam Cæsar ut eum conspexit multò ante cæteros occurrentẽ, descendit, eúmq; gratè præsalutauit. Deinde plurima solus cum illo col-

ciuili bello neutram partẽ probauit.

Amor patriæ & integritas uiri.

Proditor ciuili bello falsò appellatur.

77 78 79 80 81

illo colloquens, quorundam stadiorum continuum iter egit. Ex hoc tempore Cæsar tam firma támque grata beneuolentia aduersus eum usus est, ut cùm ille librum de laudibus Catonis edidisset, contrà rescribens Cæsar in opere Ciceronis eloquentiam ac uitæ integritatem celebrans, eum Pericli similem dixit, & ab eo Theramenis uim expressam esse monstrauit. Ciceronis igitur liber Cato, Cæsaris uerò Anticato inscriptus est. Fertur etiam in causa Q. Ligarij, qui & ipse unus ex aduersariis Cæsaris habebatur, patrono Cicerone, Cæsarem ad beneuolos suos uersum dixisse: Vir ille diu malus nostérque hostis probatus, sed quid interim nos impedit Ciceronem audire? At cùm orare Cicero cœpisset, tanta orationis uarietate, tãta gratia admirabilis fuit, ut Cæsar in colores plurimos uultum uerterit, manifestúmque foret omnes animi
82 sui mutationes mirè potuisse cognosci. Pharsalicam tãdem pugnam cùm orator attingeret, ille uelut amens corpore exiluit. Libellum præterea quẽdam è manibus abiecisse traditur. Quare Cæsar orationis ui coactus, reum crimine liberat. Cæterùm ex hoc tempore Cicero rempublicam in monarchiam mutatam aspiciens, publica misit, ac operam iunioribus præbuit, qui philosophiæ adorti studium forent. Ex horum etiam ferme consuetudine (quoniam ij nobilissimo genere ortum ducebant, & clari in primis erant) iterum in republica plurimùm potuit. Verùm interea eius erat studium philosophiæ dialogos condere, siue transferre: præterea singula dialecticorum & physicorum uocabula in latinum eloquium. Hic enim primus (ut aiũt) assensum, retentionem sentẽtiæ, comprehensionem, præterea insecabile, uacuum, aliáque plu-
83 rima huiusmodi uocabula hactenus Latinis insueta, nota & appellanda dedit. Poetica interdum ex ingenij facilitate ioci gratia usus est, qua aliquando cùm caluisset, per noctem quingenta carmina narratur edidisse. Eius uerò temporis partem maximam agens apud Tusculanum agrum, cuidam ex suis familiaribus scripsit, se ducere uitã Laertis, seu iocatus in hoc, ceu solitus est in cæteris: seu quòd rerũ ciuiliũ desiderio motus, præsentibus affligeretur. Perrarò interea urbem accessit, ídque tãtùm ut Cæsarem salutaret. Frequenti uerò in concione primus adesse, ac dicendo nouũ quicquam continuò ad Cæsaris gloriam adoriri: quemadmodum illud, cùm deiectæ & fractæ Pompeij imagines iussu Cæsaris in pristinam dignitatem essent restitutæ, inquit, Pompeij statuas figens Cæsar, suas firmat. Meditatus (ut fertur) patriæ historiam
84 stylo complecti, ubi multas Græcorum tum fabulas, tum orationes immiscere decreuerat, eam inuitè dimisit, publicis ac domesticis curis affectus, quarum nonnullas & ipse spontè subiit. Primùm enim Terentiam repudiauit uxorem, quòd adeò negligẽs fuisset eius, ut cùm in expeditionẽ proficisceretur, inops necessarij commeatus abierit. Præterea cùm in Italiam inde rediisset, ea non nisi molesta & turbulenta potitus est. Brundusij etiam cùm ipse longam ageret moram, illa nec eò profecta est, & illuc pergentem Tulliolam tenuiori uiatico impensáque dimisit. Domum ad hæc omniũ uacuam ac desertam, æréque alieno onustam fecit. Hæ repudij causæ feruntur potiores: quas cùm negaret Terentia, ipse longa oratione probauit. Hoc acto paucos inde post dies uirginem duxit uxorẽ, captus (uelut aiebat Terẽtia) illius forma: sed ut Tiro
85 libertus refert, ut æris alieni soluẽdi potestas esset. Nam ea puella prędiues erat, & eius substantias sub tutoris fide seruabat, cùm interim ob multa millia quæ debebat, adesse beneuoli, instare, solicitare, ut eam licet nondum uiro maturam desponsaret, séque illius dotibus pergrandi ære liberaret. Antonius uerò in his quæ aduersus Philippicas scripsit has memorans nuptias, illum uxorem apud quam senuerat, indignè expulisse tradit, simúlque in eum iocatus est, tanquam inertis & mollis uiri rem ipsius domesticam mordens. Post hæc paucis ferme diebus eius filia, quæ post excessum Pisonis prioris uiri Lentulo nupserat, ex partus angustia moritur. Adsunt igitur beneuoli, adsunt familiares, undique conueniunt philosophi, Ciceronẽ exhortaturi ut æquo ani-
86 mo filię mortẽ ferat. Nam huius doloris habitus impatiens est. Vnde quòd noua uxor

A rep discessit libertate extincta.

Senex iuuenculam ducit coniugẽ, eandem mox repudiat.

lætari obitu Tulliæ uiſa eſt,illi repudium dedit. Sed apud domeſtica Cicero laborauit. Cæterùm coniurationis in Cæſarem expers fuit,quanquam inter beneuolos Bruti haberetur,& præſentia ægreferret,ac pleriſque non inferior remp.priſtinam cuperet.Pertimuere autem uiri illius naturam ceu audaciæ inopem,ac eius ætatem,in qua robuſtiſſimis etiam uiris ſolét animi maximè deeſſe. Verùm ut Bruti atque Caſſij patrata res eſſet,& beneuoli Cæſaris conueniſſent, iterum inteſtini tumultus eſt orta ſeditio.Quare Antonius qui conſulatum agebat, conuocato ſenatu cùm ad concordiã breuiter quędam concionatus eſſet,Cicero pro tempore multa diſſeruit, ſenatui ſuadens ut Athenienſium exemplo abolitionem rerum Cæſaris ageret, præterea Bruto & Caſſio prouincias decerneret.Sed horum nihil adimpletũ. Nam plebis animi cæ- 87
de Cæſaris exaſperati,ut cadauer ipſum per medium forum elatum aſpexere, ad hæc cùm extuliſſet Antonius Cęſaris ueſtem ſanguine ſparſam,ac undique perforatã gladiis,furore commoti, percuſſores Cæſaris quęritant, inde ardentibus facibus eorum domos incendiis poſcunt. Sed illi imminens periculum prouidẽtes,effugiunt, comitésque nonnullos authoritate primos clàm immorati urbem relinquunt. His extemplo Antonius elatus eſt,ac ueluti dominaturus urbi,omnibus timori eſſe cœpit,Ciceroníque maximé. Nam potentiam ſuam in urbe iterum firmam aſpiciens, & aduerſus authores cędis tempus offerri,cœpit moleſtè angi præſentibus, præbuítque ſuſpicionem diſſimilitudinis uitę animíque ſui immutati.Quamobrem id animaduertẽs Cicero,enixè inſtat uti cum Dolabella legatus in Syriã nauiget. Sed Hircius & Panſa 88
uiri clari & optimi,Ciceronis ſtudio incenſi, inituri conſulatum poſt Antonium,ne ſe deſerat orare,qui Antonium opprimere præſente eo ſuſcepiſſent.Quare Cicero nõ omnino diffidens, quanquam id etiam parum crederet, Dolabellam miſſum fecit. Inde data fide Hircio,ſe Romæ affuturũ cùm conſulatum iniret, Athenis æſtiua ducturus ſolus nauigat.Sed in itinere ipſo cùm moram tereret, & noui ſermones (ut aſſolet)ab urbe ferrentur,pœnituiſſe Antonium,eúmque mirè mutatum, ac omnia ſenatuſconſulto agere tractaréque: præterea ut rectè ſingula cõponerentur,urbem eius indigere præſentia,ſecum queſtus quòd nimiùm ſui cautus eſſet, Romá repetit. Nec primùm ſpe ſua deceptus eſt:tãta enim ciuium copia ſibi obuiam itum eſt, ut in eius ingreſſu circa fores,circa dexteras dandas,circa ſalutationes,integra ferme dies conſumpta ſit. Poſtea uerò cùm Antonius ſenatum cogeret, aduocatus Cicero non pa- 89
ruit,ſed cubans ſimulauit ſe ex pelagi laboribus & ualetudine impediri. Nam ſuſpicio inſidiarum in ipſa uia nuntio quodam accepta, eum in ſenatum ire uetuit. Hoc Antonius non leuiter tulit,ſed eum probris laceſſens milites extemplo miſit,qui aut illum adducerent,aut domum incenderent. Sed his cùm obſtarent nonnulli, precibúsque inniterentur, Antonius uadimoniis cõtentus quieuit. Deinceps primores urbis placidè reliquum tempus duxere palàm,illi uerò aduerſantes,nec omnino ſibi nõ cauti,donec iunior Cæſar ex Apollonia in patriam rediit, & hæreditate Cæſaris adita,cum Antonio in non paruas contentiones erupit,cùm Antonius ex bonis Cæſaris quinquaginta & ducenta millia æris ſibi diriperet.Ex his Philippus iunioris Cæſaris 90
uitricus,& Marcellus,qui ſororem eiuſdem duxerat, cum adoleſcente Cæſare ad Ciceronem profecti conueniunt,ut apud ſenatum & apud plebem Cicero uerbo factóque cauſam adoleſcentis aſsereret,contráque adoleſcens pecunia & militibus defenſionem ſibi Ciceronis aſſumat.Iam iam adoleſcens pleroſque militum Cæſaris circa ſe habere, & Cæſaris partes omni ſtudio ad ſeſe recipere. Ferunt Ciceronem non ingratè beneuolentiam Cæſaris iniuiſſe, quòd eum antea diuino quodam ſomnio illexiſſet.Nam Cæſare atque Pompeio nõdum uita functis, Cicero per quietem uidit ſeſe monitum in Capitoliũ uocare ordinis ſenatorij liberos, ceu Iupiter oſtenſurus quis unus ex illis foret,qui rerum eſſet potiturus: quocirca ciues ſoliciti currere, & iuxta templum aſſiſtere,pueri uerò omnes circunſedere, ſilentiúmque agere.Patefactis in- 91
terea

Cauſam Octauij Cicero ſuſcipit, ſomnio monitus.

terea foribus templi,quiſque puerorum uiciſſim ſurgere uiſus, ac Iouem adire. Tum Iupiter quẽcunque animaduertiſſe, mœſtúmque repuliſſe, in unico ſolùm fixus dexteram protẽdens, O Romani, inquit,hic princeps factus finem bellorum ciuiliũ uobis imponet.Hoc ſomnio ſtupefactus Cicero imaginem pueri requirens, cùm ipſum nihil omnino noſceret,animo eam impreſſit. Cúmque per diem deſcendiſſet in campum Martium,uiſis pueris,qui peractis ludis iam abibant, puerum quem in ſomnis uiderat aſpicit.Quare animo perculſus puerũ conuenit, eúmque rogat quibus parentibus natus ſit.Erat ille Octauio patre, qui uir non ualde clarus fuerat, ex Accia ſorore Cæſaris ortus:ex quo Cæſar liberis carens, facultates ſuas,domum, familiæque no-
92 men teſtamento illi reliquit.Ex eo igitur ſomnij tempore ferunt Ciceronẽ, cùm Cæſar obuiam ſibi fieret, accuratè eum conueniſſe,contráq; illum Ciceronis beneuolentiam gratè fouiſſe. Fortuna præterea quadam Cæſarem ortum memorant,Cicerone conſulatum adminiſtrante, quæ omnino primas fuiſſe cauſas ad mutuam beneuolẽtiam tradunt.Quare & odio Antonij, & ob ſuam naturam gloriæ deſiderio flagrantem,quòd exiſtimaret ex potentia Cæſaris ſeſe urbi præeſſe, Cicero ita ſe adoleſcenti ſubiecit,ut eum quandoque patrem appellauerit. Ex quo ſtomachans Brutus, in epiſtolis ad Atticum Ciceronem increpat,quòd Antonij metu Cęſari blandiens,non libertati ſtudere,ſed domeſticũ ſibi dominum facere uideretur. Sed nihilominus Bru-
93 tus Ciceronis filium,qui Athenis philoſophiæ operam dabat,ad ſe recipiens, eum in primis dignitatibus habuit,eóque in plurimis uſus, ipſum ſtrenuum reddidit. Ciceronis uerò potentia tunc in urbe maximè claruit. Nam iuxta mẽtem ſuam ſeditionis authorem eiecit Antonium, & ambos conſules Hircium atque Panſam in illum ab urbe cum exercitu miſit.Suaſit pręterea ſenatui,lictores cæteráque imperij ornamenta Cęſari dari,ueluti qui pro patria eſſet certaturus.Verùm deuicto Antonio,& utriſque conſulibus Theſſalica clade cæſis, omnes militũ copiæ ad Cęſarem conueniunt. Quare metuens ſenatus uirum iuniorem,fortunámque,qua ſplẽdidè uſus fuerat,largitione tentauit eius exercitum reuocare,illiúsque potẽtiam ſcindere,ueluti reip. tot copiis nequicquam opus eſſet cùm fugiſset Antonius.Quamobrem territus Cęſar ad Ciceronem mittit,qui eum orarent,ſibíque ſuaderent,ut operam impenderet ad cõſulatum ambobus committendum: quo ſi potiretur, affirmarent Ciceronem ut placitum ei eſſet rebus uſurum,ſéque adoleſcentem ipſius curæ ſe daturũ, nominis glo-
94 ria illectum cõtentúmque.* Hac ſimulatione primatum Ciceronis fore paſsus eſt:res ipſa tamen eò tendebat, ut Ciceronem ad petendum conſulatum impelleret, comitia utriſque cõciliaturũ. Elatus ergo his nuntiis Cicero,uir ſenex à iuniore deceptus, ſenatũ atque centurias illi prębuit,extemplo à beneuolis laceſſitus,ac non multò pòſt intelligens ſe populi libertatem ac ſeſe perdidiſſe.Nam inito conſulatu potentior factus adoleſcens,Ciceronem miſsum fecit,ac Antonio Lepidóque cõciliatus, copias in unum coegit,& ueluti cenſum quendã triumuiri imperium orbis ſibi partiti ſunt. Proſcriptionis pręterea tabulas ultra ducentorum ciuium edidere,in quibus Cicero cauſa plurimę litis fuit.Nam Antonius nihil conuentionis omnino ratum habere,ni
95 primus ille proſcriberetur.Lepidus Antonio ſeſe iungere,ſolus Cæſar ambobus ſumma ui obniti. Triduo itaque circa ciuitatẽ Bononiam horum ſcelerata colloquia habita ſunt, quo loco apud interlabentem fluuium ſinguli caſtra locarant. Ferunt diebus primis Cæſarem pro Cicerone certaſſe enixius, uictum tandem die tertia uirum prodidiſſe.Omniũ compẽſatio ſic demum habita eſt,Cæſar Ciceronẽ, Lepidus Paulum fratrẽ, Antonius L. Cæſarẽ auunculũ ſuum,alios aliis conceſſere.Sic ergo eorum furor & indomita rabies omni ingenio humanitatis exciderũt, oſtenderúntque magis nullam eſſe feram uaſtiorẽ homine,cùm licentiã affectuum nactus ſit. His perfectis, Cicero qui cum Q. fratre apud agrum ſuum Tuſculanũ diuertebat, audita proſcriptione ſtatuit Aſturam ad maritimũ quendam ipſius locum pergere, ut inde in-

** χρήσιμον τῷ Κικέρωνος ἀνδρὶ τὸ φιλαρχία.*

Ambitio. Imprudẽtia.

Cicero uix tandem proſcribitur.

Fugitat.

greſſi pelagus in Macedonia Brutum cõueniant, quoniam iam rumor erat uictorem
eſſe. Ex ingẽti ergo mœſtitia defecti uiribus ſe deferẽdos lecticis tradũt, ac per ipſum 96
iter nec ſubſiſtebant, nec mutuò propinquabãt, ſimul lugentes ac ululantes. Quintus
præcipuè animo magis uexari: cui cùm ſubiiſſet in mentem ſe cõmeatum nullum ha-
bere, qui etiam Ciceroni tenuiſſimus erat, tutius uiſum eſt ut Cicero fugã præriperet,
Quintus domum ea gratia præcurreret, unde apparatior extemplo rediret. Hæc cùm
inter ſe firmaſſent, alter alterum complexi, cum ſummo luctu diſiũcti ſunt. Inde die-
bus paucis Quintus ipſe à familiaribus ſuis proditus, cum filio à perſequutoribus cæ-
ſus eſt. Aſturã delatus Cicero, quæſita puppe pelagus petit, ac uentos ſecundos iuxta
Circæum potitur. Hîc cùm optarent nautæ iter inceptum proſequi, Cicero ſeu me-
tu maris, ſeu quòd nondum omnino Cæſari diffideret, è puppe deſcendit, Romámque poſcens centum ferme ſtadia pedeſtri itinere tranſegit. Inde animi feſſus ac mu- 97
tatus, mare atque Aſturam repetit. Hîc tum graui atque anxio cogitatu pernoctans,
in mentem duxit clàm Cæſaris domum poſcere, ac in ea interius ſeſe iugulans, ultri-
ces diras in eum concitare. Verùm perſcrutantiũ graſſatorum timor eum ab hac pro-
fectione repulit: præterea monſtra quædam, quæ præſaga mente notabat: ex quibus
familiaribus ſeſe permiſit Capuam puppi perducendum. Diuerſoria enim illic ha-
buit, in quibus ardores ſolis flatibus æſtiuis gratiſſimè flantibus euitare conſueuerat.
Prodigia mor tem præcedẽ tia. Hîc Apollinis erat ſacellum mari imminẽs, ex quo cùm Cicero adremigaret littori,
corui elati pennis magno clangore nauiculam impetunt, deinde ſuper utriſque cor-
nibus antennarum inſidentes, partim clamore ſtrepere, partim capita furium exagi-
tare. Tum omnibus id infauſtum oſtentum uiſum eſt: uerùm deſcendit è puppi Ci- 98
cero, & in diuerſorio ueluti quietem capturus accubuit. Hinc corui ſuper poſte ſe-
dentes magis ac magis tumultuoſo clangore perſtrepunt. Horum unus deſcendẽs in
cubiculum Ciceronis, pallium quo cubans erat opertus, roſtro ab eius frõte deduxit:
quod domeſtici cùm uidiſſent, malorum præſagi ſeſe excruciare, ſi oculos ſuos cæde
ſui domini maculare ſuſtineant: nefandúmque ipſis uideri, ſi alitibus uiro immeritò
infelici opitulari conantibus, ope nulla ipſi permouecantur. Præcipites itaque mutuis
uiribus ac inter ſe precibus illum lectica ad mare diripiunt. Inter hæc cum lictorum
copia ſuperuenerunt iugulatores, Herennius centurio, & Popilius tribunus militũ. Is
Popilius iam dudum paricidij reus, opera Ciceronis, qui cauſam ſuſceperat, defen-
ſus iudicrum euaſit. Cùm ergo fores quæ obſeratæ fuerant fregiſſent, & necubi Cice-
ro inueniretur, & qui aderant ſe illum ſcire negarent, tradunt adoleſcentem quẽdam
Q. fratris libertum nomine Philologum, quem Cicero ſtudiis liberalibus erudierat, 99
tribuno dixiſſe, ipſum per umbroſos conſitósque calles ad pelagus lectica delatum.
Tribunus igitur paucis comitibus ſecum aſſumptis, ad exitum uiæ præcurrit: Heren-
Comprehen ditur. nius per demonſtratam ſemitam accelerans illum cõſequitur. Verùm Cicero ut per-
cuſſores imminere cognouit, ſuis uti lecticam ſiſterent imperauit: inde ceu perſæpe
conſueuerat, cùm genã ſiniſtræ impoſuiſſet, immotis oculis percuſſores proſpiciens,
Cædes miſe rabilis. iugulum apparat. Miſerum id quippe ſpectaculum: ſqualidus enim uultu, comáque
ſparſus, & adeò ſub curis extenuatus, ut ipſorum percuſſorum plerique miſerè affecti
oculos ſuos texerint, cùm iugulum poſceret Herennius, crine nudum, & extra lecti-
cam uulneribus prolatum, quia tum ſexageſimum quartum agebat ætatis annum.
Caput ac manus, cum quibus Philippicas ſcripſerat, Antonij iuſſu truncauit Heren- 100
nius, Romámque attulit. Quæ membra cùm Antonius, qui tum fortè comitia ha-
buerat, mutilata proſpexit, ingenti uoce proclamans, Sic habeant, inquit, finem pro-
ſcriptiones. Deinde ea poni pro roſtris imperat, ſpectaculum Romanis horrendum,
qui non membra Ciceronis ſeſe ſpectare, ſed imaginem animi crudelis Antonij ui-
debantur. Verùm tanto in ſcelere, id tantùm rei perfectum eſt, quòd Antonius uxo-
ri Quinti Philologum tradidit. Hæc poteſtatem illius nacta, præter cæteros cruciatus,

tus, quibus eum affecit, eiuſdem carnes ipſum ſibi amputare membratim, igni adu-
rere, mãderéque coegit, ſicuti hiſtorici quidam aiunt. Tiro Ciceronis libertus prodi-
101 tionis Philologi nihil omnino meminit. Cæterùm ipſe percepi, cùm Cæſar poſt plu-
rimùm temporis ad quendam è nepotibus ingreſſus eſſet, quòd tum fortè Ciceronis
opuſculum tenebat in manibus, ſubito aduentu Cæſaris territus, libellum in ſinu
tentauit occulere: ſed id fruſtra, cùm præueniſſet Cæſar. Capto igitur opuſculo eo
Cæſar cùm ſtando plurimam eius partem euoluiſſet, id reddidiſſe adoleſcenti cum
his uerbis perhibetur: Eloquens hic uir, eloquens fuit, ô fili, & amator patriæ. Inde
parum pòſt cùm idem debellaſſet Antonium, conſul factus ſibi Ciceronis filium col-
legam delegit, atque ſortitus eſt. Cuius magiſtratu ſenatus ſtatuas Antonij deiecit, ac
nonnulla ipſius ornamenta aboleuit. Præterea publico edidit edicto, ex Antonio- *Grata mor tuo patriæ.*
rum gente neminem Marcum appellari. Sic ergo diuino quodam fato ultima ultio
ad Ciceronis domum redacta eſt.

DEMOSTHENIS ET CICERONIS COMPARATIO.

102 QVæcunque igitur de Demoſthene, Ciceronéque in notitiam noſtram
digna memoratu peruenere, hæc ſunt. Ac eloquentię quidem compa-
ratione miſſa, hoc præterire ſilentio non poſſum, quòd Demoſthenes
quidem, quantamcunque uel natura, uel exercitatione conſequutus
uim eſſet, omnem in iſta dicendi facultate conſumens, grauitate ora-
tionis omnes quibus cum iudicialibus in cauſis collatus eſt, facilè ſuperauit, amplitu-
dine & magnificentia ipſos declamatores, arte & diligentia ſophiſtas longè poſt ſe
relinquens. Cicero uerò cùm diſciplinas atque eas quidẽ multifarias eloquentiæ ſtu-
diis coniunxiſſet, philoſophica monumenta non pauca, Academicorum more con-
ſcripſit. Tametſi forenſes etiam orationes ſatis declarant, cognitionem illum litera-
rum ampliorem quandam oſtentare uoluiſſe. Iam etiam mores alios illorum oratio
103 præfert. Demoſthenica ſiquidem citra fucum, citra luſum, ad grauitatem ſtudio uer-
gens, non lucernam, quemadmodum Pytheas ille calumniabatur, ſed aquæ potum,
curámque, & eam morum acerbitatem quam uocãt, triſtitiámque refert. Cicero ue-
rò ad ſcurrilitatem uſque ſcommate ſæpenumero euectus, dignas ſtudio res riſu tra-
ctans, dum cauſæ ſeruit, ſæpe deſerit officium, ut in Cælij cauſa, nihil abſurdum fa-
cere ſe, qui in tanta magnificentia & deliciis, concedat uoluptati: inſanum eſſe, uti
nolle quò poſſis, cùm clariſſimis philoſophis felicitas in uoluptate ſtatuatur. Cau-
ſam Murenæ, quam oppugnabat Cato, conſul defendens, cùm multa inſolentia in
Stoicorum placita luſiſſet, riſu oborto & ad iudices permeãte, ſubridens Cato, Quàm
104 ridiculum, inquit, conſulem habemus. Videtur familiaris Ciceroni riſus & inſita di-
cacitas fuiſſe: nam facies ipſa ludens quiddam & ſerenum præ ſe ferebat, cùm Demo-
ſthenis ſeria ſemper eſſet, & ſolicitudinem temerè haud unquã remitteret: unde difficilem aduerſarij, & moribus horridum uocabant. Idem in ipſorum monumentis diſcrimẽ uidere licet. Hic leuiter & citra moleſtiam laudes ſuas, ſicubi ad rem aliã maiorem ſpectant, attingit, per cætera uerecundus moderatúsque. Ciceronis redundantia & iteratio, morbum arguit, æſtúmque gloriæ: unde uox iſta, Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Denique non ſolùm facta ſua laudare, ſed dictas ſcriptáſue ab ſe orationes demirari conſueuit, quaſi cum Iſocrate aut Anaximene ſophiſta quo-
piam iuueniliter contendat, non Ro. populum, horrendum, armiſonum, metuẽdúm-
105 que hoſtibus, regere conetur. Vt enim potentem eſſe ciuilis uiri orationem decet, ita plauſum captare & gloriam nimis auidè glutire, ingeneroſi hominis eſt. Vnde non paulò terribilior Demoſthenes eſt, uim illam ſuam, tantùm uſum quendam eſſe iu-
dicans, magno auditorum aſſenſu nixum: rudes uerò & illiberales (ut ſunt) quicũque

ob eam facultatem inflentur. Authoritas in rep. parfuit. Præsidio uterque militarium hominum egebat: Demosthenes Charetis, Diopethis, Leosthenis: Cicero Pompeij, Augusti, id quod Augustus ipse ad Agrippam & Mecœnatem scribit. Magistratum uerò, qui mores cuiusque declarare, & animi morbum patefacere creditur, Demosthenes insignem nullum gessit, unde nullum inde experimentum sui dedit: nam copiis quas contra Philippum excitauit, ipse non præfuit. Cicero uerò quæstor in Sicilia, proconsul in Cilicia & Cappadocia, quo tempore, auaritia uigēte, ducibus legatísque uulgò furari sordidū, rapere non illicitum uidebatur: accipere uerò prorsus reprehensione carebat, & qui id faceret amabatur, satis tum animum opibus superiorē declarauit, speciménque bonitatis ingens dedit. Romæ uerò uerbo quidem consul, potestate monarcha & Dictator, uerum esse in Catilina declarauit, quod Plato cecinerat, Tutas malis urbes futuras, si in unum potestas ingens, prudentiáque & iustitia coiuissent. Sed quæstum Demosthenes turpiter fecisse fertur, Phormioni & Apollodoro aduersariis actiones, clàm sumpta pecunia, scribens: ad hæc propter regum largitiones malè audiuit: tum est corruptelæ Harpalicæ conuictus. Primùm, quid si falsò ab obtrectatoribus, qui non pauci sunt, hæc impacta dicamus? Certè quòd ad regū munera ultro & cum gratia data, Demosthenes respicere non fuerit ausus, nec erat hoc hominis nautica re quæstum exercētis, nemo arbitror negabit. De Cicerone uerò, quòd ædilis Siculorum, proconsul uerò regis Cappadocum, urbe uerò cùm efferetur, amicorum etiam rogantum munera reiecit, diximus iam dudum. Exilium illi quidem turpe furto deprehenso, huic præclarū opus patriā à latronibus uindicāti incidit: unde cùm nihil ille quod exilio prętexeret haberet, propter hunc senatus & uestem mutauit, & lugere instituit, & decernere nulla de re uoluit, priusquā reditus decretus ei publicè foret. Exilium Cicero ignauiter tulit in Macedonia desidendo: Demosthenis uerò gestorum præcipua pars exilium fuit. Nam dum operam Græcorū legatis dedit, confutatis Macedonum, urbes concilians, longè præstantiorē Alcibiade Themistocléque ciuem, in eadem cum illis sorte cōstitutus, sese declarauit. Iam eandem denuo reip. causam suscepit, & enixè Macedonē Antipatrum oppugnauit. Ciceronem uerò Lælius, cùm Cæsar consulatum imberbis contra leges petiuisset, cōniuentem conuitiis incessit: & Brutus scribens grauiter arguit, quòd reip. tyrannidem molestiorem aluisset, quàm pepulerat. Ante omnia uerò ab obitu deplorādum hunc putem, quādò homo senex & nobilitate clarus, à seruis sursum deorsum circunlatus, mortem fugitando, cæsores suos fallere cuperet, qui in eo tollendo, uix momēto naturam anteuertebant, à quibus mox trucidabatur. In illo quanquam ad preces paulisper sese demisit, admirandum est quòd uenenum seruauit, tum quòd est usus, quasi cùm deus immunitatem negasset, ad aram sacratiorem confugiens, & ex mediis armis hostibúsque corripiens sese, crudelitatem Antipatri uideret.

106

107

108

Demetrius.

DONATO ACCIAIOLO INTERPRETE.

PRAECLARAM meo iudicio prisci sapientes sententiam habuere, qui cùm rerum naturam ingenti studio diligentiáq; perquirerent, artes similes sensibus esse dixerunt: hac præcipuè, ut mihi uidetur, ratione compulsi, quòd eam diiudicandi uim discernendíque potentiam, æquè sensibus atque artibus animaduerterūt inesse, quam ad percipienda contraria à primis incunabulis cunctis hominibus natura inseruit. At nos quanquam experientia ipsa, & horum philosophorum grauissimo

1

uissimo iudicio confirmati in hanc sententiam adducimur, ut existimemus artes atque sensus in eo non mediocriter conuenire, quòd pariter discernere contraria possint, tamen alia ratione non parum differre arbitramur, quòd eorum iudicia non iisdem finibus terminantur, cùm artes præter cognitionem contrariorum, electionis
2 quoque iudicium habeant. Nam sensus etsi album pariter atque nigrum, amarum dulcéque percipiunt, non tamen sic ea diiudicant, ut alterum expetendum, alterum fugiendum esse discernant. Mouentur enim suapte natura à singulis contrariis quæ sibi obiiciuntur, omniáque deinde eodem pacto quo ipsi antea perpessi fuere, ad rationis iudicium deferunt. Artes uerò cùm semper sint rationi coniunctæ, ut utilia eligant, fugiántque aduersa, primùm ea accuratè pensant quæ sibi congrua sunt, deinde & quasi longiore interuallo ea prospiciunt, à quibus putant caueri oportere. Medicina enim ægritudinem, Musica dissonas uoces ea tantùm ratione considerare uidetur, ut melius efficere cōtrarium possit. Temperantia quoque, tum iustitia, ac prudentia, omnium artium perfectissimæ, cognitionem non modò utilium ac honestarum
3 rerum, sed earum etiam quæ turpes & inutiles & iniustæ sunt, ad se pertinere proculdubio putant, atque eos qui uitiorum naturam se ignorare gloriantur, uehementer accusant, quasi rudes earum rerum, quas maximè decet uiros studiosos cognoscere. Quare antiqui Spartiatæ cùm sua festa celebrarentur, consueuerunt agrestes homines qui appellabantur Helotæ, quantùm maximè poterant ad potum crapulámque compellere, eósque deinde mero ingurgitatos in conuiuia iuuenum adduci iubebant, ut illi cernētes ebriorum turpitudinem, ebrietatem ueluti rem deformem perhorrescerent. Nos uerò neminem corrumpendum esse putamus ut alij corrigantur, neque hanc emendationem ciuilem, neque humanam, neque libero dignā esse arbitramur. Sed non erit fortasse inutile ad exemplum rectámque uiuendi rationem, duos aut plures homines in medium afferre, qui cùm in gubernatione maximarum rerum uersarentur, summa licentia ac intemperantia usi, famā suæ turpitudinis
4 apud posteros reliquere. Neque profectò hoc agere intendimus, ut huiusmodi uarietate ornando historiā nostram, afferamus legentibus uoluptatē: sed quemadmodum Ismenias ille Thebanus discipulis suis tam eos qui malè, quàm eos qui bene modulabantur ostendens, dicere solebat, Hoc pacto, nō autē illo modulari oportet. Atque ut Antigenidas ille bonos modulatores iuuenibus arbitrabatur iucūdiores esse futuros, si malos fuissent aliquādo experti: eodē pacto nos alacriores fore existimo ad persequendū melioré uiuendi modū, si flagitiosorū hominū mores historia cognouerimus. Demetrij igitur, qui urbiū expugnator est dictus, ac M. Antonij imperatoris uitā hoc libello cōplectimur, qui uiri sententiā illam Platonis maximè suis moribus cō- *Platonis sententia.*
probasse uidentur: Præclara, inquit, ingenia quemadmodū uirtutes maximas, eodem
5 pacto uitia quoq; maxima producere solent. Fuerunt enim ambo cùm summis flagitiis, frequenti potui, ac leuissimis amoribus dediti: tum è cōtrario liberales, benefici, ac in re militari peritissimi duces. Præterea eandem propè habuerūt fortunam, cùm non solùm in totius uitæ cursu, nunc principatus & regna sint maxima consequuti, nunc uice uersa eadem amiserint, nunc ex felici rerum successu in extremas calamitates ceciderint, paulóque deinceps præter spem in pristinam felicitatem redierint: sed etiam extremæ uitæ actu simílem penè finem sortiti esse uideantur: cùm hic quidem in manus hostium uenerit, M. uerò Antonius idem sit propè perpessus. Antigono igitur duo ex Stratonice Corrhæi filia fuerunt filij, quorum alterum fratris nomine Demetrium, alterum patris Philippū uocauit. Talis enim frequens est fama: quanquam nonnulli Demetrium non Antigoni filium, sed nepotē ex fratre fuisse tradunt.
6 Mortuo nāque patre ac matre, deinde Antigono nupta, Demetrium aiunt adhuc infantem relictum, creditum esse Antigoni filiū. Philippus cùm esset paucis annis minor natu, quàm ipse Demetrius, uita exeessit. Demetrius itaq; etsi nō æqua patri, pro-

Spartiatarum antiquorum mos.

Demetrius forma insignis.

cera tamen fuit ſtatura: forma uerò & pulchritudine oris adeò egregia, adeóque præſtanti, ut pictorum aut ſculptorum nemo ſimilem unquam potuiſſet effingere. Nam & gratiam ſimul & terrorem, tum grauitatem & manſuetudinem quandam præ ſe ferre uidebatur: cõcurrebátq; cum iuuenili ac elato uultus aſpectu admirabilis ſplẽdor regia quadam dignitate coniunctus: itaque natus eſſe uidebatur ad ſtuporem ſimul & gratiam hominum concitandam. Erat autem cùm per otium potus & conuiuia celebrabantur, & delicatiſſimus & iucundiſſimus omnium regum: cùm uerò res gerendæ erant, ſtudio ac diligentia, tum ingenij magnitudine cunctos alios ſuperabat. Quare Liberum patrem imitari maximè uidebatur, quem ex eo uehementer extollunt, quod probè ſciret & bello uti, & pacem rurſus ex bello conficere, tum iucunditate ſuauitatéq; ingenij ſibi mentes hominum conciliare. Fuit præterea Demetrius amantiſſimus Antigoni patris ſui: ſtudio quoque matris & patrem obſeruare uidebatur, eúmque magis ob ueram ſyncerámque beneuolentiam, quàm ob potentiæ magnitudinem uereri. Cùm aliquando legati quidam ab Antigono audirentur, reuerſus à uenatione Demetrius confeſtim ad patrem acceſſit ſuccinctus telis, eúmque oſculatus prope uirum conſedit: paulóque deinceps cùm legati habitis reſponſis diſcederent, alta uoce ad eos conuerſus Antigonus, O uiri, inquit, nuntiate talem amicitiam animíque pietatem, qualem uidere potuiſtis inter Demetrium Antigonúmque ſeruari: quaſi oſtenderet, concordiam patris cum filio, ſtatus ac regum potentiæ maximum eſſe indicium. Adeò enim regnum à communi ſanctáque ſocietate alienum eſſe conſueuit, adeóque maleuolentię & perfidiæ plenum, ut maximo atque antiquiſſimo Alexandri ſucceſſori lætandum iure fuiſſe uideatur, ſi corpus ſuum inerme armatis filij manibus tutò cõmiſerit. Verùm enimuerò huius familiæ reges inter quãplures Alexandri ſucceſſores ſoli, ut ita dicam, fuiſſe apparẽt qui huiuſmodi perfidia & immanitate caruerunt, præter unum Philippum Antigoni, qui filium ſuum necauit. Alij autem ferè omnes qui maximo illi regi ſucceſſere, cùm hoc uitio laborarent, nonnulli filios, plerique matres, multi uxores interfecerunt. Fratrũ autem cædem quis referre poteſt? Vt enim geometræ petitiones, ſic illi fratres necare ſibi permitti putant, quaſi petitionem quandam regibus pro firmamento regni conceſſam. Demetrius uerò quàm ingenuus ab initio, quámque humanus & amicorum ſtudioſus extiterit, ex eo cõſtare facilè poteſt. Mithridates Ariobarzanis filius qui adoleſcẽs moribus & aſpectu egregius uidebatur, ob ætatem & conſuetudinẽ ſumma erat cum Demetrio familiaritate coniunctus, colebátque uehemẽter patrem Antigonum: de hoc igitur adoleſcẽte, quanquã nec eſſet, nec haberetur etiã malus, ob tale tamen ſomnium non mediocris Antigono eſt orta ſuſpicio. Viſum eſt ei ſe latum & pulchrũ peragrantẽ campum aureas micas ſerere, atque ex his auream ſegetẽ primùm oriri, pauloq; deinceps nihil ibi cerni præter deſectam paleam: perturbatum igitur ob hoc atque mœſtũ, audire quoſdã ſibi uideri qui diceret Mithridatẽ in pontum Euxinum eſſe profectum, auream meſſem lecturum. Hoc ſomnio cùm uehementer eſſet perturbatus Antigonus, filium ad ſe uocat, ac iureiũrando ſilentium ei imponẽs, ſomniúmque deinde enarrans, oſtendit ſe omnino ſtatuiſſe animo, ut omni ſuſpicione liberaretur, Mithridatem de medio tollere. Hæc ut audiuit Demetrius, incredibili eſt mœrore confectus, atque adoleſcentem familiariter uerſantem ſecum, ſibíque (ut conſueuerat) appropinquantem, neque alloqui audebat, nec uoce quicquam exprimere, iuriſiurãdi accepti memor, ac fidei datæ patri rationem habens. Seducto igitur adoleſcente aliquantulùm ab amicis, ut uidit remotis arbitris ſe ſolos eſſe relictos, conuerſus ad eum, teli cuſpide ſcribebat in puluere, Fuge Mithridates. Hoc quid ſibi uellet coniectans adoleſcens, propinqua nocte aufugit in Cappadociã, atq; ſtatim Antigoni ſomniũ perfici uidebatur. Maximas enim Mithridates ac optimas cõſequutus regiones, regum genus qui deinceps Ponto imperitarunt, poſt octauã ſucceſſionem à Romanis

Antigoni ſomnium.

Romanis deſtructũ, poſteris ſuis reliquit. Hæc igitur bonæ indolis Demetrij boníque ingenij, quo ille ad manſuetudinẽ ac iuſtitiam flectebatur, indicia ſint. Verùm ut inter elementa Empedoclis contẽtione aſſidua diſcordiáq; uigente ſemper inter ea quæ propinquiora ſunt, maior fieri diſſenſio ſolet: ſic ea tẽpeſtate inter Alexãdri ſucceſſores aſſiduè bellũ ardens grauius inter eos oriri uidebatur, qui ſe finibus contingentes, tum rerum, tum locorũ cõiunctione quadam tenebantur. Veluti tunc aduerſus Ptolemæum eueniebat Antigono, qui cùm in Phrygia morã trahens audiſſet Ptolemæũ è Cypro profectũ Syriam deprædari, urbes aut ſeducere, aut ui ad deditionẽ compel-
12 lere: aduerſus illum Demetrium miſit duos ſupra uiginti annos natum, & militiam tum primùm in maximis rebus egregiè attrectantem. Cæterùm iuuenis adhuc tyro, parúmque experientia callens, uiro congreſſus ex Alexandri palæſtra nuper emerſo, ac multis magnísque præliis ſub illo uerſato, prope Gazam urbem pugna cõmiſſa ſuperatur. Octo millia hominum eo ſunt prælio capta, quinque millia cæſa, tentorium præterea, & omne ornamentũ corporis regij Demetrio ereptum. Sed hæc quidẽ Ptolemæus unà cum amicis quos prælio ceperat, ad eum remiſit, uerba addẽs humanitate referta, non de omnibus ſimul, ſed de regno & gloria à magnis uiris eſſe certãdum. Demetrius his benignè receptis precatus eſt deos, ne diutius Ptolemæi debitorem ſe eſſe permitteret, ſed facultatẽ quandoque darent, ut ſimilẽ ei poſſet liberalitatẽ refer-
13 re. Atq; ob hanc cladem non ita animo affectus uidetur, ut iuuenes ſolent principio malè ſuccedẽtibus rebus, ſed ut grauis dux, qui multas ſit fortunæ permutationes expertus. Itaque ſummo ſtudio properabat uires reficere, urbes gubernare, arma ac milites congregare, congregatos exercere, neq; quicquã omittere, quod ad reparandum diſſipatum recenti clade exercitũ pertineret. Interea cùm hæc pugna infeliciter geſta nuntiata Antigono eſſet, dixiſſe eum ferunt Ptolemæũ primo prælio imberbes ſuperaſſe, deinceps aduerſus uiros ſibi pugnandũ fore. Petenti poſt hæc filio, ut his uiribus quas habebat, ſibi liceret rurſus cũ hoſte manum cõſerere, aſſenſit pater, ne animũ ſpe
14 conſequẽdæ uictoriæ erectũ, audaciámq; iuuenis retardaret. Iámq; ei nõ multò poſtea congrediẽdi facultate oblata, ita eſt illa impigrè uſus, ut neq; ſibi occaſio, nèq; ipſe occaſioni defuiſſe uideretur. Nam cùm Ptolemæus ſecũdis rebus elatus ſibi perſuaſiſſet Demetriũ ob recẽtem calamitatẽ ſuſceptam facilè ex tota Syria poſſe depelli, aduerſus eum Cillẽ ducem cum magnis copiis miſit, quem imperatũ, hoſtiúmque aduentum minimè expectantẽ ſubitò adortus cum omni exercitu cepit Demetrius. Septem hominũ millia eo prælio capta in manus Demetrij uiua uenerunt. Magna præterea rerum pecuniarúmque copia inuenta. Quibus omnibus uehementer lætatum Demetrium aiunt, non tam ob gloriam & ſpolia adepta, quàm quia ſibi facultatem oblatam cernebat, qua Ptolemæo bene ac præclarè de ſe merito parem poſſet libera-
15 litatem referre. Itaq; cùm pater ſuis literis exoratus cõceſſiſſet, ut his omnibus ſuo arbitratu uteretur, Cillem unà cum amicis libẽti animo ad hoſtem remiſit. Hæc clades Ptolemæum paulò antè uictorem è Syria pepulit, Antigonũ uerò, quem fortè hoſtes ueluti hominem uictum contempſerãt, in eiuſdem poſſeſſione firmauit. Atq; incredibile dictu eſt, quãta ſit ſenex lætitia elatus ob hanc uictoriam manibus filij partam. Poſt hæc Demetrius cùm in ſpem ueniſſet eos Arabũ populos, qui Nabatæi uocãtur, ſibi ſubigẽdi, profectus cum exercitu fortè euenit, ut in loca incideret aquarũ expertia, parúmque abfuit, quin ipſe totúsque exercitus ſiti deperiret. Quo tamen periculo cùm neque perturbatus eſſet, neque exterritus, non mediocrem admiratione barbaris præbuit ſtupentibus uiri audaciam, animúmq; conſtantem in talibus tánq; inuſita-
16 tis caſibus tolerandis. Is autem non amplius morandum ratus, populata regione, ſeptingentis camelis, omníſq; generis præda abducta, ſeſe ſuúmq; exercitũ in loca tuta recepit. Cùm uerò Seleucus primùm Antigoni opera in Babyloniæ regnum perductus, deinde ſuo ſtudio uiribus auctis eò potentiæ aſcendiſſet, ut iam minaretur locis

Indiæ propinquis,& ad ea regna quæ circa Caucaſum ſunt, animũ cõuertiſſet, ſperãs Demetrius per eius diſceſſum deſertam Meſopotamiã reperire, traiecto repentè Euphrate,ſubitò aduentũ Babyloniam occupat,& ex altera arce(erãt enim duæ)expulſo Seleuci præſidio,ſuóq; introducto, ſeptem delectorũ hominum millia in urbe cõſtituit. Iubẽs deinde milites,ut ex eadẽ regione, in qua nõ putabat ulterius tẽpus eſſe terendũ,quæcunq; poſſent,ſecũ abducerẽt,caſtra mouit,itérq; ad mare cõuertit, Seleuco ſtatum diſceſſu ſuo firmiorem relinquẽs:fugere enim uiſus eſt,regionẽ malè multans,tanquã ad ſe deinceps non pertinentẽ. Statímque ſibi nuntio allato,Hallicarnaſſum à Ptolemæo uehementi obſidione teneri, rem in extremo periculo eſſe, raptim obſeſſis ſubſidiũ ferens, ex illius manibus urbẽ eripuit. Cùm uerò proſperè ſuccedentibus rebus, Antigonus & Demetrius magna iam animis agitãtes, nihil tam arduum eſſe arbitrarentur,quod nõ ſe aſſequi poſſe confiderent,ad liberandã Græciã,quæ Caſſandri & Ptolemæi ſeruiebat imperio,incredibili quadã cupiditate mentẽ cõuertunt. Hoc quidẽ nulli reges,neq; iuſtius,neq; glorioſius geſſerant bellum. Quare pecunias quaſcunq; poſſunt ex barbarorũ regionibus cõgregant,claſſem inſtrui iubent,omnia deniq; parant,quæ pertinere uidebantur ad exequendã hanc expeditionẽ pro Græcorum libertate ſuſceptã. Verùm conſilio inter ſe habito,unde tãti belli gerẽdi initium ſumendũ foret,cùm cenſuiſſent operæpretiũ eſſe, ut ad liberandas Athenas omnibus aliis poſthabitis primũ accederetur, atq; ex eo quidã amicorum ſuaderet Antigono, ut ſi eam occupet urbem,ualidis præſidiis firmet,ac perinde ut totius Græciæ fundamentum cuſtodiat: dixiſſe Antigonum tradunt, beneuolentiam ſibi ſemper uiſum optimum regni fundamentũ,ueriſſimúmq; præſidium eſſe. Athenas nunc,quaſi ſpeculũ totius orbis,paulò deinceps in oculis omnium gẽtium ſuæ gloriæ clariſſimũ fore inſigne. Demetrius igitur talẽtis quinq; millibus,nauibus quinquaginta ſupra c c collectis,non amplius cunctandũ ratus, cùm uerſus Athenas claſſem direxiſſet(hanc enim urbem tenebat pro Caſſandro Demetrius Phalereus, arcémq; Munychiam firmis præſidiis munierat) curſum ſuum tum prudentia,tum fortuna iuuante,quinto Calend. Aprilis ante Piræum nemine ſentiẽte apparuit. Athenienſes primo hoſtium aduentu decepti,ad hanc claſſem ſuſcipiendam ſeſe parabant,exiſtimantes eſſe Ptolemæi naues. Paulò uerò poſtea,ut perceperunt hoſtes adeſſe, repentino terrore,quaſi amentes facti,ſtatim ad arma cõclamãt: auxiliũ ferebant duces,omnia(ut par erat)pauoris ac tumultus erãt plena. Demetrius per tenebras occupatis faucibus portus,cùm intus eſſet ingreſſus,iam coram omnibus apparens,ex naui per caduceatorẽ ſilẽtium ab Athenienſibus petiit. Quo quidẽ facto appropinquans illis,ac benignè alloquens, inquit ſe à patre Antigono miſſum,ut bona cum fortuna Atheniẽſes liberos faceret, præſidia hoſtiũ expelleret,legibus deniq; illis ac moribus patriis reſtitutis, ſæuo tyrãnorum imperio urbẽ liberaret. Quibus uerbis multi fuerũt, qui proiectis armis Demetrium rogarent ut è claſſe deſcẽderet,benefactorẽ ac liberatorẽ patriæ magnis clamoribus uocitantes. Phalereus,omnésque ij,qui circa illum erant,etſi nihil horũ quæ pollicitus erat Demetrius,firmũ ſtabiléque arbitrarentur futurũ, tamen propter tam repentinam mutationẽ,ſpe retinendæ urbis abiecta, cedere uictori neceſſariũ eſſe putabant. Itaque legatos ad eum mittunt, qui à Demetrio benignè ſuſcepti, remiſſíq; ſimul cum Ariſtodemo Mileſio, uno ex intimis paternísq; amicis, ad Phalereũ reuertuntur,quem quidẽ ciues magis,quàm hoſtes formidantẽ,petentémque ſibi tutò per Demetrium liceret Thebas cum ſuis familiaribus proficiſci,non modò non neglexit Demetrius,ſed gloriam & uirtutem uiri in honore habens, diligẽter curauit,ut Thebas incolumis peruenirent. His geſtis,petentibus Athenienſibus,ut urbem intraret,nõ prius ſe ciuitatem Athenarum uiſurum reſpondit, quàm omni præſidio hoſtium expulſo,liberam penitus fecerit. Relictis igitur,qui Munychiam armis machinísq; & omni tormentorũ genere oppugnarent,ipſe interim ad liberandas Megaras,quæ etiã

Demetrius Babyloniam occupat.

Ad liberandã Græciã proficiſcitur.

Caſſandri

Caſſandri præſidio tenebantur,cũ omni exercitu proficiſcitur. Sed cùm audiſſet Crateſipolim mulierẽ pulchritudine famoſam degentẽ Patris, quæ olim Alexãdro Polyperchonti dedita fuerat,ſuum congreſſum uehemẽter appetere, relicto exercitu circa Megaras,ad eã profectus cum paucis expeditis & manu prõptis,iíſq; iterũ à ſe remotis,ſeorſum tentoriũ poſuit,ut celaret mulierẽ ad ſe uenientẽ. Hoc cùm nonnulli hoſtium reſciuiſſent,magnã occaſionẽ capiendi Demetriũ pacti, ad eum aggrediẽdum proficiſcuntur:iámq; tabernaculũ prope peruenerant, cùm is repẽtino tumultu perculſus,ſumpta raptim chlamyde fugã arripuit,parúmq; abfuit,quin ob intẽperantiã ſuam turpiter caperetur. Hoſtes uerò tẽtorio eius cũ omni ſupellectile potiti abierũt. Poſt hæc occupatis Megaris cùm in urbe direptiones frequẽtes agerẽt milites, Athenienſibus benignè pro Megarẽſibus ſupplicãtibus,eorum precibus ceſſit Demetrius, præſidiíſq; deductis liberã ciuitatem reliquit. Dum hæc Demetrius ageret, Stilbonis philoſophi ſibi in mẽtẽ uenit, de quo magna apud Megarẽſes erat opinio,q; in quiete & tranquillitate quadã ſuum uiuendi modũ conſtituiſſe dicebatur. Hunc igitur ad ſe uocatum rogauit Demetrius,an aliquid ſuarũ rerum ſibi quiſquam miles eripuiſſet: ad hoc,Nemo,inquit Stilbon:neminẽ enim uidi ſciẽtiam auferentem. Rurſus in diſceſſu ſuo ſeruis omniũ ciuium arreptis,cùm benignè ad eum cõuerſus dixiſſet, Liberam ueſtrã ô Stilbon,ciuitatẽ Relinquo: Rectè, inquit ille, nullũ enim ſeruum in urbe relinquis. Deinde ad aggrediendã Munychiã,quæ aſſiduè fuerat poſt diſceſſum ſuum obſidionem perpeſſa,cum omni claſſe rediens, primo aduẽtu eam expugnauit, atque hoſtiũ præſidio expulſo,ſuóque introducto,arcem euertit. Poſt hæc Demetrius Athenienſibus aſſiduè eum uocantibus, cùm id tempus opportunũ eſſe arbitraretur, urbem eſt ingreſſus; cõfeſtímq; populo in concionem uocato, gratiſſimis uerbis patrias leges priſtinámque libertatẽ reſtituit:addidítq; præterea,ſe omni ſtudio curaturum,ut Athenas medimnũm frumenti centũ quinquaginta millia,& materiæ copia tanta,quanta ad centũ fabricandas triremes ſufficere poſſit,ab Antigono patre mittãtur. Athenienſes igitur rempub. poſt decimum & quintũ annum,quibus ſub alieno imperio manſerant,beneficio Demetrij liberatã accipiunt. Nam à pugna Lamiacenſium, & eo prælio quod apud Cranonem cõmiſſum eſt, uſque ad illũ diem quo Demetrius urbem intrauit,nomine paucorũ ſtatus,re autem uera tyrannicus fuerat dominatus,propter immoderatam Phalerei potentiã. His rebus geſtis,famáq; Demetrij ubique diffuſa,cùm magnus clarúsq; apud omnes gẽtes haberetur,ſtatim immodici honores,& ante illud tempus inauditi, quos populus Athenienſis ei decreuit, hominem(ut plerunque fit)corrupere,inſolentem moleſtúmque omnibus reddidere. Primò enim tulerunt decretum,ut Demetrius & Antigonus omnium reges appellarentur, cùm hi antea hoc nomen abominarentur, quod ab his tantùm, qui Philippo & Alexandro ſucceſſerant, uſurpari ſolitum erat,aliis uerò nequaquam erat commune. Hos præterea deos ſeruatores,& præſulem Athenienſem,qui certo quodam nomine appellari conſueuerat,ſacerdotem ſeruatorũ uocari iuſſerunt,atque eum ſingulis annis confirmantes,nomen illius in omnibus ſuis decretis & ſcriptionibus præponebãt. In eo autem loco ubi primùm è curru deſcendit Demetrius, ſacrificiis peractis aram locarunt,quam Demetrij * deſultoris aram appellari uoluerunt. Decreuerũt præterea,ut Antigonus & Demetrius in peplo unà cum Ioue & Pallade intexerẽtur: ut duæ inſuper tribus,quarum alteram Demetriadem, alteram Antigoniadem uocitarunt, ſuis ueteribus adderentur: atque eorum ſenatui,qui numero quingentorum hominum continebatur,centum accederent homines,unaquaque tribu quinquaginta ſecum trahente. Non prætereundum uidetur illud admirabile genus honoris, quod acutiſſimè à Stratocle inuentum aiunt,qui huius & aliorum omnium,quibus blandiri poſſe arbitrabatur,diligentiſſimus fuit inueſtigator. Tulit enim decretum,ut legati quos Athenienſes ad Antigonum & Demetrium mitterent,ſacri uocarentur,ſicut

Athenæ tyrannide liberatæ à Demetrio.

Honores Demetrio & Antigono decreti.

*ἀγησιδάτυ.

illi qui cum patriis ſacris Olympum & Pythiam mitti conſueuerant totius Græciæ celebritate. Sunt autem & alia multa à Stratocle per audaciam & impudentiam perpetrata, illíſque ſimilia, quibus Cleonem illum antiquum uti ſolitum tradunt, cùm populo Athenienſi ſuis impudentiſſimis adulationibus blandiretur. Habuit enim Stra- 27
tocles Philacium amicam, quæ ſemel cùm ei capita quædam in foro empta in conuiuium attuliſſet, comiter ad illam cõuerſus Stratocles, Ea, inquit, emiſti, ô Philacium, quibus nos reipub. gubernatores ludere conſueuimus. Quodam quoq; tempore cùm Athenienſes pugna nauali eſſent circa Amorgum ſuperati, præueniens eos Stratocles qui huius calamitatis nuntiũ afferebant, ſumma celeritate urbem ingreſſus, per Ceramicum coronatus tranſiuit, fauſtũ afferẽs uictoriæ nuntiũ: quo quidem extẽplo epulum per unãquanq; tribum conſtitutũ eſt, & ſacrificia publicè ſupplicationẽsque decretæ. Paulò uerò deinceps cùm ueniſſent hi, qui ferebãt nuntium ſuſceptæ calamitatis, atq; uniuerſus populus uno cõſenſu aduerſus Stratoclẽ uehemẽtius exarſiſſet, ille tamen hunc furorẽ audacter impudentérq; ſuſtinens, Quid, inquit, uiri Athenienſes, 28
uobis moleſtè intuli, ſi duos dies ſumma eſtis mea cauſa in uoluptate uerſati? Talis igitur erat Stratoclis audacia. Sed fuit profectò iuxta Ariſtophanis poetæ ſententiam, igne calidior uenter. Quidã enim alter longè impudentior, quàm Stratocles, tulit decretum, ut quoties Demetrius Athenas ueniret, ſuſciperetur in Cereris & Bacchi hoſpitio, útq; illi, qui in Demetrio honorãdo alios ſuperaſſet, tantùm ex publico ærario daretur argenti, quantũ ſufficere poſſet ad collocãdum in templo aliquod ſuæ liberalitatis inſigne. Inſuper ut menſis Ianuarius, útq; primus ac nouiſſimus dies mẽſis, tum deniq; ut Bacchi conuiuia ex Demetrij nomine uocarentur. Verùm extẽplo poſt hęc hi caſus ſequuti ſunt, quibus obſtupuerunt omnes, cùm non fortè, ſed diuino quodã 29
numine eueniſſe uiderentur. Peplũ enim in quo Demetrius & Antigonus ſimul erãt contexti, cùm per Ceramicũ mitteretur, ingẽti ſuperueniente procella, mediũ ſciſſum ferunt: & circa aras illorũ magnã aconiti copiam ortã, cùm rarò in ea regione naſceretur: & eo die quo feſta Bacchi celebrabãtur, omnẽ pompam diſſipatã peſſundatámque fuiſſe. Inſuper ob magnam glaciem uehementémque pruinam, nõ modò ficus & uites à frigore eſſe combuſtas, ſed maximam quoque ſegetũ partem corruptã. Quare Philippides cùm inimicus eſſet Stratoclis, hæc aduerſus illum in comœdia protulit:

Per quem combuſſit pruina uites,
Per quem ſciſſum in medio peplum eſt,
Honores diuinos mortalibus tribuentem,

Hæc populum corrumpunt, non comœdia. Fuit autem Philippides ſumma 30
cum Lyſimacho familiaritate coniunctus, multáq; per eũ populus Athenienſis beneficia ſuſcepit à rege. Compellebatur enim rex ad hunc hominẽ diligendũ ob eius integros mores, uitæq; probitatẽ, in eóq; præcipuè uirum admirabatur, quòd cùm ſecũ uerſaretur frequẽter, ab omni tamen aſtutia & adulatione, quibus regiæ domus abũdare ſolent, quaſi à pernicioſa peſte abhorreret: itaque animũ ſuũ induxerat, ut quãdocunq; ſibi ad bellũ réſque gerẽdas proficiſcẽti occurrebat Philippides, hoc pro bono omine haberetur, quaſi aliquid fauſtũ felíxque portẽderet. Verũ aliquãdo rogatũ à Lyſimacho, num aliquid ſuarũ rerũ expeteret, reſpõdiſſe aiunt: Solùm ô rex, ne arcanorum tuorũ quicquã mihi credas. Hos igitur quorũ alter in ſcenã, alter in concione aſſiduè uerſabatur, ob naturæ uitæq; diſſimilitudinẽ non immeritò opponẽdos putauimus. Illud uerò genus honoris, cuius inuentorẽ aiunt fuiſſe Dromoclidẽ, adeò con- 31
ſuetudinem moremq; hominũ exceſſit, ut monſtrum quoddam uideatur. Decretum enim tulit Dromoclides, debere Sphettiam tribum de locandis ſcutis apud Delphos, Demetrium quaſi oraculum quoddã conſulere, ut hac ſua ſcriptione publicis ſuffragiis approbata intelligi licet: Viſum fuiſſe populo Athenienſi, quòd bene ac feliciter eueniret, ut eligatur ex Athenienſibus unus, qui accedens ad Demetriũ ſeruatorẽ, poſteaquam

ſteaquã ſacrificia peregerit, eum roget atq; conſulat, quonã modo piè atque optimè ſummáq; claritate dedicatio ſacra in Delphis agẽda uideatur. Hæ igitur tot tantæque adulationes, quibus Atheniẽſes ſæpe erga Demetrium ſunt uſi, languentẽ uiri animũ
32 miniméque blanditiis repugnantẽ facilè corruperunt. Sed hac tẽpeſtate ipſe Athenis degens uxorem duxit Eurydicen, mulierem Athenienſem, ex claro Miltiadis genere ortam, quę olim nupta Opheltæ Cyrenarũ principi, poſt obitum uiri Athenas redierat. Hæ nuptiæ Atheniẽſibus uehementer gratæ iucundæq; fuere, quòd exiſtimabant ſummũ honorẽ Athenarum urbi tributũ eſſe à rege, maximúmq; beneuolẽtiæ ſignũ oſtenſum, quoniã ſibi placuiſſet eam præcipuè ciuitatẽ eligere, in qua regiũ coniugiũ celebraret. Erat autem Demetrius magnopere deditus nuptiis, adeóque his delectari uidebatur, ut multis ſemper uxoribus uteretur, quarũ maximè in honore habuit Philam, tum ob Antipatrũ illius patrem, tum quia per eam, ſupra omnes Alexandri ſuc-
33 ceſſores, gratiam beneuolentiámque ſibi apud Macedonas comparauit. Ad hanc ducendam iam ſatis ætate prouectam, renuentem Demetriũ cùm eſſet iunior, compulit ſuis adhortationibus pater, illud Euripidis in medium ferens, Vbi eſt lucrũ, uxorem uel nolẽs ducito: cùm ſimiliter cadente uoce, Vxori te ſubiicito, diceret. Talis igitur erat erga Philam, aliásq; uxores Demetrij amor. Verùm in ſumma rerũ licentia conſtitutus, cùm uno eodémq; tẽpore & ſcorta & uxores permultas haberet, adeò ſe uoluptatibus deliciísque permiſerat, ut iam eſſet cõmuni ſententia diuulgatũ, omnium regum incõtinentiſſimũ eſſe Demetriũ. Dum hæc Athenis gerũtur nuntiatũ interea Demetrio ab Antigono eſt, Ptolemęum regem magna cõparata claſſe Cyprum nauigare, bellum ingens, terra maríque parare, omnia poſthabenda eſſe, ut tanti conatus
34 hoſtium reprimantur. Quibus perceptis Demetrius, etſi ex medio uictoriarum curſu ſe ad nouam expeditionem uocari cernebat, tamen magnitudine rei compulſus neceſſariò paruit conſilio patris, non ſine dolore glorioſum relinquens bellum paulò antè tam libenti animo pro Græcorum libertate ſuſceptum. Itaque Athenis decedens, ante omnia Cleonidem Ptolemæi ducem Corinthum ac Sicyonem obſidẽtem pecũnia tentauit, ut liberas illas ciuitates dimitteret. Quo quidem renuente, non amplius cunctandum ratus, cùm uerſus Cyprum claſſem direxiſſet, fortè Menelaum offendit Ptolemæi fratrẽ, quem prælio aggreſſus ſtatim fudit, fugauítque. Verùm paulò pòſt cùm Ptolemæus magno cum exercitu terra maríque parato obuiam ei ueniſſet, primo congreſſu minæ ſuperbæ atque inſolentes altercationes utrinque ſunt factæ, Ptolemæo quidem iubente Demetrium antea recedere Græciámque repetere,
35 quàm ſuam extremam calamitatem conſpiceret: Demetrio uerò aſſerẽte, ſe nõ prius Ptolemæum è manibus dimiſſurũ, quàm ex Sicyone Corinthóq; præſidiis deductis, liberas eas ciuitates reliquerit. Hoc bellũ tot tantísque conatibus utrinque ſuſceptũ, non ſolùm his regibus, qui iam in aciem propè deſcẽderant, ſed reliquis quoq; principibus ingẽtem iniecerat curam, expectationémque anxiam fecerat ob incertũ exitum rerum, dubiúmque belli euentum. Cernebant enim non de Syria aut Cypro, ſed quiſnam maximus omniũ regum eſſet futurus, in ea ſolùm uictoria agi. Ptolemæus igitur centum & quinquaginta nauibus collectis, inſtructísque in aciem, confeſtim ad Menelaum fratrem nuntium mittit, ut cùm uideat certamen uehementer inſtare, in medio ardore pugnæ è Salamina ſexaginta progrediẽs nauibus, hoſtes à tergo ad-
36 oriatur, ordinémque perturbet. Demetrius è contrario nõ ignarus eorum quæ parabãtur ab hoſte, decem tantùm aduerſus illas ſexaginta oppoſuit naues, eásque angũſtum aditum portus, per quem tranſire Menelaum oportebat, occupare celeriter iuſſit, ibique conſiſtere, ut ſi fortè egredi Menelaus tẽtaret, etſi numero impares, loci tamen opportunitate adiutæ exitum hoſtium prohiberent. In promontoriis deinde finitimis atque undique proſpectantibus mare, pedeſtres collocauit, quas & ordinem ſeruare iuſſit, & longè latéque extendi, ut maioris multitudinis ſpeciem præ ſe ferrẽt.

Atq; hoc pacto omnibus terra mariq; inſtructis, cum reliquis copiis nauibus centum octoginta Ptolemæum inuadit. Primo congreſſu turbauit, deinde diſſipauit hoſtium claſſem, demũ uehementiori impetu facto, fudit fugauítque. Ptolemæus ut uidit ſuos 37
paſſim terga dare, ſéq; eſſe omnino ab hoſtibus ſuperatum, quanta maximè celeritate potuit, fugã arripuit, octo nauibus tantũ ſecutis uiri ueſtigia, quæ ſolæ ex tanta copia uix euadere potuerũt: reliquæ uerò omnes in eo certamine periere, præter ſeptuaginta, quæ ſunt unà cum milite ac remige à Demetrio captæ. Deinde cùm uentũ eſſet ad portũ, ubi ingens erat pecuniarũ machinarúmq; copia, quæ in nauibus onerariis ſeruabantur, tum magna quoq; ſodaliũ mulierúmq; turba expectantiũ fortaſſe uictoris arbitrium, extẽplo nemine aduerſante, in Demetrij poteſtatẽ cuncta uenerunt. Inter
Lamia tibicina. hæc Lamiam mulierẽ ſua tẽpeſtate famoſam fuiſſe tradunt, quæ præclarè tibiis ceciniſſe dicitur. Hæc primò canendi modulandíq; ſuauitate gratiam ſibi apud homines comparauit: deinde cùm ſe ad amores amatorios contuliſſet, celebre eſt nomen & fa- 38
mam pulchritudinis apud omnes gẽtes adeptã. Eo uerò tẽpore etſi priſtinæ dignitatis florem, quia iam annis grauis erat, abieciſſe uideretur, tamen uenuſtate & mãſuetudine quadã adeò ſibi homines cõciliabat, ut ſupra omnes alias mulieres chara eſſet Demetrio, & ab illis etiã mulieribus, quas gratia anteibat, nõ mediocriter amaretur. Poſt hanc nauale pugnam Menelaus iam uiribus ſuis diffidẽs, cùm cedere uictori neceſſarium eſſe putaret, Salaminã primò, naues deinde copiásq; terreſtres quaſcunq; habebat, Demetrio dedit. Fuerunt autẽ hæ, mille & CC equites, peditũ XII millia. Hãc uictoriam per ſeipſam clarã atq; illuſtrem, clariorem illuſtriorémq; fecit ſua pietate &
Demetrij mira liberalitas. liberalitate Demetrius: corpora enim hoſtium defunctorũ magnificè ſepeliri iuſſit, 39
& captiuos ſine pretio ullo dimitti. Armaturas inſuper integras totúmque corpus tegentes, ducentas ſupra mille dono Athenienſibus miſit. Poſt hæc Ariſtodemũ Mileſium ad ſe uocatũ, quanta maxima celeritate poſſit ad Antigonum patrem accedere iuſſit, cíq; referre hanc ampliſſimã uictoriam partã, & ſpolia adepta, ac omnia demũ, quæ fuerunt poſt fugam hoſtiũ proſperè felicitérq; ſequuta. Is cùm adulationũ, quibus regiæ domus abundare ſolent, optimus eſſet fabricator atq; magiſter, nunc ex his rebus blandiẽdi occaſionem nactus, rem inuenit, qua in Antigonũ uteretur maxima adulatione refertã. Nã cùm è Cypro decedẽs, prope eum locũ ueniſſet, ubi uerſabatur Antigonus, iactis anchoris procul à littore nauim conſiſtere, & nautas omnes quietem ac ſilentiũ agere iuſſit: ipſe deinde ſcaphã conſcendens, cunctis aliis qui ſecũ uenerant in naui relictis, ſolus continẽti applicuit. Erat eo tẽpore Antigonus in magna 40
ſolicitudine cõſtitutus, quòd expectabat (ut par erat) incredibili cura eius pugnæ euẽtum, quæ iam fuerat apud Salaminã cõmiſſa, cupiebátque uehementer audire quam fortunam Demetrius filius habuiſſet, cùm ſibi allatum eſt ueniſſe tũc, iámque propè adeſſe Ariſtodemũ Mileſium, nuntium à Demetrio miſſum. Subita re perculſus Antigonus, cùm uix ſeipſum domi cõtinuiſſet, extemplo alios atque alios obuiã Ariſtodemo mittit, qui cognitis omnibus quæ ille afferebat, ſumma cum celeritate ad ſe reuertantur. Is autem cùm nil percontantibus reſponderet, tum lẽto gradu tacitúsque ueniret, magis, quàm unquã antea, perturbauit Antigonũ, atque incredibili urgente animum cura, cùm ſe amplius continere non poſſet, uſque ad fores citato gradu obuiam Mileſio acceſſit. Ille uerò ſtipatus frequẽti hominũ turba, quæ undiq; rei nouitate cõmota ad regiã confluxerat, ut prope Antigonũ uenit, porrigens dexteram alta 41
uoce exclamauit, Salue rex Antigone, pugna nauali regẽ uicimus Ptolemæũ, & Cyprum tenemus, & militũ captiuorum ſex ſupra decẽ millia & octingẽtos in manibus noſtris habemus. Exhilaratus Antigonus, Et tu per Iouem, inquit, ſalue: ſic autem nos torquere uoluiſti Mileſie? par profectò referam pari, ſerò enim præmium reportabis. Multitudo præterea, quæ ingens ibi conuenerat hoc nuntio percepto, tum primùm Antigonũ & Demetrium reges magnis clamoribus uocitauit, & Antigonum familiares

liares ſui inſignibus regiis extemplo ornarũt, & Demetriũ pater diademate miſſo re-
42 gem per epiſtolam appellauit. Hæc cùm eſſent frequenti fama in Aegyptum perlata, hi qui circa Ptolemæũ erant, ne crederetur ob recentẽ cladem ſuſceptã eſſe uehementer debilem, mãcúmq; factũ Ptolemæi ſtatum, horũ ueſtigia ſequuti Ptolemæũ quoque regem ſalutarunt, uocitarúntque. Hoc igitur pacto Alexãdri ſucceſſores hinc inde diſtrahebãtur, alter alterius titulorum æmulatione cõmotus. Nam & Lyſimachus tum primũ diadema ferre incepit: & Seleucus in cõſpectu quoq; Græcorũ, ſi quando eorum audiebat legatos, iis regiis inſignibus utebatur, cùm antea coram barbaris tãtùm geſtare ſolitus eſſet. Verùm Caſſander cùm alij aut literis, aut uoce eũ appellarẽt regem, ſolus penè fuiſſe apparet, qui hac inani appellatione neglecta, priſtinũ morem
43 ſeruauerit. Hæc igitur nõ modò nomina, & habitũ horum principũ permutarunt, ſed eos quoq; in tantã elationem ac inſolentiam extulerũt, ut quemadmodũ tragici hiſtriones uocẽ & inceſſum ſimul cum ueſte, ſic illi uitã & mores unà cũ habitu mutaſſe uiderentur. Nã & in regẽdis populis grauiores ſuperiorésq; facti, nõ modò uiolentia pro iuſtitia utebãtur, uerùm etiã faſtũ quendã præ ſe ferebãt, priſtinæ humanitatis obliti, qua antea fiebat, ut populi quietiori animo ſeruitutẽ perferrent. Tantũ igitur ualuit una adulatoris uox, ut hunc tam grauem morbũ támq; pernicioſam peſtẽ, qua hi reges laborabãt, per uniuerſum propè ſparſerit orbẽ. Hæc cùm ita eſſent, Antigonus elatus ob res circa Cyprũ feliciter geſtas, rurſus tot copias terra mariq; aduerſus Ptolemæũ parabat, ut appareret eum maius, quàm unquã antea agitare in animo
44 bellum. Itaq; extemplo omnibus cõparatis, nõ ultra differre profectionẽ conſtituens, terreſtres copias ſibi aſſumit, maritimas Demetrio concedit, eúmq; iubet prope eam terram per quã ipſe ductabat exercitum, nauigare. Verùm hæ res tãto ſtudio diligentiáque paratæ, qualẽ exitum habituræ eſſent, Medium quendã Antigoni familiarem uidiſſe per ſomnium tradunt. Viſum enim ſibi aiunt Demetriũ in curriculo cũ omni exercitu decertantẽ, primùm magna celeritate & uehementi contentione certamen inire, paulò uerò poſtea ſenſim pedetentímque deficere, demum in ipſius curſus flexu adeò debilẽ infirmúmque factũ, ut ſpiritũ recreare uix poſſe uideretur. Sequutum eſt igitur poſtea, ut Antigonus terreſtres copias ducẽs multa pericula incõmodáq; ſubiret, & Demetrius magna tẽpeſtate iactatus, multis amiſſis nauibus in loca importuoſa cõpelleretur, atq; ambo poſt multas calamitates ſuſceptas, uix diſſipatum terra ma-
45 riq; exercitum domũ reducerẽt. Erat ea tempeſtate Antigonus annos paulò minus, quàm octoginta natus, qui cùm ad militiã gerẽdam magnitudine & mole cõporis magis, quàm ſenectute eſſet iam grauis & inutilis factus, in maximis rebus gerẽdis filio Demetrio utebatur, excellenti ingenio uiro, ducéq; iam ſua felicitate & prudentia claro. Eius intemperantiã, quam accuſabãt omnes, æquiori animo fortaſſe, quàm decuit, tolerabat. Ille uerò uigẽte pace nunc circa potus atque cõuiuia, nunc circa amo- *Demetrij uarij ingenij.*
res & omnis generis uoluptates, magna cum impudẽtia uerſabatur. At cùm bella gerenda erant, omnibus deliciis uoluptatibúsq; poſthabitis, ſic moderabatur ingenium ſuum, ut mores ſimul cum fortuna rerum mutaſſe uideretur. Cùm aliquando Demetrius ex quadam expeditione domum reuerſus, ſubitò ad patrem accurrens, eum hi-
46 lari uultu oſcularetur, dixiſſe Antigonũ aiunt, Lamiam ô fili, oſculari uideris: eo enim tempore iam diuulgatum erat, Demetrium Lamiæ amore uehementer ardere. Rurſus Demetrius cùm multos dies dediſſet operam potui, ac deinde præſente Antigono quereretur ſe moleſto rheumate eſſe correptum, Audiuimus, inquit Antigonus: ſed illud quæſo, Thaſiúmne an Chium rheuma fuit? Quodã inſuper die cùm ægrotante Demetrio ad eum uiſendum acceſſiſſet Antigonus, formoſum puerum prope oſtium eius offendit: ingreſſus deinde thalamum, manúque illius apprehenſa, cùm uenam tetigiſſet, Febris, inquit Demetrius, ut mihi uidetur, paulò antè diſceſſit. Certè, inquit Antigonus, puerum enim nuper abeuntem prope oſtium tuum offendi.

Hæc igitur uitia in otioſo Demetrio, cùm ingentes uirtutes in rebus gerendis æquarent, moleſto animo toleraſſe Antigonum credunt. Sed quemadmodũ Scythæ cùm magnopere ſe indulſiſſe potui cernunt, arcuum chordas pulſare cõſueuerunt, ut diſſolutum uoluptatibus animũ ad priſtinam continentiã reuocẽt: ſic Demetrius cùm nunc in otio uoluptatũ arbitrio ſe totum permitteret, nũc in apparatu belli omnium deliciarum oblitus ſtrenuam operam nauaret, adeò uarietati rerum accõmodabat ingenium ſuum, ut laborem atq; mollitiẽ, duo contraria maximè inter ſe pugnãtia, ſupra naturæ modũ iunxiſſe uideretur. Verùm etſi in gerendo bello dux egregius eſſet atq; præclarus, tamen in claſſibus, machinis, copiiſq; parãdis longè præſtantior habebatur. Itaq; cùm expeditionẽ aliquam ſibi parandã eſſe cernebat, data opera, ut ingens materiæ copia ſibi adeſſet, circa naues machinásq; fabricandas incredibili arte atque ſtudio uerſabatur. Magni igitur animi uir, nõ ad inanes puerilésq; exercitationes ingenium ſuum conuerterat, ſicuti pleriq; reges, quorũ alij tibiis, alij picturæ, nonnulli torno dediti, in ſeruilibus officiis ætatẽ agũt. Etenim Aeropum Macedonẽ lucernas abacósq; perparuos, cùm in otio uerſabatur, fabricare ſolitum tradũt: & Attalũ illum qui eſt Philomater dictus, non modò hyoſcyamũ & elleborum, ſed etiam cicutam & aconitum, aliásq; permultas uenenoſarum herbarum ſpecies ſæpius plantaſſe aiunt, & ſummum ſtudium curámque poſuiſſe, ut earum fructus in tempore legerentur. Parthorum quoque reges in telorũ cuſpidibus acuendis nõ delectari ſolùm, ſed gloriari etiam ſolent. Demetrius uerò cùm machinis inſtrumẽtisq; bellicis delectaretur uehemẽter, adeò in his conficiendis ingenio & arte ualebat, adeóque illius opera tam parua, quàm magna in ſuo genere præclara atque magnifica erant, ut nõ modò ſumptu, ſed etiam manu regia digna uiderentur. Vnde illud eſt nõ minus uerè, quàm elegãter dictum, Demetrij opera magnitudine ſua, etiam amicis ſtuporem, pulchritudine uerò etiam hoſtibus delectationem ſolita eſſe afferre. Atque inter alia memoratu digna, & naues duas, quarum altera ſexdecimremis, altera quindecimremis erat, ab eo confectas aiunt, & machinas nonnullas miro ingenio pro expugnãdis urbibus fabricatas: quæ quidem ſpectantibus hoſtibus, incredibilem admirationẽ præbebãt. Veluti Lyſimacho eueniſſe tradũt, qui etſi ſupra omnes alios reges inimicus eſſet Demetrio, tamen cùm ab illo Solos Ciliciósq; obſidente petiiſſet, ut ſibi liceret ſuas machinas nauésque conſpicere, atque deinde benignè cõcedente Demetrio, omnia opera conſpexiſſet, adeò ſtupefactum admiratúmq; aiunt, & magnitudinem & pulchritudinem machinarum, ut ſibi uiſæ ſint nõ humano, ſed diuino quodam ingenio fabricatæ. Rhodij quoque cùm à Demetrio eſſent multo tempore obſidionem perpeſſi, ſoluto deinde bello eũ rogarunt, ut aliquas machinas ſibi relinqueret, quaſi quoddam ſuæ uirtutis ſuíque ingenij teſtimonium. Eodem etiam bello in quo Rhodij ſimul erant cum Ptolemæo ſocietate coniuncti, machinam quandam quam *urbium expugnatorem appellãt, eorum mœnibus admouiſſe Demetrium aiunt, tali quidem figura atque ſpecie fabricatam. Habebat in primis quadratã ſedem, cuius unũquodq; latus inter ſe æquale, in latitudinem octo & quadraginta, in altitudinem ſex & ſexaginta cubitorũ extendebatur, atq; à poſtrema baſi uſque ad uerticẽ adeò gradatim extenuari uidebatur, ut cùm infima ſedes longè latior ſupremo culmine eſſet, egregia quædam figura ex omni proportione ſeruata reſultare uideretur. Intus præterea erant latebræ cauernæque complures ad ſuſcipiẽdos milites accommodatæ. Quà uerò hoſtes ſpectabat, frontem patefactam habebat, atque undique feneſtellas tectas, quibus uaria tela poterãt aduerſus hoſtes ſine ullo periculo iaci. Erat præterea ſecundũ unãquanque ſpeciem pugnæ bellaciſſimis uiris referta: & quod ſupra omnia ſpectãtibus admirationẽ præbebat, tanta facilitate agebatur, ut cùm ſtrepitum maximũ ederet, in utram partẽ inclinaretur, cõſpici minimè poſſet, ſed æquali utrinq; pondere incõcuſſa rectáq; moueretur. Ad hoc præterea bellũ duo ſunt ei ex Cypro thoraces allati ferrei, quorum

*ἑλέπολιν, *Machina bellica miro artificio à Demetrio fabricata.*

Scytharum mos.

Exercitia regum quorũdam illiberalia.

quorum uterque quadraginta minarum erat. Eorum robur cùm uellet Zoilus fabricator oſtendere, iuſſit aduerſus illos triginta paſſuum interuallo ex catapulta telum admitti: quo quidem facto, adeò fir miter uim teli ſuſtinuerunt, ut nihil ibi relictum ſit præter lineam quandam, quæ n on teli cuſpide, ſed penicillo potius confecta uidebatur. Horum altero uirum audaciſſimum ac robuſtiſſimum omnium, qui cum Demetrio erant, Alcimenum Epirotam eo bello uſum fuiſſe tradũt, ſolúmq; arma duorum talentorum geſſiſſe, cùm alij unius dũtaxat talenti armis uterentur, eúmq; deinde Rhodi prope theatrum urbis fortiter dimicãtem in medio ardore pugnæ cecidiſſe. In eodem inſuper bello conſtanter obſidionem tolerantibus Rhodiis, Demetrius fruſtra terendo tempus nulla re memorabili geſta, cùm honeſtam abeundi occaſionem quæreret, noua eſt iniuria laceſſitus, qua aduerſus Rhodios magis quàm unquã antea ira exarſit. Literas enim regiámque ſuppellectilem à coniuge Phila miſſam cùm cepiſſent Rhodij, extemplo nulla ſuæ dignitatis ratione habita, ad regem Ptolemæum cuncta miſerunt: minimè in hoc Athenienſiũ humanitatẽ ſequuti, qui Philippo Macedoniæ rege graue aduerſus eos gerente bellũ, cùm tabellarios, qui ad eum mittebantur literásque cepiſſent, cunctis aliis epiſtolis lectis, ſolùm Olympiadis cõiugis literas integras atque intactas reliquerunt, easq; obſignatas eodem pacto quo erant, ad Philippũ remiſerunt. Verùm paulò poſtea Demetrius ſumma ſibi ulciſcendi facultate oblata, parum memor contumeliæ nuper acceptæ, ut generoſum uirum decebat, magna liberalitate eſt in Rhodios uſus. Nam cùm egregiam Ialyſi figuram non omnino integram, mira tamẽ arte à Protogene Caunio depictam, & in quibuſdam ædibus publicis extra mœnia urbis locatam cepiſſet Demetrius, extemplo Rhodij præconem ad eum miſerunt, multis precibus ſupplicantes, ut huic præclaro operi pro ſua ingenij clementia parceret. Quibus reſpondiſſe Demetrium tradunt, ſe antea permiſſurum parentis ſtatuam deſtrui, quàm talem támque egregium artis laborem iniuria ulla extingui. Etenim ſeptem annos in hac figura pingenda cõſumpſiſſe Protogenem aiunt. Addũt præterea Apellem cùm ad eam uiſendam acceſſiſſet, adeò admiratum excellentiam operis, ut deficiente uoce tacitus aliquandiu perſtiterit: tandẽ dixiſſe, magnum laborem & admirabile opus gratias non habere, quæ hoc atque alia quæ pinguntur ab illo uſque ad aſtra ferant, in cælóque reponant. Hanc poſtea imaginem Romam delatam unà cum aliis ignis abſumpſit. Sed Rhodiis fortiter ſuſtinẽtibus bellum, cùm Demetrius abeundi occaſionem quæreret, fortè Athenienſium legati ad eum uenerunt rogatũ, ut diuturna obſidione Rhodios liberaret. Quibus auditis, ſoluta ſtatim obſidio eſt, ac Rhodij præterquam aduerſus Ptolemæum, ab Antigono & Demetrio in ſocietatem recepti. Inter hæc Caſſander per diſceſſum Demetrij occaſionem nactus, cùm ad obſidendas Athenas magnis copiis acceſſiſſet, Athenienſes ingenti celeritate certiorem Demetrium reddunt, quanto in periculo res eorum ſint, eúmque rogant, ut quamprimùm opem & auxilium obſeſſę afferat urbi. Quibus perceptis, Demetrius extemplo omnibus rebus poſtpoſitis, magno cum exercitu, & tercentum triginta nauium claſſe aduerſus Caſſandrum profectus, die noctúque nõ intermiſſo curſu cùm in Atticam peruenisſet, nõ modò ex omni regione Caſsandrũ expulit, ſed etiam fuſum fugatúmq; uſq; Thermopylas eſt perſequutus: Heracleámque deinde ſpontè deditione facta in poteſtatem recepit. Fuerunt etiam ſex Macedonum millia, qui hac uictoria moti, ad Demetrium perfugerunt. Repetens deinde Athenas Demetrius, omnibus Græcis, qui intra Pylas uerſabãtur liberatis, atque iis, qui auxilium tulerant in ſocietatem receptis, Phylim & Panactum, quæ quaſi duo propugnacula Atticæ imminebant, ualidísque fuerant à Caſsandro munita præſidiis, celeriter oppreſſit, populóque Athenienſi reſtituit. His geſtis Athenienſes, etſi antea ſupra mores, ſupráque conſuetudinem omnia tribuiſſent Demetrio, tamen nullũ conſtituentes adulationi modum, ædem poſt Palladis templum ei in hoſpitium conceſ-

Italyſi pictura nimiæ pulchritudinis.

ſerunt, in qua unà cum uirgine pura hoſpes uerſabatur impurus, patris ueſtigia ne-
quaquam ſequutus, qui aliquādo cùm audiſſet Philippum filium in quadam domo,
γέας γυναῖκας. ubi tres uirgines morabantur, hoſpitio eſſe ſuſceptum, non obiurgato filio, ſed eo
qui diſtribuendis hoſpitiis domibúsq; præerat ad ſe uocato, præſente Philippo ſic in-
quit: Nónne ex tam parua támque anguſta domo filium meum deducis? Atque hoc 57
pacto filio permutato, omnem occaſionem inferendę iniuriæ ſuſtulit. Demetrius ue-
rò nulla deæ Palladis, quam etiam ſororem maiorem natu ſibi aſciuerat, ratione ha-
bita, tanta eſt turpitudine dum in ea arce degebat, in mulieres urbanas, & adoleſcen-
tes liberos uſus, ut tum maximè locus ille purus uideretur, cùm is ſolùm cum ſcortis
illis, Chryſide, & Lamia, & Deme, & Anticyra uerſabatur. Sed multa alia ſunt, quæ
cùm ſine ignominia ac dedecore clariſſimæ urbis narrari non poſſint, ſponte à nobis
Democlis pueri pulchritudo, & caſtitas mirãda. in præſentia omittuntur. Democlis tantùm temperantiam eximiam, incredibilém-
que uirtutem, quia digna memoratu fuit, nõ uiſum eſt ſilentio præterire. Is erat puer
adhuc imberbis adeò egregia atque præſtanti forma, ut ex pulchritudine ſua nomen
adeptus, Pulcher Democles ab omnibus uocaretur. Hunc Demetrius cùm neq; pre- 58
cibus, neque minis potuiſſet unquam in deſiderium ſuum perducere, ſemel occaſio-
nem temporis nactus, quo puer publicam palæſtram ac gymnaſium fugiens, priua-
tum quoddam balneum intrauerat, eò confeſtim accedit, ſolúsq; ingreſſus puerum
inopinantem aggreditur. Ille uerò, ut uidit ſibi ſoli & puero talem uim iniuriámque
afferri, nullum aliud refugium habens, repentè ſublato lebetis tegmine, in feruentem
balnei aquam ſeſe proiecit, atque eo pacto morte uoluntaria ſe à uiolentia, & ſcelere
Demetrij uindicauit, ſua innocentia profectò indigna, patria uerò & pulchritudine
ſua digna perpeſſus. Sed illud Celeneti neutiquã huic ſimile fuit, qui cùm pater Cleo-
medon ob illatam ſibi multam quinquaginta talenta reipub. deberet, literis à De-
metrio acceptis, quibus à populo Athenienſi petebat, ut hanc multam Cleomedon-
ti remitteret, non modò ſuam turpitudinem diuulgauit, ſed maximam etiam in ci-
uitatem perturbationem induxit. Nam cùm Athenięſes his receptis literis, Cleome- 59
dontéque omni pœna liberato, decretum tuliſſent, nemini ciuium licere epiſtolam à
Demetrio poſthac populo Athenienſi afferre, percepiſséntq; deinde grauiter ex hoc
offenſum eſſe Demetrium, extemplo pœnitentia ducti non modò decretum illud de-
rogarunt, uerumetiam eorum, qui illius rei inuentores fuerant, aliis necatis, aliis in
exilium pulſis, nouum tulerunt, quod fuit hoc pacto frequenti populo approbatum:
Viſum eſſe populo Athenienſi, ut quodcunque rex Demetrius iuberet, hoc & apud
deos ſanctum, & apud homines iuſtum haberetur. Cùm uerò quidam uir bonus deli-
rare Stratoclem dixiſſet talia ferentem decreta, ad hoc Demochares Spartiata, Deli-
raret, inquit, Stratocles, niſi hoc pacto deliraret: multis enim ſuis ille adulationibus
profuit. Atque ſtatim de his accuſatus Demochares, ſine ulla mora eſt in exilium pul- 60
ſus. Talis igitur erat Athenienſium uiuendi modus, eo tempore ſanè, quo illi & tyrã-
ni præſidia ex urbe deducta, & libertatem ſibi reſtitutam putabant. Inter hæc Deme-
trio in Peloponeſum profecto, cùm eius aduentum non expectarẽt hoſtes, ſed eo ap-
propinquante fugam arriperent, urbes ſine ullo certamine tradebantur. Itaque & lit-
tus quod Acteum uocant, & Argos, Sicyonémque, tum Corinthum, atque Arcadiã
totam, præterquam Mantineam, ingenti celeritate occupauit, aẽ iis qui præſidio erãt
traditis centum duntaxat talentis, ſine ulla mora in libertatem reſtituit. Celebranti-
bus deinde feſta Bacchi Argiuis, non modò intereſſe, ſed etiã præeſſe Demetrius uo-
luit. Itaque princeps certaminis factus unà cum aliis Græcis lætitiam agens, Deida- 61
miam Pyrrhi ſororem, ac Aeaci regis Moloſſorum filiam cõiugem duxit. Sicyonem
inde profectus, cùm perſuaſiſset populo, ut ea urbe relicta commodiorem prope eã-
dem urbem habitarent locum, extemplo nomine permutato, eum pro Sicyone ap-
pellari Demetriadem iuſſit. Poſt hæc in Iſthmo communi concilio celebrato, populi
qui

qui ibi frequentes conuenerant, ducem Græciæ uno conſenſu Demetrium appella-
runt, ueluti Alexandrum atque Philippũ antea uocitauerant, quibus ille ſe haud pau-
lò meliorem exiſtimauit regem, præſenti felicitate, rerúmque potentia elatus. Nam
cùm ab Alexandro nemini unquam ſit regium nomen ereptum, neque ſibiipſi tan-
tùm aſſumptum, ut ſe regem appellauerit regum, ſed multis ſint ab eo regna, nõnul-
lis regiæ dignitates conceſſæ, Demetrij inſolentiam quis non iure miretur, qui cũctis *Demetrij inſolentia.*
62 aliis neglectis, neminem præter ſe & Antigonum patrem, appellabat regem? Quin-
etiam eo cœtu ubi frequentes cõpotatores conuenerant, cùm hi ſupra quos ioci cau-
ſa effundebatur merum, alij Demetrium regem, alij Seleucum elephantorum princi-
pem dicerent, alij Ptolemæum præfectum claſſis, alij Lyſimachum cuſtodem gazæ,
alij Agathoclem inſularum dominum eſſe aſſererent, gaudebat uehementer Deme-
trius, cùm alij aliis nominibus uocarẽtur, ſe ſolum eſſe, quem appellarent regem. Sed
hæc cùm ad eorum aures peruenirent, cunctis aliis hanc ſcurrilitatẽ ueluti rem inanẽ
deridentibus, ſolus Lyſimachus erat, qui (cùm eunuchi apud illos regiæ ſupellectilis
curam habere ſoleant) grauiter ferre uidebatur, ſe gazæ cuſtodem, ueluti eunuchum
quendam uocitari. Augebat præterea hanc indignationem ſuam perpetua quædam
63 inimicitia, qua ſemper Demetrio ſupra omnes alios fuit infeſtus. Quare in cõtume-
liam ei obiiciens amorem Lamiæ, nunc primùm à ſe uiſam dixit meretricem de ſce-
na tragica exeuntem. Ad hoc Demetrius: Meretricẽ inquit Lamiam magis eſſe mo-
deſtam, quàm coniugẽ eius Penelopen. Poſt hæc Demetrius cùm reuerteretur Athe-
nas, paulò antè epiſtolam Atheniẽſibus ſcripſit, qua oſtẽdebat ſibi eſſe in animo cùm
illuc perueniſſet, omnia eorum myſteria ſine mora ulla percipere, atque etiam ea, quę
ſuprema apud illos habentur, intueri. Hoc autem ea tempeſtate nefas ac ſceleſtum
erat, & ante illud tempus inauditum. Nam parua quidem myſteria menſe Nouem- *Mos Athe-*
bri, magna uerò menſe Iunio celebrari ſolita erant: atque inter hęc & illa, quę haben- *nienſium circa myſteria.*
tur ſuprema, quia magna cum reuerentia ea homines intuentur, ſaltem unius anni
64 ſpatium intererat, neq; ea adiri ante illud tempus licebat. At uerò lectis Demetrij lite-
ris, cùm res in conſultationem ueniſſet, unus tantùm Pythodorus, qui ſacras tenebat
tedas, auſus contrariam uoluntati Demetrij ſententiam dicere. Sed in tanta formidi-
ne urbis parum ualuit optimi atque ſanctiſſimi uiri conſilium: nam Stratocles con-
feſtim tulit decretum, ut menſis Ianuarius, qui tunc preſens erat, Nouember uocare-
tur: atque eo pacto quaſi legitimo tempore, parua primùm myſteria oſtenderũt De-
metrio: poſt hæc rurſus Ianuarium, qui erat factus Nouember, Iunium uocitarunt,
ſtatímque eidem magna myſteria, tum etiam ea quæ habentur ſuprema, ut percipe-
re atque intueri ſuo arbitrio poſſet, permiſerunt. Quare Philippides Stratoclem ac-
cuſans, Hic, inquit, integrum annum in unius menſis tempus coegit. Et de hoſpitio
Palladis à Demetrio polluto, Nemo, inquit, impurus in urbis arcem ſuſceptus, ſacrũ
65 uirginis domicilium ſcortis compotatoribúsque referſit. Verùm cùm multa nefan-
da ſcelera eſſent in ea urbe à Demetrio perpetrata, quæ omnem ciuitatẽ dolore mœ-
ſtitiáque repleuerant, illud præcipuè grauiter Atheniẽſes offendit, quòd cùm illi du-
centa quinquaginta talenta magna celeritate iuſſu Demetrij congregata ad eum de-
tuliſſent, confeſtim omne illud argentum Lamiæ, ac cæteris ſcortis ad fucum mun-
dúmque muliebrem dari Demetrius iuſſit. Nec tam detrimentum atque incommo-
dum, quàm rei turpitudo, qua rex dignitatem urbis aſpernari uidebatur, moleſtum
Athenienſibus fuit: quãquam nonnulli ſunt, qui hoc in Theſſalos, non in Athenien-
ſes factum fuiſſe dicant. Lamia quoque non contenta Demetrij turpitudine, præter
nefanda illius facinora, & ipſa eò impudentiæ uenerat, ut à multis pro inſtruendo cõ-
uiuio regi, pecuniam extorſerit, conuiuiúmque deinde & magnificentia apparatus,
& epularum uarietate adeò ſplendidum celebrauerit, ut à Glyceo Samio mandatum
66 ſit memoriæ literarum. Quare Comicorum quidã perniciem ciuitatis Lamiam, De-

mochares autem Sobius Demetrium,quia ſibi adeſset Lamia,fabulã uocitabat.Hanc iam omnes non modò coniuges, ſed etiam pellices, cùm uiderent Demetrium eius amore præcipuè deperire, pluráque illius quàm omnium aliarum gratia agere,communi quadam ſententia oderant. Cùm uerò aliquãdo legatis ad Lyſimachum miſſis ille otium agens pugnam enarraret,quam olim ab Alexãdro rege coactus cum ferociſſimo leone cõmiſerat,atq; cicatrices oſtenderet ex unguibus illius feræ in brachiis crutibúsq; relictas,ridentes legati,& ſuum quoq; regem dixerunt graues feræ Lamię morſus in collo geſtare.Sed mirandum uidetur, Demetrium primò aſpernatum cõiugium Philæ ob ætatem illius ad ſenectutem uergentem, uíxq; à patre cõpulſum ut eam coniugem duceret,deinde amore iam ſeneſcentis Lamię ſuperatũ,tandiu támq; effrenata mente mulierem arſiſſe. At ſanè in conuiuio quodam canente tibiis Lamia, 67
Demo quæ uocabatur Magnia, interrogata à Demetrio, quid ſibi Lamia uideretur: Anus,inquit,ô rex.Rurſus cùm ſecundæ afferebantur menſæ, ad eam conuerſus, Viden'ait,quanta mihi Lamia mittat?Ad quæ Demo: Plura tibi à matre mea mittentur ô rex,ſi cubare cum illa uolueris.Memoriæ quoq; traditum eſt, quandam ſent ẽtiam,
Bocchoris iudicium. quam Bocchoris iudicium uocant,hoc pacto redargutam fuiſſe à Lamia. Adoleſcenti cuidam in Aegypto * Theognidem amicam arderi, cùm illa ab homine, quem ſui
** Ouidius.* amore irretitum uidebat,multum auri quotidie peteret, fortè euenit, ut cùm adoleſcenti uiſum in ſomnio eſſet cum ea muliere uerſari, omnis illa cupiditas, qua antea uexabatur extincta penitus fuerit. Quod quidem ubi animaduertit Theognides, ob 68
libidinem eius expletam,mercedem petens ab illo,cùm ſibi negaretur, adoleſcentẽ in iudicium traxit. Audita hac controuerſia,Bocchores ſubitò hominem iuſſit tantùm numerari auri,quantùm illa petebat,in uaſe quodam afferre,atque deinde ſuis manibus,ſpectante muliere,aurum hincinde uerſare.Debere enim cenſuit,quemadmodũ adoleſcens concupitæ rei opinionem habuerat, ſic mulierem exoptati auri umbram imaginémque referre. Hoc iudicium Bocchoris,ut iniquum atque iniuſtum ea ratione damnaſſe Lamiam tradunt, quia cùm illud ſomnium adoleſcentis deſiderium ſuſtuliſſet,non tamen auri umbra Theognidis cupiditatem reſtinxerat. Hæc igitur de Lamia. Verùm fortunæ ac res geſtæ huius quem deſcribimus uiri, infeliciter poſt hanc proſperitatem ſequutæ, noſtrã hanc hiſtoriam quaſi de comica ſcena in tragicã
permutarunt.Coniurantibus enim aduerſus Antigonum reliquis regibus, ac in unũ 69
omnes ſuas redigentibus uires,magnitudine rei motus Demetrius,è Græcia diſcedẽs ad patrem Antigonum uenit,ut communi conſilio de ratione imminentis belli agitaret: quem cùm comperiſſet ſupra ætatem ſuam iam confectam canitie exercitũ parare, totúmque animo & mente ad bellum eſſe conuerſum, uehementius quàm antea ſtimulo patris adiuncto, belli gerendi cupiditate exarſit. Verùm Antigonum omnium regum eo tempore maximum facilè potuiſſe credunt, & ſibi & Demetrio filio primum locum,primámque dignitatem ſeruare,ſi inſolentiã ſuam moderari, ſuperbiam uincere,& leniori uti uoluiſſet imperio. Sed uir natura aſper, & ſecundis rebus elatus,cùm non minus uerbis,quàm re cunctis hominibus eſſet moleſtus, incredibile omnium gentium erga ſe odium cõcitauerat, & in præſenti bello omnes reges 70
ad machinandam ſibi quacunque ratione perniciem intentos uehementius exacuerat,cùm hac conſpiratione percepta,ſe eos ueluti aues,quæ legere ſemina ſolent, uno lapide atq; uno clamore perturbaturum dixiſſet. Congregauerat iam Antigonus ſupra ſeptuaginta peditum,decem equitũ millia,elephantos ſeptuagintaquinque:cùm ex altera parte hoſtes quatuor & ſexaginta millia peditum, equites quingentos ſupra decem millia,elephantos quadringentos,currus centum uiginti haberent.Hoc pacto copiis utrinque omni ſtudio comparatis, Antigonus cùm prope hoſtium exercitum poſuiſſet caſtra, cœpit uariis curis ac perturbationibus angi: uoluebat enim animo magnitudinem rei, & propè inſtantis prælij euentum, nec ſatis ſciebat timendúmne ſibi

ſibi magis,an ſperandum foret, cùm uincendi conſuetudo, & opinio ex recenti pro-
71 ſperitate innata,ſpem ſibi ac fiduciã conſequendæ uictoriæ facerent:& ex altera parte ingenium uiri multarum rerum experientia callens, ac probè ſciens conditionem fortunæ,quæ crebris mutationibus gaudet,metum ſibi ſolicitudinémq; afferret.Itaq; cùm in aliis certaminibus ſolitus eſſet alta uoce & ſuperbis ſermonibus uti,nũc mordendo aut aſpernando hoſtem,nunc audaciam ſuam iactando,tunc quidem magna, ut apparebat,urgente animum cura, quaſi futuram calamitatem proſpiceret, præter cõſuetudinem in aſſidua cogitatione ac ſilentio perſiſtebat. Multa inſuper alia ea tẽpeſtate facta ab Antigono tradunt,quæ antea fieri minimè conſueuerant.Nam & filium Demetrium,quaſi iam de alia uita cogitaret,uniuerſo ſpectãte exercitu ſucceſſorem conſtituiſſe aiunt,eúmque deinde in tentorium adduxiſſe,arbitrísque remotis
72 multa ſecum eſſe locutum. Quod profectò non mediocrem admirationem cunctis militibus præbuit,cùm rarò antea aut nunquam penè cum illo ſermones cõferre, aut communicare arcana ſolitus eſſet,ſed contentus iudicio ſuo,quæ ſibi uidebantur gereret,& quibus uellet uteretur, & conſilia agendarum rerum ſpretis aliorum ſententiis ſecum ipſe ſolus agitaret. Vnde memoriæ proditum eſt, Antigonum aliquando à Demetrio adoleſcente rogatum,quãdo reuerſurus cum exercitu foret, turbato uultu filio reſpondiſſe,An times ſolus ne tubarum ſonitũ audire non poſſis? Sed ad hanc Antigoni curam nonnulla præterea eo tempore acceſſerant,quæ malam aduerſámq; fortunam portendere uidebantur.Nam Demetrio uiſum in ſomnio eſt, ſe ab Alexãdro ſplendidis armis inſtructo interrogari, quodnam ſignum ad futuram pugnam ſuis teſſerámque præberent:ſéque Iouem reſpondiſſe atq; uictoriam: tum Alexandrũ
73 dixiſſe,Ad hoſtes igitur ueſtros diſcedam. Antigonũ quoq; aiunt cùm inſtructa phalãge tentorio eſſet egreſſus, offenſo pede in os toto cũ corpore corruiſſe,ſubleuatúmque deinde ſupplicibus manibus ad cælum extenſis deos precatum eſſe,ut uictoriã ſibi uel mortem potius,quàm turpem fugam præberẽt. Atq; ſtatim poſt hæc in aciem deſcendunt,ſignóq; utrinque dato prælium ab omni parte conſerebatur:atq; omniũ oculos animósque occupabat certamen, cùm Demetrius cum robuſtiſſimo agmine delectorum equitum,quos ipſe ductabat,in Antiochum Seleuci filium impetum fecit,quem fuſum fugatúmque certandi ardore, & cupiditate uincendi uſqueadeò eſt perſequutus,ut cùm uictoriam immoderatè conſequi uellet,eam omnino amiſerit. Nam poſtea à perſequendo hoſte reuerſus, peditum agmen quod ipſe ſuis equitibus tutabatur,ab hoſtibus circunuentum inuenit,nec iuuare illos potuit,nec in tempore
74 ſubſidium ferre. Etenim dum ipſe perſequebatur Antiochum, interea qui prope Seleucum erant,cernentes phalangem nudatam præſidio equitum, antequam eam aggrederentur, circunducere agmen cœperunt, & quaſi inuadendi ſpecie perterrere. Quo quidem facto,magna pars cùm ſe ab hoſtibus circunuentam,& diſceſſu Demetrij omni præſidio ſpoliatam uideret, ſponte ſua ad hoſtem migrauit, reliqua uerò cùm impetum ſuſtinere non poſſet,in fugam uerſa. Atque extemplo poſt hæc ingens hoſtium turba ueluti procella quædam in Antigonum ferebatur, multíque eum ſolum petebant.Cùm quidam ad eum conuerſus, uirum rogauit, ut ſalutem adipiſceretur fuga: Iſti enim,inquit, te petunt, conſulas quæſo ſaluti tuæ ô rex: Quid,inquit
75 Antigonus,iſti de me cogitant?Veniet Demetrius,& mihi auxilium feret.Sed in tanta celeritate fruſtra implorantem ſubſidium filij, cùm undiq; circunſpiceret, Demetrium uocans,ſuperuenientes interim hoſtes ſenem aggrediuntur, ac ſæpius repetitũ confoſſúmque telis interimunt, cunctis amicis capeſſentibus fugam, præter Thora- *Antigonus interficitur.*
cem Lariſſeum,qui ſolus prope mortui corpus permanſit.Hoc igitur pacto finita pugna, reges qui ſimul conſpirauerant, ampliſſimam uictoriam conſequuti, omne regnum Antigoni atque Demetrij, quaſi uaſtum ſcindẽtes corpus,inter ſe partiuntur. Demetrius uerò quinque peditum & quatuor equitum millibus quanta maximè ce-

leritate potuit fuga accepta,cùm Ephesum peruenisset, suspicio fuit ne uir ob recentẽ cladem susceptam pecunia indigens,celeberrimum illud templum inuaderet ac diriperet. At uerò ipse etiam ueritus ne tam scelestum facinus se inuito sui milites perpe- 76
trarent,confestim ex ea urbe migrare constituit. Itaque idoneam nactus tempestatẽ, milites equitésque naues conscendere iubet, cursúmque suum uersus Græciam dirigit,eo animo ut ante omnia proficiscatur Athenas, quam quidẽ urbem suis calamitatibus unicum putabat esse refugium. Etenim ibi naues atque pecunias uxorémque Deidamiam reliquerat,sibíque persuaserat in quacunque fortuna sua,etiam si cætera deessent, nunquã Athienſium fidem suis rebus defuturam. Sed hac inani spe Græciam repetenti,cùm prope Cycladas peruenisset,Athenienſiũ legati obuiam ei fiunt, mandata ferentes longè ab sua opinione aliena:populum enim Athenienſium(quoniam statuisset nullum in ciuitate suscipiẽdum regem) hortari Demetrium aiunt, ut
ab urbe Athenarum abstinere uelit: Deidamiam uerò se tali cum honore ad eum re- 77
mittere,qualem Athenienses dare,& uxorem regis Demetrij congruum esset accipere. His expositis mandatis,repentè tanta ira indignatióque regem inuasit, ut penè de suo statu mentem dimouerit. Nam etsi regno,patre,exercitúque amisso,ex florentissimo statu uno prælio esset in extremam penè calamitatem deiectus,tamen secum reputans fortunæ uim,Martémque communem,alia quidem aduersa tolerare constãti animo uidebatur: at uerò hæc inopinata deceptio,qua se præter spem ab Athenienſibus, & spretum & derisum esse putabat, incredibile dictu est, quanto dolore animũ uiri mœstitiáque repleuerit. Quapropter meo iudicio non parum hi principes regésque falluntur, qui excellentiam honorum à populis sibi tributam, maximum beneuolentiæ testimonium,firmúmque sui status præsidium putant. Nam etsi sponte sua 78
& beneuolentia quadam ad decorandos principes moueri populi uideantur,ducuntur tamen plerunque metu,cùm tam ij qui oderunt, quàm ij qui amãt, prosequi honoribus principes soleant. Prudentes igitur uiri,& optimi rerumpublicarum gubernatores,non tam laborant ut statuas,uel decreta, uel honores diuinos à populis consequantur, quàm ut merita sua, & res eorum gestæ quammaximè dignæ honoribus sint. Demetrius uerò magna(ut sibi uidebatur)ab Athenienſibus accepta iniuria, cùm non sibi ulciscendi facultates adesset,expectans commodiora tempora cœpit de populo Athenienſi modestè loqui,nec ullum alienati animi indicium præ se ferre. Sed petens ab illis,ut naues quæ relictæ in Piræo erant, è quarum numero una tredecim-
remis continebatur,sibi redderẽtur,concedentibus Athenienſibus,hanc accepit clas- 79
sem, & quanta maxima celeritate potuit in Isthmum traiecit. Quò quidem ubi peruentum est,comperit res suas quotidie in deteriorem locum adduci, cùm eius præsidia undique pellerentur, & oppida sine ullo certamine ad hostes deficerent. Quare noua uoluens animo, cùm Pyrrhum in Græcia reliquisset, ipse cum omni classe in Cherronesum profectus,Lysimachi regnum inuadit:nec multùm temporis elapsum est,cùm augendo quotidie suas uires,exercitum non contemnendum parauerat. Neque hoc reliquis regibus erat molestum,quia Lysimachum ob maximam elationem nimiámque potentiam communi quadã concordia oderant. Verùm paulò pòst meliori Demetrio aspirante fortuna, accidit ut Seleucus cùm cerneret Lysimachũ duas Ptolemæi filias,aliam sibi,aliam pro Agathocle filio in matrimonium habuisse,optimum & ipse ratus quantis maximis posset principum affinitatibus regnum succes- 80
sorésque suos munire,Stratonicen Demetrij filiam coniugem petiit. Hanc inopinatam prosperitatem, & præter spem oblatã sibi non aspernatus Demetrius, confestim assumpta puella cum omnibus nauibus in Syriam properauit. Sed in ipso cursu tangente oram Ciliciæ classe, & prope continentem nauigante Demetrio, cùm milites in terram expositi frequentes excursiones peragerẽt, Pliſtarchus Cassandri frater, qui à regibus post pugnam cum Antigono factam hanc prouinciam acceperat, grauiter ferens

ferens regionem suam populatione incendióq; uastari, extemplo ad Seleucum proficiscitur,ut de illatis iniuriis queratur, & eum incuset quòd ab aliis regibus, & communi gerendi belli societate animũ suum seiungat. Quod ubi cognouit Demetrius, maiorem per discessum suum occasionem nactus,ad Cyndos militibus in terram expositis,regionem eius inuadit,atque populato undique agro, talentis mille & duce-
81 tis acceptis,cum ingẽti præda ad classem reuertitur. Cursum deinde suum quoad fieri potest accelerat,iámque uná cum coniuge Phila prope Orossum uenerat,cùm Seleucum regem offendit,atque primùm omni suspicione dolóque remoto,iucundissimum congressum inter se habuerunt,Seleuco antea comiter in tentorio Demetriũ, Demetrio uerò deinde in naui,quæ tredecim remis erat, benignè recipiente Seleucũ. Habiti sunt præterea inter eos frequentes familiarésque sermones, nec arma, aut custodiæ,aut ulla suspicionis indicia usquam conspecta,sed incredibili iucunditate eousque consumptus est dies, quousque Seleucus à Demetrio digressus, Stratonice sibi assumpta,cum omni pompa se ad Antiochum contulit. Demetrius autem Ciliciam petens, nulla interposita mora coniugem Philam ad Cassandrũ fratrem celeriter mi-
82 sit, ut Pliſtarchi querelas de illatis sibi iniuriis accusation émque purgaret. Inter hæc Deidamia ex Græcia ad Demetrium ueniens, paucos dies cum illo uersata, ex quadã ægritudine uita decessit:post cuius interitum Demetrius nouas nuptias quærens, per Seleucum cum Ptolemæo affinitate contracta, filiam illius Ptolemæidem cepit uxorem. Atque hæc Seleuci opera plena humanitatis & officij fuit, illa uerò inhumana atque recenti affinitate indigna. Petens enim Demetrius ut accepta pecunia Ciliciã sibi restituat,non modò hoc,sed ne illud quidem impetrare potuit,ut saltem Tyrum atque Sidonem Seleucus sibi concederet. In quo sanè inhumanum atque agrestẽ habitum Seleucum aiunt, accusatúmque uehementer, quòd cùm omnia à mari Indico *Seleuci inhumanitas.*
usque ad Syriæ littora suo imperio esset complexus,nunc adeò inops animi fuerit, ut pluris duas urbes, quàm præstantissimi uiri & clarissimi regis affinitatem fecerit, socerúmque ingenti fortuna exagitatum non modò non iuuerit, sed negando sibi an-
83 gustum hospitium,ex finibus suis penè expulerit. Hæc est illa inopia animi,quæ sententiam Platonis uerissimam reddit. Ei,inquit,qui uelit esse diues, non cumulandam pecuniam,sed minuendam cupiditatem censeo. Quare nunquam is liber ab inopia erit,qui nullum constituens cupiditati modum,continuo diuitiarum exagitetur ardore. Hac spe præter opinionem destitutus Demetrius, non tamen animũ suum abiecit: sed ut magni spiritus uir,& fortunæ perturbationibus assuetus, Si millies, inquit,prælio superatus sim, nunquam committam, ut pro uili mercede generum Seleucum diligam. Cæterùm extemplo post hæc literis amicorum accitus,qui eum certiorem reddebãt, Lacharem in magna Athenienſium seditione factum esse tyrannũ, eúmque hortabantur ne tantam occasionem recuperandi Athenas prætermitteret,
84 confestim cum omni classe in Græciam properauit. Sed cùm prope Atticam peruenisset, fœdam tempestatem perpessus, multis hominibus nauibúsque amissis, sese in loca tuta recepit, atque ab incepto quod aduersus Athenienses proposuerat animo, ita eo tempore destitit, ut illud nõ deferere, sed in commodiorem opportunitatẽ differre uideretur. Itaque data opera,ut sui repararent classem,ipse interim in Peloponesum profectus,urbem Messenã obsidione aggreditur: ubi cùm quadam die fortiter sub mœnibus dimicaret, telum ex catapulta ab oppidanis dimissum sic aduersum illius os maxillámque perculsit, ut parum abfuerit quin ultimam suæ uitæ perniciem eo die inuenerit. Verùm pòst paulò in pristinam ualetudinem restitutus, posteaquã nonnullas urbes sponte deficientes in deditionem recepit, rursus Atticam repetens, confestim Eleusina Rhamnusióque deuicto, omnem regionem populari; prædã ab-
85 ducere,undiq; infestare urbem suos milites iubet. Cùm igitur multis modis Demetrius uno atque eodem tempore ciuitatem urgeret,nouum quoq; incommodũ ad ea

omnia,quæ inferebant hostes,Athenienſibus ex inſperato acceſſit,quod non mediocriter mentes eorum animósque turbauit. Etenim nauisquædam onusta frumento, quę fortè per eos dies Athenas ducebatur,capta à Demetrio eſt,& gubernator laqueo ſuſpenſus.Hoc ut renuntiatum Athenis eſt,tanta repentè deſperatio,& omnium rerum penuria urbem inuaſit,ut obſeſſi drachmis quadraginta ſalis medimnum,CCC frumenti modium emerent. Itaque iam rebus ſuis diffidentes ad deditionē inclinari uidebantur,cùm frequentes nuntij ad eos ueniunt, referentes centum quinquaginta naues,quæ à Ptolemæo rege aduerſus Demetrium mittebantur, prope Aeginam eſſe cōſpectas.Hoc rurſus ad ſpem ſeruandæ urbis Athenienſes erexit.Verùm Demetrius 86
non multò poſtea ingenti celeritate tum ex Cypro,tum ex Peloponneſo nauibus accitis,cùm iam CCC nauium claſſem comparaſſet, extemplo Ptolemæi duces eius cōgreſſum non expectandum rati abierunt, & Lachares tyrannus relicta urbe fugā arripuit. Deſperatis igitur omnibus rebus, Athenienſes etſi ei,qui de componēda cum Demetrio pace mentionem feciſſet, pœnam capitis recenti cōſtituiſſent decreto, tamen extrema omnium rerum urgente penuria,cùm ad petendam ueniam, & accipiendas quaſcunque conditiones pacis neceſſariò cogerentur,patefacta propinquiori porta,legatos ad Demetrium mittunt, qui dicerent, ſe ſuáq; omnia in fidem ac poteſtatem eius permittere,rogare atque obſecrare,ut ſuæ clementiæ magis quàm iniuriarum memor eſſe uelit. Hæc agebant Athenienſes nō tam quia aliquid boni pacatíque ab homine ſibi uehementer irato conſequi poſſe confiderent,quàm quia fœdā obſidionem ulterius tolerare non poſſent, & ſatius eſſe ducebant uictoris arbitrium experiri,quàm ingenti inopia ciuitatē ſuccumbere. Ferunt enim eo tempore tāta fame ciuitatem oppreſſam, ut de mure qui mortuus ex tecto cecidit, quidam pater cū filio decertauerit: & philoſophus Epicurus fabis æqua portione diſtributis familiam ſuam nutriuerit.In hoc ſtatu cùm res Athenienſium eſſent,Demetrius urbem ingreſſus,populum omnem in theatrum uocauit,& tentorio pulpitóque haſtatis militibus undique ſepto,cùm è ſuperiori loco,ueluti tragici ſolent,in ſuggeſtum deſcendiſſet, ingens repentè pauor multitudinem cepit:deinde audito initio orationis ſuę,in quo præter expectationem magnitudini uocis, & aſperitati uerborum pepercit, populus Athenienſis antea metu attonitus, extemplo omnem ſuſpicionem formidinémque depoſuit. Leuiter enim ille primùm & amicè accuſata pertinacia eorum, reliquam 88
deinde orationem perblandam ac benignam habuit. Demum poſt hæc,ut aliqua reconciliati animi indicia præ ſe ferret,decem millia medimnûm frumēti dono Athenienſibus dedit, & magiſtratus qui eis gratiſſimi erant,in priſtinam libertatem conſuetudinémque reſtituit. Acclamante uerò undiq; populo, & certatim omni multitudine applaudente Demetrio,cùm oratores qui eloquentia dicendíq; ratione uehementer pollebant,ampliſſimis laudibus,Demetrij uirtutem extollerēt,Dromoclides orator ne in rege honorando aliis uideretur inferior,decretū tulit, ut populus Athenienſis Munychiam atque Piræum regi Demetrio redderet,liberéque permitteret, ut his ſuo arbitratu uteretur.Decernentibus hæc Atheniēſibus,interim Demetrius præ- 89
terita defectione cōmotus, ualidis præſidiis Muſæum firmat, ne ſi rurſus illi reiicere iugum tentarent nullo fræno coerciti,moram ſibi impedimētúmque aliis rebus afferrent. Recuperatis igitur hoc pacto Athenis præſidióque firmatis, Demetrius non ad quietem animum uertit,ſed bella ſemper ex bellis ſerens,aduerſus Lacedæmonios ducto exercitu,cùm prope Mantineam uenisſet,Archidamum regem offendit obuiā uenientem ad arcendum cùm ſuis copiis hoſtem, quem ſubito prælio adortus in fugam uertit, ac nulla interpoſita mora, agrum Laconicum infeſtis ſignis ingreſſus, eouſq; proceſſit,ut prope Spartam poſuerit caſtra. Paulóq; deinceps rurſus cum hoſtibus conſerta manu iterum uictor, quingentis captis, ducentis cæſis,parum abfuit quin urbē caperet munitiſſimam, & ante illud tempus inexpugnabilē habitam. Sed 90

Demetrij dona in Athenienſes.

nemo

nemo meo iudicio regum fuiſſe apparet, quem fortuna pace bellóque maioribus uniquam permutationibus,quàm regem Demetrium agitauerit:etenim ſępe hominem magnis exercitibus,multis uictoriis, ampliſſimo regno ornatum in ſupremam proſperitatem euexit, ſæpe uerſis in contrarium rebus, uictum fugatúmque ex ingenti proſperitate in extremas penè calamitates deiecit. Vnde in illa ingēti permutatione rerum erga fortunam conuerſum illud Aeſchyli protuliſſe aiunt: Tu me extuliſti, tu me iterum fortuna deponis. Ea uerò tempeſtate proſperè ſibi in Peloponneſo ſuccedentibus rebus, ex altera parte nūtiatum eſt urbes quas tenebat in Aſia à Lyſimacho oppugnatas ſeſe tutari non poſſe, & Cyprum niſi confeſtim ſubueniat, in Ptolemæi poteſtatem uenturam, & matrem filiósque Salamine incluſos uehementi obſidione
91 teneri.Sed ueluti mulier illa apud Archilochum, in altera quidem manu aquam ferebat cum dolio,in altera uerò ignem:ſic fortuna cum grauiſſimis caſibus nuper allatis à Lacedæmone Demetriū remouiſſet,rurſus eum in ſpem nouarum ac magnarum rerum ex huiuſmodi cauſa erexit.Defuncto Caſſandro,Philippus maior natu ex filiis ſuis in regno ſuccedens,non multo tempore poſtea & ipſe quoque uita deceſſit: poſt cuius interitum,duobus aliis fratribus qui ſuperſtites erant inter ſe diſſidētibus, cùm alter qui appellabatur Antipater, Theſſalonica matre necata, Alexandrum fratrem ut regno expelleret,hoſtili animo perſequeretur, ipſe è cōtrario ad ſe tutandum opibus alienis accitis,Pyrrhum quidem ex Epiro,Demetrium ex Peloponneſo uocauit.
92 Sed Demetrium aliis negotiis remorantibus,ſuperueniēs Pyrrhus cùm aduerſus Antipatrum auxilium Alexandro tuliſſet,pro mercede opis allatæ magna Macedoniæ parte ſibi aſſumpta,tantùm ſuo regno adiecit,ut iam Alexādro,cui auxilium tulerat, non mediocri formidini eſſet: & ex altera parte magno cum exercitu ueniente Demetrio,antea cùm res exigebant literis illius accito,duplicatus eſt adoleſcentis metus ob authoritatem noménque uiri, quem cùm ob gloriam rerum geſtarum in admiratione gentium eſſe ſciret,in regnum ſuum uenire periculoſum eſſe ducebat.Obuiam igitur ei profectus, ubi ad illum iuxta Dium uenit,comiter ac benignè uirum ſuſcipiens,ampliſſimis uerbis ei gratias egit,quòd omnibus aliis poſtpoſitis rebus,ad tutandum ſuum regnum cum ingenti exercitu acceſſiſſet.Adiecit poſtea, res ſuas ſtabilitatem iam habere, ac omni impedimento remoto,ita tranquillas ac pacatas eſſe,
93 ut non ſit neceſſe ulterius progredi:omnia uirtuti ſuæ ita accepta referre,ac ſi in tempore ſubſidia adfuiſſent,& ſua opera omnes diſcordiæ eſſent ſublatæ.Sed ſtatim poſt hæc nōnulla ſequuta ſunt, quibus occaſio data eſt ut graues ſuſpiciones utrinque orirentur.Demetrium enim ab adoleſcente ad conuiuium inuitatum monuit quidam, ut ab inſidiis quæ ad eum interimendum paratæ erant,caueret.Quibus cognitis,Demetrius ne ullum perturbati animi,aut ſuſpicionis indicium præ ſe ferret,non fugiēdum conuiuium adoleſcentis putauit, ſed in ipſa profectione cùm lento accederet gradu,capta opportunitate duces exercitus monuit, ut omnes copias in armis haberent,& cuſtodes corporis ſui, qui longè plures quàm Alexandri milites erant, iuſſit ut regiam ſecum ingrederentur,propéque conſiſterent, donec è conuiuio aſſurgeret. Hoc cùm Alexandri ſatellites perſpexiſſent, quia numero & uiribus impares erant,
94 non ſunt auſi Demetrium aggredi.At uerò Demetrius aliquam abeundi occaſionem quærens, ſimulata mala corporis ualetudine, ab Alexandro digreditur: & poſtero die,nuntio nouarum rerum quæ magni ponderis erant,ſe uocari aſſerens, neceſſariū ſibi eſſe oſtendit quamprimùm exercitum inde abducere,Peloponneſúmque repetere: Alexandrum rogare, ut ſuæ neceſſitati ignoſcat,operam ſuam polliceri, hortaríque ut ea, quando ſibi expediret, ſine ulla exceptione uteretur. Adoleſcens qui Demetrij aduentum antea formidauerat, & nunc quoque præſentiam illius ſuſpectam habebat, cùm cerneret eum ſua ſponte ex finibus ſuis abire, incredibilem animo lætitiam cepit, atque cum eo pro maiori amoris indicio uſque Theſſaliam eſt profe-

Διὸι πόλις Εὐβοίας. Stephanus, atque Strabo li. 10.

ctus. Postea uerò quàm Larissam uenerũt, rursus alter alterius perniciem quærẽs mutuò sibi dolos insidiásque parabant. Alexander liberè ad Demetrium accedendo, per 95
hunc maximè modum sperabat eum allicere, ut & ipse quoque ad se, omni suspicione omissa, sine custodibus armísque ueniret: quæ quidem opinio prorsus adolescentem fefellit. Etenim ad cœnam inuitatus, cùm eadem liberalitate qua consueuerat accessisset, non potuit Demetrij manus effugere. Nam feruente conuiuio cùm surrexisset Demetrius, pertetrefactus adolescens, simul & ipse assurgens, regis uestigia persequebatur. Vbi ad ostium uentum est, annuit militibus suis Demetrius, qui eo in loco constituti erant, præcepítque ut sequentem uestigia sua confestim necarent. Extemplo Alexander multis uulneribus confossus est, aliíque nonnulli qui ei opem ferebant interfecti: quorum unum dum necaretur dixisse aiunt, Vna nos die præuenit Demetrius. Trepidatum ea nocte, ut par erat, uehementer à Macedonibus est: sequẽ- 96
ti etiam die illi, etsi nihil hostile in se uerti, ut suspicabantur, perspicerent, tamen cernentes potentiam uiri, ad cuius nutum post Alexandri mortem omnia redacta uidebantur, neque suis rebus satis fidebant, neque arbitrio regis, antequam eius mentem atque animum percepissent, se credere permitteréque audebant. Quibus cognitis, Demetrius misit qui confestim eos hortarẽtur, ut omni suspicione depositа, causam earum rerum quæ gestæ erant, audire à Demetrio uellent. Recreati his uerbis Macedones, extemplo omni metu (ut plerunque fit) in beneuolentiam uerso, Demetrium adiuerunt, nec longam illius orationem expectandam rati, eum sine ulla mora cùm salutassent regem, in Macedoniam perduxerunt. Nec dici potest hæc permutatio rerum quàm grata cunctis Macedonibus fuerit. Nam ea quæ olim Cassander in Alexandrum defunctum contra omnia iura diuina humanáque peregerat, & nefandum 97
Antipatri scelus, quod nuper ille in Thessalonicam matrem patrauerat, tanto odio habebantur, ut noui regis apud omnes populos incredibile desiderium parerẽt. Hæc igitur omnia cùm Demetrium gratum atque acceptum cunctis Macedonibus redderent, tum etiam coniunx Phila, & ex ea filius adolescens iam patri in regnum successurus, qui antiqui Antipatri optimi atque sanctissimi uiri memoriam renouabat, Macedonas compellere uidebantur, ut Demetrium quasi hæreditarium ac legitimũ existimarent regem. Dum hæc in Macedonia geruntur, interim ex Salamina nuntiatum Demetrio est, matrem ac filios qui obsidione tenebantur, & liberatos à Ptolemæo fuisse, & amplissimis donis muneribúsque ornatos. Præterea eodem tempore 98
crebri rumores ex Asia afferuntur, qui nuntiabant Stratonicen Demetrij filiam soluto Seleuci matrimonio, Antiocho filio denuò nuptam, ac reginam ab iis qui superiora loca Asiæ incolunt, appellatam. Huius autem noui coniugij hinc orta causa est. Cùm in regno patris Seleuci assiduè adolescens uersaretur Antiochus, fortè Stratonices nouercæ iam unum habentis ex Seleuco filium, uenustate ac pulchritudine captus, puellam cœpit uehementer ardere, & crescente in dies amore, eousque processit, ut die noctúque ingenti perturbatione angeretur. Erat autem durior ex eo adolescentis conditio, quòd intus alebat ægritudinem suam, nec cuiquam communicare audebat, rubore quodam & reuerentia patris Seleuci detentus. In hoc igitur statu 99
constitutus adolescens, cùm se omnino ab hac cupiditate superatum esse perspiceret, nec ullum remedium huic malo reperire posse confideret, magis necessarium, ut sibi uisum est, quàm salutare consilium cepit. Simulans enim se corporis morbo uehementer urgeri, operam dedit ut abstinentia cibi sensim pedetentímque sibi uitam eriperet, & morte uoluntaria se ab ingenti ægritudine, quæ animum eius exederat, uindicaret. At uerò Erasistratus solus inter plerosque medicos, quos Seleucus magnis propositis prẽmiis ad curandum filium undique conuocauerat, percipere potuit hãc, animi ardentis amorẽm, non malè affecti corporis ægritudinem esse. Sed ignarus cuius amore adolescentis animus præcipuè deperiret, ad hoc inueniendum in eo maximum

Antiochus Seleuci filius nouercæ amore captus, inedia sibi mortem parabat.

Erasistratus medicus.

mum studium operámque constituit, ut uultum & eas partes quæ mutari facilè solent, obseruaret Antiochi, cùm adolescentes puellæque formosæ eum uisitatum uenirent. Multis igitur ad eum, ut par erat, quotidie uenientibus, nullum cernebatur 100
mutationis indicium: accedente uerò Stratonice (frequẽter enim ad eum uisendum unà cum Seleuco ueniebat) tanta repentè perturbatio Antiochum occupabat, ut defectum uocis, ruborem uultus, subintuitum oculorum, sudores acutos, motum incredibilem uenæ, cunctáque alia quæ à Sappho de amatoribus referuntur, intueri in adolescente liceret. Statímque post hæc deficiente pedetentim sensu, ingens pallor toto corpore diffundebatur. Hæc obseruans Erasistratus, manifestè deprehendit nullius amore, nisi Stratonices captum esse Antiochum. Itaque primò Seleucum metuens, magis sui, ut æquum erat, quàm adolescentis periculi memor, hanc rem perpetuò tacere decreuerat: deinde secum reputãs quàm ingenti amore Seleucus filium
101 complecteretur Antiochum, quanto nunc dolore die noctéque pro eius salute angeretur, deposito non iniuria metu, uirum adire cõstituit, eúmque arguta calliditate in
» adolescentis desideriũ trahere. Vbi igitur ad illum uenit, Aegritudinis, inquit, ô rex,
» quæ filium tuum ad mortem perducit, cùm causam ingenti cura diligentiáque per-
» quirerem, tandem non ualetudinem malam, aut ullum corporis morbum, ut à ple-
» risque falsò creditum est, sed incredibile amoris incendium causam esse inueni. Ne-
» que me profectò mea opinio fallit. Sed satius fortasse erat, minúsque molestum, uel
» eius causam non esse repertam, uel tibi patri non manifestatam fuisse, cùm nullum
» possit huic malo remedium reperiri. Stupefactus Seleucus, Cur amice, inquit, si huius
» ægritudinis amor causa est, languenti filio opitulari non possimus? ingenium nobis
» an facultates desunt? quænam quæso tanta cupiditas, aut qualis amor adolescentem
102 corripuit, qui omnis deliberandi nobis rationes excludat? At uerò Erasistratus post
» multos sermones utrinque habitos tandem precibus Seleuci fatigatus, Scias, in-
» quit, ô rex meam coniugem esse quam adolescens Antiochus ardet. Tum Seleucus *Seleuci in filiũ Antiochũ mirus amor.*
multis cum lachrymis Erasistratũ complexus obsecrare cœpit, ut per fidem, per amicitiam suam adolescentis saluti iam ad uoluntarium interitum properantis, succurrere uelit. Hunc sibi esse filium ait, in quo esset & status, & regnum, & uitæ suæ spiritus constitutus, in quem omnes populi oculos conuertissent, quo amisso nihil restare
» præter mortem, quod sibi amplius expetendum foret. Hæc (inquit Erasistratus) facilè
» ut pater nobis enarras, uerùm fortè aliter sentias, si Stratonicen tuam amaret Antio-
» chus. Vtinam amice, inquit Seleucus, aut dij, aut homines facultatem darent, ut hunc
103 amorem permutare meo arbitratu possem. Deos enim obtestor, quòd si ea quæ mihi
» charissima sunt, in unum conferrentur, omnia libenter abiicerem pro tuenda unius
» Antiochi uita. Hæc uehementi affectu multísque cum lachrymis dicente Seleuco,
» Erasistratus non amplius cunctandum ratus, apprehensa illius dextera, Nihil est, in-
» quit, ô rex, cur Erasistrato amplius indigeas, nam pater & uir & rex cùm sis, medicus
» optimus tuæ familiæ eris. Non enim coniugem meam, sed Stratonicen tuam filius
» Antiochus ardet. Quibus cognitis, Seleucus uehementer rei nouitate turbatus, Erasistratum rogare cœpit, ut rem omnem seriò enarraret. Postea uerò quàm uoluntariam mortem proposuisse animo filium suum cognouit, & reuerentia patris esse detentum, quò minus causam suæ ægritudinis aperiret, incredibili illius misericordia mo-
104 tus, non deserendum tam egregium adolescentem putauit, sed omnia interitu filij potiora ducens, extemplo populo in concionem uocato, luculentam orationem habuit, qua ostendit se uelle ac iubere, omnium populorum qui superiora loca Asiæ incolunt, Antiochum regem & Stratonicen reginam appellari, & matrimonio simul coniungi. Existimare filium qui cunctis in rebus suo imperio obtemperare solitus sit, ab his nuptiis nõ alienum fore. Sin uerò mulier re inopinata perturbetur, amicos & familiares hortari, ut ei persuadeãt, omnia iusta ac honesta arbitretur, quæ sint

optima regi Seleuco uisa. Celebratæ sunt deinde Stratonices & Antiochi nuptiæ ingenti apparatu, & incredibili magnificentia rerum, festáque ubique in regno Seleuci pro nouo coniugio acta. Sub idem tempus Demetrius post Thessaliam ac Macedoniam occupatam, cùm in Peloponneso plurimas urbes, & in Isthmo Athenas & Megaras obtineret, tamen non quiescens animo aduersus Bœotios exercitum duxit: nec 105
diutius ei laborandum fuit, cùm in primo hostium aduentu perterrefacti Bœotij pacem petierint, qua impetrata, conditionibus molestis acceptis, bellum à finibus suis remouerunt. Sed non multò postea cùm Cleonymus Spartiates comparato exercitu Thebas esset profectus, & Pisidem Thespium uirum potentem, & rerum gestarum gloria clarum in belli societatem traxisset, extemplo elati Bœotij, & spe nouarum rerum allecti, à Demetrio desciuerunt. Hanc defectionem grauiter ferés Demetrius, confestim omni studio enitendum putauit, ut hostes citius, quàm opinarentur, pœnas suæ leuitatis, suæque perfidiæ darent. Itaque celeriter cum omni exercitu, quem in armis habebat, Thebas profectus, primo aduentu urbem obsidione cinxit, paulóque deinde machinis, tormentísque ante frontem castrorum, contráque ea mœnia 106
quæ minus firma ac munita erant locatis, cùm ea expugnare aggrederetur, tam ingentem pauorem Cleonymo Spartiati iniecit, ut confestim relicta urbe fugam arriperet. Hæc ubi Bœotij perceperunt, existimantes Demetrij uires amplius sustineri non posse, legatos ad eum mittunt qui dicerent, se suáque omnia in fidem ac potestatem eius permittere, rogare atque obsecrare, ut suæ clementiæ, qua semper omnes alios superasset, in præsenti fortuna rerum meminisse uelit. Quibus auditis Demetrius ac in deditionem receptis, urbes præsidiis suis firmauit, multísque imperatis exactísque pecuniis, Hieronymum historicum in ea regione præfectum reliquit. Quo quidem in loco Demetrium, cùm erga omnes belli ac defectionis authores, tum precipuè erga Pisidem Thespium, modestissimè usum uictoria tradũt. Nam cùm uiuus 107
in suas manus peruenisset, non modò comiter eum benignéque recepit, sed etiam magnis honoribus prosequutum militiæ ducem in Thespiis collocauit. Nec multò postea quàm hæc in Bœotia gesta sunt, nuntiatum Demetrio est, à Dromichæte regem Lysimachum captum. Hanc ille opportunitatem ad res maximas gerendas non prætermittendam ratus, quanta maximè celeritate potest, infestis signis Thraciam ingreditur. Iámque oppidum quoddam opulẽtum & magnum ad deditionem propè compulerat, cùm uno eodémque tempore ex diuersis locis literæ ad eum ueniunt, certiorem reddentes, Bœotios per discessum eius occasionem nactos iterum defecisse, & regem Lysimachum à Dromichæte dimissum. His nuntiis literísque commotus, cùm aduersus Bœotios uehementius exarsisset, celeriter Græciam repetens, præter spem comperit eos ab Antigono filio prælio superatos, iam suæ defectionis pœnitere. Ex qua quidem uictoria uirtute filij parta, ingentem lætitiam pater suscepit, 108
atque ut reliquum bellum cõficeret, ad obsidendas Thebas exercitum duxit. Eodem tempore Pyrrhus Epirotarum rex Thessaliam inuadens, prædatoria manu populando uastãdóque agros usque Thermopylas uagabatur. Quod ubi resciuit Demetrius, relicto ad obsidionem Antigono, ipse cum exercitu profectus, impetum Pyrrhi confestim repressit, coegítque magna celeritate pedem referre, ac retrò se suúmque exercitum in loca tuta recipere. Compositis deinde in Thessalia rebus, atque ibi mille equitibus, decémque millibus peditum præsidio relictis, ad expugnãdas Thebas iterum rediit, eóque machinam illam memorabilem, quam urbium expugnatorem appellat, adduci iussit: quanquam id haud exiguo tempore fieri posse uideretur, cùm 109
hæc ob ingentem ipsius molem sic trahentes retardaret ac moraretur, ut illi duobus mensibus duo tantùm stadia trahendo conficerent. Bœotij suæ defectionis conscij, hostémque tot iniuriis lacessitum magnopere (ut par erat) formidantes, constanti animo sustinebant bellum: nec Demetrius minore obseruatione in his oppugnandis perseuerabat,

perseuerabat, iræ atque furóri, quo uehementer exarserat, magis indulgens, quàm ullam ex bello utilitatem quærens, cùm detrimentum longè maius quàm lucrum esse uideretur, ob interitum militum, qui iniquis locis oppugnando urbem, frequentes in dies interficiebantur, præcipuè hi qui aliis uirtute præstabant. Quod sanè ubi adolescens animaduertit Antigonus, incredibili eorum militum misericordia motus,
110 ad regem accessit, benignéque affatus, Cur, inquit, pater, hi fortissimi uiri sine ulla utilitate ad manifestam mortem pelluntur? Turbatus Demetrius, Et tu, inquit, cur doles? *an enim mortuis quicquam debes? Ne autem uideretur amicis magna discrimina subeuntibus, sibiipsi parcere, fortiter & ipse quodam die prælio ingressus, dum incautius murum subiit, telo ingenti ab oppidanis demisso percutitur: quo etsi grauiter esset offensus, tamen maiori audacia, quàm unquam antea, suos ad pugnam accendit: atque illo hortante, tanta militum uirtus, & ea præsentia animi fuit, ut uehementiori impetu facto, urbem ingrederentur. Qua quidem occupata, ingens repentè pauor, ut æquum erat, ciuitatem inuasit, expectantibus cunctis ciuium cædem, direptionem urbis, omnia denique fœda quæ uicti à uictoribus iniuria lacessitis per-
111 peti solẽt. Sed Demetrius præter opinionem omnium, tredecim solùm necatis, nonnullis in exilium pulsis, reliquos intactos reliquit. Thebas igitur in decennio bis occupatas ab hostibus tradunt. Erant autem hac tempestate Delphis festa Apollinis Pythij celebranda: sed obsidentibus angustias Aetolis, per quas unum Delphos est iter, Demetrius præter consuetudinem morémque Græcorum, Athenis, ubi maximè patrium deum & authorem generis eorum honorari decebat, ludos, cœtũ, ac omnia ea quæ ad illam celebritatem pertinebant, fieri iussit. Inde in Macedoniam profectus, cùm antea compertum haberet se longè in bello, quàm in pace, melioribus Macedonibus uti, & ipse ad quietem minimè natus uideretur, nullam moram interponendam putauit, quin nouam expeditionem compararet. Itaque extemplo post hæc
112 belli gerẽdi occasionem nactus, aduersus Aetolos exercitum duxit, atque eorũ populatis uastatísque undique agris, cum parte copiarum in ea regione Pantauchum ducem reliquit, ipse cum reliquo exercitu aduersus Pyrrhum, qui cum multæ discordiarum causæ intercedebant, quanta maximè celeritate potest contendit. Nec Pyrrhus ubi hæc audiuit, minori contentione animi studióque pugnãdi obuiam ei ueniebat, cùm fortè accidit ut diuersis itineribus profecti, dum alter alterum quærit, neque cõgredi, neque dimicare acie potuerint. Sed ille quidem ingenti celeritate Epirum usq; progressus, omnem regionem uastando ac populando agros percurrit. Pyrrhus uerò meliori fortuna usus, cùm usque ad ea loca in quibus Pantauchus cum copiis suis confederat, instructo agmine processisset, pugnam conseruit, atque incredibili uir-
113 tute hostibus superatis, cum ingenti gloria uictor euasit. Nam cùm ad singulare certamen à Pantaucho prouocatus in primam aciem processisset, miróque congressu spectantibus cunctis uehementi alacritate dimicasset, uno accepto uulnere, duobus illatis, tandem superato duce cæsis multis, quinque etiam millibus captis, reliquum exercitum in fugam uertit. Hæc pugna feliciter gesta, Pyrrho nõ tantùm odij ac inimicitiæ apud Macedonas, quantùm gloriæ & admirationis apud eos quos uicerat, comparauit, stupentibus cunctis fortitudinem uiri, asserentibúsque eum solum esse regum, qui armis & uirtute magni Alexandri memoriã renouaret: cæteros reges, præsertim Demetriũ, fastu inflatos, satellitibus circũseptos, stipatos scortis, ueluti in scena histriones, incedere, atq; in eo maximã curã operámq; locare, ut luxu atq; pompa
114 cunctos alios superent. Etenim Demetriũ nõ modò diadema gestare, uestibúsque auro contextis & purpura uti, sed auratis quoque calceis pedes ornare solitum tradunt. Quinetiã memorię proditum est, uestem quandã ad similitudinẽ astrorum fieri eius causa cœptam, superbam proculdubio, ac multi laboris multíq; temporis opus. Eam uerò in ipsa permutatione rerum imperfectã aiunt fuisse relictã, neminémq; deinde

* ἢ δηλαιτερον ὀφείλεις τοῖς ἀποθνήσκουσιν.

Demetrij mollis ueſtitus.

Macedoniæ regum (etsi multi postea superbissimi fuerint) ea uti ausum esse. Hæc igitur uehementer Macedonas perturbabant: uerùm multò magis illa, difficiles aditus, superba responsa, intolerabilis fastus, quibus supra modum excessisse Demetriũ tradunt. Nam inter alia quæ de illo referuntur, legati Athenienſium qui omnes Græciæ populos gratia apud Demetrium anteibant, duos annos frustra terendo tempus sequuti sunt uestigia regis, & diuturna mora fatigati integris rebus domum redierunt. Cùm uerò aliquando à Lacedæmoniis unus tantùm orator ad eum uenisset, putans se 115
Demetrius tam inopi legatione contemni, grauiter aduersus eos exarsit, atque ad illum conuersus, Vnum te, inquit, Lacedæmonij miserunt legatum? Tum ille urbanè quidem & Laconicè inquit, Ita ô rex, ad unum. Quodam etiam tempore cùm palàm edixisset, omnes qui eum adirent, se benignè auditurum: confluentibus multis, petitionésque suppliciter scriptas ad eum ferentibus, primùm liberaliter eas omnes recepit, in chlamydéque reposuit: profectus deinde cum frequenti hominum copia, qui ingenti desiderio responsa suis petitionibus expectabant, ubi ad pontem Axij uenit, aperiens chlamydem, eas omnes spectantibus cunctis proiecit in fluuium. Quo quidem incredibile dictu est quàm grauiter offensi omnium Macedonum animi sint, existimantium hæc non magnanimi regis aut optimi gubernatoris officia, sed deridentis contemnentísque indicia esse. Atque hæc longè grauiora Macedonibus uide- 116
bantur, quòd à maioribus suis acceperant, quanta olim facilitate ac mansuetudine rex Philippus erga omnes qui eum adibant, uti solitus esset. Eodem insuper tempore quadam anicula rogante Demetrium ut se audiret, & respondente eo sibi otium nó esse, tum anus alta uoce ad illum conuersa, Ne etiam regas, inquit. Hæc uerba reuoluta animo ac mente sæpius repetita hominem compulerunt, ut omnibus postpositis rebus, benignum se cunctis accedentibus facilémque præberet, atque initio ab anicula sumpto, multos dies audiendo respondendóque cõsumeret. Et proculdubio ni- *Regis officiũ.*
hil tam egregium, támque proprium regis esse uidetur, quàm iustitiæ opus: Mars enim, ut Timotheus inquit, tyrannus est, lex autem omnium rex, iuxta Pindari poetæ 117
sententiam. Atque reges, ut inquit Homerus, non expugnatrices urbium machinas, æratásque naues, sed iustitiam à Ioue sumptam exercere custodiréque decet. Et discipulum optimum Iouis, non ferociſſimum aut immanem, sed iustissimum regem uocauit. At Demetrius eo titulo uehementer gaudebat, qui erat longè à regis deorum conditionibus alienus: Iupiter enim ciuitatum seruator & custos, hic autem urbium expugnator est dictus. Ita fit ut turpitudo sæpe in regnum honestatis ingrediens, opinione uulgi, & stultorum hominum ignorantia freta, aditus sibi ad honorem & gloriam patefaciat. Sed non multò post hæc cùm satis constanti fama diuulgatum esset, Demetrium degentem Pellæ grauiter ægrotare, Pyrrhus hoc sibi opportunè accidisse arbitratus, tumultuario exercitu Macedoniam inuadit, ac nemine obuiam prodeun- 118
te, totam regionem usque Edessam populando ac uastando agros percurrit. Iámque Demetrij statum in summum discrimen coniecerat, cùm ille ægritudine alleuatus, per duces ac familiares copiis contractis, impetum eius confestim repressit, coegítque hominem ferocem atque impigrum Macedoniæ hostem, citato gradu ex finibus suis fugam arripere, paulóque deinceps cum eo pacem firmauit, ne maioribus rebus quas animo agitabat, moram impedimentúmq; hostis finitimus ac uir bellicosus afferret. Tempus enim iam adesse censebat, in quo paternum regnum non multò 119
antè amissum, recuperare cum ingenti gloria posset: atque hæc una solicitudo supra omnes alias Demetrij curas animum uiri angebat. Itaque ad hanc rem aggrediendam, quæ ingens & ardua uidebatur, toto animo & mente conuersus, breui tempore paulò minus, quàm centum millibus peditum, decem millibus equitum congregatis, classem deinde quingentarum nauium ex uariis locis incredibili studio atque industria comparat. Nam cùm diligenter curasset ut nonnullæ carinæ in Piræo, quæ-

dam in

dam in Aegypto, pleræque in Chalcide, aliæ prope Pellam conficerentur, deinde ad singulá hæc loca profectus, quonam pacto hæ fabricandæ essent ostendit, & sua opera interposita ingenti celeritate effecit, ut illæ omnino integræ & omnibus armamentis instructæ paratæque ad bellum essent. Sed mirabantur omnes nõ solùm multitudinem, sed etiam magnitudinem eorum operum, quæ inusitata mole longè aliorum consuetudinem excedebant. Nemo enim reperiebatur, qui sexdecim remem aut quindecim remem ante illud tempus uidisset. Verùm postea Ptolemæus Philopater *Nauis confecta à Ptolemæo ingentis magnitudinis.*
dictus, unam quadragintaremem fieri iussit, quæ proculdubio omnes alias naues quæ uisæ antea fuerant, mole ac magnitudine sua longo interuallo superabat, cùm 120
in longitudinem ducentorum & octoginta, in altitudinem ab imo usque ad transtra duodequinquaginta cubitorum patêret. Remigum quibus illa utebatur, ad quatuor millia, nautæ uerò quadringenti erant: & præter hos paulò minus quàm tria millia armatorum, qui foros & tabulata implebant, in eadem collocabantur. Sed hæc cùm à machinis, quæ penè immobiles sunt, parum differret, non tam ad usum, quàm ad ostentationem & admirationem gentium commouendam fabricata uidebatur. Demetrij autem naues non modò magnitudine & arte mirabiles, sed etiam ad certamen & usum hominum aptæ atque habiles erant. Tantis igitur copiis aduersus Asiam comparatis, quantas post Alexandrũ nemo habuit, conterriti undique reges, *Coniuratio in Demetrium.*
Seleucus, Ptolemæus, atque Lysimachus, societatem ineunt, simúlque conspirant ad 121
oppugnandum communi consilio Demetrium. Deinde legatos ad Pyrrhum mittũt, qui eum hortentur ut Macedoniam inuadat, nec firma ea esse fœdera putet, quæ Demetrius non quietis gratia cum eo fecerat, sed ut eo sub specie pacis seruato, interim aduersus alios reges liberius bellum gerat, quibus debellatis se nequaquam intactum fore: hoc per omnes fines ueluti continens incendium peruasurum: non expectanda commodiora tempora, sed aduersus grauissimum hostem, qui animo omnẽ Asiam, Europámque concipiat, communi consensu decertandum esse. His rationibus persuaso Pyrrho, cùm omnes hi reges administratione belli conuenissent, extemplo aduersus Demetrium, quem adhuc nonnulla negotia circa apparatus belli detinebant, graue undique bellum exarsit. Nam eodem tempore magna classe Græciam Ptolemæus inuadit, & Macedoniam Lysimachus atque Pyrrhus, alter ex Thra-
122 cia, alter ex finibus propinquis aggrediuntur. Hoc ut Demetrio renuntiatum est, cõfestim filio ad præsidium Græciæ relicto, ipse ad tutandam Macedoniam conuersus, primùm ad ea loca exercitum ducit, ubi Lysimachum esse perceperat. Quò cùm uenisset, extemplo crebri nuntij literæque ad eum mittuntur, certiorem reddentes urbem Berrhœam ingenti celeritate à Pyrrho captam, & omnem regionem populationibus incendiísque uastatam. Hæc ubi inter Macedonas permanarunt, ingens repetè motus & incredibilis perturbatio exercitum omnẽ inuasit, atque ubique querelæ audiebantur, aut gemitus, aut contumeliæ in Demetrium iactæ. Itaque frequentes ad eum ueniebant, rogantes ut sibi domum ad tutandos patrios lares abire liceret. Sed hæc uerbis simulantes, reuera ad Lysimachum migrare uolebant. Quod sanè cùm non latuisset Demetrium, optimum ratus exercitum à Lysimacho procul habe-
123 re, quem Macedonibus ob nobilitatem generis gratum, & multis ob Alexandrum familiarem esse sciebat, aduersus Pyrrhum ueluti aduenam & peregrinum in Macedonia regem, arma conuertit. Sed hoc consilium (ut postea re ipsa & experientia patuit) longè fefellit opinionem Demetrij. Nam cùm prope ea loca ubi hostes cum copiis suis consedérant posuisset castra, multi ex Berrhœa in eius exercitum uenientes, Pyrrhum ampliſſimis laudibus extollebant, uirúmque esse in rebus gerendis præclarum, bello inuictum, liberalem in suos, humanum erga eos quos prælio uicerat, prædicabant. Addebant præterea, maiores suos semper eos existimasse reges, qui armis in bello, & mansuetudine in regendis populis egregiè uterentur: quibus Pyrrhum

omnes alios ſuperare dicebant, aſſerebántque tempus ueniſſe in quo graui Demetrij dominatu liberati poſſint, & ad uirum benignum trãſire, & ſuorum militum ſtudioſum ducem. His ſermonibus accenſis militum animis, pauci primùm occultè, deinde manifeſtè uniuerſus exercitus tumultuari cœpit, nec iam quiſquam erat qui aut in agmine, aut in caſtris ullo imperio cõtineri poſſet. Demum auſi ſunt nonnulli ad Demetrium accedere, atque ei dicere ut ſalutem adipiſceretur fuga, Macedonas pugnãtes pro deliciis ſuis iam fatigatos, ulterius eius imperium ſuſtinere nõ poſſe. Hæc uerba uiſa Demetrio modeſtiſſima ſunt, non ignoranti ea quæ ſe abſente uehementi indignatione per omnem exercitum ferebantur. Itaque acerbiorem motum non expectandum ratus, ad tentorium proficiſcitur, ibíque regia ueſte depoſita, & fuſca ueluti hiſtrionis cuiuſdam chlamyde ſumpta, cum paucis fugam arripuit, extemplóque poſt hæc multis ad illius tentorium confluentibus, atque inter ſe de præda certantibus, ſuperueniens Pyrrhus cunctos una uoce diſſipauit, atque à reliquis militibus benignè acceptus, facilè eſt caſtris & exercitu omni potitus. Sed adueniente poſtea Lyſimacho, ambo regnum Macedoniæ, quæ ſeptem firmiter annis ſub Demetrij dominatu permanſerat, inter ſe partiuntur. Cùm uerò in Caſſandram urbem confugiſſet Demetrius, uxor Phyla ingenti mœrore confecta adduci non potuit, ut uirum ſpoliatum regno, hominem fugitiuum & miſerrimum omnium regum, oculis ſuis aſpiceret: ſed fortunam illius in aduerſis omnibus ſtabiliorem, quàm in ſecundis eſſe cernens, & uitam ſuam iam odio habẽs, deſperatis omnibus rebus ueneno ſibi mortem conſciuit. At Demetrius ſine ulla mora in Græciam profectus, nauibus quæ ex naufragio ſupererant collectis, & reliquiis militum congregatis, rurſus ad apparatũ belli mentem conuertit. Atque ut apud Sophoclem Menelaus ſortem ſuam deplorat: Voluitur aſſidua mea fortuna rota, atque ſtatim permutat ueluti luna faciem, quæ duabus noctibus nunquã retinet unã eandémque formã: ſed primùm nouam induta figuram ex occulto parumper emergit, deinde pedetẽtim creſcit, donec plena atque integra facta rurſus ad interitum properat: ſic dici de Demetrio poteſt, cuius in omni uita tam uaria fortuna fuit, ut poſſit crebris cum permutationibus lunæ non immeritò comparari. Cùm uerò poſt Macedonicam cladem regiis inſignibus abiectis, ueluti priuatus homo per urbem incederet, quidam eum Thebis conſpicatus, illud Euripidis in medium protulit: Forma diuina in formam uerſa mortalem, nunc ad Circeos fontes Iſmenúmque fluuium uenit. Sed non multò poſtea aſpirante iterum fortuna Demetrio, atque potentia illius, quæ penè uidebatur extincta, pedetẽtim in priſtinum gradum unde deciderat redeunte, conſtituens ipſe ſibi ſingulari quodam officio Thebanos obſtringere, eis patrias leges & antiquam libertatem reſtituit. Atque eodem tempore nuntiatum eſt ei, Athenienſes Diphilo præſide, qui ſeruatorum dicebatur antiſtes, ſublato, atque alio more patrio in eius locum ſuffecto, omnino à ſuo imperio defeciſſe, eósque deinde cùm cernerent maiores uires quàm ſperauerant, recuperaſſe Demetrium, metu conterritos à Macedonia Pyrrhum uocare, ut patrocinium urbis defenſionémque ſuſcipiat. Iráque uehementi aduerſus illos, quos toties deſciuiſſe à ſua fide cernebat, incenſus Demetrius, extemplo collecta claſſe ad obſidendas Athenas cum omnibus copiis proficiſcitur, parúmque ibi moratus, cùm eas uehementer urgeret, Crates philoſophus uir clarus & potens ab Athenienſibus miſſus orator, multis rationibus ei perſuaſit ut obſidionem ſolueret, & maiora utiliorá-que ſuſciperet. Demetrius qui alia quædam animo agitabat, precibus Athenienſium exoratus urbem dimiſit, celeritérque omni claſſe atque multitudine, quæ undecim millia hominum excedebat, equitatus peditatúsque coacta, in Aſiam nauigauit, ea mente ut Cariam atque Lydiam ab Lyſimachi dominatu auerteret. Sed cùm prope Miletum ueniſſet, Eurydicen ſororem Phylæ ibi offendit* Ptolemæidem ducentem ſecum, quam ſibi antea per Seleucum Ptolemæus deſponderat. Hanc concedẽte Eurydice

Demetrij fuga.

Aſpirat iterũ fortuna Demetrio.

**Πτολεμαΐδα.*

rydice uxorem ducit, nuptiísque cõfectis celeriter ad oppugnándas hoſtium urbes profectus, nonnullas primo impetu cepit, multæ deinde ſine ullo certamine tradebantur. Occupatis autem Sardibus, fuerunt complures Lyſimachi milites qui pecuniis armísque arreptis ad Demetrium perfugerunt. Sed non multò poſtea cùm audiſſet Agathoclem Lyſimachi filium cum magnis copiis appropinquare, in Phrygiam diuertit, ratus ſi occupare Armeniam poſſet, ſe Mediam perturbaturum, atque euenire facilè poſſe, ut omnia illa ſuperioris Aſiæ loca ad deditionem compelleret. Proficiſcentem igitur per apertos campos, & regiones quæ exitus latos habebant quærẽtem, Agathocles cum omni exercitu ſequebatur: pugnatúmque nonnunquam abutriſque eſt, ſempérque Demetrius uictor euaſit. Verùm eo tempore permulta incõmoda uirum urgebant, impediebántque ne ad finem antea animo deſtinatum conſilia ſua cogitationésque perduceret. Nam commeatu pabulóque deficiente, ingens repentè fames & omnium rerum penuria exercitum omnem inuaſit. Simul & militibus ſuſpicio erat, ne tantis incommodis fatigati, etiam in Armeniam atque Mediã ducerentur. Acceſſit ad hęc, quòd in trãſitu Lyci magna hominum copia errore uadi decepta, fluctibus abſumpta eſt. Quæ omnia milites in tantam iram deſperationémque coniecerant, ut neque in acie, neque in caſtris ullo imperio contineri poſſent, quinetiam à contumelia & iurgio aduerſus Demetrium non abſtinerent. Repertum quoque ante tentorium eius principium Oedipodis eſt paulò immutatum, atque his uerbis inſcriptum: Fili chari ſenis Antigoni, ad quas ducimur regiones? Tandem fame peſtilentiáque indies magis creſcente, Demetrius optimum ratus tempori cedere, ac neceſſitati parẽre, amiſſis octo hominum millibus reliquum exercitum Tharſum perduxit. Sed cùm à direptione regionis illius, quæ Seleuci ſeruiebat imperio coercere ſuos milites uellet, ne potẽtiſſimũ regem alieniſſimo tempore iniuriis prouocaret, & ex altera parte omnium rerum urgente penuria, etiam neceſſaria ſibi exercituíque ſuo deeſſent, & Tauri tranſitus Agathoclis præſidiis tenerentur, anguſtiis undique ſeptus ad Seleucum tandem confugit, eíque miſerãdam epiſtolam ſcripſit, qua ingentes calamitates ſuas & miſeram omnium rerum fortunam deplorabat. Denique eum ſuppliciter precabatur, ut miſereri uellet familiaris uiri & ſumma ſecum affinitate coniuncti, aſſerens iam ſe ea eſſe perpeſſum, quæ etiam acerbiſſimos hoſtes ad miſericordiam commouerent. His acceptis literis Seleucus, & præſtantiſſimi uiri miſericordia motus, eius regionis præfectis confeſtim iuſſit, ut Demetrio ea quæ regi congrua eſſent, pararent, & militibus commeatum abundè copioſéque præberẽt. Verùm extemplò poſt hæc quidam Procles uir prudẽs ac in primis familiaris Seleuco, multis ſuſpicionibus uirum referſit, faciléque eius mentem atque animum permutauit. Non enim nutriendos milites Demetrij inquit, neque bellicoſiſsimo duci occaſionem præbendam ut diutius in ea regione moraretur. Virum enim turbulentum, qui ſemper magnarum ac nouarum rerum author extiterit, minimè negligendum eſſe, præſertim in hac fortuna conſtitutum, quæ etiam uiros imbelles ad audendum, ac inferendam quacunque ratione iniuriam concitare ſæpenumero ſolebat. His rationibus commotus Seleucus, ſtatim exercitum parat, atque ingenti celeritate in Ciliciam uenit. Stupefactus Demetrius tam celeri permutatione Seleuci, & repentino eius aduentu conterritus, ad tutiſsima Tauri loca ſe exercitúmque ſuum recepit, confeſtímque legatos ad eum miſit, qui uirum rogarent, ut aliquẽ barbarorum principatum carentem rege, ſibi per eum cõſequi liceat, in quo fugæ ac exilio fine impoſito, reliquam uitam mediocriter ducere poſsit. Huic rei ſi aſſentiri nolit, ſaltem aliqua loca concedat, in quibus exercitus ſuus hybernare poſsit, eúmque pabulo & cõmeatibus iuuet, néue patiatur familiarem uirum contra decus ſuum miſerum atque inopem in hoſtium poteſtatem uenire. Ad hæc Seleucus, cùm multis ſuſpicionibus laboraret, ſe Demetrium permiſſurum reſpondit, duos menſes in Cataonia cum ex-

ercitu omni hyemare, si nonnullos qui sunt apud illum in amicitia primi, obsides sibi concesserit: simúlque interim exitú in Syriam illi præcludit. Demetrius igitur desperatis omnibus rebus, cùm cerneret se ueluti feram quandam circundatam undiq; 134
septis, à Seleuci præsidiis contineri, iámque diffideret ullis precibus exorari hominẽ posse, extemplò lenitate in rabiem uersa, aduersus Seleucum bellum suscepit, atque populatis undique agris, excursionibúsque multis peractis, cùm prope hostium exercitum posuisset castra, leuia indies propter propinquitatem castrorum serebantur
Seleucus à Demetrio superatus. prælia, & fermè omnia Demetrio secunda erant. Tandémque cùm iusta acie signísque collatis acriter decertassent, Demetrius quadrigis falcatis permultis euersis, ingéti alacritate reliquum exercitum in fugam uertit, atque nulla interposita mora ad eos profectus, qui exitus Syriæ iussu Seleuci obsidebãt, confestim omnia illa præsidia expulit, fugauitque. Hac uictoria Demetrius & milites eius sublati, quotidie ad pugnam Seleucum prouocabant, cùm ille è cõtrario remissis ad Lysimachum auxiliis, 135
quibus parum fidebat, cum reliquis copiis maximis certaminibus cõgredi cum Demetrio non auderet, fortunam illius metuens, quę semper de extremis calamitatibus in summum prosperitatis fastigium efferre hominem consueuerat. Sed hunc pristinas uires iam recuperare incipientem, extemplo grauis ægritudo corripuit, quæ ingenti celeritate omnia sua consilia cogitationésq; peruertit. Milites enim qui uictoria illa ad spem magnarum rerum mentem erexerant, repentè uisa ægritudine ducis fracti animo, alij fugam arripiebant, alij ad hostes discedebant, plerique incertis itineribus aberrãtes periere. Vix post quadragesimum diem recuperata ualetudine Demetrius, ac reliquis militibus qui sibi supererant collectis, magno impetu Ciliciam inuadit, eámq; latè depopulatus usque ad illa loca progreditur, unde suæ copiæ cerni ab hostibus possent: deinde propinqua nocte magno silentio castra mouit, ac in- 136
genti celeritate superato Amano, omnem eam regionem usque Cyrrhisticam populando percurrit. Nec multò postea Seleucus eius uestigia subsequutus, prope illum cum copiis suis consedit. Quod sanè opportunè sibi accidisse arbitratus Demetrius, nocte insequenti ad aggrediendum Seleucum dormientem, hostiúmque aduentum minimè eo tempore expectantem, cum expeditis copiis proficiscitur. Iámque instructæ acies prope eius castra peruenerant, cùm nonnulli celeritate ad Seleucum properarunt, nuntiantes cum armato exercitu adesse Demetrium. Quo nuntio stupefactus conterritúsque Seleucus, raptim ueste & calciamentis assumptis ad arma cõclamat, tubas canere iubet, amicos ac duces hortatur ut confestim accedant, ad ferociſsimæ belluæ impetum reprimendum. At uerò Demetrius, posteaquam ex tumultu hostiũ 137
suas insidias detectas sensit, non ulterius progrediendum ratus, extemplo exercitum suum in castra reduxit. Nec multò postea ad ea loca ubi consederat, infestis signis ueniente Seleuco rursus partem copiarum ei obuiam misit. Iámque alterum hostium cornu in fugã propè conuerterat, cùm Seleucus cernens quanto in periculo res suæ essent, confestim dimisso equo, galea depositа, peltáque recepta, in primã aciem processit, atque omnibus se ostendẽs, magna uoce milites hortabatur, ut uno cõsensu ad pugnã redirẽt. Diutius se certamine abstinuisse aiebat, ut illis qui sibi chariſsimi erãt, non ut hosti Demetrio parceret. Milites his adhortationibus & præsentia regis commoti, incredibili alacritate ad prælium reuertuntur, quorũ impetũ ueluti procellã quãdam & extremam calamitatem in se uenientem cùm sustinere nõ posset Demetrius, clàm arrepta fuga citato gradu ad Amanidas portas peruenit. Atq; inde cùm paucis 138
amicorũ qui sua uestigia sequebãtur, syluã propinquam ingressus, noctẽ expectabat, ea mente & animo, ut ad Caunũ se conferret, ibíq; suam classem, quam eo in loco inuenire arbitrabatur, cum familiaribus suis conscẽderet. Sed in ipso itinere deficiente uiatico, & iam necessitate urgẽte ad alia consilia mentẽ conuerterat, cùm Sosigenes familiaris suus ad eum uenit, quadringẽtos aureos numos, quos sub cingulo habebat secum

secum ferens, quibus usque ad mare perduci posse sperabant. Verùm cùm ad ea loca quibus è sylua egrediendum erat, peruenissent, procul per noctẽ ignem hostiũ conspicati, extemplo mutato consilio, per idem iter ad eum locum unde digressi erant, reuertuntur: quanquam fuerunt nonnulli qui relicto Demetrio fugam arripuere, re-
139 liqui uerò qui cum eo permanserant, ægrè eius uestigia sequebantur. Quidã etiam ex his sibi dicere ausus est, oportere eum necessitate cogente, iam corpus suum potestati Seleuci arbitrióque permittere. Quo ille adeò grauiter exarsit, ut ensem è uagina ad se interimendũ exereret: sed amici uirum orare hortaríq; cœperunt, ut de communi salute uno consensu agitare uellet. Demũ igitur amicorum consilio ac multis rationibus persuasus Demetrius, quosdã ad Seleucum mittit qui ei diceret, se paratum & uitam suam, & quicquid sibi reliqui fortuna fecerat, liberalitati eius fideiq; permittere. Hoc læto ac iucundo nuntio accepto, Seleucũ dixisse aiunt: Non tam Demetrij, quàm Seleuci fortuna saluũ esse Demetriũ, quæ præter multa egregia atque præclara munera, quæ sibi concesserat, nunc quod ad felicitatem suã magnopere pertinere arbitretur, facultatem dederit, ut erga uirũ familiarem & affinem, ac rerũ gestarũ glo-
140 ria clarum, humanitatem liberalitatémq; suam declarare possit. Post hæc regiũ tentorium, & omnia alia quæ ad suscipiendũ egregium hospitẽ pertinebant, parari ingenti ornatu atque magnificentia iussit. Erat autem in regia sua Apollonides quidã, qui iam diu familiaritate Demetrij & cõsuetudine utebatur: hũc ad se uocatũ ire ad Demetrium iubet, eúmq; suo nomine rogare atque hortari, ut ad uirum affinem & amicissimum sibi hominẽ constanter liberalitérque accedat. Patefacto animo regis & eius sententia diuulgata, pauci primò, multi deinde obuiã illi proficiscũtur, incredibili studio inter se certantes, ut alter alterũ præueniret. Sperabant enim præstantissimũ uirum & rerum gestarũ gloria clarũ, quam primùm summã authoritatem apud Seleucum habiturũ. Sed ut plerunque fit, misericordia in maleuolentiam uersa, nonnulli inuidi scelestíq; occasionem nacti ad liberalitatẽ regiam peruertendã, aures illius multis suspicionibus repleuere, non permittendũ esse dicentes, ducẽ præclarũ & magnæ authoritatis uirum in exercitus sui conspectũ uenire, timẽdúmq; esse ne præ-
141 sentia eius aliquis repentinus motus oriretur. Interim cùm Apollonides aliíq; permulti ad Demetriũ peruenissent, benignos sermones de humanitate Seleuci afferentes, ingens repentè congratulatio utrinque est facta, & præsertim ab ipso Demetrio, qui etsi antea deditionẽ suam turpẽ miserámq; putabat, tamẽ ob ea quæ familiares sui de benignitate Seleuci referebant, mutata sententia ad illũ fidenti animo tãquam ad amicissimum regẽ proficiscebatur. Verùm inter hæc Pausanias cum equitibus peditibúsq; mille obuiã Demetrio missus, ubi ad illũ uenit, extemplo nil tale suspicantem suis militibus circundedit, atque omnibus aliis qui eum sequebãtur dimissis, nõ ad Seleucum, ut sibi antea persuasum fuerat, sed in Cherronesum Syricam perduxit, ibíq; firmis custodiis præsidiisq; adhibitis eum reliquit. Hoc igitur in loco relegato Demetrio, & angustis finibus circunsepto, omnia quæ ad uitã splendidam & cultum
142 regium pertinebãt, iussu Seleuci parabantur. Nã & regales ædes & amœnas porticus ac pomœria, & uiuaria omnis generis feris referta ei abundè erãt: amicis & familiaribus suo arbitratu utebatur, qui cùm crebrò ad eum uisendũ accederẽt, semper modestos sermones à Seleuco afferebant, quibus uirũ hortabantur bono ut animo esset, omniáq; de salute sua & Seleuci liberalitate speraret, se compertum habere dicentes, Antiochi & Stratonices aduentũ à Seleuco expectari, quorũ gratia liberam ei abeũdi quocunque uelit, quãprimùm potestatẽ fore. In hac misera fortuna cõstitutus Demetrius, desperatis iam omnibus rebus, ab Antigonũ filium, & eos qui Corinthũ Athenásq; regebãt, nuntios misit qui suo nomine eos monerẽt, ne deinceps signo & literis suis fidẽ præstarent, sed se ueluti defunctũ arbitrarentur, denique Antigono filio,
143 quoad per eos fieri posset, pro antiqua beneuolentia regnũ statúmq; seruarent. Anti-

gonus hoc acerbiſſimo nuntio accepto, uehementer grauitérque ingemuit, atque lugubri ueſte aſſumpta, confeſtim in omnes partes literas miſit, quibus reges & principes obſecrabat, ut pro ſalute patris Demetrij apud Seleucũ intercederent. Ipſum autem Seleucũ multis precibus rogatum miſit, ut quicquid ſibi reliqui fortuna fecerat, pro uadimonio patris accipiat, ſe etiã ſi uellet obſidem pro Demetrio ſumat: demũ ut humanitatis manſuetudinísq; ſuæ, qua ſemper omnes alios ſuperaſſet, erga uirum familiarẽ & affinem memoriã ſeruet. Poſt hæc urbes ac principes idem à Seleuco petunt, præter unũ Lyſimachum, qui tam fuit immemor humanitatis, ut cæteris regibus pro ſalute Demetrij deprecãtibus ſolus extiterit qui magnã uim pecuniarũ pollicitus Seleuco ſit, ſi Demetriũ quamprimùm de medio tolleret. Cuius deſiderio non 144
modò non aſſenſit Seleucus, ſed uiri improbitatẽ, ueluti inhumanam & barbarã deteſtatus, pecunias illius poſtulatáq; neglexit. Cùm autẽ propoſuiſſet animo, ſub Antiochi & Stratonices aduentũ Demetrium reſeruare, ut hi eſſent qui de eo dimittẽdo ſuo arbitratu decernerent, & ingentẽ pro ſingulari officio gratiã reportarẽt, interim tamen differendo tardandóq; res longius, quàm opus erat producebatur. At Demetrius ut antea calamitatẽ in ſe uenientem cùm euitare non potuiſſet, modicè tolerauerat: ſic præſentis fortunæ acerbitatẽ conſtanti animo ſuſtinere uidebatur, atque in principio aduẽtus ſui, currendo, uenãdo, & alio quocunq; labore corpus exercendo, tempus terebat: paulò uerò deinde ſtudio in contrarium uerſo, in otio atque deſidia ætatem agens, cõuiuia, potus, ludos, omnia denique delectamẽta, quæ eſſent à labore corporis aliena, incredibili cupiditate perſequebatur, ſiue quia lãguores curásq; moleſtas, quæ animũ eius exederant, huiuſmodi uoluptatibus depellere poſſe ſperaret, 145
ſiue quia eam uitã, quam iam diu expetiuiſſet, ſe nunc ingẽti facilitate arbitraretur adeptũ, quaſi antea errore quodã & inani gloria ductus, multos labores & pericula ſuſcepiſſet, exercitus maximos cõparaſſet, omnes terras, omnia maria commouiſſet, ut eam tranquillitatẽ & uitã deliciis uoluptatibúsq; refertã, quæ ſibi nunc præter ſpem oblata eſſet, conſequeretur. Sed hi ſunt bellorũ fines, quos flagitioſi reges incredibili ſtudio expetunt, magnis laboribus perſequuntur, atque in eis ſummũ humanæ uitæ bonum cõſtitutum putant. Meo autẽ iudicio non modò in hoc ab opinione ſua falluntur, quòd turpes uoluptates loco uirtutũ honeſtatísq; ſectantur, ſed etiã in eo uehementer aberrant, quòd dum uitã iucundam ſe perſequi putant, ea quæritant, quæ longè ſunt à ueris uoluptatibus aliena. Demetrius igitur triennio in Cherroneſo de- 145
tentus, cùm ex otio potúq; & deliciarũ abundantia in ægritudinem incidiſſet, tandẽ
ſuperante ualetudinẽ morbo, poſt quartum & quinquageſimũ ætatis annum è uita migrauit. Cuius interitu ubique gentiũ diuulgato, cùm omnes inhumanitatẽ Seleuci accuſarent, ferũt & ipſum uehementer ſecũ fuiſſe queſtũ, quòd in maiori ſuſpicione quàm decuit, familiarẽ & affinem uirũ habuiſſet, imitatatúsq; minimè eſſet Thracem & barbarum Dromichætem, qui paulò antea Lyſimachũ captum tanta cum liberalitate dimiſerat. Verùm ea quæ circa Demetrij funus celebrata ſunt, tragicã quãdam diſpoſitionem theatróq; dignã habere uidentur. Filius enim Antigonus audita illius morte, nullã moram interponendã putauit, quin cũctis nauibus in Syriam nauigaret: ſed cùm propè inſulas perueniſſet, quoſdam offendit qui Demetrij cineres ad
eum perferrent. Hos igitur acceptos, & aurata urna incluſos, in puppi regiæ nauis in 147
qua ipſe degebat, collocari iuſſit. Poſt hæc uerſus Corinthũ cum omni claſſe repetẽte Antigono, ciuitates quibus illi appropinquabãt, aliæ coronas quas urnæ imponerẽt, aliæ homines qui lugubri ueſte funus honeſtarent, certatim mittebãt. Ferebatur itaq; urna in magna eminens puppi, regia purpura diadematéq; ornata, atque haſtatis iuuenibus circunſepta, qui fulgentes undique armis defuncti imperatoris memoriã renouabant. Aderat ibi præterea Xenophantus elegãtiſſimus modulator, qui incredibili ſuauitate ſacrũ canebat carmen, & ipſi remiges tanta cum aptitudine fluctus cie-
bant,

Antigoni pietas in Demetriũ patrem.

Demetrij obitus.

bant, ut remorum pulſu Xenophãti carminibus reſponderent, flebilémq; concẽtum
148 efficerẽt magna cum ſonoritate coniunctũ. Cùm uerò prope Corinthũ continẽti applicuiſſent, multitudo quæ ad ea littora frequens conuenerat, ubi Antigonũ humilẽ, abiectum, lachrymíſq; refertum cõſpexit, ingenti adoleſcentis miſericordia mota, ululatũ gemitũmq; incredibilem edidit. Vrna deinde cum omnibus ornamẽtis Demetriadẽ delata eſt, quam quidẽ urbem à Demetrio cognominatã, populi ex paruis circa Iolchũ oppidis profecti, ueluti propriã ſedem habitarunt. Reliquit autẽ Demetrius egregiã ſobolem, ex Phyla quidem Stratonicen atque Antigonũ, ex Deidamia uerò Alexãdrum, qui in Aegypto ætatẽ duxit. Duos inſuper Demetrios, alterũ quem Subtilẽ uocarũt, ex Illyride muliere: alterũ ex Ptolemæide, qui poſtea Cyrenæ regnauit. Sunt etiam qui Corrhabũ eius filium ex Eurydice fuiſſe tradunt. Regum autẽ genus qui deinceps Macedoniæ imperitarunt, per ſucceſſionem illius uſque ad regem Perſeum uenit, quo debellato Romani Macedoniam ſubegere. Sed peracta Macedonica ſcena, tempus eſſe uidetur ut ex altera parte Romanam introducamus.

Antonius.

LEONARDO ARETINO INTERPRETE.

1 ANTONIO auus fuit Antonius orator, quẽ Syllanas partes ſequutum C. Marius necauit. Pater uerò eius, quem cognomento Criticum Antonium uocabant, quanquã non pari ſplendore authoritatéq; in repub. fuerit, perhumanus tamen habitus eſt, in primíſq; liberalis: quod quidẽ intelligere licet, uel hoc uno illius hominis facto. Erãt ei haud amplæ facultates, ob eámq; rem ab uxore prohibebatur, quo minus liberalitate ſuo more uteretur. Quodã itaq; tempore cùm quidam ex familiaribus pecuniã ab eo rogaret, ísq; negare neſciret, pecuniã autem nullã haberet, puero mandauit ut argenteum ſcyphum ad ſe deferret cum aqua, quo facto cœpit genas abluere, quaſi radi præpararet, & ſimul cauſa ficta, puerũ è cõſpectu re-
2 mouit, ſcyphúmq; amico tradidit, ut ille ſuo arbitratu pro pecunia uteretur. Longa deinde inquiſitione inter ſeruos habita eius ſcyphi gratia, cùm ſentiret mulierem id grauius ferre, acriúsq; à ſeruis inquirere, factũ à ſe confeſſus eſt, ueniámq; poſtulauit. Vxor erat illi Iulia ex Cæſarum familia primaria fœmina, nemini ætatis ſuæ pudicitia cedens: ſub hac muliere Antonius filius educatus eſt. Poſt mortem patris P. Lentulo nupta, quem cum L. Catilina cõſpirantem Cicero cõſul ſupplicio affecit. Hinc uehemens illud Antonij odium in Ciceronẽ uidetur initium traxiſſe. Inquit enim Antonius, corpus uitrici ſui nõ prius ad ſepulturam datum, quàm id mater ſupplex impetraſſet à Ciceronis uxore: qua quidẽ de re manifeſtiſſimè mentitur. Nullus enim ex
iis qui tunc ſupplicio fuerũt affecti, ſepultura prohibitus eſt. Et Antonio quidẽ egregia forma in ætate florenti, Curionis familiaritatem uelut calamitatẽ quandã ferunt
3 inhæſiſſe. Ipſe enim Curio haud ſanè temperans erat, & quò magis ſibi obnoxium faceret Antonium, in amores, libidines, uariósq; ſumptus impellebat. Ex quo grande æs alienum cõflatum eſt, minimè cõueniens illius ætati. Ducenta enim quinquaginta talenta debebat. Pro quibus cùm interceſſiſſet Curio, pater id ægrè ferẽs, domo ſua prohibuit Antonium: ille autẽ ad P. Clodium ſe cõtulit, hominem omniũ ſceleratiſſimũ, turbulẽtiſſimúmque: in cuius cõtubernio haud multùm cõmoratus, ſiue quòd inimicos Clodij formidaret, ſiue quòd Clodiani furoris eum ſatietas haberet, in Græciã abiit, ibíq; permanſit, & corpus ad militaria certamina, & linguã ad dicendũ exercens. Vtebantur autẽ genere dicendi quod appellant Aſianum, maximè tẽporibus

Odium Antonij in Ciceronẽ unde cœperit.

Aſianum dicendi genus.

illis florente, plurimámq; cum Antonij moribus ſimilitudinẽ habẽte: erat enim turgens atque laſciuum, & inani quadã iactantia & exultantia plenum. Sed cùm Gabinius uir cõſularis in Syriã nauigans Antonium rogaret ut ſecum proficiſceretur, priuatum ſe negauit iturũ: præfectus uerò equitum factus conceſſit. Inde primò contra Ariſtobulũ qui Iudæos cõcitauerat miſſus, primus omnium uallum maximè trãſcendit, prælióq; inito partã ipſe manu ingentes hoſtiũ copias fudit, obtruncauítque fermè omnes, & ipſum Ariſtobulũ unà cùm filio cepit. Poſt hæc cùm Ptolemæus Gabinium rogaret ut exercitũ in Aegyptum traduceret, ſibíq; regnum recuperaret, cęteris qui ordinẽ ducebant minimè id ſuſcipiendũ cẽſentibus, ipſóq; Gabinio quanquam capto auaritia decem milliũ talentorum, quæ rex pollicebatur ſubſiſtente, Antonius magnatũ rerum cupidus, & Ptolemæi gratia motus, eundum eſſe perſuaſit. Sed cùm magis timerent iter quã bellũ, quòd & per altas arenas eundũ erat, & per loca aquæ expertia iuxta abruptũ ac Serbonidis paludẽ, quas Typhonis reſpirationes Aegyptij appellant (uidetur autẽ Rubri maris, quod paruo interuallo à Mediterraneo ſeparatur, fluxus refluxúsq;) præmiſſus cum equitibus Antonius non ſolũ iter tutum exercitui præſtitit, ſed etiã Peluſium urbem magna ui cepit, ſpémque certiſſimam uictorię præbuit duci. Et eius quidem liberalitate hoſtes etiã potiti ſunt: nam cùm Ptolemęus ira efferuens ſimul atq; urbem ingreſſus eſſet, omnes Peluſinos trucidare uellet, obiecit ſe Antonius, irámq; prohibuit. In præliis autẽ magnis & frequenter in Aegypto cõmiſſis, cõplura & fortitudinis, & induſtriæ militaris facinora oſtendens, & modò hoſtẽ circumeundo, modò terga inuadendo, uictoriã manifeſtiſſimè prębẽs, magnificè donatus ac laudatus eſt. Nec uerò latuit homines Antonij humanitas erga Archelaum iam mortuũ. Nam cùm illi hoſpes familiariſq; fuiſſet, bellum uiuẽti neceſſitate intulit, mortui autem corpus quæſiuit, & regio funere ornauit. Has ob res magna erat Antonij apud Aegyptios fama, in exercitu uerò clariſſimus habebatur. Accedebat ad hæc dignitas formæ, barba quædã haud ſanè illiberalis, latitudo frontis, eminẽtia naſi, uidebatúrq; Herculis imaginibus picturíſq; perſimilem aſpectũ habere. Erat etiã fabula antiqua, Antoniorum familiã ab Hercule natam, ab Anteone Herculis filio cognomẽ accepiſſe. Hanc familiæ ſuæ famã confirmare nõ ſolùm forma corporis, ſed etiam ueſtitu nitebatur. Sẽper enim cùm in oculis plurium erat futurus, tunicam ad coxã cingebatur, permagnum ſuſpendebat gladium, chlamydem inſuper aſperã circundabat. Cæterùm quæ in aliis intolerabilia uidentur, iactantia, dicacitas, uinolentia, & cœnãtibus aſſidendo, in militari menſa diſcũbendo, mirum in modũ animos militum cõciliabat ſibi. Erat præterea ingeniũ à Venere nõ abhorrẽs, quæ res permultos mortales illi amicos fecit. Studebat aliorũ amoribus curabátque ut quiſq; deſiderij ſui fieret cõpos. Iocos autem de propriis nõ inuitus audiebat. Egregia uerò munificẽtia, & nec auara, neque puſilla manu in milites amicóſq; collata largitio, eum ad præclarã euexit potentiã, & potentem iam factũ mille uitiis repugnantibus cõſeruauit auxítque. Eius munificẽtiæ unũ exemplum narrabo. Cuidã ex amicis dari iuſſerat quinq; & uiginti millia: hoc Romani decies ſeſtertiũ appellãt. Procuratore autẽ admirante, & ut magnitudinẽ donationis oſtenderet, in conſpectu ſuo pecuniã depromente, rogauit Antonius, quid hoc eſſet. Illo autẽ reſpõdente, eam eſſe pecuniã, quam dono dari iuſſiſſet: cõſpicatus hominis improbitatẽ, Equidem, inquit, arbitrabar ampliorẽ pecuniã decies ſeſtertium cõtinere, hoc uerò parũ eſt, itaq; tantundẽ ſup eradde. Sed hoc poſterius. Diſcordia in ciuitate exorta, cùm optimates Põpeio inhærerent, populares Cæſarem cũ exercitu aduocarent, C. Curio Antonij amicus ex mutatione Cæſari fauens, potentia quã dicendo cõparauerat, magnis præterea largitionibus quas Cæſar ſubminiſtrabat, tribunũ plebis creauit Antoniũ, pòſt etiam inter augures cooptauit. Is autem ſimul atq; magiſtratum iniit, non parũ iuuit Cæſaris partes: nam primùm Marcello conſule ſcriptas legiones Põpeio tradente, & nouos

Seſtertium decies.

nouos inſuper delectus haberi permittente, interceſſit Antonius, rogationem ferens, ut præſentes copiæ in Syriã mitterentur, quæ M. Bibulo auxiliũ ferrent aduerſus Parthos bellum gerenti: eos autẽ qui delecti eſſent, Põpeio nõ parẽre. Deinde cùm Senatus epiſtolas Cęſaris recipere nollet, legíq; prohiberet, ipſe tribunitia poteſtate fretus recitauit, multorúmq; mentes flexit, cùm uiſus ſit Cęſar non iniqua, neque immoderata poſtulare. Duabus deniq; rogationibus propoſitis, altera, placerétne Pompeium exercitũ dimittere: altera uerò, Cæſarémne: & Pompeiũ quidem paucis arma deponere cenſentibus, Cæſarẽ uerò omnibus præter paucos, aſſurgens Antonius rogauit, placerétne & Cæſarem & Põpeium ab armis diſcedere, copiásq; dimittere: hanc rogationem ſummo ſtudio uniuerſi receperunt, Antoniũ laudantes, & ut eam legẽ ferret cohortantes. Sed cõſulibus id non permittentibus, Cæſaris amici alias cõditiones pertulere: quas cùm M. Cato refelleret, & Lentulus conſul eos ſenatu expelleret, curia abiẽs Antonius, multa in capita eorum imprecatus eſt: deinde miniſtri ueſte aſſumpta, & uehiculo cõducto, unà cum Q. Caſſio ad Cæſarem fugit, clamitãs nullas leges in urbe ualere, ius tribunitium ſublatũ eſſe, omnibus qui æquum bonúmq; defendãt, periculum capitis imminere. Quibus uerbis motus Cæſar, in Italiam cum exercitu properauit. Hac de cauſa ſcribit Cicero in Philippicis, ut Helenã Troianis, ſic Antoniũ populo Rom. belli, exitij, peſtis cauſam fuiſſe: quod equidẽ uerũ non puto: neque enim ita leuis erat Cæſar, neque ita facilè ob irã ruebat, ut niſi diu antea ſtatuiſſet bellum patriæ ſuæ inferre, tunc ſubitò proſiluiſſet ob uiſum Antonium uili ueſte & conducto uehiculo cum Q. Caſſio ad ſe fugientem. Sed hæc Cæſari iam diu id optanti occaſionem cõmodam præbuere: cæterũ illa magis impellebant eum quæ nuper Alexandrũ, prius Cyrum impulerant, amor immoderatus dominandi, & principatus furioſa cupido, quem ſtante Põpeio aſſequi non poterat. Capta igitur Italia, pulſiſque optimatibus, cùm Cæſar priuſquam Põpeium ſequeretur, in Hiſpaniã proficiſci uellet, Lepido prætori urbem, Antonio tribuno Italiam præſidiáq; cõmiſit. Hic autem ut inter milites Cæſaris uerſari cœpit, unà exercendo ſe donandóq;, egregiè animos eorum deuinxerat. Cæteri autẽ omnes eum oderãt: nam & iniurias prohibere ſegnis, & obuiantibus contumelioſus erat, & in uxores alienas parum pudicus. Cęſaris denique dominationi non immiti neque acerbæ, quantùm in ipſo Cęſare erat, per eius amicos effectum eſt, ut tyrannidis inureretur nota. Quorum Antonius in maxima licentia peccandi cõſtitutus, in primis eius rei cauſa uidetur fuiſſe. Cæſar tamen ex Hiſpania reuerſus, Antonij errata neglexit, ſciénsq; illum uirũ fortem & manu promptum, eius opera deinceps in bello non fruſtra eſt uſus. Traiecit itaque Ionium Cæſar cum paucis militibus à Brunduſio profectus, remiſsíſq; retrò nauibus ad Antonium & Gabinium, iuſſit eos celeriter omnes copias in Macedoniã traiicere. Hîc cùm Gabinius tempeſtatem horreret, longóq; circuitu exercitũ per terram ductaret, ueritus Antonius ne Cæſar (quoniam hoſtibus longè impar erat) mole belli obrueretur, repulſo Libone, qui fauces portus obſidebat, ubi triremibus ſuis multa parua nauigia auertens repuliſſet, cum uiginti millibus peditum & octingentis equitibus naues cõſcẽdit. Inde cùm iam altum teneret, cõſpectus à triremibus hoſtium, longámq; perſequutionem paſſus uix effugit, ſubito Noto perſequentes carinas impediẽte. Verùm illum è manibus hoſtium uenti beneficio liberatum, penè grauior excepit caſus: delatus enim per inuia ſaxa, ad præceps & ſcopuloſum littus inhæſerat ſine ulla euadẽdi ſpe. Sed ſubitò ex inſperato exorto Libyco, undis à terra refluẽtibus, in pelagus eſt reſtitutus. Deinceps non ſolùm tranquilla, ſed etiam felix fuit nauigatio. Nam haud longius ab eo loco profecti, cernunt naues fractas in littore. Illic enim attriuerat uentus perſequutas eos triremes. Ingenti ergo præda ditati milites, multis etiam ex hoſtibus captis, & Liſſo in poteſtatem redacta, ingentem fiduciam Cæſari fecit, poſtquam cum tantis copiis in tempore aduenisſet. Præliis inde frequenter commiſſis, in

cunctis inclytus erat Antonius. Bis Cæsaris milites in fugam uersos coegit sistere, pugnáque restituta fudit hostem. Erat igitur de Antonio plurimus in exercitu post Cæsarem sermo. Quamobrem summam illam pugnam, & quæ cũcta in discrimen adductura erat, iniens Cæsar, quanti eum faceret ostendit: dextro enim cornu sibi reseruato, sinistrum Antonio commisit, ut omnium qui secum erant pugnacissimo. Post Pharsalicam autem pugnam cùm Cæsar Dictator factus persequi Pompeium decreuisset, Antonium cum tribunatu in urbem remisit. Est ea quidem potestas, si præsens sit Dictator, secunda: sin autem absit, prima ac fermè sola. Quippe dictatura cæteros omnes magistratus dissoluit, præter tribunitiam potestatem. Reuerso in urbem Antonio, Dolabella adolescẽs qui & ipse tribunus plebis erat, nouarum rerum cupidus, legem promulgauerat de ære alieno rescindendo, rogauítque Antonium utpote collegam & amicum & populatem, ut adiutor sibi esset ad legem ferendam. Intercedebant enim Asinius & Trebellius. Eo tempore accidit ut grauis suspicio haberet Antonium, uxorem suam à Dolabella esse corruptam: quod cùm ferre non posset, repudiata uxore, eadémque sorore (erat enim filia C. Antonij Ciceronis collegæ) partes Asinij & Trebellij suscepit, aduersatúsque est Dolabellæ. Occupauerat ille forum, per uim legem laturus. Antonius autem senatu decernente armis opus esse, Dolabellam inuadit, & plerisque circa eum necatis, tandem foro exturbat. Hoc quidem Antonij factum maximè animos plebis offendit: bonis atque honestis ciuibus propter turpem uitam non erat, quemadmodum Cicero inquit, gratus, sed odiebatur propter turpem crapulam, sumptus intolerandos, tum quòd assiduè inter scorta uolutaretur, interdiu somno & obambulatione languens, crapulam hesternam edormiret, quam noctu per lasciuiam ingurgitauerat, in mimorum nuptiis & ridiculorum spectaculis. Ferunt illum in Hippiæ mimi nuptiis cœnantem, tantùm uini per uniuersam noctem hausisse, ut ei postridie in concionem uocato necesse fuerit in conspectu populi Romani emouere, quodã ex amicis togam subiiciente. Erat enim inter maximè familiares Sergius mimus, & Citheris quidam ex eadem palæstra mulierculam amãs. Hoc comitatu Antonius peragrabat Italiam lectica delatus, quam haud pauciores quam matris eius, comitati sequebantur, aureas pateras ueluti in pompa circunferẽs. Ducebantur & leones ad rhedam ligati, & quod maximè homines torquebat, honestissimæ domus scortis & mimis pro diuersoriis tradebantur, per lucos atque amniũ ripas prandia sumptuosissima, in ipso itinere chori uelut scena, parabantur. Habebat omnes non parua indignatio, quòd Cæsare ipso circa Italiam belli reliquias persequente, & mille labores & pericula noctu diéque subeunte, alius Italiam per illum tam luxuriosè calcaret. Itaque reuersus Cæsar Dolabellæ ueniam dedit, & tertiùm consul factus non Antonium, sed Lepidum elegit collegam. Bona deinde Cn. Pompeij sub hasta uendita mercatus est Antonius, sed exigi à se pretium molestè ferebat: scribítque Cæsar ipse, hanc ob causam in Aphrico bello non fuisse, quòd parum sibi uideretur in iis quæ prius gesserat, gratiæ consequutus. Videtur autem Cæsar non negligenter errata castigando, magna ex parte eius nequitiam & luxum retudisse. Confestim enim ille turpi uita relicta, uxorẽ accepit Fuluiam, Clodio tribuno plebis antea nuptam, non muliebres artes, lanificium, familiam curantem mulierem, nec priuatum hominem superare contendentẽ, sed magistratus regere & imperantibus imperare, ut sibi magnas gratias deberet Cleopatra, quòd ita institutum ab ea Antoniũ acceperit, qui uxoribus obnoxius esse didicisset. Hanc tamen mulierem Antonius ludis nonnũquam aggrediebatur, ut sibi illa esset placatior, & aliquid remitteret seueritatis: ut tunc cùm Cæsari ex Hispania redeunti processisset obuiam. Inde crebro rumore perlato Cæsarem interfectũ esse, hostésq; in Italiam properare, rediens in urbẽ Antonius, famuli ueste noctu domũ uenit, dixítq; se tabellarium ab Antonio literas ad Fuluiã habere. Introducitur ad eã capite obuoluto, rogat illa priusquã literas accipiat,

Tribunitia potestas.

14

15

16

17

18

piat, ualeátne Antonius. Hic uerò nil respondens epistolam porrigit: quam cùm illa legeret flens (erat enim scripta amatoriè) caput aperuit, in collũ inuasit. Sed hæc pauca ex multis posuimus exempli gratia. Cæsari tandem ex Hispania remeanti, omnes primores ciuitatis quàm longè obuiam processere. Horum autẽ Cæsar egregiè præter cæteros summo in honore recepit Antonium. Nam cum per Italiam curru ueheretur, unà secum semper illum habuit in eodem curru. Post illum uerò D. Brutus sequebatur, & C. Octauius neptis suæ filius, qui postea Cæsar dictus est, & plurimũ tẽpus Romanis imperauit. Quartùm deinde consul creatus Cæsar, Antonium sibi assumpsit collegam. Instituerat autem se magistratu abdicare, & in suum locum Dolabellam substituere, qua de re etiam ad senatũ uerba fecerat: sed indignatus Antonius inimicum sibi in magistratu adiungi, uehementer inuectus est in Dolabellam: nec pauciora tamen de se audiuit: itaque infecta re senatus dimissus est. Deinde cùm Cæsar in sententia perstaret & consulem Dolabellam renuntiari iussisset, obiecit augu-
19 ria Antonius, effecítque ut Cæsar ab incepto desisteret. Erat sanè in Dolabella nõ minus nequitiæ, quàm in ipso Antonio, ferúntque aliquãdo cùm quis Antonium Dolabellámque ad Cæsarem subaccusaret, atque illos in suspicionem adduceret insidiarum, respondisse Cæsarem, nõ uereri huiusmodi nitidos, & comatos homines, sed illos graciles & pallentes, Cassium & Brutum designans. Sed illis quidem Cæsaris necá-
20 di pulcherrimam causam præbuit Antonius. Erat solennis Lupercaliorum dies, Cæsar autem triumphali ueste amictus pro rostris sedebat, currentes Lupercos inspecturus. Currunt enim & nobilium iuuenum, & eorum qui magistratum gerunt cõplures, nudi, atque uncti, loris albis obuios ferientes. In his cùm esset Antonius, contra consuetudinem morémque eius ludi, ad sellam in qua Cæsar sedebat cucurrit, diadema annexum laurea corona ostentans, sublatúsq; ab iis, qui sequuti erant, capiti Cæsaris diadema imposuit. Declinauit caput Cæsar, reiecítq; diadema cum maximo totius P. R. plausu. Rursus diadema imponere conãtem, rursus reiecit Cæsar cum summa spectantium lætitia: atque hoc idem sæpius Antonio conante, Cæsare uerò reiiciente, plebs ingentem plausum dedit. Quod quidem mirandũ uidetur, homines re-
21 uera sub rege uiuentes, nomẽ regium ut libertatis priuationem exhorruisse. Surrexit Cæsar è sella turbato uultu, & nudatum iugulum cuique offerebat, ad necem suscipiendã paratum se dictitãs. Coronam tamen illam statuæ suæ impositã cùm tribuni plebis abstulissent, & ob eã rem summo studio à populo laudati essent, Cæsar eos magistratu priuauit. Hæc Brutum, Cassium, cæterósq; compulerunt ad Cæsaris trucidã-
Causæ Cæsaris necis.
di consiliũ. Qui in unum congregati, cùm multa disposuissent, illud agitauere inter se, an ad eam rem perficiendam Antonius esset inuitãdus. Quod cùm nonnullis placeret, contradixit Trebonius: inquit enim mẽtem Antonij iam antea tentauisse, cùm Cæsar ex Hispania reuerteretur: Antonium uerò non recepisse, nec tamen unquã ad Cæsarem retulisse, sed tacuisse id fideliter. His uerbis in sententiam Trebonij adducti,
22 iterũ agitauere, an unà cum Cæsare Antonium trucidarent. Sed & hoc quidẽ prohibuit Brutus, censens eam rem quã pro legibus ac iure susciperent, carere omni iniuria oportere. At ueriti Antonij robur, & magistratus insignia, subornant quosdã ex coniuratis, qui cùm Cæsar ingrediatur Senatum, extra demorentur Antonium, negotio aliquo ex cõposito iniecto. Quæ omnia cùm ita uti disposita erant euenissent, trucidato in Senatu Cæsare, primò quidem Antonius insignia magistratus abiecit, & mutata ueste se occultauit. Deinde ut audiuit illos nemini nocere, sed globo facto in Capitolium se recepisse, egressus è latebris filium suum ad eos misit in Capitoliũ, ut pro obside illum tenerent, è Capitolióque descenderent. Quo facto ipse quidem eodem die C. Cassium ad cœnã apud se habuit, Lepidus autem Brutum. Postridie uerò fre-
23 quenti Senatu retulit de obliuione discordiarũ, déq; prouinciis diuidundis. Cui quidem Senatus summo studio assensus cùm esset, adiunxit & acta Cæsaris rata manere.

Lupercalia.

Celeberrima fuit illa dies Antonio, nec dici quidem posset, quãtam sit laudem iudicio omnium mortalium consequutus. Videbant enim intestinum bellum per illius prudentiam sublatum esse,& in rebus difficillimis ac turbulentissimis, bono consilio ciuilíque animo fuisse. Sed tamen citò illum ab hac sententia deiecit principatus cupido,quem se post cognitam mentem plebis haud dubiè adepturum putabat,si Brutus è medio tolleretur. Nam cùm Cæsarem (ut mos erat in funere)pro rostris laudaret,animaduertens multitudinem orationesua mirabiliter ductam,admiscuit laudibus commiserationem, stimulósque animorum, & in perorando uestem Cæsaris explicuit sanguine fœdatam,& in plurimis locis cæsam gladiis,& ea qui patrassent impios scelestósque uocans, tantum furorem multitudini iniecit, ut corpus Cæsaris in 24
foro cremarent,subselliis mensísque undique ad pyram raptis,& accensis facibus, ad occisorum domos percurrerent. Ex hoc Brutus cæterique ex urbe migrarunt: Cæsaris uerò amici ad Antonium se contulerunt, ad quem etiam Calpurnia uxor pecuniã à Cæsare relictam transtulit,& penes eum deposuit. Erat autẽ numerus quatuor millia talentorum. Accepit etiam Cæsaris commentaria, in quibus decreta iudicatáque erant scripta. Ad hæc Antonius quod libitum fuit addens, aliis magistratus dabat, aliis immunitates, multi senatores facti, plerique ab exilio reducti. Et hæc omnia faciebat,quasi à Cæsare decreta. Quamobrem iocantes Romani eos omnes Charonitas appellabant. Nam si quid illis obiectum erat, continuò in mortui fugiebãt chirographa. Hæc & alia præterea multa contra leges fecit Antonius,ipse quidẽ consul, L. ue- 25
rò fratrem tribunum plebis & Caium alterum fratrem prætorem,socios habẽs. Dum hæc Romæ geruntur, C. Cæsar adolescens, sororis filius, quemadmodum ferebatur, hæres à Cæsare scriptus ex Apollonia rediit. Is primùm ad Antonium utpote amicũ paternum salutatum ueniens,depositæ pecuniæ mẽtionem habuit. Debebat Romanorũ cuiq; drachmas septuagintaquinque ex testamento patris. Hîc Antonius primò iuuenem aspernari, atque insanum dicere, & boni consilij bonorúmque amicorum expertem, si tam onerosam hæreditatem adeundam putet, ac non potius abstinendum. Sed cùm id persuadere nequiret adolescenti, pecuniámque repeteret, multa contra illum contumeliosè dixit fecítque. Nam cùm tribunatum petens Cæsar, sellam auream patris sui posuisset, minatus est Antonius in carcerem illum ducturum, nisi desineret plebem solicitare. His rebus adductus Cæsar, ad Ciceronem se contulit, eíque se totum permisit: per quem cùm senatum sibi conciliasset, ipse 26
autem plebem amplexaretur, & ueterani milites undique ad eum concurrerent,metuens Antonius per communes amicos in gratiam rediit, congressu ad inuicẽ in Ca-
Antonij somnium. pitolio habito. Ea nocte dormientem Antonium terribilis uisio excitauit. Visus est enim eius dexteram fulmine de cælo feriri. Nec multò pòst nuntiatum est, illi Cæsarẽ insidias tendere: qua de re cùm Cæsar se purgaret,nec tamen persuaderet, rursus inter eos ardentissimæ inimicitiæ exortæ sunt. Hinc discursiones per Italiam ab utroq; factæ: ueterani qui dudũ ab armis quieuerant,passim sua quisque sede, magnis præmiis utrinque allecti, legionésque pari utrinque studio solicitatæ. Inter hæc M. Cicero ea tempestate ciuitatis princeps,omnes mortales in Antonium concitabat. Eo authore 27
Antonius tãdem hostis est iudicatus,Cæsari fasces decreti,Pansa & Hircius, qui tum erant consules,contra Antonium missi. Hi circa urbem Mutinam prælio commisso, præsente Cæsare atque adiuuante,M. Antonium fuderũt fugarúntque, sed ipsi ambo interierunt. Ex hoc bello fugientẽ Antonium, cùm multa alia grauissima exceperũt, tum maximè rerum edẽdarum penuria. Verùm ei natura datum erat, ut in rebus aduersis difficillimísq; sese ipse uirtute superaret, & quantò magis fortuna premeretur, tantò bono uiro efficeretur similior. Nam ut commune hoc omnibus est, cùm laborant uirtutis uim expendere posse,ita non quilibet,aut cuius amore tenetur,persequi, aut à quo abhorret refugere in ista fortunæ mutatione per animi cõstantiam potest,
sed

28 sed plerique adeò moribus suis per imbecillitatem concedunt, ratione sauciata. Itaque dum Alpes trascenderet, mirabile erat exemplum militibus suis hominem tanta luxuria tantísque deliciis modò affluentem, aquam corruptam faciliter bibere,radices & fructus syuestres cibum habere. Edebant etiam arborum cortices, & animalia quædam ante id tempus ingustata. Causa itineris erat, ut transalpino exercitui se coniungeret, cui Lepidus imperabat Marci Antonij familiaris, & in Cæsaris amicitiam magna ex parte per Antonium receptus. Vt igitur in ea loca peruenit ubi Lepidus cum exercitu erat, haud procul ab eo castrametatus, expectabat si quid opis aut auxilij afferretur. Quod cùm frustra præstolari se animaduerteret, lugubri ueste assumpta, & barba post pugnam promissa, & crine miserabiliter neglecto, ad castra
29 Lepidi quamproximè accessit, ibíque concionari cœpit. Mouebat non paucos miserabilis habitus,& maximè supplex oratio flectebat animos. Quod cùm sentiret Lepidus, tubas canere iussit,ut præ illarum clãgore uox Antonij nequiret exaudiri. Ob id factum magis etiam ad misericordiam flexi milites, Lælium quendam & Clodiũ meretricio habitu emittunt,qui iubebant Antonium castra expugnare aggredi,permultos esse intus,qui se offerant paratos eum recipere, & Lepidum, si ita iuberet,trucidare. Antonius à Lepidi cæde abstinebat: sed flumen quoddam propter castra Lepidi fluebat, contra eum locum Antonius copias suas postridie adducit, & primus omnium ipse flumen ingressus ad aduersam ripam cõtendit. Iam etenim milites Lepidi frequentes ex eo loco Antonium uocabant, uallúmque prostrauerant. Ingressus igitur castra, rerum omnium potitus humanissimè Lepidum conuenit, patrémque salutauit: & cùm rei penes eum summa potestas esset, Lepido tamen imperato-
30 ris nomen honorémq; seruauit. Ea res effecit,ut & Plancus Munatius, qui & ipse circa ea loca exercitum ductabat, Antonio se coniungeret. His rebus elatus Antonius, Vitio quodam ex familiaribus compotoribúsq; suis cum sex legionibus in præsidio Galliæ relicto,ipse in Italiam rediit,decem millia equitum,septem & decem legiones peditum secum agens. Præterea præsidio sex legiones Galliæ reliquit, Vario quodam familiare & compotore præfecto,quem Cotulonem uocabant. Cæsar autem à Cicerone quem uidebat tota mente ad libertatem reipub. intentum,desciuit, Antoniúmque per amicos ad reconciliationem uocauit. Conuenere hi tres duces in insulã quãdam flumine circùm ablutam,ibíque per triduum commorati, de diuisione imperij, déque cæteris rebus agitauere,sic imperium quemadmodum paternam quandã hæ-
31 reditatem inter se diuidentes. Verùm ut cætera facilè transegerunt,sic magna dissensio concertatióque exorta diu tenuit deliberantes de ciuibus necandis, singulis amicos seruare cupientibus,& inimicos necare. Tãdem inimicorum odio & iura cognationis & amicitiæ charitas abiecta, Cæsar Antonio Ciceronem, Antonius Cæsari L. Cæsarem auunculum concessit necandum: à M. Lepido Paulus frater ad necem traditus, uel ut quidam aiunt, spontè concessus. Nil reor unquam crudelius fuisse aut tetrius factum, homicidia homicidiis permutantes, quos acceperant, quos tradebãt mactantes: sed in amicos magis iniurij,quos sine ullo odio trucidabant. Hanc inter duces amicitiam censuerunt milites affinitate firmandam,data Cæsari uxore Clodia, Fuluiæ filia,Antonij priuigna. His ita dispositis ad exequẽda ea quæ decreuerãt contendunt. Trecenti ab his ciues ex proscriptione trucidati. Ciceronis caput ac dextera
32 manus, qua ille Antonianas orationes scripserat, iussu Antonij abscissa: quæ cùm ad se delata essent,aspexit diu summa lætitia exultãs. Vbi oculi satiati sunt illo spectaculo, iussit per contumeliam in rostis deponi, quasi uerò illum iam mortuum contumelia afficeret, ac non potius seipsum ac fortunam suam indignam ostenderet, quæ ad tantam potentiam nefarium hominem prouexisset. L. autem Cæsar cùm milites ad eum necandum missi essent,fugit ad Iuliam sororem: at cùm carnifices eò quoque ueniissent,& in cubiculum prorumpere uellent,stans illa pro foribus ac ui resistẽs

clamitabat magna uoce, nunquam illis facultatem L. Cæsaris necandi futuram, ni prius ipsam necarent, quæ Antonium peperisset. His illa tunc rebus fratrem tutata est. Erat hæc triumuirorum dominatio omnibus infensa & grauis, cuius rei culpa 33
omnis in Antonium referebatur. Nam & Cæsare maior natu erat, & Lepido potentior, & ad suos mores uitámq; illam uoluptuariam, ut primùm per bellum licuit, redierat. Accedebat ad hæc quòd domum Magni Pompeij habitabat, hominis nõ minus institutis domesticis moribúsque admirandi, quàm tribus triumphis. Tunc uerò dominante Antonio, legati, duces, magistratúsque reiecti pro foribus expectabant: his portæ clausæ non permittebant aditum. Intus uerò aleatorum, mimorum, adulatorum greges, rapinas Antonij deuorantes. Non satis erant ad sumptus proscriptorum bona, nec omne uectigalium genus exactum: itum est ad uirgines Vestales, raptæ pecuniæ apud ædem depositæ: uxoribus etiam propinquísque necatorum ciuium bona per calumniam adempta. Nec tamen hæc satis erant. Quamobrem indignè passus Cæsar tantam prodigalitatem, diuisionem pecuniarum cum Antonio fecit. Diuiso etiam exercitu contra Brutum, & Cassium in Macedoniam proprofecti sunt, M. Lepido cum præsidio Romæ relicto. Vt igitur in Macedonia bellari cœptum est, cùm contra Cassium Antonius, Cæsar contra Brutum destinatus esset, nihil unquam præclarum à Cæsare factũ, omnia per Antonium gesta. Prima quidem pugna uarium habuit euentum, ut ab utraque parte dextrum cornu superaretur. Cæsar à Bruto, contra quem instructus erat, profligatus, castra quoque amisit, uíxque manus hostium effugit, ut ipse in Commentariis suis scribit, somnio cuiusdã ex familiaribus admonitus. Cassius in alio cornu ab Antonio uictus, cùm ignoraret Brutum uicisse, à Pindaro liberto uolens mandánsque occiditur. Scribunt tamen nõnulli Antonium abfuisse, cum milites sui contra Cassium pugnauere. Pòst paucis uerò diebus iterum pugnatum est: in ea pugna uictus Brutus mortẽ sibi conscíuit, Antonio uerò integra uictoria parta, utpote qui Cæsare ægrotante uicerat. In ea pugna Antonius cùm Bruti corpus inuenisset, pauca de C. fratris nece conquestus, quem in Macedonia captum Brutus Ciceronis manibus mactari fecerat, & postremò se magis id Hortensio, quàm Bruto imputare testatus, qui Ciceronis manes ita placasset, purpuram ex suis pretiosissimam cadaueri superiecit, & liberto cuidam ex suis mandauit sepeliendi curam. Hunc tamen libertum cùm postea comperisset purpuram cum corpore non sepelisse, magnámque partem pecuniæ ad sepulturam datæ subtraxisse, summo supplicio affecit Antonius. Confecto bello Cæsar quidem grauissima ualetudine, ita ut parum superfuturus speraretur, Romam reductus est. Antonius uerò ad 36
Orientales prouincias, ad cogenda stipẽdia quæ militibus solueret, cum exercitu ingenti in Græciã contendit. Pollicitus enim erat cuiq; militum quinq; millia drachmarum, erátque opus grandi pecunia, & exactione ad ea persoluenda. Primò igitur in Græciã profectus, nõ grauis neq; infestus hominibus erat, sed ad doctorũ hominum disputationes, ad theatra, ad ludos se totũ conuerterat, in iudicãdo mitis, in largiendo magnificus, & amator Græcorum, maximéq; Athenienſium, uocatus gaudebat. Permulta ab illo dono Athenienſibus data, nõnulla etiã cæteris ciuitatibus. Megarenſes uerò cùm cuperent aliquid ciuitatis suæ magnificũ ostendere per æmulationẽ Athenarum, rogauerunt Antoniũ ut ad eorum curiã uisendã accederet. Quò cùm ille ue- 37
nisset, interrogatus ab eisdẽ qualis illa curia sibi uideretur, Pusilla mihi, inquit, & insuper disiecta. Templum etiã Pythij designauit, quasi cõsummaturus: hoc enim Senatui fuerat pollicitus. L. deinde Censorino Græciæ præfecto, ipse in Asiam trãsiit. Ibi cùm reges undiq; ad eum cõcurrerent, & reginæ donis ornatúq; certantes, sese ac formam suam Antonio offerrent, Cæsare interea Romæ seditionibus & bellis occupato, corruptus extemplo animus in consuetum morbum recidit uoluptatũ. Anaxenores, citharœdi, & utiq; tibicines, & Metrodorus quidã saltator, & huiusmodi Asiaticarũ illecebra-

illecebrarum turba, mira festiuitate, & gaudio in calamitates Romanas insiliebant, nec quisquam iam se continere poterat, omnibus ad uoluptatem conuersis. Vniuersa enim Asia, non secus ac Sophoclea illa ciuitas, plena uaporibus suauissimis erat, *Sophoclea ciuitas.*
38 ubique cantus audiebatur, ubique serta exhalabant festiua: quippe cùm Ephesum ingrederetur, mulieres uniuersæ in Bacchas, uiri omnes & pueri in Satyros & Panes se formarunt. Hedera, thyrsis, psalteriis plena ciuitas, Dionysium, Charidotam, Melichium, uocabant Antonium. Et erat profectò talis erga quosdam, cæteris uerò ferus atque immanis. Nam & nobiles spoliabat fortunis omnibus, & eas perditis hominibus assentatoribúsque donabat: multis præterea uiuentium bona, quasi mortuorum hæreditatem concessit. Domum Magnetis cuiusdam largitus est coquo suo, quòd cœnam bene parauisse uisus erat. Secunda tandem uectigalia cùm Asiaticis imperaret, Hybreas, qui ciuitatũ causam susceperat, ita cum Antonio agere ausus est: Si po-
» tes, inquit, ô Antoni, eodem anno bis uectigal exigere, illud etiam efficere posse te de-
39 cet, ut bis æstatem habeamus, bísque autumnum. Festiuum hoc quidem, & à mente Antonij non abhorrens. Deinde cùm inseruisset, ducenta millia talentorum sibi Asiã
» exoluisse, efficaciter nimiùm adiecit hæc uerba: Si quidem hęc tanta pecunia ad te de-
» lata non est, ab iis eam repetas, qui à nobis exegere: sin autem ad te delatam iam con-
» sumpsisti, nullã nobis spem reliquam paramus. Hac ratione maximè flexit Antoniũ. Ignaro enim illo plurima gerebantur à suis, neque id tantùm negligentia, quantùm simplicitate quadam ac nimia fide contingebat. Erat illi simplex ingenium, tardéque errata sentiens: ubi tamen senserat, permagna mentis mutatio, ac apertissima contra eos, qui errauerant indignatio. Magnitudo animi cùm ad præmia, & ad pœnas excellens, ad præmia tamen propensior. Dicacitas autem immodica, & penè scurrilis procacitas. Sed hæc secum habebant medicinam: licebat enim impunè iisdem rebus cõ-
40 tra illũ uti, nec facilè erat discernere, ludénsne, an delusus magis gauderet. Et ea quidem res non parum afferebat calamitatis. Homines enim in iocando lacessendóque aduersus eum libertate freti, perfacilè in magnis rebus assentando blandiendóq; illũ capiebant, cùm non uideret quosdam dum adulationi libertatem miscent, uelut illecebra quadam acrimoniam habente, efficere ut ista circa calices loquacitas & temeritas fastidium ignoret, non gratiam quæ seruari in congressu debet, sed assensum eius quem adulantur, & rerum negligentiam machinátes. Ita uel moribus, uel natura instituto Antonio suprema clades Cleopatræ amor iniuncta, si qua adhuc uitia in eo latebant detexit atque intendit: si quid aut salutis, aut uirtutis superarat, id idem amor penitus deleuit. Captus est autem hoc modo. Cùm se uertisset ad Parthicum bellum, *M. Antonij amor in Cleopatram unde ceperit.*
Dellium quendam ad Cleopatram misit, iubens illam ad se in Ciliciam uenire, iudi-
41 cium subituram, quòd C. Cassium opibus iuuisse, ac permulta ad bellum cõtulisse accusaretur. Ad quam ubi Dellius peruenit, uisa mulieris forma, & linguæ elegantia, & sermonis calliditate, opinatus id quod erat, nihil mali ab Antonio eiusmodi mulieri impendêre, sed contrà magnam illi potentiam apud Antonium fore, uertitur ad obseruantiam cultúmq; mulieris, monétq; Homerico uersu, ut proficiscatur ad iudiciũ quãmaximè ornata, nec formidet Antonium mitissimum & humanissimũ ducem. Illa autem Dellio assensa, atq; iisdem rebus Antonium capi posse confisa, quibus antè Cæsar & Cn. Põpeij filius capti fuissent. Illi enim adolescentulã adhuc & rudem Cleopatram cognouerant: nunc autem ea ætate ad Antoniũ proficiscebatur, qua maximè solent mulieres & florere forma, & cõsilio uigere: parat dona, pecuniam, ornatũ, qua-
42 lia magnarum rerum dominam ex felicissimo regno ferre decebat. Plurimũ tamen spei erat sibi in seipsa, & in suis ueneficiis, philtrísque. Per literas igitur Antonij cæterorúmq; accersita in tantùm hominẽ iudiciúmq; contempsit, ut incredibili pompa per Cydnũ amnem nauigaret. Erat enim aurea puppis, uela autem purpurea pãdebãtur, remi argentei ad fistulæ tibiæq; modos agitabãtur. Ipsa uerò regina sub tentorio

Gynæcium Cleopatræ.

aurato requiescens,ad similitudiné Veneris ornata erat. Pueri utrinque collocati pictis Cupidinibus persimiles. Puellæ insignes Nerei dũ & Gratiarum stolis partim gubernaculis incumbebant, partim rudentibus annitebantur. Ancillæ mirabili habitu omnes ripas fluuij complebant uaporibus. Currebatur undique ad eiusmodi spectaculum,ierátque per omnes fama,Venerem pro utilitate Asiæ Bacchũ *illudere. Vacuefactum est forum,omni multitudine ad uidendum diffusa. Antonius deniq; pro 43
tribunali sedens penè solus relictus est. Misit igitur,qui illam ad cœnam inuitent. Ipsa autem censebat apud se potius Antonium cœnare debere. Statim igitur,ut facilitatẽ quandam & humanitatem præ se ferret,reginæ paruit,cœnauítque apud illam. Quo in loco mirum in modum stupefactum aiunt esse Antonium. Tantos enim apparatus offendit,quantos nunquam fuerat arbitratus: maximæque admirationi fuit multitudo luminum: tanta enim undique eluxisse ferunt, tam mira inter se arte dispositaque ornata, ut id quidem uel inter rarissima pulcherrimarum rerum spectacula putaretur. Postridie uerò cùm apud se regina cœnaret, certauit Antonius magnificentia simul ac diligentia Aegyptiam anteire: sed in utraque superatus, ipse primus 44
ariditatem cœnæ suæ rusticitatémque cœpit illudere. Regina autem dicacitate hominis animaduersa,cùm uideret illum castrensi quodam stylo,& facetiis uulgaribus maximè duci, posito iam timore, cœpit & ipsa eodem genere iocandi contra Antonium uti. Atqui Cleopatræ forma(ut ferunt) ipsa quidem per se non nimiùm erat efficax ad mentes aspicientium capiẽdas, nec qua homines præ nimia admiratione stupescerent,uerùm adeò suauissimi mores,tanta in loquendo facundia,tam iucundissima conuersatio,ut his rebus adiuta forma uniuersos arriperet. Pronuntiabat dulcissimo oris sono,linguámque suam uelut instrumentum aliquod plurium chordarum, ad quancunque libitum fuerat gentem conuertebat promptissimé. Paucis nationibus per interpretem loquebatur,plurimis per se ipsa respondebat,uelut Aethiopibus, Troglodytis,Hebræis,Arabibus,Syris,Medis,Parthis,& præterea multis,cùm ante 45
illam Aegypti reges uel ne Aegyptiam quidem didicissent, uel Macedonicam reliquissent. Ab hac itaque muliere Antonius usqueadeò raptus est, ut Fuluia uxore cõtra Cæsarem in urbe pugnante, Parthis uerò duce Labieno Syriæ imminentibus, ipse

Cleopatræ dotes.

Tempus pretiosissima res.

expers curę ueluti hæ res nihil ad se pertinerent,in Alexandriam reginam sequeretur, & ibi pretiosissimam rem(ut inquit Antipho) tempus,desidia otióq; contereret. Erat eis uita,quam inuitabilem appellabant, mutuis se conuiuiis accipientibus, & omne prodigalitatis genus excedentibus. Equidem ex Lampria auo meo audiui,narrasse sibi Philotam medicum,qui per id tempus studiorum causa Alexandriæ fuerat. Aiébat enim Philotas,se à quodam ex Antonij coquis, quo cum fortè familiaritatem habebat,ductum esse in eum locum ubi epulæ Antonio parabantur, uidisséq; illic & alia complura,& apros octo: se autem admiratum magnitudinem epularũ quæsisse,quã- 46
tus esset conuiuarũ numerus: risisse hoc coquum,dixisséq;,non multos esse conuiuas, sed circiter duodecim. Verũ cibos ponere in ipso articulo cùm succulentissimi sunt, oportet. Atqui leui temporis momento marcescunt. Et ille nunc parari cœná statim uult,nunc differri paulũ, sæpe etiam in horam aliam traduci, dum uel potare nũc lubet, uel sermo quispiam incidit: unde multis opus est paratis cœnis. Post haud sanè multùm spatij uenisse aiebat cum ministris Antonij filium, quem maiorem natu ex Fuluia habebat,neque enim apud patrem cœnabat, & cœnasse aiebat unà secum humanissimè inter cæteros familiares. Sibi igitur illic disputanti,& conuiuas multis argutiis fatiganti,hoc sophisma ab Antonij filio obiectum fuisse: Febricitáti quodam- 47
modo danda est frigida: omnis autem febricitans quodámodo febricitat: omni ergo febricitáti dãda est frigida. Hîc cùm ipse dubius sileret,lætatũ puerũ risisse,atq; ita dixisse: Ego tibi Philota hęc omnia dono,ostẽdẽs permulta & magna pocula,quibus omnis mẽsa erat referta. Illo uerò liberalitatẽ nõ recusante, sed tamẽ minimè arbitráte,

Liberalitas filij Antonij.

puero

puero tanta dónare permissum esse, cùm postea quidam ex ministris pocula hæc in uase coniecisset,sibíq; offerret,ipse autem repelleret,uereretúrq; accipere,dixisse puerum aiebat; O inepte Philota,quid ambigis? an nescis eum qui dat, filiũ esse Antonij? sed agè pro his omnibus,si ita placet, pecuniam accipe,ne quod fortè ex his desideret pater: sunt enim pleraque antiqua & egregij operis. Hæc nobis (ut dixi) auus noster narrabat ex Philota audiuisse. Cleopatra autem nõ quadrifariam (ut inquit Plato) sed multifariam blanditiis adorta, seu studio,seu ioco res ageretur, nouis semper irrita-
48 mentis nitebatur,quibus magis posset mens Antonij capi. Noctu diéque erat parata; seu ludere,seu potare,seu uenatum ire placeret. Exercentem se Antonium uisebat in armis. Noctu per urbem uagantem in ancillæ habitu sequebatur, quandò & ipse famuli uestę solitus erat uagari,& domos popularium obsidere,& inquilinos per fores illudere,unde non solùm conuitia,sed etiam uerbera persæpe reportabat. Hoc quanquam uulgò suspectum esset,gaudebant tamen Alexandrini,dicebántq;,tragica quidem persona aduersus Romanos,comica autem aduersus Aegyptios Antonium uti. Vnum ex suis iocis narrare libet,nam plures referre uanum esset. Cùm piscaretur aliquando Antonius,nihílque capere posset præsente Cleopatra,angebatur. Iubet igitur
49 piscatores clàm submersos,hamo quem demiserat,pisces antea captos appẽdere. Per hunc modum bis, uel ter præda capta non latuit Aegyptiam: admirari illa primò simulabat,deinde amicos rogare,ut spectatum adessent. Conueniunt frequentes postridie,scaphas conscendunt, demittit hamum Antonius, piscatúrq; non insolita arte. Regina uerò, cùm bis aut ter celeriter Antonius iam pisces traxisset, quendam ex suis præuenire iubet,hamóq; Antonij piscem sale & fumo iam olim seruatũ affigere. Antonius prædam à suis appẽsam ratus,arundinem sustulit: admirati primò omnes, inde re cognita, uehementer risere. Tunc Cleopatra comiter, Relinque imperator, inquit,calamum nobis Canopeis & Phariis regibus: non enim hæc tua præda,sed urbes,littora,reges,nationes. Eiusmodi rebus intento Antonio, duo nuntij eodem tem-
50 pore afferuntur: alter quo certior factus est L. fratrem & Fuluiam uxorem primò inter se dissidentes, deinde cum Cæsare pugnantes, amissis rebus Italia esse pulsos: alter Labienum Parthorum ducem omnem Asiam ab Euphrate & Syria, & Lydiam & Ioniam occupasse nuntiabat. Tandem igitur uelut è somno & crapula experrectus, usque ad Phœniciam contra Parthos processit: inde per literas Fuluiæ lachrymis plenas reuocatus, ad Italiam cum ducentis nauibus se conuertit. Inde cùm plerique ex amicis, qui urbe fugati erant fierent sibi obuiam,cognoscit ab his omnem discordiarum causam à Fuluia esse ortam. Erat enim natura ferox, atque impigra, putabárque fore,ut Antonius à Cleopatra distraheretur, si quis rerũ motus in Italia esset. Verùm illa cùm in Asiam nauigaret,in Sicyone mortua est. Quæ res effecit,ut in spem uenirent amici,inter Antonium & Cæsarem posse pacem fieri: nam cùm in Italiam appu-
51 lisset,Cæsárque manifestissimè fateretur nihil se habere, quod Antonio quidem succensere posset,quę uerò sibi obiicerentur,omnium crimen in Fuluiam referret,intercesserunt amici, bellum prohibuerunt. Diuisum deinde inter illos imperium est, ita ut terminum faceret Ionium mare. Omnis ad Orientem tractus Antonio, ad Hesperiam Cęsari concessus,Lepido autem Aphrica permissa. Consulatus uerò quoties ipsi nollent, amicis cuiusque pro portione concedi placuit. Videbantur hæc fœdera maioris cuiusdam uinculi indigere, quam commoditatem fortuna præbuit. Cæsaris erat soror Octauia, maior illa quidem natu, nec ex eadem matre: ex Ancharia enim erat genita, Cæsar ex Tatia. Hæc miræ uirtutis fœmina mirum in modum co-
52 lebatur à fratre,cùm esset rara,quemadmodum dicitur,mulier. Tunc autem C. Marcello cui nupta fuerat mortuo, lugebat. Idem putabatur facere Antonius mortua Fuluia. Quanquam enim Cleopatram habere non inficiaretur, negabat tamen coniugium esse,nec in hoc uno quidem ratio adhuc succubuerat amori. Censebãt igitur

Cleopatræ in Antonii obsequentia.

Piscatur Antoniius.

omnes Antonio dandam esse Octauiam, sperabántq; fore, ut hæc mulier forma, moribus, ingenióq; præstanti unà cum Antonio uiuens, & ab eo (ut decens erat) amata, omnium rerum quies esset & salus. Hoc cùm ambobus placeret, reuersi in urbem nuptias firmant ex Senatus decreto: neque enim per leges licebat ante decimũ mensem

Ante decimũ mensem post uiri mortem nubere non licuit.

à uiri morte. Placuit deinde ut cum Sexto Pompeio pacem firmarẽt. Tenebat Sextus ea tempestate Siciliã, & prædatoria classe, cui Menas & Menecrates piratæ præerant, Italiæ oras & omne circùm pelagus infestabat. Vsus tamen fuerat magna humanitate in Antonium, suscepta illius matre, quæ unà cum Fuluia ex urbe profugerat. Congressum igitur cum Sexto habuerunt in aggere quodam Messanę, quem naues Pompeij ex altera parte circunstabant, ex altera Antonij & Cæsaris milites. Fœdera cum Pompeio facta, ut ille Siciliam & Sardiniam haberet, tutum autẽ mare à piratis præstaret, certum modum frumenti Romam mitteret. Post hæc se mutuò ad cœnam inuitãt. Pompeio sorte euenit, ut primùm apud ipsum cœnaretur. Interrogatus autem ab Antonio, ubinam cœnaturi essent, Illic, inquit Sextus ostendens prætoriam nauẽ, quæ erat sexremis: illa enim est, inquit, paterna domus Põpeio relicta. Hæc ait in Antonium cauillatus, qui domum suam Romæ occupauerat. Iactis itaque anchoris, & ponte quodam ex aggere in nauem facto, susceperit eos magnificẽ. Feruente illic conuiuio, & in Cleopatram & Antonium feruentibus iocis, Menas pirata adhærens Pompeio ita clàm ad eum loquutus est: Vísne, inquit, Sexte, anchoras succidam, & te non Sardiniæ neque Siciliæ, sed Romani imperij faciam dominum? Hæc Pompeius cùm paulisper secum agitasset, Oportuit, inquit, ô Mena, hæc per teipsum me inscio fecisse, nunc uerò quod est, eo contenti simus: periurare enim nequaquam meum. Inde cùm apud Cæsarem Antoniúmque cœnasset, in Siciliam rediit. Antonius simul ac res composita fuerat, Ventidium cum exercitu ad reprimendos Parthorum impetus præmisit: ipse autem cùm in Italia remansisset, essétque augur in locum prioris Cæsaris, iunioris Cæsaris gratiâ constitutus, cætera quidem omnia communiter & amanter & summa concordia inter se agebant, uerùm in ludis quos certatim inibant, non mediocriter offendebatur Antonius, quòd semper Cæsar esset superior. Erat cum Antonio quidam ab Aegypto magus, is uim naturæ Antonij contemplatus, seu reuera id cognosceret, siue quòd Cleopatræ gratia fingeret, ita ad Antonium dicere solebat: Fortuna quidem tua, ô Antoni, ipsa per se splẽdidissima est & amplissima, uerùm cùm Cæsari adhæret, cõtinuò obscuratur & decidit. Tuus enim dæmon illius genium reformidat: cùm celsus atque alacer per seipsum sit, ob huius tamen uicinitatem humilis fit & abiectior. Equidem te moneo, ut abesse uelis quam procul ab hoc adolescente. His autem ab Aegyptio dictis omnia uidebantur fidem facere: nam siue sortibus, siue talis in re quacunque decertarent, semper uictor Cæsar, uictus autem erat Antonius. Sæpe pugnaces gallos, sæpe coturnices certatim immittentibus semper Cæsaris uincebant partes. Quibus rebus occultè licet turbatus Antonius, nec Aegyptium iam aspernatus, mandata Cęsari rerum suarum cura ipse ex Italia migrauit, Octauia uxore, ex qua iam filiolam susceperat, usque in Græciam comitante. Ibi cùm Athenis hyemaret, afferuntur lætissimi nuntij, Ventidium profligatis Parthorum copiis, Labienum & Farnapatem bellacissimum Herodis regis ducem occidisse. Ob has res epulum Græcis ab Antonio datum, & ludi per urbem instituti, quibus ipse Antonius positis magistratus insignibus præfuit, uirgula designatoria, uestéque & cothurnis in publicum processit, & assumptis adolescentibus unà cum illis luctabatur. Inde ad bellum proficiscens, sertum excerpsit ex sacra oliua, & ex clepsydra uas aquæ plenũ secundum quoddã oraculum secum tulit. Interea Pacorum regis filiũ unà cum magnis Parthorũ copiis in Syriam irrumpentem Ventidius in Cyrrhestica deleuit. Qua in pugna cùm ipse Pacorus cum ingẽti suorũ strage cecidisset, tãta formido Parthis iniecta est, ut intra Mediæ & Mesopotamiæ fines sese omnes reciperẽt, neque

Fœdera inter Cæsarẽ, Antoniũ, & Sext. Pompeium.

neque ultrà auderent pedem efferre, tribus cõtinuis pugnis summa ui superati, & pro M. Crasso mortuo pœnam abundè passi. Hoc quidẽ Ventidij bellũ inter inclyta Romanorum facta connumeratur: quanquam ipse ueritus Antonij inuidiam, ulterius uictoria uti destitit, & Parthos conturbatos ac disiectos prosequi. Ad eos autem qui defecerant conuersus, in ditionẽ redegit, & Antiochum Commagenum in Samosatis urbe obsedit: qui cùm mille talenta se daturũ polliceretur, & iussa ultrò facturũ, iussit Ventidius legationem ad Antonium mittere: nam is iam propè aderat, nec permittebat Ventidium rem cum obsessis transigere, ut saltem hoc unum suum, & non
58 Ventidij factum diceretur. Quod ubi obsessis negatum est, ob desperationem in audaciam uersi, diu Antonium nequaquam oppugnationi intentum tenuere, eóq; rem adduxere, ut pœnitentia ductus, trecentis dũtaxat talentis turpiter acceptis, ab oppugnatione desisteret. Paucis deinde rebus per Syriam compositis, Athenas rediit: inde Ventidium, ut decuit laudatũ atque donatum, Romam ad triumphum remisit. Hic solus usque ad nostrã ætatem triumphauit de Parthis, homo obscuro loco natus, sed celsi animi, & magnarum rerum cupidus, qui ea de causa in amicitiam Antonij receptus, talem se præbuit in rebus gerẽdis, ut confirmaret id de Antonio & Cæsare dictũ, multò melius succedere, si per alios, quàm per seipsos bella gererent. Nam & Cassius ab Antonio in Syriam missus prælarè rem gessit: & Canidius ab eodẽ circa Armeniam relictus, ea subacta & insuper Iberorũ & Albanorum regibus prostratis, &
59 Caucasum aduque profectus, gloriam & nomen Antonij barbaris nationibus formidolosum fecit. Rursus quibusdam calumniis contra Cæsarẽ irritatus, trecentis nauibus in Italiam properauit: qui à Brundusinis non receptus, cùm Tarẽtum appulisset, Octauia (nam & ipsa cùm Antonio ex Græcia nauigarat) multis precibus impetrat, ut fratris adeundi faciat sibi potestatem. Erat illa eo tempore prægnãs, & alteram iam filiam ex Antonio pepererat, quæ uenienti Cæsari obuiam progressa, & ex eius amicis Agrippa & Mecœnate in unum uocatis, multis lachrymis deprecata est, ne ipsam uelit ex fortunatissima mulierũ miserrimã facere: nunc enim omnes homines admirari duorum imperatorũ alterius coniugem, alterius sororẽ. Sin uerò peiora uincant, pręliúmq; cõmittatur, ipsis quidẽ duobus incertũ esse uter uictor futurus sit, uter uictus, sibi autem utrũlibet summam miseriam afferre: itaque non ambiguum, sed certum
60 malũ impẽdêre. His uerbis cõmotus Cæsar, pacificè Tarentũ accessit. Fuit operæpretium ingentes copias terra marique cernere summa pace utrinq; quiescentes, in medio autem amicorũ complexus, & mutuã uerborum charitatẽ. Cœnauit prius Cæsar apud Antonium, in hoc quoq; Octauiæ morem gerens. Cùm deinde conuenisset, ut Cæsar duas legiones Antonio daret ad Parthicum bellũ, Antonius autem Cæsari rostratas centum, Octauia seorsum petiit fratri à uiro uiginti myoparones, mille milites uiro à fratre præstari. Hæc ubi composita sunt confestim Cæsar contra Sextum Pompeium ducit exercitum. Antonius uerò deposita in urbe Octauia, una cum suis & Fuluiæ liberis, ipse in Asiam traiecit. Inde cùm in Syriã uenisset, Cleopatræ amor, qui sopitus diu fuerat, grauissimũ malum, quod à melioribus consiliis superatum ui-
61 debatur, rursus se extulit, uirésque resumpsit effrẽni, ut inquit Plato, cupiditate animi aduersus honestos, & salutares monitus rationis calcitrante. Capitoni Fonteio negotium datur, ut Cleopatram in Syriam adducat: quæ cùm illuc uenisset, summa apud Antonium gratia accepta, capit dona non parua, nec contemnendum regni sui additamentum, sed Phœniciam & Syriam Cœlem, & Cyprum, & magna ex parte Ciliciã, item Iudæam, quæ balsamum producit, & omnem Nabathæorum Arabiam, quæ ad Oceanum uergit. Hæc dona Cleopatræ periniquè tulerunt Romani. Atqui multa regna, & tetrarchias priuatis hominibus Antonius dedit: multi etiam reges ab eodem spoliati sunt, & fortunis omnibus exuti, ut Antigonus Iudæorum rex, quem securi percussit, quod nulli ante id tempus contigit regum. Præ cęteris tamen flagitiis inuisi

Cleopatræ dona ingẽtia ab Antonio data.

erant Cleopatræ honores. Augebat inuidiam hanc, quòd cùm uno partu binos liberos ex illa ſuſcepiſſet,& alterũ Alexandrum,alteram Cleopatram nominaſſet,cognomenta huic Lunæ,illi Solis adiunxit. Ipſe tamen Antonius rem turpem uerbis exornans,ſic ſolitus erat prędicare,Amplitudinem Romani imperij, non per ea quæ acciperet,ſed per ea quæ donaret apparere: prole autẽ multorum regum, nobilitatẽ propagari:ita patrem ſuum ab Hercule natũ. Neque enim Herculẽ in uno atq; eodẽ utero omnẽ ſuam prolem infudiſſe,neq; Solonis leges,aut prægnationis pœnas ueritum eſſe,ſed amplã ex ſe ſtirpem ſucceſſionémq; naturæ cupiuiſſe relinquere. Poſt hæc cũ Phraortes Herodę filius trucidato patre regnum occupaſſet,multíq; Parthorũ profugiſſent,Monæſes quidam uir nobilis ac domi potens ſolo patrio extorris,ad Antoniũ confugit. Antonius Themiſtocli illum ſimilẽ ducens,ſe autẽ potentia ac munificentia Perſarũ regibus parem arbitratus,tres ciuitates Partho largitur,Lariſſam,Arethuſam,Hierampolim,quam Borbycen antè appellabant. Sed Parthorũ rege*Monæſem reuocante benignè illum dimiſit Antonius,ratus Phaortẽ ſubducere,ut pacis ſpe duceretur,ſigna & captiuos,qui de Craſſi ſupererant clade,repoſcit. Ipſe autem Cleopatra in Aegyptum remiſſa per Armeniã Arabiámq; profectus, copias undiq; contraxit,nec ſolùm proprias,ſed etiam ſociorũ regum. Erant iſti cõplures, ampliſſimus tamen omniũ & potentiſſimus Artauaſdes Armenius, qui ſex millia equitũ & peditum ſeptem duxit. Illic cum copias ſuas recenſeret Antonius,cõperit Romanorũ peditum millia ſexaginta,& his auxilia equitum adiũcta Hiſpanorũ & Gallorum decẽ millia, cæterarum nationũ equitum peditúmq; ſimul triginta millia,cum equitibus & leuibus. Hæ tãtæ copiæ tantíq; rerum apparatus ob quas & trans Bactra Indus expauit, & tota ſimul contremuit Aſia, nullius uſus Antonio per Cleopatrã fuere: quippe dum properat,ut ad illam reuertatur,ut cùm illa hyemet,non expectauit gerendi tempus, ſed intẽpeſtiuè aggreſſus perturbauit omnia. Magicis enim carminibus & amatoriis poculis deuincta mẽs,amiſſa libertate propria, in Cleopatræ uultu hærebat infixa, lõgè redeundi quàm uincendi cupidior. Principio quidem cùm oporteret in Armenia hybernare,& requiem præbere militibus octo milliũ ſtadiorum uia defeſſis, & antequam Parthus copias ex hybernis educeret, ineunte uere Mediam occupare,nõ tulit ille moram,ſed confeſtim Armeniã ad lęuam capiẽs,Satropatenam regionem uaſtauit. Deinde cùm trecenta uehicula haberet, quæ machinas ferebant ad oppugnandas urbes perneceſſarias,in quibus aries erat octoginta pedũ, quibus corruptis nulla ſpes erat reparãdi, utpote omni ad Orientẽ plagam ſolo materias minimè generoſas procreante:dũ celerior eſſe cupit,quaſi impedimenta celeritatis poſt ſe deſeruit, Tatiano quodam,qui curribus præeſſet cum certa manu militũ ad cuſtodiam relicto. Ipſe autem Phraortæ urbem magnã,ubi & filij & uxores erant Medorum regis, obſedit. Ibi mox re ipſa redarguente cognitũ eſt,quantus fuerit error in machinis relinquendis: nam cùm illis careret,aggerẽ ſummo labore extollere coactus anxiè perficiebat. Dũ hæc iſtic gerebantur,Phraortes Parthorum rex cum magnis copiis deſcendens,ut audiuit machinas ab Antonio relictas,partẽ ſuorum militũ ad eas miſit. Ab his circunuentus. Tatianus obruitur, decem millia cum illo cæſa,capti autẽ cõplures,in quibus & rex Polemon fuit,machinæ uerò omnes à uictoribus incẽſæ. Ea res,ut debuit,cunctos Antonianos milites minimè quicquã tale in principio expectantes,uehementer turbauit. Acceſſit quòd Artauaſdes Armenius, qui eius belli capeſſendi cauſa in primis Antonio iũctus fuerat,quaſi deſperatis rebus cum ſuis copiis ſe ſubtraxit,Romanósque deſeruit. Hoſtes his ſucceſſibus elati,manifeſtè prodire audebant,munitiones Antonij adire,minis contumeliísque laceſſere. Antonius igitur optimum factu ratus militẽ educere, ne quieſcendo & ſuorum animos languidiores,& hoſtem ferociorem faciat,aſſumptis legionibus decẽ,& prætoriis cohortibus tribus, cum uniuerſo equitatu frumentatũ egreditur,ſperans eo maximè modo hoſtes, qui latiſſimè ſparſi erat, in unum

*Δεξιὸν τὸ παρθικὸν.

67 in unum contractos pugnandi copiam facturos. Ita haud longius à caſtris unius diei iter profectus, ut uidit Parthos undiq; in ſe concurrere, pugnandi ſignum in caſtris ponit,& ſimul tentoriis refixis,quaſi non pugnaturus,ſed abiturus,Parthorum aciem præterit,admonitis his,qui primi erant, ut cum prope hoſtẽ eſſent, equitatus hoſtem celeriter inuadat. Erat Parthorũ acies in falcis figurã inſtructa,ſtabátq; oppoſita, miro ſilentio & quiete Romanorũ ordines admirans,& exibat ipſa quoq; æqualibus interuallis,intrepidè & cum ſilẽtio uenabula uibrãs. Eques Romanus ſigno dato ingẽti clamore in hoſtẽ defertur. Reſtitere primò hoſtes impetúmq; ſuſtinuerunt,tametſi momento Romanus eques intra teli iactum ueniſſet. Mox ut pedes quoque aduenit, tunc ingẽti ſtrepitu armorum,& clamore militũ territi Parthorum equi, & ſimul ipſi *Parthi ab Antonio uincuntur.*
68 Parthi,priuſquam manus conſererẽt,fugã arripuerũt. Fugæ incũbens Antonius,putabat ſe totum bellũ,aut certè partẽ maximam eo die confeciſſe. Inſequuti ſunt equites circiter ſtadia centum quinquaginta,pedites uerò quinquaginta: quibus reuocatis,quot ex hoſtibus cecidiſſent, quot capti eſſent,cùm quæreret, cõperit triginta dũtaxat captos,& octoginta cæſos. Ea res ſpem ac fiduciam omnẽ Romanis ademit,pergraue putantibus,ſi quidem ipſi uictores tam paucos ex hoſtibus necarint, uicti autẽ tot amiſſuri ſint,quot circa machinas nuper amiſerãt. Poſtridie uerò cùm ad Phraarta redirent,obuiam ſeſe offert hoſtis,primò quidem parua manu,deinde maiori,tandem uniuerſa multitudine,ac ſi nunquam uicti fuiſſent,recentésque circa Romanos diffuſa,ad pugnã prouocabant,itérque impediebant,ut uix atq; anxiè Antonius cum
69 ſuis militibus caſtra reciperet. Ab obſeſſis Medis eruptione quadam facta,cùm præſidia Romanorũ deiecciſſent, iratus Antonius,ſorte circũducta, decimum quenq; ſupplicio affecit,cæteris pro tritico hordeum præbuit. Erat hoc bellum utrinque pergraue:nam & Romani famẽ timebant,nec ſine uulneribus & cæde dabatur iam uictum parare. Et Phraortes ſciens omnia faciliora eſſe Parthis,quàm hyemẽ,cùm iam æquinoctiũ autumnale adeſſet,magnopere uerebatur,ne ſuos continere non poſſet. Dolo igitur aggrediendũ ratus,nobiliſſimis Parthorũ negotium dat,ut Romanos,qui frumentationis aut aquationis,aut denique cuiuſcunque rei cauſa egrediantur,familiarius compellent,auferre ſinant,benignè alloquãtur, uirtutem laudent, eos mirum in modũ placere regi ſuo ſignificent,inde propius adactis equis increpent Antonij pertinaciam,qui Phraortæ eiuſmodi uiros ſaluos eſſe cupienti, ipſe nõ aſſentiatur,ſed famem atq; intemperiem anni,duo maxima & grauiſſima bella,expectet,quæ cùm ue- *Phraortis dolus in Antonianos.*
70 nerint,etiam ſi ipſi Parthi conẽtur auxilium ferre, euadere tamen non poterũt. Eiuſmodi dicta à militibus ſpe mollitis relata mouerunt Antoniũ: non tamẽ prius caduceatorem ad Phraortem miſit, quàm fuerat ſciſcitatus an hæc ex animo regis loquerentur: quod cùm illi affirmarẽt,& ut ad regem legatũ mittat,ſuaderent, mittit quoſdam ex amicis,quibus mãdata dat,ut & ſignà & captiuos à Parthis repetant,ne nihil petendo contentus eſſe ſola fuga uideretur. Phraortes uerò his auditis,reſpondet, ut captiuorum & ſignorum mentionẽ facere omittat:pacem autẽ,ſi abire malint,offert: quam conditionẽ tandem,ut ab Antonio erat iuſſum,legati accipiunt. Poſt hæc Antonius paucis diebus, dum ſe milites cõpararent,cõmoratus à Phraartis diſcedit: nec ipſe quãquam caſtrenſi eloquentia nemini ætatis ſuæ cederet, concionem habuit,ſed Domitium Aenobarbum id facere iuſſit. Fuere nonnulli in exercitu qui id grauiter
71 ferrent,ac ſe contemni ab Antonio putarent. Alij uerò mœſtitia & pudore(quod uerius erat)impeditum Domitio id negotij dediſſe, & ob idipſum magis etiã conciliatos ac perſuaſos duci eſſe oportere prædicabant. Erat in exercitu uir quidam Mardus genere,Parthorum mores propter diutinam obſeruationẽ plurimũ callens,cæterùm probatæ fidei,iã antea cognitus in prælio circa machinas cõmiſſo. Is Antoniũ adiens, monet, ne eãdem,qua uenit,uiam repetat, néue exercitum pedeſtrem & grauem per loca plana & aperta tam magnis equitum copiis trucidandũ obiiciat. Neq; enim alia

de cauſa Phraortem fœdus iniſſe,niſi ut ab obſidione abeũtes in iis potiſſimùm locis conſequatur.Si ita Antonius uelit,ducem futurum ſe pollicetur, non ſolùm tutioris, ſed etiam breuioris uiæ.Antonius autem quanquã uideri nolebat ſe parum fidei Parthorum confidere,tamen cõmoditate itineris adductus,Mardum ducere iubet,ſatisdatione prius ab eo poſtulata.Ille ſe uinciri iubet,nec antè diſſolui,quàm in Armeniã 72
perduxerit.Quo facto arripit ille iter ad dexteram,& mõtes capeſſit: ita biduum ſine ulla offenſione profecti,iam omni timore depoſito diſſolutè incedebant. Tertia autẽ die cùm ad flumen quoddã peruenisſent.Mardus ripam fluminis recens dirutam cernens,& uiam qua eũdum erat multa undatione occupatam, ſuſpicatus hoſtium inſidias,qui ea impedimenta ad moras Romanis obiicerent, haud longè abeſſe,Antoniũ monet prouidere, ne exercitum incautè incedẽtem de improuiſo Parthi adoriantur. Vix redierat in ordinem miles,cùm Parthi citatis equis in Romanos feruntur,circũdant aciem,undiq; inſtant.Antonius funditores & leuis armaturæ milites in hoſtem immittit:Parthi infeſto telo,& plũbea glande percuſſi, pedem referũt,multis uulneribus acceptis,nec paucioribus illatis. Rurſus deinde irrũpere conãtes Celtiber eques 73
excepit,diſſipauítque,ita ut nihil amplius ea die tentarent.Ex hoc Antonius cognito quod factu opus eſſet,expedito milite funditoribúsque nõ ſolùm terga,ſed etiã latera exercitus ſepſit,& quadrato agmine ſemper incedit:equitibus autem mandat, ut hoſtes excipiant,fugientes uerò nõ longius inſequantur.Hæc per quatriduum obſeruata,ſpem omnẽ prædæ ademerant Parthis,ut iam de reditu cogitarent, cùm ſpe amiſſa hyems obſtaret.Quinta autem die Flauius Gallus uir ferox & manu prõptus, qui ordinem in exercitu ducebat,petiit ab Antonio leuis armaturæ milites,& pleroſque ex equitibus quos in fronte habebat,promittẽs aliquod egregium facinus,ſi hi ſibi permittantur,oſtenſurũ. Antonio uerò cõcedente,milites & equites capit,& cùm hoſtes ut ſoliti erant,acceſſiſſent,in eos irruit,fugauítque.Nec parua fuga,ut præceptũ erat, 74
contentus,inſtat ferocius,& in medias Parthorũ turmas irrumpit: miſſos ab exercitu qui reuocarent,cõtemnit.Ferunt Titium quæſtorẽ ſigno per uim ablato ad exercitũ ſe recepiſſe,Gallũ obiurgatum,quòd multos bonos uiros temeritate ſua perditũ iret. At Gallus Titium cõtrà iurgatus ſuos cohortatur,& eodem loco ſiſtere eos iubet. Ibi acerrimè pugnatũ eſt:tandẽ Gallus hoſte,quem à fronte ſolùm habere putabat, à tergo circunfuſus,preſſúsque undique,mittit ad exercitũ qui auxilium implorent. Tribuni militum inter quos & Canidius erat,uir magna apud Antoniũ gratia,temeritati Galli maximum errorẽ adiungunt. Nam cùm opus eſſet frequentiori auxilio uno impetu in hoſtes irrumpente,paruam manum ſæpe atque iterum,ut primi profligati erant,mittendo,copiásque euacuãdo, uniuerſum exercitum in fugam atq; ultimam cladem dediſſent,ni Antonius re cognita celeriter aduolãs cum legione tertia pugnã ſubiiſſet,hoſtésque repreſſiſſet. Tria millia in eo prælio mortua, quinq; millia uulne- 75
ratorum relata ſunt in caſtra, & in his Gallus quatuor ſpiculis aduerſo corpore traiectus:ſed hic quidem non cõualuit,cæteros uerò adiens Antonius curabat,ſolabatúrque,miro dolore afflictus,ut lachrymas etiam frequenter effunderet.Saucij uerò eius aduentu lætati dexteram prenſantes orabant,ut abiret, ac propriam ualetudinem curaret,ſe liberatos eſſe,ſi ipſe dux ualeret,affirmabãt.Nullus in illa ętate exercitum duxit,qui huic aut audacia aut tolerantia laborum,aut robore militum præſtaret . Tãta uerò erga ducem reuerentia,tanta obedientia,tanta penes omnes nobiles, ignobiles, priuatos,magiſtratus,conſtantia,in honore ac gratia Antonij propriæ ſaluti anteponenda,ut ne antiquis quidem illisRomanis locũ ullum exceſſus relinqueret.Huiuſce 76
rei plures erant cauſæ,nobilitas,eloquentia,ſimplicitas, magnificentia,liberalitas,comitas,tum uerò cum cæteris laborando,ſolicitudinem pro aliorum incõmodis ſuſcipiendo,opitulando,cuique quod opus erat porrigendo,promptiores infirmos atque ſaucios,quàm ipſos ualẽtes effecerat . Hæc uictoria uſqueadeò Parthos extulit,ut qui pridie

Ex re præſenti ſubitũ conſilium.

pridie amiſſa ſpe,de receſſu(ut diximus) cogitabant,per uniuerſam noctem exercitui, quaſi fugituro & deſerturo omnia imminerent, & rex omnes quos ſecũ habebat (neque enim ipſe ullo prælio unquam adfuit)quaſi ad certam prædam uictoriámq; illuc dimitteret.Fuiſſe dicuntur omnes Parthorum copiæ XL millia equitum. Antonius uerò cùm eſſet concionaturus,petiit ſordidam ueſtẽ, quò magis animos flecteret: ſed
77 improbantibus amicis,purpuratus acceſſit. Ibi cùm laudaret fortes,increparétq; qui fugerant, & his quidem bono animo eſſe iuberet,illi uerò ſe purgarent, & ſiue decumationẽ,ſiue quod aliud ſuppliciũ mallet,ſe paratos ſubire offerrẽt, modò ipſe triſtitiam animo expellat,precatus deos,ut ſi qua inuidia pro priore felicitate aduentet,omnem illã in ſe unum conuerterent, reliquo uerò exercitui ſalutẽ ac uictoriã præſtarent,concionẽ dimiſit.Poſtridie exercitu diligenter circũſepto procedit.Parthos autẽ longè ſpes ſua fefellit.Nam quaſi omnia rapturi inuadentes, ita ſumma uirtute à Romanis repelluntur,ut fortitudinẽ admirati ſpem omnẽ prædæ rurſus deponerent.Inde cùm quibuſdã è tumulis deſcendentẽ exercitũ Parthi ſectantes per decliuia adorti
78 eſſent,cõuerſi legionarij milites poſt ſe nudos clauſere.Primi quidẽ in genu flexi clypeos oppoſuere,hi uerò qui poſt terga erant,armis ſuperiectis primos texerunt , illos item alij eodẽ modo.Erat eius forma,quaſi tecti cuiuſdã theatrico ſpectaculo perſimilis,ad ſagittarum lubricationes tutiſſima defenſio.Parthi labore cõfectos eſſe rati, depoſitis arcubus,& cõtis aſſumptis Romanos inuadũt. At illi ſubitò in pedes ſublati,& inuicẽ cohortati,primos Parthorũ obtruncãt,reliquos in fugã dant.Eodẽ modo & ſequẽtibus diebus factũ.Iam exercitus tardè incedẽs ingẽti fame premebatur.Neq; enim per hoſtes frumentatũ ire licebat,& inſtrumẽta cerealia magna ex parte relicta erant,iumẽtis partim mortuis,partim in ferẽdo eos,qui ſaucij erant occupatis.Chœnix attica frumẽti quinquaginta drachmis empta: pro hordeaceis panibus * tãtundẽ ponderis argentũ datum:tandẽ ad herbas ac radices cõuerſi,cùm notę cõſuetæq; defi-
79 cerent,coacti ſunt etiam ignotas aſſumere.Inuẽta eſt quædã herba,quæ ad mortẽ per inſaniam adduceret. Quicunque illam mãdebat,neque meminerat cuiuſquã,neque ullum agnoſcebat,ad hoc unum ſummè intẽtus,ut lapides effoderet,uerſarétque,ceu magna quædã res & celeritatis indiga gereretur. Erãt cuncta plena annixorum humi ad lapides reuoluendos traducendóſque, & tandem bilem uomẽtes moriebantur omnes,quandò uinũ defecerat,unicũ ad eam peſtem remediũ.Ita permultis morientibus, & Parthis uehementer inſtantibus ſæpe inter cogitandũ clamaſſe Antonium ferunt,O decem millia:eos qui cum Xenophonte Babylonia redierant admirantẽ,qui multò longiore uia confecta,per ingẽtes copias hoſtium ad patrias ſedes remeaſſent incolumes. At Parthi cùm neque exercitum Romanũ obruere, neque ordines turba-
80 re ullo pacto poſſent,ſed contrà ipſi iam ſæpe uicti ac fugati eſſent,rurſus nitũtur dolos contexere:admiſcentes enim ſeſe Romanis,qui aquatũ aut frumentatũ exierãt,& chordas arcuum laxas oſtendẽtes,ſe quidem nunc abire domũ prædicabãt,quoſdam tandem ex Medis biduum ac triduum ſequuturos, nõ ut laceſſant quidẽ amplius, ſed ut uicos atq; agros ab iniuriis tuerentur. Ad hæc amplexus gratulationésq; iungebãt, quò magis perſuaderent.Romani autẽ magnam in ſpem adducti, putabant uera fore quæ illi dicitabant,& ipſe Antonius unà cum cæteris lætatus, cupiebat iam in planitiem deſcendere.Montes enim per quos deinceps eundum erat,dicebantur aquã non habere. Cùm itaq; copias deducturus eſſet Antonius, uenit quáproximè ad caſtra uir quidam Parthus,nomine Mithridates, nepos Monæſis illius, qui urbes dono ab An-
81 tonio acceperat. Is petit aliquem ad ſe uenire, qui Syriacè aut Parthicè ſciat. Acceſſit Alexãder quidam Antiochenſis. Parthus præfatus quis eſſet,& in Monæſem gratiam omnem referens,interrogauit Alexandrum,ſi montes altos ac frequentes,ſub quibus
» latè explicent campi,ante ſe cernat . Quod cùm ille annuiſſet,Sub illis,inquit,monti-
» bus omnis Parthorum equitatus uos expectat . Putant enim uos eorum uerbis ſedu-

* ἀσὺς ἀργύρεον ἰσαντες.

Fames ingẽs in Antonij exercitu.

Dolus alius Parthorum.

Admiranda hoſtis miſericordia.

ctos,relictis collibus per hanc magnã planitiem iter facturos.Si igitur montes,ut ad-
huc feciſtis,tenueritis,nil amplius,quàm labor & ſitis timẽda eſt, res uobis Romanis
nequaquam inſueta.Sin in campos deſcenderitis,certò ſciat Antonius Craſſi calami-
tatẽ ſibi eſſe ſubeundã. Hæc cùm dixiſſet,receſſit.Antonius hoc nũtio turbatus,ami-
corum ſententiam ſciſcitatur.Mardus itineris princeps ſententiã rogatus, uehemen- 82
ter Partho aſſentitur: quippe & citra ullas inſidias,planitiem ipſam plenam errorum
& moleſtiarum putabat,& ſimul docebat, haud longam regionem eſſe,quæ aqua ca-
reret,ſed quantùm una die tranſmitti poſſet. In hanc ſententiam cùm adductus eſſet
Antonius,nocte ſigna mouet:milites aquam ferre iuſſi,penuria uaſculorũ galeas pel-
lésque impleuerunt.Parthi ut nũtiatum eſt Antonium per montes iter tenere, exciti
ex inſidiis,& cõtra conſuetudinẽ ſuam noctu properantes, prima luce extremos Ro-
manorũ conſequuntur.Romanos uigilia & labore cõfectos(ducentorũ enim & qua-
draginta ſtadiorũ iter ea nocte confecerant) nõ mediocriter turbauit aduẽtus hoſtiũ.
Neque enim tam celeriter affuturũ ſperabant: & ſitim augebat certamen, pugnantes
enim incedebant. Dum ita proficiſcuntur,primi qui erant ad flumen quoddã perue-
niunt. Aqua erat gelida & nitens, cæterùm ſalſa & uenenoſa,ſimul ac guſtata fuerat, 83
totis uiſceribus cõmouebat dolores.Mardo autem prædicente,diſpoſiti ſunt quidam
per ripam,qui militem ab hauſtu prohiberent:ſed nõ tantùm ea res ualuit, quin uin-
cente ſiti frequentes ad potum proſilirent. Antonius quacunque incedẽs milites ro-
gabat,paulò etiam ſitim tolerare,haud longè abeſſe fluuiũ aquę dulcis & ſalubris,nec
hoſtem deinceps propter aſperitatem uiæ ſequi poſſe. His ſimul dictis pugnantes re-
uocabat,& requieſcere ſub umbra iubebat.Factis itaque ſcenis,& Parthis(ut conſue-
uerant)procul amotis,acceſſit iterum Mithridates, & per Alexãdrum monet, ut cùm
paulò requieuerint,ad flumen accederent:Parthos enim uſq; flumen ſequuturos,nec
ultrà tranſituros eſſe. Alexander his rebus Antonio nuntiatis,refert ad eum aurea po-
Seditio in caſtris Antonij. cula & phialas,quorũ Mithridates quot ueſte tegere ualuit acceptis,diſceſſit. Aliquã- 84
tulùm etiam tũc diei ſupererat,cùm Antonius caſtra mouit. Ea nox ab hoſtibus qui-
dem tranquilla fuit,ſed tam magno inter ipſos tumultu, ut nuſquam ſit magis trepi-
datum.Trucidatis enim iis,qui aurum aut argẽtum ferebant, pecunias diripuerunt:
tandẽ Antonij impedimẽta adorti, pocula & menſas pretioſiſſimas effringunt, & in-
ter ſe diuidunt.Hinc tumultus exortus omnẽ exercitũ trepidatione referſit:putabant
cuncti aciem circunuentã,ordinésq; interruptos eſſe, ut Antonius quendã ex libertis
ſuis nomine Ramnũ iureiurãdo obligaret,ut quãdocunq; iuberet,gladio ipſum tráſ-
figeret, abſcinderétq; caput, ut neq; uiuus capi ualeat, neq; mortuus dignoſci ab ho-
ſtibus.Hîc cùm omnes ingemiſcerẽt,Mardus itineris dux bono animo eſſe iubet,flu-
men enim propè eſſe,ídque ſibi ex auræ ſpiratione,& frigiditate aeris,& tẽpore profe-
ctionis patẽre.Neq; enim multũ ſupererat noctis:&ſimul nuntiatũ eſt turbationẽ illã 85
non ex hoſtibus,ſed militũ quorundã auaritia intẽperantiáq; eſſe ortam. Volẽs igitur
Antonius ex errore ac profligatione in ordinẽ milites reducere, manipulatim præce-
pit. Quibus iam ferme in ordinem redactis,cùm dies lucere cœpiſſet,Parthi extremos
inuadere cœperũt. Datur ſignum pugnæ militibus leuis armaturæ, deinde cæteri eos
protegunt,& teſtudine facta hoſtẽ expectant: qui cùm adire non auderet,& Romani
paulatim ſe ſubducerẽt,primi ad flumẽ peruenĩũt. Ibi Antonius equitibus aduerſum
hoſtẽ collocatis copias traiecit,infirmos primò,deinde cæteros. Iam & ipſis pugnáti-
bus facultas erat bibẽdi. Parthi enim ut flumen aſpexerũt, ſubitò arcus relaxãt, ſecurè
tranare iubent,uirtutem Romanorũ ad cælũ tollunt. Poſtquã id flumen tranſierunt, 86
& ſe ex longo labore receperunt, uiam ire pergunt,nõ nimiùm Parthorum fidei cre-
dentes.Sexta die poſt ultimum prælium ad flumẽ Araxem, quod Mediam ab Arme-
nia diuidit,peruenĩũt. Viſum eſt eis hoc flumen,& altitudine & rapacitate horrendũ,
& rumor erat Parthorum inſidias ibi eſſe, ut Romanos tranſeuntes adorirentur. Vbi
igitur

igitur Araxem tutiſſimè traiecere,Armeniámque tetigere,quaſi ex lõgo pelago terrã
illam intuentes adorabant,ad lachrymásque & amplexus præ lætitia conuerſi. Incedẽtes autẽ per regiones fortunatas,& ex recordatione penuriæ rebus omnibus abutẽ-
tes,hydericos,ictericósque incurrunt morbos. Hic cùm exercitum recenſeret Anto-
nius,comperit uiginti millia peditum,quatuor millia equitum eo bello amiſiſſe, nõ
87 tamen omnia ab hoſte cæſa,ſed ſupra dimidiam partẽ morbo abſumpta. Ierunt igi-
tur à Phraartis ſeptem & uiginti dierum iter: præliis duodeuiginti Parthos uicerunt,
ſed hæ uictoriæ neque uim ullam,neque effectũ habebant,quòd hoſtem cõſequi non
poterãt. Quamobrẽ manifeſtum erat, confectionẽ eius belli per Artauaſdem Arme-
niæ regem Antonio ſubtractã. Si enim quos ex Media reduxit equitũ ſexdecim mil-
lia affuiſſent,Parthico ferè more inſtructa,& cum illis pugnare cõſueta,Romanis pro-
fligantibus,illísq; perſequentibus nunquã hoſti facultas fuiſſet toties ad bellum pede
integro redeundi.Cuncti igitur Antonium ad pœnas de rege ſumendas incitabãt:ſed
ipſe ratione fretus, quòd exercitus è tot malis nondum reſpirauerat, nec queſtus eſt
quicquam aduerſus regem,nec minus,quàm ſolitus erat,in honore habuit.Poſtea ta-
men rurſus Armeniã ingreſſus,multis promiſſionibus regẽ allectum in uincula con-
88 iecit,eúmq; Alexandriæ in triumphũ duxit. Quæ res maximè Romanorum animos
ab Antonio alienauit,quòd inſigne ac præcipuum patriæ decus ob Cleopatrã Aegy-
ptiis edidiſſet.Sed hæc(ut modò dixi)poſtea ſunt facta. Tũc uerò per hyemẽ ac niues
redire properãs,octo millia inſuper militũ in itinere amiſit. Ipſe autẽ cum reliquis ad
mare deſcendens,quodã in loco qui Albus pagus dicitur (eſt autem medius inter Be-
rytum & Sidonem) Cleopatram expectabat,& tardãtis deſiderium perægrè ferebat,
ſed tamen ad potus ebrietatésq; reuerſus,cùm tolerare morã ullo pacto nequiret,per-
ſæpe à cõpotoribus inter bibendũ proſiliẽs,ad ſpeculandũ currebat. Venit Cleopatra
tandem,& ueſtem & pecuniã militibus tulit.Sunt tamen qui affirment ueſtem,dũta-
xat Cleopatrã attuliſſe,pecuniam autẽ propriam Antoniũ,quaſi ab illa acceptam mi-
89 litibus diuiſiſſe.Inde cùm inter Parthorũ Medorúmq; regem diſcordia eſſet pro Ro-
manis(ut ferunt) ſpoliis diuidendis exorta, formidarétq; Medus, ne regno proprio à
Parthis deturbaretur,miſſis ad Antoniũ legatis,hortatur ad bellum Parthicum rurſus
capeſſendũ,& ſuas ac ſuorum uires conatúsq; pollicetur. Antonius igitur magna ſpe
elatus,quandò id quod ſolũ primò bello defuerat,equitũ ac ſagittariorũ multitudinẽ
gratis oblatam ſibi per occaſionẽ cernebat, iterum parabat per Armeniã aſcẽdere, &
ſe cum Medis circa Araxẽ coniũgere,atq; ita ſimul Parthis bellum inferre. Dum hæc
in Aſia geruntur,Cæſar interea Romæ Octauiam ſolicitabat,ut ad Antoniũ nauiga-
ret,non ipſius gratia,ut plurimi aiunt, ſed ut illa repulſa aut neglecta, iuſtam cauſam
fratri præberet belli cõtra Antonium ineundi. Cùm igitur Athenas peruenĩſſet,red-
duntur ſibi literæ ab Antonio, quibus iubebatur Athenis expectare, & ſimul ſe con-
90 tra Parthos profecturum ſignificabat. Illa uerò hoc nuntio perturbata,quanquã non
ignorabat quid rei ageretur,tamen mittens Antoniũ rogauit quonam uellet ea mit- *Munera Octauiæ ad Antonium.*
ti,quæ ipſa ad eum perferebat.Ferebat enim ueſtẽ militarẽ cõplurimam, multa etiam
iumenta & pecunias,& dona,quæ Antonij familiaribus largiretur,& præterea militũ
delectorum duo millia,qui in cohortes redacti, & totius corporis armaturis mirabi-
liter ornati erant. Hæc omnia cùm ad Antonium Niger quidam ab Octauia miſſus
detuliſſet, & iuſtis laudibus ornaſſet, timens Cleopatra Octauiæ aduentum, ne fortè *Cleopatræ aſtutia.*
probitate morum, & Cæſaris potentia Antonius flecteretur, non ſatis blanditiis con-
fiſa,amore ſe Antonij ſimulauit incenſam,& corpus quidem ſubducto cibo attenuat,
& ſi quãdo ab ea diſcedebat,continuò in oculis humor ac triſtitia aderat: cùm in cõ-
91 ſpectum redibat,quaſi ſtupore quodã percuſſa intuebatur. Data etiam opera,ut non-
nunquam ab Antonio lachrymans inueniretur, cõfeſtim lachrymas abſtergebat,oc-
culebátque,quaſi magnopere illum conaretur latẽre. Hæc tũc maximè faciebat, cùm

Antonius parabat è Syria ad Medũ proficiſciſci. Aſſentatores autem reginæ ſtudioſi Antonium, ut planè durum ac ferreum hominem accuſabant, qui fœminã perderet in unum ac ſolum ipſum intuentẽ. Nam Octauiam quidẽ rerum gratia per fratrem Antonio coniunctã cõiugis nomine frui, Cleopatram autem tot populorum dominam amantem Antonij uocari: neq; hoc nomen fugere, neq; erubeſcere, modò aſpicere ipſum atque unà eſſe liceat: quòd ſi hoc quoq; illi denegetur, non amplius uitali aura fruituram. Eiuſmodi uerbis uſqueadeò Antoniũ effœminauerũt, ut omni apparatu belli neglecto, ſolicitus de Cleopatrę uita in Alexandriã redierit, profectionẽ autem ad Medum aliud in tempus differret, quanquam tunc uehemẽter Parthos laborare inteſtinis ſeditionibus audiebat. Poſt tempus tamen profectus amicitiam cum 92
Medo firmauit, & uni ex ſuis & Cleopatrę filiis regis filia deſpõſata, inde regreſſus eſt, iam ad ciuile bellũ tota mente conuerſus. Octauiam enim ab Antonio neglectã, ut Romam rediit, iuſſit Cæſar ſeorſum per ſe habitare: ſed illa negauit ſe domum Antonij deſerturam, & niſi aliud ſubeſſet, hac de cauſa minimè certãdum cenſebat. Perturpe enim fore, ſi duo Romanorum imperatores ad arma eant, alter amoris gratia, alter quòd pellex ſorori anteponatur. Et hæc ſanè factis comprobabat: nam neque Antonij domum deſeruit, neque filiorũ eius curam remiſit: ſed diligenter excoluit, nõ ſolùm cõmunes, ſed etiam ex Fuluia antè ſuſceptos. Amicos etiam Antonij, qui uel petendi magiſtratus, uel cæterarum rerum gratia Romã uenerant, ſuſcipiebat, fouebátque, & ſi quid opus erat, pro illis à Cæſare impetrabat. His illa rebus inſciens, impru- 93
dénsque plurimùm obfuit uiro, cunctis indignè ferentibus quòd eiuſmodi fœmina iniuriis afficeretur. Augebat Antonij odium diuiſio illa tragica ac ſuperba, maximéque à Romanis moribus abhorrere uiſa, quã ille fecerat Alexãdriæ inter ſuos & Cleopatræ filios. Nam cũm in gymnaſio duos ex auro thronos gradibus argenteis poſuiſſet, & in altero ipſe, in altero Cleopatra cõſediſſet, filiis itẽ paulò humilioribus thronis collocatis, inſpectante omni multitudine, primò quidem Cleopatrã reginam appellauit Aegypti, Cypri, Libyæ, & Syrię Cœles, unáque cum illa Cæſarionem regnare iuſſit, quem Cleopatra prægnans relicta ex priore Cæſare peperiſſe uidebatur: ſecũdo autem loco ſuos & Cleopatræ liberos reges regum nominauit, aſſignauítque Alexãdro quidem Armeniam, Mediam, & Parthiam, ſi quando ſubigerẽtur: Ptolemæo autem Phœniciam, Syriam & Ciliciam. Et principio eos duxerat uario ornatu, Alexan- 94
drum Medica ueſte, tiaram & cidarim tectã habẽtem: Ptolemæũ crepidis, & chlamyde, & cauſia, cum diademate ornatum. Hic enim erat habitus ab Alexãdro regum, ille uerò Medorũ & Armeniorum. Poſt hæc cùm pueri genitores ſalutaſſent, & amplexi fuiſſent, præſto cuſtodes utrique affuere, huic Armenij, illi Macedones. Nam Cleopatra quidem & tunc & aliàs, quoties ſe multitudini oſtẽdebat, ſacram Iſidis ſtolam aſſumebat, & noua Iſis iura populis dabat. Hæc Cæſar ſæpe in ſenatu oſtendens, ſæpe in concione accuſans, plebem contra Antonium concitabat. Miſit etiam Antonius Romam aduerſus Cæſarem accuſatores: primò, quòd pulſo Pompeio Siciliam adeptus, nullam eius inſulæ partem feciſſet ſibi: ſecũdùm, quòd cùm eius nauibus ad prælium 95
uſus eſſet, nullas unquam reſtituiſſet: tertiùm, quòd cùm M. Lepidum collegam exauthoraſſet, & priuatũ feciſſet, ipſe habebat legiones & prouincias illi traditas. Super omnibus, quòd Cęſar Italiam ferme totã militibus ſuis diuiſiſſet, & nihil reliqui militibus Antonij reliquiſſet. Ad hæc Cæſar ita reſpondit: Lepidum quidem ideo remouiſſe ab imperio, quòd nimiùm ob eam rem inſolęſcere uiſus erat. Quæ autem bello acquiſierit, ſe Antonio partem facturum, quando & ipſe Armeniæ partem faciat ſibi, Militibus autem Italiam non eſſe dandam, cùm Parthiam & Mediam habeant, quas Romanorum imperio adiunxerunt unà cum imperatore ſuo præclariſſimè pugnãtes. Erat in Armenia Antonius, cùm hæc renuntiata ſunt ei: confeſtim itaq; iubet Canidium cum ſexdecim legionibus ad littus deſcẽdere: ipſe autẽ cum Cleopatra Epheſum 96

Octauiæ probitas.

Cauſa altera odij Cæſaris in Antonium.

ſum uenit, nam eò maritimæ copiæ undique conueniebãt. Fuere omnes naues octingentæ cum onerariis, quarum Cleopatra contulit ducentas, & talenta uiginti, & cõmeatum uniuerſo exercitui abundẽ. Antonius quidem à Domitio admonitus ne ſecũ Cleopatram duceret, iuſſerat illam in Aegyptum redire, ibíque euentum belli expectare: ſed ipſa uerita ne pax turſus per Octauiã fieret, multis præmiis à Canidio impetrat, ut pro ſe Antonium alloquatur, doceátque iniuſtum eſſe, ab exercitu repellere mulierem, quæ tanta auxilia præbeat ad bellum, neque cõducere ut Aegyptij lãguidiores fiant magna pars maritimarum copiarum. Quinetiam ſe non perſpicere, cuinam eorum regum, qui Antonium ſequuturi ſint, Cleopatra cedat aut prudẽtia, aut
97 cõſilio. Nam & magnum regnum iam diu per ſeipſam gubernaſſe, & ab ipſo Antonio didiciſſe, quemadmodum in maximis rebus uerſari oporteat. Hæc quidem conſilia (oportebat enim iam omnia in Cæſarem transferri) uicerũt. Collectis itaque copiis cùm Samum nauigantes perueniſſent, ibi aliquot dies commorati ſunt in ſummis uoluptatibus. Vt enim reges, dynaſtæ, tetrarchę, nationes, ciuitates uniuerſæ, quę inter Syriam & Mæotida, Armeniam & Laurias iacent, iuſſi erant ea mittere & ferre quibus ad bellum opus eſſet: ita cũctis Dionyſij artificibus edictum erat, in Samo adeſſent. Itaque reliquo omni terrarum orbe ingemiſcente, una inſula cãtibus, ſaltationibus, theatris, certaminibúsque intenta erat. Immolauit tota ciuitas bouem mittẽs,
98 reges autem inter ſe magnificentia donísque certabant: ſermóq; erat, quales nam futuri eſſent in triumpho, qui ante triumphum belli apparatum talem oſtentarent. Dedit ſcenicorum ludorum artificibus Pryenen habitandam Antonius. Ipſe Athenas uenit, & ibi rurſus in iocis erat & theatris. Cupiens autem Cleopatra, quos ciuitas illa Octauiæ dediſſet honores, eoſdem ſibi decerni (amabatur enim egregiè ab Athenięſibus Octauia) multis beneficiis populum amplexa eſt. Ciuitas igitur honores decreuit, miſítque legatos Cleopatrę domum, qui pſephiſma ferrent. Horum unus fuit ipſe Antonius, utpote ciuis Athenienſis, qui coram regina conſtitutus orationem pro ciuitate habuit. Deinde Romã miſit qui Octauiã domo expellerent. Egreſſam illam ferũt cum omnibus Antonij filiis præter maiorem natu ex Fuluia (hic enim cum patre aberat) plorantem & iniquè ferentem, quòd & ipſa una ex cauſis diſcordiæ ciuilis
99 putaretur. Romanis uerò id indigniſſimè factum uidebatur, Antonium tamen miſeriorem iudicabant, maximè hi qui Cleopatrã uiderant, quibus apertiſſimè notũ erat, neque ætate, neque forma Octauiæ anteponendam. Cæſar audita Antonij celeritate magnitudinéque copiarum, uehementer trepidauit, timens ne ea æſtate pugnare cogeretur. Deerant enim cõplura ad belli apparatum, & homines ſibi infenſi erãt propter immodicas tributorum exactiones. Coacti erant alij quidem partem quartam fructuum conferre, libertinæ uerò conditionis homines octauam totius patrimonij. Itaque omnibus in Cæſarem accenſis tota perturbata erat Italia, ut in maximis erratis Antonij ponatur huius belli dilatio: nam & ſpatium Cæſari dedit exercitus comparandi, & leniendi dolores hominum. Quippe dum exigebãtur tributa, efferueſcebant: exactis autem ac perſolutis, ira ceſſabat. Inter hæc Titus & Plancus uiri conſulares Antonij amici, multis contumeliis à Cleopatra affecti, quòd ei aduerſati fuerant ne ad bellum duceretur, & ad Cæſarem transfugêre, & Antonij teſtamentũ, quod a-
100 pud Veſtales erat, docuere. Quod teſtamentum cùm Cæſar peteret, reddere quidem uirgines noluerunt, ſed facultatem fecerunt ut per ſeipſum aſſumeret. Cæſar cùm tabulas abſtuliſſet, primò quidem cœpit priuatim, ut quæque ſcripta erant referre, locósque reprehenſione dignos notare. Tandẽ frequenti ſenatu multa ex iis legit, quæ perabſurdè ſcripta uidebantur, ut minimè indignũ putaretur, eum uiuentem adhuc pœnas dare pro his, quæ poſt mortẽ mandabat fieri. Immoratus eſt maximè Cæſar in
101 ſepultura: iubebat enim Antonius teſtamento ſuo, ſi Romæ diem obiret, corpus eius ingẽti apparatu & magna celebritate hominũ per forum efferri, & inde Alexãdriam

Teſtamẽtum Antonij.

ad Cleopatram mitti. Caluisius autem Cæsaris amicus hæc addit Antonij crimina, largitum fuisse Antonium Cleopatræ ex Pergamo bibliothecas, in quibus ducenta millia erãt librorũ. In cœna uerò quadam cùm multi adessent, surrexisse Antonium, & pedem Cleopatræ pressisse ex quadam compositione inter eos facta: Tulisse etiam ut se præsente Cleopatra ab Ephesiis domina salutaretur. Præterea dum reges tetrarchásque iudicaret, tabellas ex crystallo, aut ex unguibus amatoriè scriptas frequenter acceptasse à Cleopatra, eásque inter iudicãdum lectitasse: & dum Fuluius uir amplissimus & cunctis Romanis eloquentia antecellens causam in foro diceret, Cleopatrã in lectica per forum fortè delatã simul ac Antonius uidisset, prosiluisse è sella, & posthabita causa Cleopatram prosequutum fuisse. Sed in plerisque ex his calumniari tiisus est Caluisius. Amici uerò Antonij quanquam Romæ unũquenque ex plebe prensantes pro Antonio deprecarentur, miserũt tamen ex suis Geminium quendam, qui rogaret Antonium, monerétque, ne contemnat se à populo Romano hostem iudicari, magistratúque remoueri. Is Geminius ut in Græciam uenit, Cleopatræ erat suspectus, ne Octauiæ gratia ad Antonium uenisset. Delusus itaque in conuiuiis & contumeliosè acceptus, tamen omnia tolerabat, tempus alloquendi Antonium expectãs. Iussus tandem in cõuiuio pro quibus uenisset rebus eas exponere, Cætera quidem, inquit, Antoni, sobrię sunt orationis, & non temporis huiusce, ueruntamen & sobrius scio & ebrius, bene scilicet processura omnia, si Cleopatra in Aegyptum remittatur. Hęc cùm Antonius iniquè tulisset, Cleopatra, Bene, inquit, facis Gemini, qui ueritatem ita planè sine ullis tortoribus cõfiteris. Geminius igitur post paucos dies ab Antonio fugiens Romam rediit. Multi præterea ex Antonij amicis pulsi à Cleopatrę assentatoribus, quorum unus fuit M. Syllanus, & Delius historicus: hic fugisse ait Cleopatræ insidias, Glauco medico admonẽte. Erat autem Cleopatra illi infensa, quòd in cœna dixisset, ipsis quidem acidum uinum infundi, Sarmentum autem Romæ falernum potare. Erat autẽ Sarmentus Cæsaris seruulus ex iis qui festiuitatis causa haberi solent, quos Romani Delicias appellant. Sed ubi omnia satis parata Romæ uisa sunt, aduersus Cleopatrã bellum decernitur, & Antonius id imperium deponere iubetur, in quo ipse iam antea mulieri concesserat. Addebat Cæsar hæc uerba, Antoniũ quidem amatoriis poculis infectũ, ne se quidem regere ac gubernare posse, pugnaturos autem cõtra ipsos fore Photinum & Mardionem eunuchum, & Chardionem & Iradem Cleopatræ tonstricem, à quibus Antonij imperium plurimũ gubernaretur. Prodigia ante bellũ hæc ferunt fuisse: Pisaurum urbem non longè ab Hadria, in qua Antonius colonos deduxerat, hiatu terræ absorptam perisse. Albæ statuam quandã Antonij lapideam multos dies sudasse, & cùm à quibusdam siccaretur, non destitisse sudorem emittere. Patris, dum ibi Antonius esset, Herculis fanum fulmine tactum arsisse. Athenis ex pugna gigantea Bacchum ui uentorum excussum in theatrum decidisse: & ut suprà diximus, Herculem quidem generis authorem, Bacchum autem ducem uitæ habebat Antonius, & iunior Dionysius uocabatur. Eadem tempestas Eumenis & Attali colossos, qui Athenis erant, Antonio transcriptos humi prostrauit, & quidem solos ex multis. Præterea etiam Cleopatræ nauis, quæ Antonias dicebatur, signum habuit horrendum. Nam cùm sub puppi hirundines nidificassent, superuenere aliæ, & primis per uim expulsis, nidos destruxere. Inde cùm iam ad prælium utrinque coirent, Antonius quidem pugnaces habebat naues non pauciores quingentis, in quibus octiremes & decem remes erant permultæ, omnes præclarissimè ornatæ: militum millia centum, equitum millia duodecim: reges qui ei parebant, Bocchus Libyæ, Tarcõdemus superioris Ciliciæ, Archelaus Cappadociæ, Philadelphus Paphlagoniæ, Mithridates Commagenæ, Adollas Thraciæ. Hi reges aderant. Auxilia uerò miserunt, Polemon ex Ponto, Manchus ex Arabia, Herodes ex Iudæa, Amyntas ex Lycaonia & Galatia. Erant etiam à Medorum rege missa auxilia. Cæsar

Fuluius orator.

Prodigia pugnã Cæsaris & Antonij præcedentia.

Copiæ Antonij & belli apparatus.

lia. Cæsar autem habebat naues pugnaces ducentas quinquaginta, peditũ octoginta millia, equitum ferme parem Antonio numerum. Imperabant autem Antonius quidem ab Euphrate & Armenia ad Ionium & Illyricum: Cæsar uerò ab Illyricis ad Hesperium oceanũ, & rursus ab oceano ad Tyrrhenum & Siculum mare: Libyæ uerò quantũ Italiæ, Galliæ, Hispaniæ oppositum est usque ad Herculeas columnas, Cęsar habebat. Antonius uerò à Cyrene ad Aethiopiam. Ita autem Cleopatræ addictus erat Antonius, ut cùm ualeret plurimùm terrestribus copiis, Cleopatræ gratiâ uictoriam naualem cõcupiuerit, quanquam uiatores, agasones, messores adolescẽtulos per totam Græciã à magistris captos cernebat ad naues implendas, nec ita quidem satis repletas, sed plerasque uacuas & ægrè nauigantes. Cæsaris naues Brundusij ac Tarenti paratæ erant, non ad fastigij roborísque ostentationem, sed ad celeritatem agilitémue fabricatæ, uirísque maximè refertæ. Misit igitur ad Antonium Cæsar ut Italiã accederet, nec amplius tẽpus morando terat. Se quidem portus ac littoris Italici capessendi potestatẽ facturum pollicetur, tantúmq; à littore cum suis copiis recessurũ, ut tutè ex suis nauibus descendere & castrametari possit. Antonius contrà iactabũdus Cæsarem in singulare certamen prouocabat, quanquam ipse senior esset: quòd si hoc refugiat Cæsar, placere omnibus copiis, ut olim Pompeius & Cæsar, in Pharsalia dimicare. Antonio igitur circa Actium naues habente, eò ubi nunc Nicopolis est, peruenit Cæsar, & Ionium transgressus, Epiri locũ qui Toryna dicitur, capessit. Trepidatione ex hoc apud classem Antonij coorta (aberant enim terrestres copiæ) Cleopatra ludens inquit: Quid uerò periculi, aut mali est, si Cęsar super Toryna consedit? Postridie uerò summo mane cùm Cæsar instructa classe in hostes pergeret, ueritus Antonius ne naues defensoribus uacuæ capiantur, remiges quidem omnes armauit, per tabulata nauium dispositos ostendit: ordines uerò remorum sic in frõte utrinque instruxit, ut hosti oppositæ paratæ ad prælium uiderentur. Ita Cæsar ab Antonio elusus recessit. Aquandi etiam necessitas pulchrè iuuisse Antonium uidetur, hostes uelut intra mœnia retinens, cùm loca quæ circùm erant reliqua omnia insalubrem aquam haberent. Perhumanum hoc loco Antonij factũ memoratur. Nam cùm Domitius Aenobarbus iam febriens paruam nauiculam ingressus, ad Cæsarem transfugisset, Antonius contra Cleopatræ uoluntatem impedimenta omnia cum seruis & clientibus & amicis ad eum dimisit, quanquam ægerrimè tulisset. Sed Domitius post paucos dies, quasi perfidiæ ac proditionis eum pœniteret, uita decessit. Desciuerunt reges nonnulli ab Antonio, ut Amyntas & Deiotarus. Classis uerò undique difficultatibus circunuenta, multísque carere uisa, rursus Antonium coegit ad pedestres copias respicere, & in illis spem uictoriæ habere. Ad hæc mala Canidius etiam Antonij legatus mutata sententia censebat Cleopatram in Aegyptum remittẽdam, ipsis autem in Thraciam aut Macedoniam cum exercitu concedendum, ibíque tota acie decernendum. Nam Dicomes Getarum rex magna auxilia promittebat Antonio. Nec esse turpe si Cæsari, qui nuper in Siculo bello exercitatus sit, maritimis copiis cedant: sed magis reprehendendum, si Antonius uir terrestrium pugnarum peritissimus, non utatur robore suorum militum, sed eos in naues distribuat ac dispergat. Vicit tamen Cleopatræ uoluntas ut mari pugnaretur, iam inde ad fugam respicientis, & maximè laborantis non qua ratione Antonius uincere, sed qua ipsa rebus perditis tutissimè possit euadere. Erant longo spatio à castris ad stationes nauium ceu quædam brachia protracta, per hæc Antonius ire ac redire sine ulla suspicione consueuerat. Cæsar uerò à seruo quodam admonitus, misit eò milites qui Antonium transeuntem interciperent. Illi insidiis dispositis, ita paulò minus rem confecerunt, ut comitem unum qui Antonio præibat caperent, ipse autem Antonius fugiens uix è manibus laberetur. Vt uerò certandum classe uisum est, cæteras quidem naues preter sexaginta Aegyptiorum cremauit, optimis autem & maximis à trireme

Exercitus Cæsaris.

Antonij perhumanum factum.

ad decemremem electis imposuit militum millia uigintiduo, & sagittariorum duo millia. Hoc in loco ferũt tribunũ quendam militum uirum fortẽ & diu in armis uersatum, Antonio fortè prætereunti corpus suum multis insigne cicatricibus ostendisse, dixisséque, O Imperator, quid his tot uulneribus, aut huic gladio parũ cõfidens, in lignis fragilibus spem habes? sine Phœnices & Aegyptij classe pugnent, nobis autem Romanis terram da, in qua cõsueuimus uel uincere hostes, uel oppetere. Ad hæc Antonius nihil respondit, sed uultu ac manu significans ut bono esset animo, præteriit. Quòd autem non bonam spem haberet manifestè animaduersum est: nam cùm gubernatores nauium ad pugnã euntes uela relinquere uellent, prohibuit Antonius, ac ferre coegit, dictitans non oportere quenquã ex hostibus fugiẽdo effugere. Sed ea die, & altera, & tertia, magnis fluctibus agitatum mare pugnam inhibuit: quinto tãdem die placido tranquilloq; mari prælium est commissum. Antonius & Publicola dextrũ cornu, Cælius sinistrum habebant. Media regebant M. Octauius & M. Insteius. Cęsar dextro cornu sibi reseruato, sinistro Agrippam præfecit. Terrestribus uerò copiis ab Antonio Canidius præerat, à Cæsare Taurus, qui utrinque instructa acie in littore quiescebant, euentum naualis pugnæ expectantes. Antonius undiq; nauicula obiens suos cohortabatur, docebátq; ob grauitatem & pondus nauiũ tanquã è terra eos pugnaturos esse: gubernatoribus præcipiens, ut nauibus uelut sensim promotis impetũ hostium, loci ubi structa acies erat difficultate freti, expectarent. Cęsar uerò cùm ante lucem castris egressus esset, nauésque uideret, hominẽ qui asinum agitabat ferunt illi obuiã factum: roganti autem Cæsari quodnã nomen ei esset, respõdisse, Eutycho nomen esse, asinum autem Niconta appellari. Quamobrem postea cùm hæc loca ornaret Cæsar, statuit inter cætera hominem & asinum æneum. Sed tunc cùm satis omnia spectasset, nauem ingressus, & ad dexterum cornu delatus, admirabatur hostiũ classem otiosè in locis arctis sese cõtinere. Erat eorũ aspectus quasi in anchoris cõsistentium, & hoc diu arbitratus Cæsar suos cõtinebat, octo fermè stadia longè à statione hostiũ. Iam sexta erat hora, & uentus à mari leniter flare inceperat, cùm Antonij milites grauiter moram tolerantes, & magnitudini & firmitati nauium suarum tanquã inexpugnabilium confisi, sinistrum cornu mouere cœperunt. Quod cùm Cæsar animaduertisset uehementer lætatus, proram dextro cornu contorquet, ut sinum ac fauces Antonius deserat, magísq; in apertũ procedat, quò sibi facultas esset nauibus suis agibilibus circundandi implicandíque hostium naues magnitudine tardas, hominibus inanes. Inde cùm satis processisse uisum est, prælium committitur: non tamen impetu irruptionéque usi sunt, nam & Antonianæ naues uelocitatem, quæ congressus maximè uiolentos reddit, propter grauitatem molémque non habebant: & Cæsar non solùm aduersas Antonij proras duras atque æratas, sed ne latera quidem ferire audebat: refringebantur enim rostra perfacilè, si incidерẽt in quadratas trabes ære adinuicem connexas. Erat igitur certamen pugnæ terrestri persimile, magis uerò oppidorum oppugnationi. Tres enim & quatuor Cæsaris naues circa singulas Antonij occupatas, tragulis, contis, iaculatione ignis nitebantur. Antoniani contrà è ligneis turribus catapultas in hostem iaciebant. Sed cùm Agrippa læuum cornu circunduceret, coactus est Publicola longius se extendere. Quamobrem cùm media Antonij classis abrupta esset, turbatis ordinibus & circa Aruntium implicatis, parumper trepidatum est. Erat tamen commune certamen & pugna utrinque æqua, cùm naues sexaginta Cleopatræ, quæ post magnas naues collocatæ erant, uelis sublatis per medios pugnantes fugam arripiunt, suósque perturbant. Cæsaris milites summa admiratio tenebat, spectabant enim fugientes naues in Peloponnesum cõuersas, nec qua de causa id fieret animaduertebant. Quo quidem in loco satis declarauit Antonius, se neque ducis, neque uiri cõsiliis fretum, neque omnino mentis suæ compotem esse: sed ut quidam inquit, amantis animam in corpore alieno uiuere. Tractus est enim à muliere

Pugna naualis inter Antoniũ & Cæsarem apud Actium.

muliere quasi in ea uiueret, simúlque moreretur. Neque enim tulit illius fugam, sed omnibus posthabitis, & his qui pro ipso pugnabãt proditis ac destitutis, in quinqueremem prosiluit, & Alexa & Siculo dũtaxat comitibus insequutus est eam, quæ & se-
116 ipsam & illũ perdiderat. Cleopatra uerò ut nouit Antonium sequi, signum extulit, ad quod ille delatus cùm in eãdem nauim receptus esset, neque aspicere uoluit Cleopatram, neque ab ipsa cõspici, sed solus & tacitus in prora consedit, utraque manu circa caput inuoluta. Interea Cæsaris liburnæ sunt cõspectæ, quæ Antonium sequebantur. Verti igitur Antonius proram iussit, & cęteros quidẽ uenientes reiecit, Euryclem uerò Lacedæmoniũ reprimere non poterat, sed acriter irruebat, telũ è prora quatiens; maximè Antonium ferire intentus. Antonio autem iterrogante, quisnam esset is qui fortunas suas tam cupidè insectaretur: Ego sum, inquit, Eurycles Lacharis filius, qui Cæsaris fortuna paternas iniurias ulciscor. Lachares enim ab Antonio latrocinij dãnatus, & securi percussus obierat. Non tamen incidit in Antonij nauem Eurycles, sed in aliam (duo enim erant prætoriæ) quã rostro cepit ærato percussam: atque hanc quidem cepit, & aliã quandam, in qua ditissima erat supellex. Vt uerò ab his se explicuit
117 Antonius, rursus in prora eodem modo consedit, & ita per triduum commoratus est seorsum à Cleopatra, incertũ siue ira, siue pudore id ageret. Tandem cùm ad Tænarũ appulisset, mulieres Antonij & Cleopatræ familiares primò inter eos colloquia reduxerunt, deinde unà cœnare & eodem lecto cubare persuaserunt. Iam naues & amici quidam è prælio fugientes eò conuenerant, à quibus certior factus est Antonius classem esse amissam, terrestres autem copias etiam tũc extare. Literis igitur ad Canidiũ missis, iubet eum per Macedoniam celeriter cum exercitu in Asiam reuerti: ipse autẽ à Tænaro in Libyam traiecturus, nauem unam multis pecuniis, multa auri & argẽti supellectile onustã amicis tradidit, ut illi inter se diuiderent, iubétque ut quisque po-
118 test sibi salutem quærere. Negantes uerò atque ingemiscentes perhumaniter & benignè solatus dimittit, scribens ad Theophilũ qui Corintho præerat, ut daret operam quò illi in tuto sint, occultétque eos quoad ueniã impetrent à Cæsare. Hic erat Theophilus Hipparchi pater, qui plurimùm apud Antonium potuerat, primò à Cæsare ex libertis traductus, & Corinthi colonus factus. Hæc quidem post fugam apud Antonium facta. Apud Actium uerò cùm Antoniana classis diu Cæsari restitisset, demum aduerso fluctu impedita cùm esset, ægrè decima hora superatur. Mortui quidem non supra quinque millia fuere, captæ autem naues trecẽtæ, ut ipse Cæsar scribit. Cognouere autem non multi Antonij fugam, nec iis qui cognouerant persuaderi poterat, ut is qui & decem & octo legiones integras, & uiginti duo millia equitum haberet
119 in littore, depositá spe aufugisset, præsertim cùm ipse Antonius sæpe mutationem fortunæ expertus esset, & innumeros bellorum casus conuersionésque tulisset. Desiderabant igitur eum milites, & uenturum sperabant, tanta fortitudine ac uirtute freti, ut post fugam manifestissimè cognitam septem dies se continerent, & Cæsaris conditiones legatósque aspernarentur. Inde cùm Canidius eorum dux nocte è castris fugisset, suósque prodidisset, tũc demum omni spe destituti uictori se dedidere. Post hæc Cæsar ab Actio profectus Athenas uenit, & Græcis reconciliatus, frumentum quod supererat publicè diuisit ciuitatibus, eo bello supra modum afflictis, & seruis, iumentis, pecuniáque spoliatis. Nicarchus proauus noster solebat narrare, ea tempestate uniuersos ciues coactos fuisse frumentum humeris ad littus deferre, uer-
120 beribus ut accederent agitatos. At semel quidem ita tulisse memorabat, sed cùm reuersi secundum onus tollere uellent, nuntiatum fuisse Antonium uictum, & ob eam rem ciuitatem seruatam dicebat: subitò enim Antonij præfectos militésque profugisse, ciues autem inter se frumẽtum diuisisse. Antonius ut in Libyam peruenit, Cleopatra in Aegyptum ex Parætonio remissa: ipse solitudine fruebatur, lassescens animo, & oberrans cum duobus comitibus, græco Aristocrate rhetore, latino Lucilio,

de quo aliàs ſcripſimus. Is enim cùm M. Bruto eſſet familiaris, Philippus poſt Antonij Cæſarísq; uictoriam militibus ad Brutũ quærendum capiendúmq; miſsis, Brutũ ſe eſſe affirmauit, ut dum circa ipſum uel necandum, uel ducendum occupati eſſent, Brutus haberet ſpatium abeũdi. Is Lucilius tũc ab Antonio ſeruatus, ſumma cõſtantia & fide in Antonij amicitia uſque ad extremũ permanſit. Vt autẽ eæ quæ in Libya 121
erant copiæ ab Antonio deſciuerunt, uoluit ille quidem ſibi mortem cõſciſcere, ſed prohibuerunt hi qui ſecum erant. Delatus igitur in Alexandriam ex Libya, offendit Cleopatrã opus magnum & inopinatum aggreſſam. Inter Rubrum enim & Aegyptium mare quà maximè utrinque ptemitur, arctiórq; eſt tellus, trecentorum fermè ſtadiorũ latitudo eſt, uidetúrq; Aſiæ Libyæq; eſſe terminus. Per hunc locum Cleopatra transferre claſſem inſtituit in Arabicũ ſinum, & cum auro, argẽto, & magna ſuorum manu, in ignotas ſedes cõmigrare, fugiẽs bellum ac ſeruitutem. Sed cùm primas naues per terram delatas Arabes, qui circa Petram incolũt, igne corrupiſſent, & Antonius etiam tũc in legionibus quas in Actio reliquerat ſpem haberet, & incolumes eſſe putaret, deſtitit Cleopatra ab incepto, & portus ac littora cuſtodire contendit. Antonius domo quadam in mari apud Pharum ædificata, quò ciuitatem & amicos 122
effugeret, quaſi humani generis exul in ea habitabat, Timonem (ut ipſe aiebat) imitatus, & ſimilia in uita perpeſſus. Nam ab amicis neglectus, & iniuria affectus, mortalibus omnibus indignabatur, & fidem nulli habebat. Fuit autem Timon Atheniẽſis temporibus maximè Peloponeſiaci belli, ut ex Ariſtophanis & Platonis poematibus intelligi poteſt. Deſcribitur enim in illis ut odioſus & inhumanus, fugiẽs hominum cõgreſſus colloquiáque omnia, præter unius Alcibiadis, qui ea tempeſtate adoleſcens erat, & lingua maximè promptus. Hunc Timon cùm libentiſſimè amplecteretur oſcularetúrque, interrogatus ab Apemãto quid ita faceret, reſpondit, ideo ſe adoleſcẽtem amare, quòd intelligeret illum multorum malorum cauſam Athenienſibus futurum. Apemantum etiam nonnunquam acceptabat, ut ſui ſimilem, & eoſ- 123
dem ſectantem mores. Dicitur cùm feſto, quod libaminum uocant, unà cœnarẽt, dicerétque Apemantus, Pulcherrimum ô Timon, hoc noſtrum cõuiuium eſt: reſpondiſſe illum, Ita, ſi tamen tu non adeſſes. Ferunt etiam illum Athenis in cõcionem ueniſſe, factóque ſilentio & expectatione magna, utpote ad rem inſolitam, dixiſſe: Eſt « mihi ô uiri Athenienſes, poſt domum parum per horti, & in eo ficus quædam enata, « à qua permulti iam ciues ſuſpẽdio uitam finiere: in eodem ego nunc loco ædificium « facturus ſum, quamobrem cõſtitui publicè referre, ut ſi qui ſunt ex uobis qui ſe uelint « ſuſpendere, antè id agant, quàm arbor ſuccidatur. Illo autem Halis mortuo cùm in littore eſſet ſepultus, ſuecreſcẽs mare littus circa ſepulchrum abedens, aditum ad ſepulchrum remouit. Erant ſepulchro hæc carmina inſcripta: 124

Hîc ſum poſt uitam miſerámque inopémque ſepultus:
Nomen non quæras, dij lector, te malè perdant.

Hæc quidem ipſe Timon antequam è uita decederet, ſibi feciſſe aiunt: nam uulgatum illud epigramma non Timonis, ſed Callimachi eſt opus:

Hîc oſor iaceo Timon hominúmque deûmque,
Huc ades & maledic, hucce uiator, ades. De Timone quidem hæc pauca ex multis libuit inſerere. Antonius ut terreſtres quoque copias audiuit captas, & Herodem Iudæum cum quibuſdam cohortibus ad Cæſarem defeciſſe, & alios item reges deſciuiſſe, nihílque præter Aegyptum ſupereſſe, haud ſanè iis rebus commotus, ſed 125
libenter hac ſpe abiecta, ut ſimul abiiciat & curam, è domo illa maritima, quam Timoniam uocabat, in regiam eſt regreſſus, & ad cœnas & ebrietates & iocos totam ciuitatem conuertit. Tranſcripſit enim in ephebos Cleopatræ & Cæſaris filium, ſuum autem & Fuluiæ filium Atyllum toga uirili donauit. In quibus rebus uniuerſa ciuitas permultos dies cõuiuiis, ludis, ſertísq; referta fuit: ipſe uerò & Cleopatra uitam illam priorem,

Timon μισάν θρωπος.

priorem, quam inuitabilem uocabant, deſeruerunt, aliam autem inuenerũt, ſumptu, luxuria & lautitia nihilo prima illa inferiorem, quam cõmorientes uocabant. Amici enim ſe in cõmorientium cœtum aſcribebant, & ita in uoluptatibus & cœnarum circuitu ſemper erant. Ad hæc Cleopatra uim ingentem uenenorum parare, ſingulorum potentiam naturámque perquirere, in iis qui ad mortem damnati erant periculum facere. Sed cùm animaduertiſſet ea uenena quæ cõfeſtim necabant, celeritatem mortis per dolores inferre, ea uerò quę mitiora erant, celeritatem non habere, ad ani- 126
malia cõuerſa, ídq; per multos dies experta, comperit ſolum fermè aſpidis morſum ſine ullo dolore uitam extinguere, grauato ex ſomno capite, & leui ſudore per faciem diffuſo, ſenſibus paulatim deficientibus, nec ſecus excitationem grauiter ferentibus, quàm ſolent hi quos placidus atque altus ſopor tenet. Simul etiam ad Cæſarem legationem miſerunt, petentes, Cleopatra quidem Aegypti regnũ filiis ſuis concedi, Antonius uerò, ut liceret ſibi Athenis priuato uiuere. Coacti ſunt autem perfidia amicorum in hanc legationem Euphronium mittere, qui erat filiorum præceptor. Nam Alexas Laodicenus, qui Antonium maximè ab Octauia diſiunxerat, & Cleopatræ cõiunxerat, cùm miſſus fuiſſet ab Antonio ad Herodem regem in fide retinendum, & à defectione prohibendum, prodito Antonio auſus eſt in cõſpectum Cæſaris unà cum
127 Herode, cui ſe maximè crediderat, uenire. Sed nihil ſibi profuit Herodes: nam ſubitò comprehenſus, & in patriã remiſſus iuſſu Cæſaris ſecuri percuſſus eſt. Ita Alexas uiuo adhuc Antonio pœnas dedit perfidiæ ſuæ. Sed Cæſar Antonij petitione apertè reiecta, Cleopatræ omnia pollicetur, ſi uel Antoniũ necet, uel è regno ſuo expellat. Miſit etiã ad Cleopatrã Cæſar unà cum Euphronio legato Thyreum libertum, hominẽ nõ ſtultum, nec infacundũ, ſed qui à iuuene imperatore miſſus, facilè poſſet flectere mulierem formę opinione elatã, maximéq; gloriоſam. Sed Thyreus ubi ad Cleopatram peruenit, longiore colloquio cum illa protracto, & egregiè honoratus, non paruã ſuſpicionem iniecit Antonio. Itaq; hominem cõprehendi iuſſit, & captũ ac uerberatũ ad Cæſarem remiſit, ſcribẽs petulantia & ſuperbia Thyrei ſe irritatũ fuiſſe, quod per-
128 facilè eſt ſibi tot malis circũuento. Tu uerò, inquit, ſi grauiter id fers, Hipparchum libertũ meum, quẽ penes te habeo, ſublimẽ rape, ac loris cæde, ut in æquo ſimus ambo. Cleopatra cùm ab hac ſuſpicione ſe purgaſſet, ita deinceps Antonium coluit, ut nunquã antea magis: & cùm propriũ natalem frigidè, ut tẽporibus decebat celebraſſet, in Antonij tamen natali celebrãdo omnem modũ feſtiuitatis magnificentiæq; exceſſit. Multi quippe eo die ad epulũ uocati, cùm pauperes eò ueniſſent, reginæ munificẽtia diuites abiere. Cæſar interea quoniã res urbanæ præſentiã ſuam deſiderare uidebantur, ab Agrippa qui Romæ erat ſæpe per literas reuocatus, tunc quidẽ in Italiã rediit. Facta eſt igitur dilatio belli, quoad Cæſar tranſacta hyeme, exercitu per Libyã miſſo,
129 ipſe per Syriam in Aegyptũ contenderet. Capto autem Peluſio, rumor fuit Seleucum qui oppido præerat, non inuita Cleopatra Cæſari oppidum tradidiſſe. Sed illa quò ſe purgaret, uxorem & filios Seleuci Antonio tradidit, ut de his ſuppliciũ ſumeret. Sepulchra erant ad Iſidis templum preclariſſimè à regina ædificata. In hunc locũ Cleopatra aurum, argentũ, ſmaragdum, margaritam, ebenum, cinnamomũ, ebur, omnia denique pretioſiora ex regia cõgeſſit, ad hæc magnã uim tedarum & ſtupæ addidit: quæ cùm Cæſar audiſſet, ueritus ne deſperatione rerũ has tantas diuitias incendio abſumeret, ſemper bona ſpe reginæ præbitã exercitum Alexandriam adduxit, & in ipſo Hippodromo caſtra poſuit. Antonius urbe egreſſus & multa ac præclara rei militaris
130 facinora oſtentãs, equites Cæſaris in fugã uertit, & uſq; ad caſtra perſequutus eſt. Inde iactabũdus Alexandriã regreſſus nõ antè arma exuit, quàm Cleopatrã, ita ut erat armatus, amplexus atq; oſculatus eſt. Militẽ autem qui egregiè eo die pugnauerat, apud ſe cœnare iuſſit. Cleopatta autem thoracẽ aureum & galeam dono militi dedit, ſed is miles tantis muneribus acceptis, noctu ad Cæſarem transfugit. Rurſus igitur

Magnæ perfidiæ & ingratitudinis exemplum.

Cæsarem uocabat Antonius ad singularem pugnam: illo autem respondente, satis multas ad interitū uias Antonio patere, nullam mortem sibi honestiorem ratus, quā pugnando opperetur, decreuit simul terra marique confligere. Itaque in cœna, ut ferunt, suos admonuit cibum atque potum prōptissimè assumere, nam incertū esse an postridie id facturi sint, an ipso extracto nouis dominis seruituri. Ob quæ uerba cùm amicos lachrymantes uidisset, inquit non esse ducturum eos ad pugnam, ex qua ipse potius gloriosam mortem quæreret, quàm salutem aut uictoriam. Ea nocte cùm iam 131
fermè intempesta esset, cunctis silentibus, & ob timorem futuri euentus magna cura anxiis, subitò concentus quosdam omnis generis organorum ferunt auditos, & simul clamorem ueluti cœtuum quorundam cantu & saltatu satyrico strepentium. Fuisse autem hoc aiunt à media urbe ad eam portā quæ Cæsaris castris erat opposita: tandē per hanc portam ingenti clamore eam turbam egredi uisam. Autumant omnes qui hæc curant, Bacchum, quem ille deum maximè imitabatur, Antoniū deseruisse. Postridie uerò cùm Antonius cum suis militibus Alexandriam egressus in tumulo quodam consedisset, conspicatus hostium classem atque suam aduersum tendere, cōstitit in eo loco, ut aliquod certamen inter illas uideret. Sed illæ ut propius fuere mutuò
salutantes & amicè se recipientes, una classe ex duabus facta, ad urbē tenderunt. Hæc 132
conspicatus, & eodem loco ab equitibus suis destitutus, in urbem rediit exclamans quacunque incedebat, se à Cleopatra proditum illis ipsis, quibus propter illam sit factus hostis. Cleopatra uerò cùm hæc audisset, timens Antonij furorem, in sepulchra se recepit, & cataractas demisit pessulis & claustris obfirmatas: & simul ad Antoniū mittit, qui nuntiarent ipsam sibi mortem conscisse. Ille ut hæc audiuit, credidítque, ad seipsum rediens, Quid iam expectas, inquit, Antoni? quæ sola uiuēdi causa supererat, etiam tibi fortuna ademit. His simul dictis intrauit cubiculum, & thoracem deponens, O Cleopatra, inquit, nō doleo equidem quòd tui careā (nam confestim unà adero) sed quòd ego ille tantus imperator fortitudine superatus sim à muliere. Erat ei seruus quidam nomine Eros, quem iampridem parauerat ad se, si opus foret, necandum. Is tūc cùm Antonius promissa peteret, gladium quidem accepit, tenuítq; quasi 133
Antonium percussurus, sed celeriter conuerso ictu per propria uiscera gladium transegit, atq; ita ad pedes domini prolapsus est. Quod cùm Antonius cerneret, euge, inquit, ô Eros, qui me doces quid agendum sit, cùm ipse non potueris. Hæc dicens sibi uentrem percussit, & in lectū se demisit: non tamen eo uulnere cōfestim est exanimatus, sed cùm aliquantisper iacuisset, ui sanguinis repressa, ad se reuersus petebat ab iis qui aderant, ut ipsum interficerent: quòd cùm omnes sibi denegarēt, atq; è cubiculo aufugerent, insanire ac uociferari miro furore non destitit, quoad Diomedes uenit à Cleopatra missus, qui ipsum ad reginā in monumenta deferret. Tunc enim cùm audisset eam uiuere, uehementer lætatus, iussit ministris ut ipsum tollerent, & ita manibus eorū usq; ad monumenta est delatus. Non tamen aperuit fores Cleopatra, sed fu- 134
nibus & catenis à fenestra quadā demissis, illum alligatū traxit à duabus mulieribus adiuta, quas in eo loco secum clausas habebat. Aiunt illi qui aderant, nullū unquam miserabilius spectaculū fuisse. Antonius sanguine fœdatus in altū funibus trahebatur semianimis, manus ad reginā tendēs, atque annitēs: neq; enim erat facilè mulieribus attrahere. Sed ipsa Cleopatra funibus annixa in faciē prona conabatur, hi qui infrà erant hortatu duntaxat adiuuabāt. Sed postquā illū ad se mulieres receperūt, in lectúmq; posuerūt, tunc regina scissis super eo peplis, & uultū unguibus secans & pectora plangēs, clamabat dominū, uirum, imperatorē suum, adeóq; in deplorādo Antonio erat intenta, ut propriorū malorum penè esset oblita. Antonius uerò ut Cleopa- 135
tram à lamētatione cessare fecit, petiit uinū sibi potui dari, seu sitiens, seu quòd potato uino celerius sperabat dissolui: cùm autē bibisset, admonuit reginam sibi ac rebus suis cōsuleret, si tamē sine dedecore id facere posset, & maximè omniū qui cū Cæsare erant,

erant, Proculeio se crederet. Ipsum autem non lugeret propter has ultimas calamitates, sed beatum duceret propter priores felicitates. Nam & clarissimum omnium fuisse & potentissimum, & tunc non ingenerosè Romanum à Romanis superatum. Post hæc dicta cùm iam ferme expirasset, Proculeius à Cæsare missus ad Cleopatram *Antonij obitus.*
uenit. Nam cùm Antonius post uulnus sibi illatum ad monumenta portaretur, Dirceteus quidam ex Antonij lictoribus, accepto gladio quo se Antonius percusserat, clàm ad castra cucurrit, ostendítque illum Cæsari sanguine adhuc madētem, & nun-
136 tius fuit Antonij mortis. Cæsar uerò ut hæc audiuit, in partem intimam tentorij secedens, fleuit interitum uiri & affinis & collegæ, & multarum rerum bellorúmque socij. Deinde amicis conuocatis, epistolas eius legit, utpote iustè & prudenter scriptas. Post hæc Proculeium misit, iubens dare operam quammaximè possit, ut Cleopatra uiuens in potestatem ueniat. Solicitus enim erat pro pecuniis congestis, & simul ad gloriam suam putabat pertinere, si illa in triumpho duceretur. Sed illa in manus quidem Proculeij uenire noluit: in uerba autem cum illo uenit ad fores sepulchri, optimè quidem illas firmatas, sed tamen uoci peruias. Cleopatra intus petebat filiis suis regnum, Proculeius foris eam bene sperare suadebat, & se ac sua omnia arbitrio Cæsaris committere. Vt autem infecta re ad Cæsarem redijt, & situm loci quem diligē-
137 tissimè contemplatus fuerat retulit, Gallus mittitur qui cum Cleopatra loqueretur. Is cùm reginam ut suprà demonstrauimus conuenisset, consultò protrahit sermonem: Proculeius interea scalis interpositis per eam fenestram ingreditur, per quam Antonius fuerat antè receptus, & properè cum duobus ministris ad eum locum descendit, ubi Cleopatra cum Gallo loquebatur. Altera uerò mulierum, quæ cum regina erant, exclamante, Infelix Cleopatra, uiua caperis, subitò conuersa illa, & Proculeium conspicata, contendit illa quidem gladio quem accincta erat seipsam necare: sed Proculeius approperans, & manibus ambabus eam continens, Iniuriā facis, inquit, ô Cleopatra, & tibiipsi & Cæsari, cui occasionē aufers humanitatis & probitatis suæ ostendendæ, & calumniaris mitissimum principem, ut infidum & implacabilem. His simul dictis gladium adimit, uestē insuper excussa, ne quid sub ea occultaret ueneni.
138 Venit etiam à Cæsare Epaphroditus libertus, cui mandata erat mulieris custodia, & maximè ut prouideret ne illa sibi mortem inferre posset, cæterarum rerum omnium facultatem permitteret. Ipse autem Cæsar urbem intrauit cum Ario philosopho sermone instituto, & dextra illi data, ut inter ciues suos spectabilis foret, & admirarentur eum omnes egregiè à Cæsare ornatum. Ingressus deinde gymnasium, cùm in suggestum ascendisset, omnibus præmetu exanimatis, & in terram procidentibus, cùm eos stare iussisset, inquit se omni crimine populum absoluere, idque se facere primò propter conditorem Alexandrum, secundò propter miram pulchritudinem magnitudinémque eius urbis, tertiò propter Arium amicum suum. Tanto itaque honore Cæsar dignatus est Arium, ut pro multorum etiam salute apud Cæsarem interces-
139 serit, quorum unus fuit Philostratus, homo omnium ætatis suæ ad dicendum ex tempore promptissimus, sed tamen Academiæ non decenter se inserens. Quamobrem Cæsar eius more improbato, reiecerat preces, ille uerò mutata uestē & cana barba promissa, Arium quacunque incedebat sequebatur, semper hunc uersum habens in ore, Vir sapiens sapientem seruat, si sapit, uirum. Quod cùm Cæsar audisset, concessit magis ut Arium inuidia liberaret, quàm ut Philostratum metu. Ex Antonij liberis Atyllus duntaxat à Cæsare necatus est, qui erat maior natu ex Fuluia. Tradidit autem illum Cæsari Theodorus pædagogus. Idem Theodorus cùm ceruix adolescenti iussu Cæsaris abscinderetur, lapidem pretiosissimum quem circa collum gestabat, clàm subtractum zonæ inseruit, qua de re accusatus & conuictus ad crucem damna-
140 tus est. Ex Cleopatræ uerò liberis, cæteri quidem cum alumnis suis in custodia habiti & quidem liberaliter. Cæsarionem autem prioris Cæsaris filium cum magna ui auri

& argenti à matre in Indiam per Aethiopiam missum, & à Rhodone pædagogo per fraudem, quasi Cæsar eum in societatem imperij uocaret reductum, Cæsar post mortem matris interficit. De quo cùm sententiam amicorum sciscitaretur, dixisse Arium ferunt, non esse probandam multitudinem Cæsarum. Corpus autem Antonij cùm id multi reges ac priuati peterent, ut ad sepulturam sibi traderetur, auferre id à Cleopatra Cæsar noluit. Sepultum igitur Cleopatræ manibus magnificè ac regio funere, omnibus in ea re Cleopatræ parêre iussis. Ex mœrore autem ac dolore (exarserat enim pectora nimio planctu) febris coorta occupauit, qua de re lætata est Cleopatra, occasionem sibi oblatam putans seipsam per inediam necandi, quasi morbo impediretur cibum assumere. Erat illi medicus consuetus & familiaris Olympus, cui illa ueritate 141
fassa utebatur socio & adiutore ad necẽ, ut idem ipse Olympus ait in historia quam de his rebus scripsit. Quod cùm Cæsar animaduertisset, minas sibi quasdam de nece filiorum iniecit, quibus Cleopatra tanquam machinis quibusdam expugnata, corpus medelæ tradidit, cibúmque assumpsit. Venit autem & ipse Cæsar post paucos ad eam dies uisendi gratia & alloquendi. Illa uerò ut uenientem uidit, è lecto in quo humiliter iacebat prosiliẽs, prima tantùm ueste amicta, ad pedes eius prouoluta est, uoce tremula & gracili, & lacero pectore, quod magna ex parte ostendebat. Nec ulla in re melius se habere corpus quàm anima uidebatur: illa tamen uultus gratia & dignitas formæ nõ erat penitus extincta, sed lucebat intus, eernebatúrque in oculorum atque corporis motibus. Iussa autem à Cæsare in lectum adire, ipso iuxtà assidente, cœ- 142
pit illa quidem se purgare, in necessitatem & metum Antonij errata transferens: sed cùm Cæsar unumquodque redargueret, fubitò ad preces commiserationémque conuersa est, quasi maximè uiuendi cupida. Tandem cùm auri & argenti cæterarúmque rerum rationes Cæsari dedisset, Seleuco quodam ex procuratoribus ostendente quædam ab ipsa fuisse subtracta, prosiluit Cleopatra, & crine procuratoris apprehenso, faciem eius frequenti ictu percussit. Cæsare autem ridente, & eam inhibente, At nónne pergraue est, inquit, Cæsar, si tu quidem nõ indignum putasti huc accedere, & me in hoc tempore alloqui, serui autem mei me accusant, si quid muliebrium ornamentorum reseruaui, nõ mihi quidem miseræ, sed ut Octauiæ & Liuiæ munuscula dem, quò te per illas habeam placatiorem? His uerbis Cæsar uehementer lætatus est, ratus 143
illam ad uitam respicere, & consilium mortis omnino abiecisse: responsóque reginæ dato, se & hæc illi concedere, & cæteris omnibus longè melius quàm speret fruturã esse, discessit, decepisse quidem illam putans, ipse uerò longè ab ea deceptus. Erat inter Cæsaris amicos Cornelius Dolabella clarissimus adolescens, & à Cleopatræ studio non abhorrẽs, hic reginæ postulanti clàm renuntiauit, Cæsarem quidem per Syriam abiturum, ipsam autem cum filiis per mare missurum, tertia ut ipse opinabatur die. Illa cum hæc audisset, à Cæsare petiit ut sibi Antonio parẽtare liceret: quod cùm impetrasset, ad sepulchrum uenit cum familiaribus fœminis, & ibi in terrã procumbens, O amice, inquit, Antoni, sepelij te nuper liberis manibus, libo autem nunc captiua facta, & custodita ne planctu aut lamentatione afficiam hoc seruum corpus, ad
triumphum de te agẽdum reseruatum. Alia ne expectes libamina, aut honores, nam 144
hi tibi à Cleopatra ultimi sunt. Nos enim uiuentes nulla unquam uis separauit, nunc
uerò periculum est, ne mortui loca permutemus, & tu Romanus in Aegypto iaceas,
ego Aegyptia in Italia. Verùm si qua illic deorum uirtus aut potentia est, quandò nos
hîc à nostris proditi sumus, ne patiare me uiuam duci, néue tei psum in me triumphari, sed recipe me hîc unà tecum in hoc tumulo. Nam ex infinitis malis, quibus misera
premor, nullum ita magnum aut graue mihi est, ut hoc breue tempus sine te uixisse.
Hæc cùm illa questa esset, coronato tumulo, & diu amplexato, iussit sibi balneum parari, post lauacrum assurgens magnificè prandit. Hîc quidam ab agro ueniẽs, cistam quandam attulit, qui custodibus percontantibus aperiens, & folia reprimẽs, plenam ficuum

Cleopatræ questus apud sepulchrum Antonij.

145 ficuum ostendit: & cùm illi pulchritudinem fructuum admirarentur, obtulit eis ridens, rogaúsq; accipere: illi uerò nihil suspicantes iusserunt intrò ferre. Post prandiũ assumptum, Cleopatra tabellas obsignatas ad Cęsarem dedit, & cæteris omnibus à se præter duas mulieres dimissis, ianuam clausit. Cæsar ut tabellas dissoluit, & preces ac ploratus legit rogãtis ut unà cum Antonio sepeliretur, subitò quid actum esset suspicatus est. Primò itaq; ipse accurrere perrexit, postea melius esse uisum est ut aliquos mitteret qui properè inspicerent. Sed celeriter transacta res erat: cursu enim illic tendentes inueniunt custodes ne suspicantes quidem aliquid: mox ualuis patefactis, cernunt Cleopatram mortuã aureo in lecto iacentem, regio more ornatam. Ex mulieri- *Cleopatræ mors.*
bus uerò quæ aderant, Eras quidẽ ad pedes reginæ expirauerat, Charmium autem se-
146 mianimis capiti reginæ diadema aptabat. Clamante autem quodam ex custodibus, An hæc pulchra sunt Charmiũ? Pulcherrima, inquit, ac decentia tot regum prolẽ: nec quicquam ulterius loquuta cecidit. Sunt qui ferunt aspidem in ficubus allatam, inter folia quæ suprà erant occultatã fuisse, data opera à Cleopatra, ut ipsam insciam inuaderet: inde cùm ficus acciperet conspicatã aspidem dixisse, Hîc illud erat: & brachiũ aspidi nudatum porrexisse. Alij seruatã aspidem ferunt in uase quodam inclusam, & per fistulam auream à Cleopatra prouocatam atque irritatam brachiũ momordisse. Sunt item qui aliter opinentur, cæterùm ueritatem nullus nouit, nam & uenenum ipsam habuisse compertum est in laminula quadam concaua, quam sub crine occultabat: sed tamen neque corpus deformatũ, nec aliud ullum apparuit ueneni signum;
147 nec aspis etiam ab ullo conspecta est, sed tractus duntaxat quidam in littore qua domus ad mare spectabat uisi, & brachium Cleopatræ aiunt duas notas habuisse leuiter impressas & humidas; quibus Cæsar uidetur fidem dedisse. Nam in triumpho Cleopatræ imaginẽ tulit cum aspide mordicus affixa. Hæc quidem ita dicuntur gesta. Cæsar autem quanquam morte illius offensus erat, admiratus tamen mulieris generositatem, magnificè ac regiè unà cum Antonio sepeliri iussit. Mulieres etiam quæ cum illa mortuæ erant, honore funeris potitæ sunt. Mortua est Cleopatra ætatis suæ anno trigesimonono, regnauit annos uiginti duos, cum Antonio amplius quatuordecim uixit. Antoniũ alij annos quinquaginta sex, alij duntaxat tres supra quinquaginta fe-
148 runt uixisse. Antonij quidẽ statuæ omnes iussu Cæsaris deiectæ. Cleopatræ autẽ statuę suo loco relictæ, Archiuio quodã Cleopatræ amico mille talentis à Cæsare redimẽte ut starẽ sinerentur, nec idem quod Antonij statuę paterentur. Ex liberis autẽ Antonij *Antonij filij septẽ, eorũ successio & soboles.*
septem, quos ille ex tribus uxoribus susceperat, Atyllus qui erat maximus natu, à Cæsare (ut diximus) necatus est: cæteri autem omnes apud Octauiam educati, quæ Cleopatram quidem Antonij & Cleopatræ filiã, Iubæ humanissimo & pulcherrimo regi uxorẽ dedit. Antoniũ autem ex Fuluia genitum, ita magnũ apud Cæsarem fecit, ut post Agrippam & Liuiæ filios, primas partes obtineret. Ex Marcello autem cùm duas filias, & Marcellum haberet, hunc quidẽ generũ simul & filiũ sibi fecit Augustus, alteram uerò filiarum Agrippæ tradidit. Mortuo deinde Marcello filio, cùm Cæsar nõ facilè cerneret quem sibi ex amicis generum eligeret, suasit Octauia ut Agrippam ca-
149 peret: quod cùm Cæsari placeret, cùm Agrippa egit ut filiam repudiaret, & Cęsari gener fieret: quo facto illam ab Agrippa separatã Antonio coniunxit. Ex duabus autem Antonij & Octauiæ filiabus, alteram Domitius Aenobarbus, alterã pudicitia & forma præclaram Drusus Liuię filius Cęsaris priuignus duxit uxorem. Ex hac nati fuerũt Germanicus & Claudius, quorũ Claudius postea imperauit. Ex Germanici autem filiis Caius quidem cùm superbè imperaret, trucidatus est unà cum filio & coniuge. Agrippina uerò filium habens ex Domitio Aenobarbo, nupsit Claudio, & simul filiũ in adoptionẽ dedit, qui postea Claudius Nero appellatus. Hîc temporibus nostris imperans matrem necauit, nec multùm abfuit quin flagitiis & amentia Romanorum subuerteret imperium, quartus ab Antonio per gradus successor.

DEMETRII ET ANTONII COMPARATIO.

AGitur cùm magna fuerit fortunæ utriuſque commutatio, potentiam primùm & amplitudinem conſideremus. Ac illi quidem paterna & à maioribus parata gloria fuit. Siquidem Antigonus inter Alexãdri ſucceſſores plurimùm pollebat,& nondum adulto Demetrio Aſiam iam peragrarat domuerátque: Antonius uerò,gratioſo quidẽ per cætera, ſed imbelli & præclarum nihil deſignante genitus patre, Cæſaris, cui nulla neceſſitate coniunctus erat, faſtigium conſequi fuit auſus, atque in illius laudes uelut hæres relictus ſeſe inſinuauit,tantúmq; ualuit,præſidiis quæ ex ſeſe tum habebat ſolis adiutus, ut diuiſo in duas partes uniuerſo Romano imperio, alteram ipſe, atque eam clariſſimam teneret, tum abſens uicariis & præfectis Parthos uinceret, & gentes ad Caucaſum barbaras uſque ad Caſpium mare reprimeret.Porrò amplitudinem uiri huius ea,propter quæ malè audiuit,uel maximè teſtãtur.Demetrium enim in Antipatri,potentioris ſcilicet,amicitiam pater præter ætatem cooptauit: Antonio uerò Cleopatræ nuptię dedecori fuerunt, fœminæ potentia quidem & amplitudine, uno Arſace excepto,temporis ſui reges omnes excellentis. Sed Antonius eò magnitudinis euexerat ſeſe,ut aliis etiam dignus maioribus quàm uellet rebus uideretur. Iam conſilium ſtudiúmque quo uſi in acquirendo imperio ſunt,in Demetrio quidem reprehendi non poteſt, regere præſſéque iis mortalibus conantis, qui regi & gubernari conſueuiſſent.Antonij uerò malum & tyrannicum eſt,dum in ſeruitutẽ redigere populum Romanum uult,uixdum Cæſaris monarchia liberatum. Quod igitur præcipuum & clariſſimum factorum eius eſt,illud cõtra Caſſium Brutúmque geſtum bellum,aduerſus patrię tamen ciuiúmque libertatem tollendam pertinebat.Demetrius uerò priuſquam ad fortunam ampliorem peruenifſet, Græciæ liberandæ, & præſidiis eiiciendis operam nauauit,non quemadmodũ Antonius de oppreſſis patrię aſſertoribus ſibi gratulando.Vna igitur liberalitas & magnificentia eſt, quæ laudari in Antonio poſſit: in qua tamẽ Demetrius tantùm illũ præcellit, ut plus in hoſtes cõtulerit beneficiorũ,quàm Antonius in amicos. Quanquã enim quòd Brutum ſepeliri condíque iuſſit,laudẽ merebatur: ille tamẽ hoſtibus omnibus qui oppetiiſſent iuſta perſoluit,captiuos Ptolemęo reſtituit, opibus & muneribus inſuper adiunctis. Erat improbitas in utroque dextra quædã,tum ad uoluptates & delicias procliuitas: uerùm nunquam Demetrius tamen gerẽdæ rei occaſionem propter id genus uoluptatũ neglexit, ſed otij abundantia in iſtam animi relaxationẽ peruenit, Lamiámque planè tanquã fabuloſam illam ludẽs & ſomnians, ſeſe oblectabat. Bellicis autẽ in rebus nil minus eius haſta quàm hederam ferebat,nec unguentũ galea redolebat, nec ſplendidus ipſe,floridúsue ex gynæciis ad prælia progrediebatur,ſed ſopitis thyaſis, & bacchicis relictis, prophani (quẽadmodum Euripides inquit) Martis miniſter erat, nec quicquã tum per ignauiam peccabat: Antoniũ uerò prorſus, quemadmodum Omphalen depictam Herculi clauam eripere, & leonis pelle exuere uidemus,Cleopatrã exarmans inflecténsque,præclaras ſæpenumero res & expeditiones è manibus euellens,perſuaſit ut littore Canobico & Taphoſyrio apud ſe piſcaretur luderétque, denique quemadmodũ Paris medio prælio ſubtrahens ſeſe in illius ſinum confugeret. Quanquã Paris ſuperatus in thalamũ cõfugit, Antonius uerò Cleopatrã perſequẽdo fugiebat,ac uictoriã prodebat.Ad hæc,Demetrius rem nõ ueritam,ſed Philippo,ſed Alexandro & regibus Macedonũ uſurpatam, uxores plures, quemadmodũ Lyſimachus & Ptolemæus,duxit,ac honorificè quidem ductas tractauit: Antonius autẽ primùm quidem duas eodem tempore adiunxit,quod antea Romanus nemo fuerat auſus:mox ciuem & legitimã coniugẽ in non legitimæ gratiam repudiatam reiecit:unde connubiũ ſuum,illi quidẽ nihil,huic plurimũ incõmodi dedit.Iam impietas Antonij

tonij geſtis nulla per impudentiam tanta ineſt,quanta Demetrij. Exigi canes & prohiberi uniuerſa arce,quemadmodũ hiſtorici ſcribunt,cõſueuere,quòd palàm id animal paſſim cõmiſceatur:hic uerò in ipſo uirginũ cœtu ſcortis congrediebatur, & ciuium plurimas conſtuprabat: & quod inſociabile cum iſtis uoluptatibus malum crudelitatis putes,hoc in Demetrij deliciis eſt,dum patitur,imò uerò dum cogit miſerabiliter optimum & continentiſſimũ ciuium Athenienſium, quia cõtumeliam uitare ſtudebat, mori. Atque ut in ſumma dicam, ſeipſum Antonius,alios Demetrius per incontinentiã iniuria affecit.In maiores natu & parẽtes ſuos rectè ſe Demetrius geſſit: Antonius uerò auunculũ in exitium Ciceronis morti dedit,rem per ſe ſceleratã & crudelem,& quæ uix ueniam mereatur, ſi ſalutẽ auunculi Ciceronis morte redemiſſet. Cæterùm quòd fide & fœderibus labefactatis hic quidem Artabazum prehendens,ille Alexandrũ necans,deliquerunt, cauſam in Antonio manifeſtã habet:deſtitutus enim in Medis & proditus ab Artabazo fuit:Demetriũ uerò multi putant falſis cauſis,ob ea quæ perpetrarat confictis,eum qui paſſus iniũriam fuerat,accuſaſſe,non repuliſſe illatam. Rurſum egregiè geſtarum ab ſe rerum author Demetrius ipſus eſt, Antonius cõtrà per alios cùm procul abeſſet,ſpecioſiſſimas maximáſq; uictorias cõparauit. Excidit autem ſua uterq; culpa imperio, quanquã diuerſo modo: ille quidẽ deſtitutus,feceſſerunt enim ab eo Macedones:hic uerò deſtituens,dum qui pro ſe periclitabantur deſerit: ut in illo quidem reprehendendum ſit,qui militũ animos ab ſe abalienarit, in hoc quòd propẽſam in ſe fidem & beneuolentiã militum prodiderit. Obitus neutrius laudari poteſt, reprehendendus tamen Demetrij magis eſt, quòd in hoſtium manus uenire paſſus ſit,incluſúsque lucrificari trienniũ ſuſtinuit, uino uentríque beſtiarum inſtar mancipatus. Antonius uerò miſerè quidem & lamẽtabiliter, ingloriéque,ſed tamen ut ne in hoſtis poteſtatem corpus ueniret,ſubduxit ſeſe.

Artoxerxes.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 ARTOXERXES ille primus Xerxe patre natus ex Perſarũ regibus, tum facilitate humanitatéque, tum maximè animi magnitudine præſtitit:& Longimanus,quòd dexteram manum ſiniſtra longiorem haberet,cognominatus eſt.Secundo uerò,de quo hoc tempore ſcripturi ſumus,Mnemoni,id eſt memori,cognomentum fuit. Hic ex ſorore illius ſuperioris genitus eſt; Dario enim ac Paryſatidi filij quatuor fuerunt, maior natu Artoxerxes, proximus ætate Cyrus,iis iuniores Oſtanes,& Oxathres.Cyrum igitur à Cyro priſco nomẽ traxiſſe ferunt: illum autem à ſole ita nũcupatum eſſe.Cyrus enim Perſica lingua ſol dicitur. Artoxerxi Arſicæ ab
2 initio nomen fuit,etſi Dinon tradit Oarſem illum appellatum eſſe. Sed minimè credendum uidetur Cteſiam, quãuis uariis fabularum commentis à ratione & ueritate maximè abhorrentibus libros ſuos referſerit, regis nomen ignoraſſe,apud quem uixiſſet diutius, quémque item matrémque eius & coniugem ac liberos piè ſanctéque obſeruaſſet.Cyrus ergo ingenio acer cùm eſſet & uehemẽs, ſtatim à puero ſpe ac animo ad regnum ſpectare cœpit. Alter in omnibus uitæ partibus lenior ac facilior,& cupiditatibus remiſſior natura eſt habitus. Is iuſſu parentum mulierem eximia ſanè forma,ac ſingulari pudicitia cepit uxorem: inuitis autem illis prohibentibúsque retinuit,& apud ſe perpetuo in honore habuit.Nam cùm interfecto à rege illius fratre, ipſa quoq; ad exitiũ quæreretur, Arſicas ſupplicẽ ſe matri obiiciens, atque eam multo luctu lachrymísque obteſtans,uix ut incolumis ſeruaretur,& ne cum ea cogeretur

diuortium facere, obtinuit. Etenim mater Cyrũ maiori charitate amplexa erat, magísq; eum in regnũ patri ſuccedere cupiebat. His de cauſis cùm rex morbo teneretur, ab ea reuocatus, ab oris maritimis in Perſidem ſe recepit, ſpe erectus, ſe opibus matris & authoritate adiutũ, regnum habiturũ. Nitebatur enim Paryſatis haud ſanè probabili ratione, ea qua olim Xerxes priſcus Demaratho authore eſt uſus, Arſicam ſe priuato, Cyrum regnanti Dario peperiſſe. Nõ tamen id ſuadendo perficere potuit: nam qui ætate anteibat Artoxerxes nominatus, rex conſtitutus eſt, Cyrus Lydiæ præfectus maritimas regiones imperator obtinuit. Nec ita multò poſt Darij mortẽ rex Paſagardas profectus eſt, ut à Perſarum ſacerdotibus regio more ſacris initiaretur. Eſt bellicæ deæ ſacellum, quam coniectura quis Mineruam fuiſſe auguretur. Eò ingreſſum regẽ qui myſteriis paratur, oportet propriam ueſtem deponere, & quam Cyrus priſcus induit antequã regno potitus eſſet, aſſumere: caricis præterea ueſci, & terminthum probellariis deguſtare, poculúmq; oxygalactis ebibere. Iis peractis ſi qua fiunt, haud cæteris cõpertum eſt. Quæ quidẽ cùm Artoxerxi agẽda inſtarent, acceſſit Tiſſaphernes, & unũ ex ſacerdotibus eò ſecum adduxit, qui ab ineunte ætate Cyro ad percipiendã patriæ diſciplinam præfuerat, magicámq; illum docuerat, & cùm is ſpe regni potiũdi decidiſſet, Artoxerxe prælato, uiſus eſt ante alios Perſas eam rem iniquo animo ferre. Ob eam opinionẽ cùm Cyrum detuliſſet, uehementer eius orationi fides eſt addita. Cuius delationis machinatio talis fuit, Cyrum in templo inſidias locaturũ, regémque ut primùm ueſtem poſuiſſet, impetu facto oppreſſurũ. Hac confirmata calũnia, tradunt quidam illum cõprehenſum eſſe, in carcerémque coniectum. Nonnulli templum Cyrum irrupiſſe perhibent, latitantémque à ſacerdote deprehenſum, & Artoxerxi in poteſtatem traditum, eúmque cùm iam morte ſupplicium datutus eſſet, amplexam matrem ac flentem precibus & obſecrationibus de illius ſalute tandem à rege impetrauiſſe, & ad mare rurſus diuertiſſe. Qui eiuſmodi initia ægrè ferens, non ſalutis & liberationis ſuæ memor, ſed comprehenſionem & carcerem refricans, iráque ex cupiditate incenſus, ad regnum occupandum acrius intendit animum. Sed ſunt quidam qui dicant, Cyrum deficientibus ſibi in quotidianas cœnas ſumptibus, à rege defeciſſe. Sed hæc opinio plurimùm à ueritate aberrare uidetur: etenim ſi cætera defuiſſent, mater ſuis opibus & copiis abundè illi ad ſumptus ſuppeditandos ualuiſſet. Eius autem diuitiis teſtimonio eſt exercitus, qui ſibi multis in locis per amicos & hoſpites alebatur, ut Xenophon tradit. Nõ enim cunctas copias unum in locum coegerat, cùm eiuſmodi apparatum clam rege eſſe uellet, quoad belli inferendi occaſio data eſſet. Sic alibi alios habuit, quibus conducendi exercitus negotium dederat. Regi autem inſtans mater, omnes ſuſpiciones adimebat, & à Cyro ipſo plenæ blãditiarum & aſſentationum frequenter afferebantur literæ, quibus tum poſcebat aliquid ab eo, tum prouocatus Tiſſaphernem accuſabat. Iam enim certamen inter illos & contentio exorta erat. Fuit præterea regi naturâ inſita moroſitas quædam ac ſegnities, quæ lenitas animi multis & clementia uidebatur, quippe qui, ut apparet, gentilis ſui Artoxerxis manſuetudinem & facilitatem uehementer ab initio adamaſſet. Faciles ad eum omnibus patebant aditus. In conferendis pro dignitate honoribus, & gratificandi ratione propẽſior. In uindicandis criminibus eius animaduerſio omnis à contumelia aberat. In conferendis autem beneficiis, & in promerenda gratia, debentibus magis & aſtrictis, quàm benemerentibus lætabatur. In muneribus capiendis uerò humanum atque alacrem ſe præſtabat. Nullum enim adeò paruum ad illum afferebatur munus, quin id prompto animo iucundéque acciperet. Cui cùm mâlum punicum inſigni magnitudine dono à paupere eſſet datum, Per ſolem, inquit, hic uir ciuitatem ex parua magnam, ſi eius fidei credatur, quãceleriter reddere poſſet. In itinere aliis alia ad eum munera afferẽtibus, homo ruſticus cùm pro tempore nihil nactus eſſet, quod regi elargiri poſſet, percurriſsétque ad flumen, & hauſtã ex eo aquam manibus

Mos antiquus Perſarum.

manibus illi obtuliſſet, lætatus Artoxerxes, phiala aurea & mille Daricis hominem donauit. Euclidi Laconi, cùm is multa licenter in eum contumelioſéque loqueretur, per tribunum militum reſpondit, Licere ſibi quæ uellet in regem dicere, ſibi uerò dicere ac facere. In uenatione quoque cùm Teribazus Perſicam ueſtem ſciſſam ei oſtẽdiſſet, ab eóque quid fieri oporteret rogatus, reſpondiſſet aliam illi induendam ueſtem, & illam ſibi eſſe tradendam, conceſſit ſtatim quod flagitarat, Dono, inquiens, do tibi atque largior hanc ueſtẽ, uerùm uti prohibeo. Quo neglecto Teribazus (erat enim homo minimè malus, ſed naturâ leuis, & in conſiliis rapidus) ueſtem ipſam induit, muliebribus etiam ex auro donis à rege ſibi traditis ſe ornauit. Idque cùm uniuerſi intuentes ægreferrent (nam haud decebat) tum rex & cachinnari incepit, & ad eum conuerſus, Tibi, inquit, ut mulieri aurum, & ut inſano regium amictum geſtãdi poteſtatem licentiámque permittimus. Cùm non liceret cuiquam præterquã matri & cõiugi, illi ſupra regẽ, huic infra, regiæ menſæ accũbere, Artoxerxes fratres etiã Oſtanem & Oxathrem natu iuniores ad eandem mẽſam uocauit, & unà ſecum epulari uoluit. Maximè autem ex omnibus gratiſſimũ Perſis ſpectaculum præbuit Statiræ coniugis currus, quo nudo, nullis inuolucris, nullis ornamentis regiis ferebatur, priuatíſque mulieribus ſui & ſalutandi & adeundi copiã faciebat, ex quo regina ipſa à multitudine ſummo ſtudio colebatur. At inquieti & turbuléti homines, qui nouis imperiis ſtudebant, ad Cyrum, quòd illum acri ingenio uirum appriméque bellicoſum, ad hæc amicorũ unum omnium maximè ſtudioſum eſſe acceperant, communi conſenſu rerum ſummã deferebant, rati tantam imperij molẽ elati animi regem expoſcere, & qui honoris cupiditate & gloriæ tangeretur. His igitur fretus Cyrus, non minus quàm his quibus imperabat, ad bellum incubuit. Lacedæmonios quoque per literas cohortatus eſt, ut uiros ſibi ſubſidio mitterent: quibus ſi pedites ueniſſent, equos: ſi equites, currus: ſi agros haberẽt, uillas: ſi uillas, urbes ſe daturũ ſuſcepit: mercedẽ uerò cõmilitonibus non numero, ſed menſura perſolutũ iri. His ſe aliíſque pluribus magnificè efferens addebat, grauius ſe cor, quàm frarrem gerere, philoſopharíque magis, ac peritius magicã exercere: uini autem plus bibere, ac melius ferre. At illũ in uenationibus ob ignauiã ac mollitiem animi nec in equo, dubiis autem in rebus neque in ſolio quidẽ poſſe cõſiſtere. Lacedæmonij uerò ad Clearchum ſcytalam miſerunt, omnia quæ ad bellum uſui forent Cyro ſubminiſtrari iubentes. Permagnis ergo barbaricis copiis, & conductis ex Græcia militibus haud multò paucioribus tredecim millibus inſtructis, uariis rationibus militiæ conſilium diſſimulare conatus, aduerſus regem aſcẽdere parabat: quod tamẽ haud diutius regem latẽre potuit. Nam Tiſſaphernes ad illum adiens, rem omnẽ bellíque apparatũ indicat, & tumultus permagnus regiam omnem compleuit. Cuius belli culpæ pars maxima in Paryſatidem conferebatur, eiúsq; amici omnes atque intimi in ſuſpicionem & calumniam uocabantur. Maximè uerò Paryſatidi infenſa erat Statira, iniquo ánimo bellum ferens, ac uociferans, Vbi nunc fides, ô ſocrus? ubi preces obſecrationésq; humiles, quibus cùm Cyrum regnum inſidiis appetentem recepiſſes, nos in bellum ac periculum coniecíſti? Ex eo tempore Paryſatis Statiræ odio uehementer incenſa, cùm ad ſimultates atq; inimicitias perſequendas acerba immaníque natura foret, illam inſidiis tollendam interficiendámque curauit. Quoniam uerò Dinon ipſo bello factas eſſe inſidias ſcribit, Cteſias uerò poſt bellum, quem neque ignoraſſe tempus ueriſimile eſt, ut qui ipſis interfuit rebus, nec ulla ſuſpicio eſt cur ultro transferre tempus uoluerit negotij, quod ſic ſcribit ut erat geſtũ, quod alioqui ſolet, iræ & affectui in oratione ſæpe indulgens, eum quidem quem ille dedit locum res habet. Appropinquanti autem Cyro, ſermones rumoréſque perlati ſunt, ſtatuiſſe regem nec ſtatim manus conſerere, nec prælio dimicare, ſed in Perſis expectare quoad eò undique exercitus cogeretur. Etenim foſſam in latitudinem * pedum quinquaginta, totidem in altitudinem, ad quadraginta

Daricus nũmus Perſicus, Darij imagine inſignitus.

* ὀργυιῶν πέντε καὶ δέκα.

ſtadia per regionem in longitudinem duxit. Quam tamen cùm perrupiſſet Cyrus, atque intrò copias adduxiſſet, Babyloniam quæ haud longè ab eo loco diſtaret, neglexit, nec tranſitu illum ullo conatu prohibuit: ſed Teribazus primus omnium cùm di- 13
xiſſet, haud fuga contendendum, nec Media Babyloniáque cedendum, ſed ad Suſas in Perſide occurrendum eſſe; cùm numero copiarum multiplici hoſtes excederent, innumeros autem Satrapas ac prætores haberent, conſilio & peritia rei militaris Cyro ſuperiores ac manu promptiores, prælij ſtatim fortunam tentare aggreſſus eſt, ac primùm noningentorum millium exercitu rebus omnibus inſtructo atque ornato *Exercitus Artoxerxis aduerſus Cyrũ.* cueſtigio ſe oſtẽtans, hoſtes audacia deſpectúque hoſtium inermes atque incertis ordinibus incedentes, in tantum terrorem ac turbationem coniecit, ut uix magno cum clamore & tumultu ſe colligendi atque in ordinem conſtituendi ſpatium daretur. Deinde ſilentio & effusè agmen producens, clamores immodicos petulantésque inſultus & confuſionem plurimam in tanta multitudine expectantibus Græcis, ſpecie agminis & inſtructu admirationi fuit. Ex falcatis enim robuſtiſſimos quoſque deli- 14
gens, in fronte legionis ſuæ è regione Græcis ſtatuit, ut acies hoſtium priuſquam ad manus uentum eſſet perrumperent. Eam pugnam cùm multi ſcriptores memoriæ mãdarint, & Xenophon ante oculos penè collocarit, rebúsque ipſis non ut geſtis, ſed quaſi gerantur, lectorem affectum animo atque unà periclitantẽ retineat, haud prudentis eſſet poſt eum uirum his de rebus rurſus ad ſcribendum accedere, præter ea quæ ab illo prætermiſſa ac digna memoria uideantur. Nuncupatur autem locus Cunax, in quo inſtructæ acies ſignis collatis dimicarunt, qui quingenta ſtadia à Babylonia diſtat. Cyrum autem admonente Clearcho, ut ſe poſt Macedones contineret, nec in periculum pugnæ immitteret, reſpondiſſe ferunt, Quid ais Clearche? iubés ne regnum apperentem regnome indignum oſtendere? Cúmque imprudenter Cyrus & 15
temerè in medias acies perrupiſſet, nec periculũ præcaueret, nec ſaluti ſuæ proſpiceret, non tamen Clearchi minus delictũ, nec ſapientius conſiliũ fuit, qui Græcos contra regem conſtituere noluerit, ſed ne circunueniretur ab hoſtibus, dextrum cornu ad flumen produxerit. Qui enim omiſſis cæteris omni ratione ſecuritatẽ ſequeretur, & in eo potiſſimùm laboraret ne quid incõmodi acciperet, ſatius fuit domi ſe continere. Qui autẽ à mari aſcendens decem ſtadiorũ millia proceſſiſſet, nec id ulla neceſſitate coactus, ſed hoc conſilio ut Cyrum in regiam ſedem collocaret, ſic deinde loci atque ordinis rationẽ habuerit, nõ quò ipſe regem cuius ſtipẽdia mereretur ſeruaret, ſed quò tutò & expeditè pugnaret, is mihi inſtantis periculi metu de ſumma rerũ cõſilia abieciſſe, & militarẽ diſciplinam prodidiſſe uidetur. Fuiſſe enim nullũ ex omni 16
exercitu regis, Græcorũ impetũ excepturũ: pulſis autẽ loco ac relictis illis fugiẽte aut interfecto rege Cyrum incolumẽ regno potiturũ, ipſius pugnæ euentus declarat. Idcirco Clearchi magis ignauia, quàm Cyri audacia accuſanda eſt, quæ regnum unà & Cyrum perdiderit. Si enim rex ipſe contemplatus foret, qua in parte cõſtitutis Græcis minimũ ſibi ab hoſtibus noceretur, aliã nullam quàm quę à ſe atque à ſuis plurimùm diſtaret, inueniſſet, à qua nec ipſe uictus ſuperatúsq; ſentiret, & Cyrus antè interẽptus ſit quàm de Clearchi uictoria nuntiũ accepiſſet. Atqui Cyrus haud inſcitia neq; imprudentia offendit, ſed quid ſibi uſui eſſet, præuidit, Clearchúmque mediũ agminis tenere iuſſit: at is cùm dixiſſet bene gerendę rei ſe curam ſuſcepturum, euertit omnia. Nam Græci ex ſententia ſua & uoluntate barbaros fuderunt, & fugientes magnum 17
ſpatium inſequuti ſunt. Sed Cyrus cùm generoſum equum, ſed effrẽnem atq; immitem, Paſacem nuncupatum, ut Cteſias tradit, calcaribus incitaſſet, Caduſiorũ dux Artagerſes & ipſe uectus equo ei obuiã uenit, clamitans, O iniquiſſime omniũ mortaliũ « atque inſaniſſime, qui pulcherrimo & ſanctiſſimo inter Perſas Cyri nomini hãc tantam notam atque ignominiã inuris, ut optimam uiam ingreſſus Græcorũ copias ad « Perſarũ bona & fortunas diripiendas coneris adducere, in ſpem adductus te fratrem « ac domi-

« ac dominũ tuum occiſurum eſſe, cui decies decem ſeruorum millia ſunt, qui te rebus « omnibus præſtẽt. Sed ſtatim periculũ facies: antè enim hoc loco caput tibi auferetur, 18
quàm regis faciẽ aſpicere poſſis. Hæc cùm dixiſſet, iaculum in eum immiſit: ſed lorica reſtitit, atq; ictũ ſuſtinuit, ne ad corpus uulnus deſcẽderet. Cyrus tamen magnitudine ictus contremuit. Dũ Artagerſes equum cõuerteret, Cyrus telũ intorquens haud fruſtratus eſt ictu, ſed collũ ſub caſſide mucrone trãsfixit. Artagerſem igitur Cyri manu concidiſſe, omnes penè cõſentiunt. De Cyri autẽ morte, quoniam Xenophon, ut qui *Cyri interitus.*
affuiſſet, eam breuiter nimis atq; exiliter explicat, nihil fortaſſe impedit, quę à Dinone & Cteſia ſcripta ſunt oratione percurrere. Tradit igitur Dinon, interfecto Artagerſe, Cyrum in eos, qui circunſtabãt regẽ, impetu facto, eius equum uulneraſſe, atq; illum humi deuolutum eſſe. Ad quem accurrens Teribazus, apprehendénsque quamcelerrimè in alium equum impoſuit, O rex, inquiens, huius diei memineris, nõ enim eſt 19
eiuſmodi, ut memoria tibi excidere debeat. Hîc rurſus Cyrus perrumpẽs equo Artagerſem deiecit. Hunc tertium Cyri inſultũ rex iniquo animo ferens, ad eos qui aderant, exclamat, ſatius ſibi eſſe non uiuere. Tum incitato calcaribus equo Cyrum adoritur, qui inter uolantia hoſtium tela incautè ac temerè ferebatur, in eúmque ipſe unà & eius ſtipatores tela coniiciunt. Concidit autẽ Cyrus, ut quidam ferunt transfixus à rege: ut plurimi ſentire uidentur, ab homine qui ex Caria aderat, cuíq; rex præmium rei bene geſtæ hunc honorẽ tradiderat, ut in prælijs ſemper aureum gallum in lancea præfixum ante aciem ferret. Etenim Cares, ipſos Perſas ob conos, quibus galeas ornatas habent, gallos nuncupant. Quæ uerò à Cteſia de Cyri morte mandata ſunt literis,
20 ut pluribus circunciſis atque amputatis paucis exponã, huiuſmodi ſunt. Cyrus cùm interempto Artagerſe in regem ipſum impetum feciſſet, réxque contra in eum, ſilentio ſe inuicem infenſis animis petiuere. Sed interuenit Ariæus Cyri amicus, præoccupatóque tempore, in regem telum coniecit, ſed ictu fruſtratus eſt. At rex contorta in Cyrum lancea illum non attigit, Tiſſaphernem uerò uirum ſummo loco natum Cyróque fidiſſimũ, percuſſit atque exanimauit. Tum Cyrus iaculũ adiiciens per thoracem, ad duorũ digitorũ altitudinem in pectus regis defixit: quo uulnere ex equo deuoluto rege, comites eius ac ſtipatores magno cum tumultu ac trepidatione ſe in fugam dedẽre. Ille ægrè ſe humo attollẽs cum paucis, in quibus fuit Cteſias, proximum quendam tumulũ occupauit, & in eo conſedit. Cyrum uerò aduentantibus iam tenebris, ferox equus à ſuis longius inter hoſtes prouexit, cũ ab illis ignoraretur, ac requi-
21 reretur à ſuis, quippe qui elatus uictoria plenúsque animi atq; ſpiritus per mediũ hoſtium agmen equum incitabat calcaribus, aſperè ac uehementer obuios uerbis increpitans, Cedite ignaui, atque abſiſtite. Idem cùm ſæpius Perſica uoce proclamaſſet, alij quidem cõceſſerunt regẽ adorantes. Fortè Cyri capite lapſa tiara eſt: hic Perſicus adoleſcẽs nomine Mithridates uiribus fretus à latere incurrens, eius tẽpus ſecũdum oculum iaculo transfixit, neſcius quem uulneraſſet: cúmq; magna uis ſanguinis manaret è uulnere, languẽte iam uiſu unà cùm uiribus decidit. Equus errabũdus ſe fuga proripuit. Equeſtrẽ uerò pileum cruore madentẽ Cyri, percuſſoris miniſter cõperit. Cyrũ languentẽ è uulnere ac iam propè expirantẽ, eunuchi quidã qui caſu aderãt, in alium equum reponere, atque ex hoſte ſeruare conati ſunt. Sed cùm imbecillior foret, quàm
22 ut equo inſidere poſſet, annixi manibus ægro ac titubãte corpore agebant. Cũ potitũ ſe uictoria opinaretur, ac fugientiũ uoces audiret, Cyrum regẽ implorantium, ac ſibi parci obſecrantiũ, interim Caunij quidã abiecti homines, & uictus difficultate uiliſſimorũ miniſteriorũ gratia regis exercitũ ſequuti, Cyri militibus fortè permiſti erãt. Qui ubi uix rubra ſagula cõſpicati ſunt, quòd regię partis omnes albo uterẽtur, agnouerũt ſtatim hoſtes eſſe. Ex illis igitur unus auſus eſt imprudẽs à tergo Cyrũ ſauciare, quo ictu perfracta poplitis uena concidẽs ille, inter cadendũ confoſſum uulnere tempus in lapide quodã offendit, ac moritur. Cteſiæ igitur oratio ac ſententia talis eſt, qua

hominẽ uix occîdens,ueluti obtuſo gladio interemit.Cùm iam expiraſſet Cyrus Artaſyras*regius oculus eò fortè equo profectus,ut flẽtes eunuchos aſpexit, fidiſſimum eorũ rogauit, Quẽ aſſidens,ô Pariſca, defles? Et ille,Nónne tu extinctũ Cyrũ intueris? 23
*ὁ βασιλέως ὀφθαλμός.
Admiratus igitur Artaſyras,eunuchũ iuſſit bono animo eſſe,cadauérq; aſſeruare,ipſe ad Artoxerxem profectus rebus ſuis diffidentẽ,& uulnere ſitiq; confectũ,lætus nũtiat ſe mortuum Cyrũ uidiſſe.Ille uerò ſtatim audito nũtio primus omniũ iter arripuit,ac Artaſyræ,ut ſe ad locũ produceret,imperauit.Sed cùm metus ac rumor uehemens eò perlatus foret, Græcos hoſtem fuſum perſequi, uictorésq; omnia obtinere,uiſum eſt eò complures exploratũ mittere. Ita triginta lãpades præferentes eò miſſi ſunt.Ipſi ob ſitim iam deficienti,& ad moriendũ uicino,Satibarzanes eunuchus circuncurrẽs potum quærebat:non enim locus aquam habebat,& à caſtris longius aberant.Tandem in unum ex Cauniis illis inopibus incidit, in utre ſordido inquinatam aquam ac putridam ad octo cotylas ferẽtem : hunc utrem ille acceptum ad regem detulit,eíq; tradidit.Quem cùm aquam totam ebibiſſet: nunquid is potus moleſtiſſimus ei fuiſſet, 24
percontatus eſt : tum teſtatus eſt deos immortales, ſe nunquam uinum potaſſe iucũdius,neq; aquam,etiam quæ leuiſſima ac quampuriſſima eſſet,ſibi ſuauiorem eſſe uiſam : quare inquit ei homini à quo accepiſſet, ſe nunquam debitas ac meritas gratias referre poſſe,ſed deos precari,ut eum diuitem ac beatum efficerẽt. Dum ea fiebãt,triginta miſſi clari ac læti eò ſe receperũt, inſperatam regi felicitatem ac uictoriam nũtiantes.Ac iam multitudine ad eum undique confluentium & conſpirantiũ, parumper animo confirmatus,multis circùm collucentibus facibus è tumulo deſcendit.Vt uerò ad cadauer cõſtitit,& dextra corpori manus, & à ceruicibus caput abſciſſum eſt, caput ferri iuſſit,apprehendénsque manu comam,quæ permagna erat & denſa,dubi- 25
tantibus adhuc fugientibúsque oſtendit: illi magna cum admiratione adorauerunt: ſic ad eum breui ſeptuaginta millia hominum coierunt, ac ſe rurſus in caſtra receperunt.Egit autem in prælium(ut Cteſias tradit) quater centena hominum millia. Dinon autem & Xenophon eos qui dimicarũt longè plures fuiſſe authores ſunt:numerum uerò interfectorum hoſtium nouem millia capitum ad Artoxerxem eſſe relata, ſuorum autẽ uiginti millia in eo certamine deſiderata eſſe.In his dubitatio permaxima ambiguitásque uerſatur : in eo autẽ apertum Cteſiæ mendacium deprehenditur, quòd ait ſe ad Græcos unà cum Phayllo Zacynthio, aliíſque nonnullis oratorem eſſe miſſum.Xenophon enim Cteſiam apud regem uerſari ſciebat,ipſius enim meminit, & hos liberos in eius manus peruenìſſe,ſatis conſtat.Nunquam enim qui legatus ue- 26
niſſet,ac tantorum ſermonum interpres fuiſſet, abſque nomine incognitum dimiſiſſet,Phayllum autem Zacynthium nominaſſet:mirificè uidelicet Cteſias honoris cupidus,nec minus Laconicarũ partium Clearchíque ſtudioſus,qui in ipſa hiſtoria ſcribenda quoſdã ſemper locos ſibiipſi proprios uẽdicat, quos ingreſſus,Clearchi ac Lacedæmonis mẽtionem facit . Confecto iam prælio, Artagerſis illius, qui à Cyro ictus conciderat,filium pulcherrimis maximísq; muneribus donauit. Cteſiam quoque ac reliquos honoribus ampliſſimis honeſtauit,Cauniúmq; qui utrem ei aquę attulerat, cùm inueniſſet, ex obſcuro atq; inopi clarũ atq; opulentũ effecit . Fuit præterea cura in eo quædam in uindicandis fontibus: Arbacem enim quẽdam Medum hominem, qui in prælio ad Cyrũ defecerat,ac rurſus eo mortuo rebellarat,cùm eum ignauiæ ac 27
ac mollitiei,non proditionis,neque ſimultatis reum ſtatuens cõdemnaſſet,iuſſit nudum ſcortũ impoſitum ceruicibus diem totũ in foro circunferre. Alterius uerò,quòd ad defectionem duos quoque ex hoſtibus ſe additurum pollicitus,in mẽdacio deprehenſus eſſet,linguã tribus clauis cõfigi iuſſit. Sed cùm cuperet hanc famam & ſermonem apud omnes gentes & nationes uulgari,à ſe Cyrũ interfectũ eſſe,Mithridati qui primũ Cyro uulnus inflixerat,munera miſit:ferẽtibus etiam hæc nuntiari ei iuſſit, Iis te rex muneribus afficit,quòd cùm equeſtrẽ Cyri pileum inueniſſes,ad eum detuleris.

Care

Care uerò,à quo ſucciſa poplitis uena Cyrus conciderat, & ipſo donum poſtulãte, ad
28 id negotiũ miſſis huiuſmodi ad illum mandata dedit:Hæc tibi dono mittit rex,quòd primus poſt Artaſyrãm ad eum de Cyri interitu nũtiaſſes. Mithridates igitur indictũ ſibi ſilẽtium ægrè ferens,diſceſſit . At miſerum Carem ſimilis quidam animi morbus ex inſania & temeritate inuaſit.Corruptus præſentibus,ut uidetur bonis, & ſuperbia quadam,& contumacia in ſuperiores ſe efferens,haud dignum ducere ſe munera ſibi miſſa nuntij mercedem habere,ſed excruciari animi atq; indignè ferre : ad hæc uociferari, alterum neminẽ præter ſe Cyri necis authorẽ fuiſſe , & ſe iniuſtè ea gloria ſpoliari.His regi nuntiatis,uehementer ira incenſus , caput homini à ceruicibus abſcindi iuſſit.His cùm intereſſet mater,Ne tu,inquit,rex, ita hunc Carem capitalem hominem breui pœna neces,à me enim ſibi eorum , quæ dicere audet, merces perſoluenda
29 eſt . Permittente autem rege matri ſupplicij ſumendi poteſtatem , Paryſatis à tortoribus ſuis hominẽ comprehendi iuſſit , decémque dies in tortura haberi, tum oculos effodi,& in aures liquefactũ æs infundi, ſic omni ſupplicio excruciatum necari. Nec uerò Mithridates ſimilẽ exitum effugere potuit,pauloque pòſt ob eandem ſtultitiam morte pœnas luit. Vocatus enim ad cœnã cùm regis ac matris eunuchi adeſſent, acceſſit ueſte auróq; inſignis,quibus donatus à rege fuerat:cúmq; ad pocula prouectum cõuiuiũ foret,ex Paryſatidis eunuchis is qui authoritate opibúsq; reliquos anteibat, ita ad Mithridatẽ loquutus eſt : Perpulchram quidem hãc tibi ueſtem rex dono dedit Mithridates,perpulchras armillas,perpulchros etiam torques, permagni quoq; pretij gladium,pérque beatũ ac circunſpectũ te iis omnibus reddidit. Iam uerò incaleſcens
30 uino plus æquo Mithridates,Quorſum hæc,inquit,O Sparamixa,ſpectat oratio?Maioribus enim meipſum ac pulchrioribus eo die dignũ exhibui . Et Sparamixas ſubridens.Haud equidẽ Mithridates,tibi,inquit, inuideo:rectè quidẽ ſe habet iſtud quod crebrò uſurpatur à Græcis,Vinũ ueritatẽ eſſe:ſed amabo te,quid præclarũ aut magnũ fuit pileum equo delapſum inuenire, & ad regẽ deferre? Hæc haud facinoris ignarus interrogabat:ſed uolens id à præſentibus quoq; cognoſci,tentare eo pacto cœpit hominis leuitatem,quem loquacẽ atque immoderatũ potus reddiderat . Haud diutius ſe continuit,At uos,inquiẽs,de pileo déq; ciuſmodi nugis ut lubet,cõfingite,ego uerò apertè profiteor,hac manu Cyrũ cõcidiſſe. Nõ enim ut Artagerſes,uanũ, neq; irritum telum adieci,ſed ab oculo,haud longius meus aberrauit ictus, & transfixo repo-
31 re hominẽ ſtraui, eóq; uulnere tandem interiit. Hic alij inde uſque proſpicientes infelicem Mithridatis exitum & cladem,facies demiſerunt.Sed qui eos conuiuio exceperat, Age,inquit,Mithridates,ad præſens indulgeamus uino atque epulis,ac regis deũ fortunámque uenerantes,ſermones huiuſmodi maioribus de rebus, quàm inter nos uerſari conueniat, miſſos faciamus . Dimiſſo conuiuio, quæ dicta in conuiuio fuerant Paryſatidi eunuchus detulit,at illa eum rege cõmunicauit.Quod regis animum uehementer offendit, quippe qui ſe reprehenſum refutarúmque proſpiceret , & quæ pars uictoriæ maximo ſibi decori ac uoluptati fuerat, effluxiſſe . Etenim uolebat barbaros omnes ac Græcos ſibi perſuaſum habere,in ipſo inſultu,quo cum fratre conſeruit manus,accepto illatóq; uulnere,interempto Cyro ſe ſaucium abiiſſe . Igitur Mi-
32 thridatem ſcaphis necari iuſſit.Genus autem mortis ac ſupplicij huiuſmodi eſt.Duabus exædificatis ſcaphis inter ſe congruẽtibus,in altera hominem,qui ad ſupplicium datur,reſupinant,alteram deſuper imponentes ſic ambas cõiungunt,ut caput,manus ac pedes foris excludantur,reliquum uerò corpus totum intus claudatur. Præbẽt homini cibum,ſtimulíſque oculos fodientes ueſci uel inuitum cogunt : ueſcenti autem pro potu lac melli admiſtum in os infundunt,faciémque eodem conſpergũt,ſic eius oculos uerſantes ſcapham ſemper aduerſo ſoli opponunt,& muſcarum inſidentium multitudine ora quotidie obreguntur.Cúmq; intus ea faciat,quæ edentes bibẽtésque homines facere neceſſitas cogit, ex corruptione & putredine uarij pullulant uermes,

Paryſatis matris Artoxerxis crudelitas.

Scapharum ſupplicii quo homines affiguntur apud Barbaros crudeliſſimum.

quibus intra ueſtes penetrantibus corpus abroditur. Cùm enim perfuncto uita homine, ſuperior amouetur ſcapha, exeſa caro aſpicitur, & circa uiſcera talium ferarum paſcentium, aliarúmque quotidie ſuccreſcentium multitudo apparet. Huiuſmodi ſup- 33
pliciis Mithridates excruciatus, ad decimumſeptimum uſque diem calamitoſam uitam produxit, atq; demum extinctus eſt. Reliquus Paryſatidi erat, quaſi ſignum Meſabates regis eunuchus, qui Cyro caput ac manum præciderat, ad quē opprimendum animū mentémque intēderet. Qui cùm ipſe per ſe nullam præberet occaſionem, huiuſmodi illi inſidias machinata eſt. Erat quidē cùm aliis in rebus acris ac uerſuti ingenij mulier, tum alearum ludum percallebat, ob idque ante bellum ſæpe alea ludere cum rege ſolita eſt: poſt bellum autē nihil de priſtina conſuetudine cum rege & affabilitate remiſit: ſed unà in conuiuiis, in ludis iocisq; uerſata eſt, ſéque illi amorū par- 34
ticipem atq; adminiſtrā exhibuit, ut eius animum penitus à Statira abduceret, nec ullum ferè uacuum illius congreſſui tempus relinqueret, quòd eam præcipuo quodam exardebat odio, ac ea ſublata è medio, ſuo arbitrio ac nutu geri omnia cupiebat. Itaq; nacta tempus idoneum, cùm rex à negotiis uacuus pararet ſe ad ludū remiſſionémque conferre, alea prouocauit, mille Daricis in ludum uictori expoſitis. Ludēti uictoriam negligendo permiſit, aurúmq; perſoluit. Tum excruciari ſe animi, & cōcertandi cupidam ſimulans, rurſus repetita alea eunuchū proponi iuſſit. Quod haud recuſauit rex: ſic inter ſe cōueniunt, ut quinq; utrique deductis fidiſſimis, ex reliquis uictor quē uellet, eligeret atque acciperet. His conditionibus initis inſtituitur ludus: in quo cùm illa omnē ſuam curam induſtriámque poſuiſſet, cadētibus è ſententia talis, potita uictoria Meſabatem accepit (non enim is in ſelectis à rege fuerat) atque priuſquam rex 35
in aliquam ſuſpicionem incideret, tortoribus ad ſuppliciū tradens, uiuum pelle enudari, ac tribus palis affixum corpus diuaricari iuſſit, & in alio palo ſeorſum pellem ſuſpēdi. His peractis, ferentem grauiter regem, & in eam ira percitum, ſalibus etiam & cauillis cū riſu prouocare aggreſſa eſt. Et, Quàm ſuauis ac beatus, inquit, habēdus es, quem fœdi ſenis & eunuchi mors tanto dolore mœſtitiáque afficiat: ego cùm mille Daricos perdidiſſem, eam iacturam ſilentio tuli. Rex igitur pœnitētia ductus eorum, quæ dolis circunuentus dimiſerat, deſtitit, nec ultrà matris iniurias perſequutus eſt. At Statira apertè cum ea inimicitias gerebat, indignū eſſe ſtatuens, quòd propter Cyrum interfectum homines eunuchi ac regi fidi adeò crudeliter ac nefariè necarentur. Poſtea uerò quàm Clearchum ac reliquos duces per fidem ac iuſiurandum deceptos, Tiſſaphernes comprehēſos uinctósque ad regem miſit, tradit Cteſias Clearchum à ſe 36
precibus oraſſe, ne pateretur eum fame necari, ſed utcunque morituro neceſſaria ſibi ad uictū mittenda curaret. Quo impetrato lætatum officio eſſe, annulúmq; ſibi amicitiæ ſignū dediſſe ad ſuos propinquos neceſſariósq; futurū: fuiſſe autē inciſas in annulo Caryatides ſaltātes. Miſſa quoque Clearcho cibaria, qui unà in uinculis aſſeruabantur, auferre ſolitos, & eorū parte exigua Clearcho tradita, reliqua ipſos conſumere. Cui incommodo à ſe eſſe prouiſum, cùm egiſſet, ut plura Clearcho cibaria mitterentur, atq; alia ſeparatim militibus darētur. Eáq; omnia à ſe de Paryſatidis mente ac ſententia adminiſtrata eſſe. Cùm ſæpius Colenus ad Clearchum intrò ferendi ſibi gratia mitteretur, hortatum ab eo eſſe atq; edoctum, ut paruum pugionem intra carnes 37
abditum ad ſe intrò ferret, nec pateretur, ut eius uitæ exitus foret, quē ſibi regis crudelitas allatura erat, idque illum metu deterritum facere recuſaſſe: deinde regē poſtulanti matri atque obſecranti, ut Clearcho ignoſceret, conceſſiſſe, idq; iureiurando firmaſſe, ac rurſus à Statira ſententia dimotum, excepto Menone, omnes neci deſtinaſſe. Ex eo tempore Paryſatim ad perniciem & cladem Statiræ ſpectare cœpiſſe, atque illi uenenum comparaſſe. Sed hæc parum probabiliter ab eo dici, nec ratione ulla idonea niti uidentur, tantùm facinus, tam audax, támque periculoſum ab illa eſſe ſuſceptū, ut legitimam regis uxorem, lecti ſociam, communium natorum, & qui ad ſpem regni

gni educarentur matrem, ob Clearchi necem ueneno opprimere conaretur; ac per-
38 ficeret. Verùm haud obſcurum eſt has ab eo tragœdias excitatas eſſe, ut Clearchi nomen immortalitati ac memoriæ commēdaret. Etenim ſcribit, peremptis ducibus cæteros canibus auibúsque laniatos eſſe, Clearchi autem cadaueri uim uenti puluerem ferentem aggerem congeſſiſſe, atque eius corpus obtexiſſe, ibíque exortis quibuſdam palmis perbreui lucum in miram altitudinem excreuiſſe, locúmque opacaſſe, ex quo magnam pœnitentiam regem cepiſſe, quòd Clearchum uirū diis immortalibus amicum uita priuaſſet. Paryſatis igitur ueteri Statiræ odio, ac nouis ſuſpicionibus agitata, cùm uideret regem potentiam ſuam uerecundè obſeruare, atque in honore habere, illius uerò amoris præſidio firmiorem ac ſanctiorem apud eum fidem habere, inſidiis illam delere conſtituit, maximis de rebus in periculū ueniens. Inſidiarum huiuſ-
39 modi apparatus fuit. Famulam habuit Gygen nomine, quæ apud eam plurimùm ualebat: hanc adminiſtram ueneficij Paryſati fuiſſe Dinon tradit, Cteſias tantum modo conſciam extitiſſe. At qui uenenum dedit, hic quidem Belitaram, Dinon autem Melantam nuncupat. Itaque ſedata parumper priſtina ſuſpicione ac diſſenſione, cùm in unum uenire atque cœnare cœperunt, non ſine metu tamen ac cuſtodia iiſdem cibis atque ab iiſdem utebantur. Naſcitur in Perſis quædam parua auis, cui uacuum nihil ſuperat, ſed tota intus ſumine atque adipe plena. Véto atque rore nutriri quidam putant: nomen eſt ei Rhyntaces. Hanc Cteſias prodidit cultello altero latere ueneno illi- *Rhyntaces auis Perſica.*
to Paryſatim diuiſiſſe, dimidiam partem ueneno infeciſſe, & quæ ueneno intacta atq; incorrupta erat, ipſam in os coniectam exediſſe, Statiræ autem uenenatam partē porexiſſe. Sed Dinon ab hoc parumper diſſentiens, ait non Paryſatim, uerùm Melātam
40 partitum cultello, Statiræ infectā carnem appoſuiſſe. Cùm moreretur magnis cū doloribus, mulier ipſa dolum agnouit, matrémq; regi in ſuſpicionē adduxit, quippe qui eius immanē importunámque naturam perſpectā haberet. Proinde de ſcelere perpetrato inueſtigare diligentius cœpit, ſeruos omnes matris ac menſæ miniſtros in quæſtionibus habuit: Gygē uerò clauſam domi apud ſe illa tenuit, nec regi expoſcēti tradidit. Quę tamen paulò pòſt cùm rogaſſet ſe domū dimitti nocte, abrepta & capitis à rege damnata eſt. Venefici autē in Perſis pœna huiuſmodi legibus uindicantur: Am- *Venefici qua pœna afficiātur apud Perſas.*
pla eſt petra, in qua capita eorū impoſita, alia petra feriunt quoad faciem ac caput in-
41 fregerint. Hoc igitur mortis genere Gyge interiit. In Paryſatidem autem aliud nihil molitus eſt rex, ſed ne uerbū quidem paulò grauius dixit, Babylonem uerò uolentem dimiſit, addens quoad illi uita ſupereſſet, Babylonē ſe nunquā eſſe uiſurū. Quæ igitur ad rationem domeſticā ſpectant, huiuſmodi extiterunt. Quos autē Græcos, qui Cyrū in Aſiam ſequuti erant, capere atq; opprimere niteretur, haud minore ſtudio, quàm quo in Cyro ſuperando ac regno obtinēdo uſus fuerat, nihil effecit: nam amiſſo Cyro, ducibus ſuis orbati ex ipſis propemodum penetralibus regis incolumes euaſerūt, & oſtenderunt, declararúntque, rem Perſarū ac regis multo auro, deliciis mulieribúsque conſiſtere, reliqua nihil præter ſuperbiā iactantiámque eſſe. Ex quo Græciæ uniuerſæ animo audaciáq; addita, barbari cōtemptui fuere. Lacedæmonij quoque perindignū duxerunt, non Aſiam incolentes Græcos è ſeruitute eripere, eorúmq; cōtume-
42 lias proſequi. Superioribus enim temporibus Thimbrone, pòſt Dercyllida duce bellum geſſerant. Nulla præclara re geſta, Ageſilao id bellum adminiſtrandum mandarunt: ille in Aſiam traiecto exercitu ſtatim ad rem gerendam incubuit, magnámque exinde gloriam adeptus eſt: Tiſſaphernē collata acie fudit, ciuitates ad defectionem coegit. Tātis geſtis rebus didicit Artoxerxes alia ratione bellum cum illis ſibi eſſe gerendum. Quare Hermocratem Rhodium cum magna ui auri in Græciam miſit, iuſſítque corruptis principibus ciuitatū, quíque in iis plurimùm pollebāt opibus, græcū bellum in Lacedæmonem totum cōuertere. Quæ ubi ſic ab Hermocrate adminiſtrata ſunt, cōſpirantibus maximis ciuitatibus, magnísque in Peloponneſo excitatis mo-

tibus,Spartam Agesilaum ex Asia magistratus reuocarunt. Quo tempore abeuntem 43
ad amicos dixisse ferunt,triginta millibus sagittariorum se à rege ex Asia pelli. Persicus enim numus sagittarium incisum habet. Conone etiam Atheniēsi ac Pharnabazo ducibus,mari Lacedæmonios expulit.Conon enim sub id tempus postquā in Capræ flumine nauali prælio decertatum est,in Cypro moram trahebat,haud securitate contentus,sed rerum mutationem,ueluti in pelago fluctum opperiēs. Perspiciens autem sua consilia potentiâ, regiam uerò potentiam prudente duce indigere, de his quæ excogitasset regem per epistolam certiorem effecit,mādauítque iis, qui ferrent, per Zenonem Cretensem,uel per Polycritū Mendæi filiū,regi eam redderent(horum Zenon saltator,medicus Polycritus fuit) ac ni illi adessent, per Ctesiam medicū. Tra- 44
ditur Ctesiam accepta epistola,iis quæ à Conone scripta erāt addidisse, ut Ctesiam ad se mitteret,cuius opera ad administrandas res maritimas uteretur. Ctesias ait regem ipsum sua sponte id sibi munus demādasse.Parta nauali prelio apud Cnidū per Pharnabazum uictoria,qua maritimum Lacedęmoniis imperium abstulit,ad se Græciam uniuersam simul cōuertit,Græcósque ad famosam illam pacem cōpulit,quæ regnāte Antalcida constituta est.Hic Spartiata Leonidę filius fuit,qui studio regis author fuit, ut Lacedæmonij omnibus Asiæ ciuitatibus, quæque Asiæ adiunctæ sunt insulis, regi cederēt,eásq; rex uectigales haberet,firmata cum Græcis pace,si Græciæ dedecus, contumelia ac proditio, pax nuncupanda est,qua nullū bellum miseriorem & ignominiosioré exitum uictis attulit. Quapropter Artoxerxes cùm reliqui sibi Spartiatæ 45
abominationi ac fastidio essent, ratus eos omniū impudentissimos esse(ut Dinon refert) Antalcidam in Persas profectū omni comitate ac benignitate complexus est, ac semel accepta una ex floreis coronis & unguento pretiosissimo perspersa, Antalcidæ eam in cœna misit. Ea munificentia omnibus admirationi fuit. Erat autem,ut uidetur, idoneus, qui in Persis per saltationem ac lasciuiam Leonidæ & Callicratidæ insultans,in deliciis uolutaretur,& eiusmodi coronam acciperet. Itaque Agesilaus siue quis alter,dicente quodam, Væ tibi Græcia,ubi iam Lacones nobis medizant:Quinimò,inquit,Medi laconizant. Magnificentia tamen & splendore orationis, dedecus rei & ignominiam delere nō potuit. Nam accepta in Leuctris calamitate, imperium 46
Græciæ amiserunt, atque eo fœdere Spartæ gloria & maiestas omnis interiit. Quoad igitur Spartæ imperiū stetit,hospitis atque amici loco illum habuit, obseruauítque: post Leuctricam uerò calamitatem,cùm imminuta authoritate ad reliqua incōmoda,pecuniariæ etiam rei difficultas accessisset,in Ægyptum Agesilaum miserūt. Antalcidas ad Artoxerxem profectus, hortatúsq; est, ut Lacedæmoniis laborātibus subueniret. Ille ita hominem contempsit, despexit,ac contumeliosè reiecit, ut reuersus illusus ab hostibus ludibrióque habitus, atque Ephoros metuens, se uita abdicaret. Ascendit etiam ad regem Ismenias Thebanus, & Pelopidas, quo duce parta in Leuctris uictoria fuerat.Hic nihil à dignitate sua alienum fecit: at Ismenias iussus regem adorare, annulum ante pedes humi deiecit, ita acclinans sustulit, adorantísque speciem præbuit. Timagoræ autem Athenienſi, cùm ad eum paruulam epistolam per 47
Beluridem arcanam misisset, lætatus decem ei daricorum millia elargitus est: boui no lacte in ualetudinem indigēti,octoginta boues mulgendas dedit: lectulos etiam & peristromata stratorésque misit, quasi non Græci lectos sternere didicissent, quòd ex morbo langueret, qui lectica eum ad mare usque molliter ueherent. Præsenti eidem admodum cœnam magnificentissimè apparauit, ut Ostanes regis frater, Hanc, diceret, ô Timagora,mensam memoria teneto: non enim parua spe tam splendidè exornata est: hoc autem erat proditionis potius exprobratio, quàm commemoratio beneficij ad gratiam referendam. Timagoras igitur ob regiam largitionem ab Athe- 48
nienſibus rei capitalis damnatus est. Artoxerxes Græcos multis malis, calamitatibús-
que affectos unius tantùm facti lætitia parumper leuauit,Tissapherne acerrimo atq;
infenſissimo

infensissimo illis hoste sublato. Interfecit autem eum calumniis ipsius, opera & cōsilio matris adiutus. Nō enim rex diutius iram aluit,sed eam reconciliata gratia Babylone accersiuit,& quòd elato animo ac regina digno esse aspiceret,causæ autem nihil subesse,quæ suspicione uel offensione aliqua eorū animos disiūgere posset. Ex eo iam tempore mater in omnibus obsequendo,obsecundādo,cunctáq; ad nutum gerendo, nunquā eius cupiditatibus refragādo,hoc obsequio cùm tātùm apud illum authoritatis consequuta esset,ut quæcūque uellet, facilè impetrasset, persensit regem ex filiabus alterā Atossen perditissimè adamare,cúmq; ea rem se clam habere,& ne erūperet, 49
ut quidam tradunt,animi morbū cohibere,ac dissimulare: cōstituto cum uirgine semel congressu,id Parysatis suspicata, puellam magis,quàm antea cōsueuerat,amplexa est, Artoxerxi & formā eius ac mores laudare, ut regi tum spectabilis ac decora es- *Artoxerxis incestus.*
set.Postremò eò suadēdo adduxit,ut eam in matrimoniū duceret,& legitimę numero uxoris haberet, contemptis Græcorū existimatione ac legibus, Persis legem ipsam bonorū & malorum normam à deo constitutam præscriberet. Sunt qui dicāt,in quibus est Cymæus Heraclides, non unam modò filiam, sed secundam etiam Amestrim Artoxerxem uxorem cepisse,de qua paulò posterius dicemus. Atossæ amore post nuptias ita uehementer incensus fuit,ut cùm morbo quodam, quod Alphon uocāt, teneretur,nihil tamen ob eam causam fastidierit. Iunoni etiam pro illius salute uouit,
50 se unam ex omnibus diis illā attacta humo manibus adoraturū. Iussis deinde Satrapis ab eo,& amicis dona mittere,tāta copia missa sunt,ut quod erat spatij inter regiā & phanum,ad sexdecim stadia,auro,argento,purpura,atq; equis cōpleretur. Petiti ab eo deinde bello Aegyptij Pharnabazo & Iphicrate ducibus, quibus inter se dissidentibus spe potiēdi excidit.Ipse præterea aduersus Caduſios triginta millibus peditum, ac mille equitum educto exercitu in eorū agrum impetum fecit.Erat autem regio situ ipso aspera & difficilis,frugum infœcunda,piris & mālis aliísque eiusmodi pomis felicissima,genus hominum nutriēs ferox & bellicosum. Quo bello rex in maximas difficultates ac pericula imprudens incidit. Nihil enim erat unde aleret exercitū, nec aliunde importari poterat:iumentis solùm cæsis uiuebant,tantáq; erat inopia & cari-
51 tas rei uictuariæ,ut asini caput uix sexaginta drachmis uenale inueniretur. Iámq; cibus in regiam cœnā defecerat,& pauci supererant equi,reliquis uescendo absumptis: hîc Teribazus qui inter Persas fortitudine sæpe primū locum obtinuerat, sæpe ob leuitatē offenderat,& per id tēporis sordidus ac despectus, regem exercitúmq; seruauit. Duo erant Caduſiis reges:his diuersis locis castra habentibus,Teribazus regem adiit, *Caduſii.*
& quæ facere statuisset ei cōmunicatis, ipse ad alterum eorū profectus est, ad alterum clandestino itinere filium misit. Vterque utrunq; dolo circunuenit, inquiēs alterum regem ad Artoxerxem caduceatores mittere pro societate priuatim & amicitia coniungēda,proinde si saperet sibi præoccupandū esse tēpus, séque ad omnia adiutorem ei fore pollicitus est.Ita persuasis regibus,rati ambo sibi ab altero inuideri,hic cū Te-
52 ribazo,ille cum Teribazi filio legatos de pace misit. Diutius igitur tempore trito, Teribazus in suspicionē apud Artoxerxem & calumniā incidit, & regem ipsum pœnituit suam exercitúsque sui salutē illius fidei credidisse,& inuidis & obtrectatoribus reprehendendi sui consilij occasionem & facultatem præbuit. Reuersus Teribazus ac eius filius, percusso fœdere pacéque cum utroque rege firmata,auctus honoribus atque opibus,motis castris cum rege discessit. Quo in loco apparuit omnem ignauiam mollitiémq; non ex deliciis ac luxu(ut multitudo opinatur)nasci,sed ex uitio & malignitate naturæ,quæ malis opinionibus inquinetur.Non enim aurū,nō purpura, nō duodecim millium talētorū cultus, quo assiduè regis corpus ornabatur, illum (quod plerisq; cōtigit)à labore deterruit:sed accinctus pharetra,& scutum gestans,ipse prius relicto equo loca mōtuosa atq; ardua pedes peruasit, ut cæteri illius uim ac prōptitu-
53 dinē spectātes,quasi alis acceptis leuiores expeditiorésq; redderētur.Ducentorū enim

ſtadiorum,aut eo amplius diebus ſingulis iter confecit.Poſtea uerò quàm ad reliqua regia prædia uentũ eſt,quæ hortos mirifico quodam ornatu, & magnificentia inſtructos habebant,cùm omnis circùm regio nuda eſſet & infœcunda arboribus,permiſit milites arboribus cæſis ex hortis ligna ſumere,nec piceæ,nec cupreſſui parcere.Hęrẽtibus illis,& ob arborũ ſpeciem ac magnitudinem temperantibus,ipſe arrepta ſecuri, quæ inter cæteras pulchritudine maximè eminebat,arborem cæcîdit. Quo facto milites ligna congerendo multos ignes excitarũt,ibíque molliter pernoctarunt:ex illius tamen exercitu fortes uiri cõplures deſiderati ſunt,equi omnes amiſſi. Reuerſus igitur Artoxerxes,ratus ſe ob rem malè atq; infeliciter geſtam ſuis cõtemptui eſſe, principes ſuſpectos habuit, multósq; ob iram necauit,cùm plures metueret. Metus enim 54
in tyrannidibus peſtifera maximè ac pernicioſa res eſt: fiducia uerò mitis ac pacata, nullius particeps ſuſpicionis. Nam ex feris quoque quæ difficilè tractantur, ac manu aſſuefiunt,pauidæ ſunt,& ſtrepitu ipſo terrentur:generoſę uerò ob fiduciam magis ſe credunt,nec blãditias fugiunt. Artoxerxes iam ad ſenectutẽ prouectus,ſenſit filios inter amicos ac factioſos de regno in certamen diſceptationémq; ueniſſe:ſedati & quieti cenſebant,ut ipſe acceperat,ſic Dario natu gradiori regnum relinqui oportere. Aſt Ochus minimus omnium,acris & uiolenti ingenij iuuenis, ex iis,qui regiã frequentabãt,multos fautores atq; ſtudioſos habuit,ſpe iniecta patris per Atoſſam opprimẽdi.Illam enim ſibi blanditiis promiſſísq; deuinxiſſe uidebatur, ſe uidelicet illam rege perempto cõnubij ac regni ſociam habiturum. Erat autẽ fama etiam eo uiuo, Atoſſam clam pellicem habuiſſe: ſed id Artoxerxem latuit.Statuens uerò Ocho regnandi 55
ſpem adimere,ne ſi eadẽ quæ antè Cyrus,auderet, excitatis bellis ac certaminibus regnum euerteret, regem Darium deſignauit, qui tum uigeſimũquintum agebat annum,ac ei cidarim quam uocãt,rectam ferre dedit. Sanctum autem lege,cùm eſſet in Perſis,ut qui conſtitutus rex eſſet,donum peteret:qui eum conſtituiſſet,totum quod petitum erat traderet:Darius Aſpaſiam olim à Cyro unicè dilectam,& tunc regis pelicem petiit.Erat autem ex Ionia Phocia genere,& honeſtis parẽtibus orta, ingenuéque educata. Hæc autem cùm Cyro cœnãte ad eum intromiſſa eſſet cum aliis mulieribus,aſſidentésque illæ Cyri iocos & cauillum læto ore exciperent,ac ſe etiam tangi ſinerent,ſilentio ingreſſa ad lectum conſtitit,nec uocanti Cyro paruit: uolẽtibus autem cubiculariis adducere,Flebit,inquit,qui horum mihi manus admouerit.Viſa eſt 56
igitur immitis præſentibus & aggreſtis. Cyrus lætatus,& cum riſu conuerſus ad eum qui mulieres adduxerat,Num intelligis te,inquit,hãc unam ingenuam atq; incorruptam adduxiſſe? Poſthac ad eam cõuerſus animo,unam omnium maximè adamauit, & ſapientem nuncupauit.Extincto autem Cyro,caſtrísque direptis, captiua abducta eſt.Hanc Darius cùm petiſſet,permoleſta patri eius petitio fuit. Vehemẽter enim ſuſpicioſum de mulierum pudicitia barbaricum eſt genus atque intemperans, ut non modò qui adierit, pellicémque regis attigerit, ſed etiam qui ex itinere appropinquauerit,currúsq; quibus uehuntur,impulerit,capite puniatur. Atqui Atoſſæ amore cõtinebatur rex,quam cõtra legem uxorem ſibi adiunxerat:uerùm trecentæ & ſexaginta eximia forma pellices unà alebantur:attamen petitus illam liberam eſſe dixit:pro- 57
inde uolẽtem capi iuſſit,inuitam uerò & recuſantẽ cogi prohibuit.Accerſita eò Aſpaſia,cùm præter opinionẽ regis Darium elegiſſet,tradit quidem lege coactus,ſed paulò pòſt traditam abſtulit.Dianæ enim in Ecbatanis,quam Anetim uocant, ſacerdoté legit,ut caſtã reliquam uitam degeret:ratus has nõ duras,ſed mediocres ac ioco admiſtas à filio ſe pœnas ſumpturũ. At ille nõ modicè tulit, ſiue Aſpaſiæ amore correptus, ſiue quòd ſe à patre & probro & cõtumelia affectũ duceret. Quẽ ita animatũ Teribazus accipiens,magis etiã exaſperauit atq; incendit,in illius iniuria recognoſcẽs ſuam. Fuit autẽ iniuria illius huiuſmodi.Cùm plures rex natas haberet,Pharnabazo Apaniã deſpondit,Rhodogunen Orœtæ,Teribazo Amiſtrim:atq; aliis quidem uiro traditis,

Darius rex deſignatur ab Artoxerxe.

Mos Perſarũ, quo utebãtur in creãdis regibus.

Barbarorum ingens ſuſpicio de mulierum ſuarum pudicitia.

Teribazum

58 Teribazum ſpe inãni duxit,Amiſtríque in matrimonio accepta,pro illa Atoſſam minimam natu omnium Teribazo deſponſauit. Quam cùm ob amorem duxiſſet(ut dicitur)poſt id temporis infenſo omnino atque inimico in regem animo manſit. Erat enim leui mobilíque ingenio,atque in conſiliis præceps & rapidus. Quare interdum ſecundis rebus clarus,interdum offenſione aliqua abiectus & perditus, neutrã mutationem æquanimiter tulit. Sed honoribus auctus, ob animi mollitiem inſoleſcere, grauísque omnibus eſſe,læſus non demitti animo,nec quietus eſſe, ſed aſperè ſuperbéque efferri.Igni igitur ignem adiecit Teribazus adoleſcenti imminens aſſiduè, ac uerbis increpitans, nil prodeſſe cidarim in capite erectam habere, qui eam operibus
59 ac rebus geſtis erigere non conetur. Ipſum amẽtem & ſtultum eſſe,ſi fratre regno inhiante, patre ſtupidum atq; inſtabilem animum gerente, exploratam ſibi in regnum ſucceſſionem eſſe arbitretur: qui enim græculæ mulieris cauſa legem in Perſis antea ſanctam inuiolatámque ſpreuiſſet, eum nunquam in maximis quod conuenerit, ratum habiturum.Nec idem Ocho propoſitum eſſe ſi regno non potiatur,ac ſibi,ſi traditum de manu amiſerit. Ochum enim priuatum beatè uiuere neminem prohibitũ ire,ſibi uerò regi conſtituto aut regnãdum,aut moriendum eſſe.Poſtremò ualuit Sophocleum illud:Subita perſuaſio ad ſcelus præuia eſt: Facilis eſt autem uia ac prona, qua quò uolumus ducimur:Mala autem plurimi uolunt,ob inexperientiam bonorũ atque inſcitiam. Attamen imperij magnitudo & Ochi metus,qui Darij animum ſolicitum habebat,Teribazo facultatem ac materiem præbuit:amor autem Aſpaſiæ at-
60 que ereptio nonnihil omnino ad culpam cauſæ attulit. Igitur totum ſe Teribazi cõſiliis regendum commiſit,ac iam multis conſpirantibus,eunuchus coniurationẽ ordine exploratam habens,regi indicauit, ut noctu cubiculum irrupturi regémque incautum oppreſſuri eſſent. Quo indicio, Artoxerxi tantùm negligere periculum, inſtructáſque inſidias non cauere indignum eſt uiſum: abſq; ullis uerò certioribus argumentis rem pro certa habere multò indignius.Huiuſmodi igitur conſilium capit: Eunuchum ſectari illos iubet,& ubique illis adeſſe: ipſe cubiculi pariete,qui poſt lectum erat effracto,portáque effecta,aulæo texit.Inſtante hora adoriendæ rei,& eunucho occaſionem adeſſe nuntiante,in lecto conſtitit,nec prius inde ſe mouit,quàm in ſe inuadentium ora cõſpexit,& manifeſtò eorum quenque agnouit. Vt uerò illos diſtringere gladios aſpexit, & ad ſe citato gradu incedere, ſubmoto aulæo in cõclauim
61 ſe interiorem proripuit,oſtióque obiecto clamorem extulit. Viſi igitur ab eo paricidæ,re infecta ſe per portas curſu eiecerunt. Teribazum ut fuga ſaluti ſuæ conſuleret admonuerunt,quippe qui iam manifeſtæ culpæ reus teneretur. Cæteri igitur ſeiuncti aliò effugerunt:at Teribazus dum niterentur eum comprehendere, permultos ex regis ſtipatoribus interemit. Ad poſtremum eminus iaculo ictus concidit. De Dario autem unà cum liberis ex fuga abſtracto iudicium fieri uoluit, conuocatísque regiis iudicibus,quòd ipſe iudicio intereſſe nollet, ſed per alios accuſaret, iuſſit ſeruos conſcriptam uniuſcuiuſque ſententiam ad ſe perferre.Latis autem omnibus in Darij caput ſententiis,ſerui cõprehendentes in propinquum carcerem coniecerunt.Vocatus deinde lictor cum nouacula aderat,qua damnatorum capita præcîdunt.Ingreſſus
62 autem,Darij conſpectu exterritus ad portas refugit, ſpectánsque hærebat, quaſi animus eum ad necem regis atque uires defecturæ eſſent. Foris uerò inſtantibus iudicibus imperio ac minis,reuerſus altera manu comam implicitam tenens, ſtrato humi regi nouacula collum perrupit. Nec deſunt,qui dicant præſente rege iudiciũ eſſe factum, Dariúmque ipſum apertè argumentis conuictum in faciem procidiſſe precibus obſecrationibúsq; ſupplicem, ut ſibi ignoſceretur. At illum ira percitum inſurexiſſe,nudatóque gladio Darium repetitis ſæpius uulnẽribus occidiſſe: deinde cùm in aulam ſe recepiſſet,ſole adorato hæc eſſe loquutum: Læti ô Perſæ, abite,atque aliis nuntiate, regem Artoxerxem in ſceleratos atque impios paricidas pœnas expediuiſſe.

Cõiuratio in Artoxerxem aperitur.

Darij interitus.

Insidiæ igitur & conspiratio huiusmodi exitum habuerunt. Ast Ochus fretus Atossæ opibus, in spem maximam uenerat: sed eum Ariaspis, qui reliquus erat ex legitimis, & Arsamis metus solicitum tenebat. Ariaspi enim non tam quòd Ochũ præiret ætate, quàm quòd facilitate, simplicitate, humanitatéq; præstaret, regnum communi cõsensu, & uoluntate Persarum deferebatur. Arsamem uerò haud latebat Ochum magni consilij, & prudentiæ uirum, ac patri dilectum esse: uersare igitur animo cœpit, quî utrunque insidiis opprimere posset. Cùm uerò instructus ad fraudẽ, ac cædis auidus foret, crudelitate naturæ in Arsamem est usus, uersutiis ac fallaciis Ariaspem aggressus est: misit enim ad eum eunuchos atque amicos regis cum minis atq; horrendis nuntiis, patrem decreuisse illum crudeliter atque ignominiosè necare. Qui hęc in dies singulos, ut arcana significare uisi, cùm alia imminere, alia propè iam instare nũtiarent, sic terruerunt hominem perturbarúntque, sic à mente consilióque abduxerũt, ut parato sibiipsi læthali ueneno epotóq;, è uita discederet. Rex uerò cùm & mortem & modum accepisset, illũ fletu ac lachrymis prosequutus est: de causa in suspicionem adductus perueſtigare & quærere, affecta iam ætate, nõ potuit. Sed Arsamem maiore charitate complexus est, uidebatúrque maximam illi fidem habere, & cum eo liberius sermones conferre. Quare Ochus haud differendum esse rei gerendæ tempus existimans, Arpata Teribazi filio subornato per illum Arsamem tollendum interficiendúmque curauit. Erat tum Artoxerxes inclinata iam ætate paruo mortis discrimine, adiũcta ad naturæ imbecillitatem ex filij calamitate mœstitia, nec parum quidem temporis restitit, sed continuò ægritudine animæ & angore extinctus est, cùm ad nonagesimum & quartum annum uixisset, ex quibus duo & sexaginta regnauit. Mansuetudinis & clementiæ existimationem assequutus est, quam non mediocriter auxit Ochus, qui immanitate cunctos, & crudelitate superauit.

63

64

Aratus.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

CHRYSIPPVS philosophus, ô Polycrates, tritum quoddam ueteri sermone prouerbium, eius credo infamiam reformidans, conuertisse, mutatóque uerbo leuiorem ad partem traduxisse uidetur: Quis, inquiens, patrem laudabit, nisi felices liberi? Hunc Dionysodorus Trœzenius arguens, ueram ipse huiusmodi sententiam profert: Quis patrem laudabit, nisi infelices liberi? Ait enim illorũ, qui cùm ipsi nulla re præstent, sed maiorum quorundam uirtutibus nitantur, eorúmque gloriam ad suam laudem frequenter usurpent, petulantiam eo prouerbio comprimi & coerceri. Cæterùm cui maiorum generositas (ut inquit Pindarus) natura conuenit, quemadmodum tibi, qui ad uitæ rationem domesticis exemplis conformaris, huic ego pulcherrimum duco esse, maiorum suorum clarissimorum uirorum efferendo facta, memoriam reuocare, & de iis quotidie aliquid audire atque loqui. Nõ enim hi suis uirtutibus destituti alienæ laudis gloriam aucupantur, sed ad maiorum splendorem suis laudibus adiunctis, illos ut & generis, & uitæ duces extollunt. Quamobrem ego cùm Arati ciuis tui, cuius tu gloriæ atque opibus nulla ex parte dedecori es, uitã literis mandassem, iure ut eam ad te mitterem sum adductus, non quòd non tibi uni præ cæteris eius res gestas ab initio penitus cognitas esse existimem, sed ut filij tui Polycrates & Pythocles, partim audiendo, partim legendo, ad domesticæ uirtutis exempla educerentur, ad quæ eos confirmari oportet. Sui enim amanti homini, necdum perfecta uirtute imbuto, optimum est, quendam quasi ducem præficere. Sicyoniorũ ciuitas,

1

2

3

ciuitas, posteaquã primùm syncera illa, & Dorica aristocratia ueluti harmonia quadam confusa, in seditiones & contentiones popularium, & factiosorum hominũ incidit, plures mutationes rerum perpessa, & successiuè insurgentium tyrannorum, nõ prius se ex ea contagione, & turbatione recepit, quàm Cleone interfecto, Timoclidã & Cliniam claros, & pollentes opibus in ciuitate uiros delectos summæ rerum præfecerunt. Sed cùm iam respublica certum aliquem statum obtinere uideretur, Timoclidas uita defunctus est. Paulò pòst Abantidas Pasię filius, sublato Clinia, tyrãnidem occupauit, Cliniæque amicis ac domesticis partim iectis, partim interemptis, filium Aratum qui septimum annum agebat, tollere gestiebat. Sed puer in illa turbatione ac labe domus fugiẽtibus permistus, per ciuitatem uagatus pauidus, & omnium ope
4 destitutus, fortè quandam imprudens mulieris domum intrauit, quæ Abantidæ soror Prophanto Cliniæ fratri nupta erat: nomen ei Sosæ fuit. Igitur egregia, & præclara mulier diuino quodam numine rata ad se puerum confugisse, occultum habuit, ac noctu Argos dimisit. Sic effugienti ac periculis erepto Arato, odium uehemens tyrãnorum ingeneratum augebatur in dies. Educatus Argis apud hospites paternos & amicos liberaliter, firmum corpus & ualidum nactus, ad palæstram exercendam se cõtulit, in qua adeò præstitit, ut Pentathli certamine depugnarit, & coronas etiam consequutus sit. Qualis autem fuerit, ex eius statuis coniectare licet, in quibus athletica quædam extat species. Prudens autem aspectus ac regius, non omnino uoracitatem
5 ac scapham, uictúmque athleticum occultare potest: unde minus fortasse, quàm uidetur ciuili homini cõuenire, orationi studuit. Attamen ornatior & copiosior in dicendo fuit, quàm quibusdam uidetur, qui ex monumentis eius iudicium faciũt, quæ ille aliis intentus in chirographis, ut uerba occurrebant, negligenter scripta reliquit. Sequentibus autem temporibus Clinias & Aristoteles dialecticus Abantidam assuetum eorum sermonibus interesse, atque unà disceptare, cùm in foro per otium uersaretur, per insidias necauerunt. Deinde Nicocles interẽpto fraude Pasia Abantidæ patre, qui in filij locum successerat, ad se tyrannidem transtulit. Hunc aspectu simillimũ Periandro Cypseli filio, ueluti Persam Orõtem Alcmæoni Amphiareo fuisse tradũt, Hectori Lacedæmonium adolescẽtem, quem scribit Myrsilus à multitudine spectã-
6 tium, cùm se errore lapsos agnouissent, pessundatum esse. Nicocles quatuor iam mẽses tyrãnidem obtinuerat, quibus multis malis ciuitatem affecit, & ne priuaretur per insidias ab Aetolis in periculum uenit, cùm Aratus adultus ætate & splendore, & nobilitate familiæ, & ingenij uiribus, quod non paruum neq; hebes in eo fuit, sed acre, & supra ætatem consilio prudentiáque perfectum, multùm iam nominis & authoritatis assequutus erat. Ex quo exules ad eum potissimùm animo se cõuerterant, & Nicocles rem haud negligendam ducens, clàm atque à longè spectabat, eiúsque conatum summo studio obseruabat, non quòd illum tam audax facinus, nec tam periculosum ausurum aut aggressurum timeret, uerùm suspicabatur ne ad reges opem petitum confugeret, qui cum patre amicitia hospitióque iuncti fuerant. Etenim reuera Aratus eam consilij uiam inire statuerat: sed cùm Antigonus pollicitus negligeret, ac tempus traheret, quæ uerò ab Aegypto Ptolemæóque afferebantur spes longè ab-
7 essent, statuit per seipsum tyrannum opprimere. Consilium cum Aristomacho primùm Ecdelóque communicat. Horum Aristomachus ex Sicyone exul, Ecdelus autem Megalopolitanus ex Arcadia erat, uir in philosophia nobilis, & in rebus gerendis exercitatus, qui Archesilai Academici auditor fuerat ac familiaris. Illis rem probantibus, de ipsorum sententia ad alios exules detulit, quorum pauci uerecundia adducti, quòd turpe sibi esse ducerent, eam spem intentatam dimittere, operã ei suam polliciti sunt. Plurimi Aratum ab incepto deterrere conati, quippe cùm ob inexperientiã rerum attollere animos dicerent. Ineunte uerò consilium de occupando quodam Sicyonis loco, unde aduersus tyrannum bellum gereret, accessit Argus uir Sicyonius

Xenoclis cuiuſdam exulis frater, qui ex carcere effugerat. Hic à Xenocle ipſo perductus ad Aratum, inquit murum, quà ipſe cõſcendens euaſiſſet, intus non fermè à terra eminere, ſed locum ſaxoſum atque editum eſſe: extrà uerò altitudinem muri non magno labore ſcalis admotis ſuperari poſſe. His nuntiatis, duos priuatos ſeruos Seutham & Technonem explorandi cognoſcendíque muri gratia cum Xenocle emiſit, ſatius eſſe ſtatuens, ſi poſſet clàm uno periculo celeriter rem totam tranſigere, quàm diuturno bello apertísque certaminibus priuatim tyranno contendere. Reuerſo autem Xenocle, & qui cum eo ierant, muríque menſuram ac loci ſitum non auium, neque difficilem nuntiantibus, ſed adeuntes latêre difficile eſſe ob cuiuſdam hortulani canes paruulos quidem, ſed latratu acres atque inexorabiles, ad rem gerendã aggreſſus eſt. Armorũ autem apparatus nouũ nihil inuſitatúmue habuit, cùm omnes ferè per idtemporis excurſionibus, & populationibus inuicem uterentur. Scalas Euphranor machinamentorum artifex clam omnibus inſtruxit, cui ars ipſa præſtabat, ut id abſque ſuſpicione efficere poſſet, nam & ipſe unus è numero exulum erat. Viros ſibi amicos eorum, qui Argis erant ex paucis decem quiſque accommodauit: ipſe autem priuatim ex domeſticis triginta armauit. Per Xenophilum etiam ex prędatorũ manu haud multos milites mercede conduxit: inter illos famâ uulgata, ſe ad diripiendos regios equos Sicyonem educturum, ſeparatim plurimis eorum ad Polygnoti turrim præmiſſis, atque ibi operiri iuſſis: præmiſſo etiam Capheſia ab eo cum quatuor expeditis, qui noctu ad hortulanum accederẽt, & ſimulatione uiatorum apud hominem diuertentes, ipſum & canes occluderent: haud enim aliter adeundi facultas dabatur. Scalas autem in Achanas (eſt autem menſura, quæ quinquaginta medimnos Atticos capit) coniectas, uehiculíſque impoſitas prouexerunt. Inter hæc exploratoribus quibuſdam Argis cognitis, qui occultè circumire, Aratúmque obſeruare dicerentur, prima luce procedens palam omnibus in foro cum amicis uerſatus eſt: deinde cùm in gymnaſio ſe perunxiſſet, abductis ſecum quibuſdam ex palæſtra adoleſcentibus, qui cum eo potare conſueuerant, domum diſceſſit, nec ita multò pòſt uiſi ſunt eius ſerui per forum coronas ferre, lampadas emere, cum iis colloqui qui in potationibus, & uoce, & tibiis canere ſoliti eſſent. Hæc intuẽtes decepti falſa ſpecie exploratores cum riſu ſic inter ſe colloquebãtur: Nihil profectò tyrãno timidius, ſi Nicocles cùm eiuſmodi ciuitatem obtineat, tantis opibus potentiáque munitus, ſic formidet adoleſcentem exulem, qui fugæ exiliíque uiatico ad uoluptates, & diurnas potationes abutatur. Ita falſi opinione ſua abierunt. Aratus ſtatim pranſus urbe egreſſus cùm ad Polygnoti turrim perueniſſet, inuẽtis militibus à ſe antè præmiſſis in Nemeam ducit, ubi cunctis quid facere ſtatuiſſet aperuit, pollicitíſque eos, & hortationibus antè incitare conatus, in ſignúmq; Apolline militibus dato, tum dimenſo lunæ circuitu ad rationem itineris, properato gradu urbem petere contendit, deinde rurſus conſtitit, ut lunæ luce in uia uteretur, qua occidente ad hortũm urbi proximũ ſteterat. Hîc Capheſias obuiam prodiens nũtiauit, occluſo hortulano, canum capiendorum, quòd prius exiliuiſſent, ſibi copiam non fuiſſe. Cùm uerò plurimis ob metum cõcidiſſent animi, ac pedem referre iuberent, Aratus eos confirmauit, oſtentata ſpe ſe abducturum ſi canes nimiùm infenſi eſſe pergerent: ac ſimul qui ſcalas ferebãt præmiſit, quibus Ecdelus & Mnaſitheus præpoſiti erant, ipſe cunctãter ſequebatur. Iam canibus latratu inſtantibus, & in Ecdelum ac ſocios incurrentibus, nihilominus ad murum ſe inferentes, ſcalas tutò admouerũt. Cùm uerò primi per ſcalas aſcenderent, qui matutinæ cuſtodiæ præfuerat, tintinabulo præcedens ſocios abducebat: plurimæ collucebant faces, tumultus & ſtrepitus incedentium ubique erat. Illi ut erant in ſcalis ſubſidentes, qui in muro erant facilè latuerunt. Alia cuſtodia priori contraria ueniente, in ultimũ diſcrimen adducti ſunt. Illa etiam declinata, cùm irent Mnaſitheus & Ecdelus priores in muro ſteterunt: occupato deinde utrinq; muri aditu, Technonem ad Aratum dimi-

dimiſerunt, ſubſidio approperare iubentes. Non multùm enim ſpatij inter hortum urbémque & turrim intererat, in qua uenaticus canis permagnus in ſtatione collocatus erat. Is ſiue quòd naturâ ſegnis, ſiue quòd diurno labore fatigatus eſſet, incedentium ſtrepitum haud ſenſit, ſed hortulani canibus deorſum illum excitantibus, ſubmiſsè & obſcurè ab initio infrendere cœpit, tum appropinquantibus illis magis uocem intẽdit, & latratus plurimus paſſim locum compleuerat, ut qui è regione in cuſtodia erant exaudirent, ac magna uoce rogarent canis magiſtrum, cuius gratia canis ita uehementer atque aſperè latraret, num quid noui eſſet. Alter è turri nihil eſſe reſpõdit, ſed canem lumine cuſtodum, & ſtrepitu tintinabuli irritatum eſſe. Hoc Arati militibus multùm animi atque audaciæ addidit, opinãtibus canis magiſtrum eius conſilij conſcium rem tegere, præterea alios in ciuitate permultos coniuratos tranſigendi negotij adiutores futuros. Attamen ad murum ſubeuntibus magna difficultas cum ſummo periculo impendebat, réſque in longum trahebatur, incuruatis ſcalis, nec pondus ferentibus, niſi cunctanter ac ſigillatim conſcenderent. Vrgebant præterea tempus galli, qui cantu diem aduentare nuntiabant: nec aberat longius, cùm ruſtici, qui uenale aliquid ad mercatum intrò ferre conſueſſent, ad urbem accedunt. Quare Aratus properans in murum aſcendit, cùm iam quadraginta ex omni numero ante eum murum obtinerent. Adiunctis præterea paucis ex iis, qui deorſum relicti erant, cum iis ad domum tyranni atque ad prætorium impetum fecit. Hîc ſtipẽdiarij circùm excubabant, in quos incautos ac nil tale ſuſpicantes repentino atq; improuiſo aduentu cùm incidiſſet, omnes comprehendit, neminem manu uiolauit. Tum continuò amicos domo excitum miſit, qui ſubſidio ſibi adeſſent. Quibus eò undique confluentibus iam illuxerat dies, theatrúmque uulgus compleuerat. Omnibus ad incertam famam ſuſpenſis, nemini quæ gerebantur cognitis, priuſquam procedens præco in turbam denuntiauit Aratum adeſſe, & ad uindicandam libertatem ciues adhortari: tunc confiſi adeſſe, quæ iam diu expectarant, uno impetu cuncti ad portas tyranni ignem intùlerunt. Incenſa flagrantíque tyrãni domo flamma ingens, & manifeſta ſublata uſque Corinthum eluxit, ut admirati rei nouitate Corinthij, parum abfuerit quin ad auxilium ferendum conſurgerent. Nicocles igitur imprudentibus omnibus, quibuſdam cuniculis ex urbe migrauit: milites ſimul cum Sicyonibus reſtincto igni, prædæ ac direptioni tyranni domum ſubiecerunt. Nec id Aratus fieri prohibuit, cæteris quoque bonis fortunísque tyrannorum in medium ciuitati expoſitis. In tanto tumultu periculóque, neque ex iis qui inuaſerant, neque ex aduerſariis quiſquam interiit, nec omnino uulnus accepit, ſed rem geſtam penitus expertem cædis, expertem ciuilis ſanguinis fortuna ſeruauit. Exules deinde reducti, tum qui à Nicocle numero octoginta, tum qui à ſuperioribus tyrannis haud pauciores quingentis eiecti ciuitate fuerant, diúque atque adeò quinquagenario exilio uagi erraũerant. Cúmque inopes plurimi rediiſſent, ſuas poſſeſſiones repetebant, uillásque ſuas ac domos adeuntes in magnam difficultatem Aratum coniecerunt, intuentem extrà ab Antigono ob inuidiam recuperatæ libertatis inſidias reipub. parari, ciuitatem ipſam diſſenſionibus ciuium ac ſeditionibus agitari. Vnde ex præſentibus difficultatibus optimum id factu ratus, rerum ſummam ad Achæos detulit, atque in unũ corpus confudit: cúmque hi Dorici eſſent, haud inuiti Achæum nomen ac rempub. ſubierunt, qui non multùm ſub id tempus authoritate neque opibus eminebant: exiguus enim erat ciuium numerus, nec optimum neque fertilem agrum habebãt: mare pluribus locis importuoſum ad continentem per cautes ferebatur. Attamen oſtẽderunt hi Græciam uiribus inexpugnabilem eſſe, quoties rerum ſtatu conſtituto, cõſentiens ubique & trãquilla pax foret, ad hæc prudenti aliquo duce uteretur, qui cùm priſtinæ Græcorum potentiæ ne portionem (ut ita dixerim) uel minimam obtinerẽt, & ex una ciuitate, ut in eo ſtatu temporum eſſe poterat, clara ac nobili, ſimul omnes

esſent,nec freti uiribus,ſed conſilio,non inuidendo primoribus,ſed parendo & obſequendo, non ſuam modò tot ciuitatibus, poteſtatibus, tyrannidibúsque undiq; circũſepti libertatem retinuerunt, uerumetiã aliorum Græcorum plurimos in libertatem uindicarunt,incolumésque ſeruarunt. Fuit autem Aratus natura ciuilis admodum,pręclara ſemper atque ardua ſpectans,publicis in rebus quàm in priuatis curioſior diligentiórque, capitaliſſimus hoſtis tyrannici nominis, amicitias atque inimicitias ex reipub.utilitate gerebat. Ex quo nõ uidetur tam diligẽs amicus fuiſſe, quàm repub. poſtulante mitis & placabilis inimicus, in utraque mutatione opportunitati ac tempori ſeruiens. Vna atque eadem omnium gentium,ciuitatum,collegij,theatri uox erat,illum nullius præterquam bonorum uirorum amicum eſſe. Manifeſto autẽ in bello apertísque certaminibus obeundis,remiſſi & diffidentis animi: in diſſimulãdo,ſuáque facta occultando,tum in capiendis clàm urbibus,tyrannísque opprimendis efficaciſſimus, firmiſſimíque conſilij fuit. Quare cùm in multis ex inſperato rem optimè ductu ſuo adminiſtraſſet,haud pauciora quæ factu poſſibilia erant,offenſionis metu reliquiſſe uidetur. Etenim non feræ modò quædam, quæ per noctem acri ac perſpicaci ſunt uiſu, interdiu deſiccatione tenuitatéque humoris,qui circunſtat oculum,& lucis temperiem ferre non poteſt,luminibus capiuntur:ſed hominis quoque uis ac prudentia huiuſmodi naturæ eſt, ut manifeſtis in periculis & indictis turbetur,nec ſibiipſi conſiſtere queat: ad res autem latentes & occultas audens atque intrepida eſt.Hanc inæqualitatem ac uarietatem in præſtãtiſſimis ingeniis philoſophicæ diſciplinæ imperitia effecit,uirtute ueluti naturalem quendam fructum nulla adhibita cultura, ſic abſque præceptione & doctrina producente. Hæc igitur exemplis experiri licet. Aratus uerò cùm ſe ad ciuitatem confuſa repub. Achæis adiunxiſſet,inter equites militare obiens munus, ob ſuauitatem morũ facilitatémq; naturæ à principibus colebatur, quòd quanuis ipſe gloriam ſuam & potentiam ciuitatis, quaſi ſignum aliquod uniuerſæ Græciæ ſuſtuliſſet, ſemper tamen Achæorum imperatori quicunque is foret,ſiue Dymęus,ſiue Triteus,ſiue obſcurioris ciuitatis,ad omnẽ belli uſum operam ſuam expoſuit,ac dicto obediens fuit. Viginti autem & quinque talentis dono à rege Ptolemæo acceptis, ea ciuibus ſuis, ſiue ad redimendos captiuos, ſiue ad aliam neceſſitatem egentibus erogauit. Inſtantibus uerò infensè exulibus, ut ſua ſibi redderentur bona,poſſeſſionésque turbãtibus, cùm ſanari id malum nulla ratione poſſet,& excidium atque internicio ciuitati impendêre uideretur,perſpexit unã tantùm ſpem in Ptolemæi liberalitate ſitam eſſe. In Aegyptum mari profectus ab eo precibus impetrauit,ut ad diſſolutionem debitorũ,& ad cõponendas ciuium diſcordias,grãdi pecunia leuaretur.Soluit igitur ex Methona ſupra Maleam: ſed cùm uentus atque æſtus ex pelago uehemens deſcenderet, cedente gubernatore præteruectus Adriam attigit, quæ hoſtiũ ditionis erat:ab Antigono enim tenebatur, præſidiúmq; ibi regis locatum erat.Id præueniens,dimiſſa naui,uno tantùm amico Timanthe comitatus quamlongè à mari abiit, & cùm iam adueſperaſceret, declinantes in denſiſſimam ſyluam ibi per noctem ægrè fuerũt. Paulò pòſt præſes regij præſidij reuerſus, atq; Aratum requirens ab miniſtris eius deceptus eſt,qui iuſſi erant dicere,illũ ſtatim ſe fuga in Eubœam cõtuliſſe. Igitur nauim, & quæ in ea uehebãtur cùm hoſtilia decreuiſſet,retinuit.Pòſt multis diebus Arato in magnis difficultatibus conſtituto,felicitas quędã diuinitus oblata eſt.Romana enim nauis ad eum locũ appulſa eſt,quò interdum ſpeculatũ mittebat,& ubi interdum ipſe latitans moram trahere ſolitus erat. Naui igitur in Syriam delata,conſcendens cum nauarcho egit ut in Cariã ſe exponeret:itaque expoſitus eſt,cùm in ea nauigatione haud minora, quàm antè pericula occurriſſent.Ex Caria autem longo tempore in Aegyptum traiiciens, inde ad regem ſe cõtulit, quo familiariter utebatur, quémq; ſignis & tabulis ex Græcia ſibi deuinxerat. Nam cùm eiuſmodi rebus Aratus haud uulgarem ſenſum haberet,quotidie aliquod ſummo-

Aratus reip. amator.

18

19

20

21

22

ſummorũ artificum, in primísq; Pãphili & Melanthi opus ſtudiosè cõquirens ad regem mittebat. Adeò enim Sicyonis gloria literis, & pingẽdi artificio inſignis erat, ut quæ ſola incorruptũ ſuũ decus & ſpeciem obtineret. Ex quo Apelles ille magna iam parta admiratione eò ſe contuliſſe dicitur, talentóq; pactus apud eos uiros eſſe uerſatus,illuſtrandi potius nominis gratia, quàm adipiſcendæ artis. Itaq; Aratus alias tyrannorum imagines ſtatim libera ciuitate ſuſtulit:de Ariſtrati uerò imagine,qui Phi-
23 lippi ætate floruerat, tollenda diu deliberauit. Fuit enim Melanthi diſcipulorũ opus Ariſtratus in curru uictor:quam etiam picturã attigiſſe Apellem, Polemon Periegetanus eſt author. Erat opus nobile atq; admirandum, proinde angebat Aratum tanti artificij interitus, ſed cõmuni odio quo in tyrãnos flagrabat,deleri ſimulachrũ iuſſit. Tradunt præterea Nealcã pictorem collachrymaſſe,& Arato pro ſalute operis ſe ſupplicem præbuiſſe,atq; ubi impetrare nõ potuit,dixiſſe,Bellum cum tyrannis,nõ cum tyrannorũ imaginibus eſſe gerendum. Currum igitur ac uictoriã miſſam faciamus, ipſum uerò Ariſtratũ ego tabula excellentem delebo. Permittẽte igitur Arato,Nealcas Ariſtratum deleuit,locúmq; uacuum minio tinxit: aliud autem nihil immutare auſus eſt: deleti pedes intra currum latẽre dicũtur. Ex huiuſmodi igitur rebus Aratus antè regi charus erat,& tunc præſens uſu atque experientia cognitus,magis etiam in
24 eius amicitiã ſe inſinuauit. Ab eodem etiã centum & quinquaginta talentis ad cõponendũ ſtatum ciuitatis donatus eſt, quorum quadraginta ſtatim ſecum aſportatis in Peloponneſum delatus eſt,reliqua diuiſa in poſterũ certis quibuſdã portionibus miſit. Fuit igitur magnũ tantam pecuniæ uim ciuibus parare, cuius parua parte alij imperatores ac principes ciuitatum accepta à regibus, ſuas illis patrias turpiter ſeruire coegerũt. Maius etiã quòd ex iis pecuniis,ſublatis ſimultatibus,inter pauperes & locupletes reconciliata pax eſt,populo uerò uniuerſo ſalus cũ ſecuritate parta. Admirabilis profectò illius in tantis opibus tantísq; honoribus modeſtia fuit. Creatus enim arbiter ad exulum res conſtituendas, ſumma ſibi rerum omnium poteſtate permiſſa, ſolus quidem haud obire eum magiſtratũ uoluit, ſed ex ciuibus quindecim ſibi collegas delegit,cum quibus unà magno labore ac ſolicitudinibus pace ciues amicitiá-
25 que cõiunxit: pro quibus nõ modò ei publicè à ciuitate meriti honores decreti ſunt, ſed etiam ab exulibus priuatim ærea ſtatua conſtituta,huiuſmodi carmine inciſo:

Sicyon literis & pictura clara.

Conſilia & uires pro Graiis hauſtáque bella
Herculis,& ſumma celebrantur laude columnæ:
At tibi nos Arate,pro libertate recepta,
Erigimus ſtatuam uirtutis iuſtitiæque:
Nanque olim patriam diuinis legibus ornans,
Sublimem cælo potuiſti æquare ſuperno. His rebus geſtis Aratus ciuilem inuidiam gratia in ſe ciuium, & beneuolentia ſuperauit. Antigonus Arati ſucceſſu æger,
26 cupiẽs illum aut omnino ad amicitiam traducere, aut iniecta calumnia à Ptolemæo diſtrahere,cùm alia benignitate hominem recuſantem ſibi deuincire aggreſſus eſt,tũ etiam Corinthi diis immortalibus operatus, uictimarũ partem Arato Sicyoniã miſit, & in cœna multis audientibus conuiuis in medium locutus, Sicyonibus hic, inquit,adoleſcens immitis & inhumanus eſt,ſed ingenio liberali,ac ciuium ſtudioſus. Mihi quidem morum regum,& inſtitutorum optimus iudex uidetur,qui cùm ſpem ſuam aliò intendiſſet,nos antea contemnebat,Aegyptiorum opes admirabatur, elephantos,claſſes,aulas,auditu accipiens:nunc ubi eas res agnouit ſcena tantùm eſſe,& tragœdia dignas,omnino ad nos animo ſe conuertit. Accipio igitur & ipſe adoleſcẽtem,& ad omnia eius opera uti conſtituo,& à uobis in amicis habendum cenſeo. Ex
27 his ſermonibus calumniæ materiem nacti obtrectatores & inuidi, certatim Aratum apud Ptolemæum per literas accuſabant. Quibus adeò permotus eſt rex, ut in Græciam etiam accuſatum mitteret. Sic igitur amicitiæ regum & tyrannorum feruentes

Amicitiæ regum & tyrannorũ quàm sint fragiles.

ac repentinæ sunt, & ardore quodam amoris subitò incenduntur, sed labefactari expugnarique facilè possunt, & ueluti uentis, inuidiæ atque calumniæ flatibus assiduè agitãtur. Aratus autem ab Achæis primùm bello gerendo præpositus imperator, Locridem è regione oppositam ac Calydoniam depopulatus est. Bœotiis subsidio profectus cum decem millibus militum, occasione rei gerẽdæ excidit, cùm ab iis in Chæronea, antè cum Aetolis malè atque infeliciter pugnatum esset, Abœocreto Bœotiorum duce ac mille hominum cum eo cæsis. Anno autem ab eo prælio rursus imperator delectus, rem illam præclaram atque arduam est aggressus, non Sicyoniorum 28
nec Achæorum studio, sed communi sibi uniuersæ Græciæ imperio ac libertate proposita, Macedonum præsidia ex Acrocorintho depellere. Chares quidem Atheniensis cùm aduersus regis duces secundo prælio usus esset, scripsit Athenienſium populo, se Marathoniæ pugnæ sororem deuicisse. Hanc autem pugnam haud ineptè agat, si quis Pelopidæ Thebani ac Thrasybuli Athenienſis tyrannorum cædis sororem appellet: nisi hoc interest, quòd non cum Græcis, sed cum extero hoste, & peregrino dimicatum sit. Isthmus enim duo maria diuidens, nostram cum illo loco terram coniungit & continet. Acrocorinthus uerò mons est eximiæ altitudinis, qui ex media Isthmo nascitur, & cùm custodiam nactus fuerit, obstat, terrámque illam omnem, quæ intra Isthmum continetur, commercio, aditu, militia, mercatura terra marique excludit, & dominum unum omnium constituit qui loco potiatur. Quare 29
non per iocum Philippus iunior, sed uerè ac seriò Corinthiorum urbem compedes ubique Græciæ appellasse uidetur. Eo igitur de loco accolis in medio certamen erat, quippe quem summa ui omnes, præcipuéque reges & tyranni capere niterentur. Antigoni quoque in eo studium sic cupiditate exarsit, ut omni genere furiarum agitaretur, suspensúsque in id suas curas omnes solicitudinésque intenderet, ut obtinentibus dolo eriperet, quoniam manifesti conatus nulla ostendebatur spes. Extincto enim Alexandro sub cuius ditione locus erat, Nicæa eius uxore rerum potira, Acrocorinthum præsidio obtinente, statim submisso filio ad non gratum ministerium, adolescentem uetulam mulierem conuenturum, blandas spes regij connubij, & uitæ societatis afferens, ipsam cepit, uelut quadam illecebra ad eam pellicien-
dam filio usus. Sed cùm locum sibi haud permitteret, sed enixius asseruaret, dissimu- 30
lans curæ sibi eam rem esse, Corinthi nuptias celebrat, magno apparatu spectaculum præbet, diurnas potationes inducit, & ut maximè fieri potest, ad omnem iocum ac remissionem uoluptate, & lætitia animũ relaxat. Vbi tempus aduenit, & amœbæum carmen cãtari in theatro cœptum, Nicæam in lectica regio luxu ornatam ad spectaculum misit, præsenti honore lætam, sed futuri longè ignaram. Cùm ad locum uentum esset unde uia diuertens supernè ferebat, eam præcedere in theatrum iubet, ipse amœbęum simul, & nuptias missas facit, & supra ætatem animos ac spiritus infractos gerens, ad Acrocorinthum successit, ac clausam portam reperiens bacillo percussit, reserari iubens. Qui intus erant, aspectu eius obstupentes patefaciunt portam. Sic po- 31
titus munitione haud seipsum continuit, sed præ gaudio in ipsis angiportis exultans pocula poposcit. Tum in foro uir prouecta iam ætate, & tantas rerum mutationes expertus, inter tibicinas circunfusus coronis madidus ac lasciuiens uolutatus est, obuiam uenientes salutans, ac dextra blandè excipiens, ut facilè appareret exultans gaudium & lineam rationis excedens magis, quàm dolor ac metus animos perturbare, & de sua sede dimouere. Itaque Antigonus Acrocorintho in ditionem suam redacto, ut superius dictum est, unà cum aliis quibus maximè confidebat præsidio firmauit, eíque Perseum philosophum præfecit. Aratus etiam Alexandro superstite hoc animo uolutare cœpit, sed quum Achæis cum Alexandro societas esset, ab incepto destitit: tunc autẽ oblata rursus occasione huiusmodi rem conficere aggressus est. Fortè tum Corinthi bis gemini fratres fuerunt, genere Syrij, quorum unus Diocles 32
nomine

nomine in arce stipendia merebat, reliqui tres regio auro furtim surrepto, Sicyonem ad Aegiam quendam argentarium adierunt, quo Aratus ob eius artificiũ plurimùm utebatur, ac auri parte dispositа, statim reliquũ unus illorũ Erginus pòst rediens, inito pacto apud eum deposuit. Ex hoc factus Aegiæ familiaris, & ab eo de arcis custodia in sermonem adductus, inquit: Se cùm per rupes exesi montis ad fratrem ascendisse, despexisse uiam trãsuersam, qua humilior muri altitudo erat. Tum comiter Aegias: Itáne, inquit, uir optime, ob exiguum adeò aurum statũ regis labefactatis, cùm positis unam horam grandi pecunia uenundare? Nónne furibus æquè atque proditoribus deprehensis proposita mors est? His Erginus arridens conuenit cum eo, se com- 33
municato consilio Dioclem tentaturum: nam alios fratres non satis se fidos putare. Paucis pòst diebus rediens depactus Aratum se ad murum staturum, quà murus haud quindecim pedibus extabat, & ad alia conficienda cum fratre auxilio se fore suscepit. Aratus sexaginta talentis cum illis decîdit, si res ex sententia succesisset: sin spe potiũdi excidisset, incolumis tamen cum illis euaderet domũ, talentum utrique pollicitus est. Sed cùm sexaginta talenta apud Aegiam deponenda essent, nec Aratus per se eam pecuniam conficere posset, nec mutuando rem uulgari uellet, acceptis ex uxoris auro plurimis aureis scyphis, eos Aegiæ depacti argenti nomine tradidit. Atque hic uir (adeò enim animo elato fuit, tantúmque amorem rerum præclarissimarum insitum 34
à natura habuit) cùm sciret Phocionem & Epaminondam despiciendis pecuniis repudiandísque muneribus longè Grǽcis omnibus iustitia & integritate præstare existimatos esse, ipse in eiusmodi res patrimoniũ suũ effundere uoluit, in quibus propriũ periculum, salus omnium & illorum quidem imprudentium ageretur. Quis igitur hunc talem uirum non summè admiretur, hodiéque illius animi magnitudinem omni studio ac beneuolentia complectatur, qui tam magnis pecuniis periculum sibi tantum emendum putarit, & quæ pretiosissima diuitiarum omnium dicuntur, deposuerit, ut noctu in medios hostes perductus de uita dimicaret, nec ab iis aliud ullum pignus acceperit, præterquam spem præclari facinoris? Rem uerò ipsam per se difficilem ac periculosam, error quidam qui statim ab initio ex inscitia incidit, multò dif- 35
ficiliorem & periculosiorẽ effecit. Technon enim Arati famulus missus est unà cum Diocle ad murum cognoscendum: is Dioclem tum primùm uiderat, ratus tamen ex iis signis quæ ab Ergino edoctus erat, hominis se formam & figuram tenere, audierat subcrispo esse capillo, colore fusco, atque imberbem. Profectus igitur quò inter eos conuenerat, Erginum cum Diocle uenturum ante urbem, ad locum cui Aui nomen erat, opperiebatur. Interim Ergini & Dioclis frater Dionysius haud cõscius nec particeps illius consilij, Diocli autem forma persimilis, primus ad locum fortè processit. At Technon signa sibi data repetens, formæ similitudine deceptus, hominem percontatus est si qua sibi cum Ergino necessitudo foret. Cùm respondisset, fratrem se
eius omnino esse, adductus est ut crederet se Dioclem alloqui, nec nomen rogauit, 36
nec signum aliud expectauit, sed dextera apprehendens de omnibus quæ cum Ergino inita & constituta sunt, cum illo sermonem instituit, & eum percontatur. Hic eius errorem astutè excipiens, ad omnia responsionem accommodat: tum ad urbem gradum flectens, continuato sermone illum nihil suspicantem secum trahebat. Cùm iam appropinquasset, & propè Technoni manus ut caperet iniecturus esset, fortuito quodã casu Erginus reuertens illis se obuiam tulit, præsentiénsque dolum ac periculum, Technonem ut fuga euaderet nutu admonuit. Sic cursu elapsi ambo se ad Aratum receperunt. Nec tamen illi re cognita spes, nec animi conciderunt, sed statim Erginum Dionysio aurum ferentem misit, & ut rem clausam haberet obsecrantem. Ille negotium transegit, & Dionysium ducens ad Aratum remigrauit: quem statim
ut uenit haud amplius dimiserunt, sed uinctum in custodiam dederunt. Ipsi deinde 37
ad rem adoriendam se comparant. Paratis uerò omnibus, reliquísque copiis in armis

excubare iussis, ipse cum quadringentis delectis, rei futuræ præter paucos admodum ignaris, ad portas secundum Iunonis phanum consistit. Adulto tum instante uere, luna menstruo circuitu confecto, pleno orbe lucebat, & nox pura ac luminosa erat, ut arma apposita ad lunam effulgentia, ne palàm custodibus fierent, terrorem iniicerent. Iam primis urbis proxima loca tenentibus, nebulæ à mari exurgentes, urbem ipsam & uicinam regionem latè caligine & tenebris occuparunt. Hîc cæteri considentes calceos exuunt, ne strepitus euntibus fieret, & firmius nudis pedibus in scalis consisterent. Erginus autem acceptis septem uiatoria indutis adolescentibus, ueluti dux uiam ingressus, occultè ad urbem irrumpit, qui pro portis in statione erant obtruncatis: scalæ eodem tempore ad murum illatæ. Aratus continuò cum centum militibus conscendit, reliquis quanta anniti maxima possint celeritate consequi iussis. Inde aulsis scalis per ciuitatem centum ad oppugnandum arcem discurrunt. Læti clandestino ingressu, ueluti iam explorata uictoria, custodiam etiam quatuor hominum cominus prælato lumine uenientem latuerunt. Adhuc enim in opaco lunæ caligantis erant, illos uerò è regione conspiciunt. Igitur illis insidias collocant, quorum tres intra insidias prolapsi interficiuntur, quartus ense saucius in capite fuga superfuit, clamitans hostem intra mœnia esse. Nec ita multò pòst signis canentibus ciuitas ad arma consurgit. Vicos omnes concurrentium multitudo compleuerat, faces multæ partim deorsum, partim desuper ab ipsa arce incensæ locum illustrabant, confusus ab omni parte clamor audiebatur. Interim Aratus per cliuum montis ascendere nitebatur, cunctanter ab initio ac magno cum labore, cùm non quà oportuit tenuisset, sed ignarus è uia deerrasset, impedientibus eam atque omnino obscurátibus tenebris. Obstabat etiam loci asperitas in quam eos error adduxerat. Hortante tamen omnes atque excitante Arato ad murum capiendum, deinde mirabile dictu est, ut luna perruptis nubibus excipiens illustrata difficillima uiæ parte adiuuerit, quoad ad constitutum locum subierunt. Ibi rursus densatis nubibus in umbra eos abdidit, occultauítque. At qui extra portam ad phanum Iunonis relicti erant Arati trecenti milites, ut plenam uario tumultu ac luminibus urbem irruperunt, cùm nequirent uiam qua proficiscerentur reperire, nec illorum uestigia assequi, facto globo quodam in loco cliui opaco constitere, quoad oppugnantibus arcem qui cum Arato erant, sagittis desuper & telis crebrò in eos cadẽtibus, militaris clamor è prælio deorsum perlatus, & ex concauitate littorum pulsa imago resultans incertos animos eorum & suspensos tenebat, unde eius initium clamoris esset. Hærentibus uerò illis ambigentibúsque in quam partem ferre arma oporteret, Archelaus qui regio exercitui dux præpositus erat, cum magna armatorum manu, & cum clangore tubarũ & strepitu per cliuum subiens in Arati milites studio incensus ferebatur, in trecentos incidit: qui ueluti ex insidiis insurgentes, facto in Archelaum impetu, primos ut quisque se obuiam tulit, interimunt: reliquos cùm metu perterriti se in fugã dedissent persequuti, quoad dissipato agmine per urbẽ uagi palantésque diffugerent. Vixdum parta uictoria reuertentibus Erginus ex pugna aderat nuntians Aratum cum hoste manus conseruisse, eóque acriter repugnante, sub ipsam arcem ingens certamen esse, ac celeri subsidio esse opus. Illi se statim eò duci iubẽtes, profectíque propius, & ipsi sublato clamore signum dant se adesse, suósque adhortantur: & luna pleno lumine ostendebat arma, quæ & longitudine agminis & per angustias incedentis plura ac formidabiliora hostibus apparebant, & sonoritas noctis clamorem fauẽtium geminabat, & plurium multò quàm erant speciem dabat. Ad postremum iunctis uiribus propellunt hostes, & ipsi superiori loco occupato, illucescente iam die arcem tenebant. Sólque statim manantibus radiis subsequutus est opus, & reliquæ è Sicyone copiæ Arato subsidio aderant, excipientibus per portas pro parte Corinthiis, & ad comprehendendam regiam custodiam insurgentibus. Cùm autem iam in tuto constitutis omnibus

omnibus (ut uidebatur) ab arce in theatrum descendisset, infinita eò multitudo eius uidendi audiendíque uerba, quæ ad Corinthios habiturus erat, cupiditate, plenis uiis undique confluebat. Dispositis autẽ ad ipsos introitus utrinque Achæis, ipse à tabernaculo armatus, ore ac uultu ex labore ac uigiliis immutato, in mediũ prodiit, ut languor corporis animi uoluptatem ac lætitiã obscuraret. Effusis autem primo aduentu ad gratulationem cunctis hominibus, accepta in dextrã manum hasta, eáque inflexo parumper genu & inclinato corpore annixus, multùm temporis silẽtio eorum plausus & clamores excepit, cùm uirtutem eius extollerent, fortunámque admirarentur. Vbi uerò desierunt, facto passim silentio ad sese rediens, Achæorũ res gestas apta oratione percurrit, & Corinthios ut in Achæorum corpus concederent, adhortatus est.
43 Deinde portarum claues quæ post Philippica tempora alienæ ditionis fuerant, tum primùm Corinthiis reddidit. Ex Antigoni militibus dimisso Archelao, qui in eius manus captiuus inciderat, Theophrastum quòd abire iussus non paruisset, interemit. Persæus dum caperetur arx, egressus, in Cenchreas confugit. Qui posteriori tempore cùm uersaretur in otio, dicente quodam, illum solum sapientem sibi ducem uideri: Per immortales deos dixisse dicitur, istue quidem ex omnibus Zenonis institutis maximè quondã mihi cordi fuit, nunc autem à Sicyonio adolescẽte admonitus sententiam muto. Hæc igitur de Persæo plurimorum historiis prodita sunt. Aratus statim Heræo & Lechæo in ditionem redacto, & quinque & uiginti regiis nauibus, equis
44 quingentis potitus est, Syrios quadringentos uenundedit. Acrocorinthus Achæorũ custodię commissa est, quadringentis militibus, canibus quinquaginta, totidémque canum magistris in arce alẽdis. Romani igitur Philopœmenem admirari soliti sunt, eúmque Græcorum ultimum appellare, quòd post eum magnus uir nemo extiterit. Ego uerò ex Græcorum rebus gestis hanc ultimam, hanc nouissimam gestam esse dixerim. Hoc enim audacia, hoc uiribus, hoc fortuna optima ab eis administratum, quod declararunt ea quæ continuò postea consequuta sunt. Nam Megarenses ab Antigono desciuerũt, & in Arati fidem & amicitiã se dederunt. Trœzenij quoque cum Epidauriis in Achæos recepti. Deinde cùm educere copias statuisset, in Atticæ fines primam incursionem fecit, Salaminémque populabundus transiens prædam abduxit, ac uelut ex carcere ac uinculis emissa Achæorum potentia, quancunque ad rem
45 sibi uisum esset utebatur. Athenienſibus tamen liberos captiuos gratis remisit, ad defectionem ipsis initia suggerens. Ptolemæum Achæis societate amicitiáque coniunxit, belli gerendi authoritate illi, imperióque terra maríque permisso. Sic uerò inter Achęos opibus & gratia ualuit, ut si minus intra annum fieri licebat, elapso anno imperator deligeretur, auspicióque suo ac sententia omnia gereret. Etenim intuebantur illum non diuitias, non gloriam, non regis amicitiam, non patriæ suæ utilitatem, nõ aliud præterea quippiam, Achęorum amplitudini anteferre. Existimabat enim tenui per se potentia ciuitatibus, societatem & amicitiam quasi quodam uinculo communi utilitate firmatam saluti præsidióque esse: ac ueluti corporis partes, ob eam quam inuicem habent conuenientiam, uiuunt atque spiritum ducunt, separatæ uerò ac se-
46 iunctæ langueſcunt, & corrumpuntur: sic ciuitates è medio cõmunione sublata, funditus interire, conseruari uerò à se inuicem, augeríque, cùm alterius alicuius magni corporis partes fiant, & communi consensu administrentur. Liberis uerò finitimis & arbitrio suo uiuentibus, indignum esse ducens Argiuos tantùm seruire, Aristomachũ eorum tyrannum insidiis delere constituit, cupiens depulso seruitutis iugo eam ciuitatem Achæis adiungere. Igitur qui ad tantum facinus gerẽdum animo parati essent inuenti sunt, quibus Aeschylus & Charimenes uates præfuerunt. Enses autem illis deerant, quòd magnæ à tyranno habentibus pœnæ propositæ essent. Aratus comparatis Corinthi paruis pugionibus & in capsas inclusis, eas iumentis uiles quasdam &
47 neglectas merces uehentibus imposuit, atque ita Argos mittendos curauit. Commu-

nicata autem cum homine quodam re à Charimene uate, Aeſchylus & ſocij indignè ferentes, repudiato Charimene negotium in ſe ſuſcipiunt: quod ille cùm perſenſiſſet, ira incenſus inſidias indicauit, cùm hi iam propè tyrānum appeterent, quorum plurimi occupata fuga è foro abeuntes in Corinthum ſe receperunt. Sed breui tempore interpoſito Ariſtomachus à ſeruis occiditur: quo mortuo Ariſtippus tyrannus, ſuperiore multò crudelior & contumelioſior, tyrannidem inuadit. Accepta igitur Aratus omni Achæorum iuuentute quæ pro tempore aderat, ad urbem ſubſidio aduolat, ratus ſe Argiuorum ad recuperandam libertatem erecta ſtudia offenſurum. Torpentibus uerò illis, & conſuetudine ſeruitutem ferentibus, nec ullo ad ſe deficiente, exercitum inde re infecta reduxit. Achæis tamen in culpam ac crimen adductis, quòd in 48
pace bellum intuliſſent, eáque de re apud Mantinenſes in iudicium accerſitis, Arato abſente, accuſante Ariſtippo, triginta minarum iniuriæ æſtimatæ ſunt. Ex hoc Ariſtippus Arati odio ac metu exagitatus, ei adiutore Antigono rege inſidiatus eſt, diſpoſitis ubique hominibus ſibi negotium faceſſentibus, & occaſionem temporis exOptima principis cuſtodia. pectantibus. Sed uera ac ſtabilis ciuium beneuolentia, optima principis cuſtodia eſt. Cùm enim ita multitudo ac potentes aſſueti ſunt ut non ducem, ſed duci timeant, multis ad uidendum oculis, multis ad audiendum auribus utitur, facta omnia & conſilia percipit. Itaque quoniam tempus admonet, ſtatui hoc loco parumper conAriſtippi mores. ſiſtere, & Ariſtippi mores & uitæ inſtituta percurrere, quam ſibi ſuſpecta & infida tyrannis, & felicis ac celebris regni amplitudo præſcripſit. Ille enim cùm Antigonum 49
haberet ſocietate coniunctum, multóſque ad cuſtodiam ſui corporis aleret, inimicus nemo in ciuitate reſideret, ſtipatores tamen & cuſtodes extrà in ueſtibulo excubare iubebat: famulis autem cùm cœnaret excluſis, conclauim ſtatim occludebat: ipſe cum amata in paruum quoddam cubiculum ſuperius aſcendens, cataracta deinde obiecta, ac lecto ſuperimpoſito, ſomnum capiebat, qualem æquum eſt capere hominem, qui ita turbulentam uitam & ſolicitam uiueret. Scalas uerò amicę mater ſubtrahens, & in aliud cubiculū claudens, mane reponebat, & tyrannum illum mirificū deuocabat, ueluti ex ſpelunca inſtar reptilium emergentē. Hic non ui & armis, ſed humili ueſte & chlamydula amictus, lege ac uirtute fretus, magnum atque inuictū imperium parauit, unúsque poſt hominum memoriam natus cōmunis tyrānorum hoſtis, propagauit genus quod præclariſſimū inter Græcos uſque ad noſtram manauit ætatem. Ex his uerò qui arces occupant, ſatellites alunt, armis, portis, cataractíſq; tu- 50
tandi corporis gratia muniuntur, pauci uiolentam mortē ueluti lepores effugerunt, domus uerò aut genus aut ſepulchrum nullius relictum eſt, celebrem memoriam ad poſteros habiturum. Aratus igitur cùm ſæpius tentaſſet & aperto & clandeſtino apparatu Ariſtippum opprimere, atque Argos capere, ſpe decidit: ſemel etiā actis ſcalis cum paucis ex inſperato murum cepit, peremptíſq; cuſtodibus qui eò ſubſidio uenerant, continuò dies illuxit, & cùm à tyranno undique premeretur, Argiui æquè ac ſi non eorum libertas ea dimicatione ageretur, ſed ueluti Nemeis inſtantibus certaminibus, ſedentes quieti, magno cum ſilentio æquos & iuſtos eius pugnæ ſpectatores præbuerunt. At Aratus cùm acriter in hoſtem pugnaret, haſta manu emiſſa in in- 51
guine uulnus accepit: tenuit tamen locum à ſe captū, nec inde cùm aſſiduè oppugnaretur ab hoſtibus uſque adnoctem, deiici ulla ui potuit. Quòd ſi etiam ad laborem paulùm noctis acceſſiſſet, haud unquam profectò uanus eius diei conatus fuiſſet: iam enim tyrannus præmiſſa magna ſuarum fortunarum parte, migrare ex urbe parabat, quod nemine Arato nuntiante, quòd premeretur penuria aquarum, corpúsque ægrum uulnere traheret, milites retrò abduxit. Hac uerò deſperata uia in apertū certamen prodiit, adductóque in fines Achæorum exercitu, populationibus agrū uaſtauit, & ad Charetem fluuiū acri prælio cum Ariſtippo commiſſo crimen ſubiit, deſtituta pugna partam uictoriā è manibus amiſiſſe. Nam cùm reliquū iam exercitus manifeſtè

nifeſtè hoſtem propulisſet, uictórque magnū ſpatium perſequutus eſſet, ipſe non tam coactus ab aduerſariis, quàm uirtuti ſuæ fortunæq; diffiſus, fuga ſe in caſtra recepit. 52
Cùm uerò reuerſi ex perſequutione cæteri ei ſuccenſerēt, quòd uerſis in fugam hoſtibus, pluribúsque eorum quàm ex ſuis cæſis, cōmiſiſſet tamē ut uicti de ſe trophæum ſtatuerent, uerecundia ductus de trophæo rurſus dimicare cōſtituit, atque uno interpoſito die, inſtructas copias in aciē eduxit. Cùm autē ſenſiſſet auctū eſſe tyranni exercitum, animósque militū ad pugnā audaciámque creuiſſe, haud auſus manus conſerere, ſed receptis fœdere cadaueribus, cum exercitu abiit. Gratia tamen & beneuolentia ciuiū cōciliata, adminiſtrandáque prudenter rep. eam maculā delere contendēs, Cleonas Achæis adiunxit, ac Nemeum certamen, quòd patrium foret, & ad Achæos magis ſpectaret, in Cleonis celebrauit. Celebrarunt etiā Argiui, quo tempore licentia 53
& ſecuritas antea permiſſa pugilibus, primùm cōfuſa eſt ab Achæis, omnibus qui ex eo certamine reuertentes per ſuum agrum iter facerent, ut hoſtibus ibi captis ac uenundatis, adeò uehemēs eum atq; implacabile tyrannorū odium ceperat. Breui pòſt tempore cùm accepiſſet Ariſtippum ad Cleonas inſidiis capiendas animo ſpectare, ſed metu ipſius qui tum Corinthi moram trahebat deterreri, per edictū coacto exercitu, iuſſóque plurium dierum cibaria ſecum ferre, deſcendit in Cenchream, ut opinione abſentis per dolum ad inuadēdas Cleonas Ariſtippum euocaret: qua in re eum non fefellit ſpes, ſtatim enim ex Argis cum exercitu affuit. Aratus iam inſtātibus tenebris ex Cenchreis in Corinthum reuerſus eſt, clauſísque omnibus cuſtodia uiis, Achæorum agmen egit, qui adeò compoſitè, adeò promptè, adeò celeriter cōſequuti ſunt, ut nō modò imprudētibus hoſtibus iter facerent, ſed etiā durāte adhuc nocte 54
Cleonas accederent, & ad pugnā inſtruerentur. Prima autē luce apertis portis, ſignóq; tuba dato, curſu & clamore hoſtem adortus continuò in fugā conuertit: & cùm multos exitus locus haberet, ad eam partem ſe contulit, quò Ariſtippum iturum ſuſpicabatur. Facta autē uſq; Mycenas perſequutione, tyrānus à quodā Cretēſi Tragiſto nomine (ut Dinias tradit) interceptus in fuga occiditur. Ex aliis uerò ſupra mille quingentos deſiderati ſunt. Aratus tam felici parta uictoria, ac nullo ſuorū militū amiſſo, attamen neque cepit Argos, neque liberauit, Agia & iuniore Ariſtomacho cum regis exercitu irrumpentibus, ac imperij ſummā occupantibus. Conflatam uerò ſuperiore tempore calumniam, ſermonem, cauillum, dicacitatem aſſentatorum ſuſtulit, qui tyrannos ad gratiam efferētes aiebant, Achæorum ducem domi tumultuari, pugnā 55
initurum, & ſimul ac tubicen prodiit, ſomno ac uertigine opprimi: inſtructis uerò ordinibus, ac ſigno dato, pereontatus manipularios ac centuriones nunquid præſentia ſua opus ſit, ſe enim ſaucium telis eſſe, diſcedit longè exitum pugnæ expectaturus. Hæc iam adeò inualuerāt, ut etiam philoſophi in ſcholis cùm quærerent, perturbari animo & impendentibus periculis colorem mutare, ignauiæne an intemperiei cuiuſdam corporis & frigiditatis eſſet, ubique Aratum nominarēt, cúmque optimum ducem eſſe dicerent, & tamen hæc ſibi in certaminibus euenire. Sublato igitur Ariſtippo è medio, Lyſiadem Megalopolitanū inſidiis appetiuit, qui tyrannide patriam occuparat. Ille cùm homo non ſegnis animi, neque abiecti foret, neque ueluti plurimi tyrannorum immodeſtia & cupiditate ad hanc prolapſus iniuriam, ſed ab adoleſcentia incenſus amore nominis & gloriæ, & falſis quibuſdam uanísque ſer- 56
monibus, qui de tyrannide ut de re aliqua beata atque admirabili ferebātur, imprudenter & temerè elatus, atq; inde rerū potitus multis ſtatim curis ac moleſtiis premebatur, ſuſpicione prēterea ſuſpēſus animi, incertúsq; erat, & Arati inſidias formidabat. Itaq; mutata ſentētia pulcherrimā & laudatiſſimā uiā iniit, qua ſe primùm odio, cuſtodia ac ſatellitibus liberaret, & patriā ſibi ſuo beneficio deuinciret, Arato accerſito dominationē depoſuit, & in Achæos ciuitatē retulit. Quo facto Achęi illum laudatum ornatúmque imperatorem legerunt: qui ſtatim cùm Aratum gloria ſuperare

niteretur,alias res quæ haud neceſſariæ uidebantur aggreſſus, Lacedæmoniis bellum indixit:quod ne fieret inſtans Aratus inuidia agere eſt uiſus. Cæterùm Lyſiades ſecũdò imperator conſtitutus eſt, refragante Arato atque ſtudente,ut alteri imperiũ mãdaretur.Ipſe enim,ut dictum eſt,per annum imperarat.Tertiùm igitur ſumma cum 57
laude Achæis imperauit,uiciſſim cum Arato quotãnis commutato imperio. Patefactus autem inimicitiis cùm Aratum apud Achęos ſæpius accuſaſſet,inuidia & offenſione omnium cõcidit. Etenim exiſtimatus eſt ficto & ſimulato ingenio aduerſus ueram ac ſynceram uirtutem certare.Et quemadmodũ ſcribit Aeſopus, tenuiores aues cuculo cur ſe fugerent percontanti reſpondiſſe, quòd accipiter aliquando eſſet futurus:ſic Lyſiadi ex tyrannide ſuſpicio immutatæ uoluntatis conflata eſt, quæ eius naturæ permultùm detraheret. At Arati nomen Aetolicæ res maximè illuſtrarunt. Quo tempore inſurgentibus ad illos comprimendos Achæis, & in finibus agri Megarenſis dimicare properantibus, ad hæc Agidi Lacedæmoniorum regi unà ad prælium 58
exeunti ſe opponens, maledicta,ſales, cauilla, contumelias in eius mollitiem ignauiámque coniectas,ſedato animo tulit, nec unquam turpitudinis ſpecie utilia ac ſalutaria conſilia abiecit,ſed ceſſit hoſtibus Geraniam tranſcendẽtibus, & abſque prælio in Peloponneſum aditum præbuit: cùm autem irrupiſſent, & improuiſo impetu Pellenam cepiſſent, non idem ſibi conſilium fuit. Non enim ultrà cunctãdo tempus triuit,nec expectauit quoad hoſtium uires in unum undique cogerentur, ſed ſtatim præſentibus copiis hoſtem adortus, deſtituto ordine petulanter in ipſa uictoria exultantem facilè fudit.Nam ſimul ac urbem ingreſſi ſunt,milites effuſi ad prædam & in ipſis ædibus diſſipati alter alterum impellentes, de bonis fortunísque ciuium inter ſe certabant. Duces uerò & centuriones circumeuntes Pellenæorum coniuges & fi- 59
lias diripiebãt, & exuentes galeas illarum capitibus imponebãt,ne quis alter cognitas abduceret,ſed ex ipſis galeis cui quæq; ceſſiſſet domino appareret. Sic autem affectis illis,& huiuſmodi operi intentis, continuò Aratus adeſſe nuntiatur. Exorto autem tumultu & cõſternatione,priuſquam ab omnibus auditum eſſet periculum, primi in ipſis portis ac ſuburbiis,ut æquũ eſt in tanta perturbatione rerum fieri, Achæis incurrentes,uicti ſeſe in fugam dederant: quibus effusè fugientibus, qui ſubſidio ueniebant in dubitationem quid agendum eſſet adducebantur. In ea trepidatione una ex captiuarum numero Epigethis cuiuſdam clari hominis filia,eximia forma & pulchritudine mulier, in Dianæ ſacello fortè conſederat, ubi Epilectarches captam ſibi optatam locarat, galeáque criſtis inſigni ornarat. Hæc repentè ad tumultum exi- 60
liens,ut ad portas ſacelli conſtitit, ac deſuper pugnantes deſpexit, ornatu ipſo militari induta ciuibus quidem ſuis auguſtiori quàm ex homine ſpectaculo fuit:hoſtibus uerò diuinam aliquam ſpeciem ſe uidere opinantibus,terrorem formidinémque iniecit, ut nemini animus ad repugnandum ſufficeret. Pellenæi ipſi affirmant deæ ſimulachrum per alia tempora intactum manſiſſe,& cùm à ſacerdote motum de loco efferretur,aſpectum ita perſtringere conſueſſe, ut à nullo contrà aſpici poſſet, ſed ab eo oculos cuncti auerterent, nec hominibus modò uiſum horrori eſſet, ſed propinquas quoque arbores cùm portabatur infœcundas redderet, & immaturos fœtus excuteret.Hoc tum ſacerdotem cùm extrà tuliſſet,& ad Aetolos conuertiſſet, ſic cõſternaſſe omnes,ut ne mente quidem conſiſterent. Sed Aratus in commentariis ſuis hu- 61
iuſmodi nihil ſcribit,ſed uerſis in fugam hoſtibus,ſe unà cum iis irrumpentẽ urbem palantes egiſſe,ſeptingentósque ex illis eo prælio cecidiſſe: quod opus in maximis fama celebratum eſt. Eam pugnam Timanthes artificioſiſſimè pictura imitatus ante oculos poſuit. Cæterùm multis gentibus ac potentatibus contra Achæum nomen hoſtiliter inſurgentibus, Aratus cum Aetolis ſtatim amicitiam iniit, ac Pantaleone fretus,qui plurimùm inter Aetolos authoritate ualebat, duos populos non pace modò, ſed etiam ſocietate coniunxit. Sed cùm ſtuderet in libertatem Athenienſes reſtituere,

Simulachri Dianæ Pellenææ maxima uirtus & poteſtas.

tuere, offenſionem ſibi & calumniam conflauit, & ab Achæis malè audiuit, quòd fœdere ſibi cum Macedonibus,in quorum ditione Athenę erant,inito,ſtantibusque induciis,Piræum capere aggreſſus eſſet. At hoc ipſe in commentariis inficiatus,quæ ſcripta reliquit, Erginum accuſat, cuius opera ad Acrocorinthi expugnationem eſt
62 uſus. Illum enim priuato conſilio Piræum inuaſiſſe, & cùm fractis ſcalis fugiens premeretur ab hoſtibus,nominatim & continenter Aratum ueluti præſentem compellaſſe, atque ita deceptis hoſtibus euaſiſſe. Haud tamen probabilis excuſatio uidetur eſſe: nam Erginum priuatum hominem & Syrum, nihil rationis eſt ad tam arduum facinus animum adieciſſe, niſi ducem habuiſſet Aratum, & ab eo data occaſione rei gerendæ etiam uiribus adiutus eſſet.Quod idem etiam ita eſſe oſtendit, quippe cùm non ter,ſed ſæpius conatus ſit Piræum in ditionem redigere: nec re malè geſta deterritus eſt,ſed ſpe ad breue tempus fracta,ſtatim redintegrauit audaciam.Semel etiam per Triaſium fugiens crus fregit,multotiésque inciſione curatus eſt. Vectus etiam lectica diu militiam egit.Mortuo Antigono,& filio Demetrio regnum obtinente, magis etiam animo Athenis liberãdis incubuit,deſpectis omnino Macedonibus & pro
63 nihilo habitis.Itaque cùm à Bitho Demetrij duce ad Phylaciã prælio ſuperatus eſſet, ac uehemẽs rumor increbuiſſet,partim captum,partim mortuum Aratum eſſe, Diogenes qui Piræum præſidio aſſeruabat, Corinthum epiſtolam ſcripſit, iubens urbe Achæos extrudi,quòd iam Aratus interiiſſet. Aderat tum fortè Corinthi Aratus cùm literæ eò perlatæ ſunt: ſic illuſi atque irriſi Diogenis tabellarij diſceſſerunt. Ipſe quoque rex nauem ex Macedonia miſit,qua ad ſe uinctus Aratus duceretur. Athenienſes uerò Macedonum gratia ad omnem leuitatem aſſentationis conuerſi, accepto nuntio de Arati morte, coronas ſumpſerunt, ex quo iratus ille ſtatim copiis in eos eductis,uſque ad Academiam infeſto exercitu peruaſit:ſed ſuaſionibus adductus maleficio & iniuria temperauit.Athenienſes cognita eius uirtute ad ſanitatem reuerſi, cùm extincto Demetrio ad ſpem recuperandæ libertatis incumberent,illum aduocarunt:
64 qui etſi altero tum Achæis imperante, diuturno morbo oppreſſus domi detineretur, lectica latus Athenienſium opportunitati occurrit, ac Diogeni præſidij præfecto perſuaſit, ut centum & quinquaginta acceptis talentis, Piræum, Munychiam, Salaminem, Sunium Athenienſibus traderet. Viginti præterea talentis ipſe ciuitatem leuauit.Deinde Aeginetæ & Hermionei in Achæos ſtatim conceſſerunt: ad hæc magna Arcadiæ pars ſe illis adiunxit:ac Macedonibus per id temporis propinquo ac finitimo bello occupatis,Aetolorum ſocietate aucta, Achæorum res magnum incrementum accepit. At Aratus memor ueteris promiſſi, uicina tyrannide Argiuorum anxius, per internuntios Ariſtomacho perſuaſit ut rempub. in medium poneret, & Achæorum leges ac nomen acciperet, & Lyſiadæ imitatione maximæ gẽti cum laude & honore imperare mallet, quàm unius ciuitatis periculoſo atq; inuidioſo domi-
65 nio incubare.Permotus autem Ariſtomachus Arati monitis & ſuaſionibus,quinquaginta talenta ad ſe mitti iuſſit, ut ſtipendia his qui ſub eo meruiſſent diſſolueret, eósque dimitteret. Quæ dum cogerentur pecuniæ, Lyſiades nondum abſoluto imperio cupiens eius actionis ad ſe laudem transferre, apud Ariſtomachum Aratum accuſauit, hominem illum tyrannis infenſum ſemper atque implacabilem eſſe, ſuadendóque perfecit,ut re ſibi permiſſa, in Achæorũ ſocietatem ueniret. Igitur hîc Achæorũ principes qua beneuolentia & fide in Aratum eſſent, maximè declararũt. Nam cùm is ob iram contrariam ſententiam dixiſſet, Ariſtomachum reiecerunt: ubi uerò placatus eius cauſam præſens agere cœpit,promptè ac celeriter in ſentẽtiam euntes, Argiuos Phliaſiósque repub. donarunt. Sequenti etiam anno Ariſtomachus imperator conſtitutus eſt,qui clarus apud Achæos & gratioſus, ſtatuẽs in fines Laconicos incur-
66 ſionem facere, Aratũ Athenis exciuit. Ille ad eum reſcribẽs ab ea militia deterrere conatus eſt, quòd nollet cum Cleomene audaci homine & ſubitis ſucceſſibus aucto,

Achæos bello implicari. Cùm autē is perſtaret omnino in ſententia, nec ea dimoueri poſſet, paruit, atque unà præſens militiam obiit. Cleomene ad Palantion ipſis cum exercitu imminente, cùm prohiberet Ariſtomachum prælio dimicare, à Lyſiade accuſatus, cum illo in certamen de imperio diſceptationémque uenit, & ſuffragiis uictor duodecimò imperator creatus eſt, in quo imperio ad Lycæum pugna à Cleomene fuſus in fugam ſe dedit, errabundúsque noctu uagatur pro mortuo habitus: ísque rurſus de illo rumor apud Græcos inualuit. Seruatus uerò collectísque in unum militibus non fuit eo contentus, quòd ſibi abire incolumi licuiſſet, ſed optimè occaſione uſus, cùm id nemo timeret, nec futurum ſuſpicaretur, repentino impetu Mantineos Cleomenis ſocios adortus eſt. Capta urbe, præſidióque firmata, accolas ciues eorum 67
conſtituit, & quæ uictores nunquam obtinere potuiſſent, ea Achæis uictis ſuperatísque parauit. Lacedæmoniis rurſus Megalopolitanos bello laceſſentibus, deductis eò ſubſidiis, Cleomeni prouocanti obuiam ire neglexit, cogentibus etiam Megalopolitanis reſtitit: quippe qui neque aliàs inchoandi prælij natura cupidus foret, & tum militum numero inferior, cum homine adoleſcente & audaci ſibi iam ætate proiecto remiſſioribus animis ac minori ambitione certamē eſſet. Proinde ratus eſt, quam ille periclitando gloriam quæreret, partam iam ſibi cauendo & declinando conſeruandam eſſe. Itaque leuis armaturæ militibus effuſius procurrentibus, Spartiatásque uſque ad caſtra impellentibus, & per tabernacula eorum uagè diſperſis, haud quaquā Aratus properauit, ſed ualle in medio interiecta cōſtitit, ac tranſitu ciues prohibuit. His Lyſiades permotus, atque Aratum uerbis increpās, equites hortatus eſt ut ſecum 68
unà inſequentibus ſe oſtenderent, nec exploratam hoſti uictoriam proderent, nec ſeipſum pro patria dimicantem relinquerent. Conuerſis autem cum eo multis & fortibus uiris, elatus animis dextrum hoſtium cornu inuaſit. Quo in fugam dato, perſequutioni ira & cupiditate honoris inſiſtens, in loca ſinuoſa & arboribus conſita delatus eſt. In his latæ foſſæ erant, quas Cleomenes inſidens hoſtem excepit. Hīc Lyſiades in patriæ conſpectu cùm pulcherrimam pugnam depugnaſſet, concidit: reliqui in phalangem fugientes turbatis militibus totum exercitum ea clade compleruntex quo Aratus magnam ſibi conflauit inuidiam, quòd Lyſiadis ſalutem negligere uiſus ſit. Sic ab Achæis coactus per iram abeūtibus in Aegeum cōſequutus eſt: ubi cùm cōueniſſent, decreuerunt ne illi erogarentur pecuniæ, neu ſtipendiarij alerentur, ſed ipſi poteſtas fieret ſi uellet, per ſe bellum gerendi. Tanta contumelia affectus Aratus, ſta- 69
tuit reſignato imperio exercitum dimittere, & conſilio uſus ad præſens omnia pertulit: deinde ad Orchomenum deductis Achæorum copiis, ibi cum Megiſtono Cleomenis patruo pugnam cōſeruit. Quo uicto fugatóque, trecenti cæſi, Megiſtonus ipſe captus in Arati poteſtatē uenit. Cùm conſueſſet is annum ſuum cùm contingeret imperare, ubi ad eum ordine uentum eſt, uocatus repudiauit imperium, ac Timoxenus pro eo delectus eſt. Cauſa uerò repudiandi, quæ ira in multitudinem eſſe dicebatur, parum ſanè probabilis uiſa eſt: uera enim cauſa res Achæorum non quietæ nec pacatæ ut antea fuerant, ſuccreſcente Cleomene, qui haud popularibus magiſtratibus cōtinebatur, ſed interfectis à ſe Ephoris, ſubacta ſibi regione, permultísque accolarum ciuitate donatis, nulli obnoxiam potentiam conſequutus, inſtare continuò Achæis
Pugna inter Megiſtonum & Aratum.
cœpit, ut ſibi imperium mādaretur. Quare iure accuſant Aratum, qui dum reſpublica ſalo magno ac fluctibus iactaretur, ueluti gubernator deponeret, atque alteri remitteret gubernaculum, & deſperatione rerum Achæorum, Cleomenē traderet: quo tempore pulcherrimum fuit etiam inuitis ciuibus communi ſaluti ſubuenire, nec committere ut Peloponneſus iterum Macedonum cuſtodiis acceptis, barbaricis moribus inquinaretur, ut Acrocorinthus Illyricis armis ac turbis compleretur, neque quos ſæpe in bello imperator fudiſſet, ac urbibus extruſiſſet, quibus etiam in commētariis ſuis maledixiſſet, eorum dominio ſociorum ciuitates ſubiiceret. Quòd ſi Cleomenes

menes erat (ſic enim appelletur) iniquus & tyrannicus, at Heraclidæ illi generis authores erant, Sparta patria, ex qua uel obſcuriſſimum præſtabat, quàm Macedonum primum, imperij ſummæ præponere, qui Græciæ nobilitatis nullam rationem habe-
71 ret. Ad hæc Cleomenes ſummum magiſtratum petebat, ut pro illo honore & appellatione maioribus bonis ciuitates afficeret. Antigonus autem terra marique imperator & dux renuntiatus, non prius imperium obiit, quàm ſanctum eſſet fœdere Acrocorinthum mercedis loco ſibi in ditionem ceſſurum, peritè ut uidetur Aeſopi uenatorem imitatus, nec antè uocantibus Achæis & legationibus ac decretis ſe ſubmittētibus obſequutus eſt, quàm præſidio & obſidibus ueluti quibuſdam frænis comprehenſos teneret. Et quanuis omnis Arati deprecatio neceſſitatis defenſione niteretur, tradit tamen Polybius ipſum cùm Cleomenis audaciam multò antè proſpexiſſet, antequam neceſſitas ulla urgeret, cùm Antigono clàm colloquium iniiſſe: Megalopolitanos etiam ſupplices deſcendiſſe, orantes Achæos & obſecrantes, ut Antigonus e-
72 uocaretur. Hi enim aſſiduo bello premebantur, & Cleomeni maximè ad direptionē & prædam expoſiti erant. Nec Phylarchus ab his in ſua hiſtoria diſſentire uidetur, cui niſi Polybius teſtis accederet, non magna admodū fides adhibenda foret. Nam cùm in Cleomenis mentionem incidit, beneuolentia illius quaſi afflatus numine furens & inſanus efficitur, & ueluti in iudicio, ſic hiſtoria ipſa alteri aduerſatur, alterum ſubleuat. Amiſerunt igitur Achæi Mantineam, quæ rurſus à Cleomene capta eſt, & ad Hecatombæum magno prælio ſuperati, ita conciderunt animis, ut continuò Argos Cleomenem accerſiret, & eum bello gerendo imperatorem præficeret. Quod ubi Arato cognitum eſt, cùm aduentare Cleomenem accepiſſet, & cum exercitu Lernam attigiſſe, metu perculſus legatos ad eum miſit, orantes ut cum trecentis ſolùm tanquā
73 ad amicos ſociósque accederet, ac ſi diffideret, acciperet obſides. Hæc Cleomenes reſpondens contumeliæ ſibi ac dedecori fore, caſtra ex eo loco mouit. Achæis etiam epiſtolam ſcripſit, qua multa crimina & calumniæ in Aratum conferebantur. Scripſit & ille quoque contra Cleomenem epiſtolas, & uſque ad nuptias & coniuges maledicta ac iurgia proceſſerunt. Ex hoc Cleomenes per legatum Achæis bellum edicit, parúmque abfuit quin Sicyoniorum urbem imprudentibus illis per proditionem diriperet. Inde abducto exercitu Pellenam inuaſit, interemptóque Achæorum duce, urbe potitus eſt. Breui deinde tempore interiecto, cùm Pheneū Penteliúmque ſub imperium redegiſſet, Argiui ſtatim ad eum defecerunt, Phliaſij præſidium acceperunt, & omnino Achæis ex aduentitiis nihil erat quod ſtabile aut firmum uideretur. Hīc in magno tumultu & turbatione rerum Aratus iactabatur, cùm intueretur Peloponneſum tantis motibus agitari, ciuitatésque undique à ſeditioſis & turbulentis homi-
74 nibus ad defectionem ſolicitari. Nihil enim quietum erat, nihil ſuo loco manebat. Sicyoniorum & Corinthiorū quoque plurimi iam cum Cleomene palàm colloquebātur, quorum animos communio illa & ſocietas iunctarum inter ſe ciuitatum, priuati dominij deſiderio iam pridem offenderat. In his mutationibus Aratus permiſſa ſibi ſumma & libera poteſtate & licentia, quos in Sicyonia corruptos offendit capite multauit: qui autem Corinthi erāt perquirere ac pœna afficere conatus, multitudinem ægram & Achæo nomini uehementer offenſam in ſe concitauit. Cùm igitur in Apollinis templum confugiſſent, Aratum accerſitum miſerunt, ut ante defectionem aut interficerent, aut in uincula coniicerent. Ille acceſſit quidem equum manu tra-
75 hens, ac ſi nullum metum aut ſuſpicionem præ ſe ferret. Exilientibus autem multis, conuitiáque in eum ac maledicta iactantibus, ſedato uultu & firma oratione quietè conſidere iuſſit, nec confuſè exurgentes clamorem attollere, & qui ad portas cōſiſterent, introire. Hæc ſimul dicens ſenſim pedem extulit, ueluti equum alteri daturus: ita egreſſus occurrētes ſibi Corinthios placidè alloquens iubebat ad Apollinis ædem conuenire. Vbi uerò clàm ad arcem propè acceſſit, in equum inſiliens Cleopatro prę-

fecto cuſtodiæ acriter aſſeruare arcem iuſſo, in Sicyonem aduectus eſt triginta equitibus conſequutis, aliis relicto duce paſſim diſſipatis. Corinthij non multò pòſt audita Arati fuga, ut perſequuti eum capere nequierunt, accerſito Cleomene urbem illi tradiderunt, cùm is nullo ſatis magno ſe beneficio ab his affici poſſe arbitraretur, pro eo quod offenſum eſſet, Aratum dimittentibus. Hic igitur adiunctis ſibi his qui ad 76
Actam quæ dicitur incolunt, ac ciuitates tradentibus, Arcrocorinthum uallo ac foſſa circundedit. At Aratum uerò nonnulli Achæorum in Sicyonem conuenerunt, conuocatáque concione, imperator conſtitutus delectos ex ciuibus ad cuſtodiam corporis circum ſe habuit. Cùm tres iam & triginta annos in Achæis remp. geſſiſſet, & Græcorum omnium potentia & gloria princeps fuiſſet, tunc inopia & ſolitudine oppreſſus & derelictus, ueluti in patriæ naufragio in tantis procellis ac periculis ferebatur. Nam Aetoli auxilium petenti miſſuros ſe eſſe negarunt: Athenienſium ciuitatem in Aratum ſtudio & uoluntate propenſam, Euclides & Micion prohibuerunt. Cùm autem Aratus Corinthi & domum & facultates haberet, Cleomenes nec attigit eorum
quicquam, nec alterum permiſit attingere: conuocatis præterea eius amicis & cura- 77
toribus, iuſſit omnia curare atque aſſeruare, ut rationem Arato redditurus. Priuatim ad eum Tripylo & Megiſtono patruo rurſus miſſis, tum alia ei permulta, tum duodecim talenta annuum ſtipendium pollicitus eſt, Ptolemæi odio numerũ duplicans: ab eo enim ſex talenta Arato quotannis mittebantur. Demãdari ſibi ab Achæis imperium orabat, & Acrocorinthum communi cum his præſidio cuſtodiri. Reſpondẽte Arato, non penes ſe, ſed potius penes eos ſummam imperij eſſe, ratus id diſſimulare reſponſum, infeſto exercitu in Sicyoniorum fines inuadens incurſionibus agrum deuaſtauit, poſitíſque ad urbem caſtris tres menſes in obſidione fuit, cunctante Arato ac deliberãte num Acrocorintho tradito Antigonum accepturus eſſet, nam aliter
negabat opem ſe eſſe laturum. Conuocato igitur in Aegeum concilio, Achæi Aratũ 78
eò conuenire iuſſerunt: uerùm cùm ex urbe Cleomene obſidente ſine periculo exire non poſſet, ciues eum precibus detinebant, orantes ut ſaluti ſuæ uitæque conſuleret, neu corpus imminenti hoſti obiiceret. Ad hæc fœminæ ac pueri tanquam communem omnium parentem & conſeruatorem ſuum lachrymis circunſtabant: quos tamen ille cùm confirmaſſet, conſolatúsque eſſet, aduectus equo decem amicis & cum his adulto iam filio comitantibus deſcendit ad mare. Nauem quę eò appulſa erat cõſcendentes, in Aegeum ad concionem profecti ſunt, in qua cõmuni ſententia decretũ eſt uocare Antigonũ, & Acrocorinthũ in eius ditionẽ permittere. Aratus filiũ ſuum unà cum aliis pluribus ad eũ pro obſidibus miſit, quibus cõmoti grauius Corinthij, diripuerunt eius bona, & domũ Cleomeni dono dederũt. Aduentante uerò Antigo- 79
no cum exercitu (erant autem x x Macedonum peditũ millia, equitum mille & quadringenti) Aratus cum principibus ciuitatum per oram maritimã clam hoſtibus, illi in Pegas obuiam prodiit, cùm Antigonum ſuſpectũ haberet, nec ſe libẽter Macedonibus crederet. Etenim ſciebat ſe ex illorum cladibus opes ſibi & gloriam peperiſſe, materiémq; cõſtituendæ reip. odium in ſuperiorẽ habuiſſe. Sed cùm perſpiceret neceſsitatem impendẽre, nec declinari, nec reſiſti ullo modo poſſe, deinde occaſionem ſibi oblatã eſſe, cui ſeruiunt omnes etiam qui imperare uidentur, ad tam indignum facinus perpetrandũ acceſsit. Antigonus autem ubi accepit obuiũ ſibi Aratum eſſe, alios quidem cõmuni benignitate ſalutauit, illum uerò & in primo cõgreſſu honorificentiſsimè excepit, & cætera munificentia uirum bonũ & ſingulari prudentia præditum maiori neceſsitudine ſibi deuincire conatus eſt. Erat enim Aratus eiuſmodi, 80
ut regẽ non modò maximis in rebus adminiſtrãdis adiuuare, ſed etiã in otio oblectare poſſet. Quare Antigonus etſi adoleſcens foret, ut uiri ingenium perſpectum habuit, cui nihil deerat quod minus dignum regis amicitia uideretur, eo non ut Achęis modò, ſed etiam ante Macedones ad omnia utebatur, cunctáque de illius ſententia
& authori-

& authoritate gerebat. Et ea ita euenerunt, quę in ſacrificiis diuinitus numen portenderat. Dicitur enim non multò antè Arato ſacra facienti, in iecore duos felles extitiſſe eadem pinguedine obuolutos: uatem quoque cõſultum dixiſſe, quæ capitaliſſimo odio diſſiderent, ea perbreui inter ſe firmiſſima amicitia coitura. Quod reſponſum ad præſens neglexit, nec ſacris aliter, nec uaticinio fidem habuit: obſeruabat id tamẽ, nam in poſterum proſperè ſuccedente bello, cùm Antigonus Corinthi conuiuium
81 inſtruxiſſet, compluribus eò inuitatis, Aratum honoris gratia ſupra ſe locauit. Paulò pòſt amictum flagitans, rogauit illum num ſibi frigus uideretur: reſpondente illo & quidem ſe ualde algere, iuſſit propius accedere, tapetéque allato ſerui ambos ſimul circundederunt. Tunc Aratus in ſacrorum illorum memoriam rediens ridere ſecum ipſe, ac portentum & oraculum regi enarrare. Verùm hæc poſterioribus temporibus ſunt acta. In Pegis uerò tum iureiurando dato acceptóque, continuò in hoſtem inuaſerunt, & ad urbem ſumma ui utrinque dimicatum eſt, optimè munitis Cleomenis caſtris, & Corinthiis ſtrenuè hoſtem arcentibus. Hîc Ariſtoteles Argiuus Arati amicus ad eum clàm mittitur, qui rebellione facta, illum in ciuitatem acciperet, ſi cum militibus eò accederet. Ille re cum Antigono communicata, cum mille & quingen-
82 tis ex Iſthmo in Epidaurum celeriter nauigio delatus eſt. Argiui inſurgẽtes facto impetu in Cleomenis milites, comprehendunt, atque in arcem inducunt. Quibus nuntiatis, Cleomenes ueritus ne captis Argis ab hoſtibus reditu domũ intercluderetur, Acrocorintho relicto cum ſubſidio, noctu Argos occurrit, quò præueniens conflixit, & ſecundo prælio uſus eſt. Nec ita multò pòſt Arato ſe inferente, & rege cum copiis ſubſequente, in Mantineam diſceſſit. Ex eo ciuitates omnes in Achæorum fidem & amicitiam redierunt. Acrocorinthus Antigono tradita eſt. Aratus imperator factus ab Argiuis, perſuaſit eis ut tyrannorum bona & proditorum Antigono elargirentur. Quo facto Ariſtomachum in Cenchreis magnis cruciatibus uexatum mari mergendum dederunt. Cuius ſupplicij fœditas in Aratum non ſine offenſione coniecta eſt, quòd uirum non improbum, & qui eo familiariter uſus eſſet, ſuáque authoritate adductus dominatum depoſuiſſet, & ciuitatem ſuam Achæis iunxiſſet, ita crudeliter ac
83 nefariè necari permitteret. Nec huius tantùm rei, ſed aliarum etiam in eum culpa redundauit, ueluti quòd Corinthiorum ciuitate ut humili aliquo uico Antigonum donaſſent: idem etiam direpto Orchomeno, præſidium Macedonum intuliſſet. Decretum etiam fecerunt, nemini alteri ex regibus ſcribere iniuſſu Antigoni, nec legationem mittere. Macedones alere ſtipendiis impenſísque coacti ſunt, ad ſacrificia, põpas & ludos admittere. Nam incipientibus Arati ciuibus, & Antigonum in urbem accipientibus, ab Arato liberaliter hoſpitio inuitatum, omnia illa accepta referebãt, neſcij quòd habenis illi ſemel traditis, regiæ impetu cupiditatis actus, nullum præterea integrum ius præterquam uocis haberet, quæ periculoſa licentia uteretur. Apparebat enim inuito Arato plurima adminiſtrari ac fieri, ueluti illud quod de ſtatu-
84 tis actum eſt. Antigonus enim Argiuorum tyrãnorum ſtatuas deiectas erexit, eorum autem qui Acrocorinthum cepiſſent, ſtantes & erectas præter unam Arati, demolitus eſt: quæ ne fierent, precibus inſtans Aratus nihil profecit. Videtur etiam quæ in Mantineos acta ſunt, nequaquam ex græco more ab Achæis adminiſtrata eſſe. Quibus duce Antigono deuictis, clariſſimos uiros & principes ciuitatis necarũt, reliquos partim uenundederunt, partim uictos cõpedibus in Macedoniam miſerunt. Liberos eorum & coniuges mancipiorum numero habuerunt. Argẽto autem Mantineorum collecto tertiam ipſi acceperunt portionem, reliquis duabus ad Macedones delatis. Hęc quidem ultionis iure peracta ſunt. Etenim indignum ac nefarium fuit, homines
85 regionis & linguæ neceſſitudine inter ſe coniunctos, ſic ad iram tractari. Verùm in neceſſitatibus iucundum, non aſperum fuit, ut Simonides inquit, iræ ſæuiẽti & efferueſcenti uelut medicinam adhibere & explere. Quę uerò conſequuta ſunt nec laudi,

nec neceſſitati Arato danda ſunt. Nam urbe Argiuis ab Antigono conceſſa, cùm hi ab integro reficere decreuiſſent, ipſe imperator cùm eſſet eius inſtructioni operis præpoſitus, ex decreto ne deinceps Mãtinea ciuitas, ſed Antigonia uocaretur edixit, hodiéque ita uocatur, ac uidetur ob illum amabilis Mantinea funditus interiiſſe: manet autem ciuitas eorum nomine, à quibus necati ciues deletíque ſunt. Deinde Cleomenes ad Sellaſiam magna accepta clade, reliquit Spartam, & in Aegyptum mari profectus eſt. Antigonus ubi in Aratum omni benignitate atque humanitate eſt uſus, in Macedoniam rediens, Philippum ad quem regni ſucceſſio ſpectabat, nõdum ad- 85
modum adulta ætate in Peloponeſum miſit, atque Arato ut ſe daret iuſſit, per eum ciuitates adire, per eum Achæis familiarem fieri. Quem Aratus quidem accipiens ſic affecit amauitque, ut & in ſe ſumma beneuolẽtia affectum in Macedoniam, & Græcas res incitatum incenſúmq; dimitteret. Antigono autem uita defuncto, Aetoli inertia & deſidia Achæorum deſpecta (aſſueti enim aliorũ defendi manibus, & in Macedonum armis omni ſpe ſalutis collocata, ad quietem ſe totos remiſsionémque cõuerterant) Peloponnenſibus bellum inferre parãt, ac Patræis & Cumæis extra id quò intenderant expulſis, impetúque facto, Meſſeniam diripiunt. Quibus rebus angebatur Aratus, cúmque intueretur Timoxenum Achæorum ducem ob ignauiam tẽpus terere, iam propè abſoluto imperij tempore, ipſe ſucceſſor ei cõſtitutus, quinque ante præfinitum tempus diebus magiſtratum obiit, & ut Meſſeniis auxiliũ ferret, Achæo- 87
rum copias coegit: qui cùm lãguidis atque inexercitatis corporibus, animis uerò otio reſolutis ad bellum incumberent, ad Caphyas fuſi fugatíque ſunt. Quo bello uiſus ſibi Aratus cupidius imperio uſus, ita rurſus animo concidit, ita relictis gubernaculis imperij ſpes omnes abiecit, ut cùm ſibi opprimendi hoſtis oblata occaſio eſſet, prælio abſtinuerit, & in Peloponneſo per laſciuiam ac petulantiam Aetolum inſultãtem neglexerit. Rurſus igitur ſupplices in Macedoniam tendentes manus, Philippum in Græciam reuocarunt, ſpe maximè eius in Aratum obſeruantiæ ac fidei adducti, fore ut eo clementi & manſueto ad omnia uterentur. Verùm ſub id tempus Apelle & Megalæo quibuſdámque aliis Aratum regi deferentibus, ille fide addita calumniæ, cõtrariam factionem excitauit, comitiíſque habitis Eparato ad imperium obtinẽdum ſuffragatus eſt. Qui cùm Achæis contẽptui eſſet, & Aratus rem negligeret, nulla præ- 88
clara re geſta Philippus à paternis moribus degener, rurſus recõciliatis animis totum ſe Arato tradidit. Rebus uerò proſperè & ad opes & ad gloriam ſuccedentibus, eum omni comitate complexus eſt, ueluti per eum nomine & imperio auctus. Quare uiſus eſt Aratus non popularis modò principatus, uerumetiã regni optimus præceptor eſſe. Illius enim mores & inſtituta, uitæ regis, rebus geſtis, inſtar coloris decori maximo ac dignitati erant. Et adoleſcentis in Lacedæmonios afflictos & perditos moderatio, & humanitas in Cretenſes, qua totam paucis diebus inſulam ad imperiũ ſuum adiunxit, & aduerſus Aetolos militia mirificè laborioſa, Philippo quidem docilis & obſequentis ingenij, Arato prudentiæ ac ſapientię gloriam attulit. Quibus magis re- 89
gis amici inuidia concitati, ubi nihil obſcuris calumniis profecerunt, cõuitiis palàm aggreſsi per potus Aratum obſcœnis ac petulantibus uerbis laceſſunt. Semel quoque poſt cœnam in tabernaculum abeuntẽ lapidibus perſequuti ſunt. His iratus Philippus, uiginti eos talentis multauit, & poſteriori tempore quòd res labefactare turbaréque uiderentur, interfici iuſsit. Proſperè igitur & ad uoluntatem fluente fortuna, ſucceſsibus inſolenter elatus in multas ac magnas cupiditates erupit: ingenita enim uitia illi perruptis atque exutis paulatim inuolucris, quibus repugnãte natura latuerant, enudata ſunt, & eius ſimulatum diu ingenium ſe prodidit. Primùm enim iuniorem Aratum contumelia affecit, coniugi ſtupro illato, quæ res multùm temporis occulta fuit, cùm in eorum domum diuerteret, hoſpitaliter ab his exceptus. Deinde 90
in Græcorum reſpub. aſperius concitatus eſt, nec erat obſcurum illum iam ad Arati cladem

Mantinea urbs ex decreto Antigonia uocata.

cladem & exitum ſpectare. Suſpicionis autem eius Meſſenicæ res initium attulerunt. Seditione enim laborãtibus illis, ſerius quàm tempus poſtulabat Aratus eis ſubſidio uenit, Philippus una die præuertit, urbémque ingreſſus quoddam rurſus malum illis immiſit, priuatim magiſtratus Meſſeniorum percontatus, nunquid leges haberent, quibus cohiberent uulgus. Priuatim etiã primores ciuitatis rogauit, num manus ſibi eſſent, quibus tyrãnos opprimerẽt. Ex hoc addita utriſque audacia, magiſtratus quidem populares & turbulentos homines ad ſupplicium poſtulabant: illi cum multitudine concita inuadentes magiſtratus interfecerunt, ex cæteris paulò minus ducen-
91 tis peremptis. Philippus tam fœdo opere perpetrato, magis etiam Meſſenios in ſe inuicem inſtigabat. Interueniens Aratus nec ipſe animi ægritudinem diſſimulare potuit, nec filium obiurgantem aſperè & uehementer Philippum prohibuit. Videbatur autem adoleſcẽs Philippi amore teneri: cùm ergo tum ad eũ diceret, iis rebus ita geſtis eius ſibi aſpectum nõ iam formoſum, ſed turpiſſimum omniũ uideri: nihil quidẽ illi Philippus reſpondit, quanquam ſuccenſus ira ſæpius, eo conuitiante, dẽtibus infrẽdiſſet. At ſeniorem, ueluti nihil iis uerbis cõmotus, ut homo ciuilis ac natura moderatus, apprehenſa dextera ex theatro egreſſus ad Ithomantam perduxit, immolaturus Ioui ac locum cogniturus. Eſt enim is non minus, quàm Acrocorinthus, munitus & clauſus, ac ſi præſidium collocatum in eo ſit, graue & infenſum propugnaculũ
92 accolis futurus. Vbi uerò conſcendit, & ſacrificio inſtituto, uates ad eum exta detulit, ambabus manibus ſuſcipiens, Arato ac Pharios Demetrio ſeparatim demiſſa oſtendit, ac percontatus eſt quid in ſacris perſpicerẽt, retinendámne ſibi arcẽ eſſe, an Meſſeniis reddendam. Hìc arridens Demetrius, Si animum, inquit, uatis geris, locum dimittes: ſin regis, utroque cornu bouem detinebis: Peloponneſum per ænigma ſignificare uolens, quaſi ſi Ithomãta & Acrocorinthum cuſtodiat, facilẽ atque obſequentem futuram. At Aratus diu ſilentium tenuit: orante autẽ Philippo ut ſententiã ſuam proferret, Permulti, dixit, ac magni, Philippe, Cretenſium mõtes, permulti Bœotiorum ac Phocenſium tumuli ex terra efferuntur: item plurimi Acarnanũ partim mediterranei, partim in oris maritimis ſiti, qui natura munitiſſimi ſunt: & quanuis ho-
93 rum nullum ceperis, omnes tamen ſponte imperata faciunt. Latrones enim rupes ac ſaxa incolunt, & præcipitiis ſe tutantur. Regi autem nihil fide & beneuolẽtia firmius nec munitius eſſe poteſt: hæc tibi Creticum pelagus, hæc Peloponneſum aperuit. Ab his orſus initiis cùm ſis, hoc ætatis hi te ſibi imperatorem præfecerunt, illi in ditionẽ tuam uenerunt. Loquente adhuc Arato, Philippus exta reddidit uati, ac manu illum trahens uelut ab eo ſibi illata ui, ac ciuitate erepta, Et huc, inquit, eandem proficiſcamur uiam. Poſt id tempus Aratus declinans aulam, & ſe à Philippi ſenſim conſuetudine ſubtrahens, in Epiro rogatus ab eo ut ſecum unà militaret, recuſauit, ueritus ne ſibi ex illius factis ignominia & dedecus cõflaretur. Cùm uerò à Romanis uictus turpiter amiſſa claſſe in Peloponeſum ſe recepiſſet, aggreſſus eſt iterum Meſſenios dolis capere: quod ubi minus ſucceſſit, ad apertam iniuriam uerſus eorum agrum popula-
94 tionibus uaſtauit. Tum Aratus ſe penitus ab illius amicitia & familiarite ſeiunxit, & in eum inimicum animum cepit: ad hæc conſcius eorum, quæ in nurum ab eo perpetrata eſſent, excruciabatur uehementer, ſed filium rem celabat, & ſibi illum cõtumelia affectum aſpicere tantùm dabatur, ulciſcendi uerò ac perſequendi iniurias facultas nõ erat. Maximè uerò Philippus à prioribus moribus immutatus uidebatur, quippe qui ex miti & manſueto rege ac modeſto adoleſcente in petulantem hominem & inſolentem tyrannum euaſerat. Verùm hæc haud quidem naturæ mutatio erat, ſed in licentia improbitatis enudatio, quę ob metum incognita diutius & obſcura manſerat. Fuiſſe autem eius cum Arato conſuetudinem ab initio uerecũdiæ ac timori admiſtam, ex iis quæ in illum poſtea geſſit, perſpicuè declarauit: nam cùm eum delere cuperet, quo uiuo non modò ſe tyrannum aut regem, ſed ne liberum quidem homi-

Regi nihil firmius beneuolentia.

nem ducebat esse, ui palàm nihil tentare ausus est, sed Taurionem unum ex ducibus 95
& amicis subornauit, qui ex occulto se absente ac longè remoto, ueneficio rem conficeret. Is Arato factus familiaris, ei uenenum comparat, non acutum & uehemens, sed eius generis, quod initio remissos calores & tenuem uentum in uentre excitat, deinde sensim tabe corpus inficit. Non tamen Aratum ea res latuit, sed ubi nullum deprehensæ & manifestæ cladi remedium est inuentum, ut communem aliquem & quotidianum morbum leniter ac silentio pertulit, nec præter unum ex familiaribus quisquam resciuit, quo in cubiculo præsente atque admirante, O Cephaleon, inquit, hæc
Arati mors. sunt præmia regiæ amicitiæ. Sic uita defuncto in Aegio, ubi decimum & septimum imperatorem gesserat, instabant Achæi ut ibi ad sepulturam daretur, & conueniētia eius uitæ monumenta fierent. Sicyonij magna se ignominia affici existimabant, si a- 96
libi, quàm in patria eius uiri corpus humaretur. Itaque ab Achæis ut sibi id permitterent impetrarunt. Sed cùm ueteri lege neminem intra mœnia humari liceret, & legi superstitio accessisset, miserunt in Delphos de his Pythiam scisciatum, à quo oraculum huiusmodi acceperunt:

Consultas Sicyon Arato gratissima tellus,
Vt pia defuncti celebrentur funera regis,
Sit quodcunque uiro, durum infensúmque feretur
Id scelus infandum cælo terráque maríque.

Renuntiato igitur responso, & Achæi cuncti lætati sunt, & Sicyonij in primis luctu in celebritatem mutato, continuóque ex Aegio cadauer ueste alba coronísque exornantes, cum pæana & choris in urbem intulerunt: sepulchro deinde optarunt locum 97
ueluti conditoris totius urbis celeberrimum & clarissimum, seruatorémq; suum magnificentissimo funere prosequuti sunt. Loco quo situs est usque ad nostram memoriam Arato nomen mansit. Immolant illi nonis Iuniis, quo die tyrannicum de ciuitate sustulit dominatum, quem mensem Athenienses Ἀρατεῶνα, ipsa uerò sacra Salutaria nuncupant, eius diei monumentum, quo Aratus in lucem editus memoratur. Priori sacro in honorem Iouis Soteris Thyepolus præfuit, secūdo Arati filius, torque nōn albo omnino, sed dimidia parte purpureo ornatus, & à Dionysij ministris carmina quædam ad cytharam canebantur. Gymnasiorū princeps subsequentibus pueris & adolescentibus unà pompam agebat. Post eos senatus coronatus sequebatur: reliquorū ciuiū turba pro arbitrio aderat. Quarum rerū hodie quoque uestigia quædā 98
expiati seruant, honorum uerò & uetustate & mutatione rerum plurimi interierunt. Aratus igitur senior ita uixisse, atque huiusmodi præditus ingenio fuisse traditur. Filium autē eius Philippus homo flagitiosus & perditus, ad hæc natura crudelis & cōtumelios⁹, medicamentis nō quidem lethalibus, sed iis quæ mēti officiunt, in insaniam uersum, cladem eius & pernicie appetens, ad horrēda ac nefanda facinora impulit, ut mors illi etsi iuueni ac florenti, malorum remedium & salutē afferre uideretur. Attamen Philippus huius impietatis hospitali Ioui ac sodalitio pœnas persoluit. Victus enim in bello à Romanis, sub eorum ditionem uenire coactus est, & tum alio imperio spoliatus, tum omnibus præter quinque amissis nauibus, mille insuper talēta cōuenit stipendiū pendere. Ad hæc obsidem dedit, & uixit misericordia hostium 99
Macedonia cum suis stipendiarijs permissa est. Cùm in necādis optimis quotidie & coniūctissimis uiris occupatus esset, horrore atque odio sui regnū uniuersum cōpleuit. Vnū tantūmodo in tantis calamitatibus leuamē Demetriū nactus eximia uirtute filium, eum ob honorem sibi à Romanis habitū, inuidia & suspicione uita priuauit. Perseum uerò alium filium, nō legitimum, sed supposititium fuisse ferunt, ex Gnathænio Medica quadam muliere genitum. Hic est de quo Aemilius Paulus triumphauit. Itaque Antigonici regni sublatis hæredibus, eius omne genus interiit. Arati autem genus Sicyone & Pellenæ usque nostram peruenit ætatem.

Galba

Galba.

INCERTO INTERPRETE.

PHICRATES Athenienſis idcirco exiſtimabat ſtipendiarium militem & diuitiarum & uoluptatum ſtudioſum eſſe oportere, quòd dum harum gratia largius cupit acquirere, ſe periculis audentius committat. Sunt autem permulti qui militis officium eſſe putēt, ut ueluti corpus ſanum, diuerſo ſuóque motu nunquam, ſed imperatoris arbitrio moueatur. Itaque Paulum Aemilium ferunt exercitui, quem loquacitati ſolùm & elegantiæ ſtudentem in Macedonia accepiſſet, edixiſſe, ut manum alacrem & gladium quiſque acutum haberet, cætera ſibi curæ fore. At Plato qui uidebat nihil neque ducem neque principem bonum effecturum, ubi
2 exercitus minus ſe temperantem obedientémque præſtaret, putabat obediendi uirtutem æquè atque imperandi, naturæ eſſe generoſæ educationiſque philoſophicæ, preſertim quę iram & uehementiā manſuetudine humanitatéque non inconcinnè temperaret. Ac cùm cæteræ calamitates multæ, tum ea quæ Romanis poſt Neronis obitū accidit, teſtimonio eſt, nihil eſſe in imperio formidabilius poteſtate militari, quæ indoctis utitur abſurdíſque conſiliis. Itaque Demades Alexandro mortuo, ſimilem eſſe dicebat Macedonum exercitum excæcato Cyclopi, quippe qui illum intueretur multis moueri motibus perturbatis & prauis. At Romanorum imperium ſi Demades inſpexiſſet, iiſdem affici agitaríque malis comperiſſet, quibus Titanas ferunt: in multas nempe partes diſcerptum, & undique in ſeipſum incurrēs, non tam ex eorum do-
3 minandi cupiditate qui imperatores appellarentur, quàm diuitiarum ſtudio & luxuria militū, qui imperatores inuicem ueluti clauos extruderent. Atqui Dionyſius Pheræum, cùm menſes decem regnaſſet in Theſſalia, ac mox interimeretur, tragicum tyrānum appellabat, celeré ſcilicet mutabilitatē cauillatus: at Cęſarum focus palatium ipſum breuiore tēpore quatuor imperatores ſuſcepit, cùm alium inducerent tāquam per ſcenam, alium educerent. Sed erat hæc una conſolatio oppreſsis, quòd non opus habebāt alia animaduerſione in authores, ſed eos à ſeipſis intuebātur occîdi: & illum certè primum & omnium iuſtiſsimè, qui ineſcauit militem, docuítque tantū eſſe ſperādum in Cæſaris mutatione, quātum ipſe promiſit, rem pulcherrimam illam à Nerone defectionem, mercede interpoſita, in proditionem calumniâ uertens. Nymphidius enim Sabinius, qui (ut dictum eſt) cum Tigellino aulæ præerat, ubi Neronē ce-
4 pit omnino deſperatio, nec erat dubium fuga in Aegyptum conceſſurum, exercitui perſuaſit tanquam abſente iam Nerone atque fugæ dedito, ut imperatorem Galbam ſalutarēt, & largitionem uiritim eſt pollicitus aulicis & militibus qui ita ſalutaſſent, numûm ſepties mille quingentos, his uerò qui extrà militarent, mille ducentos quinquaginta, quantùm colligere nonpoterat niſi multò pluribus omnes mortales oneraret malis, quàm Nero conſueuiſſet. Hoc enim perdidit continuò Neronem, & paulò pòſt Galbam. Nam alterum ut accepturi prodiderunt, alterum non accipientes occiderunt: mox illum quærētes qui tantùm promiſerat, deſertorem proditorémque occupant, ſeipſos etiam dum ſperatis potiri uolunt, conſumentes. Sigillatim igitur quæ geſta ſunt diligenter exponere, iuſtæ hiſtoriæ ſit. Sed quæcunque digna notatu Cæſa-
5 rum ſecundis aduerſíſque rebus acciderunt, nec à me quoque prætereūda ſunt. Galba Sulpitius quòd priuatus omniū ditiſsimus tranſiuit in Cæſarum familiam, omnes conſentiunt. Is quāquam ampliſsima Seruiorum domo plurimùm æſtimationis haberet, plus tamen Catuli cognatione ſibi ſumebat, uiiri qui cæteros ſuæ tēpeſtatis homines uirtute & gloria anteibat, quanquam ille quidem alios ſe plus poſſe non ini-

què ferebat. Erat etiam Liuiæ uxori Cæsaris Galba genere coniunctus. Itaque opera Liuiæ ex palatio processit cõsul. Ad hæc fertur exercitui in Germania cum laude præfuisse, Libyæque procõsul fuit inter paucos laudatus. At uilitas uictus & sumptuum parsimonia ac frugalitas fuit in causa, ut potitus imperio auarior haberetur: quã quidem uanam de se opinionem modestia temperantiáque pepererat. Accepit autem à Nerone Hispaniam prouinciam, cùm is nondum edoctus esset metuere magnos ciues in dignitate constitutos. Galbæ uerò, qui uideretur natura mitis, senectus ipsa fi- 6
dem religionis fecit. Cùm enim publicanis scelestis hominibus, qui prouincias crudeliter & inhumaniter uexabant, constitutus curator esset, quod solum tum potuit, sic prouinciarum calamitatem acerbè tulit, quasi communis iniuria esset: unde magno solatio damnatis uenundatísque fuit. Poemata quidem, quæ in Neronem edebantur, & multis in locis circunferebantur canebantúrque, minimè impediebat, neque ædilibus indignabatur, unde plus etiam diligebatur ab hominibus: erat enim illi familiaris, annum iam octauum militare imperium tenens, quo tempore Iunius Vindex Galliæ prætor insurrexit in Neronem. Quare ante defectionem ad eum literæ à Vindice missæ dicũtur, quibus neque credidisse, neque eas diuulgasse, neque detulisse fertur, cùm reliqui prouinciales epistolas ad se missas transmitterent ad Nero- 7
nem, & quantùm in ipsis fuit, id negotium interciperent: cuius ad postremum participes facti, tam suiipsorum, quàm illius proditores sese fuisse declarabant. Sed Vindex ubi post declaratum palàm à se bellum scripsit ad Galbam, eum hortans ad accipiendum imperium, ac seipsum Gallis corpori ualido caput quærenti præberet, qui millia uirorum armatorum centum haberent, & alia plura armare possent, rem proposuit amicis, quorum alij putabant expectandum esse, obseruandúmque dum motum atque impetum aliquem ad res nouas Roma afferret. Titus autem Iunius classiariorum dux, Quid ô Galba, inquit, cõsultatis? quærere enim num in fide Neronis maneamus, iam manentium est. Igitur uelut inimicus Nero sit, nunc aut prodẽda Vindicis amicitia non est, aut is est continuò accusandus, bellóque inuadendus, quòd 8
te Romanorum principem mauult, quàm Neronem tyrannum. Hinc præscripto die etiam per prouincias edicta dimisit Galba, author singulis uniuersísque conspirandi futurus: cuius rei rumor atque fama ubi emersit, collecta hominum multitudo est ad res nouas nõ impigra. Nondum igitur planè tribunal attigerat, cùm est ab omnibus Galba una uoce imperator salutatus. Is uerò haud continuò eam appellationem admisit: sed ubi Neronem accusasset, & illos quos peremerat uiros clarissimos defleuisset, pollicitus est se patriæ prospecturum, neque Cæsarem neque imperatorem, sed ducem senatus populíque Romani professus sese. Quòd autem rectè Vindex & cõsultè Galbam ad imperiũ reuocarit, etiã Neronis testimonio declarauit. Simulans enim contemnere se Galbam, ac nihili ducere res Gallorum, ubi de defectione audiuit (lauabat enim tum ac prandebat) euertit mensam. Cúmque senatus Galbam 9
hostem iudicasset, iocari & efferri apud amicos uolens, Non malum inquit sibi pecuniis egenti augurium incidisse. Et res quidem Gallorum cùm in seruitutem redigantur, prædæ fore: Galbæ uerò facultates, quoniam hostis iam declaratus esset, uendere oportere. Ac iubebat quidem bona Galbæ uendi. Quæ cùm Galba audisset, ea omnia uendens quæ Nero habebat in Hispania, multos reperit ad emendum alacriores. Cùm uerò plures à Nerone deficerent, ac se Galbæ omnes officiosè asciscerent, solus Clodius Maurus in Libya, & Virginius Rufus, qui in Gallia Germanicum ducebat exercitum, per sese agebant, non idem institutum habentes. At Clodius quoniam rebus rapiendis studuerat, ac uirorum cædibus, haud obscurum erat hunc propter crudelitatem & auiditatem errabundum, neque imperium posse continere, neque dimittere. Virginius autem qui legionibus potentissimis præ- 10
erat, à quibus persæpe imperator appellabatur, colebatur, neque accepturum se dicebat

cebat imperium, neque cõmissurum ut alij daretur, qui minus à senatu electus foret. Hæc nõ parum Galbã principio turbabant: sed ubi Virginij Vindicísq; exercitus, qui ui quodãmodo ipsos duces, ueluti aurigas, qui frænis dominari non possunt, magnã ad pugnã excitarant, simul conflixerunt, ac Vindice seipsum interimente, & uiginti millibus Gallorũ cæsis; rumor esset omnes cupere ob eiusmodi uictoriã, ut Virginius imperium susciperet, aut rursus ad Neronẽ conuertantur, tunc demũ Galba omnino metuẽs Virginio scripsit, rogans ut cõmuniter pro tuendo Romanis imperio, & pro libertate agat. Ac rursus cum amicis in Coloniã Hispaniæ urbem secedẽs, magis circa pœnitentiã rerum factarum, & desiderio otij consueti, quàm circa ullas res necessarias tempus terebat. Iam æstas erat, cùm paulò ante crepusculum uenit Roma Sice- 11
lus, uir intra septimum diem libertate donatus, qui audiẽs Galbam quiescere solum, confestim ad eius cubiculum pergit, quod repugnãtibus cubiculariis ui patefactum ingressus nuntiauit, ut etiam uiuo adhuc Nerone, sed latente, exercitus primùm, deinde populus & senatus imperatorem Galbam appellarit. Paulò autem pòst nuntiatũ esse illum obiisse mortem, sed nullo modo quidem credidisse se aiebat, donec ingressus mortuum iacentémque Neronem uidisset, atque ita tandem abiisse. Hoc nuntiũ Galbam extulit; ad cuius fores hominum multitudo magnam in ipso fiduciam habens confluebat, etsi celeritas adimebat fidem. Sed biduo quoq; Titus cum aliis multis ab exercitu uenit, quæ senatus censuisset sigillatim exponens. Hic igitur in ordinem honestũ prouectus est: liberto uerò tum anulos aureos dedit, & Martianus Vi- 12
cellus iam uocatus primas inter libertos habebat. At Romæ Nymphidius Sabinus non sensim atque paulatim, sed summatim simul omnia per rerum turbationem sibi uindicabat, inquiens Galbam senem esse, ac uix satis Romam lectica propter senium uehi posse. Erat enim annos tres & LXX natus. Qui uerò ibi erat exercitus, cùm diu antea beneuolo animo in eum fuerat, tum hoc tempore cùm ab uno solo sustentaretur, illum propter largitionis magnitudinem benefactorẽ existimabat, Galbam autẽ debitorem. Continuò igitur Tigellino collegæ gladium ut poneret imperauit, faciebátque conuiuia, quibus uiros consulares accipiebat, atq; prætorianos, addens etiam nomen Galbæ ipsis inuitationibus. Multos instruxit qui dicerent, mittendum esse ad Galbam qui ab eo peterent, ut perpetuò præfecto Nymphidio esse sine collega liceret. Cùm autem senatus in eius honorem multa taceret, appellãs benefactorẽ, & assi- 13
duè currens ad eius fores, omnibus illũ sententiis præesse ueller cõfirmarétque, multò redditus est audacior, adeò ut breui tempore illis à quibus colebatur non solùm foret inuidiosus, sed etiam formidabilis. Cúmq; ministri publici à cõsulibus deligerentur, qui decreta & diplomata, quæ uocant obsignata imperatori portarent (quæ proceres urbis cùm animaduertũt, summa uehiculorũ cõtentione tabellarios præuertere cõsueuerũt) non mediocriter Nymphidius est turbatus, quòd & signũ & ministros non ab ipso acceptos misissent. Quin fertur de cõsulibus consultasse. Deinde cùm illi sese expurgassent, ac precibus institissent, remisit iram. Gratificatus autẽ populo, nequa- 14
quam obstitit si quis ex Neronis familiaribus exturbaretur, fustibúsq; cæderetur obuius. Quare Spiculum gladiatorẽ statuis Neronis, dum detraheretur, subiectũ in foro necarunt, & Aponium quendã ex delatoribus reuolutum superactis plaustris saxo oneratis oppresserunt. Alios etiam permultos discerpserunt, & quosdam sanè, qui nihil per iniuriam perpetrarant. Itaq; Mauriscus, qui uir optimus & erat & uidebatur, dixit ad senatum, se metuere ne breui Neronem desiderarẽt. Adeò uerò Nymphidius magna spe fuit, ut non sit ueritus Caij Cæsaris illius filius appellari, qui pòst Tiberiũ imperauit. Nouerat enim Caius, ut uidetur, matrem illius cùm esset adolescẽs, è liberto Cæsaris natam: fuit enim illa aspectu minimè iniucundo, & nouit illam quidem in tabernis medicinariis mercede non satis honesta. At fuit eius mulieris cum Cæsa- 15
re congressus (ut uidetur) posterior Nymphidij natali. Erat autem suspicio, natum

esse ex Martiano gladiatore, hunc enim propter gloriam ipsius Nymphidia amabat. Magis enim uisus est ob similitudinem formæ illius esse. Verùm fassus se Nymphidia matre natum, Neronis interitum sibi soli ascribebat. Huius autem interitus cùm nõ satis ea præmia esse duceret, quòd & honoribus frueretur & pecuniis, quódq; dormiret cum Neronis Sporo, quem ab ipso rogo dum cadauer adhuc cremaretur, cõtinuò accersitum loco nuptæ haberet, Pompeiúmque appellaret: sed ad successionem imperij nitebatur. Et alia ipse Romæ clàm per amicos moliebatur, per mulieres quasdã uirósque senatores, qui ei occultè adiutores erant. Vnum uerò ex amicis Gellianum in Iberiam misit, quæ agebantur consideraturum. At Galbæ post Neronis obitum e- 16
rant secunda omnia, præterquam quòd Virginius Rufus dubius adhuc, solicitum illum reddebat, ne, quoniam exercitum cui præerat, magnum bellicosissimúmque, uicto Vindice, addidisset, cepisséque magnam partem Romani imperij, uniuersam scilicet Galliam, quæ rebellando fluctuabat, ad imperium se inuitantibus obtemperaret. Nullius enim quàm Virginij neque nomen maius erat neque præclarius, perinde atque maximo is momento, & Romanos simul molesta tyrannide, & bellis Gallos liberasset. At ille tunc iisdem quibus initio cogitatibus insistens, electionem Imperatoris senatui reseruabat. Verùm declarato iam obitu Neronis, tunc multi rursus addebantur Virginio, & quidam ex iis tribunis, qui erant in tabernaculo, districto ense ei instabant, ut uel imperium uel ferrum admitteret. Sed posteaquam Fabius 17
Valens, qui uni præerat legioni, iurauerat primus in Galbam, & literæ ex Roma allatæ sunt, quibus de rebus senatus decreuisset, difficulter licet & uix, tandem militibus persuasit, ut Galbam Imperatorem appellarent. Et quem is successorem miserat Flaccum Ordeonium admisit, illíque legionem tradens, ipse Galbæ deinde aduenienti profectus est obuiam, simúlque reuertens, neque iram neque honorem manifestè assequutus. Et alterius quidem rei Galba causa fuit, quoniam uirum illum uerebatur: alterius uerò amici Galbæ, præsertim Iunius Titus, qui cùm Virginio inuideret, putabat arcẽdum esse, ignarus bono Virginij genio adiutorem se succedere, qui uirum illum à bellis & malis quæcunque duces alios occupabant, in securam uitam & senectutem, pacis & quietis plenam subduceret. At Galbã senatus oratores circa Narbonẽ 18
urbem Gallicam offendentes, læti salutarunt, rogarúntque ut se quamprimùm desideranti populo ostenderet. Hic uerò præter colloquia & congressus, quibus humanè & populariter utebatur, tum inter cõuiuia cùm multus apparatus, & cultus magnus adesset, quem ex rebus Neronis ad ipsum antè miserat Nymphidius, nullo tamen illorum, sed suis utens, ingenti uir animo, & minimè ineptus uidebatur. Verùm statim generosa hæc, fastúsque uacua, & ciuilia, ad popularem captandam gratiam pertinere Iunius declarans, tumorémque esse ingentem, qui seipsum modò demitteret, persuasit ut Neronis pecuniis uteretur, & in conuiuiis ne parceret regiis sumptibus. Itaque senex paulatim animum suum Iunio submisit. Erat autẽ Iunius argento uel ma- 19
ximè etiam in qualibet re leuissima addictus, tum adulteriis obnoxius. Cùm adhuc enim esset iuuenis, militarétque sub Caluisio Sabino primam militiam, uxorem ducis luxuriosam fœminam noctu traduxit in castra uestem indutam militarem, eámq; inter principia, quæ uocant, constuprauit. Ob quam rem eum C. Cæsar in uincula cõiecit: quo mortuo, Iunius secunda fortuna usus uinculis est solutus. Et cùm apud Claudiũ Cæsarem cœnaret, argenteum poculũ clàm sustulit. Quod Cęsar cùm audisset, rursus postridie ad cœnã hominẽ inuitauit: qui cùm uenisset, iussit ministros, nullum illi argenteum poculũ, sed fictilia omnia afferrent atq; apponerẽt. Hoc igitur Cęsari propter comicam moderationem uisum est non ira, sed risu dignum. Sed quæ is, Galbam obsequentem sibi habẽs & opibus plurimùm pollens, egit, tragicarũ ærumnarum miseriarúmq; magnarum aliis causam, aliis prætextũ præbuerũt. Nymphidius 20
enim cumprimũ Gellianus quem miserat Galbæ uelut speculatorẽ, ad se reuertisset,

audiens

audiens & aulæ & satellitum esse Cornelium Laconem præfectum declaratũ, sed rem uniuersam esse sub Iunij potestate, sibi autem nunquã licere iuxta Galbam stare, aut seorsim accedere, ut quem omnes sint obseruaturi, turbatus est, congregatísque ducibus, Galbam ipsum senem esse probum quidem dicebat & moderatũ, uerùm qui minimè suis consiliis uteretur: ab Iunio & Lacone res non bene administrari. Prius igitur quàm assequuti acciperent, quod robur Tigellinus habebat, mitti oportere ab exercitu oratores ad Imperatorem putabant, qui docerent, si ex amicis hos solos duos amouerit, iucũdiorem se omnibus desideratiorémque futurum. Sed ubi hæc nõ persuasit, absurdúmq; & minimè conueniens uideretur, ducem senem, perinde ac præ-
21 esse nuper didicisset, quibus amicis uti aut nõ uti oporteat, docere uelle, alia rem aggressus uia, ad Galbam scripsit, terrorem iniiciens, nunc esse in urbe subdola multa & excitata, nunc Clodium Marcum in Libya uecturam rei frumentariæ detinere, rursúsque moueri legiones Germanicas, & de copiis Syriæ & Iudææ similia audiri. Quibus cùm Galba neq; admodum attentus esset, nec crederet, decreuit prior rem aggredi: etsi Clodius Celsus Antiochensis, uir tum prudens, tum ei beneuolus ac fidus, hinc dehortaretur, ne unam quidem familiam esse Romæ dicens, quæ Nymphidium Cæsarem salutaret. Deridebant autem multi Galbam, tum Mithridates Ponticus in calumitium eius rugositatémque cauillans, nunc ait quendam uideri Romanis esse, con-
22 spectum autem tum ubi Cæsar salutabitur, uisum iri deridiculum omnibus. Decretum est igitur, ut circa mediam noctem Nymphidium agentes in mediam multitudinem, declarent imperatorem. Primus autem ex tribunis Antonius Honoratus ad uesperam collectis quibus præerat militibus, nõ insulsè accusauit tum ipsum Nymphidium, tum alios qui breui tempore toties sententiam mutarent, nulla consideratione, nulla electione meliorum, sed dæmone quodam agitati, à quo ipsi ex proditione in proditionem impellerentur: ac priori quidem rectè obtendi Neronis crimina, nunc uerò quòd Galbam prodant, quam necem matris accusent, iugulationémue uxoris? quam Thymelen uereantur, imperatorísue tragœdiam? Sed nec Neronem quidem ob hæc deserere passi fuissemus, nisi Nymphidius nos persuasisset, desertos ab illo nos prius in Aegyptum fugisse. Vtrum igitur Neroni Galbam sacrificabimus, & Nymphidia natum legentes, Cæsarem Liuiæ filium necemus, quem-
23 admodum Agrippina natum necauimus? An huic potius eorum, quæ perpetrauit pœnam inferentes, ostendamus nos ipsos tum Neronis ultores, tum bonos Galbæ fidósque custodes? Hæc tribuno militum dicenti, omnes sese milites addiderunt, atque alios adeuntes, ut insisterent in fide erga imperatorem rogabant, plurésque in eam sententiam traduxerunt. Sublato autem clamore, Nymphidius, siue quòd crederet (ut quidã putant) à militibus se iam uocari, siue festinaret anticipare rem adhuc ambiguam, processit sub multa luce, orationem quandam secum ferens scriptam in libro, quam à Cingonio Varrone compositam meditatus erat habere ad milites. Sed cùm uidisset portas castrorum clausas, & in muris multos amatos, timuit, accedénsque rogauit quid uellent, & cuius iussu in armis essent: redditáque ab omnibus una uoce, Galbam decernere imperatorem, ille quoque concurrens secundo cla-
24 more laudauit, ídque ut qui sequebantur facerent, iussit. Et cùm hi qui ad portas erant sinerent eum cum paucis ingredi, lancea feritur, quam quidam ante ipsum excepit scuto Septimius: cúmque alij districtis ensibus impetum facerent, fugiens fugatúsque in casa militis iugulatur, eiúsque cadauer trahẽtes in medium cancellis circunseptum, spectaculo uolentibus interdiu præbuerunt. Sed cùm ita Nymphidium interemptum Galba audisset, & qui cum eo coniurarant iussisset interfici, inimici omnes continuò perierunt. In quibus etiã Cingonius fuit is, qui orationem scripserat, & Mithridates Ponticus. Visus est non legitimè, tametsi iustè, neq; popularitèr peremisse ante iudicium, uiros minimè obscuros. Aliam enim imperij formã acceperant

omnes,decepti,quemadmodũ fit,his quæ initio dicebantur.Ad hæc eos maiore moleſtia affecit, quòd uir cõſularis fidúsq; Neroni mori iuſſus eſſet Petronius Tertullianus.Maronem enim in Libya per Trebonium,& Fronteium in Germania per Valẽtem interimens,eo prætextu eſt uſus,quòd eos cùm in armis militaribus fuiſſent,metuiſſet. Tertullianum uerò & ſenem, & nudum, & inermẽ audiuiſſet certè, nec repuliſſet,ſi moderationẽ quam præ ſe ferebat,opere fuiſſet obſeruaturus. Hæc igitur huiuſmodi uituperationibus fuere obnoxia. Sed ubi accedens abeſſet ab urbe circiter quinq; ac uiginti ſtadia,incidit in petulantes & tumultuarios quoſdam remiges,qui uias præoccuparant,& undique erant circunfuſi.Hi autem erant quos circiter unam legionem collectos inter milites retulerat Nero. Et tunc præſente imperatore, nec ut confirmarentur militia, nec ut luſtrarentur, nec ut audirentur aderant, ſed cum clamore tumultuabantur,ſigna legioni locúmque petentes. Illo autem cunctante,& ut iterum dicerent iubente,tum hi negationem eam uideri dilationem inquientes,turbabantur,& nec clamori parcentes quidem eum ſequebãtur.Cúmque aliqui gladios diſtrinxiſſent, iuſſit Galba equitatum in eos irruere: itaque illorum ſubſtitit nemo, ſed alij continuò auerſi,alij fugientes perierunt, neque bonum neque fauſtũ hi Galbæ auſpicium facientes,cùm per multam cædem tótque cadauera in urbem ingrederetur. Ac qui eum antea contemſerat, ut infirmum ſenémque, tunc ut horribilem omnibus & formidabilem metuebat. Cúmque uellet oſtendere magnam mutationem circa immenſas largitiones ſumptúsque Neronis, ipſe haud ſatis decorem obſeruauit.Cùm enim Canus tibia caneret inter cœnandum (Canus autem hic antea illi auditu pergratus erat)ubi tibicinem laudaſſet,eſſétque ipſo delectatus,iuſſit afferri ſibi árculam, unde aureos quoſdam acceptos Cano in manus dedit, dicens, ex priuatis, non ex publicis pecuniis ſe donare. Quas uerò largitiones Nero dederat ſcenicis palæſtricísque,eas uehementius repeti præter decimam partem cùm iuſſiſſet, deinde parum colligens(nam qui acceperant eas largitiones plurimi conſumpſerant, homines in diem uiuentes, ac uictu ſatyrici)eos, qui ab iis aut emerant quippiam aut acceperant,requirebat,& ab ipſis exigebat.Cúmque res modum non haberet, ſed longius tẽderet procederétque in multos, Galba quidem infamiam, at Iunius inuidiam ſibi atque odium cõparauit, ut qui aliis omnibus auarum ducem ſordidúmque præſtaret,ipſe uerò prodigè utens, & caperet & uenderet omnia. Heſiodus enim & incipiente, & finiente cado expleri dicit oportere: ſed Iunius infirmum uidens atque ſenem Galbam,fortuna implebatur,tanquam ea eodem momento oriente & occidente. Senex autem ex mala Iunij adminiſtratione initio patiebatur iniuriam: præterea quę ipſe rectè conſultaſſet,Iunius impediebat,quale fuit Neronianorum ſupplicium. Improbos enim occîdit,in quibus fuit Elius, & Polycletus, & Petinius, & Patrobius. Populus uerò plaudebat, & dum hi per forum agerẽtur, clamabat & pulchram illam eſſe & piam pompã, ac deos hominésque expoſcere magiſtrum pædagogúmque tyrannidis Tigellinum. Tigellinus autem homo ſcilicet generoſus, magnis pignoribus corruperat Iunium.Tertullianus uerò cùm nec prodidiſſet,neq; odiſſet Galbam, Iunij odio, nulla alia re perpetrata', mortem luit. Tigellinus uerò, qui Neronem fecerat morte dignum, & eundem talem deſeruerat prodiderátque, adhuc ſupererat, magnum documentum, nihil eſſe apud Iunium infectum, neque dantibus non ſperandum. Nullius enim ſpectaculi cupiditate Romanus populus magis tenebatur, quàm ut uideret Tigellinum iudicio circunuentum.Et cùm nunquam ceſſaret, neque in theatris,neq; in ſtadiis,petere Tigellinũ,increpatus eſt imperatoris edicto,reſpondentis, Nõ multùm tẽporis uicturum etiã Tigellinũ, tabido morbo cõſumptũ: illos uerò deprecantis ne exacerbarent,neque facerent tyrannida ex imperio. Iunius uerò & Tigellinus uidentes interim plebis offenſam,hic quidẽ pro ſalute recuperata, diis ſplendido epulo ſacrificauit:ille uerò poſt cœnam ab imperatore ſurgens corã eo ſaltauit,

Sordes notat. Vide Suetonium.

ſaltauit,filiam ducens uiduam, cui Tigellinus propinauit ducẽta quinquaginta mil-
30 lia numũm, iuſſítque mulierem, quæ pellicibus præerat, monile collo detractum, quod centum & quinquaginta millium eſſe dicebatur,ei aptare. Hinc factum eſt,ut etiam moderatè geſta calumniã haberent, quemadmodum res aduerſus Gallos, qui Vindici auxilium tulerũt. Videbantur enim non imperatoris humanitate,ſed ab Iunio emẽtes,remiſſionem tributorum,& rempublicam aſſequuti.Ob hæc igitur multitudo erat aduerſus imperatorem irata.Milites uerò cùm largitionẽ non acciperent, primùm ſperabant,ſi non quantùm promiſſum erat,at quantùm Nero dederat,hunc ſoluturum eſſe:ſed fruſtra: Galba enim ubi audiuit,quid illi ſibi uitio darent,uocem
31 emiſit magno dignam imperatore,quippe qui diceret,morem eſſe ſibi deligere, non emere milites.Vbi hoc illi audiſſent,graui in eum odio immaníque ſunt accenſi.Videbatur enim non ipſe ſolus eos priuare, ſed legem ferre, ac docere poſteros imperatores.Verùm adhuc Romæ erat obſcurus motus: & reuerẽtia ſimul quædã erga præſentem Galbam, tumultum ad res nouas hebetabat retardabátque: & quòd nullum manifeſtum mutationis principium uidebatur,id includebat quodammodo eorum maleuolentiam. Sed hi qui prius ſub Virginio, tunc uerò ſub Flacco in Germania erant,ob eam pugnam quam pugnarant aduerſus Vindicem,magnis ſe rebus dignabantur: itaque nihil aſſequuti, nullam principum conſolationem, nullam exhortationem admittebant:ipſum autem Flaccum,quoniam eſſet propter uehementiſſimũ dolorem pedum corpore imbecillo, rerúmque imperitus, habebant omnino pro nihilo.Et cùm eſſet quandoque ſpectaculum, ac tribuni militum turmarúmq; ductores pro Romanorum conſuetudine bonam fortunam imperatori Galbæ precarentur, multitudo primùm tumultuabat, deinde precari illis perſeuerantibus contrà clamabat, Si dignus. Huiuſmodi quoque alia cùm ab iis legionibus quibus præerat Tigellinus, per contumeliam ſæpe dicerentur, literæ ad Galbam à procuratoribus mittebantur. Hic autem perterritus,quòd non modò ob ſenium, uerumetiam quia careret filiis contemptui foret, conſultabat ſibi adoptare adoleſcentem aliquem ex illuſtribus, eúmque declarare imperij ſucceſſorem. Erat autem Marcus Otho genere quidem minimè obſcurus, ſed deliciis & ſtudio uoluptatum continuò à pueris, Romanorum omnium maximè deditus. Vt enim Alexandrum Homerus, Helenæ comatæ uirum, cùm nihil haberet ad gloriam aliud quo illum decoraret,ab uxo-
33 re nominauit ſæpe: ſic erat Otho famoſus Romæ ob nuptias Poppeiæ, quam cùm eſſet Criſpini coniunx amauit Nero: uerùm ſuam uxorem ueritus ac matrem metuens, ſubornauit Othonem, qui Poppeiam tentaret. Vtebatur enim Othone & amico Nero & contubernali, propter prodigalitatem & luxuriam, & cùm ille in eius perſæpe tenuitatem atque auaritiam cauillaretur, gaudebat.Fertúrque cùm aliquando uteretur Nero pretioſiſſimo unguento, & Othonem eo perfudiſſet, illum quoque poſtridie Nerone conuiuio accepto, ſimul undique argenteas aureásque fiſtulas repentè propoſuiſſe, quæ tanquam aquam unguentum effunderent atque diluerent. Ac Poppeiam cùm ille Neroni corrupiſſet, illius ſpecie ingreſſus, perſuadendo effecit, ut ea uirum dimitteret. Eam cùm nuptam apud ſe haberet, ægrè ferebat communem eſſe Neroni, & concedere indignabatur: quam rem non iniquè tuliſſe
34 Poppeiam ferunt. Etenim excluſiſſe Neronem dicitur abſente Othone,ſiue quòd uoluptatis ſatietati uarietate cuperet mederi,ſiue,ut putant,quòd Cęſaris nuptias grauiter ferret,cùm interea proſtituere ipſus ſeſe propter libidinem non ceſſaret.Itaq; parũ defuit quin periret Otho,fuítq; mirum,quòd qui & uxorem occiderat,& ſororem ob Poppeiæ cõiugium,Othoni pepercerit.Seneca beneuolo utebatur:is ſuaſit Neroni ut Luſitanorũ dux ad Oceanum Otho mitteretur. Et cùm ſciret datum imperium eſſe prætextũ exilij,neq; grauem ſeſe neq; moleſtũ ſubditis præſtitit. Cùm uerò Galba defeciſſet,ipſe primus acceſſit ex ducibus,& quantũ argenti auríque habebat in poculis

Vide Suetonium in Othone.

ac menſis, ſecum afferens, argentario ut in numos uerteret dedit, atque eos famulis numerauit, qui miniſtrare imperatori cõſueuerant circa uictum. Cúmque in aliis ei 35
fidus eſſet ſpecimen dedit, nemine inferiorem rerum peritia eſſe ſe. Cùm iter multos dies unà faceret, cõmuni itinere cõſuetudinéque, tum colloquutionibus & muneribus Iuniũ ſibi cõciliauit, & ex omnibus maximè ſe ei ſubmittens effecit, ut iam prorſus haberet ſecundũ poſt illũ poteſtatis locũ. Hac autem re ſine inuidia erat ſuperior, quòd ubique adiumento eſſet indigentibus, & quidem gratis, quíq; ſe præſtaret affabilem omnibus & humanũ, ac plurimam uiris militaribus opem ferret, multósque promoueret in exercitu duces, partim petens ab imperatore, partim Iuniũ atq; libertos Vicellum & Aſiaticũ rogans. Nam hi erant aulicorũ potentiſſimi: & quoties Galbam epulo acciperet, cohortem ſemper quæ ad cuſtodiã aderat corrumpebat, aureos ſingulos donãdo. Quibus rebus ipſum honorare uidebatur, quòd eo ſtudio & popu- 36
lari gratia in milites uteretur. Cùm igitur Galba de ſucceſſore conſultaret, Othonem indicauit Iunius: at ne id quidẽ gratis, ſed ea conditione, ut Otho cùm fuiſſet adoptatus à Galba, ſucceſſórq; imperij declaratus, filiã ſuam uxorem duceret. Erat enim minimè obſcurum, ſemper cõſueſſe Galbam bonum publicum priuato ſuóq; anteponere, & nõ eum ſibi adoptandum quærere, quo eſſet maximè delectatus, ſed qui Romanis foret utiliſſimus. Videtur autem circa proprias tantũ pecunias Othonem hæredẽ nõ inſtituiſſe, quoniam & intemperantem noſſet, & ſumptuoſum adoleſcentem, æréque immerſum alieno, ad quinquagies decies centena millia. Vnde Iunio audito, cũ ſilentio atque mãſuetè quod inſtituerat differebat. Sed ubi eum declaraſſet cõſulem, Iuniúmq; collegam, exiſtimabatur anni principio ſucceſſorem adoptaturus. Erátque 37
militibus periucundum, Othonem magis, quàm alium quenquam appellatum iri. Verùm deprehendit eum cunctantem adhuc atq; conſultãtem de effringendis rebus Germanicis. Nam cõmuniter omnes, qui erant in exercitu, Galbam oderunt, quoniã largitionem nõ ſolueret: priuatim uerò Virginium Rufum illi obiiciebant, qui erat deiectus cum ignominia: Gallos uerò, qui geſſiſſent aduerſus ſe bellum, largitiones conſequi: at quicunque ſe Vindici nõ addiderant, ſupplicio affici. Vindici ſoli Galbã dare gratiam atque honorem mortuo, illúmque publicis expiationibus uenerãdum eſſe, perinde atque Rom. imperator huius beneficio eſſet declaratus. Cùm huiuſmodi ſermones apertè iam in caſtris circunferrentur, noua luna primi menſis, quas Calendas Ianuarias uocant, iam imminebat. Tum cogente eos Flacco ad iuſiurandũ, quòd per imperatorem iurare mos erat, hi quidem accedentes Galbæ imagines euerterunt, 38
demoliebãtúrque: ſed cùm iuraſſent iuſiurandum, per ſenatum populúmq; Romanũ ſoluti ſunt. Deinde detulit ad prætorianos Flaccus, metuere ſe eam inobedientiam ad defectionem pertinere, hîc quidã in hunc ſermonem prorupit: Quid patimur, ô cõmilitones, qui nec alium ducem facimus, nec qui nunc eſt obſeruamus, tanquam nõ Galbam, ſed eum imperatorem, quem cùm regere decebat, regi ducíque patitur ab aliis, deteſtantes? Itaque Flaccum Ordeoniũ, qui aliud nihil ſit, quàm umbra & ſimulachrum Galbæ, dimittamus. At à nobis diſtat unius diei itinere Vitellius, Germaniæ ductor, qui cùm patre ſit eo natus, qui & prætor & ter conſul fuit, & Claudio Cæſari quodammodo collega, tum ipſe, quã aliqui paupertatem uitio dant, clarũ documentum probitatis magnanimitatíſq; oſtendit. Agite per huius electionem oſtendamus 39
cũctis hominibus nos Iberis eſſe Luſitanísque potiores, qui imperatorem eligamus. Hæc aliis libenter iam admittentibus, aliis nõ admittẽtibus ſignifer unus clàm egrediens rem Vitellio nũtiauit noctu, multis apud eũ cœnãtibus. Qui ſermo cùm inter exercitus diſperſus eſſet, primus Fabius Valens unius dux legionis poſtridie cũ magna equitũ manu ueniens, imperatorẽ Vitellium ſalutauit. At Vitellius priores quidem dies uiſus eſt, quoniã imperij magnitudinẽ metueret, ab ea re abhorrere, planéq; eſſe alienus. Tũc autem ferunt cùm eſſet uini & cibi meridiani plenus, acceſſiſſe, eósq;
audiſſe

audiſſe à quibus eſſet Germanicus nominatus, Cæſaris tamẽ nomen haud admiſiſſe. At continuò qui cùm Flacco erat exercitus, pulchrum illud popularéque iuſiurandũ
40 in ſenatũ omittentes, Vitellio imperatori iurati ſunt facturos ſe imperata. Et ita quidem appellatus eſt in Germania imperator Vitellius. Verùm Galba cùm audiſſet, quî ad res nouas tumultus fiebat in Germania, amplius adoptionem nõ diſtulit. Nã cùm amicos noſſet quoſdam pro Dolabella, plures pro Othone ambire, quorum ipſe probabat neutrum, ſubitò præfatus nihil, Piſonem accerſiuit, Craſſi Critonísque nepotẽ, quos interfecit Nero, adoleſcentem illum quidem & decoro planè & ſeuero ad uirtutem omnem ingenio, deſcendebátq; in caſtra illũ Cæſarem & ſucceſſorem declaraturus. Atqui exeuntem continuò magna prodigia ſequuta ſunt. Cúmq; cœpiſſet alia dicere in caſtris, alia legere, toties tonuit atq; fulgurauit, tãtúsq; imber atq; caligo in caſtra urbémq; fuſa eſt, ut palàm fieret neq; acceptam eſſe, neq; probari numini eam adoptionem. Erant etiã milites ſubinfenſi ac triſtes, quoniã ne tum quidem iis largi-
41 tio data eſſet. Piſonem uerò, qui præſentes ex uoce uultúq; faciebãt coniecturã, mirabantur quòd nõ ſolùm ſtultè, ſed intrepidè tantam gratiã acciperet. Quemadmodũ quoq; apparebãt permulta ſigna in Othonis facie, qui amarè & iracundè ferret, quòd ſe ſua fefelliſſet ſpes, qua primũ dignus iudicatus, cùm à qua potiunda non longè abfuiſſet, eam ſibi non contingere, ſignum eſſe ducebat odij ſimul ac maleuolentiæ in ſe Galbæ. Quare ſine metu in poſterum eſſe non poterat. Sed & Piſonem timens, & aduerſus Galbã cauſam inueniens, iratúsq; Iunio, perturbatiſſimus abiit. Nec enim ſpẽ relinquere omninóq; deficere eum ſinebãt, quos habebat apud ſe ſemper uates Chaldæíque, & Ptolemæus maximè, eò firmior apud Othonẽ atq; ualidior, quòd ſæpe ue-
42 ritatem prædixiſſet: quale illud, Nõ fore ut eum Nero interimeret, ſed priorem illum moriturũ, ipſum uerò ſuperfuturũ & imperaturum Romanis. Nam quoniã illud uerum Ptolemæus oſtendiſſet, rogabat ne de his ſpem abiiceret. Non minus etiã hi, qui ſimul clàm angebantur, ſimúlq; ſuſpirabant cum Othone, tanquã in eum Galba eſſet ingratus. Plures etiam Tigellini Nymphidiíque familiares, qui in dignitate fuerant, tunc deiecti humiliorésq; redditi, ad eum ſeſe errabundi recipiebant, atque eundem exaſperabant. Erántque in iis Iturius & Barbius, alter opio, alter teſſerarius: ſic enim uocantur, qui nuntiorũ ſpeculatorúmq; officio funguntur. Cùm his enim Othonis libertus Onomaſtus incedebat, alios argento corrũpens, alios ſpe, qui exulcerati anſa tantũ aliqua egebãt. Vix dies quatuor tranſierãt (tot enim erãt inter adoptionẽ & iugulationẽ) cùm ſanus exercitus mutaretur omnis: nã ſexto die perierũt, qui eſt XVIII
43 Cal. Februarias. Nã illo die diluculo Galba preſentibus amicis ſacrificabat in palatio: augur uerò Vmbricius, cùm primùm in manus hoſtię accepiſſet exta, illíſq; antè uiſis nõ per ænigmata, ſed palàm apertéq; dixit, ſigna magnæ turbationis periculúmq; & dolũ capiti imminere imperatoris, deo propè manu Othonem captũ tradẽte. Aſtabat enim Otho poſt Galbã, & iis quæ dicebãtur monſtrabantúrq; ab Vmbricio, attentũ ſe præſtabat, & colorem aliũ ex alio propter timorẽ ſubinde mutabat. Interea Onomaſtus libertus, qui ſtabat iuxtà, ueniſſe architectos dicit, & eum domi expectare. Erat autẽ id ſignũ temporis, ad quod oportebat Othonẽ obuiã ire militibus. Igitur cùm ſe diceret ædiũ, quas ueteres emiſſet, uelle partes ruituras ciuibus oſtẽdere, abiuit, deſcendénſq; per ædes quæ Tiberij uocãtur, gradiebatur in forũ, ubi ſtabat* colũna au-
44 rea in quã inciſæ omnes Italiæ uiæ finiũt. Hîc primos qui eum acceperũt, ac ſalutarũt imperatorẽ, nõ plures fuiſſe aiunt uigintitribus. Quare tametſi nõ corporis mollitiæ atq; animi effœminationi erat obnoxius, ſed temerarius potius in periculis atq; immobilis, extimuit tamen. Verũ qui aderãt, id paſſi non ſunt, ſed diſtrictis enſibus eius lecticã circũeuntes tolli iubebãt, eo ſæpe periſſe ſe ſubmurmurãte, illósq; qui lecticã ferebãt accelerare imperãte: exaudiebãt enim aliqui, hi quidẽ admirati magis q̃ turbati, ob audientiũ paucitatẽ. Huic dum ita per forũ ferebatur, totidẽ alij occurrerunt,

* *Milliarium aureũ Suetonius uocat.*

rurſúsq; ter totidem quatérque adiungebantur: inde conuertebantur omnes Cæſarẽ appellantes,diſtrictósq; enſes prætendentes. Vnus uerò ex tribunis militum, qui caſtrorum cuſtodiã habebat Martialius(ut aiunt)ignarus negotij, réque inopinata exterritus ac metuens,ingredi permiſit,cúmq; intus foret,obſtitit nemo.Nam ignorãtes,quæ gerebantur ex cõpoſito,ab his circundati,qui erant conſilij eius conſcij, ſinguli biniue ſparſim primùm formidine, deinde ſuaſione eis concedebant. Hoc cùm in palatium ſtatim Galbæ nuntiatum eſt, præſente adhuc augure, qui ſacra habebat in manibus,etiam hi exterriti ſunt,deúmq; mirati,qui ad res huiuſmodi & increduli erant,& animo minimè generoſo. Et cùm omnis generis turba è foro confluerẽt,ei Iunius ac Lacon,& liberti aliqui nudis enſibus protenſis aſtiterunt. At Piſo egreſſus, ſpeculatoribus,qui aulam cuſtodirent ſeſe adiunxit.Cúmque Illyrica legio caſtra haberet in porticu,quæ Bapſania uocatur,miſſus eſt Marius Celſus bonus certè uir,præoccupandi gratia. Galba uerò cùm procedere uellet, neque ſineret Iunius,Celſus uerò & Lacon uehementius incitarent, inueherentúrque in Iunium, rumor uenit quòd Otho periſſet in caſtris:paulóq; pòſt uiſus Iulius Atticius,qui inter ſpeculatores haud obſcuros militabat,diſtricto enſe aduenies, ac idem clamãs hoſtem Cæſaris periſſe, actúsq; ui per aſtantes oſtendit Galbę enſem cruentatum:qui hominẽ intuens,Quis, inquit,hoc te iuſſit?Ille reſpondens,Fides & iuſiurãdum,inquit, quod præſtiti. Multitudo acclamauit,bene factũ eſſe,plausítque. Galba inſcenſa lectica portabatur,Ioui ſacrificare,tum ſeſe oſtendere ciuibus uolens. Cúmq; ueniſſet in forum, turbinis inſtar fama occurrit,Othonem potitum exercitu:& ſicuti in tanta multitudine fieri ſolet,aliis retrocedendum eſſe clamantibus,aliis procedendum,aliis audendũ,aliis deficiendum, ac lectica tanquã in æſtu maris huc illúcq; iactata, frequentérque cedente, apparuerunt equites primùm, deinde pedites grauis armaturæ, qui per Pauli regiam irruebant,una uoce clamãtes,è uia priuati homines cederent. Ac multi quidem currebant non fuga diſſipati,ſed in porticus & in conſpicuos fori locos,quaſi ſpectaculum occupantes. Sed ubi Etilius Sercello imaginem Galbæ humi proſtraſſet, pugnæ initium facientes lecticam iaculis undique inuaſerunt, & quoniam Galbam iis non contigiſſent,diſtrictis illum enſibus adegerũt: quibus neque repugnauit,neque ſubſtitit quiſquam,præter unum uirum,quem in tot hominũ millibus ſolum aſpexit ſol Romanorum dignum imperio. Sempronius enim centurio, qui nullo priuatim beneficio à Galba eſſet affectus, ſed honeſtati legíq; opem ferens ſtetit ante lecticã, ſublatóque primùm palmite quò centuriones in uerberibus obnoxios animaduertunt, contra eos qui inuadebant, clamabat, & ut Imperatori parcerent iubebat, deinde diſtricto enſe urgentibus ſe diu repugnauit,donec amiſſis poplitibus cecidit. At Galbã declinata lectica circa lacũ, quem Curtiũ uocãt, cùm euolutaſſent,thorace indutum incurſantes percutiebant.Is uerò protenſo iugulo,Facite,inquit,ſi Romano populo hoc magis conducit. Vulneribus multis affectus eſt, & ſecundum crura & lacertos: ipſum autem iugulauit,ut dicũt plurimi,Camurius quiſpiã ex quintadecima legione:Terentium quidã,alij Arcadiũ tradunt,alij Fabium Fabulum,qui etiam,ut aiunt, caput occultauit,amictúque comprehenſum portabat ſecum,quod ob caluitiem teneri uix poterat. Deinde cùm à ſociis illud occultare prohiberetur,quin iuberetur ut rem fortiter geſtam omnibus oſtenderet, affixit lanceæ, & ita quatiens ſenis faciem, ac modeſti principis pontificíſque & conſulis,curſitans quemadmodum Bacchæ,ſæpe uerſam,& lanceam cruore perfuſam quatiebat. Othonem uerò capite portato exclamaſſe dicunt,Eſt hoc nihil,ô cõmilitones,mõſtrate mihi Piſonis caput: quod quidem paulò pòſt allatum eſt. Vulneratus enim adoleſcens fugiebat, eúmque Marcus quidam inſequutus iugulauit iuxta ſacellum Veſtæ.Iugulatus eſt etiam Iunius,confeſſus participem ſe fuiſſe coniurationis aduerſum Galbam: clamabat enim ſe occidi præter Othonis ſententiã. Sedenim huius quoque & Laconis caput detruncatum ad

Galbæ mors.

Othonem

Othonem portauere,munera petẽtes,& ut ait Archilochus,Septem iacentiũ cadauerum,pedibus quæ calcauimus,mille ſumus ſimul uiri paricidæ: ſic etiam tunc multi qui homicidæ non eſſent,hi manus enſésq; cruentos oſtendebant,largitionésq; petebant,libellos ad Othonẽ dantes.Itaq; centum poſtea ac uiginti inuenti ſunt ex tabellis,quos Vitellius requiſitos omnes occîdit. Venit etiã Marius Celſus in caſtra,cúmq; à multis accuſaretur,quòd militibus ſuaſiſſet ad ferendũ Galbæ auxilium, & cùm neci à multitudine poſtularetur, Otho repugnauit, & tamen aduerſari non auſus, non ita citò inquit eum eſſe occidendum: eſſe enim,quæ ex illo prius exquirere oporteat. Itaq; iuſſit hominẽ coniectũ in uincula aſſeruari, tradidítque quibus maximè crederet. Continuò ſenatus conuocatus, planè uelut mutati momento homines eſſent, uel diis mutatis conueniſſent,Othoni iuramentũ præſtiterunt,quod ipſe præſtitum non ſeruarat, Cæſarẽ & Auguſtum appellarũt. Cùm adhuc cadauera obtruncata in ueſtibus conſularibus iacerẽt in foro,capita uerò cùm nulli iam his uſui forent,Iunij quidem,filiæ quingentis & duobus millibus numis redemerunt:at Piſonis,uxor accepit Veranio exorato.Galbæ autem caput Patrobij Vitelliíq; ſeruis dono dederunt.Quod illi accipientes,ubi multifariam pulſaſſent,& omni contumelia affeciſſent, abiecerũt quò ſolent eos,quos Cæſares ſupplicio dedunt,Is uerò locus Seſtertium uocatur. Verùm Galbæ corpus Othonis permiſſu ſuſtulit Priſcus Eluidius, quod noctu Argius libertus ſepeliuit. Huiuſmodi ſunt, quæ de Galba feruntur,uiro certè,neque genere, neque diuitiis,multis Romanis inferiore: quin & diuitiis ſimul & genere omnes ſuæ tempeſtatis homines anteiuit, ſub Cæſarum quinque imperiis cum honore & gloria uixit,adeò ut gloria magis, quàm uiribus Neronẽ ſuſtulerit è medio. Eorũ enim qui tunc in Neronem conſpirarunt,alios quidem nemo eſt dignatus imperio,alij ſeipſos dignati ſunt:at Galba & uocatus ad imperium eſt,& obtẽperauit:ac Vindicis audentię nomen præbens,eius motum ac tumultum,quæ defectio dicitur,& uirum ea quidem nacta imperandi gnarum bellum ciuile fecit.Itaque non ſibi accipere rẽpub. ſed ſeipſum potius dare reipublicæ arbitratus,nõ indignum iudicauit iis imperare,quos Tigellinus atq; Nymphidius cicures reddidiſſent, quemadmodũ Scipio Fabriciúsq; & Camillus in illius tempeſtatis Romanos imperium geſſerit.Poſthabens autem ſenectam ad arma uſque laborésque militares,merus fuit priſcúsque imperator. Iunio uerò,Laconíque & libertis,quibus omnia eſſent uenalia, talem ſeipſum præbẽs, qualem Nero inexplebili auiditate hominibus ſe præbuit:qui imperium affectaret neminem, qui uerò mortem lugerent, plurimos poſt ſe reliquit.

Otho.

INCERTO INTERPRETE.

1 AT iunior imperator Otho,cùm primũ illuxiſſet,procedens in Capitoliũ ſacrificiũ fecit, & agi ad ſe iuſſum Marium Celſum hilari uultu excepit,éſtq; perhumanè alloquutus, atq; uirũ hortatus, ut cauſæ obliuiſci mallet,q̃ dimiſſionis recordari.Cui cũ Celſus neq; ingenerosè,neq; ſtultè reſpõdiſſet,ſed dixiſſet,hoc crimen & accuſationem morũ & integritatis ſuæ teſtimoniũ eſſe: excidiſſe enim memoria,quòd fidũ ſe Galbę præſtiterit,cui nullã deberet gratiã:utrunque præſentes admirati ſunt,laudauítq; exercitus.In ſenatu uerò populariter Otho multa humanéque loquutus,quod ipſe tẽpus conſul futurus erat,huius partẽ tribuit Virginio Rufo,
2 & iis quos Nero Galbáue declaraſſet,cõſulatũ omnibus ratũ habuit. At illos qui ætate aut gloria anteirẽt,ſacerdotiis inſigniuit. Viris autẽ ſenatoribus, qui Neronis tẽpori-

bus exularãt,& ſub Galba redierant,reſtituit ſingulis poſſeſſiones quaſcunq; nõ redẽptas cõperiſſet.Vnde primi atq; potentiſſimi,qui prius horruerant, tanquã non uir, ſed quædã aut pœna aut abominabilis dæmon ſubitò rempub. inuaſiſſet,lætiore ſpe erga imperiũ,quod arrideret,affecti ſunt. Verũ Romanis omnibus nihil ita iucũdum fuit,neque ita uirum eis conciliauit,ut quæ circa Tigellinum egit,nõ animaduertẽtibus ſupplicium,ipſo ſupplicij metu,quod uelut debitum ciuitas repoſcebat, & immedicabilibus corporis morbis iam Tigellinũ dare. Equidem nefandos & ſceleſtos cum ſcortis & execrabilibus mulieribus congreſſus,quibus ægrè moriens,& rapta libido adhuc palpitabat,quanquam extremum ſupplicium,& multis mortibus æquiparandum,boni uiri iudicarẽt,malè tamen plebem habebat,quòd poſt tales uiros ſolem aſpiceret,quibus propter eũ aſpiciendi facultas ſublata eſſet.Miſit igitur ad eum Otho in agros Sinueſſæ(illic enim degebat Tigellinus nauigiis paratis in portu, quò longinquius fugeret)tentauítque eum qui miſſus fuerat grãdi auro, ut ſe dimitteret. Cui cùm perſuadere nequiuiſſet,nihilo tamen minus ei dona dedit, orans tãdiu præſtolaretur,donec barbam raderet,cultróque accepto ſibi ipſe gulam incidit.Per hunc autem modum cùm iuſtiſſimam uoluptatẽ populo Romano Cæſar exhibuiſſet, ipſe priuatarum memoria inimicitiarum ſe nemini infeſtũ præbuit, gratificatúsq; multitudini,minimè recuſauit in theatris Nero primùm ſalutari. Et cùm quidã Neronis imagines protuliſſet in propatulũ,non prohibuit. Claudius autem Rufus in Iberiam ait allata eſſe diplomata, quibus tabellarios emittũt,diuum Neronis cognomẽ aſcriptum nomini Othonis habentia. At uerò cùm ſentiret primos ac potentiſſimos hoc moleſtè ferre,deſtitit.Sed cùm Othonis imperiũ in huiuſmodi ſtatu eſſet,ſtipendiarij milites difficiles ſe præſtabant,eúmque ne crederet,ſed caueret,arcerétque uiros ab ſe claros monebant, ſiue propter beneuolentiã uiro metuerẽt, ſiue prætextu hoc uterẽtur ad turbationem & bellum.Cúmq; ipſe miſiſſet Criſpinum cum ſeptima cohorte, quaſi aliquos ad ſe acturum,& ille adhuc nocte ſe pararet,atque arma curribus imponeret,audaciſſimi omnes clamabãt, ueniſſe Criſpinum nullo bono propoſito,ſed res nouas ſenatũ tentare,armáque contra Cæſarẽ,non pro Cæſare capere.Qui ſermo cùm ad multos perueniſſet,concitaſsétque, alij currus occuparunt, alij repugnantes cẽturiones duos ipſúmque Criſpinũ occiderunt.Omnes uerò inſtructi, ſéque inuicẽ hortantes,ad auxilium Cæſari ferendũ Romam aduolarunt.Vbi poſteaquam accepiſſent cœnare apud Othonem octoginta ſenatores,ferebantur ad regiam,tempus nunc eſſe dicentes,eodem in loco interimere Cæſaris hoſtes omnes.Itaq; ciuitas perinde,ut cõtinuò rapinę futura eſſet,in magno erat periculo.At in regia erãt diſcurſiones,& magna difficultas Othonem cepit.Nam cùm pro ſalute conuiuarum terreretur,illis ipſe terrori erat,eósque aduerſus ſe incertos eſſe uultu intuebatur,ſilentésq; ac perterritos, cùm quidam etiam cum uxoribus ueniſſent ad cœnam.Præfectos igitur miſit,qui alloquerentur,placarẽntq; milites,ſimúlq; conuiuas ſurgere iuſſos,per alias fores emiſit,uíxque clàm effugerunt per ſtipendiarios,qui iam in cœnaculũ irrumpebãt, quærentésque quid de Cæſaris hoſtibus eſſet.Itaque tunc erectus Otho qui diſcumbebat, permultùm eos conſolatus precatúsque, nec lachrymis quidem parcens,uix auertit. Poſtridie uerò largitione uiritim numorum mille ducentorũ quinquaginta uſus,uenit in caſtra,& multitudine laudata,quòd beneuola in ſe alacríſque eſſet,cùm diceret paucos quoſdam non boni gratia eiuſmodi curam capere,ſuam moderationem,illorúmq; conſtantiam in ſuſpicionem uocantes,rogauit,ut ſecum unà ſoliciti eſſent, & ſimul quoq; diligentiã adhiberent. Quod cùm omnes laudarent,iuberẽntque,Otho captis ſolis duobus,quos punitos nemo uehementer doleret,abiit. Hæc boni conſulentes iam alij credentésque,mirabantur mutationem:alij,quòd is popularem ſe præſtaret, propter bellum neceſſariam pro tẽpore talem reipub. adminiſtrationẽ eſſe ducebant.Nam certò nuntiabatur,aſſumpſiſſe Vitellium & authoritatem & poteſtatem imperatoriã,

Hæc pulchrè Cornel.Tac. & Sueto-uius.

imperatoriam, & ueredarij aderant aſſiduè, qui dicerẽt ſemper aliquam acceſſionem ad illum fieri. Alij Pannonios & Dalmaticos Myſiæque exercitus unà cum ducibus Othonem elegiſſe nuntiabant.Venerunt etiam tum literæ amicæ à Mutiano Veſpaſianóque,quorum alter in Syria, alter in Iudæa magnas uires habebat. Quibus rebus elatus Otho,Vitellio ſcripſit,eum monens,ut militaria ſaperet: quod ſi feciſſet,grandem ſe pecuniam daturum,& urbem,ubi uitam uicturus eſſet,& facillimam & iucũ-
8 diſſimam cum quiete.Ille autem diſſimulãs Othoni reſcripſit placidè primùm: mox per contentionem maledicè admodum petulantérque illudẽtes ſibi inuicem ſcribebant,non tam mendaciter, quàm ſtultè ac ridiculosè, alter in alterũ quæ obiici poſſe putarent ingerentes. Nam operoſum eſſet dicere, utrum ipſorum tangeret luxuria & mollitia imperitiáque bellandi, tum ſuperiorũ temporũ paupertas & æris alieni magnitudo obrueret magis.Monſtra uerò & uiſa permulta,cùm narrarentur,alia quidẽ rumores habebant ambiguos: ſed in Capitolio uictoriæ manibus,quæ ſtabat in curru,habenas dimiſſas uiderunt omnes,tanquam eas tenere nõ poſſet. Et in Meſopotamia inſula ſtatuam C.Cæſaris,cùm neq; terræmotus,neq; uentus fuiſſet,ueſperi conuerſam eſſe ad ſolis ortum: quod diebus illis aiunt accidiſſe, quibus Veſpaſianus iam
9 palàm reipub.auxilium ferebat.Et quod circa Tyberim ſubitò accidit,multitudo ærumnoſum ſignum eſſe cenſebat: erat enim anni tempus, quo flumina maximè creſcunt:ſed nũquam is intumuit adeò prius, nec tam latè omnia perdidit atq; uaſtauit, diffuſus atque diluens urbis partẽ permultam,& eam maiorem in modum,ubi uenalem annonam uendunt,ut magno terrori multis diebus eſſet. Sed ubi nuntiatum eſt occupari iam Alpes à Cecinna Valentéque,qui pro Vitellio exercitus ducerent,Dolabella Romæ uir patritius ſtipendiariis ſuſpicionem iniecit, quaſi noui quiddã moliretur.Itaque illum Otho,ſeu ipſius,ſeu alius formidine ad urbem Aquinũ tranſmiſit,bene ſperare iuſſum.Comites uerò magiſtratus legens,in his ſtatuit etiã L.Vitellij
10 fratrem,nec addens aliquid,nec ab eo quem honorẽ habebat quicquam adimẽs.Præterea ſe diligẽtiſſimũ præſtitit cùm circa matrem,tum circa uxorem Vitellij, ne de eo quicquam timerent. Romæ autem cuſtodem Flauium Sabinum Veſpaſiani fratrem cõſtituit,ſiue hoc etiam egerit ob Neronis honorem(nam ab illo magiſtratũ Sabinus accepit, quo eũ priuauit Galba)ſiue ut Veſpaſiano beneuolentiã fidémq; oſtẽderet in Sabino amplificando. Ipſe igitur Brixelli,quæ urbs Italiæ circa Eridanum iacet, relictus:at copiarum duces emiſit Marium Celſum,Suetoniúmq; Paulinum,tum etiam Gallum & Spurinã,claros quidem uiros,ſed qui propter militum inobedientiam audaciámq; conſiliis uti quemadmodũ uolebant,rebus ipſis prohiberentur. Nam indignum exiſtimabant aliis parẽre milites,cùm ab ipſis haberet imperiũ Imperator. Sed neque res hoſtium ualebant ſatis, nec erant qui obſequerentur ducibus, quinimò ob
11 eandem cauſam furore & temeritate omnia gerebantur, & quoniam periti pugnãdi erant,aſſuetíque laboribus,minimè illi fugiebant: at hi ob otium uitámq; imbellem molles admodũ erant,ut qui in ſpectaculis & celebritatibus atque apud ſcenã quamdiutiſſimè uixerant. Contumelia uerò oſtentationéque oſtentare ſe uolẽtes miniſteria ſimulabant,quò fortiores robuſtiorésque,non inualidi ad tolerandum haberẽtur. At Spurina cùm illos ui cogeret,parum defuit,quin à uenientibus perderetur. Nulli autem neque contumelię aduerſus eum, nec maledictioni pepercerunt,proditorem, & exitioſum conſumptorem opportunitatum Cæſaris rerúmque dicentes. Quidam etiam inebriati,cùm iam nox eſſet,uenerunt in tabernaculum petentes uiaticũ,cùm dicerent ſibi ad Cæſarem eundum eſſe,illius accuſandi gratia. Sed conuitiũ militum,
12 quod eodem tempore ad Placentiam factum eſt,& rebus conduxit & Spurinæ.Nam Vitelliani muros adorti,Othonis milites,qui intra propugnacula ſtarent cachinnantes illudebant,& ſcenicos & armatos ſaltatores,Pythiorúmque & Olympiorum ſpectatores appellantes, quíque bellum & militiam, neque callerent,neque uidiſſent,ſed

idcirco essent animo elato,quòd inermis senis caput abscidissent, Galbam scilicet intelligentes, in certamen autem ac pugnam uirorum fortium haudquaquam descenderent. Sic enim his opprobriis turbati sunt, sic exarserunt, ut Spurinam suppliciter orarent,ut se ad omnia pro imperio uteretur,ut qui nullum neque periculum essent, neque laborem detrectaturi. Cúmque uehementer muri expugnarentur, & machinamenta permulta adacta essent,Spurinæ milites superiores fuerunt, & ingenti cæde reiectis Vitellianis, urbem tutati sunt illustrẽ, & nulla Italicarum urbium minus florentem.Erãt prætetea Othonis duces & ciuitatibus & priuatis hominibus,quàm duces Vitellij tolerabiliores, ex quibus Cecinna quidẽ neq; uoce,neq; ornatu popularis erat,sed & grauis & diuersus:qui cùm esset corpore magno, Gallicis subligaculis thecísque ornatus signa ducésque Romanos alloquebatur.Et uxorem ad eum transmittebant delecti equites,quæ præclarè ornata equo uehebatur. Fabium autem Valẽtem alterum ducem, neque hostium rapinæ,neque expilationes, corruptibilésque sociorum pecuniæ explebant,sed uisus est etiam ob id tardius iter faciens,priori pugnæ nõ interfuisse. Quidam uerò Cecinnam accusant, qui quoniã properaret antè potiri uictoria,quàm ille uenisset,& in alia minora incidisset errata,& pugnam neque tempestiuè,neque generosè conseruisset.Et ita negotia propè omnia eius uitiata sunt:nam 14
posteaquam à Placentia Cecinna reiectus,aduersus Cremonã egit exercitum, urbem
Τάλλος. alteram opulẽtam & magnam:primus quidem Annius Gallus,qui auxiliũ Spurinę ad Placentiam ferebat,ut in itinere audiuit Placentinos esse superiores,Cremonenses autem in periculo,traduxit eò exercitũ;& prope hostes castrametatus est. Deinde cæterorum quisque duci erat auxilio.Cúmque Cecinna posuisset in insidiis intra locos asperos & syluestres pedites multos grauis armaturæ,mandasset que equitibus,ut primi excurrerent,& hostis manũ si conserat,paulatim recederent,ac retrò fugerent,donec eos subductos in insidias illexissent,rem transfugæ Celso nuntiarunt, qui hos repulit fortibus equitibus,& persequutione cautè utẽs, insidiásq; circundans ac turbãs, 15
è castris grauis armaturæ pedites uocauit. Quòd si ipsi tempori adfuissent,neminem hostium relicturi,sed omnem Cecinnæ exercitũ profligaturi cæsúrique fuisse uidentur equitibus admisti. Nunc uerò Paulinus serò atque otiosè auxiliũ ferens accusabatur,quòd propter religionem functus nõ esset ducis officio pro hominum opinione. Plures autem milites proditionis etiam eum accusabãt, exasperabántque Othonem, iactabundè de se loquentes,quasi uicissent: quòd uerò uictoria nõ omnino processisset,uitio ducibus dabant. Sed Otho non tantùm iis fidei habebat, quàm uideri uolebat minus credere:itaq; Titianum ad exercitum misit, ac fratrem,& Proculum præfectum,qui re habebat uniuersum imperium prætextu autem erat Titianus.At Celsus & Paulinus frustra sibi asciuerãt consiliariorum & amicorum nomẽ,cùm nullam in rebus gerendis,neque authoritatem haberẽt,neque potestatem. Erant etiam apud 16
hostes res in tumultu,& apud illos maximè,quibus Valens præerat,pugnáque nũtiata,quæ circa insidias facta est,quòd ipsi minus interfuissent,auxiliúmque tulissent in tanta uirorum fortium cæde,grauiter ferebant: sed ubi uix persuasisset,eósq; ut irent, exorasset, castra mouit, ac sese Cecinnæ coniunxit. Otho autem cùm Bebriacum uenisset in exercitum(oppidum enim est Bebriacum prope Cremonã)de pugna cõsultauit,uisúmque est Proculo atque Titiano,quoniã & copiæ essent alacres,& uictoria recens,dimicandũ esse,& non desidendũ,ne otium uires hebetaret,neq; expectandum Vitellium ipsum ex Gallia aduentantẽ.Paulinus uerò aiebat omnia adesse hostibus,quibus ad pugnam usuri sunt,eósque nullius rei indigere,Othoni autem uires ex Mysia & Pannonia non minus probatas esse, quàm quæ præsentes iam essent,si suum ipse tempus expectaret,nec ad hostium opportunitatem bellũ gereret. Neque hebe- 17
tioribus se tunc usurum,qui nunc audent,quãdo sunt pauciores,si plures ad pugnam commilitones assumpserint,sed magis tum certaturos. Præterea cũctationẽ pro ipsis esse,

esse,qui rebus omnibus abundent: at illis fore, ut tempus rerum necessariárum inopiam præbeat,qui in agro hostili sedẽt.Hæc Paulini dicta Marius Celsus comprobauit: Annius uerò Gallus,qui quoniã ex equo cecidisset,curabatur,minimè aderat, sed ad eum cùm scripsisset Otho,consuluit ne properaret,sed ex Mysia expectaret exercitum,qui iam esset in itinere.His Otho nequaquam est persuasus, sed in eorum sentẽtiam iuit,qui se ad pugnam hortarentur. Afferebãtúrque aliæ plures causæ. Præcipuè uerò,qui prætoriani appellabantur, & habebant speculatorum ordinem, cùm per id
18 tempus ueriorem militiam gustarẽt, desiderarẽntque Romæ ludos uitámque imbellem & theatralem, contineri non poterant à pugnandi celeritate,quasi continuò forent ex incursu acturi hostes in rapinam.Videtur etiã ipse Otho insuetudine & mollitia sustinuisse rem incertam, defatigatus curis,non potens, tãquam à præcipiti rupe fugiendo,rem fortunæ clausis oculis commisisse. Et hoc quidem rhetor Secũdus,qui Othoni ab epistolis erat,narrabat.Erat etiam audire quosdam qui dicerent,ambobus exercitibus multas esse causas cur in idem conuenirent,& cõcordia inter se facta,è ducibus præsentibus communi consensu optimum legerẽt, aut simul interim cõsidentes,senatui concrederẽt Imperatoris electionem.Neque certè absurdum est, ubi neuter eorum probaretur,qui tũc essent Imperatores salutati,huiusmodi cogitatus mili- *Repugnat Cornel. Tac. lib. 1 8.*
19 tibus incidisse,qui & uerè erant Romani, & industrij, & prudẽtes, perinde atq; odiosissimum esset & grauissimũ,quæ diu propter Syllam & Marium,deinde propter Cæsarem & Pompeium faciendo inuicem,patiendóque sese miserabiliter afficiebant,ciues Romanos eadẽ nũc perferre,si aut Vitellio ad crapulæ aut uinositatis,aut Othoni ad deliciarum luxuriæque sumptũ,imperium traderent. Hæc igitut suspicantur sensisse Celsum, ob idque moram traxisse,quòd speraret sine pugna & laboribus rem cõpositum iri,eodémque modo Othonem,quoniam metueret pugnã,accelerasse. Sed Otho rursus Brixillum rediit: qua ipsa in re certè errauit, nõ ob id solùm quòd uerecundiam,se præsentem aspicientibus militibus, & studium pugnãdi abstulit, uerùm etiam quoniã robustissimos strenuissimósque equites & pedites propter seipsum ad
20 corporis custodiam abducens,uirium quiddã ueluti corpus,abscidit ab exercitu. Accidit autem per illos dies prælium fieri circa Eridanum inter Cecinnam qui trãsitum urgeret, & Othonis milites hos inhibentes oppugnãtésque.Sed postquam nihil efficiebant,facem in arma imposuerũt,sulfuris atque picis plenam: cúmque spiritus per transitum incidẽs,paratam materiem subitò in hostes excitauisset, hi fumo primùm, deinde clara flamma exorta turbati, in flumẽ exilientes,naues auerterunt, tum hostibus corpora cum risu præbuerunt. Germani uerò cõgressi circa paruam fluminis insulam gladiatoribus Othonis,eos superarunt,ac permultos interemerunt. His autem actis, cùm Othonis milites qui Bebriaci erant, excandescentes ferrentur in pugnam, eos Proculus ex Bebriaco produxit, & intra quinquagesimum stadium castrametatus est,ita imperitè ac ridiculosè,ut cùm esset uernum tempus,& campi circũiacentes
21 multa nemora perennésque fluuios haberent,aquæ penuria premerẽtur.Postridie ue- *Omnia Cornelius elegãter.*
rò cùm uellet aduersus hostes iter nõ minus stadiorum centum ingredi, Paulini milites passi non sunt,sed existimarunt manendũ esse,neque se oportere ante defatigari, neque continuò ex itinere pugnandum esse aduersus uiros armatos eósq; acie instructos,atque hoc per quietem, interea dum ipsi tantùm itineris faciunt iumentis lixísq; intermixtis.Cùm de his rebus duces inter sese contenderent, eques Numida uenit ab Othone,qui literas quibus iubebãtur,ut ne manerent,neque tempus tererẽt, sed continuò in hostes pergerent,tulit.Itaque inde soluentes procedebant. Quorũ aduẽtum ubi audiit Cecinna,turbatus est, confestímque relictis operibus ac flumine, uenit in castra,multísque iam armatis, & à Valẽte accepto signo, interea temporis dum ordi-
22 nem legiones forte caperent, equitum fortissimos præmiserunt. Incidit autem (qua causa incertum est) opinio ac rumor in Othonis milites, qui erant in prima acie cõ-

ſtituti, Vitellij duces ad ſe defeciſſe: quare cùm propè eſſent, amicè eos ſalutabant, cõmilitones appellãtes. Eam appellationem cùm non miti animo, ſed iracundè & cum clamore bellico illi exciperent, ſalutantes quidem perterriti ſunt, reliquos uerò ſuſpicio proditionis inuaſit. Et hoc primùm, cùm iam eſſent hoſtes in manibus, eos turbauit: deinde alij nihil aptè, nihil pro ordine faciebant, multúmq; pugnãtes turbabantur à iumentis, quæ inter impediméta uagabantur. Ac locus ipſe foſſis foueísque refertus, ordines interrumpebat. Quę ipſi metuentes circũeuntésque, cogebantur ſparſim ac per partes cum hoſte manum cõſerere. Duæ ſolùm legiones, altera Vitellij cognométo rapax, Othonis altera auxiliatrix cognominata in expeditum campum patentémque effuſæ, legitima quadam pugna diu inter ſeſe acie pugnauerunt. Erant Othonis uiri robuſti ac fortes, ſed qui belli ac pugnæ tum primùm experimẽtum caperent: at Vitellij multis præliis aſſueti iam ſeneſcentes defloreſcẽtésque. Quare cùm Othoniani in eos impetum feciſſent, & fugarunt, & aquilam abſtulerunt, propugnatorésque ſimul omnes occiderunt. Illi uerò præ uerecundia atque ira in eos irruentes, tum legionis præfectum Orfidiũ interfecerunt, tum permulta ſigna rapuerunt. Gladiatoribus uerò, qui præliandi peritia fiduciáq; ualere uiderentur, oppoſuit Varus Alfenus Batauos. Et ſunt hi quidem inter Germanos optimi equites, inſulam habitantes quam Rhenus cirrunfluit. Hos autem illorum pauci ſuſtinuerũt: at plurimi cùm 24
ſub Rhenum fugerent, incidunt in cohortes hoſtium illic poſitas, à quibus circunuenti, ad unum omnes perierunt. Omnium uerò turpiſſimè prætoriani, qui ne tantiſper quidem hoſtes ſuſtinuerũt, dum manum conſererent, ſed eos etiã qui adhuc erãt inuicti, metu turbationéque referſerunt, dum illorũ exemplo fugiebant. Quinetiam multi Othoniani qui hoſtes uicerant, quibus cùm pugnabant, ſuperati ſunt, dilapſíque per hoſtes iam uictores in caſtra. E ducibus uerò neque Proculus, nec Paulinus ſimul ingredi auſi ſunt, ſed formidine militum auertũtur, qui calamitatem omnem in duces uerterent. Annius uerò Gallus recepit in urbem illos, conſolatúsque eſt, qui ex ea pugna collecti ſunt, perinde atque æqualiter utrinque pugnatum ſit, & multis partibus fuerint ipſi ſuperiores hoſtibus. At Marius Celſus cõuocatis magiſtratibus, iuſ- 25
ſit, de republica conſultarent, quòd in huiuſmodi clade ac tanta ciuium cæde, ne ipſe Otho, ſi quidem uir bonus ſit, debeat iam tentare fortunam, cùm & Cato & Scipio, quoniam Cæſari poſt uictoriam Pharſalicã cedere noluiſſent, accuſentur, quòd multos fortésque uiros in Libya conſumpſerint nulla neceſſitate, quanquam pro Romana libertate certarent. Nam cùm in cæteris ſeſe fortuna communem omnibus præbeat, id unum certè non aufert, in omnem euentum bene conſultandi, aduerſis etiam in rebus facultatem hominibus relinquens. Hæc dicẽs prætorianos perſuaſit. Vbi autem tentatos milites animaduerterunt à pace non abhorrere, Titianúsque iuberet legatos pro concordia mitti, Celſo Gallóq; uiſum eſt proficiſci, ac rem Cecinnæ & Valenti cõmunicare. Ipſis uerò proficiſcentibus, cẽturiones obuiã facti ſunt, qui dicerẽt 26
motum iam exercitum Bebriacum petere, ſe autem à ducibus miſſos pro concordia. Quod Celſus cùm laudaſſet, hortatus eſt ſecũ retrò, ut iter arriperent, Cecinnæ occurrentes. Cùm propè iam eſſent, periculo Celſus obiectus eſt: nam qui antè fuerant inſidiis uicti equites, priores agebantur. Itaque ut aduenientẽ Celſum intuiti ſunt, continuò in eum ſublato clamore irruerunt: his centuriones ſeſe obiiciunt, eos arcentes: cúmque cæteri inſidiis præfecti clamarent homini parcendum eſſe, obtemperantes Cecinnæ milites atque inſequentes, petulantiam equitum ſtatim amouerũt: Celſum uerò benignè excipientes, ſimul cum iis Bebriacum ſunt profecti. Sed interea temporis Titianus pœnitentia ductus, quòd legatos miſiſſet, audẽtiſſimósque milites, rurſus in muros aſcendit, atque alios ad auxilium eſt hortatus. Aſt ubi Cecinna cum equo 27
accurriſſet, ac dextram ſuſtuliſſet, nemóque aduerſaretur, ſed alij à muris milites ſalutarent, alij portas aperirent, egreſſi ſunt, neceſſariíſq; congreſſi. Nemini iniuria eſt illata, ſed

Fortuna id unum hominibus nõ aufert, quod bene fuerit conſultum.

ta, ſed benignè ſe & perhumanè excipiebant, omnésque pro Vitellio ſunt iurati, ſimúlque coniungebantur. Ita eſſe pugnatum plures eorum narrant, qui interfuerũt, & ne ipſi quidem liquidò noſſe fatentes ſigillatim omnia, propter inobedientiã confuſionémque pugnantium. Mihi autem poſtea iter facienti per campum illum, Meſtrius Florus uir conſularis oſtendens ex iis adoleſcentibus, qui tunc nõ ex animi ſententia, ſed pro neceſſitate cum Othone fuiſſent, unum admodũ ſenem, narrauit iam cùm poſt pugnam aduenifſet, uidiſſe cadauerum tumulum huiuſmodi, ut ſummi uſque ad hoſtes pertingerẽt, & cauſam ait, cùm quæſiſſet, nec ſe inueniſſe, nec ab alio ac-
28 cepiſſe: Interire enim in bellis ciuilibus cùm uertuntur in fugam plures credendum eſt, cùm uiuus capiatur nemo, quoniam capti uſui eſſe nequeant. Illa uerò cumulatio & congeſtio, haud facilè reputari poteſt. At obſcurus primùm, ut fieri ſolet in huiuſmodi rebus, apud Othonem rumor increbruit: ſed ubi quidã etiam uulnerati uenerunt ex pugna nuntij, amicos quidem minus quiſpiã ſit miratus, qui non ſinerent credere, ſed potius ad audendum hortarentur: militum uerò dolor fidem omnem ſuperauit, quippe qui neque abierint, neque trãſiuerint ad hoſtes: nemo uiſus eſt ulla priuata fiducia niti, ſi deſperaret imperator, ſed omnes æqualiter uenerunt ad fores, imperatorémque egreſſi uocabant: trophæa fiebant cum clamore, ſupplicibus manibus orabant, ſternebantur humi, lachrymabant, ne ipſos deſereret, ne hoſtibus proderet precabantur, ſed ipſis pro ſe potius uteretur, quandiu & animis & corporibus ſpira-
29 rent. Hæc ſimul omnes ſuppliciter rogabãt. Vnus autem ex obſcurioribus ubi ſuſtuliſſet enſem, dixiſſétque, Scito Cæſar, ſic omnes eſſe pro te inſtructos, ſeipſum iugulauit. At horum nihil Othonem fregit, ſed clara atque conſtanti facie circunquaque agens oculos, Hunc, ait, ô commilitones, diem illo duco beatiorem, quo me primùm feciſtis Imperatorem, cùm uos tales intueor, & talibus ſum dignus exiſtimatus. At nolite eo me priuare, quod maius eſt, pulchrè mori pro tantis talibúsque ciuibus. Si Romanorum ſum dignus imperio, nequaquam meæ mihi animæ pro patria parcẽdum eſt. Scio uictoriam eſſe hoſtibus, neque firmam neque ualidam. Annuntiãt noſtras è Myſia uires non multorum dierum iter abeſſe, quandoquidem in Adriam iam deſcendunt. Aſia & Syria & Aegyptus, & qui aduerſum Iudæos bellum exercitus ge-
30 runt, nobiſcum ſunt, ſenatus & hoſtium filij atque uxores penes nos ſunt. Sed neque aduerſus Annibalem, neque aduerſus Pyrrhum, neque aduerſus Cimbros bellum eſt pro Italia, ſed cùm Romanis bellum gerentes, ambo patriam & uincentes & uicti iniuria afficimus. Nam uictoris bonum, patriæ malum eſt. Fidémque feci ſæpe, fortius mori me poſſe, quàm imperare. Haud enim uideo, cur tanto emolumento Romanis futurus ſim, ubi uicero, quanto ſi meipſum dedero pro pace & concordia, & ne rurſus talem diem uideat Italia. Vbi hæc diſſeruiſſet, & eos qui accingere hortaríque nitebãtur, refelliſſet, amicíſq; & ſenatoribus qui aderant abire iuſſis, ad eos uerò qui aberãt, ac etiam ad ciuitates miſſis literis, ut cadauera honorificè ſecuréque tollerent, accerſitum fratris filium Cocceium adhuc adoleſcentẽ bono animo eſſe iubet, & nihil Vitellium metuere: tum ut matrem & domum & uxorem, ipſe tanquã proprios curans
31 tueretur. Nam idcirco uolentem non adoptauiſſe, ſed diſtuliſſe, quò meminiſſet à Cęſare adoptatum ſe: ut ſi uiciſſet, unà ſecum imperaret: ſin uictus eſſet, ne ipſe antè periret. Illud autem, inquit, ô fili, ad poſtremum tibi præcipio, ut neque omnino obliuiſcaris, nec admodum memineris, quòd Cæſarem patruum habueris. Poſt hæc autem paulò tumultum clamorémq; ad fores audiuit. Milites enim ſenatoribus qui abibãt, minitabantur quod abſcederent, Imperatorem deſerentes, necẽ ni manerent minati. Rurſus igitur metuens illis uiris, uenit in conſpectum, & ubi uiſus eſt à militibus, nõ precibus ac manſuetudine, ſed aſperitate & ira, ut qui ad tumultum maximè reſpiceret, effecit ut abirent: ceſſere hi quidẽ perterriti. Cùm iam eſſet ueſpera, ſitíq; teneretur,
32 paululùm aquæ bibit, & cùm duos haberet enſes, diu utriuſq; aciem pertentauit, red-

Othonis conſtantia.

ditóque altero,alterum in ulnas accepit,atque domesticos uocauit, eísq; benignè pecunias suas distribuit,huic plures,illi pauciores,non tãquam de alienis prodigus,sed id pro dignitate atque moderatè diligenter obseruans. Vbi uerò hos ab se dimisisset, iam quod reliquum erat noctis quiescebat,sed ita ut cubicularij sentirẽt eum grauiter dormire. Manè autem uocato liberto, quo utebatur contubernali, imperauit, ut quid senatores agerent,disceret.Et cùm accepisset factum esse iis qui abierant,ut cuique opus fuerat,Vade igitur,inquit,tu,ac teipsum ostende militibus,si non uis malè ab ipsis interimi, tanquam mihi mortis adiutor. Homine autem egresso, postquam ensem ambabus manibus erectum constituisset,superincumbens,non longius,quàm sit gemitus unus dolorem sensit,eius significationem his qui foris erant,dans. Vlulatúque à seruis sublato,nniuersum continuò exercitum atque urbem fletus inuasit.Et milites cum clamore ac planctu ad fores irruerunt,seipsos miserantes ac increpantes, quòd minus obseruassent imperatorem,prohibuissẽtque ne pro ipsis moreretur.Ex his qui tum aderant ad hostem,nemo defecit,quanquã non procul abesset: quin ornato corpore atque parato rogo,eum in armis extulerũt. Certatim subierunt, portauerúntque feretrum cupidi: alij uerò uulnus cadaueris procidentes osculabãtur, alij manus tangebant,alij adorabant eminus. Aliqui etiam funalibus abiectis in rogum seipsos iugulabant,qui tamen nihil egregij beneficij, nec quicquam à mortuo accepissent,neque grauius quicquam à uictore metuebant. Sed uidetur nemini unquam neque tyranno,neque regi adeò immanis imperandi cupiditas ingenita fuisse, quãta illis ab Othone regi: Othonem Imperatorem ferre desiderarunt,quos ne mortui quidem desideriũ reliquit, sed in odium Vitellij immedicabile perdurauit. Sed hæc suo tempore dicentur. Cùm uerò Othonis reliquias humassent, neque operis magnitudine,neque illustri inscriptione, sepulchrum inuidiosum reddiderunt. Ego Brixelli cùm essem uidi monumentũ paruum,& inscriptionem huiusmodi, M. OTHONIS. Diem autem obiit Otho,cùm uixisset annos septem & triginta, imperassétque menses tres:atque reliquit,neque deteriores,neque pauciores,qui mortẽ laudarent,quàm qui uitam uituperarent.Nam cùm uixisset nihilo modestius Nerone,mortuus est generosius longé.At milites cùm iuberet Pollio alter ex præfectis,ut continuò in Vitellij uerba iurarent, difficiles se præstabant. Et cùm didicissent senatores quosdã etiam adesse,alios dimiserunt,Virginio autem Rufo negotium facessebant,unà cùm armis ad ædes eius uenientes,iubentes hortantésque, aut imperaret, aut iret pro se legatus. At is eorum qui uicti essent,imperium suscipere,furiosi esse insaníque ducebat,quod ante uictoriam noluisset. Legatus autem ire ad Germanos, à quo illi multam uim passi inuiti uidebantur,cùm timeret, clàm per alias fores è medio se subduxit. Quod ubi milites didicerũt,inreiurando suscepto,ueniam assequuti,se Cecinnæ addidérũt.

Othonis interitus.

34

35

36

HAEC SVNT VIRORVM ILLVSTRIVM HACTENVS VITAE EX PLVtarcho, in Latinũ à diuersis traductæ. Sequuntur hinc aliæ quædam illustrium & ipsæ uirorum, sed ex aliis authoribus depromptæ, quas idcirco seorsum duximus imprimendas,quòd Plutarchi nõ sint,Homeri,quę alterius est instituti, excepta: quas non uoluimus omittere tamen,quòd & eleganter scriptæ sint,& ab aliis hactenus huc ascitæ.

HOME-

Homerus. Ij.

INTERPRETE GVARINO VERONENSI, SED OMISSIS quæ ad Grammaticam potius quàm ad historiam spectant.

1 SVPERVACVVM fortasse quibusdam uideatur in quærendis Homeri parentibus ac patria nimis esse occupatum, quandoquidem nec ipse sua scribere dignum esse iudicauit, sed ea modestia usus est, ut ne nominis quidem sui quæ fuerit origo meminerit. Quoniam uerò ad institutionem eorum qui erudiri incipiunt utile est plurima experiri,aggrediemur quæcunque de illo ueteres scripta reliquerunt,recensere.Ephorus igitur Cumæus in libro quem de patriis rebus inscripsit, Homerum conciuem suum fuisse uolens ostendere, scribit Atellem, Mæona, Diúmque fratres Cumæos fuisse. Horum Dium cùm ære alieno premeretur immigrasse in Ascram Bœotiæ uicum: cúmque illic Pycimeden duxisset uxorem, ex illa

2 suscepisse dicit Hesiodum.Atellem autem cùm in patria diem suum obiisset, filiam nomine Critheida, fratris Mæonis tutelæ reliquisse. Hunc autem cùm puellam uitiasset grauidámque feciisset,atq; ob id facti uereretur infamiam,Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimonium collocasse. Illam uerò non multò pòst ad lauacra quæ prope Meletem fluuium erant proficiscentem, Homerum iuxta fluuium peperisse,atq; ob id infantẽ Melesigenem appellatũ,qui postea cęcus factus, Homeri nomen acceperit.Cumæi nanq; & Ionesoculis captos Homeros appellant, quòd homeris,id est,itineris ducibus egeant.Hæc quidem Ephorus. Aristoteles autẽ in tertio De poetica libro dicit,in Io insula,quo tempore Neleus Codri filius coloniã in Ioniam deduxit,puellã quandam indigenã à deo,qui Musarũ cõsuetudine utebatur,fuisse cõpressam: quæ cùm grauida facta esset, infamiã uerita, in locum abiit qui

3 Aegina dicebatur:ibi à latronibus capta,ac Smyrnã,quæ tunc Lydorũ tenebatur imperio,abducta,Mæoni Lydorum regi amico ab eis dono data est.Ille uerò puellæ uenustate captus,eam duxit uxorem: quæ cùm postea iuxta Meletem fortè spatiaretur, partus subitis occupata doloribus, Homerũ apud flumen enixa est: quem suscipiens Mæon pro suo educauit. Mater autem statim pòst partum à uita discessit. Cùm uerò aliquot annis pòst Mæon quoque ipse uita functus esset, Lydíque ab Aeoliis bello pressi Smyrnam deserere statuissent, principes ciuitatis per præconem edixerunt, ut quicunque ipsos sequi uellet,urbe egrederetur, tunc Homerus etiam tum adolescentulus,se quoque ὁμηρεῖν,hoc est,sequi uelle dixit:eáque de causa fuit Homerus pro Melesigene nuncupatus. Postea cùm iam ætate prouectus magnã apud omnes esset poeticæ facultatis gloriam consequutus, Apollinis consuluit oraculum, quibus parentibus,& qua patria ortus esset,atque hoc responsum dicitur accepisse:

Homeri origo. Quare Homerus, & Melesigenes dictus.

4

Insula Ios matrem,nato factura sepulchrum
Progenuit,iuuenum tu uerò ænigma caueto.

Fertur & aliud huiusmodi habuisse responsum:

Felix atque miser,fortémque ad utranque create,
Nosse cupis patriæ nomen Homere tuæ?
Insula non longè Creta Minois ab ampla
Dat matrem,nanque est patria nulla patri.
Atropos hîc dulcis tibi franget stamina uitæ,
Cùm iuuenum nodos soluere non poteris.
Ipsa duas uitæ sortes tibi fata dederunt,
Hæc obscura quidem,par erit illa deis.

Immortalis eris uiuus moriénsque, magísque
Post mortem nomen uiuet in orbe tuum.

Longo tempore pòst, Thebas ad Saturnalia, qui ludi apud Thebanos muſici erant, profectus eſt, inde in Ion inſulam nauigauit: quò cùm peruenisſet, ac fortè ſaxo quod erat in littore inſedisſet, piſcatores littoribus tum fortè appulſos rogauit, num quid haberent: illi uerò difficili ænigmate reſponderunt, ſe quæcunque cepiſſent reliquiſſe, quæ uerò non cepiſſent habere: ſignificabant uidelicet, cùm piſcium nihil capere potuiſſent, ſeſe purgaſſe pediculis, atque ita quos ceperant reliquiſſe, quos non ceperant in ueſtimentis habere. Homerus autem cùm hoc ænigma interpretari non potuiſſet, ingenti dolore confectus migrauit è uita, honorificentiſſimq́ue à ſuis ciuibus ſepultus eſt, atque hoc illius ſepulchro epigramma inciſum:

Homeri obitus.

Conditur hoc tumulo uates diuinus Homerus,
Heroum cecinit qui bene geſta ducum.

Sunt qui Homerum Colophonium fuiſſe conantur oſtendere, atque hoc maximè argumento nituntur, quòd in eius ſtatua hoc elegiacum carmen reperiatur: 6

Nate Melete decus Graiorum ac ſplendór Homere,
Nobilitas patriam qui Colophona tuam,
Diuina geminas genuiſti mente puellas,
Semideûm ſcribens inclyta geſta uirûm.
Altera multiuagi reditum cantauit Vlyſſis,
Altera graiugenas Dardaniósque duces.

Operæpretium eſt & Antipatri epigrammatum ſcriptoris non inſuaue in Homerum epigramma referre. Eſt autem huiuſmodi:

Diceris à multis Colophonis alumnus Homere,
Hic te Smyrnæum credit, at ille Chium,
Quin & Ion quidam, quidam Salamina ſuperbam,
Theſſaliam multi te genuiſſe ferunt.
Sunt & qui memorent aliis te ſedibus ortum.
Sic uariis natus crederis eſſe locis.
Dicere ſi liceat mihi Phœbi oracula, cælum
Certè tibi patria eſt, Calliopea parens.

Natum uerò Homerum belli Troiani tempore, eiuſdémq; ſpectatorẽ fuiſſe quidam ſcribunt: alij centũ annis pòſt, alij centum quinquaginta tradiderũt. Scripſit poemata duo, Iliada & Odyſſeam. Errant autem qui βατραχομυομαχίαν, Margitémque ab illo exercitationis gratia aiunt fuiſſe compoſitas. Eſſe uerò ſecundũ Homerũ Troiani belli originem quidã dicunt Alexãdri de trium dearũ, Iunonis, Mineruæ, Veneríſq; forma iudiciũ. Dicere nanq; poetã aiunt, Alexandrũ illas cùm ad eum ueniſſent, in contentionẽ induxiſſe, cùm Venerem, quæ blando eũ, ſed pernicioſo illexerat lenocinio, pulchriorem iudicaſſet. Verùm enimuerò nõ eſt conſentaneũ, deos ab homine fuiſſe iudicatos, neque hoc ab Homero de aliis diis aſſeritur, quare meritò illorum opinio tanquá nullius authoritatis reiicitur. Probabilius igitur fuerit dicere, quemadmodũ 8
Alexander Priami regis filius uiſendæ Græciæ, uariósque Græcorũ mores percipiendi deſiderio flagrans Spartã nauigauit, atq; illic ab Helena Menelai uxore, cùm maritus abeſſet, honorificentiſſimè acceptus hoſpitio, mulierẽ blanditiis pollicitationibúsq; illexit ut ſecũ diſcederet: quibus ſeducta mulier eum ſequuta eſt. Itaq; nauigãtes ad inſulã nomine Cranaen appulerũt, atq; ibi primũ Helenæ Alexãder cõiunctus eſt. Inde autẽ ſoluẽtes per Sidona & Phœnicẽ, Iliũ peruenere. Menelaus uerò & Agamemnon cùm primùm facti ſunt de iniuria certiores, exercitũ in Aulide Bœotiæ ciuitate congregarunt. Ibi cùm omnes auſpicatiſſimo rerũ agendarũ initio rei diuinæ intenti eſſent, ecce draco propinquam arborem in qua fortè paſſer nidificarat, aſcendens, octo pullos matrémque inſuper interemit: quo ſigno portendebatur, Græcos nouem apud Ilium annos dimicaturos, decimo tandem urbem ipſam funditus euerſuros. Igitur peractis ſacrificiis, Aulide ſoluentes ad Troiam peruenerunt. Vbi cùm primo congreſſu Proteſilaus interfectus eſſet, Menelaum & Vlyſſem ad repetendam Helenam legatos Ilium miſerunt. Cùm uerò Troiani Helenam reddere recuſaſſent, rurſus Græci belli gerendi iniere conſilia, atque exercitus parte ad urbis obſidionem relicta, reliqui Achille duce ad uaſtandas uicinas urbes aggreſſi ſunt, eo conſilio, ut Troianos finitimis ſociis ſpoliarent. Cùm uerò populabundi omnia diriperẽt atque uaſtarent, inter cæteras urbes unam fortè Chryſam nomine acceperunt, ex qua captiuam Chryſeida, Chryſæ, qui erat ſacerdos Apollinis, filiam, Agaménoni dono dedere. Chryſes autem redimendæ filiæ cauſa ad exercitum uenit, atque ab Agamemnone contumelioſè repulſus, Apollini ſupplicauit, ut ſpreti numinis ulciſceretur iniurias: itaque magna peſtilentia ab Apolline in caſtra Græcorum immiſſa, Achilles de reddenda ſacerdoti Chryſeide concionatus eſt. Quare Agamemnon Achilli uehementer iratus, Bryſeida illi iucundum militiæ præmium abſtulit. Quam rem Achilles grauiter ferens, matrem Thetim orauit, ut à Ioue Troianis contra Græcos auxiliũ imploraret. Quod cùm Thetis feciſſet, iámque Troiani aliquot præliis ſuperiores Græcis inſultarent, Patroclus Neſtoris hortatu arma ab Achille tantiſper dum Troianos à nauibus repelleret, poſtulauit: quibus impetratis, fortiter ac generosè pugnãs, demum ab Hectore peremptus eſt. Huius morte ſummo dolore affectus Achilles, & cum Agamemnone rediit in gratiam, & arma à Vulcano fabricata accipiens, alios
11 Troianorum quamplurimos, ac denique ipſum Hectorem interemit. Hic cùm rerum omnium ac totius belli ſit ordo, Homerus tamẽ à nono anno poematis ſui ſumpſit exordium: quoniam quæ ante Achillis iram geſta fuerant, tenuia ſatis, ac parum ſibi memoratu digna uidebantur. Troiani enim Achillem timentes ſe intra muros continuerant, ac nunquam auſi erant cum Græcis aperto marte contendere. Sed poſteaquam iratus Achilles à certamine deſtitit, audentes in campũ prodierunt. Tunc æquatis belli uiribus, plurima inter heroas præclara facinora patrata ſunt. Homerum poetam tempore quidem plurimis, uirtute autem ac facultate omnibus ſuperiorem meritò primum legimus, maximum ex eo & ad dicendi copiam, & ad ſententiarum grauitatem, & ad plurimarum rerum cognitionem, præſidiũ habituri. Dicemus autẽ
12 de illius poeſi, ſi prius aliqua de ipſo poeta in medium attulerimus. Homerum igitur Pindarus tum Chium, tum Smyrnæum fuiſſe ait: Simonides Chium, Antimachus ac Nicander Colophonium: Ariſtoteles autem Ietem, Ephorus uerò hiſtoricus Cumæũ: quidam etiam Salaminium, quidam Argiuum fuiſſe dixerunt. Ariſtarchus autem ac Dionyſius Thrax Athenienſem putarunt. Filius uerò à quibuſdam Mæonis & Critheidis, ab aliquibus Meletis fluminis exiſtimatus eſt. Atque ut de genere ac patria, ita & de temporibus quibus fuerit, dubitatur. Ariſtarchus enim eo dicit Homerum tempore floruiſſe, quo in Ioniam colonia deducta eſt, poſt Heraclidarum uidelicet deſcenſum annis ſexaginta, cùm ante Heraclidarum geſta annis octoginta bellum Troianum fuiſſet. Crates uerò ante Heraclidarum deſcenſum Homerum fuiſſe confirmat: quod ſi ita eſt, non integri octoginta anni inter Troiani belli tempora & Ho-
13 meri geneſim reperientur interfuiſſe. Verùm plures in hanc ſententiam conueniunt, Homerum annis centum poſt bellum Troianum natum, non multùm ante Olympia, à quibus Olympiadarum anni numerãtur. Sunt autem illius poemata duo, Ilias & Odyſſea, ambo nõ ab ipſo poeta, ſed ab Ariſtarcho grammatico in numerum uerſuum diuiſa atque diſtincta. Ilias quidem geſta Græcorum & barbarorum propter Helenæ raptum, ſed præcipuè Achillis præclara in eo bello facinora continet. Odyſſea uerò, Vlyſſis ex Troiano bello in patriã reditum, quótque ille labores erando pertulerit, atque ut reuerſus ultus fuerit inimicos, oſtendit. Ex quo apparet, ſapientiſſimũ

poetam in Iliade quidem corporis uires, in Odyſſea uerò animi uirtutes exequutum. Si non ſolùm uirtutes, ſed etiam uitia, dolores quoque, lætitias, timores, atque cupiditates hominum deſcribit, iniquum tamen eſt accuſare poetã quòd non bonos tantùm, uerumetiam malos mores expreſſerit. Siquidem ſine utriſque non fiunt præclara 14
facinora, & licet ſemper auditoribus è multis ac uariis eligere meliora. Finxit etiam Homerus deos uti hominũ conſuetudine atque colloquiis, non modò ut eiuſmodi figmenta & delectarẽt & admirationẽ relinquerent, uerumetiã ut per hoc deos rerum humanarũ curam habere declararet. Vniuerſa deniq; apud eum geſtorũ expoſitio & admirabilis & fabuloſa contexitur, ut poſſit ſedulos reddere, atque obſtupefactos tenere lectores, útque magnifica atque ſublimi oratione reddatur illuſtris. Ex quo interdum uidetur poeta quædam præter rei ueritatem ſcripſiſſe: non enim ſemper probabilia perſequutus eſt, ſed perſæpe effinxit res mirãdas atque ſublimes. Quapropter non modò res, ſed etiam uerba & extulit, & à cõmuni conſuetudine tranſtulit. Quòd 15
autem noua qnædam & admiranda, & quæ non facilè in cõſuetudinem ueniũt ſemper adducat, nemo ne mediocriter quidem doctus ignorat. Quinetiam ſi quis in his fabuloſis narrationibus diligenter ſingula quæ dicuntur attenderit, poetam hunc omni humanitate atque doctrina imbutũ fuiſſe reperiet, intelligétque plurima illum tanquam ſemina & orationis & actionum uariarum poſteris nõ ſolùm poetis, uerùm etiam oratoribus, hiſtoricis, atque philoſophis reliquiſſe.

Euagoras.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

CVM uiderem, ô Nicocles, te non ſolùm rerum pulchritudine atque copia, uerumetiam choris & muſica gymnicíſque certaminibus, necnõ equorum triremiúmque curſibus funus paternum honorantem, nihil quod ad huiuſmodi rerum ſplendorem pertineret relinquentem, putaui fore ut Euagoras (ſi quis ſenſus de his quæ 1
in uita fiunt mortuis ineſt) libenter & hæc acciperet, gauderétque aſpiciens tuam erga ſe curam ac magnificẽtiam: ſed multò maiorem gratiam quàm reliquis omnibus haberet, ſi quis ipſius præclara facinora atque pericula dignè narrare poſſet. Etenim uiros magnanimos honoríſque cupidos non ſolùm pro rebus bene geſtis laudari uelle, uerumetiam pro uita honeſtam mortem optare reperiemus, maiúsque ſtudium de ſua gloria, quàm de uita habere, denique omni cura atque diligentia eniti, ut immortalem ſui memoriam derelinquant. Magni ergo ſumptus nihil tale efficere poſſunt, ſed opes duntaxat atque diuitias oſtentant. Eorum uerò qui 2
in muſica aliíſque certaminibus ſe exercent, hi quidem ſuas uires, alij uerò ſuas artes demonſtrantes, ſeipſos glorioſiores conſtituunt. Oratio uerò ſi eleganter & ornatè illius res geſtas narrauerit, ſemper memorabilem Euagoræ uirtutem apud omnes mortales efficiet. Conueniebat itaque ut alij uiros, ſi qui præſtantes ac boni ſua tempeſtate extitiſſent præclaris laudibus extollerent, quò uidelicet & hi qui aliorum facta ornare poſſunt, cùm non apud ignaros uerba facturi ſint, eos quos honeſtare uolunt, ueris laudibus perſequantur, & iuniores ardentiori ſtudio afficiantur ad uirtutem, cùm quibus ſe meliores præſtiterint, his ampliores laudes ſe conſequuturos ſciant. Nunc autem quis non langueſcat, ſegniórque ad uirtutem non reddatur, cùm eos qui tempore Troiani belli atq; antea fuere, celebratos carminibus & laudibus, de- 3
cãtatósq; tragœdiis animaduertit, ſeipſum autẽ proſpiciat, etiã ſi illos omnes probitate & uirtute uinceret, nunquã tamen ſimiles laudes aſſequuturũ? Sed horũ profectò cauſa

Præclara facinora cur celebranda.

cauſa eſt inuidia, cui ſolùm hoc boni adeſt, quòd maximum malũ inuidis afferre ſolet. Quidam enim ſic deprauati natura ſunt, ut libentius eorum quos ignorant an unquam fuerint, quàm eorum quibus plurimis beneficiis aſtricti ſunt, laudes audire uelint. Non tamen his qui ita malè ſentiunt inſeruire cordatos decet, ſed hos quidẽ negligere, alios uerò ut laudes eorum audiant, de quibus dicere iuſtũ eſt aſſuefacere debemus, præſertim cùm & artibus, omnibúsq; aliis rebus incremẽta allata uideamus, non per eos qui acquieſcunt his quæ ab aliis inſtituta ſunt, ſed per eos qui & parua 4
dirigere, & non bene inſtituta mutare audent. Nec ignoro difficile factu eſſe quod me facturum recepi, cuiuſpiam uirtutes ſoluta oratione laudare. Cuius rei maximum ſignum, quòd hi qui philoſophiæ operã dant, de multis uariíſque rebus dicere audent, de talibus autem nullus unquã ipſorum aggreſſus eſt dicere. In quo ipſis dandam ueniam cenſeo. Nam poetis multa dantur, quibus ſuũ ornare carmen poſſunt. His enim & deorum cum hominibus congreſſus, tum diſceptationes & certamina quibus cum uolunt, fingere licet: & cùm hæc narrare uoluerint, non eadem uerborum lege qua oratores, aſtringuntur. Itaque non ſolùm uerbis uſitatis, uerumetiam nouis, tranſlatis & peregrinis, & omni denique dicendi genere ſuam poeſim ornare poſſunt. Oratoribus autem nihil tale conceditur, ſed iis & uerbis uſitatis, & ſententiis non niſi ad 5
res pertinẽtibus, ſtrictiori quadã lege utendum. Ad hæc illi quidẽ omnia numeris & metris ſcribunt, his uerò nihil tale conceſſum eſt: quæ tantã gratiam habent, ut quãuis nec uerba idonea, nec graues ſentẽtiæ ſint, menſura tamen quadã & numerorum concinnitate auditores demulceant. Quanta autem horum ſit uis, illinc facilè perſpici poteſt: Nam ſi quis eorũ poematũ quæ probatiſſima habentur, uerba quidem & ſententias relinquat, menſurã autem diſſoluat, multò profectò opinione quam nunc de his habemus, inferiora uidebuntur. Verùm enimuerò quamuis poeſis hoc tantùm præſtet, haud tamen à ſcribendo deſiſtere debemus, ſed tentandũ eſt, ſi ſoluta oratio 6
ne uiros probos ac præclaros meritis laudibus honeſtare ualeamus, nihil deterius iis qui carminibus aut numeris eos laudant. Primùm ergo de ingenio naturáque Euagoræ, quibúsq; maioribus ortus ſit, etſi multis notum arbitror, aliorũ gratia dicendũ uidetur, ut omnes ſcire poſſint, quàm magnis & præclaris exemplis maiorũ relictis, nihilo inferiorem ſe præſtiterit. Semideos ergo generoſiſſimos, qui à Ioue genus ducũt, eſſe, omnes uno ore conſentiunt. Hos autẽ ipſos ſi inter ſe cõferre uoluerimus, nemo eſt qui Aeacidas cæteris præferre dubitet. In aliis generibus hos quidem uirtute præſtantes atq; inſignes, alios uerò obſcuros inferiorésq; reperiemus: at omnes qui Aeaco orti ſunt, clariſſimi fuere ſuo tempore. Aeacus autem qui Ioue ſatus eſt, à quo Teucridarum genus initium ſumpſit, tam cæteris uirtute præſtitit, ut cum maxima ſiccitate in Græcia plurimi hominum corrumperentur, nullúmque malo huic auxilium inueniret, poſtquã magnitudo calamitatis excreuit, cum ciuitatũ principes adierint, 7
rogãtes ut tantum malũ tantámque peſtẽ ab eis propulſaret. Sperabãt enim propter ipſius generoſitatẽ atq; eximiã pietatem, quãcelerrimè à diis præſentiũ malorũ liberationẽ inuenire. Nec ea ſpes uiros fefellit, ſed uoti cõpotes facti, in Aegina, ubi uotũ ille precésque fecerat, cõmune omnibus Græcis ſacrũ ædificauere. Atque per id temporis donec inter homines fuit, ſumma cum gloria uitã duxit: poſtquã uerò migrauit è uita, cùm apud Plutonem Proſerpinámque maximos honores aſſequutus eſſet, ad iudicandas animas eis aſſediſſe fertur. Iſtius autem Telamon & Peleus filij fuere, quorum alter cum Hercule contra Laomedontem militans, propter ſua egregia facinora ingentibus præmiis donatus eſt. Peleus cùm in pugna contra Centauros ſtrenuè dimicaſſet, multíſque aliis bellis atque periculis probatus eſſet, Thetida Nerei filiam immortalem, quãuis ipſe mortalis, uxorẽ meruit, atq; ex omnibus quæ ante fuere, ſo- 8
lum in iſtis nuptiis Hymenæũ deos cantaſſe ferũt. Inde Aiax, Teucérq; à Telamone, Achilles uerò à Peleo orti ſunt, qui maximũ ac manifeſtiſſimũ argumentum ſuarum

In inuidiã quid incommodi.

Genus diuinum.

Maiores.

uirtutum dedêre. Non enim solùm in suis ciuitatibus locísque quibus habitabant primi fuere, sed cùm Græci contra Troianos expeditionem fecissent, multíque utrinque coacti essent, nemo denique uir clarus qui his non adesset periculis, inueniri posset, omnibus Achilles longè præstitit. Aiax uerò post illum facilè omnes superauit. Nec Teucer horum genere indignus, cæteris inferior habitus est. Qui postquam unà cum Græcis depopulatus esset Troiam atque diruisset, Cyprum petiit, urbémque ædificauit, quam Salaminam antiquæ patrię nomine uocauit, genúsque reliquit quod nunc regno potitur. Tam igitur præclara facinora maiorum à primordio generis Euagoræ fuere. Cùm igitur isto pacto urbs ædificata esset, principio hi qui à Teucro geniti sunt, regnum obtinebant: postero inde tempore uir quidam exul à Phœnicia in Cyprum uenit: hic cùm maximè ab eo qui tunc temporis regnabat cultus esset, maximásque accepisset potestates, harum rerum non habuit gratiam, sed in regem qui eum hospitio acceperat, malus ingratúsque existens, ac ad præripienda aliena callidus, benefactorem suum ex regno eiecit, ipse uerò imperio potitus est. Inde cùm rebus tam scelerate gestis diffideret, suúmque statum stabilire uellet, ciuitatem effecit barbaram, insulámque uniuersam regi Persarum in seruitutem dedit. Rebus ita constitutis, Euagoras nascitur: de quo diuinationes & oracula, uisáque in somnis, quibus hominum naturam excedere uideri potest, relinquere malo, non ut his rebus fidem non adhibeam, sed ut omnibus apertum faciam, tantùm me abesse ut de eo aliquid confingam, ut etiam ea prætermittam, quæ olim paucis quibusdam, non ciuibus uniuersis nota fuisse existimẽ. Sed cùm de eo dicturus sim, ab his quæ omnes fatentur, initium faciam. Puer nempe existens honesta forma, robustus atque temperatus fuit, quæ bonorum omnium eius ætatis decentissima uidentur. Horum autem omnium testes afferre possumus: nam temperantię, eos ciues qui unà cum eo fuerunt eruditi: pulchritudinis, omnes qui eum uiderunt: roboris denique, ea certamina quibus ille æquales superauit. His denique cùm uir factus esset, fortitudinem, sapientiam, iustitiámque adiunxit, nec mediocriter quemadmodum cęteri, sed horũ quodlibet egregia quadã cum excellentia habuit. Tantùm enim corporis uirtutibus animíque præstitit, ut cùm eum intuerentur qui tum in imperio constituti erant, stupescerent, & non mediocri timore de principatu suo afficerentur. Putabant enim nullo modo fieri posse, ut is qui tali ingenio præditus esset, priuatus uitam degeret. Inde cùm eius honestissimos mores inspiciebant, tantam ei adhibebant fidem, ut putarent, si quis in eos delinquere auderet, sibi Euagorã adiutorem fore. Et cùm tam uaria ac diuersa de eo esset opinio, nihil tamen horum eos fefellit. Nam neque priuatus uitam egit, neque in eos aliquid commisit, sed tantam de eo prouidentiam deus habuit, qui honestè regiam dignitatem assumeret, ut omnia quæ per impietatem fieri necesse erat, per alium patrarentur: iis uerò quibus sanctè ac iustè imperium assequi poterat, Euagoram reseruauit. Quidam enim qui per id tempus in potestate erat, per insidias regem trucidauit, Euagorámque cõprehendere conatus (putabat enim nullo pacto principatum obtinere posse, nisi illum è medio tolleret) sed Euagoras pericula effugiens, Solos Ciliciæ se recepit. Nec eandem habuit mentem quam alij qui in eiusmodi calamitates incidunt. Illi enim cùm imperio excidêre, humiliores animos habere solent: ipse uerò postquam patriam fugere coactus est, in tantùm animi magnitudinis uenit, ut cùm antea priuatus esset, non putaret sibi sine imperio esse uiuendum: neque cum uagis & exulibus aliísque hoc genus hominum, reditum quæsiuit, indignos precari atque colere contempsit, sed eam occasionem sumens, quam omnibus qui pietatem colunt sumi oportet, ut suas scilicet iniurias lacessiti ulciscantur, optauit uel uictor potiri imperio, uel superatus occumbere. Itaque cùm quinquaginta ferè hominum, ut plurimi ferunt, coegisset, cum his reditum in patriam parauit: unde & illius ingenium, & qua apud alios opinione esset contemplari possumus.

Natiuitas. Fidem præstruit orationi.

Pueritia.

Virilis ætas.

Prouidentia fati.

Magnanimitas in aduersis.

Nam

Nam cùm tam paruo uirorum numero ad tam ingens facinus nauigare deberet, sibíque omnia grauia imminerent quæ in huiusmodi periculis esse solent, non tamen ille elanguit, nec ullus eorum quos adhortatus fuerat in tanto discrimine ab eo defecit, sed tanquam deum aliquem sequerentur omnes fidẽ seruauere: ipse uerò tanquã meliore hostibus exercitum haberet, uel pugnę euentũ prospiceret, ita animo affectus uidebatur, id quod ex rebus quas gessit intelligere licet. Nam cùm in insulam descendisset, non putauit oportere locum munitum capere, séque in tuto collocare, ac circunspicere si aliqui ciuium sibi auxilium ferrent: sed eadem nocte ut primùm facultas data est, perfracta porta urbem ingressus, cum suis ad regiam irruit. Qui autem ea tempestate tumultus acciderint, quíue aliis terrores euenerint, quæ denique exhortationes eius fuerint, quorsum attinet prolixius exponere, moramque trahere? Cùm uerò hi qui circa tyrannum erant pugnarent, reliqui autem ciues cùm illius principatum, tum huius uirtutem metuentes quietem agerent, pugnans solus contra multos, cúmque paucis contra omnes inimicos, non antea destitit quàm regiam in suam potestatem redigeret, & inimicos ultus amicis auxilium ferret. Ipse igitur ciuitatis imperio potitus est, & generi suo patrios honores restituit. Arbitror profectò si nihil aliud memorare uelim, sed hîc orationi finem imponere ex his quæ diximus, facile esse & Euagoræ uirtutem, & egregia eius facta cognoscere. Non tamen his contentus sum, sed ex his quæ sequentur hæc magis manifesta fore existimo. Nam cùm tempore uniuerso tot reges totque tyranni fuerint, nullus tamen hunc honorem adeptus est nec honestius nec iustius. Si igitur cum eorum quolibet facta Euagoræ comparare uoluerimus, fortasse nec nostra oratio auditoribus grata esset, nec tempus ad dicendum sufficeret. Sin autem seligamus quosque probatissimos, cúmque his Euagoram comparemus, multò breuior erit oratio, nec minus propositum assequemur. Eis qui à parentibus regna accepere, quis est qui Euagoræ pericula non anteponat? neminem enim adeò segnem & ignauum esse existimo, ut malit à progenitoribus sumere imperium, quàm sanctè quemadmodum ille assequens, suis liberis relinquere. Atqui omnium antiquorum qui in patriam rediere, hi profectò qui à poetis inducti sunt, celeberrimi uidentur: hi enim non solùm præclaros reditus eorum qui antè fuerint, nobis commemorant, sed nouos quosdam ipsi fingunt. Nullus tamen eorum effinxit quenquam, qui tam grauibus periculis ac terroribus in patriam redierit: sed finxere quamplurimos fortuna, nonnullos uerò dolis ac fallaciis regiam dignitatem accepisse. Atqui Cyrum præ cæteris qui postea fuerunt admirantur. Is enim Medis abstulit, Persísque quæsiuit imperium: sed tamen iste Persarum exercitu Medos uicit, quod ipsum multi Græcorum barbarorúmque præstare potuissent. At iste corporis animíque uirtute quamplurima ex his quæ dicta sunt, facere usus est. Deinde ex Cyri expeditione non satis liquet an pericula Euagoræ subire potuissent: at ex his quæ hic fecit, omnibus constat quòd facilè & illa opera esset aggressus. Præterea huic quidem omnia iustè & sanctè facta sunt, illi autem nonnulla impiè euenere. Nam iste inimicos perdidit, Cyrus autem matrem parentem interfecit. Itaque si aliqui utriusque non rerum magnitudinem, sed uirtutem metiri uelint, non iniuria Euagoram maioribus laudibus honestabunt. Atqui si breuiter nullámque inuidiam timentes audacter loqui oportet, nullus neque mortalis, neque semideus, neque immortalis denique reperietur, qui summa cum pietate regnũ acceperit uel honestius, uel maiori cum gloria. Quibus rebus hoc modo quis maximè credere poterit, si non ualde repugnans his quæ dicuntur, conetur exquirere quonam pacto utrique imperarint. Nolim enim uideri (quoquo modo res se habeant) prompto animo uelle magna dicere, sed rei ueritate inductus, ita audacter de his disserere: quoniã si paruis in rebus ipse præstitisset, humilem nempe orationẽ de eo habere æquũ fuerat: nunc autem omnes fatentur ex bonis omnibus humanis & diuinis nihil maius regno, nihil

Regnũ ut sibi comparauerit.

Comparatio ne ad alios eius facta amplificat.

Pindarus, ἐπ' ἐλλοισπεῖ ἄλλοι μεγάλοι, τὸ δ' ἔρατον κορυφοῦται βασιλεῦσι.

admirabilius, nihil denique maiori reuerentia dignius reperiri posse. Qui uerò, quod est omnium honestissimũ, honestissimè assequutus fuerit, eum quis rhetor, quis poeta, quis demum orationis inuentor, pro rebus gestis dignè laudare poterit? Non ergo cùm is tam clarus fuerit, in cæteris inferior reperietur. Sed in primis cùm natura ingeniosissimus esset, mentémque haberet ad rectè faciendum aptissimam, nihil tamen negligenter, nihil temerè aut inconsultè putauit esse faciendum, sed quærendo consulendóque omni cura plurimùm temporis consumebat. Putabat enim si animum suum bene instituisset, bene se & regnum suum habiturum: nec eos satis admirari poterat, quicunque aliorum gratia animi curam gerunt, ipsius uerò animi nihil pensi habent. Sed & circa negotia résque cognoscendas eiusdem sententiæ fuit. Quippe cùm eos qui summa diligẽtia omnia faciunt, quàm minimo dolore affectos animaduerteret, uerámque animi quietem non in otiis, uerùm in bene agendo & tolerando esse, nihil non exploratum reliquit, sed tanta diligentia res omnes tenebat, adeóque unumquéque ciuium nouerat, ut neque insidiis iniqui præoccupare, neque æqui eum latêre possent, sed omnes debita ferrent præmia. Pœnis muneribúsque afficiebat ciues, non secundum ea quæ ab aliis acceperat, sed quorum ipse erat conscius, iudicans. Nec tamen in his quæ quotidie accidebant, quãuis in talibus curis esset cõstitutus, ullo errore tenebatur, sed ita piè & humanè ciuitatem gubernabat, ut omnes qui illuc uenirent, magis eos qui eiusmodi regi obtemperarent, quàm eum tali imperio felicem arbitrarentur. Vniuerso uitæ tempore nemini iniuriam intulit: bonos in pretio habuit: semper in omnes iustum imperium exercuit: iustè delinquentes puniuit: cùm nullius consilio egeret, amicos tamen consulebat. A familiaribus se uinci multis in rebus patiebatur, at omni in re superabat inimicos: nec contractione frontis, sed uitæ institutis captabat reuerentiam. Nihil ei sine ordine, nihil sine modo agebatur, sed quæ uerbis promiserat, haud secus fidem seruabat, quàm si iureiurando deuinctus esset. Non his quæ fortuna, sed quæ sua uirtute quæsierat gloriabatur. Amicos quidem alios beneficiis, alios uerò sua magnanimitate sibi morigeros faciebat. Non quia multis grauis ac molestus foret, terribilis erat, sed quia multò aliorum ingenia superabat. Non parebat uoluptatibus, sed dominabatur, paucis laboribus multùm otij quærens, sed non propter parum otij magnos labores subterfugiens. Omnino nihil reliquit quod regibus adesse decebat, sed ex omni repub. quod est optimum elegit. Nanque colendo multitudinẽ popularem, ciuilem autem remp. iustè gubernando, rei militaris peritum bene in periculis consulendo, regalem denique his omnibus excellendo, sese ostendit. Quod autem his aliísque pluribus præditus fuerit Euagoras, ex his quæ gessit facilius intelligi potest. Nam cùm ciuitatem effectam barbaram propter Phœnicum imperium, neque recipientem Græcos, neq; callentem artes, neque emporiis utentem, neque possidentẽ portus, accepisset, hæc omnia direxit, ac insuper imperij fines protulit, mœnibúsque urbẽ cinxit, triremésq; ædificauit, aliísq; apparatibus ciuitatẽ ita auxit, ut à nulla Græcarũ ciuitatũ superaretur. Adeò deniq; potentẽ effecit, ut eam multi qui antea cõtempserant, formidarent. Atqui ciuitatem aliquam tam breui in tantùm magnitudinis accrescere nullo pacto fieri potest, nisi aliquis iisdem moribus quibus Euagoras præditus sit, quemadmodũ paulò antè commemorauimus, eam gubernaret. Itaq; haud uereor ne maiora quàm fecerit dicere uidear, sed multò magis, ne ab eius præclaris factis superatus appareã. Quis enim oratione huiusmodi ingenium attingere queat, qui non solùm ciuitatem suam præclaram effecit, uerumetiam uniuersam circumiacentem insulã in mansuetudinẽ redegit & modestiã? Nam antequã Euagoras potiretur imperio, ita feri & immanes erant, ut eos principes optimos iudicarẽt, quicũq; crudelissimè in Græcos affecti essent. Nunc uerò in tantùm immutati sunt, ut inuicẽ certẽt, qui magis Græcorũ studiosi esse uideantur, ac plurimi eorum filias nostrorum uxores accipiunt, ut ex his liberos

Virtutes uerè regiæ.

18 19 20 21 22

liberos habere possint. Magis enim græcis & rebus & studiis, quàm quæ apud eos sũt, gaudere uideas: ac plures circa Musicam aliásque disciplinas his locis immorantur, quàm quibus antè consueuerãt. Horum omnium Euagoram causam fuisse nemo dubitat. At illud profectò maxima coniectura illius & morum & sanctitatis est, quòd plurimi Græci probi honestíque uiri proprias deferentes patrias, ut cũ eo habitarent, in Cyprum se contulere, putantes regnum Euagoræ non solùm suis rebusp. communius, uerumetiam stabilius & iustius: quos omnes nominatim dicere haud facile esset. Conona uerò qui propter plurimas suas uirtutes Græcis præfuit, quis nescit cùm
23 eius ciuitas ingenti calamitate foret oppressa, aliis posthabitis omnibus, ad Euagoram se contulisse, diiudicantem apud illum suæ salutis refugium esse firmissimum, ipsúmque Euagoram celeriter patriæ auxiliatorem fore? Cùm antea Conon multa rectè fecisset, nulla in re tamen melius quàm in his consulere uisus est. Multa enim bona propter aduentum in Cyprum, & facere & pati ei contigit. Primùm quidem, cùm nũquam antea alter cum altero uersatus esset, pluris seipsos fecere, quàm si prius fuissent familiares: deinde uniuersum tempus summa concordia uixere, déque nostra ciuitate eandem habuere sententiam. Nam cùm eam sub Lacedæmoniorum imperio, uariísque mutationibus exagitatam uiderent, grauiter molestéque ferebant, in eáque re suo uterque egregiè functus officio est. Illi enim naturâ erat patria, hũc autem propter multa magnáque beneficia lege lata ciuitate donauerunt. Ipsis igitur cogitantibus, quonam pacto tantis calamitatibus Athenienses liberarẽt, celeriter Lacedæmo-
24 nes opportunitatem prębuere. Nam cùm Gręcorum imperio terra maríque potirentur, in tantam dominandi cupiditatem uenere, ut totius Asiæ imperium affectarent. Illi igitur opportunitatem sibi datam sumentes, ducibus regis dubitantibus quomodo rebus uti oporteret, eos admonuere ut nõ terrestri, sed nauali prælio cum Lacedæmoniis certarent. Putabant enim, si eos pedestribus copiis superassent, ea solùm quæ in continenti essent bene habitura: at si nauali pugna uictores essent, uniuersam Græciam huius uictoriæ participem fore: quod certè contigit. Nam cùm regis duces eis obtemperassent, magnámque coegissent classem, Lacedæmonij debellati sunt, atque imperiũ amisere, Græci uerò sunt liberati. Athenienses autem aliquam antiquæ gloriæ partem recepere, sociorúmque duces sunt constituti. Hæc omnia duce Conone, Euagoráque adiutorem seipsum præbente, uirésque plurimas afferente, facta sunt,
25 quorum gratia nos eos maximis affecimus honoribus. Nam ipsorum statuas prope Iouis seruatoris simulachrũ ereximus, ut illius & horum utriusque beneficiorum magnitudinis mutuæque amicitiæ monumẽtum esset. At Persarum rex non eodem modo erga eos animatus fuit, sed quantò maiora & præstantiora fecere, tantò magis eos formidauit. Sed de Conone aliàs. Quòd autem ita erga Euagoram rex affectus esset, non alios latêre uoluit. Videtur enim maius studium in bello quod in Cypro gesit, quàm reliquis omnibus adhibuisse. Maiorem enim & grauiorem illũ aduersarium, quàm Cyrum, secum de regno certantes arbitrabatur. Illius enim audiens apparatus in tantùm contempsit, ut ipsius negligentia parum abesset quin ab illo regia occuparetur. Istius autem uirtutem tantùm timuit, ut ei inter ipsa beneficia, quibus ab illo quotidie afficiebatur, bellum inferret, iniustè quidem faciens, haud tamen omnino
26 rebus suis malè consulens. Sciebat enim multos Gręcos & Barbaros ex humilib. rebus ac nullius penè momenti, maxima sæpe imperia quæsiuisse. Sentiebat autem Euagoræ magnitudinem, & in quantùm nominis & gloriæ paulatim accreuisset. Videbat enim insuperabilem habere naturam, & fortunam ei aspirantem animaduertebat. Itaque non propter ea quæ facta essent iratus, sed de futuris timens, nec tantùm de Cypro, sed de maioribus etiam solicitus, ei bellum intulit. Tantis enim apparatibus in eum irruit, ut in ea expeditione plus quàm quinquaginta millia talentorũ consumeret. Euagoras tamen quanuis copiis uiribúsque inferior esset, tam ingentibus appa-

Græcia Euagoræ opera liberata.

ratibus ſuam prudentiam opponens, in his magis admirandum, quàm in aliis quæ dicta ſunt, ſe oſtendit. Etenim donec ei in pace uiuere licebat, ſua ciuitate contentus
27 fuit. Poſtquam uerò bellare coactus eſt, talem profectò ſe præſtitit, talémque Protagoram adiutorem filium habuit, ut parum abeſſet quin totam Cyprum in ſuam ditionem redigeret. Phœniciam depopulatus eſt, Tyrum ui cepit, Ciliciam fecit à rege deſciſcere. Tot uerò inimicos perdidit, ut multi Perſarum ſuas lugentes calamitates, uirtutum illius recordarentur. Sic demum eos bello ſatiauit, ut cùm antea reges non prius, quàm eorum domini forent, cum his qui ab eis deſciuiſſent reconciliari conſueuiſſent, hac lege & conſuetudine ſoluta libenter pacem amplexi, haud quicquam de imperio Euagoræ permutarent. Et Lacedæmoniis quidem rex, quorum ea tempeſtate maximæ & uires & gloria erant, infra tres annos imperium abſtulit: cum Euagora uerò decem per annos bellum gerens, eorundem quibus & ante bellum ſuſceptum poriebatur, eum dominum reliquit. Quod autem omnium maximè admirabile uidetur, urbem quam Euagoras altero regnante quinquaginta cum uiris ceperat,
28 hâc magnus imperator cùm tantas uires tantósque exercitus haberet, cápere non potuit. Atqui quonam pacto aliquis manifeſtius fortitudinem, prudentiam, uniuerſam denique Euagoræ uirtutem, quàm his præclaris facinoribus & periculis oſtendere poſſet? non enim ſolùm alia bella ſuperaſſe uidetur, uerumetiam id quod & heroes geſſere, & apud omnes gentes celebratur. Illi enim cum uniuerſa Græcia ſolam accepere Troiam, iſte uerò unam ciuitatem habens, cum tota Aſia bellum geſsit. Itaque ſi eum tot rerum ſcriptores, quot illos, laudare uoluiſſent, multò maiorem, quàm illi, gloriam reportaret. Quem enim eorum qui tunc temporis fuere, ſi fabulas dimittere, ac ueritatem contemplari uolumus, inueniamus unquam talia feciſſe? uel quem tam uarios caſus, uariásque rerum mutationes ſubiiſſe? qui ſeipſum ex priuato tyrannum
29 conſtituit, ſuúmque genus, quod totum ex repub. expulſum erat, in decentes honores reduxit: ciues uerò ex barbaris Græcos, bellicoſos ex imbellibus, ex ingloriis denique effecit glorioſos. Tantam uerò regionem cùm feram & immanem accepiſſet, mitem & manſuetam reddidit. Ad hæc, ſic regis inimicitias honeſtè ultus eſt, ut bellum in Cypro geſtum, ſemper memorabile futurum ſit. Cùm uerò eius ſocius fuit, tantò utiliorem ſe aliis præſtitit, ut conſenſu omnium in nauali pugna, quæ circa Cnidum commiſſa fuit, maximo illi adiumento foret. Qua peracta, totius Aſiæ dominus cóſtitutus eſt. Lacedæmonij autem qui antea Aſiam uaſtare uolebant, de proprio ſolo periclitari coacti ſunt. Græci uerò pro ſeruitute libertatem habuere. Atheniéſes quidem in tantùm creuere, ut hi qui prius eis dominabantur, eos adirent, imperiúmque traderent. Quapropter ſi quis me interrogaret, quid ex rebus ab Euagora geſtis maximum eſſe putem, utrùm curas apparatúsque contra Lacedæmonios, ex quibus ea quæ diximus facta ſunt, uel poſtremum bellum, uel regni adeptionem, uel totam rerum diſpoſitionem, in multa profectò ambiguitate conſtituerer: nam quocúnque oculos mentis initio, id mihi & maximum & admodum mirabile uidetur. Itaque ſi aliqui ueterum propter uirtutem immortales fuere, arbitror illum hoc munere maximè dignum eſſe, coniecturis utens quòd illis & fortunatiorem chariorémque diis uitam duxit. Semideorũ enim quamplurimos inueniemus in maximas calamitates incidiſſe. Euagoras uerò principio non ſolùm ualde mirabilis, uerumetiam beatiſſimus fuit. Quid enim felicitatis ei abfuit, qui talibus maioribus ortus eſt, quales nemo habuit, niſi ſi quis eadem ſtirpe fuerit procreatus? Tantùm uerò corporis animíque uirtutibus cæteris præſtitit, ut non ſolùm Salaminæ, ſed etiam totius Aſiæ imperio dignus uideretur. Regiam uerò dignitatem honeſtiſſimè adeptus, in ea uitam finiuit. Mortalis autem cùm eſſet, memoriam reliquit immortalem. Tantùm enim temporis uixit, ut neque expers eſſet ſenectutis, neque particeps morborum quos illa ætas afferre ſolet. Præterea nec id quod rariſſimum atque difficillimum eſt, bonos

Epilogo ſummatim uitam perſtringit omnem.

ſcilicet

ſcilicet multósq; habere filios, ei defuit: & quod maximũ eſt, eorũ neminem obſcuris nominibus reliquit, ſed hunc quidem imperatorem, hos autem reges, illas uerò reginas appellatas. Itaque ſi aliqui poetarũ cùm aliquem ſummopere laudare uellent, dicerent illum non mortalem, ſed deum inter mortales, aut dæmona quendam extitiſſe, hæc omnia profectò meritò de illius ingenio dici poſſunt. Multa igitur puto me
32 reliquiſſe, quæ de Euagora memorari potuiſſent. Nam me & orationis & ingenij uires deficiunt, quibus diligentius & ſtudioſius has laudes tractare cõueniebat: non tamen impræſentiarum pro meis uiribus illaudatum reliqui. Ego autem, ô Nicocles, corporum imagines pulchra quidem monumenta eſſe iudico, ſed multò digniores illas quæ res geſtas & mentem expreſſerint, quas in orationibus ſolùm quæ arte ſunt compoſitæ, contemplari licet. Has enim illis præferendas cenſeo, primùm quidem quòd uideo honeſtos & probos uiros non tam pulchritudine corporis, quàm rebus geſtis & earum memoria gloriari. Deinde, quia ſtatuas neceſſe eſt illis ſolùm adeſſe, apud quos erectæ ſunt: orationes uerò per uniuerſam Græciam, pérq; gymnaſia philoſophorum diſſipari poſſunt, à quibus amari & approbari, quàm à reliquis omni-
33 bus longè præſtat. Ad hæc, quòd nemo ſculpturis & picturis naturam corporis facilè aſſimilarit: mores autem & mentes ex oratione (niſi ſocordes, quàm ſeduli eſſe maluerimus) facilè imitari poſſumus. Quam quidem ob rem, orationem hanc ſcribere potiſſimùm ſum aggreſſus, exiſtimans tibi tuíſque liberis, aliíſque qui ab Euagora nati ſunt, hanc fore adhortationem honeſtiſſimam, ſi quis illius uirtutes in unum cogens, eásque uerbis exornans, uobis inſpiciendas, & imitandas præberet. Nam cùm quos ad philoſophiam hortari uolumus, alios laudare ſolemus, ut æmulatione eorum quos laudamus, eadem ſtudia concupiſcant: ego autem non alienis, ſed domeſticis exemplis utens, te tuósque hortor ut mentem adhibeas, atque enitare quî & agendo & dicendo uerè te Græcum præſtes. Nec me exiſtimes uelim, quia ſæpius
34 eadem admoneo, te negligentiæ arguere: neque enim uel me, uel alios latuit, quòd ſolus & primus eorum qui imperio ac diuitiis deliciíſque uiuunt, ſummo ſtudio philoſophiæ operam tradis: neque quòd multos reges tuæ eruditionis æmulos efficies, qui hæc tua affectantes ſtudia, ea aliquando ſunt relicturi, quibus impræſentiarum ſummopere gaudent. Sed tamen hæc ſciens nihilominus & facio & faciam id quod in gymnicis certaminibus facere ſolent ſpectatores: illi enim non curſores eos qui relinquuntur, ſed qui de uictoria certant adhortantur. Meum autem eſt & aliorum amicorum talia dicere & ſcribere, quibus te excitemus ad ea ſectanda, quibus iam antè auidus incumbis. Tuum fuerit nuſquam deficere, ſed quemadmodum nunc agis, ita reliquo tempore curam habere, tuúmque ita exercere animum, ut & parente & maioribus tuis nõ indignus uideare, quorum prudentiam omnes admira-
35 ri decet, uósque præſertim qui in imperio eſtis conſtituti. Oportet igitur non acquieſcere, ſi præſentibus melior exiſtas: ſed indignari, ſi tali ingenio præditus, & antiquitus à Ioue, nuperrimè uerò à tam præclaro uiro genitus, non multùm & aliis, & illis qui in æqualibus tecum honoribus ſunt, præſtare uidearis. Hæc autem ut ita conſequare, in teipſo conſiſtet. Si enim philoſophiæ ſtudio incubueris, & quemadmodum hactenus, proficere perrexeris, talis nempe, qualé te eſſe oportet, celeriter euades.

Redit ad Nicoclem, quæ uerè immortalia ſint monumenta demonſtrans.

Pomponius Atticus.

CORNELIO NEPOTE AVTHORE.

Genus.

POMPONIVS Atticus ab origine ultima ſtirpis Romanæ genera- 1
tus, perpetuò à maioribus acceptam equeſtrem obtinuit dignita-
tem. Patre uſus eſt diligente, indulgente, & ut tum erant tempora,
diti, in primísque ſtudioſo literarum. Hic, prout ipſe amabat lite-
ras, omnibus doctrinis quibus puerilis ætas impartiri debet, filiũ
Ingenium. etudiuit. Erat autem in puero præter docilitatem ingenij, ſumma
ſuauitas oris ac uocis, ut non ſolùm celeriter acciperet quæ tradebantur, ſed etiam ex-
cellenter pronuntiaret. Qua ex re pueritia nobilis inter æquales ferebatur, clariúsque
explendeſcebat, quàm generoſi condiſcipuli animo æquo ferre poſſent. Itaque incí-
tabat omnes ſtudio ſuo: quo in numero fuerunt L. Torquatus C. Marij filius, & M. Ci-
cero, quos conſuetudine ſua ſic ſibi deuinxit, ut nemo his perpetuò fuerit charior. Pa- 2
ter maturè deceſſit. Ipſe adoleſcentulus propter affinitatem P. Sulpitij, qui tribunus
plebis interfectus eſt, nõ expers fuit illius periculi. Nanque Anitia Pomponij conſo-
brina nupſerat M. Seruio fratri Sulpitij. Itaque interfecto Sulpitio, poſteaquam uidit
Cinnano tumultu ciuitatem eſſe perturbatam, neque ſibi dari facultatem pro digni-
tate uiuendi, quin alterutram partem offenderet, diſſociatis animis ciuium, cùm alij
Syllanis, alij Cinnanis fauerent partibus, idoneum tempus ratus ſtudiis obſequendi
Facultates. ſuis, Athenas ſe contulit. Neque eo ſecius adoleſcentem Marium hoſtem iudicatum
iuuit opibus ſuis, cuius fugam pecunia ſubleuauit. Ac ne illa peregrinatio detrimen-
tum aliquod afferret rei familiari, eõdem magnam partem fortunarum traiecit ſua-
rum. Hîc ita uixit, ut uniuerſis Athenienſibus meritò eſſet chariſsimus. Nam præter
gratiam quæ iam in adoleſcentulo magna erat, ſæpe ſuis opibus inopiam eorum pu-
blicam leuauit. Cùm enim uſuram facere publicè neceſſe eſſet, neque eius conditio- 3
nem æquam haberent, ſemper ſe interpoſuit, atque ita, ut neque uſuram ab iis acce-
perit, neque longius, quàm dictum eſſet, debere paſſus ſit. Quod utrunque erat iis ſa-
lutare: nam neque indulgẽdo inueteraſcere eorum æs alienũ patiebatur, neque mul-
tiplicandis uſuris creſcere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate: nam uniuer-
**modius me-aimnus.* ſos frumento donauit, ita ut ſingulis ſeptem modij tritici darentur: qui* modus men-
ſurę medimnus Athenis appellatur. Hic autem ſic ſe gerebat, ut cõmunis infimis, par
principibus uideretur. Quo factum eſt, ut huic omnes honores quos poſſent, publicè
haberent, ciuémque facere ſtuderent: quo beneficio ille uti noluit: quod nonnulli ita
interpretantur, amitti ciuitatem Romanam alia aſcita. Quandiu affuit, ne qua ſibi
ſtatua poneretur reſtitit, abſens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipſi & Phidiæ 4
locis ſanctiſſimis poſuerunt: hunc enim in omni procuratione reipub. actorem au-
thorémque habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea potiſſimũ ur-
be natus eſt, in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperij, ut eandem & patriam
haberet & domum. Hoc ſpecimen prudentiæ, quod cùm in eam ſe ciuitatem contu-
liſſet, quæ antiquitate, humanitate, doctrináque præſtaret omnes, ei unus ante alios
fuerit chariſſimus. Huc ex Aſia Sylla decedẽs cùm ueniſſet, quàm diu ibi fuit, ſecum
habuit Pomponium, captus adoleſcentis & humanitate & doctrina: ſic enim græcè
Attici lepor & cognomẽ tum. loquebatur, ut Athenis natus uideretur. Tanta autem erat ſuauitas ſermonis latini, ut
appareret in eo natiuum quendam lepõrem eſſe, non aſcitum. Idem poemata pro-
nuntiabat & græcè & latinè ſic, ut ſuprà nihil poſſet addi. Quibus rebus factum eſt, 5
ut Sylla nuſquam ab ſe dimitteret, cuperétque ſecum deducere: qui cùm perſuadere
tentaret, Noli oro te, inquit Põponius, aduerſum eos me uelle ducere, cum quibus ne
contra

contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sylla adoleſcentis officio collaudato, o-
mnia munera ei, quę Athenis acceperat, proficiſcẽs iuſſit deferri. Hîc cõplures annos
moratus, cùm & rei familiari tantùm operæ daret, quantùm non indiligens deberet
paterfamiliâs, & omnia reliqua tempora aut literis, aut Atheniẽſium reipub. tribue-
ret, nihilominus amicis urbana officia præſtitit. Nam & ad comitia eorum uẽtitauit,
& ſi qua res maior acta eſt, nõ defuit. Sicut Ciceroni in omnibus eius periculis ſingu- *In Ciceronẽ beneficia.*
larem fidem præbuit, cui ex patria fugienti ſeſtertia ducenta & quinquaginta millia
donauit. Tranquillatis autem rebus Romanis remigrauit Romã, ut opinor, L. Cotta,
6 & L. Torquato conſulibus: quem diem ſic uniuerſa ciuitas Atheniẽſium proſequuta
eſt, ut lachrymis deſiderij futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum Q. Cæciliũ
equitem Ro. familiarẽ L. Luculli, diuitem, difficillima natura: cuius ſic aſperitatem
ueritus eſt, ut quem nemo ferre poſſet, huius ſine offenſione ad ſummam ſenectutem
retinuerit beneuolentiam: quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens,
teſtamento adoptauit eum, hæredémque fecit ex dodrante: ex qua hæreditate acce-
pit circiter centies ſeſtertium. Erat nupta ſoror Attici Q. Tullio Ciceroni, eásque nu-
ptias M. Cicero cóciliarat, cum quo à condiſcipulatu uiuebat coniunctiſſimè, multò
etiã familiarius quàm cum Quinto: ut iudicari poſſit, plus in amicitia ualere ſimili-
tudinẽ morum, quã affinitatem. Vtebatur autem intimè Q. Hortẽſio, qui his tem-
poribus principatũ eloquentiæ tenebat: ut intelligi non poſſet, uter eum plus diligeret,
7 Cicero an Hortenſius: & id quod erat difficilimũ, efficiebat, ut inter quos tantę laudis
eſſet æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, eſſétq; taliũ uirorum copula. In repub.
ita eſt uerſatus, ut ſemper optimarũ partium & eſſet, & exiſtimaretur: neque tamen ſe
ciuilibus fluctibus cõmitteret, quòd non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe,
qui ſe his dediſſent, quàm qui maritimis iactarentur. Honores non petiit, cùm ei pa-
rẽnt propter uel gratiã uel dignitatem, quòd neque peti more maiorũ, neque capi
poſſent, cõſeruatis legibus in tam effuſis ambitus largitionibus, neque è repub. ſine
periculo, corruptis ciuitatis moribus. Ad haſtam publicã nunquam acceſſit. Nullius
rei neque præs, neque manceps factus fuit. Neminẽ ſuo nomine, neque ſubſcribens,
accuſauit. In ius de ſua re nunquã iit, iudiciũ nullum habuit. Multorum conſulũ præ-
torúmq; præfecturas delatas ſic accepit, ut neminẽ in prouinciã ſit ſequutus, honore
8 fuerit cõtentus, rei familiaris deſpexerit fructum: qui ne cum Q. quidẽ Cicerone uo-
luerit ire in Aſiam, cùm apud eum legati locũ obtinere poſſet. Non enim decere ſe ar-
bitrabatur, cùm prætură gerere noluiſſet, aſſeclam eſſe prætoris. Qua in re non ſolùm
dignitati ſeruiebat, ſed etiã tranquillitati, cùm ſuſpiciones quoque uitaret criminũ.
quo fiebat ut eius obſeruantia omnibus eſſet charior, cùm eam officio, nõ timori, ne-
que ſpei tribui uiderent. Incidit Cęſarianum ciuile bellũ, cùm haberet annos circiter
ſexaginta. uſus eſt ætatis uacatione, neque ſe quoquã mouit ex urbe. Quæ amicis ſuis
opus fuerant ad Pompeium proficiſcentibus, omnia ex ſua re familiari dedit. Ipſum
Põpeium coniunctum non offendit. nullum ab eo habebat ornamentũ, ut cęteri qui
per eum aut honores, aut diuitias cepetant, quorum partim inuitiſſimi caſtra ſunt ſe-
quuti, partim ſumma cum eius offenſione domi remãſerunt. Attici autẽ quies tanto-
9 pere Cæſari fuit grata, ut uictor cùm priuatis pecunias per epiſtolas imperaret, huic
non ſolùm moleſtus non fuerit, ſed etiã ſororis filium & Q. Ciceronem ex Pompeij
caſtris cõceſſerit. ſic uetere inſtituto uitę, effugit noua pericula. Sequutum eſt illud tẽ-
pus occiſo Cæſare, quo reſpub. penes Brutum uideretur eſſe & Caſsium, ac tota ciui-
tas ſe ad eum conuertiſſe uideretur. Sic M. Bruto uſus eſt, ut nullo ille adoleſcens æ-
quali familiarius quàm hoc ſene, neque ſolum eum principem conſilij haberet, ſed
etiam in conuictu. Excogitatum eſt à quibuſdam, ut priuatum ærarium Cæſaris in-
terfectoribus ab equitibus Ro. conſtitueretur. id facilè effici poſſe arbitrati ſunt, ſi &
principes eius ordinis pecunias contuliſſent. Itaque appellatus eſt à Q. Flauio Bruti

familiari Atticus,ut eius rei princeps esse uellet. At ille, qui amicis officia præstanda
sine factione existimaret,sempérque à talibus se consiliis remouisset,respõdit,si quid
Brutus de suis facultatibus uti uoluisset,usurum quantũ hæ paterentur, se neque cum 10
quoquam de ea re colloquuturum,neque coiturũ: sic ille cõsensionis globus huiusce
unius dissensione disiectus. Neq; multò pòst superior esse cœpit Antonius, ita ut Bru-
tus & Cassius prouinciarum, quæ iis necis causa datæ erant à consule, desperatis re-
bus in exilium proficiscerentur. Atticus qui pecuniam simul cum cæteris cõferre no-
luerat florenti illi parti, abiecto Bruto, Italiáq; cedenti, sestertia centum millia mu-
neri misit,eidem in Epiro absens trecenta iussit dari, neque eo magis potenti adula-
tus est Antonio,neque desperatos reliquit.Sequutum est bellum gestum apud Muti-
nam,in quo si tantùm eum prudentem dicam,minus quàm debeam prædicem,cùm
ille potius diuinus fuerit,si diuinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ
nullis casibus agitur neque minuitur. Hostis Antonius iudicatus Italia cesserat: spes 11
restituendi nulla erat.Non solùm inimici qui tum erant potentissimi & plurimi, sed
etiam qui aduersariis eius se dabant,& in eo lædendo aliquam consequuturos spera-
bant cõmoditatem, Antonij familiares insequebãtur, uxorem Fuluiam omnibus re-
bus spoliare cupiebant,liberos etiam extinguere parabãt. Atticus cùm Ciceronis in-
tima familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto, non modò nihil iis indulsit ad
Antonium uiolandum, sed è contrario familiares eius ex urbe profugientes quantũ
potuit texit,quibus rebus indiguerunt adiuuit. P. uerò Volumnio ea tribuit, ut plura
à parente proficisci non potuerint.Ipsi autẽ Fuluiæ cùm litibus distineretur, magnis-
que terroribus uexaretur,tanta diligentia officium suum præstitit,ut nullum illa prę- 12
stiterit uadimonium sine Attico,ut sponsor omnium rerum fuerit.Quin etiam cùm
illa fundum secunda fortuna emisset in diem,neque post calamitatem uersuram fa-
cere potuisset,ille se interposuit, pecuniámq; sine fœnore, sine ulla stipulatione cre-
didit,maximum existimans quæstum,memorem gratúmq; cognosci:simúlque ape-
rire,se nõ fortunæ,sed hominibus solere esse amicum.Quæ cùm faciebat,nemo eum
temporis causa facere poterat existimare:nemini enim in opinionem ueniebat, An-
tonium rerum potiturum: sed sensim is à nonnullis optimatibus reprehendebatur,
quòd parũ odisse malos ciues uideretur.Ille autem sui iudicij potius quid se facere par
esset intuebatur,quàm quid alij laudaturi forent.Conuersa subitò fortuna est.Vt An-
tonius rediit in Italiam,nemo non magno in periculo Atticum putarat, propter in-
timam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque ad aduentũ imperatorum de foro 13
decesserat,timens proscriptionem, latebátque apud P. Volumnium, cui ut ostendi-
mus, paulò antea operam tulerat.Tanta uarietas his temporibus fuit fortunæ,ut mo-
dò hi,modò illi in summo essent aut fastigio,aut periculo: habebátq; secum Q. Gel-
lium Canium æqualem simillimúmq; sui.Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplũ,
quòd cum eo,quem puerum in ludo cognorat,adeò coniunctè uixit,ut ad extremam
ætatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem etsi tanto odio ferebatur in Cice-
ronem,ut non solùm ei,sed etiam omnibus eius amicis esset inimicus, eósque uellet
proscribere,multis hortantibus,tamẽ Attici memor fuit officij,& ei, cùm requisisset
ubinam esset,sua manu scripsit,ne timeret,statímq; ad se ueniret,se eum,& Gellium
Canium de proscriptorum numero exemisse:ac ne quod periculum incideret, quòd
noctu fiebat, præsidium ei misit.Sic Atticus in summo timore nõ solùm sibi, sed etiã 14
ei quem charissimũ habebat,præsidio fuit:neque enim suę solùm à quoquã auxilium
petiit salutis, sed coniunctim, ut appareret nullam seiunctam sibi ab eo uelle fortu-
nam.Quòd si gubernator præcipua laude fertur, qui nauem ex hyeme maríque sco-
puloso seruat,cur non singularis eius existimetur prudentia,qui ex tot támque grauí-
bus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit? Quibus ex malis ut se emerse-
rat, nihil aliud egit, quàm ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio.Cùm pro-
scriptos

scriptos præmiis imperatorum uulgus cõquireret,nemo in Epirum uenit,cui res ulla
defuerit:nemini non ibi perpetuò manendi potestas facta est: quinetiam post præliũ
Philippense,interitúmque C. Cassij, & M.Bruti, L. Iulium Mocillam prætorium, & *Liberalitas ingenua.*
eius filium, Aulúmque Torquatum,cæterósq; pari fortuna perculsos, instituerit tue-
15 ri,atque ex Epiro his omnia Samothraciã supportari iusserit. Difficile est omnia per-
sequi,& non necessaria. Illud unum intelligi uolumus, illius liberalitatẽ neque tem-
porariam,neque callidã fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus iudicari potest, quòd
non florentibus se uenditauit,sed afflictis semper succurrit:qui quidem Seruiliã Bru-
ti matrem non minus post mortem eius,quã florentem coluerit. Sic liberalitate utẽs
nullas inimicitias gessit, quòd neque lædebat quenquam, neque si quam iniuriã ac-
ceperat,non malebat obliuisci,quàm ulcisci.Idem immortali memoria percepta re-
tinebat beneficia: quæ autẽ ipse tribuerat, tandiu meminerat, quoad ille gratus erat
qui acceperat.Itaque hic fecit, ut uerè dictum uideatur, Sui cuique mores fingũt for-
tunam.Neque tamen ille prius fortunam, quàm se ipse finxit, qui cauit, ne qua in re
iure plecteretur.Iis igitur rebus effecit,ut M.Vipsanius Agrippa intima familiarita-
16 te coniunctus adolescenti Cæsari,cùm propter suam gratiam & Cæsaris potentiam
nullius conditionis non haberet potestatem, potissimũ eius deligeret affinitatẽ, per-
optarétque equitis Romani filiam generosam nuptiis. Atque harum nuptiarũ con-
ciliator fuit(non enim est celandum)M.Antonius triumuir reipub. cuius gratia cùm
augere possessiones posset suas,tãtùm abfuit à cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus
sit ea,nisi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidem
sub ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cùm L. Saufeij equitis Rom. æqualis sui,
qui cum plures annos studio ductus philosophiæ habitabat, habebátq; in Italia pre-
tiosas possessiones, triumuiri bona uendidissent, consuetudine ea quatum res gere-
bãtur,Attici labore atque industria factum est, ut eodem nuntio Saufeius fieret cer-
17 tior,se patrimonium amisisse, & recuperasse. Idem L.Iulium Callidium, quem post
Lucretij Catulíque mortem,multò elegantissimũ poetam nostram tulisse ætatem ue-
rè uideor posse contendere,neque minus uirum bonum optimísque artibus eruditũ,
post proscriptionem equitum,propter magnas eius Aphricanas possessiones,in pro-
scriptorum numerum à P. Volumnio præfecto fabrũm Antonij absentem relatum,
expediuit. Quod in præsenti utrum ei laboriosius aut glorioſius fuerit, difficilè fuit
iudicare,quòd in eorum periculis non secus absentes,quàm præsentes amicos Attico
esse curæ cognitum est. Neque uerò minus ille uir bonus paterfamiliâs habitus est,
quàm ciuis. Nam cùm esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus ædifica-
tor.Neque tamen non in primis bene habitauit, omnibúsque optimis rebus usus est.
Nam domum habuit in colle Quirinali Pamphilianam,ab auunculo hæreditate re- *Domus Attici.*
18 lictam,cuius amœnitas non ædificio, sed sylua constabat. Ipsum enim tectum anti-
quitus constitutum,plus salis,quàm sumptus habebat:in quo nihil commutauit,nisi
si quid uetustate coactus est.Vsus est familia,si utilitate iudicandũ est, optima: si for-
ma,uix mediocri.Nanque in ea erant pueri literatissimi,anagnostæ optimi,& pluri-
mi librarij,ut ne pedissequus quidem quisquam esset, qui nõ utrunque horũ pulchrè
facere posset.Pari modo artifices cæteri, quos cultus domesticus desiderat, apprimè
boni: neque tamen horum quenquam nisi domi natum, domíque factum habuit,
quod est signum non solùm continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam & non intem-
peranter concupiscere,quòd à plurimis uideas,continentis debet duci:& potius dili-
gentia,quàm pretio parare, non mediocris est industriæ. Elegans, non magnificus:
splendidus, non sumptuosus: omni diligentia munditiam non affluentem affecta-
19 bat.Supellex non modica,non multa,ut in neutram partem conspici posset.Nec prę-
teribo, quanquam nonnullis leue uisum iri putem, cùm in primis lautus esset eques
Rom.& non parum liberaliter in domum suam omnium ordinum homines inuita-

ret, ſcimus non amplius, quàm terna millia æris peræquè in ſingulos menſes ex ephemeride eum expẽſum ſumptui ferre ſolitum: atque hoc non auditum, ſed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatẽ domeſticis rebus interfuimus. Nemo in conuiuio eius aliud ἀκρόαμα audiuit, quàm anagnoſten, quod nos quidem iucun-
Lectio in cœna. diſſimum arbitramur: neque unquam ſine aliqua lectione apud eum cœnatum eſt, ut non minus animo quàm uentre conuiuæ delectarentur. Nanque eos uocabat quorum mores à ſuis non abhorrerẽt. Cùm tãta pecuniæ facta eſſet acceſſio, nihil de quotidiano cultu mutauit, nihil de uitæ conſuetudine: tantáq; uſus eſt moderatione, ut neque in ſeſtertio uicies, quod à patre acceperat, parũ ſe ſplendidè geſſerit, neque in ſeſtertio centies affluentius uixerit quàm inſtituerat, paríque faſtigio ſteterit in utraque fortuna: nullos habuerit hortos, nullam ſuburbanã aut maritimã ſumptuoſam uillam, neque in Italia, præter Ardeatinum & Nomentanum, ruſticum prædium: omníſque eius pecuniæ redditus conſtabat in Epiroticis & urbanis poſſeſſionibus. Ex quo cognoſci poteſt, eum uſum pecuniæ non magnitudine, ſed ratione metiri ſolitũ. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque eius comitas non ſine ſeueritate erat, neque grauitas ſine facilitate, ut difficile eſſet intellectu, utrum eum amici magis uererentur an amarẽt. Quicquid rogabatur, religiosè promittebat: quòd non liberalis, ſed leuis arbitrabatur, polliceri quod præſtare non poſſet. Idem in nitendo quod ſemel admiſiſſet, tanta erat cura, ut non mandatã, ſed ſuã rem uideretur agere. Nunquam ſuſcepti negotij eum pertæſum eſt, ſuam enim exiſtimationem in ea re agi putabat, qua nihil habebat charius, quòd fiebat ut omnia Ciceronis, Catonis, Marcíque Hortenſij, Auli Torquati, multorum præterea equitum Rom. negotia procuraret. Ex quo iudicari poterat non inertia, ſed iudicio fuiſſe reipub. procurationẽ. Hu-
Humanitatis argumẽtum. manitatis uerò nullum afferre maius teſtimoniũ poſſum, quàm quòd adoleſcẽs idem ſeni Syllæ fuerit iucundiſſimus, ſenex adoleſcenti M. Bruto. Cùm æqualibus autẽ ſuis Q. Hortenſio & M. Cicerone ſic uixerit, ut iudicare difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſſimus: quanquam eum præcipuè dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus charior fuerit aut familiarior. Ei rei ſunt indicio præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in uulgus ſunt editi, ſexdecim uolumina epiſtolarum ab conſulatu eius uſque ad extremum tempus, ad Atticum miſſarum: quæ qui legat, non multùm deſiderat hiſtoriam contextam eorum temporum. Sic enim omnia de ſtudiis principum, uitiis ducum, æmulationibus reipub. perſcripta ſunt, ut nihil in iis non appareat, & facilè exiſtimari poſſit, prudentiam quodammodo eſſe diuinationem.
Prudẽtia diuinatóque Ciceronis. Non enim Cicero ea ſolùm, quæ uiuo ſe acciderunt futura prædixit, ſed etiam quæ nunc uſu ueniunt cecinit ut uates. De pietate autem Attici quid plura commemorem? cùm hoc ipſum uerè gloriantem audierim in funere matris ſuæ, quam extulit annorum xc, cùm eſſet ſeptem & ſexaginta, ſe nunquam cum matre in gratiam rediiſſe, nũquam cum ſorore fuiſſe in ſimultate, quam propè ætate æqualem habebat.
Pietas in matrem. Quod eſt ſignum aut nullam unquam inter eos querimoniam interceſſiſſe, aut hunc ea fuiſſe in ſuos indulgentia, ut quos amare deberet, iraſci eis nefas duceret. Neque id fecit natura ſolùm (quanquam omnes ei paremus) ſed etiã doctrina. Nam & principum philoſophorum ita percepta habuerat præcepta, ut iis ad uitam agendam, nõ ad oſtentationem uteretur. Moris etiam maiorum ſummus imitator fuit, antiquitatíſque amator, quam adeò diligenter habuit cognitã, ut eam totã in eo uolumine expoſuerit, quo magiſtratus ornauit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellũ, neque res illuſtris eſt P.R. quæ non in eo ſuo tempore ſit notata. Et quod difficillimũ fuit, ſic familiatũ originem ſubtexuit, ut ex eo clarorũ uirorũ propagines poſſimus cognoſcere. Fecit hoc idẽ ſeparatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu Iuniam familiam à ſtirpe ad hanc ætatẽ ordine enumerauerit, notans qui à quoq; ortus, quos honores, quibúsque tẽporibus cepiſſet. Pari modo Marcelli Claudij de Marcellorum Scipionis Cornelij,
Originũ ſcriptor.

nelij, & Fabij Maximi Fabiorũ, & Aemiliorum: quibus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis, qui aliquã cupiditatem habẽt notitiæ clarorum uirorum. Attigit quoq; poeticen (credimus) ne eius expers eſſet ſuauitatis. Nãque uerſibus, qui honore rerúmq; geſtarum amplitudine cæteros Romani populi præſtiterũt, expoſuit, ita ut ſub ſingulorũ imaginibus, facta, magiſtratúsq; eorum non amplius quaternis quiníſq; uerſibus deſcripſerit, quòd uix credendum ſit, tãtas res tam breuiter potuiſſe declarari. Eſt etiam unus liber Græcè confectus de conſulatu Ciceronis. Hactenus Attico uiuo edita à nobis ſunt: nũc quoniam fortuna nos ſuperſtites ei eſſe uoluit, reliqua perſequemur, & quantùm poterimus rerum exemplis lectores docebimus, ſicut ſuprà ſignificauimus, ſuos cuique mores plerunque conciliare fortunam. Nanque hic cõtentus ordine equeſtri, quo erat ortus, in affinitatem peruenit Imperatoris diui Iulij filij, cùm iam antè familiaritatem eius eſſet conſequutus, nulla alia re, quàm elegantia uitæ, qua cæteros ceperat principes ciuitatis dignitate pari, fortuna humiliores. Tanta enim proſperitas Cæſarem eſt conſequuta, ut nihil ei non tribueret fortuna, quod cuiquã antè detulerit & conciliarit, quod ciuis Romanus quiuit conſequi. Nata eſt autem Attico neptis ex Agrippa, cui uirginem filiam collocauit. Hanc Cæſar uix anniculam Tib. Claudio Neroni Druſilla nato priuigno ſuo deſpondit, quæ coniunctio neceſſitudinem eorum ſanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem: quanuis ante hæc ſpõſalia, nõ ſolùm cùm ab urbe abeſſet, nunquã ad ſuorũ quenquã literas miſit, quin Attico mitteret, quid ageret in primis, quid legeret, quibúsq; in locis, & quãdiu eſſet moraturus: ſed & cùm eſſet in urbe, & propter ſuas infinitas occupationes minus ſæpe, q̃ uellet, Attico frueretur, nullus dies temerè interceſſerit, quo nõ ad eum ſcriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret, modò aliquam quæſtionem poeticam ei proponeret, interdum iocans eius uerboſiores eliceret epiſtolas. Ex quo accidit, cùm ædes Iouis Feretrij in Capitolio ab Romulo conſtituta, uetuſtate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu Cæſar eam reficiendam curaret. Neq; uerò à M. Antonio minus abſens literis colebatur, adeò, ut accuratè ille exul tum his terris, quid ageret, quid curę ſibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui iudicare poterit, quantæ ſit ſapientiæ eorum retinere uſum beneuolentiámque, inter quos maximarũ rerum, non ſolùm æmulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quãtam fuit incidere neceſſe inter Cæſarẽ atque Antoniũ, cùm ſe uterque
27 principem, non ſolùm urbis Romanæ, ſed orbis terrarũ eſſe cuperet. Tali modo cùm ſeptem & ſeptuaginta annos cõpleſſet, atq; ad extremã ſenectutẽ nõ minus dignitate, quàm gratia fortunáq; creuiſſet (multas enim hereditates nulla alia re, q̃ bonitate cõſequutus, tantáq; proſperitate uſus eſt ualetudinis, ut annis triginta medicina non indiguiſſet) nactus eſt morbũ quem initio & ipſe & medici contempſerunt: nam putarunt eſſe Tenaſmon, cui remedia celeria faciliáque proponebantur. In hoc cùm treis menſes ſine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet, ſubitò tanta uis morbi in unum inteſtinũ prorupit, ut extremo tempore per lumbos fiſtulæ puris erũperent. Atq; hoc priuſquã ei accideret, poſtquã in dies dolores accreſcere, febrésq; acceſſiſſe ſenſit, Agrippam generũ ad ſe accerſiri iuſſit, & cũ eo L. Cor-
28 nelium Balbũ, Sextúmq; Peduceum. Hos ut ueniſſe uidit, in cubitũ nixus, Quantã, inquit, curam, diligentiámq; in ualetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cùm uos teſtes habeam, nihil opus eſt pluribus uerbis commemorare: quibus quoniam, ut ſpero, ſatisfeci, me nihil reliqui feciſſe, quod ad ſanãdum me pertineret, reliquum eſt, ut egomet mihi conſulam: id uos ignorare nolui. Nam mihi ſtat, alere morbum deſinere: nãq; his diebus quicquid cibi ſumpſi, ita produxi uitã, ut auxerim dolores ſine ſpe ſalutis. Quare à uobis peto, primùm ut cõſiliũ probetis meũ, deinde ne fruſtra dehortando conemini. Hac oratione habita tanta conſtantia uocis atq; uultus, ut nõ ex uita, ſed ex domo in domũ uideretur migrare, cũ quidẽ Agrippa eũ flens atq; oſculãs,

Liber græcus de conſulatu Ciceronis.
Cæſaris felicitas.
Attici ætas.
Decretum mortis.

oraret atque obsecraret,ne ad id quod natura cogeret,ipse quoque sibi acceleraret: & 29
quoniam tum quoque posset temporibus supersse, se sibi,suísque reseruaret, preces
eius taciturna sua obstinatione depressit.Sic cùm biduum cibo se abstinuisset, subitò
febris decessit,leuiórque morbus esse cœpit.Tamẽ propositum nihilo secius peregit.
Itaque die quinto postquam id cõsiliũ inierat,pridie Calendas Aprilis, Cn.Domitio,
C.Sosio Coss.decessit.Elatus est in lecticula,ut ipse præscripserat, sine ulla pompa fu-
neris,comitãtibus omnibus bonis,maxima uulgi frequentia.Sepultus est iuxta uiam
Appiam,ad quintum lapidem,in monumento Q. Cæcilij auunculi sui.

Plato,

GVARINO VERONENSI AVTHORE.

MVLTVM diúque animo uerti,Philippe uir doctissime,humanita- 1
tem tuam morésq; suauissimos:quibus effectũ est,ut quantũ scien-
tia & magnarũ rerum cognitione,tãtùm facilitate & iuuenili sua-
uitate præcellas. Eius generis medici sunt,quos literarũ parẽs Ho-
merus inter alios principatum habere cecinit:

Vir medicus pretio multos æquauerit unus. Quid igitur mi-
ri est,si charus adeò,acceptus ac iucũdus es huic illustri nostro Principi,subtili homi-
num æstimatori,& fautori uirtutis optimo,qui quantũ gradu & fortuna,tantùm di-
gnitate & sapientia inter mortales antecedit?Tuarum sanè rerum cùm alij permulti,
tum uerò ipse tibi sum testis nõ infimus, quem singulari beneuolentia, stricta fami-
liaritate,assidua cõsuetudine,colloquiis intimis,tuẽda mei meorúmque ualetudine,
& omni denique necessitudine tibi deuinctum tenes. Cuius quidem rei memoriam 2
tam iucundam, tam honestam atque probabilem, si qua ratione perpetuò obseruare
liceat,sæpius mecum uerso,sicut Aegyptiorũ artificio, & excogitatis quibusdã odo-
ribus incorrupta teneri corpora posse, historiæ tradit Herodotus: iam demum facilè
fieri posse intelligo,si literis,quasi perenni condimento, & fideli rerum gestarum cu-
stode,posteritatis etiam commendatione crebrísque sermonibus durare curabimus.
Itaque cogitanti mihi quidnam hoc potissimùm tempore, quo tantis immergor oc-
cupationibus,scribendum aggrederer,aptissima Platonis persona uisa est,in cuius le-
ctione perinde ac delicatissima degustatione,utriusque recordatio condiretur. Eum
idcirco potissimũ delegi,quia cùm de illo nonnulla disseruisses in eo suburbano Fer-
rariæ proximo,cui ob eximiam quandam amœnitatem Pulchroflori cognomen in-
ditum est,tibi sum pollicitus me de hominis ætate responsurum.Non contentus au- 3
tem promissa tãtùm reddere,ut accumulatius hoc æs alienum tibi persoluerem, eius
uiri genus, uitam ac nonnulla diuinis ipsius studiis pertinentia,coniunxi.Hoc pacto
Parentes. omni ex parte Platonem notum ac familiarem tibi fecero. Claram Platonis extitisse
progeniem cunctorum testantur literæ,seu paternam, seu maternam intuearis origi-
nem.Is Aristone patritio inter Athenienses ciue, & Perictiona siue Prona, insigni cer-
tè fœmina natus est matre. Maternum genus cùm alij cõplures,tum uerò Solon At-
ticarum legum lator,& è septẽ sapientibus unus,illustrat.Drepides enim Solonis fra-
ter Critiam maiorem creat,à quo Calisteus ortus Critiam minorem gignit. Hic unus
ex triginta fuit,qui rem aliquãdo Athenienſem gubernarunt. Critiæ filius Glaucon,
à quo Charmides Platonis auũculus,& Perictiona mater editi. Perictiona igitur pro- 4
bitate & forma eximia Aristoni matrimonio collocata,uirilis quidem sexus Adimã-
tum,Labeonẽ,ac Platonem, muliebris autẽ Boconam peperit, quæ Eucumedõti spe-
ctato uiro nupta,Speusippi in primis & honorati philosophi mater fuit. Futurã Pla-
toni

toni magnitudinem & suauissimã in primis eloquẽtiam euidentissima signa prædi-
xerunt.Cõplures grauissimi uiri,& locupletes sanè testes memorię prodiderunt,Ari-
stonẽ cùm Perictionæ uirginitatẽ tollere,& uim inferre conaretur,diutius uoti factũ
impotẽ:cúmq; tandẽ se reuocaret,Apollinis speciem humana maiorẽ aspexisse.Qua-
propter Aristonẽ ab omni Perictionæ cõtactu quoad infantẽ enixa est, prorsus abs-
tinuisse. Hæc in omniũ Athenienſium ore fuisse,quoniã mihi hæc humanis oculis ludi-
5 bria ingerãtur,alius disputãdi locus,& tẽpus postulatur. Tener adhuc infans sopore *Plato educa-*
tenetur in cunis,cũ apes non paruã mellis uim dormiẽtis labellis instillare sensim,an- *tus ab api-*
notatę sunt.Qua quidẽ re ad prodigiorũ interpretes delata, eũ futurũ procedentibus *bus.*
annis uaticinati sunt,cuius exlingua melle dulcior flueret oratio. Quiescẽs aliquãdo
Socrates,inter genua nouellũ cygni pullũ tenere se existimauit,cúmq; natis derepẽtè
plumis sublimẽ euolasse, & ipsum ætherẽ dulci clãgore, ac suauissimis impleuisse cã-
tibus.Postridie cùm pater ad Socratẽ præceptis eius,& institutione formandũ Plato-
nẽ adduxisset, uiso statim puello, Hæc illa,inquit,est auicula,cuius imago nocte pro-
xima mihi per somnũ obuersata est.Tam clara futuri Platonis auguria ingẽti dehinc
euentu minimè caruere,seu intelligendi subtilitatem, seu disputãdi uim,seu dicendi
6 dulcedinem contẽplere. Quas quidẽ ad res grauissimorũ hominũ testimonia nõ de-
sunt.Quis enim dubitet Platonẽ amicissimũ ueritatis hominẽ,& eius hominibus ex-
hibendę prõptissimum,præcipuum esse,siue acumine disserẽdi,siue eloquendi facul-
tate diuina quadã & homerica?Multũ enim super prosam orationẽ,& quã pedestrem
Græci uocant,surgit,ut non hominis ingenio,sed quodã Delphico,ut poeta diceret,
uideatur oraculo dei instinctus, adeò,ut quidam Latinæ linguæ præclarus author, &
græcè peritissimus, Platonis uerba in Romanã dictionẽ uertere formidarit,cũ ad ex-
plicandas eorũ proprietates,&(ut ita dicã)cõpositionis harmoniã,nequaquam posset
Latina oratio aspirare. Quòd si ex Platonis oratione aliquid demas mutésue, ersi cõ-
modissimè facias, de elegãtia tamen partẽ non paruã sanè detraxeris. Sed hæc postea.
Natiuitatis eius tempus,quod tibi sum Philippe,pollicitus,pluribus insignire modis *Natiuitatis*
7 constituimus,quò clarius eius uiri ortus ad uniuersos peruenire queat. Natus est igi- *tempus.*
tur Plato septima Targelionis,qui est Athenienſiũ mẽsis,die,anno à Troię captiuita-
te septingẽtesimo quinquagesimosexto, Olympiade LXXXVIII, ab Vrbe uerò cõ-
dita CCCXXXVI, post liberatã cũctis regibus ciuitatẽ octogesimosexto:ante salua-
toris aduentũ quadringentesimo uigesimotertio. Qua etiã tẽpestate doctissimi uiri
permulti florebãt,ex quibus hi pluriũ sermone prædicabantur,Socrates Athenienſis,
Democritus Abderita, Empedocles Agrigẽtinus, Eudoxus Gnidius astrologus,Hip- *Platonis*
pocrates Cous medicus,Socrates Atheniẽsis rhetor, Herodotus historicus, Euripides *coæui.*
& Sophocles tragici,Diogenes Cynicus,Aristophanes Comicus, aliíque complures,
quorũ ea ætas fertilis magis ac magis erat. Fama est ipsum in Aegina progenitum in
Phidiadis ædibus nobilis eius urbis ciuis, quo tempore redacta in potestatem insula,
8 Athenienſes Aristonem patrem unà cum aliis ciuibus deducta colonia eò inhabitatũ
miserant. Ferentibus inde opem Lacedæmoniis, & eiectis Athenienſibus ex Aegina,
Aristo Athenas reuersus est. Infanti nomen Aristochi fuisse nonnulli scriptum reli-
querunt,quod ab auo ad illum,quasi hæreditaria quadã succeſſione transmissum, fu-
turæ magnitudinis tantùm dedit auspicium,ut qui perfectissimam in posterum glo-
riam,quod & ipsum nomen significat,adepturus esset.Platoni postea cognomen in-
ditum cæteri authores sunt. Diuersæ feruntur causæ:quibusdam placet id illi cogno-
mentum impositum propterea,quòd cùm apud Aristonem Argiuum pugilum ma-
gistrum exercẽdo corpori,& leuãdis arte membris operã daret,robustiore ualetudine
& ampliore cæteris condiscipulis humerorũ latitudine prędituſ,huius generis appel-
9 lationẽ sit assequutus.Greci nãq; πλατω latum dicũt. Cuius rei sicut & aliarũ nõ igna-
rus magnus poeta Vergilius,Platonẽ circuito sermone his innuit uerbis:Atq; hume-

ris extantẽ ſuſpicit altis. Alij, in quibus eſt Neanthes author non ignobilis, aſſerunt eũ ob latiorem frontẽ ac faciem quæ illi erat, ſic uulgò uocatum. Sũt qui ab latiſſima dicendi facultate & oratione copioſa, cõtendãt hoc illi adhibitũ fuiſſe uocabulum. Primis literis ſub Dionyſio præceptore imbutus eſt, cuius & ipſe in eo libro meminit, qui Amatores inſcribitur, hoc eſt, Eraſtæ. Grata nanq; in hunc hominẽ amicorũ beneficia extitiſſe, uel hinc abundè patet, quòd præceptorũ & neceſſariorũ memoriam, ne ulla obſcuraret obliuio, ſcriptis illuſtrauit ſuis, ídq; pro boni uiri officio & inſtitutione maiorũ, qui, ut inquit ſatyricus, Præceptoré ſancti uoluere parẽtis Eſſe loco. In ipſo enim ſtatim libri primordio inquit: Dionyſij grammatici ludum ingreſſus, adoleſcentes aſpexi claris procreatos parentibus, qui plurimæ probitatis præ ſe ferebant indolem. Quæ quidẽ de magiſtro dicta honorificè fuiſſe, nullus inficias ibit, cùm diſcipulorum ordo, aſpectúsque modeſtus in præceptoris laudẽ referatur. Puer adhuc tantam in moribus uerecundiam, & in uultu modeſtiã habuiſſe traditur, ut ne ſemel quidẽ effusè riſiſſe conſpectus ſit. Id in omni ætate uehementer dedecere dixerim, uel conterraneo meo Catullo aſſerente: Riſu inepto res ineptior nulla eſt: & arguẽte non minus Iſocrate, riſum incontinentẽ eſſe dementis indiciũ. Nil prætermiſiſſe Plato uiſus eſt, quod corpus pariter atque animũ laboribus & philoſophię idoneum efficeret. Robur & uires ſibi à natura datas, eouſque cura & iũcto muniuit artificio, ut in Iſthmiorum celebratione (hi ſunt enim frequentia & apparatu magnifici) inter athletas decertans, fortiſſimi luctatoris & pugilis nomen cum prædicatione reportarit. Cui ſanè exercitationum generi idcirco prudentiſſimus ſeſe dedebat adoleſcens, quia nõ ſolùm ſibi ſe natum intelligebat, ortúsque ſui partem amicos, partẽ patriam aliquãdo uendicaturam, cui hac uia, ſi quando uocaret uſus, ſeipſum inſtruebat. Præcipuam quoque pictoriæ arti curam impendit: quæ cùm ad alia permulta uitę uſibus neceſſaria, tum uerò ad geometricas figuras ac lineas deſignandas nimirum cõducere poteſt, ad quam à natura ſcientiam pronus ferebatur. Quid quòd pictor ſolers, & diligens naturæ mimus, & ſi uocem & orationis ornamentum addideris, poetæ germanus eſt: Poeticam quoque miro complexus eſt ingenio. Scripſit primùm quidem dithyrambos, poſtea cantilenas, demúmque tragœdias doctorum hominum collaudatione celebratas. Pronuntiabat ſuaui & dulci uocis ſono, niſi quòd ad gracilitatẽ paulùm acceſſiſſe dictus. Compoſitam ab ſe tragœdiam ante Bacchanaliorum ſpectaculum educturus erat: cæterùm ut diuina Socratis informari diſciplina cœptus eſt, huic uni toto, ut aiunt, incumbens pectore, poetica cuncta cremanda curauit, hunc præfatus uerſum: Nunc opus eſt, Vulcane libens accede Platoni. Et rectè profectò: nam ſicut tenellos annos ludere ac laſciuire decuerat, ſic ſequens ætas alios exegit mores, ut ſeuera dictu ſeuerus ageret. Platonem igitur cùm florens adhuc efferueret adoleſcentia, amore irretitum fuiſſe ſcribitur, cuius ea, ut poetæ dicunt, potentia eſt, ut patris ſummi tela Typhoea temnat: &, Videat cælo ſuperos relicto Vultibus falſis habitare terras. Stellam nãque miſerè deperiit, cuius amor ab ingenij ſuauitate atque elegantia cepit exordium. Stella enim cùm præcipuo cæli contemplãdi motúmque ſyderum perdiſcendi ſtudio teneretur, totum ſibi Platonis deuinxit animum. Ipſius in Stellam iuuenilia hæc extant epigrammata:

A rdentes ſtellas lucens mea ſtella tueris,
Cælum utinã fierem, te ut multo lumine cernam. Aliud cùm uita exceſſiſſet:
S tella prius ſuperis fulgebas lucifer, at nunc
Heſperus ah fulges manibus occiduus.

Hæc atq; alia mollioris ætatis carmina progrediẽtibus annis perinde ac bonis artibus & moribus pernicioſa prorſus abiecit: nam nõ ulla magis uires induſtria firmat, q̃ Venerẽ & cæci ſtimulos auertere amoris, ut poeta inquit optimus. Idcirco ut ſe limatũ expolitúmq; redderet, dehinc capeſſendæ ſocietatis doctrinæ omniũ cogitationũ ſtudium ac tempus impẽdit, uigeſimum iam

Platonis opera carminibus ſcripta.

iam ingreſſus annum. Interea cùm Socrates omnẽ uirtutis laudẽ inactione poneret, Athenienſem populũ ad honeſtæ uitæ rationes animare nunquã deſinebat, cunctorũ uitia inſectari, & bonos quoad liceret ciues facere. Qua ex re cùm multorũ & quidẽ potentũ in ſe conflaſſet inuidiã (ueritas enim odium parit) in primis Aniti locupletis & factioſi hominis contraxit inimicitiam. Qui cùm Socratis morſus ferre nequiret, Ariſtophanẽ doctum quidẽ comicum, ſed hominẽ parum probum induxit, qui comœdiam cui titulus eſt Nebulæ, ſcripſit, & agendã in ſcena ſpectandámq; curauit. In ea & alia cõplura in Socratẽ, & illud fingit: Socratẽ nebulas colentẽ & Athenienſium religioni detrectantẽ, præterea mentes iuuenũ ſic imbuentẽ, ut parentibus manus inferre piè & officioſè poſſent. Ea res cùm uniuerſum populũ à Socratis charitate auertiſſet, auribus ab ipſa adhuc recitatione calẽtibus, poſtridie Socrates in iudiciũ uocatur, integerrimus atq; innocens ſanè philoſophus. Tres illi accuſatores extitere, Anitus, Lyxon, & Melitus. Orationẽ Polycrates ſophiſta cõpoſuit; quã ad iudices habuit Polyeuctus. Capita criminũ ex ipſa quæ adhuc extat accuſationẽ cognoſcere licet. Ea titulum habet huiuſcemodi: Melitus Meliti filius Putheus, Socrati Sophroniſci filio Alopœteo: Iura uiolãtur à Socrate, cùm quia minimè deos exiſtimat, quos à ciuitate exiſtimari ſolere uidet, tum quia nouos quoſdã deos introducit. Accedit ad iniuriã, quòd iuuentutẽ corrũpit: pœna mors eſto. Surrexerat ad defenſionẽ præceptoris Plato, hoc pacto orationẽ exorſus: Etſi omnibus qui hæc aſcendẽre tribunalia iunior adſum, uiri Atheniẽſes: tãtus eſt ab iudicibus clamor obiectus, & ut deſcenderet uociferatio circũfuſa, ut cunctis præ timore dicendi ac defendẽdi facultas prærepta ſit. Itaq; multitudinis inuidia, ira & furore principe, iudicio mortis dãnatus eſt Socrates. Nec multò pòſt dato ei publicè ueneno in carcere periit. Trãſeunt poſt tam immane facinus dies nõ multi, cùm ſcinditur incertum ſtudia in cõtraria uulgus, ſeróq; ſui cõſilij pœnitens interfectũ luget Socratem, ſanctitate & omni uirtutis genere uenerabilem. Publicus mœror inclinatur, clauſæ officinæ, deſerta gymnaſia, deſtituta theatra, fit denique in urbe iuſtitiũ, in accuſatores impetus agitur, aliis in exiliũ abeũtibus, & ſalutem fuga capeſſentibus. Melitus ultimo ſupplicio afficitur. Anitus cùm in Heracleã ſe recepiſſet, ab Heraclienſibus magna cum ignominia eiectus eſt. Eius bona fiſco adiecta. Socrati ærea ſtatua, Lyſippi opus, erecta. Longius ſum paulò digreſſus, Philippe uir ſpectatiſſime, cùm huiuſmodi excurſiones tibi nõ iniucundas arbitratus ſim. Redeamus igitur. Cùm Socrates dato, ut ſuperius dixi ueneno, mortẽ obiiſſet, Plato Cratello & Hermogeni ſe docendum tradidit, huic quidem Parmenidis, Cratello autem Heracliti ſectam profitenti. Nihil ſtudioſus adoleſcens omiſit, unde ad augẽdam uel ornandam diſciplinam ulla ſibi ſpes eſſet. Quãobrem cũ utilitatis plurimùm ab Epicharmo Coo, uel Siculo poſſet aſſequi, omnia ferè tranſcripſit ab eo, quæ per ipſius opera diligẽs lector inuenit. Nec minus Sephironis mimographi præceptis uacaſſe uidetur, quæ per aliorum negligẽtiam omiſſa & obliterata primus Athenas reuocauit. In eius libris lectitandis tantopere delectatus traditur, ut ſub mortui puluino repertos eſſe conſtans ſcriptorum fama ſit. Annos poſtmodum octo & uiginti natus, Socraticis ſecum aſſumptis, quos diſcendi cupiditate detineri nouerat, ad Euclidẽ nobiliſſimum ea ætate geometrã Megaram ſeceſſit. Id autẽ oppidum floretiſſimum fuerat longè, ab Athenis millia paſſuũ uiginti diſtans, cuius oriundus erat Euclides Socratis aliquando diſcipulus. Cui cũ aliquandiu ſtudioſiſſimè uacaſſet, Cyrenẽ (ea eſt nobilis Aphricę ciuitas, finitima Carthagini) profectus eſt, ubi Theodorus clariſſimus ea ętate mathematicus frequẽti fama celebrabatur. Inde factus doctior in Italiã nauigãs ad Archytam Tarentinũ ſeſe cõtulit, ut ab eo inſigni tũc philoſopho doctrinarũ aliquid hauriret: ab illo digreſſus, ad Philolaũ, Timæũ, & Euritũ ad Locros pergit, Pythagoricæ pręceptionis gratia capeſſendę. Eo ex loco in Aegyptũ trãſmittẽs, ab ſacerdotibus, Memphiticíſq; uatibus ſyderũ ortus, curſus, obitus, uariáſque poteſtates, ac rerũ diui-

Mebulæ, Ariſtophanis comœdia ſcripta in Platonem.

Socratis interitus.

narum occulta,numerorúmq; insuper & mensurarũ rationes accepit. Sũt qui credãt (& hi quidẽ homines grauissimi) hoc tempore & hoc in loco Platonem ea quæ à prophetis nostris prædicta fuerant, interprete aliquo deprehendisse, ac ueri dei cognitionem delibasse.Huius itineris comitem habuit Euripidem:qui cùm in aduersam ualetudinem incidisset,ex maris aqua sumpto remedio, sacerdotũ cura & diligẽtia pristinæ est restitutus incolumitati. Quapropter Euripidẽ dixisse ferũt, mare cuncta mortalium mala prorsus abluit,ueréq;(sicut Homerus inquit)uniuersos Aegypti indigenas præstantes esse medicos. Aegypto peragrata,dum regionis situm naturámque,ac implicitas Nili ripas,ortus,increméta,contẽplatur ac percipit,ut undiq; collecta tãtarum artiũ & doctrinarũ studia,perinde ac mercator copiosus in patriã reportãs, rursum in omnẽ terrarũ orbẽ liberaliter impartiret,disseminarétque, Athenas redire instituit. Audierat apud Persas esse uiros insignes,quos Magos indigenę uocãt.Hi rebus diuinis operã ac studium exhibent,in suscipiendis uotis,in reddẽdis sacrificiis,in placandis diis ritus atq; leges edocẽtes,& illorũ naturã ac generationẽ explicantes,de industria,de pietate,& humãdo,atq; aliis permultis disputãtes:ad illos penetrare Platoni mens erat: uerùm flagrãtibus per eas regiones bellis,cõsilium reuocauit.Erat non procul ab Athenarum urbe suburbanũ nobile inter arbusta positũ, quod ueteres Atticæ terrę habitatores Hacademiã,posteriores mutata cum aspiratione litera,ab Academo heroe peruetusto Academiã appellauere: hoc ad exercẽdas artes cõunicádásque doctrinas Plato delegit,nõ tam salubritate,quàm solitudine secessúq; conspicuũ: quippe cùm locorũ amœnitas,salubérq; & hilaris aeris aspectus ad lasciuiã magis inuitet,& attentiores mentis uires soluat,cogitationémq; foras euocet.Quocirca nõ illepidè quis nostros oculos totã luxuriã esse dixit.In Academia cũ docens,tum scribẽs, complures exegit annos,ab qua & ipsius secta appellationem Academicæ sortita est. Aptissimã igitur discere uolẽtibus temperiẽ faciens,ex diuersis ueluti membris philosophãdi corpus cõcinnauit.Nam quæ ad sensum ac rationẽ pertinent,ad Heraclíti Ephesij præcepta conferebat: quæ uerò intelligẽdi contẽplatione constarent, ad Pythagoræ:quæ autẽ ciuilium rerũ disputationẽ affectarẽt,morúmq; formulam, & hominũ institutionem, ex Socratis fontibus hauriebat: alias autem disciplinas opinionésque passim inserens. Ad studiorum ueritatem & discendam & docendam quanta illum tenuerit auiditas,& alia permulta testantur,& illud non parum, quòd in rei familiaris angustia, tres Pythagoricæ sectæ libros à Philolao Crotoniata, uel ut alij tradunt,ab eius necessariis minis centũ mercatus est,qui quidem pecunia non parum ad usus domesticos indigebat. Fuerat autem Philolaus hæreseos Pythagoricæ philosophus,qui de Pythagoricis primus naturalia edidit. Ex tribus his quos dico libris cõplura Platonem in suum transcripsisse Timæum dicit Hermippus. Sunt qui dicunt eam argenti summã ab Dione Syracusano persolutam,datis ad eum à Platone epistolis,cui literarũ necessitudine & philosophãdi similitudine arctissimè deuinctus erat. Et quoniã ad eius hominis studia & artes aperiẽdas, discipulorũ & librorũ ab se compilatorũ numerus pertinet,& studiosis uoluptatẽ afferre potest, eos etiam quasi testes producamus:quorũ primus Speusippus esto. Nã & genere illi propior extitit, & magisterij successor,& Platonici dogmatis assertor,post illius mortẽ annos octo. Xenocrates Chalcedonius, qui mortuo Speusippo scholæ præfectus est, annos quinque & uiginti. Aristoteles Stagirita.Nam & alios septẽ Aristotelis nomine appellatos inuenio,quos enumerare nõ erit iniucundũ. Fertur enim Aristoteles quidã in Atheniensium repub.insigniter obuersatus,cuius habitæ in foro cõplures extant orationes, dicendi gratia & suauitate refertę.Alter qui in Iliadem Homeri exponendam,diligentiam impendit & operam. Tertius Siculus,dicendi magister, qui aduersus Panegyricam Isocratis orationẽ scripsit. Quartus cognomẽto Fabula, Aeschini Socratico perquàm familiaris & charus. Quintus Cyrenæus,qui de arte poetica librũ edidit. Sextus ludi

Magi.

Academia.

Platonis discipuli & libri

Aristoteles septem.

tus ludi pugilum magister nõ inceleber.Septimus haud clarus admodũ, qui de Pleonasmo libellum composuit.Redeamus ad Platonis discipulos. Philippus Opuntius, Hestieus Perinthius,Dion Syracusanus,Anuleus Heracliẽsis,Erastus & Coristus ambo Sceptij,Timolaus Cyzicenus,Euchon Lampsacenus,Piton & Heraclides,uterque natione Enius:Hippotades & Callippus & Demosthenes orator,Athenienses. Cæterùm cùm Demosthenes posteá Callistratũ nobilem Athenis oratorem uidisset,omisso Platone illi deinceps adhæsit. Theophrastũ quoque Lesbium Platonis auditorem fuisse quidam asserũt. Sed & mulieres sub eo philosophiæ uacasse certum est,Lascheniam scilicet ex Mãtinea,& Axiotheam Phliasiam,quam & uirilem habitum induisse dicunt.Fuerunt & alij,quos referre longa & ingrata mora esset.Dehinc de operibus à Platone editis & uariè copioséque cõpilatis breui perstringamus, ut probis quidem calcar,ignauis autem robor incutiatur, cùm uideant tantùm philosophum inter tot peregrinationes,itinera, cursúsque maritimos,dum literas quasi toto fugientes orbe persequutus mauult uerecundè discere,quàm imprudenter docere, tot ac tãta uolumina conscripsisse,& immortalitate digna posteritati legasse. De his illud prædixisse licet:omnia fermè quæ grauius accuratiúsque disputanda fuerant, serióque agitãda, in dialogorũ forma conscripta fuisse:& rectè sanè:ea enim quæ eiusmodi colloquendi ratione tractantur,introductis pro dignitate personis, apertius disputantur, & uehementius imprimuntur,quasi res ipsæ non audiri,sed geri & coram explicari credãtur.Nam certior aure arbiter est oculus,ut inquit Flaccus. Effingendorũ autem dialogorũ authorem primũ fuisse Zenonem Eleatam affirmant quidã. Verùm Aristoteles in primo de Poetis libro,cui & Phauorinus cõsentit, Alexamenũ Scyreũ aut Teium, primũ in eo genere scripsisse dicit. Verũ enimuerò (utcũq; res se habeat)Plato præcipuam ei rei politius exponendæ curã & studiũ adhibuit: ut cùm de bonis artibus ad disciplinã & uitæ institutionem interrogatio, & tempestiua deinde facta sit responsio, earum personarũ,quas introducit propriũ decorũ ex parte humanũ deprehendi possit ingenio,diuina præsertim adspirãte ope, unde & plurima nostra est assequuta cognitio.Cúmq; Plato cerneret,quantũ lucis & gratiæ cognoscẽdis rebus afferret adhibita cõmodè opportunéq; partitio,non solùm ad claritatẽ,uerùm etiã & ad facultatẽ, absolutè nimirũ cuncta partitus est.ut uerbi causa,Platonica est illa partitio:Bonorũ quædam animi,quædã corporis,quædã rerum externarũ. Animi quæ capesserent uirtutis esse,eáq; ab eo in naturam morésq; diuidebatur. Naturæ celeritatẽ ad discẽdum retinendúmq; memoriæ dabat,quorũ utrúnq; mentis esset propriũ & ingenij. Morũ studia & consuetudinẽ,iustitiæ,fortitudini,modestiæ,prudentiæ, applicabat.Corporis bona assignabat pulchritudinẽ,celeritatẽ,ualetudinẽ,robur.Exteriora bona ponebat forunatã & amplissimã patriam,diuitias,opes,clarã familiã, amicos: quæ etsi eius generis essent, ut uirtus per se ad felicitatẽ adipiscendã sine illis ualeret,tamẽ ut instrumenta adhiberi uirtuti:de corporeis externísq; dico. Amicitiarũ tria genera dicere ex Platonica diuisione est:nam aut naturales, aut æquales,aut hospitales esse. Naturales, quę sanguinis uinculo nobiscũ nascũtur,ut parentũ, filiorũ, fratrum, consanguineorúmque. Aequales gignit consuetudo uitæq; societas,accedẽte præsertim morum similitudine,nulla generis propinquitate, quales Pylades & Orestes, Scipio & Lælius. Hospites maximè comitatus creat,epistolæ,& mutua inter absẽtes officia. Duo quoque rerum principia cõstituebat,Deũ scilicet,atq; Hylen:ex qua elemẽta quatuor deriuarentur,ignis,aer,aqua,terra,ex quibus mundus ipse constaret,& quæ in mundo. Sed quid ago superuacuæ negotiationis homo,qui ea quæ sunt à Platone aut excogitata,aut ornatius digesta,percurro,cùm ea & latius literis illustrata sint,& tibi diligẽtissimè cognita?Itaq; ne noctuas Athenas,aut sus Mineruam (ut in prouerbio est)hæc omittens,de illius uita quod succurret,absoluã. Cùm uirtutis laudẽ in actione cõstare intelligeret,idq; prędicaret,cuius studio insudarat,sæpius de se in patriã,in amicos,

Platonis discipuli.

Dialogorum primus inuẽtor.

Bonorũ partitio secundum Platonem.

Amicitiarum genera tria.

Rerum principia duo.

Plato ter profectus in militiam.

in hominũ genus periculũ fecit. Belligerantibus siquidẽ Athenis ter in militiã profectus est. Primùm in eo prælio, quod in Tanagra cõmissum fuit, fortiter dimicasse cõspectus est. Is autẽ in agro Thebano celeber uicus fuerat. Deinde in Corinthios: tertiò in Delios adeò strenui bellatoris nauauit operã, ut summa cum laude per omniũ ora uolaret in primis. Quid in familiares? Chabriæ fortissimo eius ætatis duci Crobi-

Constantia erga amicos.

lus accusator improbus diẽ dixerat, & capitis iudiciũ intentauerat. Quo circa cùm ab reliquis destitutus ciuibus metu periculi & magnitudine in arcẽ ascẽderet, solus Plato officij cõscientia munitus, forti & nusquã remisso subsequutus animo hominẽ defensurus, ut utilẽ patriæ ciuẽ, semper adfuit. Cui cũ calumniator Crobilus, ut eũ à patrocinio deterreret minitãs dixisset, Aliis defensionẽ præstaturus aduẽtas, ignorans, q̃ te quoq; Socratis uenenũ expectat: ei Plato ingenuè quidẽ nihil q; retardatus respondit: Olim Crobile, cùm patrię dignitati militabã, in tolerandis periculis nihilo segnis eram: nũc pro officio & amici salute licet ferrũ ac uenena mineris & ignẽ, nullũ recuso discrimen. Hæc in amicis cõseruãdis Platonis cõstantia. Quid illa in Xenocratẽ firmitas & moderatio? Cùm ex discipulis instigaretur quidã inuidia, Xenocratem adeò Platoni gratũ acceptúmq; esse, ut in eũ conflaret inimicitiã, tale aliquid cõmẽtus est. Multa in Platonem Xenocratis maledicta renũtiauit: Plato medio sermone criminationẽ respuẽs, obaudit: instat obtrectator, ultus seueritate crimina affirmãs, denique deos omnes ac deas obtestãs. Plato, ut ab eius sese pertinacia solueret, Esto, inquit, sed

31

ea Xenocrates grauitate pollet, ut nisi sic expedire iudicasset, dicturus ea nunquã fuisset. Quo facto ab tam importuno cõuitatore se liberauit, & omnẽ abscindẽdæ familiaritatis spem ademit. Sciebat enim sacrũ illud amicitię nomen serò quidẽ sumendũ esse, uerùm ubi semel est assumptum, spernere nõ cõuenire, sed omni prorsus ratione tutandũ. Platonem ter in Siciliã nauigasse cõperio. Nam prima eius nauigatio fuit ad spectandã insulã, & Crateras, qui scatebrarũ locus esse dicitur, quo tẽpore Dionysius senior Hermocratis filius oppressa Syracusanorũ libertate tyrãnidem exercebat. Carthaginiensibus nãque Siciliã inuadentibus, & uastitatẽ simul & libertatis amissionem minitantibus, Siculi Dionysium, cuius illustre in re bellica ea tẽpestate nomen erat, rerum summæ præfecerant, ut ab imminẽti clade Siciliam tutaretur. Repulso autem

32

hoste Dionysius inuadendæ dominationis occasionem nactus tyrannidẽ occuparat, quiq; in uirtute iam effecerat, ne Græcorũ oppida barbaris seruirẽt, ex patre & benefactore immanẽ sese dominũ tyrannúmq; reddiderat. Is igitur cũ omni conatu ac necessitate Platonẽ adegit, ut in colloquiũ ueniret. Quo quidẽ in sermone Plato edisserere cœpit de tyrãnide principatúq; legitimo, quãtũ huic laudis & beneuolẽtiæ, tãtũ illi uituperationis atq; simultatis inesse: hũc utilẽ ac bonũ, illam damnosam inhonestámque: ut illa ui apparetur, hic uerò uirtuti cõferatur. Ea uox mirũ in modũ tyranni mentẽ offendit. Indignatus itaq; Dionysius, Tua, inquit, seruile nescio quid sapit oratio. Cui Plato, Certè, ait, tua uerò tyrãnicũ. Qua re instigatus Dionysius, ut Platonem occideret, agitabat: quod, nisi Dionis & Aristomenis precibus uix reuocatus esset, profectò feciſſet. Erat autem Dion Dionysio affinitate coniunctus: eius siquidẽ soror

33

Aristomacha, Hipparino patre primario inter Syracusanos uiro progenita, Dionysio nupserat. Hic ille Hipparinus est, quẽ initio collegã rei bellicæ Dionysio Siculi crearant, ut antea iam tactum est. At eum Polydi Lacedæmonio, qui per id tempus apud Dionysium ciuitatis suæ nomine legatione fungebatur, exhibuit, ut in Græciã rediẽs Platonẽ uenũdaret. Polys Aeginã annauigãs illum uendendum exposuit: qua in re in capitis discrimen incidit. Lata erat eo tempore lex apud Aeginetas, qua cauebatur, ne quis Atheniẽsis Aeginã adiret: adeunti uerò, indicta causa iam capitale suppliciũ impendẽre. Instabat ipse legis ferũdæ author Charmãder Charmãdridæ, quo legẽ morte sanciret. Quod accidisset, nisi præsens quidã tantã rem támq; horrendã ioco soluisset: nã cùm lex de Atheniẽsibus hominibus nominatim expressa sit, Hic philosophus est,

34

inquit.

inquit. Quocirca moto inter præsentes risu, Platonẽ metu mortis absoluẽdũ cẽsuerũt. Nonnulli Platonem in ipsam concionem adductum fuisse scribunt, in quem conięcti uniuersorum oculi, hominis gestum obseruabant, & quasi missum è cælo deum contemplabantur. At ille ne uerbo quidem emisso, immoto corpore, immutatóque uultu, utranque sententiam constanter expectabat, ut sicut secunda non magnopere sperare uideretur, ita & aduersa maximo ac fortissimo paratus, & armatus animo excepturus. Tantùm ualebat philosophiæ ratio, & optima factorum consiliorúmque conscientia. Demum timore necis absolutus, urgente Charmandri crudelitate intra mancipiorum deducitur locum, & publico decreto uolentibus emendi potestas fit.

35 Annicetus Cyrenęus, qui tunc fortè Aeginam aduenerat, eum minis x x, aut quemadmodum alij tradunt, triginta mercatus, è uinculis liberatum eduxit: mox honesto comitatu ad suos remisit Athenas, qui confestim ad Annicetum remittendum argẽtum curauere: uel, sicut quidam scripsere, Dion Syracusanus æris renumerãdi author fuit. At ille repudiato prorsus argento, quia maiore summa in Platonem liberalitatẽ exercendam esse diceret, comparato in Academia hortulo Platonem donauit. Nec uerò ab tam celebrato ludibrio Polydem inultum esse fortuna uoluit: nanque collato apud Helidem marte (is autem Arcadiæ locus est) ab Chabria imperatore nobili & Platoni perquam familiari superatum, & mari obrutum plerique scriptores affirmãt. Nec ipse Dionysius tantæ conscius ignominiæ, quieto esse animo poterat, quæ longè turpiores illi maculas, &

36 æternum dedecus inurebat. Ad eum igitur cùm iam liberatum in patriam reuertisse accepisset, literas dedit, quibus ne de se malè diceret obsecrabat. Ei Plato statim rescribere, tantùm sibi ab Academia sua otij nec esse, nec fore, ut uel minima Dionysij recordatio cogitatióq; subiret. Dionysio maiore defuncto, ad filium eiusdem nominis adolescentem rerum potitum omnium Plato se cõtulit, frequentissimo & ipsius Dionysij & Dionis inuitatu. Dion enim præter affinitatem intima familiaritate atque consuetudine Dionysio coniunctus erat. Nam cùm Dionysius pater duas uno tempore uxores haberet, Locridem uidelicet, & sororem Dionis Aristomacham, Dionysio filio ex Locride genito Sophrosyna Aristomachæ filia nupserat: Dioni Areta, sibi ex sorore neptis. Vtroque igitur perinde ac consiliarium Platonem inuocãte, eò profectus est, eo proposito, ut ab Dionysio ciuitatum Italicarũ

37 Sicularúmq; sibi subiectarum libertatem exoraret, quò philosophiæ laudes & dignitatem non uerbis tantùm, aut disputationibus, sed re ipsa & actione apud omne hominum genus compararet. Ipse enim tyrannus cùm eius rei magnam spem dedisset, promissa tandem effecit inania, & uenientem frustratus est. Quæ quidẽ in re Plato uitæ discrimen adiit, quòd in suspicionem tyrãno uenit, ab se Dionem ac Theodotam inductos, qui pro insulæ ac ciuitatum Italicarum libertate rebus nouandis studerẽt, & abreptum Dionysio dominatum sibi uendicarent. Tantùm inualuerunt calumniatores ac perditi homines, quibus cum Dionysius conuiuebat, ut Dione præclaro in primis homine, & optimo sanè consiliario, in Græciã ignominiosè ab reipub. gubernatione reiecto, Platoni pestiferas molirentur insidias. Rumor certè increbruerat,

Plato Dionysio suspectus.

38 trucidatum ab Dionysio fuisse Platonẽ: quem tamẽ ita retinere machinatus est Dionysius, ut omni comitatis genere & blandimentis consolaretur, eúmque consuetudine intima, & consiliorum communicatione complecteretur, ut nulla in re Dionis in Platonem studio cedere uideretur. Interim philosophiæ eo docente operam dare non omittebat. Demum ea conditione discessisse creditus est, ut finito bello quo tũc Dionysius implicabatur, unà cum Dione Plato remearet. Tertiam aduentus causam in Siciliam Platoni hanc fuisse liquet, ut Dionem amicum eius & præcipuum, & literario uinculo coniunctissimum, Dionysio conciliaret, inter quos non mediocres simultates ardere cœperant. Eum autem Dionysius primùm quidem frequentibus literis alliciebat, multa de Dionis reditu in Siciliam, & bonis mox ei restituendis pol-

licitus. Deinde cùm Plato hominis inconstantię,& sodaliũ insidiis fidei parum habẽs negaret,tandẽ flagitantibus amicis,& Dione in primis,& Archyta per epistolã uehementius urgente,ab Syracusis missa triremi tertiã ingressus est nauigationẽ,honorifico admodũ comitatu cùm aliorum nobilium,tum uerò Archidami illustris uiri,& Archytæ amantissimi. Quam quidẽ ad rem cõponendam cùm omnem frustra cogitationem & conatũ adhibuisset,dolis & simulata bonarũ artium, & studiorum cupiditate deceptus,ut diuinarat,tentaturus tamẽ mansit. Interea tyrãno calumniis multis Platonẽ circunueniente, & eum inimicis cõspirare insimulante(id autẽ impositũ falsò crimen erat)sibi mala multa impendêre cognouit. Proinde ut se ab imminenti procella seruaret,clàm Tarentinũ monuit,in quibus uitæ periculis agitaretur. Id ubi ad Archytã Tarẽtinum Pythagoricæ sectæ philosophũ perlatum est,exorare per epistolam legatósq; Dionysium statuit, apud quem pro mutua beneuolentia Archytas plurima pollebat authoritate: cuius quidẽ epistolæ hoc extat exẽplũ. Archytas Dionysio salutem. Vniuersi qui Platonem præcipua cõplectimur amicitia, Lamiscũ atq; Phocidã,ut uirum reciperent ad te misimus. Sic autem ex cõfesso cõpositóq; pepigimus. Rectè uerò & ꝓ officio facies,si sedulitates & studia memoria reuocaueris, quibus à nobis omnibus etiã atq; etiam contendebas ut Platonem ad te proficisci faceremus,petebásq; ut pro eo ad te incitãdo cùm alia, tum uerò tutum ac securũ eius fore aditũ reciperemus,siue manere,siue cursum repetere instituueret. Memineris & illud, quòd eius aduentum quem eo tempore tãta charitate tantóq; amore prosequebaris, plurimi faciebas,quanti eorũ quibus cum obuersaris facere uidebare neminẽ. Quòd si quid asperitatis interuenit,humano more faciendũ est,curandúmq; ut uirũ omnis experte detrimenti nobis illæsum restituas. Hoc cum feceris,pro æquitate gesseris,& gratissimũ nobis feceris. Hãc ut Dionysius accepit epistolã, etsi cõplures necandum esse contenderent,Platonẽ abundè suppeditato comitatu abire permisit:& hoc pacto re infecta,ut præsagierat,reuertit in Græciã. Mirari plerosq; & eos quidem graues uiros arbitror,quãobrem Plato,quẽ mirificus reipub. tenebat amor,& eius gubernandę nõ paruum trahebat desideriũ,administrandorum officiorũ patriæq; consulendi curã abiecisse uisus sit. Verũ enimuerò cùm is singularem patrię charitatẽ præ se ferret,inanem sui futurã operam animaduertit,quia iam alienis ab institutione sua legibus,& irreuocãdo fermè ritu ciuitas ipsa cõsenuerat,& alia consuetudine populus obfirmatus indurauerat. Interea cùm Arcades & Thebani ad deducendos Megalopolim colonos & frequentes habitatores enixè cõspirarent,Platonem per legatos obsecrarunt ut eò pergeret,eam moribus ordinaturus & legibus. Quod cũ illos ab æqualitate abhorrentes cognouisset,facere neglexit,idq; iure quidem ac meritó. Nã quis medicus(modò mentis cõpos sit)rebelli & nullis audienti præceptis ægroto sanitatis leges indixit? Idẽ & in Cyrenæos sensisse uisus est,qui cũ omni diuitiarũ genere & lautitia affluentes,Platonem ad suæ ciuitatis institutionem accerserent, hoc ab eo responsum retulerunt: Difficillimum est,inquit,Cyrenæi,ciues amplissima fortuna dissolutos legibus cõtinere. grauiter quidem & maturè,ut assolebat:mirifica nanq; in eius uerbis factisque comitate cõdita grauitas inerat:idq; cùm reliqua illius uita declarat,scriptáq; innumerabilia,tum uerò quædã acutè ac prudenter ab eo uel dicta uel responsa, ex quibus nonnulla interseruisse iucundũ extiterit. Mirari se plerunq; dicebat, quòd cũ iuuenes cura,& artificio similes hominũ bestias efficerent, nõ id potius curarent,ne bestiarum similes homines euaderent. Philedono cuipiã Platonem carpenti, quòd non minus in discendo, quã in docẽdo studiosus ac sedulus esset, & quoad discipulus esse uellet, interrogãti: Quoad,inquit,meliorem atq; peritiorem esse me non pœnitebit. Demodeto de filioli eruditione cõsultanti,Qualis in arbusculas plantãdas & formãdas,talis & in liberos gignendos instituendósq; cura esse debet,inquit: hîc labor,illic uoluptas. Cauendũ autem ne in illo sopiti, in hac uerò plus quàm uigiles esse uideamur.

Archytæ ad Dionysiũ de Platone restituendo epistola.

39 40 41 42 43

Platonis dicta acutè & prudenter.

mur. Percõtantibus quibusdã, quænam possessionum genera filiis cõparanda præstarent: Ea,dixit,quæ non grandinem,nõ uim,non ipsum deniq; Iouem extimescerent. Erat inter discipulos eius lautus nimiũ, & curãdæ cuti operosus adolescens, quẽ subridens Plato rogauit,Quousq; tibi carcerẽ ædificare perges? Ad iuuenes quos ad beatè uiuendũ animare nunquã desinebat,crebrò dicere solebat: Otio labores anteponite,ni rubiginem splendori præstare putatis. Cõspicatus adolescentem talorum ludo propẽsius intentũ,acerbius increpauit: at cùm ille sese purgaret, Pro pusillis,ait, ludũ habeo:cui Plato,Pusillũ quidem nunc est, cæterùm mox uehementissimum suscitabit. Ex eo quispiã interrogabat, nunquid sua quemadmodũ & maiorũ futura essent cõmentaria:respondit,Primò quidem comparãdi nominis habenda ratio est,deinde multa obuenient. Xenocrates ad eum salutandi gratia uenerat, cum Plato ob deprehensum in delicto grauiore seruulũ iratus excãduerat:cui Plato,Hũc plagis, dixit, afflige,id ego ne faciã impedimento ira est. Alio subinde tempore in alterũ delinquentem quoq; seruulum,Ni tibi iratus essem,ait,pro tuis depexus esses meritis. Ebriis pariter,& iratis præcipere,& consiliũ dare consueuerat, ut suos in speculo uultus intuerentur,quò tanquã per oris deformitatem ea uitia fugitarent. Somnũ diuturniorem crebrò detestabatur,ut malarũ illecebrarum delictorúmq; parentem,& morti perquã similem. Amico relinquendi ad posteros nominis anxio, uel in amicis, uel inimicis tui recordationem uiuere dixit. Familiaris quidã Platonis doctus sanè homo eũ orabat,ut sibi aures pauliſper accõmodaret, libellum ab se editum lecturo. Rogatus subinde à Platone,quænam libri esset inscriptio,respondit,Cõtradicendum non esse: cui Plato,Cur igitur hoc ipse facitas? Leo genere ac opibus nobilis magis,quàm clarus Athenis adolescens, magnas & immodestas in senatu uociferationes habuerat: qui cùm in cœtu carperetur,Plato dixit,Hoc est uerè Leonem esse. Xenocratem Chalcedonium adolescentem adhuc sub Platone philosophiæ instituta capessentem cùm in reliqua uita nimis austerũ,tum tristem semper in uultu seueritatem præ se ferentem, sæpe cõmonefacere solebat,ut Gratiis sacra ferret:illud uidelicet significãs,ut quantũ naturæ defectus & acerbitas demeret,tantùm industriæ diligentia & grata comitatis elegantia conciliaret. Plato quoq; tardiusculũ ingenio Xenocratem solertissimo & acutissimo conferens Aristoteli, scitum illud usurpabat: Ille quidem calcari,hic autem fræno indiget:tametsi hoc ab illo déq; aliis diuulgari dictum soleat. De utroque illud etiã Platonis dictum extat præceptoris in discipulos:Hui qualem equum, qualémque asinum iungendos assumpsi. Dionem Syracusanum reliquis in rebus magnũ ac doctissimum hominem, cæterùm in suo conuictu duriorem, ut ad mansuetiores mores reuocaret,aiebat: Peruicacia non urbium, sed syluarum solitudinisq; sodalis. Cùm iuuentutem ad beatæ uitæ rationes intenderet,cùm alia permulta,tum uerò illud usu frequenter tenebat, Contrariam uirtutis ac uoluptatis naturã animaduerterent:huius enim momentaneæ dulcedini perpetuã pœnitentiã, dolores & cruciatus affigi:illi contrà post breues dolores æternas post mortem etiã delectationes adiungi. Xenocrates cuius durior uita,& mos nimiùm rigidus censebatur,quiddã amœnum ac risu accipiendum protulerat: quocirca mirantibus condiscipulis,Plato,Quid miramini?dixit. nónne inter carduos,& urticas lilia plerunq; ac rosas enasci cernitis? De amatore facetè iocans, Animus est,inquit,suo quidem in corpore moriens,in alieno autem uiuens. Obtrectatoribus quibusdã Platonem ab Dionysio derelictũ obiectantibus respondit, Imò uerò à Platone Dionysium. Interrogatus quidnã inter peritum & imperitum interesset: Quod inter medicũ ægrotúmq;, respõdit. Principibus nullum præstantius prædiorum genus esse dicebat,quàm eorum familiaritates hominũ, qui cauponari nescirent. Potentatui perutilem ac necessariã esse sapientiam, ut in illo quidem corpus,in hac uerò animum constare liquêret. Dioni eius hospiti, discipulo & amico,libertati patriæ & amplitudini dies noctésq; studenti,prudens illud instilla-

44 45 46 47 48

Peritus ab imperito quid differat.

bat,quod ad conſequendam rerumpub. beatitudinem magis magísque conduceret: Sicut animum primo, corpus ſecundo, pecuniam tertio loco ſapientes uiri ponerẽt, ita & leges ipſæ pariter,& conſuetudo uirtutem animi priore dignitatis gradu, tum corporis uires uirtuti obedientes,tertio demum honoris ordine pecuniã uirtutis corporisq; miniſtram collocare deberẽt. Quàm ſalubre & illud eſt, Beatiſſimas fore reſpub. ſi qui earum gubernationi præeſſent, aut ſapientia prædíti eſſent, aut ſapientiæ ſtudio tenerentur. Nec parum hoc quoq; ſalutare cum reliquis mortalibus,tum adoleſcentibus, qui ad literarum & bonarũ artium ſtudia & nominis propagationẽ anhelant:Improbare enim bis in die fieri ſaturum,& nunquã nocturno tempore iacere ſolum. Hæc duo ſi ſurdo præcepta non ſint, q̃ latè ad corporis,& animi uires ſuſtinendas pateant,facilè intelligent.Finis non erit ſi ab illo,uel ſapiẽter, uel comiter dicta colligere uoluero,quæ in eius ſcriptis ſicuti ſtellæ relucent.Cæterùm exoratus ſis, ampliſſime uir Philippe, ut hiſce pauculis contentus ſis, quæ ſicuti lectorem faſtidio non grauant,ita & iucunditatem uarietate afferre queant. Agamus & reliqua. Cùm omnem fermè Platonis uitam ſtudioſi magnis tollant in cælum laudibus,illud plerique mirantur,illum inter tot Socratis ſectatores ab eo memoriæ cõmendatos, ne minimam quidẽ Xenophontis mentionem nominatim feciſſe, eius condiſcipuli & doctiſſimi hominis,in primísq; dulciſſimi,adeò ut uulgò Muſa diceretur Attica. Quod & pariter à Xenophonte factitatum eſt,qui Platonem expreſſim in tot conſcriptis ab eo uoluminibus ne ſemel quidem attigit. Aemulationis tamen inter eos ſigna extãt, quæ rectiúsne uoluntas minimè ſyncera,ut multi putant, an laudis certamen & gloria fuerit, ut ſapientiſſimus philoſophus & modeſtiſſimus homo præceptor meus Chryſoloras. Chryſoloras iudicabat,magni uiri uiderint. Cæterùm Xenophon,ut operis illius inclyti,quod de optimo ſtatu reipub.ciuitatíſque adminiſtrandæ à Platone ſcriptũ eſt, duos ferè libros lectitauit, qui primi in uulgus exierant, oppoſuit contrà mirum in modum, extollens regiæ adminiſtrationis genus, quod Cyri diſciplina, uel infantia, hoc eſt,Pædia inſcribitur:itaq; uolumen octo libris,non tam ad hiſtoriæ fidem,quã optimi regis inſtitutionem,abſoluit.Quo facto uſqueadeò permotus eſt Plato,ut in libro quem de Legibus ſcripſit,retractãdi eius operis gratia, Cyrum Perſarum regem ſtrenuum quidem hominem, ſed imperitũ fuiſſe dixerit. Rurſum Xenophon in tertio cõmentariorum libro,quos de Socratis dictis factísq; compoſuit,& in Apologia, mentiri eos & ineptire aſſerit, qui Socratem de cæli naturæq; rationibus occultis diſputantem introducunt: eum enim tantùm de moribus, & de rebus ad bene beatéq; uiuendum differere ſolitum: quibus quidem in uerbis Platonem momordit. Vterq; etiam Socratis defenſionem,id eſt,apologiam ſcripſit. Sunt qui ſimultates quoq; inter Aeſchinem Socrati familiariſſimum & chariſſimum, Platonémq; interceſſiſſe ferunt,quarum cauſa motũ Platonem eas diſſimulaſſe rationes, quibus Aeſchines Socratem in uincula coniectum ad capeſſendum fugam reuera exhortatus. Omnẽ autem Critoni ſermonem eius tribuiſſe,ne ſcilicet ipſius nomen poſteritati commẽdaret,aut ſcriptis nobilitaret ſuis. Ariſtippum etiam celebris famæ philoſophũ,natione Cyrenæum, in Platonem inimicitia excanduiſſe traditur, adeò ut Plato pulcherrimũ illud de animorum immortalitate uolumen conſcribens, eum ab ſuis morſibus intactum non omiſerit, quòd Socrati morienti non interfuerit, cùm Aeginæ haud procul abeſſet. Huius generis diſſenſiones, ut antè dixi,odiáne an æmulationes ex laudis ſtudio & auiditate manantes appellari debeant,ſententiam proferre non audeo,cùm uarias agitari opiniones uideã. Reliquũ eſt,Philippe uir ornatiſſimè, ut de eius morte dicam. Sed ut pictores ſolent, ad diſtinguendas aliqua uarietate particulas, prius inſertis ornamentis ſuperiorem uitam inaurabo,& quantus honos Platoni, dignitas,& gloria reddita ſit,expoſituro mihi oro benignas aures accommoda. Taceo quòd orator maximus, denique philoſophus eximius magnificis eum adeò uerbis exornauit, & prin-

& principatum attribuit, ut cùm omnibus Ariſtotelem ingenio & diligẽtia antepo-
53 neret,interiecerit,Platonem meum ſemper excipio. Atenim Auguſtinus cùm omniũ doctrinarum ubertate redundans,tum uerò literarum ſacrarum pugil inuictus, Platonem eiúsq; ſectatores prædicat,& uerè,ut dicitur,in cælum extollit,tanquã ueriſſimos dei uitæq; beatæ cognitores atque magiſtros. Elegimus enim,inquit,Platonicos omnium philoſophorum meritò nobiliſſimos, propterea quia ſapere potuerunt immortalem ac rationalem,uel intellectiuam hominis animã, niſi participato illius dei lumine,à quo & ipſa & mundus factus eſt,beatã eſſe non poſſe: ita illud quod omnes homines appetunt,id eſt,uitam beatam, quenquam iſtorum aſſequuturum negant, qui non illi optimo,qui eſt incommunicabilis deus, puritate caſti amoris adhæſerit. Vides, excellentiſſime & uir & medice Philippe, & chriſtiane homo, quantus ad dei cognitionem uerámq; felicitatem adipiſcendam dux habitus eſt Plato, eius hominis iudicio, qui & acumine ingenij, & magnarum rerum ſcientia,& uitæ ſanctitate, humana diuináq; perſpexerit? Nec minus quod ſequitur,illuſtris hominis etiam gloriã
54 aperit. Inter Socratis diſcipulos non quidem immeritò excellentiſſima fama claruit, qui omnino cæteros obſcuraret Plato:qui cum eſſet Athenienſis, honeſto apud ſuos loco natus,& ingenio mirabili longè ſuos condiſcipulos anteiret,parum tamen putans perficiendæ philoſophię ſufficere ſeipſum ac Socraticam diſciplinam,quãlongè latéq; potuit peregrinatus eſt, quaquauerſum eum alicuius nobilitate ſcientiæ percipiendæ fama rapiebat,& in Aegypto edidicit quæcunq; illic magna habebãtur. Hic ipſe Plato dei unius ueri optimi imitatorem,cognitorem,amatorem dixit eſſe ſapientem,cuius participatione ſit beatus. Huic igitur ſectatoribúsq; ſuis,qui uerum deum & uerum authorem,& ueritatis illuſtratorem,& beatitudinis largitorẽ eſſe dixerunt, reliqui cedunt philoſophi,qui corporalia naturæ principia,corpori deditis mentibus
55 opinati ſunt,ut Thales Mileſius in humore, Anaximenes in aere, Stoici in igne, Epicurus in atomis. Quòd cùm Ariſtoteles Platonis diſcipulus uir excellentis ingenij, & eloquio Platoni quidem impar,ſed multos facilè ſuperans,ſectam Peripateticam cõdidiſſet,nobiliſſimi tamen philoſophi,ut idem affirmat Auguſtinus,noluerint ſe dici Peripateticos,at Academicos. Sed Platonicus adeò cognitioni ueri dei,& rerũ omniũ creatori proximè acceſſiſſe uiſus eſt, ut illud Geneſeos initium, in Platonis libro deprehenderit:In principio creauit deus cælum & terram, terra autem inuiſibilis & incõpoſita,& tenebræ erant ſuper abyſſum,ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Quòd cum apud noſtros,id eſt,unius & æterni dei cultores,Platoné tanto in honore ac tanti fieri cernamus, quidnam mirum eſt illum apud ſuos ſingulari quodammodo zelo
56 uenerari,& eximia dignitate haberi ſolitum? Qua quidem in re paucula uelut teſtimonia ſatis erit attigiſſe. Cuius non mediocriter illa in Siciliam honorata profectio eſt. Allatis ab Dionyſio iuniore pariter, & Italicorum philoſophorum ordine literis & legatis, triremis ornatiſſima & grauium, & doctiſſimorum hominum nobiliúmque ciuium apparata comitatu, eum Syracuſas tranſportauit. Qui ubi littus attigit, quaſi miſſa è cælo felicitate paſſim occurſus habiti,& paſſim acta lætitia. Inde deſcẽdentem currus regio inſtructus apparatu,triumphantium ritu frequentiſſima circũuinctus corona, Platonem deuexit in regiam. Quàm honorificus in Græciam reditus? Reuerſus è Sicilia Plato, cum ad magnificentiſſimam illam Olympiorum celebritatem, quaſi quendam orbis terrarum conuentum perueniſſet, tam lætis cunctoAuguſtinus.
57 rum concurſibus exceptus eſt, ut è cælo deus ad mortales demiſſus uideretur. Ludos deſeri,athletarum ſpectacula relinqui, pugiles ſolos omittere cerneres, & quod admirabilius eſt,qui tam longis terrarum marísque tractibus,paſcendorum oculorum auriúmque & animorum gratia ad Olympia uenerant,omnis uoluptatis obliti,Platonem adibant,Platonem intuebantur, in Platone perinde ac amœniſſimo diuerſorio conquieſcebant. Fac Iouem ipſum, ſi modò quem eſſe deum, nõ impium ac fla-

gitiosum hominé Iouem esse credimus, fac inquã Iouem ipsum, tùm sua ad Olympia in terras emersisse, profectò non plus ueneratonis illi, aut honoris homines tribuissent. Gratulari Platoni plerunque soleo, cùm eius comitas, morum sanctitas, acumen ingenij, & diuina in primis scientia tanta extiterit, ut non modò uiuens, sed & uita functus posteros in sui beneuolentiam, charitatem, obseruantiámque perduxerit. En quos homines. Mithridates Ponticus, rex Persarum, potentia, magnitudine 58
animi, ingenio præstans fuit, ut qui aduersus Romanum imperium, Syllam, Lucullum, Pompeium, fortes ac fortunatos imperatores terra maríque tot annis belligerare ausus, non paruam Græciæ partem, ac insulas in potestatem suam redegerit, & duas & uiginti linguas, quot nationibus imperitarit, promptè calluerit: is in Academia constitutus, uiri gloria motus, statuam dedicauit, sui in Platonem monumentum & pignus amoris, egregium Sylomonis opus, ídque post Platonis obitum annos ducentos & sexaginta. Eam hunc in modum inscripsit: Mithridates Rhodoatæ filius,
Platonis mors, hanc Platonis imaginem Musis dicatam erexit. De Platonis morte, ut suprà pollicitus eram, promissa persoluo: de qua uariè traditum est. Sunt qui eum in celebrandis amici nuptiis cùm quietùs discumberet, iuxtà assistentibus summæ grauitatis hominibus, animam derepentè exhalasse scribant. Nonnulli ipsum in nouum quoddam 59
morbi genus cùm incidisset, quem à corruptione pediculorum phthiriasim uocant, quo & Cornelium Syllam periisse comperio, tandem è uita excessisse. Quidam eum suo in lectulo cùm & scriberet & legeret, uno & octogesimo ætatis anno mortem obiisse memorant, cùm Philippus Alexandri magni pater Macedonibus imperabat:
Platones quatuor. quo tempore Alexander Magnus annos decem natus erat. Quosdam etiam alios hoc Platonis nomine fuisse inuenio, ex quibus Rhodius unus in philosophia clarus euasit, quem Panætij discipulũ extitisse liquet. Fuit & alter Peripateticæ sectæ, quæ præcipuam disciplinis & bonis artibus curam sub Aristotele præceptore tribuit. Tertium eruditum uirum Praxiphanis filiũ fama refert. Quartus non mediocri sermone prædicatur ueteris Comœdiæ scriptor. Extant aliqua inscripta sepulchro Platonis epigrammata, ex quibus unum est:

Ante alios castus, iusti quoque amoris amator, 60
Diuus Aristochus occubat hoc tumulo.
Si cui de cunctis magnæ est sapientia laudi,
Maiorem hic habuit, nec comes inuidia est.
Tellus membra sinu condit moribunda Platonis,
At felix animam cœtus habet superûm.
Longinqui hoc celebrant, diuina huic cognita uita est.
Clarus Athenarum ciuis Aristo erat.

Aliud est huiusmodi:

Hæc sunt Philippe uir doctissime, quæ de Platonis genere scripturum me tibi pollicitus: quo pacto etiam in studiis uitam degerit, adiunxi, ut cumulatius tuæ uoluntati munus elargirer. In quo si legens interdum obuersabere, tu mihi, ego tibi, præsentes esse uidebimur, cùm frequentes nostræ occupationes iucundissimam nobis inuitis consuetudinem præsentiámque dissoluant, & quod initio dixi, nostræ beneuolẽtiæ memoria, & amicitiæ fides hoc literarum beneficio & custodia durare & seruare diutius poterit. Sic utrique Vergilij illud obueniet: 61

Absentem absens audítque uidétque.

Aristoteles,

GVARINO VERONENSI AVTHORE.

1 ARISTOTELES philosophus ex oppido fuit nomine Stagira, obscuro quidem per se, nisi quòd huius uiri claritate refulsit. Patrem uerò habuit Nicomachum, medicinæ professorem artis. Genus primum in Machaonem Aesculapij filium cõtinuata certissimáque successione referebatur. Ipse uerò Nicomachus apud Amyntam Macedoniæ regem, Philippi patrẽ, & medici & amici locum obtinens, multùm & gratia & opibus in regno potuerat. Ex hoc Aristoteles natus est anno primo, ut quidam tradunt, nonagesimænonæ Olympiadis. Matrem quoque habuit non obscuri generis, nomine Phestiada. Aristoteles autem primæ-
2 tate in Macedonia educatus, ubi adolescere cœpit, Athenas studiorum gratia missus, cùm cæteris operam disciplinis haud segnem dedisset, tandem Platoni per id tempus Academiam mira discipulorum celebritate incolenti, in philosophia adhæsit. Decimoseptimo ætatis anno fuisse perhibent, cùm Platonem audire primùm incepit. Eius disciplinæ uiginti annis perseuerauit auditor, nihil omittens ex his artibus, quę ad summum futurum philosophum pertinere uidebantur. Erat in eo acritas ingenij summa, nec sanè minor aut uigilantia, aut sedulitas. Cupiditate uerò discendi ita flagrabat, ut nullum disciplinarum genus sibi incognitum pateretur. Itaque non in utraque modò philosophia præstitit, sed in dialecticis & mathematicis longè primus habebatur. Nec in his tantùm, sed & poeseos perfectam quandam cognitionem adiunxerat. Historiæ uerò ita curiosus, ut neque cælo, neque terra, neque mari
3 quicquam relinquere uellet incognitum. Indole præterea mirabili, ut ad singula natum præcipuè dicas, ut & carmina ab eo pulcherrimè scripta, & solutæ orationis copia ornatúsque ostendit. Mortuo Platone ad Hermiam Atarnei tyrãnum profectus, triennio ferè apud illum desedit. Hanc eius moram uonnulli obtrectatores uehemẽter carpsere, quasi parum philosopho congruentem: lacerántque hoc in loco maximè pro ancillæ cuiusdam amoribus penè insanis, quorum gratia illum desedisse apud Hermiam quidam scripsere. Extátque in eum epigramma nobile Theocriti Chij, amarissimis sanè uerbis obscœnitatem, & desidiam illi exprobrantis. Sed hæc omnia, ut falsa & ab obtrectatoribus ficta existimem, facit quòd mox inde protinus in Macedoniam euocatus à Philippo, & aliis rebus auctus honestatúsque est, & Alexandro
4 filio in disciplinam tradito, maximam authoritatem in regno promeruit. Nam illuc quidem adduci non possum, ut existimem hominem minus integra fama, in eo ipso tempore à præstantissimo rege, aut tãtopere appetitum euocatúmque, aut unicum tantæ spei filium huic potissimùm creditum. Et simul à Demetrio Magnesio scriptũ reperio, necessitudinem quandam Aristoteli cum Hermia fuisse, quòd eius neptem in matrimonio haberet, eóque ueluti officio retentum penes illum fuisse. Sed postquam in Macedoniam rediit, honore ac dignitate longè primus habebatur, ut admiraretur eius sapientiam rex, quasi decus ingens regni ac felicitatem suorum temporum æstimaret. Apparet id in epistola Philippi, quam ad Aristotelem de Alexandro
" scripsit: Diis, inquit, gratias habeo, nõ tam proinde quia natus est, quàm pro eo quòd
" nasci contigit temporibus uitæ tuæ: spero enim fore, ut educatus eruditúsque à te, di-
5 gnus existat & nobis, & istarum rerum susceptione. Decem fermè annos circa Alexandrum fuisse uidetur, nec tamen in eo solùm occupatus, sed & per id tempus multa per seipsum, multa & per regis potentiam inquirens, occultissima naturæ indagabatur. Alexandro deinde in Asiam cum exercitu profecto, ipse Athenas rediit, & sui

copiam in Lycæo exhibere cœpit, Xenocrate per id tempus Academiam obtinente. Docebat uerò inambulans plerunque, auditorum turba circunfusus, ex quo ipse sectatorésq; eius Peripatetici philosophi nuncupati sunt. Sunt tamen, qui tradant partem illam gymnasij in qua docebat, peripatum, id est, deambulatorium fuisse: itaque ut Academici Stoicíque à loco dicti sunt, sic etiam Peripatéticos de loco ipso cognomentum suscepisse. Tredecim annis in Lycæo florentissimè docuit, complurésque sua disciplina clarissimos uiros effecit. Tandem uerò communi illa philosophorum inuidia, quòd non recta de diis sentiret accusatus, metuens ne ut quòdam Socrati, sic 6
& sibi in iudicio pereundum foret, Antipatri quóque amicitiam, qui tunc Athenien-
sibus ódiosus erat, ne sibi noceret formidans, deserta sui defensione, Chalcidem abiit,
ibíq; de cętero fuit quoad è uita decessit. Nunc uerò quoniã cursu quodam celerrimo
præteriecti, spatium illius uitæ cõspeximus, flectenda iterũ ratis est ad mores eius uiri, & domestici usus quasi figurã disciplinámque, & librorum ab eo scriptorũ multitudinem intuendũ. Formæ quidem fuit haudquaquã conspicuæ, duobus tamen præcipuè dehonestabatur, gracilitate crurum, & pusillitate oculorum. Itaq; quò dignitatem quandam redimeret aduersum corporis uitia, & uestitu paulò insigniori utebatur, & anuli digitos honestabant, & tonsuram cæterúmq; corporis cultum de industria adhibebat, cùm tamen reliqua in uita modestissimus esset. Mores autẽ in eo gra- 7
ues, & ab obscœnitate ridiculóq; alieni fuere, cæterùm mites, & qui benignitatẽ potius haberent, quàm præ se ferrent. Extat eius humanitas atq; dilectio in patriam, in
suos, in familiam, in discípulos, in omne deniq; genus hominũ quam paulò pòst singulatim prosequemur. Patrimonium fuit illi satis amplum, cùm ex hæreditate paterna, tum ex regum largitione. Nam & prædia in Stagiris habuit, & redditus, ex quibus modestè simul liberalitérq; uitam duxit cum uxore, filiis & amicis. Plenam illius domum seruis fuisse, nec maribus modò, uerumetiam fœminis, testamẽto eius apparet: memorat enim permultos utriusq; generis: deinde mandat neminem uenundari eorum, qui sibi seruiuerint, sed liberos dimitti, quibusdã tamẽ in seruitio filiorum uxorísq; nominatim relictis. Vxores uerò habuit duas, Phitaida scilicet & Herpilidẽ: quarum Phitaida alij filiam, alij neptem Hermiæ Atarnei, de quo suprà diximus: Herpili- 8
dem uerò pleriq; ancillam eius fuisse tradidere, mortuáq; uxore prima, consuetudine ab ea recepta, mox procreatis filiis, pro uxore habitã. Ex hac Herpilide Nicomachus filius illi natus est, ad quem sunt Ethicorum libri, & filia Nicanori desponsata. Stagira urbs à Philippo euersa, ut restitueretur ab rege obtinuit, legésq; & formam reipub. ipse descripsit, qua postmodũ ea ciuitas usa est, habuítq; licet absens diligentissimam patrię curam. Ciues autẽ ob hæc merita tanto in honore illum habuere, ut festos dies & ludos quotannis etiã eo uiuente faciendos illi publicè dedicarẽt: festa ipsa celebri-
tas Aristotelia nuncupata. Et in patriam quidẽ hæc illius beneficia extant. In suos ue- *Aristotelia celebritas.*
rò ac necessarios tanta charitate beneuolentiáque fuit, ut penè superflua atque nimia
illius obseruantia uideatur. Nicanore genero ægrotãte pro eo uota fecit, si incolumi- 9
tatem reciperet, statuas se duas, alteram Ioui seruatori, alteram Iunoni sospitæ dedicaturum. Discipulis uerò multùm detulit, amauítq; unicè, præsertim eos qui excellere uisi sunt. Extant eius in Theophrastum permulta charitatis amorísq; indicia, & illud in primis, quòd ipsum licet imparem genere, tamen generum sibi testamẽto designat, si quid Nicanori contingeret, propter quod alteri filia tradenda foret. Curam uerò omnem filiorum ac rerum suarum, arbitrio fideíque propinquorum, discipulorúmque cõmisit, Antipatro dũtaxat ob honorem adiecto. Callisthenem uerò usque- 10
adeò amauit, ut aduersus Alexandrum regem grauissimas inimicitias pro eo susci-
pere non dubitarit. Fuit autem Calisthenes Aristotelis discipulus, necessitudine etiam
quadam materna stirpe sibi coniunctus, excellentissima disciplina iuuenis. Hic ad re-
gem ab Aristotele missus, cùm in Asiam illum prosequeretur, quasi Hermolai cõiu-
rationis

rationis author ab Alexandro interfectus est. Atqui cõstat falsò obiectum illi cõiurationis crimen: cæterùm odiosum faciebat regi nimia in disputando libertas, & contentionum pertinacia, quam ob causam interfectus ab illo putatur. Tulit igitur huius necem perindignè Aristoteles, nec uerbis querelísq; liberioribus pepercit. Hinc & regis infensio sequuta est non latens neque obscura. Itaq; ad Antipatrũ scribens Alexander, cùm huius coniurationis mentionem feciſſet, sese exacturũ pœnas minitatur non à Callisthene modò, uerumetiam ab his, qui illũ ad se misissent, de Aristotele nõ dubiè sentiens: missáq; per idem tempus ab Alexandro dona Xenocrati amplissima fuerunt, nõ tam ut illum honoraret, quàm ut Aristotelem ab se præteritũ despectúm-
11 que ostenderet. At Aristoteles posthac celatim fauisse Antipatro, quò regnum Macedoniæ retineret, existimatus est. Tempora quibus Athenis fuit, inquieta porrò, difficiliáq; fuere, ob timorem Alexandri post Thebas euersas ciuésque expostulatos, mox ob Antipatri suspiciones atque certamina. Quo quidem tempore principes illi oratores Demosthenes, Hyperides, Demades, Aeschines, diuersa in repub. sentientes, crebris turbulentísq; concionibus omnia commiscebant. Tutus tamen inter has procellas Aristoteles fuit usque ad Antipatri tempora, qui Alexandro defuncto, Macedoniæ potitus est regno. Tunc ab Eurymedonte die sibi dicta cùm in iudicium uocaretur, defensionem primò aggressus est, orationémq; pro se quam diceret iudicialẽ perscripsit: mox ueritus iudicum imperitiam & accusatoris gratiam, deserere iudicium
12 ante diem constituit. Ita Chalcidem fugiens ibi posthac fuit, non solùm uxore & liberis, uerumetiam auditoribus plerisq; eò se transferentibus. Discipulos uerò habuit complures, quorũ præcipui Theophrastus, & Menedemus, & Aristoxenus, qui postea Musicus cognominatus est. Nam Callisthenem omnibus præcellentem uiolentia regis abstulerat. Theophrastus & Menedemus principes relicti, & quidẽ ex ipsius sententia iudicióque summo. Fertur enim cùm ad extremum uitæ spatium ægrotaret, ac iam desperata salus esset, coiuisse ad eum discipulos, atque rogasse, quandoquidem ipse in periculo uitæ foret, & humana fragilia atque incerta, iam inde eum sibi in do- *Gell. lib. 13. cap. 5.*
ctrina præficeret, quem ipse maximè omnium probasset. Tum Aristoteles cùm ante
obitum id se facturum polliceretur, haud multò pòst uinum se cupere inquit, aut
13 Lesbium, aut Rhodium, iussítque utriusque poculum sibi afferri. Cúmque illa uicissim delibasset, Lesbium, inquit, hoc perquàm suaue est & amœnum, Rhodiũ & hoc probandum & bonum. Quo quidem facto nemini dubium fuit, quin Theophrastũ & Menedemum suo iudicio anteferret, quandò alter Lesbius erat origine, alter Rhodius. Hoc eius iudicium persapiens & cautum pro uitanda cæterorum discipulorum inuidia fuit, dixit enim quodammodo, & non dixit. Nec tamen ea cautela uitare potuit, quin aliqui perinde quasi non rectè spreti ab eo atque posthabiti offenderentur, quorum unus Aristoxenus esse uidetur, ut postea scriptis eius deprehensum est. Hic Aristoxenus genere fuit Italus, patria Tarentinus, & propter excellentiam eius artis Musicus cognominatus. Migrauit autem è uita Aristoteles anno ætatis LXIII, post Romam uerò conditam quadringentesimo secundo: eodémque ipso anno Demosthenes orator Athenis profugus in Italia, & Aristoteles Athenis profugus in Eubœa
14 diem obiere. Nec defuit ab Aristotelis obitu ueneni suspicio: sed & fama fuit, & mandarunt quidam literis, potato illum aconito uoluntariè interisse: quod falsum est. Quid enim opus fuit solum uertere, & Athenis fugere, si uoluntariè erat obiturus? An non ut in Eubœa, sic Athenis potare aconitum, & finire uitam licebat? Arguit præterea testamenti series in Eubœa conditi, quæ aliena protinus à uoluntaria
» morte conspicitur. Sic enim incipit: Erunt omnia rectè, si tamen quid contingat,
» Aristoteles testamentum suum in hunc modum fecit. Hoc autem principium quis non uidet non desperantis esse hominis, sed uitam affectantis? cùm etiam omen uitet moriendi, & rectè cuncta fore dicat, si uita supersit. Cùm illis ego sentio, qui

morbo interiisse illum tradidere, qui & plures sunt, & certiores authores. Hæc de moribus eius usúque domestico retulisse sat esto. Non enim hæc tam in philosophis spectanda sunt, quàm studia eorum præclarámque disciplinam intuendum, de quibus iam dicere ordiemur. Viuo adhuc Platone in multis ab eo distare cœperat, nec deerant planè iam, qui Aristotelem sectarentur: nec tamen in summa rerum inter eos quidem philosophos contrarietas esse putatur aut dissensio. Eadem enim sectari uidentur Academici ueteres ac Peripatetici, à Socratis Platonísque disciplina ambo fluentes, eandémque de uirtutibus & moribus, de bonis & malis, de natura rerum, de immortalitate animorum, opinionem habentes. Itaque in genere quidem ipso, & summa rerum nequaquam inter illos discrepantia est: in particulis uerò & mediis quandoque distare illos aduersaríque apparet. Fuit enim Plato uir singularis quidem ac præcellens, multarum ac uariarum rerum scientia præditus, eloquentia uerò tanta, ut supra hominem sese attollere illius eloquium uideatur: cæterùm traditiones 16
interdum tales sunt, ut assensu potius bonæ mentis, quàm probationis necessitate nitantur. Nam de natura animi ipsiúsque transmigratione discessionéque in corpora, permulta tradũtur ab illo prolata magis hominibus quàm probata. Et in optimo ciuitatis statu constituendo ea nonnunquam sentit, quæ ab hoc nostro usu consuetudinéque uiuendi plurimùm abhorrent. Mulieres enim communes omnium esse cẽset, quo nihil inexplicabilius cogitari potest: filios uerò ita incertos, ut nemo neque suos, neque alienos queat agnoscere. Patrimoniorum autem iura sustulit, atque omnia omnium communia esse uoluit. Contra hęc igitur & huiusmodi renitens Aristoteles, cùm probabilem aduersandi materiam nactus esset, etiã uiuo Platone sectatores reperiebat. Præterea doctrina Platonis uaria est, & incerta: Socrates enim ubi- 17
que inductus, nullo disciplinarũ ordine, quasi à carcere ad calcem discurrit, sed modò hoc, modò illud pro arbitrio agit, & in disputando non tam quæ ipse sentiat dicere uidetur, quàm aliorum sententias dictáque refellere. Aristoteles uerò & cautior in tradendo fuit (nihil enim aggreditur quod probare non possit) & moderatior in opinando, ut hæc quæ in usu uitáque conuersantur, adiuuare, non aliena & abhorrentia, & nunquam profutura, meditari illum appareat. Adhæc ipsis in rebus explicatio seriosa atque perdiligens, ut siue Logicæ, siue Physicæ, siue Ethicæ tradat præcepta, continuata ubique doctrina sit, & ab ipsis primordiis rerum ad finem usque perducta scientia, tanquam pater diligens, qui non solùm genuisse filios, sed per pueritiam adolescentiámque educatos non prius deserat, quàm continuato diligentiæ studio in uiros traduxerit. Hæc autem continuatio diligentiáq; doctrinæ in Pla- 18
tone non fuit, siue ille non putauerit oportere, siue noluerit, siue ista parua minutáque, & quasi disciplinarum elementa contempserit. Itaque illius libri perfectis iam robustísq; disciplina hominibus aptiores sunt, teneros uerò instituere non satis possunt. Aristoteli uerò permultùm debet humanũ genus, quòd disciplinas ante se uariè dispersas, in unum quasi corpus singulas redigere dignatus est. Itaq; discere qui uolũt, hunc amplectãtur oportet: cuius libri ita scripti sunt, ut & paruulos instituere, & mediocres alere, & robustos exercere, ac perficere uoluisse illum appareat, ac omnis ætatis nostræ curam cogitationémque susceptisse. Nec philosophiæ solùm, quanquam in illa eminet, sed aliarum quoque artium, siue facultatum curiosissimus fuit. Nam & rhetoricam artem pluribus uoluminibus, omnémque illius uim, naturam, ornatúmque explicuit, & de poetica multa perscripsit, & utriusque harum studiosissimus fuit. Exercuisse uerò in eloquentia iuuenes, ac postmeridiano tẽpore præcepta dicẽ- 19
di tradere, ac sapientiã cum eloquentia miscere, instituisse constat. Idq; fecisse tradũt Isocratis rhetoris gloria permotum, qui cùm longè à scientia foret, discipulis tamen abundaret, famáq; de illo magna circunferretur, dixisse Aristotelẽ ferunt, Perabsurdũ esse tacere se, cùm Isocrates loquatur: atq; ita docere eloquentiam auditores suos cœpisse

pisse. Ipse certè quæ scripsit, omnibus dicendi ornamẽtis, figurísque refersit, quod in libris eius manifestè apparet. Expertus sum apud quosdam doctos uiros, græcarum tamen literarum ignaros, fidem non fieri assertione mea, dum Aristotelis eloquentiã commendo: quippe adulterinas huius philosophiæ trãslationes lectitare soliti, intricatum quendam & obscurum & inconcinnum arbitrantur. Sed non sunt illi Aristotelis libri, nec si uiuat ipse suos dici uelit, sed meræ translatorum ineptiæ. Ille politissimus scriptor esse uoluit, & quod uoluit curauit, & quod curauit assequutus est. Verũ quia uerba fidem non faciunt mea, M. Tullij Ciceronis accedat authoritas: cui enim hi de eloquentia iudicanti credent, si M. Tullij iudicio non credẽt? Liber est Topicorum M. Tullij ad Trebatium, in eius libri prooemio ita scriptum est: Sed eò magis reprehendendi sunt, quòd non solùm rebus iis, quæ ab Aristotele dictæ & inuẽtæ sunt, allici debuerant ad eum perdiscendum, sed & dicendi incredibili suauitate & copia. In libro autẽ primo de Finibus bonorum & malorum inquit: Credo te minus delectari ab Epicuro, qui hæc Aristotelis & Theophrasti ornamenta dicẽdi contempsit. In primo ergo, incredibilem suauitatem & copiam, in secundo autem ornamẽta dicendi Aristoteli tribuit. In epistolis autem ad Lentulum, Scripsi, inquit, de Oratore libros tres, quos Lentulo nostro puto fore non inutiles: abhorrent enim à communibus præceptis, atque omnem ueram Aristotelicam & Isocrateam rationem oratoriam complexi sunt. In epistolis uerò ad Fannium ita scripsit: Meus autem liber totum Isocratis myrothecium, atque omnium discipulorum eius arculas, ac nonnihil & Aristotelica pigmenta consumpsit. In rhetoricorum autem secundo ita scribit: At ueteres quidem scriptores huius artis usque à principe illo & inuentore Ctesia repetitos, unum in locum concluſit Aristoteles, & nominatim cuiusque præcepta magna conquisita cura perspicuè adscripsit, atque enodata diligenter exposuit, ac tantùm inuentoribus ipsis suauitate & breuitate præstitit, ut nemo illorum præcepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes quicquid illi præcipiunt, si uelint intelligere, 22
quasi ad quendam multò commodiorem explicatorem reuertantur. In primo quoque ad Herennium libro de arte Rhetorica loquens, sic inquit: Aristoteles autem qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta subministrauit. Permulta huiusmodi doctissimorum hominum testimonia de Aristotelis eloquentia reperiuntur, quæ referre nunc prolixum sanè negotium esset. Desinant igitur isti ex infantia sua Aristotelis facundiam metiri: nam qui eorum qui ætate nostra philosophos se haberi uolunt primas literas tenent, rapti de Grammaticis immaturi & rudes, & pleni adhuc puerilium tenebrarum, ad ea properant audienda, quorum nec uerba nec significata intelligũt, ac rerum ipsarum uix umbram quandam intuentur. In Aristotele uerò perfecta sunt omnia: nam & in literis quantùm nemo alter elaborauerat, & poetas cunctos diligentissimè nouerat, & totus interdum scaturit uerbis, & oratorum neminem eorum, qui ante se fuerant præteriuit: & præcepta dicendi quàm exactè tenuerit, libri eius Rhetorici declarant. Diligentiam uerò scribendi eius illa minutissima 23
probant, quòd pedes ac numeros non in uersu modò, uerùm & soluta in oratione seruandos censuit. Itaque dactylum & tribrachum reiicit, quasi nimiùm elatos pedes, & altius excogitatam orationem reddentes: rursúsque iambos & trochæos, quasi nimiùm depressos. Probauit autem pæona maximè, qui est duplex: aut enim ex lõga, quàm tres breues subsequuntur, aut ex tribus breuibus & lõga postrema, quorum alterum principiis, alterum clausulis assignauit. Extant eius libri rhetorici complures, in quibus non modò ipsum studuisse eloquentiæ, uerùm & alios docere uoluisse apparet. In quibus dij boni, quanta obseruatio est, quàm trita ac perdiligens præceptorum traditio, quàm accurata rerum ad eam artem pertinentium euolutio. Atque 24
ego libenter quærerem ab his qui Aristotelem non credunt eloquẽtem fuisse, utrùm non curauisse illum dicant, ut eloquens esset: an non fuisse, licet curauerit, eloquen-

Pro Aristotelis eloquentia Ciceronis testimonium.

tiam conſequutum. Primùm non curauiſſe quî dici poteſt, cùm tanta uolumina de eâ arte perſcripſerit? aſſequutum uerò tanto ſtudio eloquentiam non fuiſſe tam excellẽs ingenium, nimis ſtulti atque inſipidi eſt exiſtimare: & adſunt teſtimonia eloquẽtiſſimorum uirorum, illius facundiam miris laudibus extollentium. Equidem niſi prolixitatem nimiùm uererer, infinita penè ex illius libris recitarem, in quibus & artificium dicendi ſummum, & cuncta uerborũ ſententiarúmque ornamenta ineſſe oſtẽderem. Sed hoc ſatis, ad reliqua tranſeamus. Libros autem uſqueadeò multos perſcripſit, ut non ſolùm legendo, uerumetiam enumerando fatigare auditorẽ poſſint. Non enim tantũmodo ſcripſit, quæ nunc inter manus uerſantur, ſed longè plura, quæ deperdita ſunt. Scripta uerò eius licet multiplicia uariáq; fuerint, tamen ad genera quatuor reduci poſſunt. Eorum pars, eloquentiæ ſuaſionísque rationem cõplectitur. Altera ad ciuilem moralémque pertinet diſciplinam. Tertia differendi præcepta continet. Quartâ uerò ſecreta naturæ ac rerum occultiſſimarum cauſæ rationésque explicãtur. Atque in illo quidem genere quod primum à nobis poſitum eſt, artes eius rhetoricæ nominantur, pluribus libris ac diuerſis uoluminibus explicatæ. In eodem genere collocanda ſunt illa quæ de Homericis quæſtionibus ſex libris explicuit, & quæ de arte poetica libris duobus, & quæ de elocutione poetarũ libro uno, & quæ de poetis libris tribus, & quæ de tragœdiis libro uno. Addo etiam huic generi cohortationes atque epiſtolas, quas ad Philippum, quas ad Alexãdrum, quas ad Olympiadem, quas ad Hephæſtiona, quas ad Antipatrum miſit. Adde uerſus ab eo factos, & orationem iudiciariam pro ſe ſcriptã. Morales quoque atque ciuiles permulti ab eo ſcripti libri. Nam & ad Eudemum libri de moribus octo, qui & nunc extant, & Magnorum moralium libri duo, & ad Nicomachũ libri decem, in quibus profectio eius diſcipuli ineſſe putatur. Præterea Oeconomicorum libri duo, Politicorum libri octo. Iis addantur hi libri in quibus ſunt ab eo mores & inſtituta centum quinquagintaocto ciuitatum, multa cura magnáque diligentia perſcripti. Præterea de iuſtitia libri quatuor. De gubernatione reipublicæ duo. De uoluptate liber unus. De ſummo bono libri tres. De regia gubernatione liber unus. Prouocatiui ad uirtutẽ libri duo. Ad leges Platonis libri tres. Ad rempub. Platonis libri duo. De legibus libri quatuor. De diuitiis & opulentia liber unus. De precatione & uoto liber unus. Iam uerò in duobus reliquis generibus, quorum alterum in diſſerendi iudicandíque ratione poſitum diximus, alterum in ſecretorum naturæ perueſtigatione, quam multi eius libri adhuc extent omnes ſcimus, quam multi uerò amiſſi atque perditi ſint in utroq; illorum genere, operoſum ſanè negotium eſſet in præſentia referre atque connumerare uelle. Traditur quippe libros ſupra trecentos ab ſe ſcriptos reliquiſſe, horum pro multitudine pauci extant, ſed credo optimi atque probatiſſimi.

Ariſtotelis opera quadrifariã diuiſa.

25

26

27

Carolus Magnus.

DONATO ACCIAIOLO AVTHORE.

CAROLO Frãcorum regi, cui poſtea ex magnitudine rerum geſtarum Magno fuit cognomen, patrem fuiſſe tradunt Pipinũ regem, qui primus in Francos (ſicuti quidam ſcriptores memoriæ prodidere) liberam dominãdi poteſtatem habuit, cùm ſuperiores Francorum reges anguſtis conditionibus ſepti, ea lege uiuerent, ut magis nomine & inani titulo, quàm dignitate regia potirentur. Nam opes ac potentia regni, & omnium rerum adminiſtratio ad præfectos regiæ domus (ſic enim eos uocitabant) communi conſenſu deferebatur. Hi domi militiæque ſummam 1

mam poteſtatem habentes, populos pro ſuo arbitratu regebant, de omnibus controuerſiis decernebant, præmia pœnásque conſtituebant. Quibus fiebat, ut poſthabitis regibus hi ſoli eſſent qui in ſummo honore haberentur. Hunc uerò magiſtratum 2
qui apud Francos ampliſſimus habebatur, conſequi non poterant niſi præcipua nobilitate uiri, & qui regibus eſſent neceſſitudine aut propinquitate coniuncti. Pipinus igitur hac dignitate, quam ueluti hæreditariam à patribus ſuis acceperat, multis annis egregiè functus, maximã ſibi apud omnis generis homines tum famam, tum beneuolentiam comparauit: quibus poſtea factum eſt, ut cùm Franci ac Ro. pontifex Hildericum regem à dominatione uelut inutilem ſemouiſſent, hunc potiſſimùm deligendum putarent, cui communi ſententia regnum decernerent. Sic igitur Pipinus authoritate pontificis & Francorum decreto plena dominandi poteſtate ſuſcepta, reliquam deinde uitam publicis pariter ac priuatis rebus egregiã duxit. Regnauit annos quindecim, cuilibet ſuperiorum regum belli pacíſq; artibus & gloria par. Huic ſucceſſere ſuperſtites filij duo, Carolus, & Carolomanus, æquè regno inter ſe 3
partito. Sed non multò pòſt defuncto Carolomano, Franci eam regni partem quam ille poſſederat, Carolo fratri detulerunt: cuius uitam & mores & res egregiè geſtas literis mandare conſtitui, ut memoriam tanti uiri, támque præclarè de noſtra patria meriti, quantùm ego poſſem, ab obliuione hominum atque à ſilentio uindicarem. Primùm igitur (ut à rebus geſtis narratio noſtra exordium ſumat) ſatis exploratum habemus, Carolum regem extẽplo poſt Pipini obitum aduerſus Aquitanos bellum geſſiſſe. Aquitania pars Galliæ eſt, quæ antiquorum deſcriptione, à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & ad eam partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet, ſpectat, inter occaſum ſolis & ſeptentrionem. Hanc prouinciam Pipinus ſuperato Vaifario duce, poſt longum bellum ditioni ſuæ penè ſubiecerat. Deinde Pipino Vaifarióque ſub unum propè tempus defunctis, Hunuldus uir potens, ex eorum morte (ut plerunque fit) occaſionem nactus bellum quod antea penè confectum uidebatur, renouauerat, iámque ferè Aquitaniam totam ad defectionem compulerat. Carolus uerò ubi hæc quæ in Aquitania gerebantur cognouit, nullam moram interponendam ratus ingenti celeritate exercitu comparãto, obuiam Hunuldo progreditur. Primo aduentu conatus illius facilè reprimuntur, nec multò poſtea commiſſo prælio, Carolus hoſtem ſuperat, exercitum fundit, fuſum perſequitur, nec prius uictoriæ modum imponit, quàm Hunuldum ex omni Aquitania pulſum, in proximam regionẽ quam nunc Vaſconiam uocant, compelleret. Lupus qui huic prouinciæ dominabatur, propinqui ac familiaris uiri miſericordia motus, Hunuldum ad ſe fugiẽtem co-
5 miter hoſpitalitérque accepit. Euenire enim ſolet, ut principum afflictæ fortunæ facilè eorum opes ad miſericordiam alliciant, qui ſunt in ſimili dignitate ac potentia conſtituti. Verùm Carolus cùm non minorem uictoriam in capiẽdo hoſte, quàm in ſubigẽda Aquitania collocatam putaret, traiecto Garumna flumine, ac exercitu propius admoto, legatos ad Lupum miſit qui dicerent, ut niſi Hunuldum hominem infeſtum nomini Francorum quamprimùm ad ſe adduxerit, ſe eum hoſtis loco habiturum. Lupus his mandatis uehementer commotus, ac ueritus ne potẽtiſſimum regem totámque belli molem quam ſuſtinere non potuiſſet, in ſe unum cõuerteret, ſalutare ſibi ac gratum Carolo conſilium cepit. Nulla enim interpoſita mora, Hunuldũ ſimul & ſeipſum unà cum prouincia Caroli poteſtati permiſit. Sic igitur Carolus in Aquitania compoſitis rebus, bellóque citius omniũ opinione cõfecto, cùm uictore exercitu in regnum reuertitur. Poſt Aquitanicum bellum Hadrianus Rom. eccleſiæ pon-
6 tifex à Deſiderio Longobardorũ rege uehementius, quàm uires ſuæ paterentur oppreſſus, cùm propriis præſidiis eccleſiæ ſtatum tueri non poſſet, oratores ad Carolum miſit, qui multis precibus eum rogarent, ut Rom. eccleſiæ in ſummo periculo conſtitutæ opem & auxilium ferret, ac Pipini patris Carolíque Martelli, qui olim in Italia

Aquitaniæ ſitus.

aduersus hanc nationem egregiè pugnauerãt, memoriam renouaret. Carolum multę res hortabantur quare pontificis defensionẽ susciperẽdam, & Longobardorum audaciæ quacunque ratione occurrendum putaret. In primis quòd non ignorabat caput Christianæ fidei rem Romanã esse, eíq; tam graui bello laboranti non subuenire, turpe simul ac periculosum esse censebat. Indignabatur præterea quòd barbaræ gentes tandiu in Italia regnarẽt, & à maioribus suis sæpe prælijs uictæ nondũ contineri possent, quin pontificibus Romanis contra ius fásque ultro bellum inferrent. Quare his rebus antequam ulterius augerentur Longobardorum uires, quàm primùm occurrẽdum ratus, legatos ad Desiderium mittit, qui eum hortentur ut finem iniuriis faciat, ab armísque discedat, ac omnia oppida quę aut ui occupata essent, aut sponte ad eum defecissent, põtifici Rom. restituat. Hæc si fecerit, sibi perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo fore polliceantur: sin uerò, quod facturus uidebatur, mãdata neglexerit, ei suo nomine bellum indicant. Dum legati proficiscuntur, interim Carolus non segnius quàm si hostes in Gallia essent, exercitum parat, nullam proficiscẽdi moram facturus, si Desiderium regem perseuerare in bello cognouerit. Hæc expeditio per omnem Galliam uulgata adeò grata cunctis Frãcorum populis erat, ut iam palàm uociferaretur, maturandũ in Italiam esse, toties à se uictam Longobardorum gẽtem uires resumere, conditiones acceptas negligere, semper bella ex bellis serere; itaque nũquam quieturam nisi eorum nomen penitus deleatur. Sic igitur omnium animis in expectationem belli erectis, legati à Desiderio redeunt, nuntiãtes omnia ibi hostilia esse, regem maius quàm antè bellum moliri: & quantùm coniectura assequi possunt, nunquam iniuriis finẽ facturum, nisi cùm sibi uires & arma ad inferẽdam iniuriam desint. Carolus his rebus uehementer cõmotus, maturandum sibi existimauit, ne antè Ro. pontifex opprimeretur, quàm ei ferre subsidiũ posset. Itaque re frumẽtaria cæterísque ad bellum necessariis, quàm celerrimè potuit comparatis, magnis itineribus in Italiam contendit. Sed multa huic suæ festinationi aduersabãtur, montium altitudo, locorum angustiæ, & penè inuij saltus, per quos miles onustus armis & impedimenta exercitus ducenda erant. Accedebat quòd Alpium iuga præsidiis hostiũ tenebantur. Miserat enim Desiderius qui occupatis opportunis locis, quantùm possent Francorum transitum prohiberent. Hæc cùm ita essent, Carolus tamen non ignarus, res præclaras, labores maximos, maxima quoque pericula sequi, suos hortatur, ut quoad locorum angustiæ patiantur, seruatis ordinibus ire ad hostem pergant. Appropinquanti Alpium iugis nuntiatum est, hostes relictis angustiis se in planum recepisse, seu metu perterritos, seu quia tutius faciliúsque esse arbitrentur descendenti ab Alpibus Carolo cum omnibus copiis confestim occurrere. Vix ad Desideriũ perlatum erat Francorum exercitum post paucos dies in Italia fore, cùm Carolus superatis iam Alpibus, in agrum Taurinum descendit, ubi primùm Annibalem Carthaginiensem Alpes transgressum cum omnibus copiis constitisse tradunt. Eo in loco Carolus paucis diebus refecto milite, cùm per exploratores præmissos certior factus esset, Desiderium regem prope Vercellas castra habere, ac ibi cum ingenti exercitu suum aduentum expectare, nihil ultrà differendum ratus, ex Taurinis mouit, atque continuatis castris in agrum Vercellensem peruenit. Erat Carolus uirtute militum & rei militaris peritia longè superior, multitudine uerò ac numero hominum à Desiderio uincebatur. Cùm propè in conspectu exercitus essent, facta utrinque potestate pugnandi, prælium commisere. In ea pugna superati Longobardi in fugã uertuntur, magna parte suorum amissa. Desiderius postquam suos passim fusos fugatósque conspexit, citato gradu Papiam, quæ caput regni erat, cum paucis militibus petit. Nec segnius Carolus, priusquam se hostes ex terrore fugáque reciperẽt, regem persequutus, in agrum Ticinium exercitum ducit, extemplóque omnibus copiis ad mœnia regię urbis admotis, tentat si primo impetu capi posset. Vbi id parum processit, consiliísque

Carolus contra Desideriũ proficiscitur.

filiísque ab oppugnanda urbe ad obsidendam uersis, sub ipsis mœnibus castra locat, subsidiáque firma, ne qua eruptio fieri possit, portis apponit. Cæterùm cùm satis cõstaret Desiderium regem priusquã deditionem faceret, paratũ esse etiam ultima experiri, Carolus parte copiarum ad obsidionem relicta, ipse cum reliquo exercitu ad transpadanos contendit. Ibi ciuitates permultæ audita fama uirtutum suarum, rebúsque prosperè gestis, certatim ad eum deficiunt. Sed quod in primis ei gratissimũ fuit, filij Carolomani qui extemplo post mortem patris malo consilio temeritatem matris
12 sequuti, ad Desideriũ regem perfugerant, sponte in sua castra uenerunt, ac se suáque omnia potestati Caroli permiserunt: à quo benignè excepti, magnóque affecti honore, etiam in posterum filiorum loco habiti sunt. Post hæc Carolum cùm studio salutãdi Pontificem, tum desiderio uisendi celeberrimum beati Petri templũ Romam profectum, ac incredibili honore ab Hadriano susceptum, post paucos dies ad obsidionem rediisse cõperio. Erat obsidio uehemens, & frumenti cum summa caritate inopia, sedendóque expugnaturos se urbem spem Franci habebãt. Oppidani è contrario infestis omnibus uiis, per quas cõmeatus ex proximis locis subuehebantur, diffidebãt inopiam diutius ferre posse, rem tamen quantùm poterant producebant, beneuolentia alij, alij metu Desiderij regis compulsi. Postremò spe quoque non solùm cibo deficiente, cùm famem ulterius tolerare nõ possent, sexto mense quã obsideri sunt cœpti,
13 deditionem faciũt. Capitur Desiderius unà cum uxore ac liberis, quem ultimum Lõgobardorum regum in Italia regnasse tradunt. Tunc enim summo beneficio Caroli Italia se primùm erexit, quæ antea diutius quàm uictricem omnium gẽtium prouinciam decuit, barbarorũ immanitate oppressa iacuerat. Nam post sedem Romani imperij Byzantium translatã, Gotthi primi barbarorũ, diuersis deinde temporibus Hũni, Vandali, Heruli, postremi omnium Longobardi, ueluti in uacuam possessionem ruentes, Italiam inuasere. Eam gentem tradit fama ab Oceano Germanięque ultimis oris, unde illis haud dubiè origo fuit, nouas quærentem sedes in proximas regiones transisse, ac Vandalos, Herulos, Gepidas, aliásque finitimas gẽtes, Ibore & Aione ducibus, sæpe bello superasse, mutatísque frequenter sedibus tandem intra Pannonias
14 constitisse. Inde Albuinus eorum rex accersitus ab Narsete eunucho (ut quidam memorię prodidere) cùm præter Longobardorum multitudinem uiginti quoque Saxonum millia spe optimarum sedium exciuisset, profectus ingentibus peditum equitúmque copiis in Italiam uenit, breuíque Vicentiam, Veronam, Mediolanum, ac omnis penè citerioris Galliæ urbes partim peste, partim Gotthorum cladibus exinanitas, ad deditionem compulit. Papia uerò cùm tres annos obsidionem tulisset, tandem & ipsa fame domita, barbarorum imperio cessit. Nec ambigitur quin idem rex paucis annis totam Italiam subegisset, ita omnia apud Italos perdita erant, nisi sexto supra triennium mense postquam Italiam ingressus est, apud Veronam interiisset, dolo uxoris Rosemundæ necatus. Huic succesit Dephon insignis nobilitate uir, Albuino nequaquam uirtute par, sed crudelitate ac immanitate naturæ longè supe-
15 rior. Eo quoque intra biennium uita functo, Longobardi decem deinde sequentibus annis nullum sibi regem creauere, siue superbia proximi regis huic generi dominationis infensi, siue gubernationem suorum ducum utiliorem rati, qui iam per omnem Italiam uagantes ita impigrè bellum gerebant, ut nunquam eo tempore sit regia desiderata potestas. Sub his ducibus adeò creuere Lõgobardorum opes, ut Hetruria, Flaminia, Piceno, Samnio, aliísque regionibus subactis, omnem Italiam à Brundusio Tarentóque usque ad Alpes tenerent, præter urbem Romam, quam constat in huius gentis potestatem nullo unquam tempore deuenisse. Finito decennio, reditum est rursus ad pristinam consuetudinem creandi reges, seruatúmque deinde per omne tempus usque ad Desiderium, qui ultimus Longobardorũ regum in Italia
16 fuit. Quo debellato (ut suprà memorauimus) Carolus Magnus graue eius gẽtis domi-

Desideriũs à Carolo captus.

natum quarto & ducentesimo anno, quàm regnare inceperant, à ceruicibus Italorũ dimouit, ac omnes ciuitates, quæ ad Desiderium proximo bello defecerant, recuperatas pontifici Ro. restituit: Beneuentanũ quoque ac Spoletanum agrũ adiecit. Quibus meritis Hadrianus pontifex cùm nullum maius grati animi indicium posset ostendere, conuocato frequenti episcoporum cœtu eximióque celebrato cõcilio, multis ac maximis priuilegiis eum ornauit. Carolus cõfecto Longobardorum bello, potentissimo rege capto, cùm alia quoque magni ponderis animo moliretur, nullã moram interponendam putauit, quin in Galliam confestim rediret. Saxonicum quippe intermissum bellum eum domum reuocabat, quod eo biennio antequã Carolus ad liberandũ Romanum pontificem in Italiã ueniret, & inceptum simul, & à præfectis eius per id tempus leuiter administratum cõperio. Quo magis adducor ut uirtutem 17
uiri ac animi magnitudinẽ admirandam putem, quòd posthabitis ferocissimis hostibus, relictóque domestico bello, rem suam neglexerit, ut Italiam ecclesiámq; Romanam, qua omnium Christianorũ salus continebatur, ab immanitate barbarorum
Saxonũ gẽs. liberaret. Saxonũ gens longè maxima erat, ac etiam bellicosissima penè Germanorũ omnium. Hi falsos colentes deos, cùm neque diuini, neque humani iuris quicquam pensi haberent, nihil æquè ac religionem nostram hominésque ei deditos oderant. Proximi erant Francis, cum quibus continenter bella gerebant. Sæpe præliis uicti cõditiones acceperant, obsides dederant, sed nondum apud Francos erat inuentus qui domita penitus eorum perfidia, plenissimam esset uictoriam consequutus. Hæc palma cùm Carolo Magno quasi diuino numine reseruata uideretur, non solùm consilio principes, sed passim omnes clamoribus agunt, ut aduersus perpetuos Francorum hostes totis uiribus arma sumantur. Carolus uerò tempus uenisse ratus, in quo nõ mo- 18
dò barbarorum hominum audaciã frangere, sed etiam eorum regnum quod multò antè animo agitauerat, funditus euertere posset, ingentem exercitum parat, diem dicit, qua die prope ripam fluminis Rheni omnes conueniant. Nunquam aliàs maiori alacritate contentionéque animorum fuscepta à Francis expeditio est. Hinc odiũ
Bellum Saxonicum. gentis, hinc spes bene gerendæ rei animum excitat. Sed supra omnia, studium auget præsentia regis, cuius ductu auspicióque non modò Saxonum gentem, sed etiam orbem terrarum, si uelit, superare se posse credebant. Has spes cogitationésque secum portantes in hostilem agrum ducũtur. Sic igitur renouatum est cum Saxonibus bellum, quo nec maius ullum, nec grauius diuturniúsque à Carolo gestum comperio. Tres enim & triginta annos cum ferocissimis gentibus certatum constat, plúsque eo 19
bello, quàm reliquis omnibus detrimenti acceptum, interemptis plerisque fortissimis uiris, qui diu sub auspicio Caroli egregiam operam nauando meruerant. Saxones hoc tempore multoties superati obsides dabant, imperata se facturos pollicebãtur: nec multò postea recuperatis uiribus, maius quàm antea bellum ciebant: ut facilè appareret, homines feros, quòd sibi persuasissent cæteris aliis uirtute præstare, paratos esse etiam ultima experiri, antequam armis Francorum aut cuiusquam alterius gentis potentiæ cederent. Factum est tamen summa uirtute & incredibili constantia Caroli, ut nunquam illi defecerint, quin confestim debitas pœnas suæ perfidiæ dederint. Euersæ domus, dissipatæ fortunæ, liberi in seruitutem tracti, omnibus documento fuere, nullum in falsis diis præsidium esse. Sic igitur usque in tertium 20
supra trigesimum annũ bellum protractũ: in quo quidem bello bis tantùm collatis signis pugnatũ tradunt, semel apud Oneggium montẽ, quem locũ incolæ Theomille appellãt: nec multo interiecto tẽpore apud Hesam fluuiũ, ubi penitus Saxones debellati se suáq; omnia testati Caroli permisere. Victis impositæ leges, ut patriis cerimoniis, falsisq; diis posthabitis, Christianam fidem profiterentur, magnũ numerũ obsidũ darent, modicis terminis septi, neque aliis iniussũ Caroli bellũ inferrent, neq; illatum propulsarent. Decem deinde sunt hominum millia cum uxoribus & liberis
in Cal-

in Galliã transportata, atque uariis locis iussu Caroli distributa. Cæterùm durante Saxonico bello, multas interim expeditiones à Carolo susceptas, ac ita egregiè administratas inuenio, ut per uniuersum orbem fama manaret, Francorum regem non sine
21 diuina ope bella gerere. Erat autem Carolo in bellis gerendis hic primùm propositus finis, ut Christianæ fidei legem quantùm in se esset extolleret, ac omnes populos qui ei aduersabantur, non solùm deprimeret, sed etiam si fieri posset, euerteret. Cùm uerò ea tempestate barbaræ gentes quæ nostræ religioni perpetuum bellum indixerant, Hispaniam graui seruitute oppressam tenerent, Carolus rei indignitate commotus, ad eam liberandam mentem conuertit. Id autem fieri posse arbitrabatur, si ingenti celeritate exercitu in Hispaniam ducto, prius hostes opprimeret, quàm illi parare subsidia possent. Ad hanc igitur rem aggrediendam satis iam omnibus comparatis, castra mouet, & quàm maximis potest itineribus in Hispaniam transire contendit: *Belli aduersus Hispanos*
Nec iam miles grauatim sequebatur, quòd iam diu animum induxerat, quocunque
22 à rege Carolo duceretur, ad certa belli præmia exploratámque uictoriam duci. Inter hæc ciuitates Hispaniæ quæ propinquiores erant finibus Galliæ, incertis rumoribus excitæ, aliquantò sibi suisque regibus timere inceperant. Postquam uerò per Pyrenæum saltum traduci exercitus cœptus est, rumórque per barbaros mánauit de aduentu Francorum certior, ingens repentè trepidatio populos omnes inuasit, non satis gnaros quid aduersus tantum, támque horrendum hostem sibi agendum aut parandum foret. Carolus confestim superatis Pyrenæi iugis cùm in fines hostium peruenisset, militibus imperat ut quàm latissimè possunt uagentur, & quàm maximum hostibus terrorem inferant. Extemplo ciuitates nonnullæ, cùm ad petenda externa auxilia non sufficeret tempus, nec propriis præsidiis res suas tueri possent, spõtè deditionem faciunt. Augusta & Pampilonia, duæ opulentissimæ totius Hispaniæ urbes, quæ mãdata Caroli aspernabantur, ui captæ, ac prædæ militibus datæ. Cùm alteram Franci
23 ad solum euertissent, alteram mœnibus nudassent, tantùm terroris omnibus gentibus iniecere, ut quas adissent, quásque non adissent pariter ultimæ propinquis imperio parêrent. Sic igitur Hispania penè omnis in Frãcorum potestatem deuenit. Victis pręcipuè imperatum, ut falsis relictis diis, Christianæ fidei legem acciperent. Carolus rebus felicissimè gestis cùm incolumem exercitum in Galliam reduceret, prope Pyrenæi iuga in finitimarum gentium, quas nunc Vascones uocant, insidias incidit. Insederant enim barbari in occultioribus locis, expectantes occasionem gerẽdæ rei. Vbi uerò Francorum copias in angustiorem uiam deductas uiderunt, repentè ex iugo insuper imminenti nouissimum agmen adorti, ingentem cædem stragémque dedere. Nam Frãci cùm neque euadere possent in iugum à Vasconibus occupatum, neque se explicare, suomet ipsi agmine in arcto hærẽtes, simul ab hostibus, simul ab ini-
24 quitate locorum oppugnabantur. Nec iam primi in tam angustis locis ita celeriter uertere aciem poterant, ut ultimis in extremo periculo constitutis opem in tempore ac subsidium ferrent. Itaque etsi animo uiribúsque longè superiores hostibus forent, alienis tamen locis pugnantes uitare non potuerunt, quin eo die insignem cladem acciperent. Cecidere in ea pugna dolo hostium non uirtute commissa, Anselmus ac Egibardus summi in bello duces, aliique permulti fortissimi uiri, quorum opera Carolus sæpe in maximis certaminibus egregia usus erat. Sunt etiam qui Rolãdum Caroli ex sorore nepotem præstantem fortitudine uirum post ingentem hostium editam cædem, eo prælio interiisse dicant. Hic est Rolandus quem fama est tempestate sua corporis robore, & animi magnitudine, longè cæteris aliis præstitisse, cuius fortia
25 facta per uniuersum orbem iam clara nostris quoque temporibus celebrãtur. Vascones sequenti nocte antequam Franci uires colligerent, per nota itinera præda magis quàm armis onerati, se in tutum receperunt. Nec tamen illis diutina lętitia fuit: quippe paulò pòst hi populi ac eorum reges à Carolo domiti, meritas perfidiæ suæ debi-

tásque pœnas dedere. Britones quoque qui ſub idem propè tempus Caroli mandata neglexerãt, bello ſuperati in Francorum poteſtatem uenere. Initium poſt hæc maximi futuri belli ſi ulterius proceſſiſſet, in Italia ortum, authoribus Beneuentanis atque Araiſo eorum duce: qui cùm apertè deſciſſent ſtudio magis nouarum rerum, quàm certa ratione adducti, arma exercitúmque parabant, finitimas gentes excibant, ut pontifici Rom. contra ius fásque ultro bellum inferrent. Quibus rebus in Galliam perlatis, Carolus in Italiam rurſus ad comprimendas populorum ſeditiones quanta maxima celeritate poteſt contendit, ac cum omni exercitu Capuam uſque progreſſus, tantùm terroris Beneuentanis iniecit, ut extemplo Araiſus filios ſuos, Beneuentani uerò nobiliſſimos ciuitatis obſides darent, ac iureiurando adacti pollicerentur, ſe in poſterum neque iniuſſu Caroli arma ſumpturos, neque recuſaturos quò minus perpetuò ſub Romanæ eccleſiæ ditione atque imperio eſſent. Hæc adeò maturè confecta accepimus, ut eodem propè tempore in Galliam perlatum eſſet, Carolum in Campaniam cum omni exercitu perueniſſe, & Beneuentanos metu conterritos deditionem feciſſe. Verùm dum hæc in Italia geruntur, interim Taxillo Bauariæ dux uxoris (ut tradunt) ſtimulis concitatus, copias cogit, finitimas gentes ſolicitat, Hunnos, qui ea parte qua Bauaria in Oriẽtem ſpectat, ſibi confines erant, ſocietate & fœdere iungit. Hæc omnia clandeſtinis conſiliis conficere ſtudet, ut Francos nil tale opinantes repentino bello adoriatur. Erat autem ei coniunx Deſiderij regis Longobardorum filia, quæ fortunam patris iniquo animo ferens, nec nocte nec interdiu uirum cõquieſcere patiebatur, monere atque rogare, ut meminiſſe uellet ſocerum ſuum clariſſimũ regẽ, qui antea in locupletiſſimo regno conſtitutus aliis imperitare ſolitus eſſet, nunc graui ſeruitute detentum omni morte miſeriorem uitam ducere. Neminem eſſe præter eum, qui poſſit & debeat ſeruientem regem in libertatem uindicare. Hoc finitimas gentes, quòd fortunæ Deſiderij miſereantur, expectare, hoc tacitas petere: quòd ſi uir eſſe uelit, habere propriis uiribus etiam externas adiunctas opes, quibus fultus commodè poſſit hanc dedecoris notam ſocero pariter generóque inuſtam egregiis factis delere, ac ſibi poſterísque ſuis perpetuam gloriam comparare. His muliebribus inſtructus furiis, Taxillo ingenti ſtudio arma exercitúmque parabat, ut Francorum genti omni parte inferior, ferociter magis quàm prudẽter bellum inferret. Quibus rebus cognitis, Carolus, quia magni intereſſe etiam in reliquum tempus ad opinionem gentium arbitrabatur, tantas uideri Galliæ facultates, ut non modò ſua tueri, ſed etiam aliena aggredi poſſet, celeriter profectus priuſquam hoſtes eum ſociis iungerẽtur, in fines Bauariæ cum omni exercitu uenit, caſtríſque ad Lecum fluuium, qui Bauaros à Lemannis diuidit, poſitis, legatos ad Taxillonem miſit hortatum, ut Francorum manſuetudinem quàm arma & uim experiri mallet, atque idem finitimis gentibus, quas in belli ſocietatem traxiſſet, ſuaderet. Taxillo ſiue his mandatis conterritus, ſiue ſociorum auxilio deſtitutus, nulla tentata fortuna belli Caroli imperio ſine ulla exceptione parêre conſtituit. Itaque ei omnium rerum ſuarum poteſtate permiſſa, deditionem fecit, obſides dedit, in his Theonem filium ſuum, aliósque permultos lectiſſimos iuuenes, quorum patres præcipuam in ea prouincia authoritatem habebant. Sub idem propè tempus Abodriti ueteres Francorum ſocij legatos ad Carolum mittunt, qui pro antiqua amicitia ſocietatéque olim cum Francis inita, aduerſus Velatabos auxilium petant. Eſt ſinus Oceani maris in extremis Germaniæ finibus, qui ab occaſu in Orientem uerſus centum (ut aiunt) prope millia paſſuum extenditur. Circa hunc ſinum ea tempeſtate Abodriti, Velatabi, Nortomanni aliæque barbaræ gentes incolebant: inſulas præterea propinquo mari frequenter ſparſas tenebant, bella inter ſe (ſicut inter finitimos populos plerũque fit) continenter gerebãt. Cùm igitur Velatabi perpetuis excurſionibus, cædibus, incendiis Abodritos inuaderent, nec ullis præſidiis remoueri ab iniuria poſſent, Abodritorum legati in Galliam

Carolus in Bauaros contendit.

uenerunt,

uenerunt, opem aduerſus ſuos Francorúmque hoſtes, pro iure ſocietatis petentes. Benignè hoſpitalitérque ſuſcepti, auxilio impetrato grata reſponſa domum retulerũt. Profectus deinde cum exercitu Carolus citius omnium opinione bellum confecit, barbaros ex ſociorum finibus expulit, expulſos ad deditionem compulit, ac iureiurando adegit ne in poſterum Francis, Francorúmque ſociis, aliíſue finitimis gentibus iniuſſu ſuo bellum inferrent. His rebus geſtis, cùm in magna gloria magnísque opibus regnum ac tota res Francorum eſſet, ſtatuit Carolus aduerſus Hunnos, qui hoſtibus ſuis auxilia ſubminiſtrauerant, bellum ſuſcipere. Hunnorum gentem Scythicam fuiſſe accepimus: incoluere primò ſupra Mæotida paludem, inde ingenti multitudine profecti mutatis ſedibus in Pannoniam uenere, atque hunc locũ ſibi domicilium delegere. Ea uerò tempeſtate qua Carolus eis bellum indixit, abundantiſſimi diuitiis erant, & poſt Saxones armis uiríſque opulẽtiſſimi. Habebant præterea finitimos populos partim metu, partim beneficio obſtrictos, & iureiurando adactos, ut in omnibus bellis pro ſua quiſque facultate rem Hunnorum iuuarent. Quò igitur uires Hunnorum maiores erãt, eò maiore ſtudio Carolus omnia ſibi quæ ad maximum bellum pertinerent, curanda agendáque cenſebat, ut cùm uirtute hoſtibus longè Franci præſtarent, uiribus quoque aut pares aut ſuperiores eſſent. Summa igitur diligentia, tum ratione atque conſilio omnibus comparatis, caſtra mouet, atque exercitum & uiris & armis peregregiè inſtructum in Pannoniam ducit. Hoc ego bellum partim à Carolo, partim à filio ſuo Pipino apud pleroſq; authores geſtum comperio. Victi multis prœliis Hunni, tandem octauo anno poſtquam bellum inceperat, penitus ſuperati, imperio Caroli paruere. Quoties uerò cum hac gente iuſta acie pugnatum ſit, quæ'ue aut quantæ hoſtium copiæ in eo bello ceciderint, quia raræ per ea tempora literæ fuere, difficile ad fidem eſt exacto affirmare numero. Illud certè conſtat, nullum unquam bellum à Carolo geſtum, in quo maior ſit hoſtium cædes edita, maiórque illata clades. In eo enim omnes authores conueniunt, ingentem Hunnorum multitudinem, & penè nobiliſſimum quenque eo bello abſumptum: maximam quoque uim auri atque argenti, multámque pretioſam ſupellectilem, quam Hunni ex uariis gentibus direptam in ſuum regnum congeſſerant, à Francis inuentam, atque in Galliam traſportatam. Totam denique Hunnorum rem tam multiplici clade affectam, ut nullum ferme priſtinæ potentiæ, quæ antea longè latéque patebat, ueſtigium remaneret. Franci deuicta Pannonia, ac opulentiſſima gente ſubacta, graues hoſtium ſpoliis in Galliam reuertuntur. Periere in eo bello Herricus ac Geroldus, duo clariſſimi Francorum duces: in reliqua multitudine parum detrimẽti acceptum. Sub idem tempus Adelgiſum Deſiderij filium, qui ante expugnationem Papiæ ex tranſpadanis in Græciam profugerat, cum magna manu ad repetendum regnum in Italiam redeuntem, à Francis ſuperatum præfectorum auſpicio, ſupplicióque affectum, quidam authores ſunt. Addunt etiam nõ multò poſtea duo eodem propè tempore exarſiſſe bella, Boemicum ſcilicet & Liuonicum, atque ambo à Carolo iuniore ita celeriter eſſe confecta, ut facilè appareret præſtantiſſimi patris non diſſimilem eſſe filium. Sequutum eſt poſt hæc aduerſus Nortomannos bellum, qui Abodritis ſubactis, cùm ductu Gotofridi regis, Galliæ Germaniæque littora prædatoria claſſe uexarent, iámque Gotofridus nimia ſuperbia & temeritate elatus, Friſiæ, Saxoniæ, atq; omni Galliæ arma minaretur, palámque iactaret ſe breui Aquiſgranum ubi Caroli regia erat, cum ingentibus copiis petiturum, non putauit Carolus ſociorum iniuriam, ac huius hominis effrenatam audaciam ulterius eſſe ferendam: itaque omnibus neceſſariis ad bellum celeriter comparatis, in Nortomannos exercitũ ducit, claſſem per Oceanum mittit, ut terra maríque ſimul hoſtem inuadat. Verùm non diutius ei laborandum fuit, quia Nortomanni paulò pòſt Gotofrido rege à proprio ſatellite interfecto, ſe ſuáque omnia fidei & poteſtati Caroli permiſere. Cùm hic ſtatus rerũ in Gallia eſſet,

Hunni qui, & ubi.

interim Romani aduersus Leonem pontificem coniurationem ineunt, eúmque nec
læsi nec lacessiti per iniuriam urbe expellunt. Quibus rebus legati ad Carolum ue- 35
niunt multis precibus pro Romano pontifice auxilium aduersus coniuratos repetentes. Hos Carolus consuetudine sua benignè accipit, eorum animos uerbis confirmat, magnam spem se habere dicit populum Romanum, uel beneficio uel authoritate sua adductum, finem iniuriis facturum: quòd si perseuerare in iniuria uelit, nullam dimicationem recusaturum pro Romanę ecclesiæ dignitate, cui deesse quoad uita suppetat, aliis principibus Christianorum turpe, Carolo etiam nefas sit. Nam iam pridem ecclesiæ Romanæ patrocinio suscepto, nihil ei antiquius erat, quàm apostolicæ sedis dignitatem tueri, statum seruare, authoritatem extollere, iniuria ac maleficio prohibere. Itaque cùm ea coniuratio magni ponderis esset, & præsentia sua indigere uideretur, extemplo cum exercitu profectus in Italiam contendit. Primo aduentu o- 36
mni motu sedato, noxiis supplicio affectis pontificem Romanum cum ingenti gloria in urbem restituit, à quo mox pro suis egregiis meritis, & singulari erga libertatem omnium Christianorum fide Augustus appellatus, imperatorium nomen dignitatémque suscepit, non solùm assentiente, sed etiam applaudente populo Romano. Hoc tempore primùm summi imperij dignitatem, quæ trecentis antè & triginta annis fuerat amissa, & iam nimia uetustate obliterata, egregia uirtute Caroli, Occidenti restitutam tradunt. De quo quidem non alienum uidetur pro cognitione rei altius aliquantò repetere. Vrbem Romam, sicuti grauissimi authores memoriæ prodidere, initio reges gubernarunt. Hi nullis legibus obnoxij, domi populum, exercitum foris, pro suo arbitratu regentes, nunc belli, nunc pacis artibus rem Romanam mirificè auxere, eóque nutriendo perduxere, ut bonam frugem libertatis maturis iam uiribus ferre posset. Tarquinio deinde Superbo ob immodicam dominandi licen- 37
tiam regno exacto, regia potestas penitus in urbe cessauit. Sub consulibus postea, ac dictatoribus, consularíque potestate tribunis, qui fuerunt libero populo magistratus, & res & nomen emersit imperij. Aphrica penè tota, magnáque Asiæ parte ultra Armeniam & Caucasum montem armis subacta. Europæ uerò, Hispaniis, Galliis, Græcia, Thracia, aliísque subinde regionibus bello domitis, longè latéque Romanorũ opes patuere. Hoc tam amplo per quadringẽtos sexaginta annos ab una repub. parto auctóque imperio frui deinde per intestina arma non licuit, quorum causa atque initium traditur ex immodica cupiditate regnandi, & certamine factionum ortum, quæ semper fuerunt erúntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa. Imperatores hinc creari cœpti, quod ante armorum castrorúmque nomen fuit: 38
id tanquam intestino uigente bello intra mœnia inductum, uerbo quidem legitima potestas, re autem uera dominatio erat. Qui enim repub. occupata Romanis dominabantur, Imperatores se appellari non solùm æquo, sed etiam libenti animo patiebantur, quia imperatorium nomen & gratius & tolerabilius Romæ erat, quàm quisquam titulus qui dominationis speciem præ se ferre uideretur. Atque imperatoria dignitas apud priscos Romanos longè inferior regia dignitate. Cur autem postea hoc imperatorium nomen in tanto pretio habitum sit, causam fuisse existimo, quia cùm illi qui reipub. totíque penè terrarum orbi dominabantur, se nuncuparent Imperatores, fortè posteriores credidere, sicut illi potentia cæteros alios anteibant, sic etiam nomen quo utebãtur, reliquis omnibus anteponendum esse. Hinc talis opi- 39
nio orta, deinde multis temporibus inueterata, obtinuit ut imperatoria dignitas omnibus aliis excellentior haberetur. Sed ab initio quidem singulis imperãtibus cùm Nerua primus, aliíque postea simili exemplo ducti, sibi consortem imperij delegissent, duo interdum principes eodem tempore extitere, qui se Romanorum nuncupabant imperatores. Postea uerò quàm Constantinus relicta Roma ad Orientem descendit, factum consuetudine est, ut diuisim illud Orientis, hoc Occidentis imperium

Carolus dictus Augustus & Imperator Romanorum.

Imperatoria dignitas antiquitus inferior regia.

rium diceretur. Fœdè deinde uastantibus Italiam barbaris, tempore Odoacri Torcilingorum regis, qui Augustulũ bello superauit, sublatum imperiũ trecẽtis & triginta annis in Occidente cessauit. Tot enim ab Augustulo ad Carolum Magnum fuere,
40 quem à Leone pontifice imperatorem diximus appellatum. Carolus Francorum rex ac Romanorum imperator, post amplissimam dignitatem susceptam cùm in Galliam rediturus iter per Hetruriam faceret, in memoriam dignitatis adeptæ Florentiam urbem, quam olim magna ex parte deleuerant Gotthi, in pristinum statum cum summa celeritate restituit, omnémque nobilitatem per oppida uicina dispersam in ciuitatem reduxit, nouis mœnibus cinxit, templis ornauit. Quibus meritis quantùm Caroli nomini eiúsque successoribus nostra ciuitas debeat, nec literis explicari, nec ulla oratione exprimi potest. Quòd enim in solo patrio sumus, quòd liberi uiuimus, quòd magistratus, leges, ciuitatem habemus, ea omnia Carolo accepta sunt referenda, ac eius memoria cum grata recordatione perpetuò celebranda: ut homini tam præclarè de nostra patria merito, si non parem beneficiis suis, saltem ali-
41 quam pro uiribus nostris gratiam referamus. Illud autem loco summæ gloriæ Florentiæ urbi tribuendum puto, quòd initio eam condidere Romani, conditam deinde ac barbarorum furore euersam, Romanorum quoque clarissimus imperator restituit, ut non tantùm doloris ex deiecta, quantùm lætitiæ ex restituta patria Florentinis accederet. Cùm reuertisset in Galliam Carolus, exceptus est eius aduentus ab omnibus populis incredibili honore atque amore. Festi celebrati dies, omnibus ciuitatibus supplicationes decretæ, publicè priuatímque ei gratulationes cum effusa lætitia factæ. His rebus tam egregiè à Carolo gestis addunt scriptores nonnulli rem maximè memoratu dignam, quam ego nec ut certam affirmare, quia nulla apud a-
42 lios authores eius rei mentio est, neque ut incertam relinquere ausim. Tradunt enim, cùm Hierosolyma graui barbarorum dominatu oppressa teneretur, Carolum Constantini imperatoris precibus euocatum, simul & rei indignitate commotum, ad liberandum sanctissimum locum, ubi omnium gentium salus est orta, cum ingenti exercitu accessisse, profligatísque barbaris, ac ex omni prouincia pulsis, Christianos in urbem restituisse, firmísque præsidiis munitam reliquisse: profectum deinde Byzantium & à Constantino incredibili lætitia acceptum, magnóque affectum honore, paulò pòst in Galliam rediisse. Hæc si ita sunt, hanc expeditionẽ factam esse oportet antequam Carolus ad restituendum Leonem pontificem in Italiam ueniret: quia satis constat post imperatoriam dignitatem susceptam, nunquam Carolum in Orientem esse profectum. Hæc bella septem & quadraginta annis (tot enim regnauit) incredibili felicitate, tum magnitudine quadam animi, tum etiam ingenij atque
43 consilij Carolum non solùm gessisse, sed etiam confeciſse tradunt, quibus regnum satis amplum à patre acceptum, longè maius auctiúsque posteris suis reliquit. Nam paterni regni fines in Gallia, Rheno, Ligeri, Oceanóque, & in Germania Danubio & Sala fluuio, qui Thurios à Sorabis diuidit, continebantur. His Aquitaniam, Vasconiam, Hispaniam penè totam, & eam Italiæ partem in qua Longobardorum regia fuerat, bellica uirtute adeptam Carolus Magnus adiunxit. Adiecit etiam Saxoniam, quæ est non modica Germaniæ pars: tum utranque Pannoniam, & ultra Danubium Daciam, Histriam, & totum Liburnorum regnum, Dalmatiam quoque, præter maritimas ciuitates quæ Constantinopolitano imperatori parebant: omnes denique barbaras gentes, quæ Germaniam inter Rhenum, Oceanum, ac Danubium incolunt, partim armis subactas, partim beneficio allectas, in suam potestatem redegit.
44 His tantis opibus, tot támque rebus egregiè gestis, eam sibi famam non solùm in Gallia, sed etiam per uniuersum orbem Carolus comparauerat, ut undique ad eum legationes concurrerent, quæ gratiam atque amicitiam publicè priuatímque peterent. Quinetiam memoriæ propitum est, Persarum regem, cuius opes in Asia longè

Florentia restituta à Carolo imperatore.

Hierosolyma liberatur.

Francorũ regno adiecta à Carolo.

latéque patebant, Caroli fama adductum, legatos cum magnificentiſſimis donis miſiſſe in Galliam, qui eum rogarent ut ſe in amicitiam ſuſciperet. Cum imperatoribus quoque Conſtantinopolitanis beneuolentia fuit & ſocietate coniunctus: quanquam poſt dignitatem imperatoriam Romæ acceptam, Caroli fama illis & ſuſpecta quoque potentia foret. Cæterùm enarratis bellicis rebus quæ uiſæ ſunt nobis cognitione & memoria dignæ, nunc operæpretium eſſe exiſtimo Caroli habitum, naturam, & mores, tum ea omnia quæ ad domeſticam pertinent diſciplinam, breuibus uerbis referre. Tradunt omnes penè authores qui diligentius Caroli figuram deſcribunt, procera illum fuiſſe ſtatura, lato pectore, latis humeris, magnis uegetísque oculis, naſo paulò eminentiore: forma denique & pulchritudine oris adeò eximia, ut decorem ſimul præ ſe ferre uideretur, cum regia quadam maieſtate coniunctum. Habebat & in uoce ſplendorem, & in inceſſu totóque corporis motu ſummam dignitatem. Promiſſam gerebat barbam, & ſi quando feſti dies celebrandi erant, aut legati externorum principum audiendi, ueſte auro contexta, & gladio multis gemmis ornato utebatur. Valetudine fuit proſpera, niſi quòd paucis annis antequam diem obiret, febre ſæpius laborabat. Venationibus Gallorum more adeò frequenter ſtudebat, ut non niues, non montes, ſyluæque eum etiam ſeneſcentem à tali exercitio reuocarent. Putabat enim laborem corporis ad ſanitatem ſeruandam uehementer conferre. Tradunt præterea eum balneis & aquis natura calidis plurimùm delectatum, atque ideo Aquiſgrani, ubi talis aquę ingens copia erat, diutius commorari ſolitum. Quinetiam conſueſſe amicos ac familiares, & interdum omnis generis homines ſecum in balneas ducere, ibíque alia atq; alia confabulandi materia in mediũ allata, longũ ſermonem trahere, atque ex eo non mediocrem uoluptatem capere. Fuit autem Carolus amicorum ſtudioſiſſimus: pietate uerò in parentes, amore in filios, humanitate in omnes, ſine controuerſia cæteros alios ſuperabat. Mater ei Berta fuit, Heraclij Cæſaris præſtantiſſimi Conſtantinopolitani Imperatoris filia, quam cùm in omni uitæ tempore, tum præcipuè poſt Pipini mortem in ſummo honore & obſeruantia habuit. Difficilẽ fratris naturam, ac multis ſuſpicionibus laborantem, ita patienti animo tulit, ut pro acceptis iniuriis ſæpe beneficia ei, filiíſque referret. Sororem quoque quæ ſibi unica erat, incredibili amore dilexit. Denique omnem familiam ſuam tanta charitate complexus eſt, ut quidam ſcriptores dicant eum quocunque accederet, ſolitum eſſe filios filiásque omnes ſecum ducere. Fuit in remunerando largus, in puniendo mitis & clemens. Quinetiam tradunt, cùm aliquando in expeditionem proficiſceretur, nothum filium, quem plerique ſpe regnandi iniecta opinionibus uanis imbuerant, Carolo inſidias comparaſſe, ut eum de medio tolleret: paulóque deinde coniuratione detecta, mitiſſimum patrem ſcelerato ignouiſſe filio, eíque permiſiſſe, ut reliquam deinde uitam in quodam monaſterio ab oculis hominum remotam duceret. Hanc igitur manſuetudinem in puniendo, æquitatem in iudicando, moderationẽ in gubernando, quam Carolus publicis pariter ac priuatis rebus præ ſe ferebat, ſic populi omnes admirabantur, ut palàm prædicarent, talem ſibi regem diuino numine datum, qualem nunquam antea auſi eſſent optare. Illud præterea maximam ei beneuolentiam comparabat, quòd erga hoſpites, peregrinos, & eos omnes qui paupertate nimia laborabant, ſumma profuſáque liberalitate utebatur. Inopes uerò qui uirtute ac bonis moribus prædíti erant, ſæpe non modò pecunia iuuit, ſed etiam honoribus manifeſtis affecit, ut uanam eorum opinionem argueret, qui neque honori magno locum, neque uirtuti putant eſſe, niſi ubi effuſæ affluant opes. Cibi inſuper & potus continentiſſimus fuit. Feſtis ſolùm diebus, atque id etiam rarò, conuiuia celebrabat. In cognoſcendis controuerſiis hominum & diligentiſſimus ſimul & iuſtiſſimus habebatur. Liberæ ad eũ quærimoniæ de aliorũ iniuriis, facilésque aditus erant, benigna reddebantur reſponſa: quæ omnia quò rarius in maximis principibus

Caroli ſtatura & mores.

cipibus reperiuntur, eò gratiora in Carolo habebantur. Sed omnium primùm, ut erat diligentiſſimus religionum cultor, ſumma opera ſtudióque curabat, ut epiſcopi per uniuerſum regnum ſacras ædes nimia uetuſtate dilapſas, aut omnino reficerent, aut ſaltem renouarent. Ipſe uerò Aquiſgrani, ubi ſedes regni, eiúsque regia erat, maximis ſumptibus templum cõdidit, ipſúmque marmoreis columnis, tum argento auróque celato uehementer ornauit, ornatúmiq; omnium rerum pulcherrimarum copia, beatæ Mariæ dedicauit. Multa quoque alia opera memoratu digna conſtruxit, quæ ea tempeſtate, tum pulchritudine, tum magnitudine ſua admirationem gentium commouebant. Nam pontem in Rhenum apud Maguntiam, ubi quingentos paſſus fluminis latitudo patet, ædificatum à Carolo tradunt, egregium ſanè opus, & magnitudinem conditoris cunctis uiſentibus præ ſe ferens. Regias inſuper ædes uariis in locis ab eodem extructas dicunt, & templa in multis ciuitatibus condita, quæ noſtris quoque temporibus extant, & religionem in Carolo, regalémque animum fuiſſe oſtendũt. Verùm ad has eximias regiásque uirtutes addiderat, etiam Carolus eloquentiam copiámque dicendi, & bonarum artium diſciplinam, quæ cùm cæteris hominibus, tum iis qui ſunt in ſummis poteſtatibus conſtituti, magno ſemper decori atque ornamẽto fuere. Præceptorem habuit Albinum, cui poſtea Alcuino cognomen fuit, eruditiſſimum, ſummúmque philoſophum, à quo non ſolùm ſtudium ſapientiæ, ſed etiam præcepta oratoria, artémque diſſerendi accepit: cuius opera tunc primùm Parrhiſienſe gymnaſium à Carolo inſtitutum tradunt: quod deinde à poſterioribus regibus ſeruatum auctúmque, eò dignitatis & gloriæ uenit, ut nunc quoque celeberrimum per uniuerſum orbem eruditiſſimorum hominum domicilium habeatur. Carolus igitur ipſe literis non modò Latinis, ſed etiam Græcis liberaliter inſtitutus, filios quoq; ſuos doctiſſimis hominibus in diſciplinam dedit, ut à primis incunabulis bonis artibus erudirentur. Filias etiam ne otio torperent, lanificio aſſueſcere iuſſit. Habuit autem ex pluribus uxoribus pulcherrimam ſobolem: ſed ex Hildegarde fœmina apud Sueuos ampliſſimo genere orta, Carolum, Pipinum, Ludouicum filios, totidémque filias genuit. Ex his Carolum, qui maior natu erat, & Pipinum, quem Galliæ citeriori præfecerat, priuſquam diem obiret, amiſit. Ludouicus ei relinquebatur, unicum ſenectutis refugium. Hunc paulò ante mortem ad ſe uocatum, ſummo conſenſu omnium principum Auguſtum appellauit, cõſortémque ſibi delegit imperij: quæ res maximam ei apud omnis generis homines tum dignitatẽ, tum authoritatẽ comparauit. Stabilitum enim ſuis poſteris, non ſolùm Francorum regnum, ſed etiam Imperatorium nomen ſumma concordia omniũ uidebatur. Nec multo interiecto tempore, cùm uenatũ conſuetudine ſua haud procul à regia Aquiſgrani eſſet profectus, domum rediit cum febre. Hanc abſtinentia, ut conſueuerat, ſuperare ſe poſſe confidens, cùm lateris etiam acceſſiſſet dolor, morbis ſimul & ſenectute cõfectus uita exceſſit, ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſecundo, & Chriſtianæ ſalutis decimoquinto ſupra octingẽteſimum annum, quinto Cal. Februarias. Eius deinde corpus in baſilica Aquiſgrani, quam ille in uita tantopere coluerat, ſolenni funere ſepultum tradunt, arcúmque auratum egregiè fabrefactum ſupra monumentum eius locatum, in quo imago illius ſculpta tali epigrammate cingebatur: Caroli Magni Chriſtianiſſimi Imperatoris Romanorum corpus ſub hoc ſepulchro conditum iacet. Hic Francorum regnum ſeptem ſupra XL annos ſumma moderatione ac iuſtitia adminiſtrauit, ídque belli pacíſque artibus maguopere auctum, poſteris ſuis reliquit. Paulò ante obitũ eius multa prodigia uiſa dicuntur. Nam & porticum, quæ erat inter baſilicam & regiam mirabili ſumptu confecta, corruiſſe & pontem ad Maguntiam incendio conflagraſſe, & aream pilam, quæ in culmine religioſiſſimi templi locata erat, fulgure tactam & deiectam tradunt. Tribus annis antequam è uita migraret, teſtamentum cõdidit, quo pecuniam, ueſtes, uaſa aurea argenteáque, multámque pretioſam ſupellectilem triplici-

Caroli Magni obitus.

Prodigia ipſius mortem præcedentia.

Teſtamentũ.

ter diuiſam legauit. Duas partes uni & uiginti ciuitatibus regni, quas Metropolitanas appellant Græci, ac earũ epiſcopis dari iuſſit, ut illis in reficiendis eccleſiis & pauperibus iuuandis, pro arbitrio uterentur. Tertiam uerò partem, uniuſcuiuſque ratione habita, filiis, filiabus, nepotibúsque, tum ſeruis & ancillis reliquit. Erant inter cæteros theſauros ſuos tres argenteæ mẽſæ, ac una aurea, præcipuæ magnitudinis. Illarum trium unam, quæ Conſtantinopolitanæ urbis ſimilitudinem referebat, ad ornãdum celeberrimum beati Petri templum Romã miſit. Aliam, in qua forma urbis Romæ peregregiè ſculpta erat, Rauennati baſilicæ dono dedit. Tertiam uerò, quæ totius orbis deſcriptionem continebat, & auream illam, quam in ordine quartam numerauimus, filiis ſuis reliquit. Hæc Carolus ſumma diligentia, ratione, atque conſilio, cùm multi principes regni adeſſent, conſtituit. Quæ omnia Ludouicus eius filius ac ſucceſſor ex commentario, poſt Caroli mortem diligentiſſimè ac ſanctiſſimè reſeruauit. 55

Index in vitas Plutarchi.

PEPERCIMVS LECTOR OCCVPATIONIbus tuis, & materiam multiplicẽ, qualis in hiſtoria ferè occurrit, in Indices aliquot digeſſimus, quò magis author tantus uſui præſenti tibi foret. Indicũ porrò primus res geſtas complectitur ipſas, & quicquid hiſtorici argumenti eſt: reliqui quos tute reperies ordine, oracula, prodigia, auguria, ſomnia, prouerbia, leges, orationes, epiſtolas, ſtrategemata, triumphos, ſtatuas, authorum nomina, habent.

A

ABANTVM mores & uirtus bellica. Theſeus. j. numero 6, in marginę interiori.
Abantidas tyrãnidem occupauit xlviij. 3.
Abantidas à quibus interfectus ibid.
Abantis fluuij deſcriptio xxxvj. 76.
Abodriti populi ubi lvj. 30.
Abodritorum cum Francis fœdus ibid.
Abœocretᵃ Bœotiorũ dux cęſus xlviij. 27
Abſtinentia ciborum toleratu quibusdã difficilis xxxvij. 152.
ACADEMO Helenæ proditori uiuo honores à Tyndaridis habiti i. 50.
Academiam irriguum lucum Cimon fecit xxxi. 35.
Academia unde nomen mutuauerit j. 51. liiij. 21.
Academiæ cur Lacedęmonij alioqui uaſtantes omnia, pepercerint. i. 51.
Academici unde nomẽ ſortiti. liiij. 21.
Acarnania excurſionibus à Pericle infeſtata xi. 43.
Academia uetus & noua xxxij. 121.
Acaſtus Peliæ filius phtiriaſi interiit xxvj. 89.
Acerras Annibal diripit xv. 56.
Accipere non turpe, ſed non accipere melius xxij. 71.
Accuſandi ſtudium quibus nominibus laudabile xxxij. 1.
Acerræ oppidum xiiij. 9.
Ἄκεσις iiij. 35.
Achæi repudiato Philippo Romanis ſeiungunt xviij. 10.
Achæis ſuo iure uiuere permiſſum xviij. 21.
Achæorum cum Machanida Lacedæmonio bellum xvij. 21.
Achæi Elienſes bello premũt xxiij. 50.
Achæos quàm auxerit Aratus, per totam eius uitam uide xlviij. 16. 17. 52. & dein.
Achana menſuræ genus xlviij. 10.
Achantiorum theſaurus xxv. 35.
Acharius uir ſenatorius à Marianis interfectus xxviij. 91.
Achillæ Pompeij cædis cura mandatur xxxvj. 162.
Achiui ab Alexandro tyranno ſubacti. xiij. 66.
Achillis genealogia xlviij. 8.
Achillis cithara xxxvij. 30.
Achilles quietis impatiẽs xxiij. 110. xxvii. 25.
Achillis & Vlyſsis contẽtio xxxv. 9.
Achilles à Paride inter portas interemptus xxvj. 100.
Achilles in Epiro ut deus colitur. xxvij. 1.
Achilles cur Alexãdro felix xxxvii. 30.
Acies thoraci ſimilis xiij. 3.
Aciei inſtruendæ ratio xiij. 36.
Aconitum Athenis rarò naſci xlv. 29.
Acontius mons xxvj. 49.
Acteius Trib. plebis Craſſi in Syriã profectionẽ prohibere cõatur xxxiij. 47.
Acradina Syracuſarum arx à Marcello capitur xiiij. 36. xxij. 32.
Acrocorinthus mons xlviij. 28.
Acrocorinthum uallo & foſſa Aratus circundat xlviij. 76.
Acrocorintho Macedonum præſidia depulit Aratus xlviij. 28.
Acrocorinthum in ditionẽ Antigonus redigit ibid. 31. & 82.
Acron Ceninenſium rex in agrum Romanum impetum facit ij. 32.
Acron obtruncatur ibid.
Acrotatus Areï filius, eiúsque interitus xxiij. 8.
Acrotatum filiũ parens uiuus regno expulit xxiij. 8.
Acrotati uirile facinus xxvij. 64.
Acta regio xlviij. 76.
Actæones duo, alter à canibus, alter ab amatoribus diſcerptus. xxx. 1.
Acuphis grandæuus quidã xxxvij 126.
ADAM Cariæ regina ab Alexãdro in matrem aſſumpta xxxvj. 47.
Ἀδαμαν pugna xxxv. 69.
Adimantus Athenienſiũ dux vii 104.
Admetus ab Apolline adamatus iiij. 9.
Admetus Moloſſorum rex Themiſtocli infenſus ix. 46.
Adoleſcentibus gloriari licet xxiij. 2.
Adonia Cereris feſta vij. 46. xxxiii 42.
Adoptio j. 5.
Adorandi ritus à Romanis inſtitutus iiij. 38.
Adranus deus xxii. 19.
Adriaticum mare unde dictum x. 26.
Adranitarum urbs xxij. 21.
Adraſteæ mons xxxii. 24.
Adraſtum in recuperandis cadaueribus iuuit Theſeus i. 45.
Aduenæ Roma expulſi xxiiij. 51.
Adulatio quantùm rebuspublicis officiat xlv. 39.
Adulter apud Lacedæmonios nullus. iii. 36. 37.
AEACVS inferorum iudex lij. 7.
Aeaci templum Aeginæ xliiij. 48.
Aeacidæ ſemideis omnibus anteponendi lij. 6.
Aeacides Pyrrhi parens per ſeditionem expulſus xxvii. 2.
Aeantidis tribules quare Sphragitidis ſacra ſtata faciant xxix. 54.
Aecanorũ urbs ab Camillo capitur x. 66.
Aedilium duo ordines xxviij. 6.
Aedilius mons xxvi. 42.
Aegæ oppidum ix. 48.
Aegæi à Pyrrho expugnati xxvii. 59.
Aegeus Pallantidarum inſidias formidat i. 5. & 15.
Aegei interitus i. 30.
Aegeriæ deæ conſuetudine uſus Numa iiij. 8.
Aegina locus li. 3.
Aegina inſula xliii. 1.
Aegina uexatur à Lyſandro xxv. 16.
Aeginetarum ager Athenienſibus diuiſus xi. 70.
Aeginam delendam cenſuit Pericles. xi. 17.
Aeginetæ in Achæos conceſſerunt xlviij. 64.
Aeginenſis belli ſeminaria ix. 8.
Aeginenſes ſuam recuperant urbem xxv. 27.
Aeginenſes Caro Romanis aſciuit xx. 30.
Aeglæ amore Theſeus Ariadnam repudiauit i. 44.
Aegoſporamos xxv. 16.
Aegri, quàm tani facilius credũt. xl. 2.
Aegritudo aliquando audaciæ cauſa xiij. 1.
Aegyptus medicamentorum ſaluberrimorum, uenenorúmque præſentiſsimorum fertilis xxxiii. 24.
Aegyptiæ rotæ iiij. 38.
Aegyptiæ regiæ luxus xxiij. 106.
Aegyptiorũ annus menſtruus. iiij. 46.
Aegyptij reges munuſculis interficiẽdos excipiebant xxiii. 114.
Aegyptus a Xerce deficit x. 61.
Aegypto Cæſar portus xxxviij. 96.
Aemi rupes mulieres uatidicæ incolunt xxxvii. 3.
Aemyliorum familia iiii. 22. xxi. 2.
Aemylia Aphricani uxor xvi. 65. xxi. 3.
Aemylius Pythagoræ puer xxi. 2.
Aemulos nobis uirtutis facimus, quibus ſociis uſi ſumus xxv. 48.
Aenaria inſula xxvni. 76. & 82.
Aeneas Palladium Troianum ſuſtulit x. 37.
Aenobarbi cognomentum xxi 40.
Aenus Thraciæ oppidum xl. 16.
Aequalitas bellum minimè efficit v. 26.
Aer uoce ſcinditur xviij. 22.
Aerarium in Saturni æde vj. 23.
Aerario ſigilla impreſſa in tumultu agrario xxiiii. 16.
Aeropi mors xxvii. 16.
Aeſchinis cum Platone ſimultas. liiii. 51.
Aeſchines quot ſuffragiis abſolutus xliij. 26.
Aeſchines exul Rhetoricam docuit xliii. 41.
Aeſchines Lãpræus proditionis damnatus xix. 37.
Aeſchylus à Sophocle uictus xxxi. 21.
Aeſchylus mœrore confectus obiit. ibi.
Aeſionis de Demoſthene iudiciũ xliij. 19.
Aeſopum Tragœdum Cicero in pronũciatione imitatus xliij. 10.
Aeſopus hiſtoricus v. 59.
Aeſuuius lucus vi. 15.
Aetas quæ pulcherrima vii. 3.
Aethra cũ Helena Troiam ducta i. 53.
Aetoli in Peloponeſum traiiciunt xxiii. 26.
Aetoli intra Naupactum obſidentur xviii. 32.
Aetolorũ agros Demetrius uaſtat xlv. 112.
Aetoli à Demetrio ſuperati xxvii. 13.
Aetoli Antiochi aduerſus Romanos ſocii xviii. 30.
Aetoli Flaminii de Philippo uictoriam ſibi adſcribunt xviii. 17.

AFRANIVS Armeniæ præſes xxxvi. 83.
Afranius Parthum fugat ibid. 77.
Afranius Sertorii caſtra diripit xxx. 35.
Afranii caſtra à Cæſare capta xxxviii. 101.
AGAMMENON ſolus uniuerſæ Græciæ dux appellatus xxxv. 11.
Agamennonis in caſtris magna peſtis li. 10.
Agatharchi pictoris celeritas xi. 29.
Agathocles ferè Carthaginem cepit xxvij. 30.
Agathocles inſularum dominus. xlv. 62.
Agathocles ſæpius à Demetrio uictus xlv. 129.
ἀγκών iiij. 35.
Ager Romanorum in partes diuiſus iiij. 43.
Ageſilai genealogia xxiii. 6. xxxv. 1.
Ageſilai mores & ſtatura xxxv. 1. 3.
Ageſilaus oratione potens, natura mollis xxiii. 12.
Ageſilaus liberorum impensè amans xxxv. 53.
Ageſilai in patriam pietas xxxv. 30.
Ageſilai & Lyſandri amor xxv. 45. & xxxv. 2.
Ageſilaus qualis in amicorum rebus fuerit xxxv. 27.
Ageſilaus laborum patiens ibid. 28.
Ageſilao maritimum imperium decernitur xxxv. 20.
Ageſilaus Aſiæ arma infert xxxi. 50.
Ageſilaus Laconum inſtituta ſubuertit xxiij. 25.
Ageſilaus Phrygiam inuadit xxxv. 17.
Ageſilai aduerſus Perſas expeditio xxxv. 9.
Ageſilai de Perſis uictoria xxxv. 19.20.
Ageſilaus in Bœotiā traiicit xxxv. 34.
Ageſilaus ex Bœotiis ſaucius xiij. 29.
Ageſilaus Thebanorum pacem recuſauit xxxv. 71.
Ageſilaus ceruam in Aulide ſacrificaturus prohibetut ibid. 12.
Ageſilai cum Thebanis pugna ibi. 37.
Ageſilaus Tiſſaphernem acie fudit xlvij. 42.
Ageſilai cum Pharnabazo colloquium xxxv. 25.
Ageſilai de Pharſaliis trophæum xxxv. 33.
Ageſilaus multam ex Acarnania prædam reportauit xxxv. 46.
Ageſilai res multa difficultate geſtæ ſunt xxij. 62.
Ageſilaus maximā potentiam apud Grecos conſequutus xxiij. 6.
Ageſilaus non ad imperium acceſsit antequam parêre didicit xxxv. 2.
Ageſilaum quid ad imperandum induxerit xxxv. 5.
Ageſilaus rex declaratur xxv. 47. xxxv. 6.
Ageſilaus rex reus Tegeam confugit xxvj. 64.
Ageſilaus quare ab Ephoris multatus xxxv. 8.
Ageſilaus quas ignominiæ notas incurrerit xxxv. 74.
Ageſilaus malè audit propter crebras in Bœotiam incurſiones iii. 29.
Ageſilai mala ualetudo xxxv. 56.
Ageſilaus in Aſia obiit xxv. 56. xxxv. 83.
Ageſilaus Ephorus xxiij. 24.
Ageſipolis Lacedæmoniorū rex xxiii. 7.
Ageſipolis rex publica nō admodum per ætatem curabat xxxv. 41.
Ageſipolis Epaminondam Pelopidámq; liberauit xiii. 10.
Ageſiſtratæ interitus xxiii. 40.
Agileus Ephorus ſaucius xxiii. 56.
Agidarum regalis apud Lacedæmonios familia xxv. 51.
Agidis genealogia xxiij. 7.
Agidis & Cleomenis amicitia unde originem traxerit xxiij. 5.
Agidis coniunx Cleomeni nubit xxiij. 42.
Agidis & Leonidæ diſsidium xxiij. 19.
Agis rex à Leonida peremptus xxxv. 83.
Agis exercitui gratus xxiij. 27.
Agidis de Lycurgo iudicium xxiij. 19.
Agis reipub. formam reſtituere aggreditur xxiij. 11. xliij. 40.
Agis Lacedæm. rex multatus iij. 25.
Agis in carcerem coniicitur xxiij. 36.
Agidem non pœnituit eorum quæ prudenter conſuluit xxiij. 37.
Agidis regis Lacedæm. dictum iij. 45.
Agis Alcibiadi mortem machinatur vij. 66.
Agis Arato auxilium ferre nititur xxiii. 26.
Agidis fuga xxiij. 30.
Agis regnantium primus ab Ephoris interfectus xxiij. 41.
Agis Archidami filius ab Antipatro interfectus xxiii. 7.
Ageſias Acharnanius proditionis damnatur xix. 37.
Agnonides Phocionis accuſator xxxix. 84.
Agnonides capite dānatus xxxix. 90.
Agnuſius Leus præco Theſeo Pallantidarum conſilia aperit j. 16.
Agris diuidendis tres uiri creati. xxiiij. 20.
Agrigentum oppidum xxij. 60.
Agrigentinorum equites Dionem reducem iuuant xlj. 46.
AIAX Telamonis filius lij. 8.
Aiacis filij Athenienſium ciuitate donati v. 18.
αἰγικορεῖς, tribus Athenienſis v. 48.
αἰμυλία iiij. 22. xxj. 2.
αἴξ x. 63.
Aidonius Proſerpinæ parens j. 49
Aidonius Herculem hoſpitio excipit i. 54.
ALALCOMENIVS mēſis Bœotiorum xix. 60.
Albana uilla Q. Aurelium perdidit xxvj. 80.
Albani populi ubi morentur xxxvi. 73.
Albani à Pompeio deficiunt ibid. 74.
Albanorum rex à Canidio proſtratus xlvj. 59.
Albinus cos. Lucaniam uaſtat xxvij. 33.
Albinus à Pyrrho uictus xxvij. 37.
Albinus uir prætorius ſaxis fuſtibúſque mactatus xxvj. 16.
Albuinus Longobardorum rex Galliam citeriorem in deditionem accepit lvi. 14. Vxoris dolo necatus ibid.
Albus pagus xlvj. 88.
Albus dies unde dicatur xi. 54.
Alcander iuuenis manſuetudine Lycurgi uictus iij. 22.
Alcibiadis nutrix & pædagogus vii. 2.
Alcibiadis ingenium xxxiij. 24.
Alcibiades pacis inimicus ibid. 29.
Alcibiades Laconiſtæ cognomen unde acceperit xxxix. 25.
Alcibiades ab Euripide laudibus celebratus xliij. 1.
Alcibiadis cum Nicia ſeditio xxxiij. 32.
Alcibiades ab exercitu reuocatus xxxiij. 46.
Alcibiadi imperium denuo abrogatur vij. 103.
Alcibiades reus vij. 87.
Alcibiadi exilium decernitur xxv. 8.
Alcibiades ab exilio reuocatus vij. 92. xxv. 4.
Alcibiadis cum Agidis uxore congreſſus vij. 64. xxv. 46. xxxv. 4.
Alcibiadis in Sicilia tergiuerſatio xxxiij. 43.
Alcibiades Cererem uiolauit vij. 60.
Alcibiades à Tiſſapherne captus vii. 78.
Alcibiadis interitus viij. 112.
Alcimenes gloria & genere inter Achęos primarius xlj. 39.
Alcimeni Epirotæ interitus xlv. 52.
Alcmæon Themiſtoclis accuſator xx. 72.
Alcmanes cantilenarum artifex phthiriaſi interiit xxvj. 89.
Alcmena Rhadamato nupſit xxv. 60.
Alcmenę cadauer euanuiſſe ij. 62.
Alcyoneus Antigoni filius cùm Pyrrhi caput attuliſſet à patre uerberatur xxvij. 76.
Alea Rhadamanti ſepulchrum xxv. 60.
Aleſiam Cæſar capit xxxviij. 53.
Alexāder Magnus genus ab Hercule duxit xxxvii. 2.
Alexandri matris in cubiulo anguis uiſa xvi. 6.
Alexandri natalis xxxvij. 2.
Alexandri ſtudia & exercitia xxxvij. 47.
Alexander quibus artibus inſtructus xxxvii. 13.
Alexandri præceptores ibid. 10. 13.
Alexander Iliadem Homeri ſub puluino habuit ibid. 15. & 55.
Alexander gymnoſophiſtis quæſtiones propoſuit ibid. 137.
Alexāder quibus moribus uirtutibúſque præditus xxxvij. 6.& 7.
Alexandri grauitas ibid. 7.
Alexandri de Homero iudicium ibid. 57.
Alexandri de Diogene iudiciū ibid. 27.
Alexandri grauiter dictum ibid. 62.
Alexander quos epiſtolis ſaluere iuſſerit ibidem. 46.
Alexander orāte accuſatore alteram aurem occluſit manibus xxxvij. 93.
Alexandri continentia ibi. 43. & 92.
Alexander quo pacto Hephęſtionis Cratérique ſimultates cōpoſuerit xxxvij. 102.
Alexander uno equo decem diebus ttia millia & ducenta ſtadia emenſus ibid. 94.
Alexandrum pater Philippus inani petiuit ictu xxxvij. 18.
Alexander xvi annos natus Megarenſes fudit ibidem 16.
Alexander Thebis exercitum admouet xxxvii. 23.
Alexander triremes ex fœdete ab Athenienſibus petit xxxix. 53.
Alexandri cum Achæis ſocietas xlviii. 31.
Alexander cōtra Indos profectus regios currus cremauit xxi. 19.
Alexandri Macedonis bellum cum Ptolemeo xiii. 54.
Alexandri de Macedonibus uictoria xxxvii. 33.
Alexādri de Dario uictoria ibi. 33. 42. 72.
Alexandri uictoria in Granico x. 33.
Alexander primas in re militari Annibale cenſore habet xv. 92. xviii. 45.
Alexandri liberalitas ac munificentia xxxvii. 85. & 146.
Alexander Darii uxorem magnificè humauit ibidem 65.
Alexander uinariam concertationē propoſuit ibidem 148.
Alexander Eurylochum in ſcorti amore iuuit ibidem 92.
Alexandro neglecta religio ibid. 31.
Alexander inducias uiolauit ibid. 127.
Alexandrinum bellum nulla neceſsitate geſtum xxxviii. 92.
Alaxander Perſarum aduerſus Græcos imperator dicitur xxxvii. 26.
Alexander cōmunis Græciæ dux xlv. 61.
Alexāder Aſiæ rex appellatus xxxvii. 76.
Alexander Iouis Hammonis filius ibidem 60. & dein.
Alexander ſuam deridet diuinitatem ibidem 62.
Alexāder quibus ex rebus ęſtimarit mortalitatem ibidem 47.
Alexandri uulnera ibidem 42. 62. 98.
Alexander Parthicam ſtolam quare indutus ibidem 97.
Alexandri fortuna uno ſubuerſa momēto xxi. 45.
Alexander Macedonum barbas radere iuſsit i. 7.
Alexāder repudiatis Macedonibus, corporis curā Perſis credidit xxxvii. 151.
Alexander Cliti nece ſibi mortem conſciſcere uolebat ibidem 112.
Alexandri mala ualetudo ibidem. 38.
Alexandri obitus ibidem 160.
Alexandri ſucceſſores prouincias & imperia diuiſerunt xxix. 6.
Alexandri ſucceſſores titulos regios ſibi uendicarunt xlv. 41. & 42.
Alexander Pheræorum tyrannus Theſſaliæ bellum infert xiij. 53.
Alexandri tyranni crudelitas ibid. 57.
Alexander tyrannus Pelopidā capit ibi.
Alexander tyrānus Theſſalorum fugam capit xiii. 54.
Alexander tyrannus ueniam à Thebanis petit xiii. 61.
Alexandri tyranni interitus ibi. 77.
Alexander Caſſandri filius à Demetrio obtruncatus xxvii. 12. xlv. 95.
Ab Antipatro fratre regno expulſus ibi. 91
Alexander Perſei regis filius toreumatibus deditus xxi. 60.
Alexander Perſei filius ſcriba magiſtratuum Romanorum ibidem
Alexander philoſophus gloriæ diuitiarúmque contēptor egregius xxxiiii. 7.
Alexander in philoſophia Craſsi præceptor ibidem
Alexādro Antonii filio Solis cognomen fuit xlvj. 62.
Alexander Priami filius Helenam Menelao abſtulit lj. 8.
Alexāder Homericus uxoris nomine nobilis xlix. 32.
Alexandria Aegypti ab Alexandro condita xxxvii. 56.
Alexandropolis oppidi nomē ibid. 16.
Alexas Laodicenus ſecuri ab Auguſto percuſſus xlvj. 126.
Alexippus medicus xxxvii. 91.
Allia fluuius x. 31.
Alliacus dies ibid. 32.
Allobroges Romanorum iugum grauiter ferunt xliiii. 36.
Allobrogum legati à Catilinariis ſolicitantur ibid.
Ἀλοβα ſacra xxxv. 17.
Alphon morbus quo Artoxerxes correptus xlvij. 49.
Alſea capitur xxiii. 55.
Alyco Megarēſis agri loco unde nomen j. 51.
Alyci Scyronis filij interitus ibid.
AMANTIS animus in corpore alieno habitat xx. 23.
Amanus fluuius xlv. 136.
Amanus mons xliiij. 75.
Amazonium locus j. 42.
Amazones natura uiroſæ ibid. 39.
Amazonum habitatio xxxvi. 76.
Amazonici belli origo i. 40.
Amazones utrum Alexādro occurrerint xxxvii. 99.
Ambitioſorum ingenia ad principatus minimè ſunt maligna xxv. 48.
Ambiendi mos viij. 22.
Ambiētes ignaris uiæ ſimillimi. xx. 19.
Ambiētes principatus, epulū & largitiones publicè diſtribuebant xxxviii. 57.
Ambiorix Gallus à Cæſare deſciuit ib. 49.
Ambrones Romani uicerunt xxviii. 40.
Ambrones magna ſtrage à Mario fuſi ibid. 43.
Ameria Italiæ urbs xxviii. 34.
Amicitia Cæſaris & Pompeij, nō inimicitia, bellum ciuile peperit xxxviii. 25.
Amicitia nimia odij generādi cauſa xl. 64
Amicitia propinquitate fidelior xl. 51.
Amicitiæ regum & tyrannorum quàm ſint fragiles xlviii. 27.
Aminſum quondam Athenienſium colonia xxxij. 53.
Aminſum Lucullus obſidet xxxij. 38.
Aminſi oppidi incendium ibid. 51.
Amiſtris Artoxerxis filia Teribazo nupta xlvii. 57.
Amonphareti temeritas xix. 47.
Amor, deorum miniſterium ij. 68.
Amphares Ephorus Agidi parat inſidias xxiii. 35.
Amphictyones pro Delphis bellum ſuſcipiunt v. 20.
Amphicratis rhetoris interitus xxxij. 61
Amphipolis à Cimone ſubacta xxxi. 18.
Amphitheus Lacedæmonios Gręciæ bello implicat xxv. 56.
Amphiarai laus xix. 9.
Amplexandi conſuetudo unde initium acceperit ij. 2.
Amulius Numitori fr. regnū abſtulit. ij. 5
Amulius interficitur ij. 16.
Amylca Alcibiadis nutrix iii. 2. & 38.
Amyntas Lycaoniæ rex Antonio cōtra Auguſtum auxiliatur xlvi. 105.
Amyntas rex ab Antonio deficit. ib. 109.
Amyntas ad Dariū transfuga, regi aduerſus Alexandrū conſulit xxxvii. 40.
Ἄνακες iiij. 35.
Anacharſis cū Solone cōſuetudo v. 8. 9.
Anacharſis aliquot ſcitè dicta ibi. & dein.
Anaxam Trœzeniā Theſeus rapuit i. 44.
Anapus fluuius xxii. 37. xli. 48.
Ἀνάχεσις iiij. 35.
Anatum carnes ſtomacho debili conducunt xx. 60.
Anaxagoras Periclis præceptor. xi. 8.
Anaxagoras primus luminis & umbræ cauſam inuenit xxxiii. 75.
Anaxagoras rei domeſticæ negligentior xj. 38.
Anaxagoras quare in carcerem coniectus xxxiii. 76.
Anaxarchus æqualiū cōtēptor xxxvii. 113.
Anaxarchi cū Calliſthene diſputatio ibid. 114.
Anaxarchus Alexandri diuinitatem deridet xxxvii. 62.
Anaxarchus honoratus ab Alex. ib. 16.
Anaximenes naturæ principia in aere poſuit liiij. 55.
Ancharia Octauiæ mater xlvj. 51.
Ancilia peltarum genus iiij. 35.
Ancus Martius Numæ gener iiij. 53.
Andocides nobilis genere vij. 56.
Andocidis ſignum Mercurij ibidem.
Ἀνδρεία iij. 24.
Androclidē Lacedęmonios Græciæ bello implicaſſe xxv. 56.
Androclides capta Cadmia euaſit xiij. 12
Androclides dolo interfectus. xiij. 13.
Androcides Cyzicenus pictor Leuctricā pugnam non abſoluit. xiij. 51.
Androcottus uniuerſam Indiam peragrauit xxxvij. 134.
Androcratis herois templum xix. 32.
Androgeus in Attica dolo ſublatus j. 18.
Ἀνδρομανής iiij. 64.
Andromachus Timæi hiſtorici pater xxij. 17.
Ἀνακώς j. 53.
Ἀνάκαθεν ibid. & iiij. 35.
Animal quod callidiſsimū xxxvij. 138.
Annibal grecarum literarū doctiſsimus xvij. 73.
Annibal parenti Romanis ſe hoſtem fore iurat xv. 4.
Annibal nonum agens annum ſub parēte tyrocinia egit ibidem.
Annibalis ingenium & laborum patientia xv. 3.
Annibal qua ætate Imperator declaratus ibidem.
Annibalis arcus xv. 84.
Annibal Apennini iugū ſuperat xv. 29.
Annibal in Italiam irrupit xiiij. 16.
Annibal quàm prope urbem acceſſerit xv. 67.
Annibal Saguntum obſidet xv. 11.
Annibal Romanos cædit xiiij. 54. 60. & xv. 28.
Annibal ſerpentes in hoſtiū naues mittit xv. 99.

Index

Annibal aduersus Corinthios xxii, 44.
Annibalis ad Trebiam fluuium uictoria xii. 6.
Annibalis ad Cannas uictoria xv. 46.
Annibalis ad Thrasimenum uictoria xv. 33.
Annibal ad Scipionem usque inuictus perstitit xiiii. 67.
Annibalis animus ad pacem inclinatus xv. 85. & 87. xvi. 49.
Annibal ex Italia reuocatus xv. 83. xvi. 47.
Annibalis in castris nulla seditio xvi. 71.
Annibalis temperantia xv. 71. 72.
Annibalis in hostes liberalitas xv. 34.
Annibalis in Marcelli corpus humanitas xv. 78.
Annibalis in Flaminii corpus pietas xii. 6.
Annibal Artaxatam Armenię metropolim condidit xxxii. 91.
Annibalis de Fabio & Marcello opinio xii. 29. xv. 42.& 75.
Annibalis de Scipione iudicium xviii. 45. xxvii. 16. de Pyrrho ibidem. de seipso xv. 92.
Annibal uictoria uti nescit xii. 39. xv. 49.
Annibali Capuæ struuntur insidiæ xv. 53.
Annibal uictus xii. 29. xv. 85. xvi. 47.
Annibal alterum amittit oculum xv. 30.
Annibal apud Antiochum exulat xv. 89. xviii. 19. apud Prusiam Bithyniæ regem xv. 97. xvii. 41. apud Artaxam Armeniorum regem xxxii. 91.
Annibalis interitus xv. 101. xvi. 76. xvii. 43.
Annius non eloquentia sed argutiis ualuit xxiiij. 22.
Annius contra Sertorium contendit xxx. 11.
Annius Marcum Antonium obtruncat xxviii. 94.
Annus magnus xxvi. 19.
Anni ordinatio facta per Cæsarem xxxviij. 111.& 112.
Ἀνοχή j. 52.
Ἄνω ibidem. 53.
Anseres natura pauidi x. 49.
Antæus ubi sepultus xxx. 15.
Antæi cadauer sexaginta cubitorũ ibid.
Antalcidæ dictum de Agesilao xiii. 29.
Antalcida regnante Græci ignominiosam cum Persis pacem inierunt xlvii. 44.
Antalcidas se uita abdicauit xlvii. 46.
Antedonem urbem Sylla deleuit xxvi. 64.
Antẽnates à Romulo prælio superati ii. 34.
Anteon Herculis filius Antoniorum familiæ nomen dedit xlvi. 6.
Antemocritus Athenienſiũ legatus contra ius gentium à Megarensibus interfectus xi. 61.& 62.
Ἀνθεστηριὼν mensis xxvi. 37.
Antho Amulii regis filia ii. 5.
Antiates quanto studio Coriolanum humauerint viij. 69.
Anticrates Epaminondã machæra transfixit xxxv. 73.
Anticatones Cæsaris xxxviii. 5. 103. xliiij. 81.
Antigona Berenicę ex Philippo filia Pyrrhi uxor xxvii. 7.
Antigone scortum Philotam amatorem circumuenit xxxvii. 104.
Antigonia, quæ antè Mantinea xlviij. 85.
Antigonis Athenienſium tribus xlv. 25.
Antigonus quàm iniquo animo Demetrii intolerantiam tulerit xlv. 45.
Antigoni pietas in Demetrium patrem xlv. 143.
Antigoni in hostes humanitas xxvii. 76.
Antigoni de Pyrrho iudicium xxvii. 15. & 57.
Antigonus quibus ab Athenienſibus salutatus nominibus xlv. 25.
Antigonus Aratum ad sese allicit xlviii. 25.& 78.
Antigonus non temerè periclitari uult xxiii. 93.
Antigonus apud Andrum pugnaturus non temerè se periculis obiecit xiii. 4.
Antigonus Mithridati necem struit xlv. 10.
Antigonus cõtra Cleomenem Megalopolitanis suppetias fert xvii. 10.
Antigoni uictoria ibid. 13. xlv. 108.
Antigonus Spartam occupat xxiii. 101.
Antigonus unoculus xxx. 2. xxxvii. 149.
Antigonum mendacii conuictum Alexander ab aula eiecit xxxvii. 149.
Antigonus Alexandri successor xxi. 11.
Antigonus Demetrium successorem sibi constituit xlv. 71.
Antigoni progenies ibidem 5.
Antigonus aduersa ualetudine correptus xxiij. 101.
Antigoni mors ibidem
Antigonus Doson xxi. 11.
Antigonus Gonatas ibidem
Antigonus Iudæorum rex securi percussus xlvi. 61.
Antilibanum Arabes incolũt xxxvii. 52.
Antilochi de Lysandro carmina xxv. 37
Antimachus Teius Lyricus ij. 22.
Antimachi poema xxii. 61.
Antimachi poeticum ingenium Plato admiratus xxv. 37.
Antimachus de Lysandro poema aboleuit ibidem
Antiochia Mygdonica xxxii. 95.
Antiochis tribus Athenienſis xix. 14.
Antiochi nuptiæ intempestiuæ xvii. 38. & xviii. 33.
Antiochus in Græciam aduersus Romanos proficiscitur xv. 93. Græciæ ciuitates ad defectionem solicitat xviij. 30. Quas à Romanis conditiones acceperit xv. 97. xvi. 59. xxi. 10. Scipioni captum filium remittit xvi. 57 & 66.
Antiochus à Romanis inclusus xx. 73. xxi. 11.
Antiochus Thermopylarum angustiis nititur xx. 31.
Antiochus apud Thermopylas uictus xviii. 31.
Antiochus à Lysandro nauali prælio uictus vii. 101. xxv. 8.
Antiochus à Philippo belli socius asciscitur xviij. 20.
Antiochus os lapide ictus xx. 34.
Antiochus Seleuci filius à Demetrio in fugam actus xlv. 73. Nouercæ amore captus inedia sibi mortem parabat xlv. 98.
Antiochum Commagenum Ventidius in Samosatis obsidet xlvi. 57.
Antiochus Ascalonita ueteris Academiæ princeps xxxii. 121. xlii. 3.
Antiochus Academiam nouam relinquens, Stoicam rationẽ amplectitur xliiij. 6.
Antiopa uita functa j. 42.
Antiorus Lycurgi filius iij. 73.
Antipatri cum Agide pugna xxxv. 30.
Antipater quas Athenienſibus conditiones obtulerit xxxix. 68.
Antipater & Craterus Græcia potiti Perdiccæ regnum uastant xxix. 10.
Antipater Græcos in potestatem accepit xxxix. 65. Alexandrum fratrẽ regno expulit xxvii. 11. xlv. 91.
Antipatri imperium quibus nominibus truculentius habitum sit xxxix. 74.
Antipater iniqua postulaus quale respõsum à Phocione acceperit xxiij. 3.
Antipatri paricidium xxvii. 10. xlv. 95.
Antipatri in Lamiam fuga xxxix. 59.
Antipater ad Lamiam obsessus xxix. 7.
Antipater mortuus xxxix. 79.
Antipatri de Demade dictum ibid. 1.
Antipater Tyrius Stoicus Catoni familiaris xl. 7.
Antipatri ad Blossyum discipulum scripta xxiiij. 11. & 12.
Antiphon Philippo promisit se naualia incensurum xliii. 25.
Antigonia ciuitas quæ antea Mantinæa xlviii. 85.
Antisenatus Romæ xxvi. 20.
Antisthenis dictum in Thebanos iii. 71.
Antisthenis de Ismenia dictum xi. 3.
Antistia Pompeii coniunx xxxvi. 7.
Antistia repudiata xxxvi. 16.
Antistia Appii Claudii uxor xxiiii. 5.
Antonias Cleopatræ nauis xlvi. 105.
Antoniorum familia ab Hercule nata xlvi. 6.
Antonius orator Syllã sequutus, à Mario necatur ibidem 1.
Antonius Consul aduersus Catilinã mittitur xliiii. 33.
Antonius Catilinariæ coniurationis cõscius ibidem 24.
Antonius Catilinam cum copiis deleuit ibidem 46.
Antonii forma & ingenium xlvi. 6.
Antonii ingenium simplex, magnanimitas, & dicacitas scurrilis xlvi. 37.& dein. 87.
Antonii in Ciceronem odium xliiij.
Antonii cum Cicerone pugna circa Byllidem xlii. 47.
Antonius ciuilis belli causa xlvi. 10.
Antonius Cicerone authore, hostis ciuitatis iudicatus xlvi. 27.
Antonius ab Hircio & Pansa consulibus fugatus ibidem.
Antonii rogatio ut & Pompeius & Cæsar arma deponant ibidem. 9.
Antonius ad Cæsarem fugit ibidem.
Antonius Cæsari monarchiæque fauens à Bruto seruatus xlii. 32.
Antonius interfecto Cæsare magistratũ abiecit xlvi. 22.
Antonius quantum ex Cæsaris bonis diripuerit xliiii. 89.

In vitas Plutarchi.

Antonius Cæsaris decreta pro arbitrio immutauit xlvi. 24.
Antonius Cæsarem pro rostris laudans, quantum furorem populo iniecerit ibi.
Antonianæ proscriptiones xlvi. 31.
Antonius equitum præfectus xlvi. 4.
Antonius Tribunus & Augur xlvi. 8.
Antonius ducit Octauiam ibi. 52.
Antonius à Germania bellum concitauit xxi. 40.
Antonij de Parthis uictoria xlvi. 67.
Antonius imperium deponere iussus ibi. 103.
Antonius urbe eiectus xxxviii. 63.
Antonio quot reges contra Augustum auxiliati fuerint xlvi. 105.
Antonius hostium congressum uitans in paludem se recepit xlij. 77.
Antonij à Domitiano defectio xxi. 40.
Antonius cum Augusto in gratiam rediit xlvi. 26.
Antonium milites ad Augustũ transeuntes destituunt ibid. 131.
Antonius Ciceronis manes placauit ibi. 35.
Antonij cũ Sexto Põpeio fœdus ibi. 52.
Antonius licet delicatus, laborum tamen necessitate urgente tolerantissimus ibi. 27.
Antonij munificentia ibidem. 7.
Antonij erga Archelaũ humanitas ibi. 5.
Antonius Græcorum adeóque Atheniẽsium amator uocatus ibid. 36.
Antonii in Asia luxus ibid. 37.
Antonius fugientem Cleopatram sequitur ibi. 115.& 153.
Antonij amor in Cleopatram unde cœperit ibid. 41. & dein.
Antonii scortatio & turpis crapula ibid. 15.
Antonius piscatur ibi. 48.
Antonii sacrilegium ibid. 33.
Antonii tragica inter suos & Clepatræ filios diuisio ibid. 125.
Antonius filios suos & Cleopatræ, reges regum nominauit ibid. 93.
Antonii progenies ibid. 148.
Antonii testamentum ibid. 100.
Antonij obitus ibid. 133.
Antonij filii liberalitas ibid. 47.
Antonius L. ab Augu. Italia pulsus ibi 50.
Antonius Critici Antonii Oratoris filius ibidem. 1.
Antyllius Opimii minister occiditur xxiiii. 54.
Annulorũ numerus qui equitibus Rom. in secundo bello Punico detracti sunt xv. 54.
Anytus Alcibiadis admirator vij. 9. 10.
Anytus primus Athenis iudicia largitione corrupit viii. 23.
AOVS fluuius xviii. 5.
APANIA Artoxerxis filia Pharnabazo nupta xlvii. 57.
Ἀπελλάζειν iii. 13.
Apelles Alexandri corpus pingens colorem non est imitatus xxxvii. 6.
Apelliconis Teii bibliotheca Romã perlata xxvi. 63.
Apẽninus Ausidio fluuio dirimitur xv. 43.
Apẽnini iugũ Annibal superat ibi. 29.
Aperanti à Macedone uexati xviii. 32.
Apes ex bobus generati xxiii. 121.
Aphricum bellum xv. 1.
Aphricanus minor à Scipionis filio adoptatus xvi. 66.
Aphricani nomen ibid. 2. 32.& 60.
Aphygeorũ oppidum obsedit Lysander xxv. 42.
Apollocrates Dionysij iunioris filius xli. 66.
Apollocrates arce Syracusana tradita ad patrem Dionysium nauigat ibid. 87.
Apollo ubi genitus xiii. 32.
Apollinis Deliaci templum xxvi. 56.
Apollinis templum Corinthi xlviii. 74.
Apollinis Tegyræi templum xiii. 32.
Apollinis Morii templum xxvi. 44.
Apollinis Pythii festum xlv. 111.
Apollinis lauacrum xxvi. 81.
Apollini Pythio aureum cratera mittũt Romani xiiii. 16.
Apollinis simulacrhũ, Alexandrinũ Tyrii appellabant xxxvii. 51.
Apollo Luculli cœnaculum xxxii. 119.
Apollodorus Phalerius Socratis æmulus xl. 79.
Apollonides Stoicus ibid. 113.
Apollonia ubi xxvi. 65.
Apollonia à Leptrino per tyrãnidem occupata xxii. 42.
Apolloniam Cæsar capit xxxviii. 73.
Apollonius Zenodotii tyrãnus xxxiiii. 51.
Apollonius Ciceronis Cæsarísque præceptor xxxviii. 4.
Apologus de uentre & mẽbris viii. 9.
Apologus de serpente xxiii. 4.
Apologus de milite & cornicibus xxxix. 21.
Apologus Demosthenis de lupis, ouibus & canibus xliii. 39.
Ἀπομνημονεύματα iii. 26.
Apophthegmata ix. 37.
Apotheræ locus iii. 37.
Apparitoribus libertis Gracchus usus xxiiii. 20.
Appiæ coronæ usus xxii. 45.
Appius Claudius Sabinus cum quinque millibus domorum ad Romanos transfugit vii. 42.
Appius Claud. plebi infestus viii. 33.
Appius Claudius Graccho genero legis agrariæ consultor xxiiii. 13.
Appius Claudius Censurã petit xxi. 61.
Appius Claudius Tiberio Graccho filiæ nuptias obtulit xxiiii. 5.
Appius Clodius Antiochiæ urbes solicitat xxxii. 57.
Appius Varus Aphricæ præfectus xl. 90.
Aprilis iiii. 47.
Apsus fluuius xviii. 5.
AQVA quomodo generetur in locis effossis xxi. 22.
Aquæ ductus primus Romæ viii. 1.
Aquæductus priuati Romæ demoliti xx. 46.
Aquila quot pullos edere soleat xxviii. 75
Aquilii de reducendis Tarquiniis agunt vi. 5.
Aquilium Sertorius profligat xxx. 23.
Aquisgranum Caroli M. regia lvi. 34.
Aquisgrani tẽplum magnificentissimũ à Carolo Magno constructum ibid. 49.
Aquisgrani calidarum aquarum copia ibid. 46.
Aquitaniæ situs ibid. 3.
Aquitanicum bellum ibid. 6.
ARA i. 55.
Arabiæ solitudinum descriptio xxxiiii. 63.& 64.
Arabum reges suas fortunas Luculli fidei credierunt xxxii. 80.
Araris fluuius xv. 17.
Arsacis ad Crassum legati xxxiiii. 53.
Araterium unde dictum i. 55.
Arati mores xxiii. 72.
Arati educatio, studia, statura, robur, & dicendi genus xlviii. 4.
Aratus maximus picturarum amator ibid. 22.
Aratus quomodo tyrannidem puer euaserit ibid. 3.
Aratus quibus artibus ciuiles seduauerit seditiones ibid. 17.& 18.
Aratus reipub. amator ibid.
Arati in patriam perfidia xxiii. 73.
Aratus contra Cleomenem proficiscitur ibid. 48.
Aratus Arcadibus bellũ infert ibid. 47.
Aratus faucius de Argiuis uictoria decidit xlviii. 50.& 51.
Arati fuga ex Corintho in Sicyonem xxiii. 78. xlviii. 75.
Aratus à Bitho Demetrii duce prælio superatus xliii. 63.
Arati ad Ptolomæum difficilis peregrinatio xlviii. 20.
Aratus à Ptolemæi legatis accusatus ibidem. 27.
Arati mors & sepultura ibid. 45.
Araxes fluuius xxxvi. 74. xlvi. 86.
Arbocola urbs ab Annibale capitur xv. 6
Arcadicum bellum xxiii. 47.
Arcadiam à Lacedæmoniis deficientem Thebani ad se adducunt xiii. 47.
Arcadiam occupat demetrius xlv. 60.
Arcades ab Archidamo uicti xxxv. 68.
Arcades glandiphagi dicti viij. 4.
Arces olim ciuitates appellabãtur xiii. 36.
Ἀρχαγέται iii. 14.
Archelaus locus xxvi. 44.
Archelaus Mithridatis filius mari imperat ibid. 28.
Archelai cum Surra pugna ibid.
Archelaus ad Romanos deficit xxxii. 21.
Archesilaus Spartanorum rex iii. 11.
Archesilaus philosophus xvii. 1.
Archestratus rogationem de accusando Phocide tulit xxxix. 85.
Achestrati dictũ in Alcibiadem vii. 41.
Archidamiæ Laconicæ mulieris uirilis sententia xxvii. 62.
Archidamiæ mors xxiii. 39.
Archidamidæ dicta iii. 47.
Archidamus Zeuxidami filius Spartæ regnat xxxi. 40. xxvv. 1.
Archidami in Italiam traiectus x. 34.
Archidamꝰ in Atticã impetũ facit xi. 67.
Archidamus Arcades pugna superauit xxxv. 69.
Archidamũ Demetriꝰ i fugã egit xlv. 89.
Archidamũ Lacedæmonii multãt quòd exiguæ staturæ uxorẽ duxerat xxxv. 3.
Archidamꝰ à Mesapiis interfectꝰ xxiii. 6.
Archidas tyrãnus interficitur xxxv. 49.
Archilochi mordacitas xl. 12.
Archilocho à musis honos habitꝰ iiii. 10
Archimedes mathematicas cogitationes ad machinarum usum conuertit xiiii. 27.

Index

Archimedes ſuam artem ſcriptis commendare noluit ibid. 33.
Archimedes quale monumentum à ſuis ſlagitarit ibi. 34.
Archimedis interitus xiiij. 38.
Archytas Platonicus xlj. 29.
Archytas machinamentorum artem inchoauit xiiij. 27.
Ardeatæ Gallos obruunt x. 43.
Areopagi inſtitutio v. 37.
Areopagitarum potẽtia ab Ephialte ſublata xi. 14.
Areopagũ Cimon redintegrat xxxi. 38.
Areta Dionis uxor in mare uiua demerſa xxij. 58.
Aretæus Dionis filius xlj. 56.
Areus Spartiata Corcyræis auxilium fert xxvij. 61.
Areus Lacedæmoniorum rex apud Corinthum defunctus xxiij. 8.
Argas Demoſthenis cognomentum xliij. 7.
Argas,id eſt,anguis ibid. Item legiſlatoris nomen ibid.
Argentifodina in agro Laureolico xxxiij. 10.
Argẽto fames non paſcitur xxxvij. 146.
Argeſtæ uenti xxx. 14.
Argilionis de filio dictum iij. 58.
Argiuis tyrãnide preſsis enſes habere nõ licebat xlviij. 46.
Argiuorum cum Athenienſibus fœdus xxxiij. 29.
Argiuorum agrum Antigonus uaſtat xxiij. 93.
Argiuos liberare Aratus aggreditur xlviij. 46.
Argiui ad Cleomenẽ defecerunt xlviij. 72.
Argiui Achęorũ repu. donati xlviij. 65.
Argiui quare lupum ſculptum in foro habeant xxxvij. 72.
Argiui uictoria inferiores, caput tondebant xxv. 1.
Argolica ſcuta Romanis olim in uſu ij. 45.
Argos præter opinionem occupat Demetrius xlv. 60.
Argos Cleomenes capit xxiij. 75.
Argos Pyrrhus capere per uim non potuit ibid. 76.
Argos à Spartanis deficientes Thebani ad ſe adducunt xiij. 47.
Ariadna Minois filia Theſei amore capta eũ ex Labyrintho liberauit j. 24.
Ariadnæ ſepulchrum ibid. 29.
Ariadne expoſita i. 28.
Ariadne Onari Bacchi ſacerdotis cõiunx atque inibi plures & uariæ de ea opiniones j. 27.
Ariamnis Xerxis fratris interitus ix. 30.
Ariamnes Arabum princeps ad fallendum aptiſsimus xxxiiij. 60.
Ariarathes Thraciam Macedoniámque ſubegit xxvj. 28.
Ariarathes à Mithridate patre ueneno ſublatus xxxvj. 80.
Ariarathes rex captus xxix. 8.
Arideus Philippi nothus xxxvij. 19.
Aries unius cornu xj. 11.
Arimanius Perſicum numen ix. 54.
Arimneſti Platæenſis ducis ſomnium xix. 33.
Ariobarzanes cum Sylla in gratiam rediit xxvj. 61.
Ariomandes Atheniẽſium aduerſus barbaros dux xxxj 31.
Ariouiſti Germanorum regis cum Cæſare ſocietas xxxvij. 38.
Ariſtarchus Homeri poemata digeſsit lj. 13.
Ariſtander Alexãdri aruſpex xxxvij. 53. 74. 109.
Ariſtei cõtra Ariſtippũ factio xxvij. 67.
Ariſtei Proconenſis interitus ij. 61.
Ariſtides quot xix. 3.
Ariſtidis tenuitas xix. i. xx. 69. & 77.
Ariſtidis continentia xx. 82.
Ariſtides libros de luxuria & deliciis cõpoſuit xxxiiij. 98.
Ariſtides Dionyſio negat filiam quã uxorem petierat xxii. 10.
Ariſtidis iuſtitia viij. 73. ix. 39.
Ariſtides conſiliis nõ minus quàm armis ualebat xxxix. 18.
Ariſtides quibus uirtutib⁹ præditus ix. 6.
Ariſtides ariſtocratiam probauit xix. 5.
Ariſtides iſci procurator xix. 10.
Ariſtidis in Marathonia pugna ſtrenuitas xix. 13.
Ariſtides ad Lacedæmonios legatus xix. 30.
Ariſtides aduerſus Xerxem imperator creatus xix. 31.
Ariſtides ſummo fungitur magiſtratu xix. 16. Cenſum ſtatuit xix. 65.
Ariſtides Græciæ felicitas ibid. 66.
Ariſtidis cum Themiſtocle æmulatio ix. 5. & ſequentib. xix. 5. xx. 71. xxxi. 12. & 26.
Ariſtides Themiſtocli reo licet inimico nihil aduerſatus xix. 72.
Ariſtides ubi uita functus xx. 73.
Ariſtides Themiſtoclis in rebus maximis aduitor xix. 82.
Ariſtides aliquando commodum non ex honeſtate metitus xix. 68.
Ariſtidis de Themiſtoclis conſilio ſententia xix. 62.
Ariſtidis cum Themiſtocle contentio xix. 5. cõciliatio. xx. 71. & 72.
Ariſtidis repulſa ix. 78.
Ariſtides repetundarũ reus xix. 11. xx. 73.
Ariſtidis exilium ix. 23. xix. 4. xix. 19. xx. 73.
Ariſtidis ſepulchrum ibid. 74.
Ariſtidis filiæ è publico elocatæ. xx. 74.
Ariſtippus Platonis & Dionyſij inimicitias prædixit xlj. 22.
Ariſtippi Cyrenæi cum Platone inimicitiæ xlj. 31.
Ariſtippo Aratus inſidiatur xlviij. 50.
Ariſtippus occiditur xlviij. 54.
Ariſtobulus Iudæos concitat xlvi. 4.
Ariſtobulus Iudææ rex à Põpeio captus xxxvi. 83.
Ariſtobulus rex Iudæorum in triumpho ductus ibi. 95.
Ariſtobula Diana ix. 42.
Ariſtocletus Lyſandri pater xxv. 2.
Ariſtocratia apud Corinthios & Syracuſanos xli. 92.
Ariſtodemus adulationum optimus fabricator xlv. 39.
Ariſtogiton cùm delectus haberetur, ualetudinem ſimulauit xxxix. 26.
Ariſtogitonis orationes nihil niſi arma ſpirabant ibidem.
Ariſtomacha Dionyſii Syracuſani uxor xli, 4. & 9.
Ariſtomacha Dionis ſoror uiua in mare demerſa xxij. 58.
Ariſtomachus Achæorũ imperator conſtitutus xlviij. 64.
Ariſtomachus exulat ibi. 7.
Ariſtomachi ſupplicium ibi. 82.
Ariſtomachus à ſeruis occiditur ibi. 47.
Ariſtomenes trecẽtos à ſe cæſos Diti immolauit ij. 54.
Ariſtomenes Theopompum interfecit, aut certè uulnerauit xxiij. 41.
Ariſtonici Marathonij mors xliij. 48.
Ariſtonẽ Sylla ueneno ſuſtulit xxvi. 58.
Ariſtonis ſcitè dictum xx. 46.
Ariſtonus citharœdus Pythia ſexies uicit xxv. 37.
Ariſtophon è foro curiáque clarus euaſit xxxix. 18.
Ariſtotelis genus & patria lv. 1.
Ariſtotelis Calliſthenes neceſſarius xxxvii. 113.
Ariſtotelis facultates lv 7.
Ariſtotelis ſedes marmoreæ xxxvii. 13.
Ariſtotelis uxores lv. 7.
Ariſtoteles Platone in philoſophia præceptore uſus lv. 2.
Ariſtotelis ingenium, ſtudia & eruditio ibidem.
Ariſtotelis eloquentia xx. 74. xliiij. 48. lv. 20.
Ariſtoteli quantùm humanum genus debeat. lv. 18.
Ariſtoteles Alexãdri gratia medicinæ operam dedit xxxvii. 14.
Ariſtoteles Alexandri præceptor ibi. 13.
Ariſtotelẽ tam amabat Alexander, quàm ipſum parentem ibidem. 15.
Ariſtotelis diſcipuli lv. 12. In diſcipulos amor. ibi. Scripta quadrifariam diuiſa lv. 15. Libri in numerũ digeſti xxvi. 63.
Ariſtot. de animo dialogus xli. 37.
Ariſtotelis metaphyſica xxxvii. 14.
Ariſtoteles Romam à Gallis capiendam prædixit x. 40.
Ariſtoteles parêre nouit viii. 75.
Ariſtot. patriæ leges ſcripſit lv. 8.
Ariſtoteles Argiuorum defectionis author xxiii. 81.
Ariſtoteles tanquam Alexandro uenenũ pararit inſimulatus xxxvii. 161.
Ariſtoteles reus cauſam deſeruit lv. 11.
Ariſtotelis exilium ibid. 12.
Ariſtoteles quãdo diem obierit ibi. 13.
Ariſtotelis teſtamentum lv. 14.
Ariſtotelis celebritas lv. 8.
Ariſtotimus tyrannus Acrotatum regem prælio ſuperat xxiij. 8.
Ariſtoxenus Muſicus Ariſtotelis diſcipulus lv. 13.
Ariſtrati imago xlviij. 23.
Arius Alexandrinus philoſophus apud Auguſtum ſummo honore habitus xlvi. 138.
Armeniorum imperium Græcis intolerabile xxxij. 57.
Armeniam Canidius ſubegit xlvi. 58.
Armeniam minorem Lucullus accepit xxxij. 50.
Armiluſtrium Tatii ſepulchrum ii. 50.
Ariminum Cęſar occupat xxxviii. 66.
Armorum legúmque tempus non idem xxxviii. 71.
Arnus fluuius. xv. 29.

In vitas Plutarchi.

Arſacidæ ex Ionicis Mileſiacísque ſcortis prognati in Parthis regnarunt xxxiiij. 99.
Arſames Artoxerxis filius, fratris Ochi inſidiis interiit xlvij. 63.
Arſanias Armeniæ fluuius xxxij. 91.
Arſaces Artoxerxis nomen xlvij. 1.
Arſius lucus vi. 15.
Artabazi fuga xix. 54.
Artagerſen Caduſiorũ ducem Cyrus interficit xlvii. 18.
Artagoræ Chii cũ Vliade Samio aduerſus Pauſaniam cõiuratio xix. 64.
Artauaſdes Armeniorum rex Craſſo auxilium pollicetur xxxiiij. 56.
Artauaſdes Armenius potentiſsimus copias Antonio iungit xlvi. 63.
Artauaſdes Tragœdias, orationes, atque hiſtorias poſteritati reliquit xxxiiij. 100.
Artauaſdi Hyrodes bellũ infert xxxiiij. 64.
Artauaſdes Armeniæ rex ab Antonio in triumpho ductus xlvi. 87.
Artaxata Armeniæ metropolis ab Annibale condita xxxij. 91.
Artaxata Tigranis regia ibi.
Artemidas Lycurgi in ferendis legibus ſocius iii. 11.
Artemidis templum ix. 17.
Artemidorus græcæ eloquentię præceptor xxxviii. 124.
Artemon faber loripes xi. 54.
Artemiſii Eubœæ ſitus ix. 14.
Artes ſenſibus ſimiles xlv. 1.
Arthmius Zelites infamia notatus ix. 13.
Artoxerxes Pelopidam admiratur xiii. 63.
Artoxerxis genus xlvii. 1.
Artoxerxis filiæ ac generi ibi. 57.
Artoxerxes à patre rex conſtitutus xlvii. 3.
Artoxerxis nomina uaria ibid. 1.
Artoxerxis in muneribus dandis accipiẽdíſque facilitas ibid. 7.
Artoxerxis moroſitas ibid. 6.
Artoxerxes Lacedæmoniis naues in auxilium mittit vi. 75.
Artoxerxis cũ Cyro pugna xlvii. 12. & dein.
Artoxerxis de Cyro victoria ibi. 22.
Artoxerxes filiorum conſpiratione periclitatur xlvii. 60.
Artoxerxes quandiu uixerit ibid. 64.
Aruerni à Cæſare deficiunt xxxviii. 51. iidem gladium Cæſaris tanquam ſpolium ſuſpenſum in templo monſtrant xxxviii. 53.
Aruns Porſenæ filius Romanis auxiliatur vii. 37.
Arũtem Tyrrhenum ad Gallos primùm uina detuliſſe x. 25.
ASSINARVS fluuius xxxiii. 88.
Aſcra Bœotiæ uicus li. 1.
Aſculum oppidum, Pyrrhi pugna nobile xxvii. 46.
Aſdrubal fratri copias iungere conatur xv. 80. Syphaci exercitum iungit xvi. 38.
Aſdrubal quantam ad Metaurũ fluuium cladem acceperit ibid. 81.
Aſellus manſuetus leonem ingẽtem calcibus exanimat xxxvii. 155.
Aſiæ atq; Libyæ terminus xlvi. 12.
Aſianum dicendi genus xlvi. 3.
Aſia publicanorum ſuperbiâ uexata xxx. 44.
Aſparagi ſpinæ ab Ioxidibus honorantur i. 11.
Aſpaſiam Darius quàm amauerit xlvii. 55.
Aſpaſiæ meretricis hiſtoria xi. 48.
Aſpaſia lenocinii accuſata xi. 65.
Ἄσφαλον. i. firmum i. 57.
Aſpidis morſus ſine dolore extinguit xlvi. 121.
Aſpis locus xxiii. 75. xxvii. 72.
Aſſentatio regum perpetuum malum xv. 95.
Aſſenſus, Ciceronis uocabulũ xliii. 82.
Aſsij populi xxvj. 44.
Aſsinara celebritas Syracuſanorum xxxiij. 90.
Aſſus fluuius ubi Cephiſo miſceatur xxvi. 42.
Aſteropeius Ephororum potentiam auxit xxiij. 60.
Aſteropeius Lycurgum in formanda republica iuuat ibid.
Aſtyphius Poſidoniates uates xxxi. 47.
Aſylum Athenis conſtitutum j. 57.
Aſylum Romanum ij. 17.
Aſylum Chalcicum xxiij. 30.
ATELLANI ad Annibalem deficiunt xv. 50.
Athamani à Macedone uexati abactíq; xvii. 32.
Athenarum nomen quando cœperit j. 35.
Athenienſis qui dicebatur xi. 77.
Athenienſium urbs à Theſeo amplificata i. 2. ij. 71.
Athenæ in unam ciuitatẽ coactæ i. 34.
Athenienſium reſpub. quomodo à Theſeo inſtituta i. 34. & 35.
Athenienſium reſpub. ut à Pericle fuerit inſtituta xi. 26. & 27.
Athenienſium tribus unde nomina acceperint v. 48.
Athenienſium myſteria quãdo celebrari ſolita xlv. 63.
Athenienſes quibus cęremoniis ſacra in Delum deduxerint xxxiii. 8.
Athenienſium in mortales beneficia xxxi. 26.
Athenienſium magiſtratus ex omni ordine delecti xix. 61.
Athenis quot capita xi. 77.
Athenis gratis mori non licet xxxix. 92.
Athenienſes Lacedæmoniis fortiſsimæ rei geſtæ præmia negant xix. 56.
Athenienſium effrẽnis bellandi libido à Pericle cohibita xi. 44.
Athenienſium de republica ſeditiones v. 21. & 61.
Athenienſium fœdus cum Minoe i. 18.
Athenienſes cum Bœotiis de finibus diſceptant xxxix. 23.
Athenienſes cum Lacedæmoniis de cõmunibus rebus tractatũ coeunt xi. 39.
Athenienſium Thebanorúm que principes à Perſis corrumpuntur xxxv. 31.
Athenas à tyrannide liberat Demetrius xlv. 24.
Athenienſium de Xerxe uictoria ix. 31. De Perſis trophæa xix. 57.
Athenienſium de Lacedęmoniis uictoria ac trophæum vi. 77.
Athenienſium clariſsimæ aliquot uictoriæ κατὰ ἀναπεφαλαίωσιν x. 33. & 34.
Athenienſium erga Theſea ingratitudo i. 54. & 55.
Athenæ Ariſtonis dominatione premũtur xxvi. 29.
Athenas Demetrius ingreditur xlv. 23.
Athenas Caſſander obſidet xlv. 55.
Athenienſes urbem apud Palladem deponunt ix. 20.
Athenienſes Cecropiorum poſtulatione multati. xx. 56.
Athenienſibus Hercules infenſus xxxiij 2.
Athenienſes à Cylippo ſuperati xi. 46.
Athenienſium apud Delum clades vij. 18.
Athenienſes à Samiis uicti 11. 53.
Athenienſes à Lyſandro maritima pugna ſuperati xxv. 21.
Athenienſes Lyſandri conditiones accipiunt xxv. 28.
Athenienſium in Sicilia clades xxv. 4.
Athenæ ſub Macedonum ditione xlviij. 61.
Athenarum incendii ultio per Thaidem xxxvii. 84.
Athenas Aratus liberare non ſine calumnia aggreſſus xlviij. 62.
Athenæ à Sylla captæ xxvi. 35.
Athenodori in ſcenicis certaminibus uictoria xxxvii. 63.
Athenodorus uinculis liberatus xxxix. 48.
Athenophanes Alexandri corporis curam geſsit xxxvii. 78.
Athletica quid à militari diſciplina differat xvij. 5.
Athos Thraciæ mons xxxviii. 153.
Atiſon fluuius xxviii. 47.
Atoſſa Artoxerxis filia xlvii. 56.
Atoſſam filiam Artoxerxes uxorem duxit xlvii. 49.
Atri dies xxxii. 78.
Attalea ciuitas xxxvi. 158.
Attali Philomatri inania exercitia xlv. 48.
Attalus Philopater populum Romanum hæredem ſcripſit xxiiij. 21.
Attalus rex ſuo natali obiit x. 35.
Attali coloſſus tempeſtate proſtratus xlvi. 104.
Atteones duo ab apro interẽpti xxx. 1.
Attici cognomentum liii. 4.
Atticum mel optimum xli. 98.
Attilia Sarrani filia, Catonis minoris uxor xl. 12.
Attilius Carneadis & Diogenis orationẽ uertit xx. 58.
Attilius abſciſſa dextra umbonem læua tenuit xxxviii. 31.
Atyllus Antonii filius toga uirili donatus xlvi. 125.
AVARITIA Ageſilai xxiii. 25.
Auctionis origo vi. 38.
Audacia ſenectute langueſcit xxxvii. 76.
Auentinus mons iiii. 39.
Aues ubi inane eſt uolare non poſſunt xviii. 22.
Aufidius Manlii riualis inuiſam tranſegit ſenectutem xxx. 49.
Aufidus fluuius ſolus Apenninum diuidit xv. 43.
Auguríj ſacerdotium 14. 2.

Index

Auaritiæ author Alexander Spartiatis iii. 68.
AVGVSTI nomen licet nusquam in Plutarcho, aut certè rarissimè reperiatur, tamen ad Cæsaris differentiam ponere uisum est.
Augustus à Cæsare adoptatus xlii. 40.
Augustus Apolloniæ literis operam dedit ibidem.
Augustus ex Apollonia in patriam rediit xlvi. 25.
Augustus hæres à Cæsare scriptus ibid. 25.
Augustus Cæsaris testamentum exequitur xlii. 40.
Augusto fasces decreti xlvi. 27.
Augustus Romæ seditionibus occupatus ibidem. 37.
Augustus se totum Ciceroni commisit iibidem. 26.
Augustus à Cicerone deficit ibi. 30.
Augustus Antonio Ciceronem concesit necandum ibi. 31.
Augusti cum Sexto Pompeio fœdus ibidem. 53.
Augustus, Antonius & Lepidus Romanum imperium tanquam hæreditatem inter se diuiserunt ibi. 30.
Augustus, Antonius & Lepidus triumuiri, eorúmque proscriptiones ibi. 31.
Augustus Antonio in omnibus superior xlvi. 55.
Augustus plebem contra Antonium incitat ibidem. 94.
Augustus aduersus Antonium nititur xlii. 48.
Augusti & Antonii naualis pugna xlvi. 111.
Augusti de Antonio ad Actium uictoria ibidem. 115.
Augustum quibus nominibus Antonius accusarit ibidem. 94.
Augustus Antonii interitum desleuit ibidem. 136.
Augustus castra in Macedonia amisit ibidem. 34.
Augustus Hispaniam in prouinciæ formam redegit xvi. 17.
Augusti felicitas liii. 25.
Augustus Cæsaris nomen sibi sumpsit xlii. 40.
Augusti exactiones immodicæ xlvi. 99.
Augusti grauissima ualetudo ibi. 35.
Augustus mensis iiii. 48.
Augusta Hispaniæ à Carolo Magno capta lvi. 22.
Autolycus Sinopen muro cinxit xxxii. 63.
Augustini de Platone iudiciũ liii. 52.
Auis, Corinthi locus xlviii. 35.
Aulis Agamemnonis sacrificio nobilis xxxv. 11.
Aulus Pompeius Magnæ matris templũ prohibens, febre correptus est xxviii. 35.
Aurum Romæ exiguum x. 15.
Aurum quòd ex Medis in Græciam intulisset Arthmius Zelites infamia notatur ix. 13.
Aurum Philippi Græciam subuertit xxi. 19.
Aurum Lacedæmonii legibus expulerunt xxv. 33.
Auspiciorũ captandorum ratio xiiii. 7.
Autarcti & Sandauces filii Omestę Dionysio immolati. ix. 28. & 29.
Autolycus contra Amazones cum Hercule commilitauit xxxii. 64.
Autolycus pugil xxv. 31.
Αὐτομάτας templum xxii. 63.
Auximum ciuitas xxxvi. 11.
Ἄξονες v. 51.

B

BAbylonia uaporibus uehemẽter obnoxia xxxvii. 80.
Babyloniis hedera non nascitur ibid.
Babyloniã Demetrius occupat. xlv. 16.
Βαβύκα pons iii. 13.
Bacchus quo fonte à nutricibus ablutus xxv. 59.
Bacchi sacrificia x. 34.
Bacchi cultores xlii. 39.
Bacchus. Vide Liber
Bacchidę coma horridi xxv. 1.
Bætis fluuius xxx. 13.
Bætis fluuii oppida uno die à Catone soloæquata xx. 25.
Bagoas ludorum præfectus Alexandro charissimus xxxvii. 144.
Baianæ thermæ xxviii. 68.
Balissus fluuius xxxiiii. 68.
Balneum generos cum soceris ingredi non licebat xx. 51.
Balneorum Darij topographia xxxvij. 43.
Balsamum producit Iudæa xlvj. 61.
Bandij Nolani strenuitas xiiij. 18.
Bădius Annibalis humanitate uictus Nolanos ad defectionem incitat xiiii. 18. & 19.
Bapsania porticus xlix. 45.
Barba boni uiri insigne xxxix. 25.
Barcha Hamilcaris cognomentũ xv. 1.
Barchina factio Carthaginiẽsium ibi. 2.
Bardæorum petulantia xxviii. 94.
Barsene Alexandri Magni uxor xxix. 2. xxxvii. 45. ubi Iustinus Marisinen habet
Basternæ, uiri stipendia facere consueti xxi. 17.
Batalus tibicen xliij. 7.
Batalus poeta lasciuus ibid.
Batalus Demosthenis nomen ibid.
Batauí populi l. 23.
Bathabaces magnæ matris sacerdos xxviij. 34.
Bauarorum fines lvj. 28.
BEATAE insulæ xxx. 13.
Beatus quis dicendus v. 58.
Bebriaci agri descriptio l. 20.
Βέλεμνον ij. 9.
Belgæ à Cæsare fusi xxxviii. 41.
Belbinæ situs xxiij. 47.
Belli discrimina ut ădire uelle cogantur milites xxvi. 16.
Bella quibus de rebus excitari deberent xxxvii. 126.
Bellum seruile, Spartacium xl. 12.
Belli ianua iiii. 49.
Belli finis in quo positus viii. 51.
Belli fortuna uaria xxxvi. 35.
Bellonæ templum xxvi. 20.
Βίλον ij. 9.
Belluásne maiores terra an mare nutriat xxxvii. 138.
Beneuentanorum deditio lvi. 26.
Beneuolentia ciuium, Principis optima custodia xlv. 18. xlviij. 45. & 93.
Beneuolentiam imperitantes quomodo contrahere possint xxxvii. 138.
Berenia Vestalis iiii. 26.
Berenicis urbs Epiri xcvii. 10.
Berta Heraclii Cęsaris filia, Caroli magni mater lvj. 46.
Bessi interitus miserabilis xxxvii. 96.
BIBLIOTHECA Luculli xxxii. 120.
Bibliotheca Pergamena xlvi. 101.
Bibulus de abrogando Marcelli imperio agit xiiij. 57.
Bibulo Cos. fasces effracti xxxvi. 101. xl. 55.
Bibulus Cos. stercoris cophino superfusus ibidem.
Bibulus aduersus Parthos, bellum gerit xlvi. 8.
Bibuli opusculum degestis Bruti xlii. 43.
Bisaltæ Athenienśium colonia xi. 24.
Bithynidis fabula iiij. 8.
Bithus Demetrij dux Aratum prælio superauit xlviij. 63.
Bithyniæ regni opes xvi. 102.
BLACIVS Salapiam urbem Marcello prodidit xv. 71.
Blossyus Cumanus Antipatri philosophi discipulus xxiiij. 11.
Blossyus Cumanus profugus sibi mortem conscíuit ibid. 32.
BOCCHI cum Sylla amicitia xxvi 5.
Bocchus Iugurthæ filia m in matrimoniũ collocat xxviii. 16.
Bocchus in societatem Romanorum adscriptus xxviii. 66.
Bocchus Iugurtham Syllæ tradidit. xxvi. 7. xxviii. 17.
Bocchoris in iudicando æquitas xlv. 67.
Boedromia sacrificia i. 41.
Boedromion, Iunius mensis ibid.
Boemicum bellum lvi. 33.
Bœotiorum sacrificandi ritus xxxv. 12.
Bœotiorum apud Geræston uictoria x. 33.
Bœotij Megaram obsident xvii. 26.
Bœotij cum Athenienśibus de finibus disceptant xxxix. 23.
Bœotiorum apud Leuctras uictoria x. 33.
Bœotij contra Athenienses bellum concitant xxxiij. 28.
Bœotij à Leosthene profligati xxxix. 59.
Bœotij iniquis conditionibus Demetrij bellum remouerunt xlv. 105.
Bœotiorum à Demetrio defectio ibid.
Boiorum ad Annibalem defectio xv. 20.
Boij Romanorum legatos ceperunt ibidem.
Bola oppidum viii. 48.
Bolani à Coriolano capiuntur ibid.
Bonum uirum solum liberum esse xl. 116.
Bosphoro Cimmerico cõcreto Amazones transuectas esse j. 41.
Bottiæi populi j. 20.
Bouis pretium apud Romanos vj. 22.
Bobus cornuperis corn ua fœno circunligabantur xxxiiii. 21.
Βουκόπος mensis xiii. 49.
BRASIDAE latrocinia xxxiii. 25.
Brauro Atticæ locus v. 18.

Index in vitas Plutarchi.

Brennus Gallorum rex urbem ingreditur x. 39.
Brettiis bellum infertur xxii. 29.
Brigæ Bruti milites xlii. 82.
Britomartus Gallorum rex oppressus ii. 34.
Briomatus Insubrum rex Trãspadanam oram depopulatur xiiii. 9.
Britones in Francorum potestatem peruenere lvi. 25.
Brixellum oppidum l. 10.
Brutius Tarenti præses Tarentinæ puellæ amore Tarentum Fabio prodit xii. 49.
Brutius Surra Archelaum tribus repressit præliis xxvi. 28.
Brutiorũ ad Annibalẽ defectio xv. 50.
Brutus libertatis Rom. author vi. 34.
Brutus principatum ad senatum populúmque Rom. detulit xxxviii. 117. geminos filios securi percussit xlii. 2.
Brutus Emphili liber ibidem 4.
Brutus bonarum artium studiis imbutus xlii. 1.
Brutus Athenis philosophiæ operam dedit xlii. 43.
Brutus Platonicis innutritus disciplinis xli. 1.
Bruti genus xxxviii. 117.
Bruti uxoris pudicitia & fortitudo xl. 124.
Brutus seditiosus viii. 2.
Bruti in Philippis pugna xlii. 68.
Bruti pater Pompeii causa interfectus xlii. 6.
Bruti & Cassii cæterorúmque cõtra Cæsarem coniuratio xlvi. 21. xxxvi. 32.
Brutus in Macedonia Augustum prælio superauit xlvi. 34. Seipsum interfecit xlii. 97. xlvi. 35.
BVCEPHALVS præter Alexandrum sessorẽ admittebat neminem xxxvii. 11. & 12. Eius ablati indignatio xxxvii. 97.
Bucephalus Alexandri expirauit ibid. 137.
Bullæ usus, eiúsque uocis ratio ii. 43.
Butes Eionis præfectus sese in ignem cõiicit xxxi. 16.
BYZANTINOS Philippus debellat xxxix. 16. Ab Athenienśibus deficiunt vii. 87. Exules Cato reduxit xl. 62.
Byzantium recuperatur vii. 90.
Byzantium Romanorum imperium trãslatum lvi. 13.

C

CAbiri dii iiii. 64.
Cadmæa Thebarum arx à Phœbida capitur xiii. 11.
Cadus iii. 26.
Cæcias uentus xxx. 30.
Cæci cognomentum viii. 19.
Cæcilia Metelli filia, Syllæ uxor xxvi. 17.
Cæcilia Luculli mater pudicitiam amisit xxxii. 1.
Cæcilius aduersus Pompeium dux xxxvi. 12.
Cæcilius Libertinus cum Iudæis sentiebat xliii. 14.
Cælum, sublata de rebus lite contentione, stet xxxv. 8.
Cæpio Catonis iunioris frater xl. 3.
Cæsaris genus ex Venere xxxvi. 144.
Cæsaris & Marii affinitas xxviii. 9. xxxviii. 1.
Cęsaris & Pompeii affinitas xl. 54.
Cæsar Pompeiam repudiat xxxviii. 20. xliii. 58.
Calpurniã Pisonis filiam duxit xxxvi. 100. Secundum in eloquentia locum obtinuit xxxviii. 5. Pluribus simul epistolas dictauit xxxviij. 35. Primus epistolarum colloquia excogitauit ibidem 36. Primus mortuæ uxoris laudationem edidit xxxviii. 8. Quo animo Anticatones scripserit ibid. 103. xliiij. 81.
Cæsaris χρεία ii. 1.
Cæsaris Consulatus xxxvi. 98. xxxviii. 24. & 105.
Cæsaris Dictaturæ xxxviii. 73. 97.
Cæsar anni cursum ordinauit ib. 111.
Cæsar perpetuus Dictator designatus ibidem 107.
Cæsarem milites imperatorem salutant ibidem 25.
Cæsar rex salutatus ibidem 114. xlii. 17.
Cęsar diadema sibi impositum reiecit xxxviii. 116.
Cæsar legem agrariam uitulit xl. 54.
Cæsar à Piratis capitur xxxviii. 2.
Cæsar ad Pharum maris periculum uix euasit ibidem 96.
Cæsar pro Gallis contra Germanos bellum gerit ibidem 38.
Cæsar primus in occiduum Oceanũ classe ingressus ibidem 47.
Cæsar subacto occidente Asiam subdere conatus xxxiiii. 111.
Cæsaris & Syllæ inimicitiarum causa xxxviii. 10.
Cæsar utrùm Catilinariæ coniurationis conscius fuerit incertum ibidem 13. & xlii. 9.
Cæsarem Marcellus patriæ hostem iudicauit xxxvi. 125.
Cæsar pontem in Rheno extruxit xxxviii. 46.
Cæsar Marcelli theatrum Marcelli nomine inscripsit xiiii. 65.
Cæsar Roma potitur xxxvi. 131.
Cæsaris in ciuili bello clades & periculum xxxviij. 78. Contra Pompeii liberos expeditio ibidem 105.
Cæsaris & Pompeii in Pharsalia pugna xxxvi. 149.
Cæsar plura prælia gesit quàm quisquã recensere posit ibidem 143.
Cæsaris gestorum catalogus ibid.
Cæsaris peregrinatio xxxviii. 103.
Cæsaris in uictos clementia ibidem
Cæsar de Põpeii interfectoribus supplicium sumit xxxvi. 167.
Cæsar in senatu necatus xxxviii. 127.
Cæsaris corpus in foro crematum xlvi. 24.
Cæsaris interfectoribus honores & prouinciæ decretæ xlii. 35.
Cæsari diuinos senatus decreuit honores xxxviii. 130.
Cæsaris testamentum xlii. 35.
Cæsar iunior, qui idem Augustus ibi. 40. Huius historiam in Augusto posuimus.
Cæsarion Cæsaris ex Cleopatra filius xxxviii. 96.
Cæsarionem Cæsaris filium Augustus interfecit xlvi. 140.
Cæsar Antonii auũculi nutu proscriptus xlvi. 31.
Caius Cornelius Augur Liuii historici cõterraneus & æqualis xxxviii. 91. xliii. 81
Caius Fannius Consul creatus xxiiii. 46.
C. Lælii ex Aphrica præda xvi. 32.
Caius Martius uitio Consul designatus, magistratu se abdicat xiiii. 7.
Caius Germanici filius cum filio & coniuge trucidatus xlvi. 149.
C. Pactianus Crasso similis, Crassi personam agere ab hostibus coactus xxxiiii. 98.
Caius Villius culeo cum anguibus insutus xxiiii. 32.
Calamitatis miseriarúmque causæ xxxix. 3
Calanum philosophum Alexander coluit xxxvii. 16.
Eius mors ibidem 147.
Calatinorum defectio xv. 50.
Caleni populi ibidem 51.
Calidromus, montis cacumen xx. 32.
Calydoniam depopulatur Aratus xlviii 27.
Callias antistes xix. 15.
Callias sacerdos reus factus xx. 69.
Calliæ diuitis parentes xi. 49.
Callicratidis uirtutes tanquam semidei admirationi fuere. xxv. 9.
Callicrates singulari certamine cecidit xxxiii. 55.
Callicratis expirantis dictum xix. 49.
Callicratidas à Cyri colloquio exclusus xxv. 11.
Callimachus machinarum peritissimus xxxii. 51.
Callimachi epitaphium xlvi. 124.
Callimedon clàm se ex urbe furripuit xxxix. 84
Callimedon profugus Antipatro adhæret xliii. 45.
Callinici nomen viij. 18. & xxviii. 2.
Calippus Athenienśis regnum prætet ius affectauit xxii. 70.
Callippus Catinam adortus Syracusas amittit xli. 99.
Callippus Rhegyum occupat ibidem
Callipides tragœdus nobilis xxxv 43.
Callisthenes Aristotelis necessarius xxxvii. 113. lv. 9.
Callisthenes Olinthius in custodia phthiriasi interiit xxvi. 89.
Callistratus Romanorum auaritia interfectus xxxii. 47.
Calphurnia Cæsaris uxor xxxviii 27.
Calpurnius Lanarius Salinatoris interfector xxx. 11.
Calpurnii unde dicti iiii. 53.
Camarinæi se Dioni iungunt aduersus Dyonisium xlj. 47.
Cambysis exercitus in arenis periit xxxvii. 58.
Camelum quando primum Romani uiderint xxxii. 30.
Cameriam capiunt Romani ii. 52.
Camertes ob Cimbricam uictoriam ciuitate donati xxviii 57.
Camilia Vestalis iiii. 26.
Camillus die dicta absens damnatur x. 22.

Camillus Romam captam recuperat x. 54.
Camillus Iouis minister iiii. 18.
Camilli exilium x. 41.
Camilli dictaturę ibid. 1.
Camilli nomen xxviii. 1.
Camœnis sacratus locus iiii. 33.
Campaniæ copia & abundantia xxxiiii. 66.
Campaniæ deliciæ quàm Annibalis exercitum corruperint xv. 56. & 57.
Camulatus bellicosus à Bruto ad Augustum defecit xlii. 90.
Canathra quid sint xxxv. 39.
Candidatorum mos viii. 22.
Cannensis clades xii. 23. xiiii. 16.
Canidius ubi terrarum præclarè gesserit xlvi. 54.
Canidii turpis fuga ibid. 119.
Canini amoris mirabile exemplum ix. 22.
Caninius Rebilius Consul xxxviii. 109.
Canis Alcibiadis vii. 21.
Canis in Lupercalibus immolabatur ii. 47.
Canis capita, promontoria xiii. 68.
Canis tumulus, locus ix. 23.
Canus tibicen xlix. 26.
Capenates à Camillo uicti x. 4.
Caphias Aratus occupat xxiii. 49.
Caphisias musicus xxvii. 16.
Capidium Galliæ uicus xiiii. 10.
Capitolium Italiæ caput x. 57.
Capitolium ab anseribus seruatur x. 48.
Capitolij sumptus, incendia & consecrationes vj. 26. & 27.
Capitolini Manlij nomen unde. x. 68.
Capitolini multa xiiii. 3.
Cappadocia à Pharnace capta xxxviii. 97.
Cappadoces ab Alexandro subacti xxxvii. 37.
Cappadocia Eumeni sorte obuenit 29. 6.
Capratinæ nonæ iiii. 3.
Capræ palus ibid.
Caprificus x. 62.
Caput humanum in Capitolii fundamētis repertum ibid. 57.
Carbo tyrannus Cinnæ successit xxxvj. 9.
Carbonis flagitiosa dominatio xxvi. 55.
Carbo à Pōpeio damnatus xxxvi. 18.
Cardianis libertas restituta xxix. 7.
Cares Cyri poplitis uenā abscidit xlvii. 22.
Cariam colonia ducta i. 11.
Carilus Lacedæmoniorum rex xxiii. 61.
Carinnas aduersus Pompeium dux xxxvi. 12.
Carmenta quare Euandri mater dicta ij. 45.
Carmentalia sacra ibid.
Carneadis sapientia & eloquentia xx. 56.
Carolomanni Franciæ regis obitus lvi. 3.
Carolus Magnus Hierosolymam à Barbaris liberauit ibid. 42.
Caroli Magni cognomentum unde ibid. 1.
Caroli M. statura & mores ibid. 45.
Caroli Magni expeditiones aliquot lvi. 4. & dein.
Caroli Magni obitus & testamentum ibidem. 52.
Carrhæ urbs xxxiiii. 85.
Carthago Tyriorum colonia xvj. 27.
Carthaginienses iaculari nescientes breuibus usi spiculis xiiii. 22.
Carthaginiensium potētiam Pyrrhus euertit xxvij. 50.
Carthaginienses à Gelone tyranno uicti xxij. 42.
Carthaginienses in Sicilia uicti x. 33.
Carthaginiēsium classes à Romanis cremantur xvi. 50.
Carthaginis euersio ibid. 8. & dein.
Carthaginis restituēdæ negotium Graccho datur xxiiii. 48.
Carthago Cæsaris colonia xxxviii. 109. Reliqua uide circa Punicam nomenclaturam.
Casilinum oppidum xii. 14.
Casilinum Annibal obsidet xv. 56.
Caspiū pelagus cur dulcius xxxvii. 96.
Cassandræ sepulchrum xxiii. 17.
Cassander à Demetrio ex Attica pulsus xlv. 55.
Cassander Barbaros Alexandrū adorantes irridens pœnas luit xxxvii. 156.
Casij ingenium xlij. 2.
Casius ab Antonio in Syriā missus rem præclarè gessit xlvi. 58.
Casius prætor xlii. 13.
Casij Scæuæ ad Dyrrhachium pugna fortissima xxxviii. 32.
Casij priuatum in Cæsarem odium xlii. 15.
Casius Epicureus Pompeij statuam adorauit xxxviii. 125.
Casius eodem pugione seipsum interemit, quo in Cæsarē usus fuerat xxxviii. 133.
Casij mors xlij. 80.
Castor & Pollux pro Romanis pugnarūt xxj. 40.
Castorem & Pollucem in Lysandri naue fuisse xxv. 22.
Castor & Pollux cur ἄνακες dicti iiii. 35.
Castoris & Pollucis picturæ xxiiii. 2.
Castoris & Pollucis aurea astra xxv. 35.
Castulo oppidum xv. 72.
Catanæ Siciliæ oppidi gymnasium xiiii. 64.
Catilinæ parricidium xxvi. 81.
Catilinę cōiuratio xxxiiij. 39. xxxviii. 13.
Catilina cum suis copiis funditus deletus xliiii. 46.
Catina oppidum vii. 53.
Catina se Lamacho dedit xxxiii. 48.
Catonum nomen xx. 2.
Catones qui, & qui Catones sinistri appellati xx. 48.
Catonum genealogia xl. 1.
Catonis proaui fortitudo xx. 1.
CATO CENSORIVS
Catonis dictio xx. 3.
Catonis ad filium cōmentarius xx. 60.
Cato historias suas maiusculis exarauit literis ibidem. 51.
Cato ingrauescente ætate græcas literas didicit ibid. 6.
Catonis grauiter dicta ibidem. 17.
Cato quibus magistratib. functus ib. 8.
Catoni quoties dies dicta ibid. 37.
Catonis tyrocinia xx. 1.
Cato qualem optauerit militem xx. 22.
Cato plura in Hispania oppida cepit, q̄ dies fuerit moratus ibid. 25.
Catonis posteritas in quātam generationem imperatores & Consules edidit ibid. 63. & 69.
Catonis obitus ibidem. 68.
Catonis laudem scripsit Cicero xxxviii. 103.
Catonis filij in recuperādo ense strenuitas xx. 52. xxi. 34.
Catonis filij obitus xx. 64.
CATO VTICENSIS.
Catonis vxores xl. 11.
Catonis mores & ingenium ibi. 1. & 2.
Catonis continentia ibid. 24.
Catonis mira constantia ibid. 111.
Catonis consilium, oraculum ib. 62.
Catonis in Scipionem liber ibid. 97.
Catonis de coniuratis Catilinæ sententia xxxviii. 14. xl. 38.
Cato Ciceronē ridiculum appellauit Cōsulem xl. 35.
Cato deorum iracundiam Cæsaris capite expiandam censuit xxxiiii. 111.
Catonis prima militia xl. 12.
Cato à Trebonio in carcerem duci iussus ibid. 73.
Cato quanta pro libertate patriæ pericula subierit xxxix. 8.
Cato brachium saucius fortiter contra tyrannos resistit x. 70.
Cato lapidibus fustibúsque obrutus xl. 47.
Catonem Cæsar comprehendi iussit xxxviii. 28. xl. 57.
Cato cùm in ciuili bello hostes occisos cerneret, lachrymans secessit xxxviii. 81.
Cato sibi Vticæ mortē intulit xxxviij. 102. xl. 120.
Cato, Ciceronis liber xliiii. 81.
Catonis laus xx. 52.
Catonis filiæ & pudicitia & fortitudo xl. 124.
Catonis filij fortissimus interitus xl. 123. xlii. 92.
Cato Salonij scribæ filiam vxorem ducit xx. 62.
Cato Nepos xl. 11.
Catulus Capitolium consecrauit vi. 28.
Catulus uictoriæ de Cimbris author xxviii. 55.
Catuli Luctatii cum Crasso seditio xxxiiii. 39.
Catuli scomma in iudices Clodij xliiii. 60.
Catulus barbaros Alpes incolentes debellauit xxvi. 8.
Catulus carbonibus sese suffocauit xxviii. 94.
Catulos canum simiarúmque non rectè præ pueris in deliciis haberi xi. 1.
Cauares xv. 17.
Caucasus mons, & incolæ eius. xxxvi. 73.
Cadusiorum regio xlvii. 51.
Caunii homines abiecti ibid. 22.
Causæ quæstio xj. 36.
CECINNAE & Othonis pugna l. 20.
Cecropium forum Polygnotus suo pinxit sumptu xxxj. 9.
Celeres unde dicti ij. 20.
Celer Remi interfector ii. 20.
Celer Metellus ibid.
Cœlesyriam Antonius Cleopatræ donauit xlvi. 61.
Celeritas nō potest grauitatem rebus adiungere xi. 29.
Celticæ terræ situs xxviii. 20.
Celtarum armatura xi. 78.
Celtæ urbē capiunt iiii. 34. Vide Galli.
Celtarum cædes xi. 80.
Celtica calamitas unde iiii. 32.
Celtoscythæ populi xxviii. 20.
Ceninensibus uictis Romanorum ciuitas donata est ii. 32.
Cenomani Annibalis impetu urgentur xv. 28.
Censoria potestas xxi. 62. & sequen.
Census apud Athenienses maximus xix. 1.
Censorinus consilio & prudentia ualuit xxxiiii. 73.
Censorinus Syllam repetūdarum postulat xxvi. 11.
Censorini interitus xxxiiii. 78.
Centenius in Lucanis à Pœniis occiditur xv. 64.
Centaurorum origo xxiii. 1.
Cētauros sua lasciuia perdidit i. 46. 47.
Ceo insula xliii. 1.
Cephisus Alexandri quercu nobilis xxxvii. 17.
Cephisus fluuius xxvi. 42.
Cephisodori interitus xiii. 23.
Ceramicum Athenis scortorum diuersorium xxxix. 87.
Ceraton ara i. 30.
Cerberus Aidonei canis i. 49.
Cerberus ab Hercule raptus xxxiii. 2.
Cercina Lybię insula xxviii. 85.
Cercyon à Theseo interemptus j. 14.
Cerealia sacra post Cannensem cladem omissa xii. 42.
Cereris Eleusinæ campus xix. 32
Cermanus locus ij. 6.
Certa incertis præstant iiij. 12.
Cerua alba xxx. 18.
Cethegi libidines & flagitia xxxii. 16. & 17.
Cethego cōiurato urbis incendium cōmissum xxxviii. 13.
Cethegi interitus xliiii. 44.
CHABRIAS feliciter aduersus Naxios bellauit xxxix. 15.
Chabrias dux quando interierit. x. 33.
Chærilus poeta Lysandro familiaris xxv. 36.
Chæronea Plutarchi patria xxxi. 1.
Chæroneæ nomen unde xxvi. 44.
Chæronensis pugna xiii. 38.
Chærophontis clades xxxiii. 15.
Chalcedoniorū cum Atheniensibus fœdus vii. 87.
Chalcedonica pugna xxxii. 24.
Chalciœcon asylum xxiii. 30.
Chalcidenses splendida ædificia Q. Flaminio consecrauere xviii. 34.
Chalcodontis phanum i. 41.
Chaldæos Lucullus subegit xxxii. 50.
Characitanorum gens xxx. 28.
Chares orator non insulsus xxxix. 11.
Charetes fluuius xlviii. 51.
Charybdis periculum xli. 30.
Charicles Phocionis gener xxxix. 56.
Charidemus Atheniensis nouarū rerum cupidus xxxix. 40.
Charimenis in liberandis Achæis studium xlviii. 46.
Charonitæ xlvi. 24.
Charopus Machata xviii. 7.
Charidotas Antonius appellatus xlvi. 38.
Chelidonis Cleonymi uxor Acrotatum adolescentem insano amore deperit xxvii. 60.
Cherronesum Cimon patriæ uendicauit xxxi. 36.
Cherronesum incolentes à Pericle seruati xi. 42.
Chios à quo sit condita i. 27.
Chii etymon xxx. 2.
Chia pugna qua die facta x. 33.
Chilonis egregia erga patrem & maritū fides xxiii. 31.
Chileus Arcas Themistoclis in sedanda domestica seditione socius ix. 13.
Chimæra in sacrificiis iii. 52.
Chlęna regia uestis iiii. 18.
Choe mensis Aegyptiorum ii. 23.
Chlœliæ uirginis obsidis fortitudo vii. 37.
Chlœliæ fossæ viii. 50.
χρεωκοπίδαι v. 32.
Chriæ mixtæ paradigma xxx. 27.
Chrysa Ilii oppidum li. 9.
Chryses Apollinis sacerdos ibid.
Chrysantis militaris disciplina xiiii. 69.
Chrysæa ulteriora Athenienses subegerunt xxxi. 36.
Chrysoloras philosophus sapiētissimus liiii. 50.
Chrysogonus Pythionices vii. 92.
Chrysog. Roscii accusator xliiii. 5.
Chilo grammaticus Catonis seruus xx. 50.
CICERONIS genus & cognomentum. xliiii. 1.
Ciceronis prouidentia liii. 22.
Ciceronis eruditio xliiii. 101.
Cicero pronuntiatione primùm laborauit xliiii. 10.
Cicero quæ uocabula latinitate donarit xliiii. 83.
Cicero in iocando nimius xliiii. 10. & 103.
Ciceronis ioci xliiii. 51.
Cicero monarcha & Dictator xliiii. 106.
Cicero liberator & conditor patriæ salutatus xliiii. 44.
Cicero Catilinariæ cōiurationis uindex xxxiiii. 39.
Cicero oblatum triumphum renuit. xliiii. 76.
Cicero quibus argumentis Catoni persuaserit ut populo cederet xl. 56.
Cicero Augusti beneuolentiam non ingratè suscepit xliiii. 90.
Ciceronis cum Attico consuetudo liii. 1.
Ciceronis exilium xxxii. 124. xl. 59. xliiii. 66.
Cicero ab exilio reuocatus xxxvi. 104.
Ciceronis in Amano Monte uictoria xliiii. 75.
Ciceronem Cæsar obsidione liberare nititur xxxviii. 49.
Ciceronis circa Byllidē pugna cum Antonio xlii. 47.
Cicero à Catone periculo liberatus xl. 95.
Cicero occisus xlii. 50. xlvi. 31. xliiii. 99.
Citienses Cimonis sepulchrum colunt xxxi. 51.
Cilicia piratarum fons xxxvi. 47.
Cilices rapinarum auidi xxx. 14.
Cilles Ptolemæi dux à Demetrio superatus xlv. 14.
Ciliciam depopulatur Demetrius xlv. 136.
Cimbricum bellum xxviii. 19.
Cimbri Germanis prædones appellati xxviii. 20.
Cimbrorū de Romanis uictoria x. 34.
Cimbros fugientes mulieres ipsorū manibus suffocant xxviii. 54.
Cimmerii antea, qui postea Cimbri sunt appellati xxviii. 21.
Cimonis genealogia xxxi. 7.
Cimon Coalemus quare cognominatus ibid. 8.
Cimonis uxor ac filii xi. 59.
Cimonis facilitas xi. 10.
Cimonis & Luculli elogia xxxi. 6.
Cimonis exilium xi. 19.
Cimon à Pericle reuocatur xxxi. 45.
Cimon mare subegit ix. 61.
Cimon Scyrum insulam in ditionem redegit i. 56.
Cimonis aduersus barbaros pugna xi. 12. xxxi. 32. & 33.
Cimon Atheniensibus deserendæ urbis author & incitator fuit xxxi. 11.
Cimon Persas fundit fugátque ibi. 16.
Cimonis instaurationes Athenis xxxi. 34.
Cimonia monumenta xx. 13.
Cimonis obitus xi. 23.
Cinnanus tumultus iii. 2.
Cinna & Marius rerū potiti xxxiiii. 8.
Cinna Consul à Sylla constitutus xxvi. 26.
Cinnæ in sociali bello crudelitas. xxx. 8.
Cinna tyrannidem exercens urbe eiectus xxviii. 85.
Cinna occiditur xxxvi. 9. xxxviii. 132. xlii. 38.
Circæum Romanorum colonia Coriolano se dedit viii. 47.
Circei fontes xlv. 126.
Cirippi nomen viii. 18.
Cirræaton Arpinatis agri uilla xxviii. 4.
Cissusa fons xxv. 59.
Cithæronia Iuno xix. 50.
Cithæronium templum xix. 32. & 33.
Cithæronis radix xix. 38.
Cithera insula à Nicia capitur xxxiii. 16.
Ciuem Romanum indicta causa damnare non licet xxiiii. 40.
Ciuitas domiciliorum constitutio est xx. 74.
Ciuitas quæ optimè habitetur v. 37.
CLARIVM Lacedæmoniorum forum xxiii. 26.
Claudiorum cognomentum viii. 19.
Claudius Marcellus Britomartum Gallorum regem oppressit ii. 34.
Claudius Nero aduersus Pœnos feliciter pugnat xv. 80.
Claudii Neronis ad Metaurum uicto-

Index

ría xv. 81.
Cleandrides Gvlippi parens repetundarum damnatus xxxiii. 91.
Cleandrides Pliſtonactis regis moderator xi. 46.
Cleanthes medicus Catonis libertus. xl. 119.
Cleanthis dictum de Alcibiade vii. 14.
Clearchi ignauia xlvii. 16.
Clearchus uita priuatus xlvii. 36.
Clementiæ templum xxxviii. 108.
Cleobis & Bitonis pietas v. 58.
Cleocritus Corinthius Themiſtoclem à Xerxe retrahere molitur xix. 24.
Cleocritus quo pacto Lacedæmoniorum cum Athenienſibus ſeditionem ſedarit xix. 56.
Cleombrotus Lacedæmoniorum rex eiuſque genealogia xxxiii. 7.
Cleombrotus Lacedæmon. rex aduerſus Thebanos mittitur xiii. 40.
Cleombrotus copiis in Bœotiam traicit xxxv. 56.
Cleombrotus incumbētibus ſeſe obiecit hoſtibus xxvi. 99.
Cleomedis Aſtypalæenſis mors ii. 62.
Cleomenis genealogia xxiii. 7.
Cleomeni Agidis uxor nubit xxiii. 42.
Cleomenis reſponſum ad quendam adoleſcentem xxv. 29.
Cleomenes quanta fuerit facilitate & humanitate xxiii. 65.
Cleomenis conſilium xxiii. 43.
Cleomenes quomodo rempub. inſtituerit xxiii. 58 & dein.
Cleomenes noctu Megalopolim adoritur xvii. 9.
Cleomenes quot proſcripſerit ciues xxiii. 58.
Cleomenes Aegyptios ad libertatem frustra hortatur xxiii. 116.
Cleomenes ſanguinis fluxu laborat xxiii. 70.
Cleomenes ſociíque ſibi mortem inferūt xxiii. 117.
Cleomenis filius ob parentis caſum ſeſe præcipitem dedit Ibidem 118.
Cleon garrulus rabula xxxiiii. 107.
Cleon Halicarnaſſeus Lyſandro orationem conſcripſit xxv. 53.
Cleon pacis intolerans xxxiii. 23.
Cleonicæ Byzantiæ uirginis interitus xxxi. 14.
Cleonymus rex Lacedæm. xxiii. 7.
Cleonymi Spartiatæ ingenium & mores xxvii. 59. Fuga xlv. 106.
Cleopatra quo aſtu Cæſarem illexerit, xxxviii. 94.
Cleopatra Philippi coniunx, Alexandri mater xxxvii. 17.
Cleopatra Mithridatis filia, Tigranis uxor xxxii. 62.
Cleopatræ mores, & formæ elegantia xlvi. 44.
Cleopatra Alexandrini belli cauſa xxxviii. 92.
Cleopatram deperit Antonius xlvi. 41.
Cleopatra ueneficii ſtudioſa xlvi. 125.
Cleopatræ interitus xxxvii. 21.
Cleopatræ Antonii filiæ Lunæ cognomen fuit xlvi. 62.
Cleopatra Antonii filia Iubæ uxor xlvi. 148.
Cleophanis virtus xxxix. 32.
Cleophátus Themiſtoclis filius optimus eques, cæterà ignauus ix. 63.
Cleoptolemi filia, Antiochi uxor xviii. 33.
Cleora Agefilai coniunx xxxv. 39.
Clientes ii. 25.
Cliens nulla lege teſtimonium in patronum dicere cogebatur ibid. 26.
Clinias Arati parens Sycioniorum præfectus ab Abantida ſublatus xlviii. 5.
Clinia imperator Athenienſis vii. 1.
Clitoria Cimonis coniunx xxxi. 39.
Clodius homo ſceleratiſsimus xxxviii. 16.
Clodii in ſororem inceſtus xxxii. 99.
Clodius in Bonæ deæ ſacris deprehenſus xxxviii. 19. & xliiii. 58.
Clodius reatu abſolutus xliiii. 60.
Clodii opera Cicero in Catilinario negotio plurimùm uſus ibidem 58.
Clodius Ciceronis exulis uillas domúmque incendit ibidem 69.
Clodii tribunatus xxxviii. 29. xl. 68.
Clodius aduerſus gladiatores proficiſcitur xxxiiii. 24.
Clodianæ factionis origo xliiii. 57.
Clodius Pompeii acta ſcindit ibid. 69.
Clodii in Pompeium conuitia xxxvi. 103.
Clodia Auguſti uxor xlvi, 31.
Cluſium à Gallis infeſtatur x. 26 & dein
Cluſini à Barbaris obſeſsi iiii. 32.
Clypeati milites xxxvii. 111.
Clytus ab Alexandro haſta traiectus ibidem 112.
CNIDIIS libertas data xxxviii. 92.
COCLITIS nomen unde vi. 32.
Cogitationes animę moleſtę ut per ſomnum uitentur xxviii. 96.
Cognomentorum impoſitio viii 18.
Cognomenta antiquorum Romanorum vi. 22.
Cohors Lacedęmoniorum quanta xiii. 34.
Coitu atque ſopore Alexander ſuam eſtimabat mortalitatem xxxvii. 47.
Coitus intemperans infœcundus iii. 45.
Coliadis Veneris templum v. 15.
Collatinus ſe conſulatu abdicat vi. 15.
Colonia Hiſpaniæ urbs xlix 10.
Colonis Meſſeniorum uicus xvii. 41.
Colophoniis libertas donata xxxii. 8.
Columna in Iſthmo à Theſeo erecta i. 37.
Comarum primitiæ Delphos portabantur ibidem 6.
Comæ alendæ conſuetudo xxv. 1.
Comitium locus ii. 20.
Comprehenſio, Ciceronis uocabulum xliiii. 82.
Concionis conuocandæ uaſramentum xxvii. 26.
Concionandi modus à Graccho mutatus xxiiii. 42.
Concordiæ templum Camillus ædificaturum ſe pollicetur x 82.
Concordiæ templum ab Opimio cōſtructum xxxiiii. 62.
Conium necatu ocyſsimum xlii. 98.
Connidæ Theſei præceptoris ſacra i. 6.
Conon Laconicam maris oram oppugnat xxxv. 46.
Cononis ad Euagoram fuga xxv & lii. 22.
Conſa colonia xviii. 2.
Conſentia à Pœnis capta xv. 58.
Conſolandi rario optima xliii. 37.
Conſuales primi ii. 31.
Conſualiorum feſtum ibidem 31.
Conſul alter quando ex populo creari cœperit x. 52.
Conſules deſignati gratias populo agebant xxi. 16.
Conſus deus, eiúſque ara ii. 27.
Contentio, uirtutis igniculus xxxv. 9.
Conuiuium & aciem bene inſtruere animi eiuſdem xxi. 47.
Conuiuia qui ſermones deceant xxiii. 67.
Copillus Tectoſagorum dux à Sylla captus xxvi. 7.
Coquus optimus, labor eſt, & parcitas, xxxvii. 47.
Corbis & Orſua patrueles de Hiſpaniæ regno concertantes mutuis ceciderūt uulnerib. xvi. 20.
Corcyna Ariadnæ nutrix j. 29.
Corcyræi à Corinthiis premuntur xi. 58.
Corinthii tyrannidis oſores xxii. 3.
Corinthiis ſuo iure tiuere permiſſum xviii. 21.
Corinthii Syracuſam arcem obtinent xxii. 11. & 12.
Corinthii à Nicia ſuperati xxxiii. 17.
Corinthii aduerſus Athenienſes bellum concitant ibidem 28.
Corinthios Aratus in Achęorum corpus redegit xlviii. 42.
Corinthus Cæſaris colonia xxxviii. 109.
Corinthii uiginti talētis multati ix. 45.
Corioli Volſcorum oppidum viii. 11.
Coriolani cognomen ibid. 17.
Coriolani repulſa in petitione conſulatus ibidem 24.
Coriolanus exilio multatus ibid. 35.
Coriolanum Volſci proditionis inſimulant ibidem 52.
Coriolani interitus & humatio ibid. 69.
Cornea loca ix. 28.
Corneam lanceam in cornum excreuiſſe ii. 44.
Cornelius Cethegus ſacerdotium amiſit xiiii. 8.
Cornelius Coſſus Tolumnium Hetruſcum interemit ii. 33.
Cornelia Scipionis filia quibus inſtructa artibus xxxvi. 117.
Corneliæ ad Caium Gracchum filium epiſtolæ xxiiii. 53.
Cornelia Gracchorū mater filiorum curam ſuſcepit ibid. 2.
Corneliæ Gracchorum matris laus ampliſsima ibidem i. 2.
Corneliam Scipionis filiā Pompeius duxit uxorem xxxvi. 117.
Cornificius Bruti accuſator xlii. 49.
Cornutus ſeruorum fide à Marianis ſeruatus xxviii. 92.
Corœbus Teleſterii fundamenta iecit xi. 30.
Cronius menſis i. 15.
Corphinium Domitius præſidio tenuit xxxviii. 69.
Corpora in cælū tranſmitti non eſſe cōſentaneum ii. 62.
Corui Alexandro duces per loca inco-

In vitas Plutarchi.

gnita xxxvii. 59.
Coryna Epidauriis clauā ſignificat i. 10.
Corynephori v. 65.
Corinetæ cognomen unde i. 10.
Coſconius occiſus xxxviii. 98.
Coſis Albanorum dux à Pompeio occiſus xxxvi. 76.
Coſsinius aduerſus Spartacum imperator occiſus xxxiiii. 26.
Cotta Cenſor xliiii. 56.
Cotta à Sertorio ſuperatus xxx. 20.
Cotta in Galliis periit xxxviii. 49.
Coryla menſuræ genus x. 50.
Cotys Paphlagonum rex Agefilai amicitiam petit xxxv. 21.
CRABRONĒS exalinis generari xxiii. 121.
Craſinus in pugna Pharſalica è uulnere cecidit xxxvi. 150.
Craſi parens, familia, & origo tenuis xxxiiii. 1.
Craſi eloquētia & humanitas xxxiiii. 6.
Craſſus fœnū in cornu geſsit ibid. 21.
Craſi diuitiæ xxxiiii. 2.
Craſi auaritia ibidem.
Craſi luxus xl. 32.
Craſi in populum & amicos munificentia xxxiiii. 6.
Craſi cenſura xxxiiii. 38.
Craſſus pontifex Graccho agrariæ legis author fuit xxxiiii. 13.
Craſi Conſulatus xxxiiii. 37.
Craſi in permutandis amicitiis perfidia xxxiiii. 105.
Craſi cum Pompeio diſcordia, & recōciliatio xxxiiii. 14. & ſeq.
Craſſus Ciceroni inimicus xxxiiii. 39.
Craſſum Cicero pro roſtris & laudauit, & laceſsiuit xliiii. 51.
Craſſus coniurationis Catilinariæ particeps xliiii. 29.
Craſſo Syria & expeditio in Parthos decreta xxxvi. 111.
Craſi interitus xxxiiii. 96.
Craſi filij fortitudo xxxiiii. 3.
Craſi filij interitus xliiii. 74.
Craſtinus Cæſarē ſe uel mortuum uel uiuum laudaturū uociferatur xxxviii 87
Crateri ualetudinis cauſa Alexander ſacrificauit xxxvii. 91.
Crateri interitus xxix. 16.
Crates Philoſophus ad Demetriū legatus Athenarum obſidionem diſſuadet xlv. 128.
Cratini in Periclem cauillum xi. 30.
Cratippo Cicero operā nauauit xliiii. 50.
Cratippus fugiētem Pompeium ad ſpem mitiorem adduxit xxxvi. 157.
Cratiſiclia Cleomenis mater obſidē Ptolemæo ſe offert xxiii. 86.
Cratiſiclię interitus xxiii. 119.
Creta piratarum fons xxxvi. 59.
Cretenſium mos, mulieres ſpectaculis intereſſe i. 25.
Critiæ tyranni de Cimone iudicium xxxi. 25.
Crimeſius fluuius xxii. 44.
Criſpinus Conſul uulneratus uix uiuus euaſit xv. 78.
Criſpinus Conſul uulnere obiit xiiii. 62.
Crœſus à Cyro ſuperatus capitur v. 60.
Crommyon locus i. 12.
Croſſus uaſis nomen xix. 60.
Cruſtumenij à Romulo uicti ii. 34.
Cryptia, Lycurgi inſtitutum iii. 63.
CTESIAS medicus xlvii. 43.
Cteſias bello quod ſcribit interfuit xlvii. 12.
Cteſias ampliſsimis honoribus ab Artoxerxe honeſtatus xlvii. 25.
Cteſiphonti dies dicta xliii. 40.
Cteſippus Chabriæ fili, difficillimis moribus iuuenis à Phocione inſtitutus xxxix. 17.
Culeo cum anguibus inſutus C. Villius xxiiii. 32.
CVMAS Annibalis obſidione liberat Sēpronius Gracchus xv. 59.
Cumæi ab Aetolis expulſi xlviii. 86.
Cumani populi xv. 51.
Cunax Perſiæ locus xlvii. 14.
Cunctationem hoſtibus uehementer obeſſe xxxiii. 68.
Cupiditas quid faciat xxvii. 23.
Curiæ Romanæ quot ii. 43.
Curiæ à Sabinis dictæ ii. 28.
Curio Trib. pleb. à Cæſare ære alieno liberatus xxxvi. 124.
Curio ex urbe eiectus xxxviii. 63.
Curij de Pyrrho uictoria xx. 5.
Curius aurum repudiauit à Samnitibus oblatum xx. 5.
Curionis intemperantia xlvi. 3.
Currus fictilis in templo Iouis Capitolini vi. 24.
Curtius Sabinorum princeps ii. 38.
Curtius lacus ibidem.
CYCLADES inſulæ Archelao Mithridatis filio ſeruiunt xxvi. 28.
Cydnus fluuius xxxvii. 38.
Cillaranium gymnaſium xxiii. 73.
Cyneas Demoſth. auditor quantùm oratione ualuerit xxvii. 28.
Cyneas Pyrrhi legatus, quid de Senatu Romano ſentiat xxvii. 41.
Cynoſarges gymnaſium ix. 1.
Cynoſaphium locus xx. 14.
Cypricum bellum lii. 29.
Cypri in Perſarū ſeruitutē redacta lii. 9.
Cypri imperium miris modis ab Euagora amplificatum ibidem.
Cyprum Antonius Cleopatræ donauit xlvi. 61.
Cyrenæorum rempub. turbatam Lucullus ordinauit xxxii. 5.
Cyrenæos legibus cōtinere Plato impoſſibile dixit liiii. 42.
Cyrus triremem ex auro & ebore fecit xxv. 35.
Cyrus Aſpaſiam meretricem deperibat xi. 50.
Cyrus Lyſandrum aſſentandi gratia accerſit xxv. 15.
Cyrus inclinatam cōtinuit aciem xxvi. 99.
Cyrus Tiſſaphernis crimina apud Lyſandrum defert xxv. 5.
Cyrus apud fratrem inſidiarum delatus xlvii. 4.
Cyri parricidium lii. 16.
Cyri interitus xlvii. 22.
Cyri epitaphium xxxvii. 146.
Cyrni amnis fontes xxxvi. 74.
Cyrrhei tēplū Delphicū uiolāt 5. 20.
Cyrrhiſticam depopulatur Demetrius xlv. 136.
Cyzicū ab Atheniēſibus capitur vi. 91.
Cyzicenorum defectio vii. 65.
Cyzicenorum urbē Mithridates aggreſſus xxxii. 25.
Cyzicenorū in Chalcedonica pugna calamitas ibidem. 24.

D

DActylum & tribrachum Ariſtoteles in ſoluta oratione reiecit lv. 23.
Dæmones maligni bonis uiris inuidētes, illorū rebus gerendis obſtant xli. 3.
Dæſio menſe Macedonibus exercitū ducere nefas xxxvii. 31.
Damagoras naualium certaminum experientiſsimus xxxii. 11.
Damon quare in exiliū actus xix. 4.
Damonis Peripoltæ facinus & interitus xxxi. 3.
Damoteles ab Antigono corruptus xxiii. 99.
Damyria fluuius xxii. 55.
Dandamin philoſophum Alexander coluit xxxvii. 16.
Dardarij populi xxxii. 42.
Daphnes fabula xxiii. 18.
Dardani à Perſęo occiſi xxi. 14.
Dardanus ex Samothraciis Troiam aduectus x. 37.
Daricus numus Perſicus xlvii. 7.
Darius rex à patre Artoxerxe deſignatus xlvii. 55.
Darij fuga xxxvii. 42.
Darius Alexandro conditiones adeóque filiam in matrimoniū offert xxxvii. 64.
Darij liberi xlvii. 1.
Darij uxor diem obiit xxxvii. 64.
Darij obitus xxxvii. 96.
Daſcylitis palus xxxii. 26.
Dauni populi xv. 51.
Δεκάζειν i. 37.
Decelia muris circundata vii. 61. & 66.
Decemuirorum poteſtas xliiii. 23.
Decimas Iunoni uouet Camillus x. 14.
Decij Bruti in Cæſarē perfidia xxxviii. 128.
Decius Magius Campanus uinctus Annibali à ſenatu ſuo traditur xv. 54.
Deidamia Perithoi uxor i. 46.
Deidamia Aeaci Moloſſorum regis filia Demetrij uxor xlv. 61.
Deidamia uita deceſsit xlv. 82.
Deioneo Eurici filio Perigune in matrimonium ceſsit i. 11.
Deiotarus ab Antonio ad Auguſtum deficit xlvi. 109.
Deiotarus rex ſenio cōfectus nouā ædificauit ciuitatem xxxiiii. 50.
Deliaca pugna quando xxvi. 63.
Delius hiſtoricus xlvi. 103.
Deliciis indulgere, ſeruile xxxvii. 89.
Deliciæ Romanorum, ſerui xlvi. 103.
Delos mons xiii. 32.
Delos inſula xxxiii. 8.
Delphi occupantur ab Onomarcho & Philodimo xxii. 54.
Delphicum templum Phocenſibus obtinentibus ablatum xi. 45.
Delphiniū pars ciuitatis Athenarū i. 16.
Delphini uis in terra xliii. 4.
Demades ingenio, natura, inſuperabilis orator xliii. 16.
Demades ſæpe Demoſtheni indigenti ex tempore opitulatus eſt ibidem. 14.
Demades ſibi ſæpe contraria dixit, reip. nunquam xliii. 22.

Demadis de pace cum Philippo sentētia xxxix. 41.
Demades Athenienses Alexandro conciliauit xliii. 39.
Demades reipub. naufragiū xxxix. 76.
Demades septies falsi damnatus xxxix. 65.
Demades in ordinem coactus ibid.
Demades iusto supplicio affectus xliii. 53.
Demænetus Timoleonem accusat xxii. 64.
Demaratus Corinthius apud Philippum legatus xxxvii. 18.
Demarati Corinthij dictum xxxv. 29.
Demarati Corinthij obitus, funúsque xxxvii. 121.
Demarati Lacedęmonij petitio à Xerxe ix. 57.
Demetrias urbs xlv. 148.
Demetriadis urbis nomen xlv. 61.
Demetrias Atheniensium tribus xlv. 25.
Demetrij genus, & forma, & statura xlv. 5.
Demetrij intemperantia xlv. 21.
Demetrij liberalitas ibidem. 39.
Demetrij in uictos clementia xlv. 87.
In machinis comparandis solertia xlv. 47. & 119.
Demetrius per epistolam à patre rex appellatus xlv. 42.
Demetrius ad liberādam Græciam proficiscitur xlv. 17.
Demetrij de Ptolemæo uictoria ibid.
Demetrij fortuna instabilis xlv. 78. & 79.
Demetrij obitus xlv. 146.
Demetrij desultoris ara xlv. 25.
Demetrius Phalereus absens cōdemnatus xxxix. 90.
Demetrius Peripateticus xl. 113.
Demochares Agidem capit xxiii. 37.
Demochares quare in exilium pulsus xlv. 60.
Democlis pueri pulchritudo & castitas mirabilis xlv. 57.
Democritus Abderita Platonis tempore floruit liiii. 7.
Demophilus Epicurus à Phocionis filio occisus xxxix. 95.
Demophantus Eliensium dux prosternitur xvii. 15.
Demophon Thesei ex Antiopa filius i. 43.
Demosthenis genus xliii. 5.
Demosthenes quomodo naturæ uitia emendarit xliii. 10. & 18.
Demosthenes timidus in dicendo ib. 15.
Demosthenis dicendi uis mirabilis xliii. 30.
Demosthenes gloriam sibi è foro curiáque quæsiuit xxxix. 18.
Demosthenis pleræque orationes solam præferunt honestatem xliii. 23.
Demosthenis orationes ibid. 14. & 15. & dein. 23.
Demosthenis falsò nomine orationes circunferuntur ibid. 25.
Demosthenes ῥωποπερήθρα dictus xliii. 16.
Demosthenis gloria ibidem. 21.
Demosthenis constantia xliii. 21.
Demosthenis audacia xxxiii. 70.
Demosthenes quando ad rempub. accesserit xliii. 20.
Demosthenis fuga xliii. 33.
Demosthenes infeliciter contra Syracusanos pugnat xxxiii. 70.
Demosthenes urbe profugus capitis dānatur xliii. 47.
Demosthenis exilium xliii. 43.
Demosthenis reditus ibidem. 46.
Demosthenis obitus, eíque defuncto honores à populo habiti xliii. 49. & dein.
Denominatiua unde ducātur xxviii. 2.
Dephon Longobardorum rex crudelitate nobilis lvi. 104.
Dercillꝰ Atticæ regionis rex xxxix. 81.
Desertores quomodo Lacedęmonij mulctarint xxxv. 62.
Desiderius ultimus Longobardorum rex à Carolo Magno capitur lvi. 13.
Deucalion & Pyrrha post diluuium ad Dodonæum templū profecti xxvii. 1.
Deꝰ cōmunis mortaliū pater xxxvii. 61.
Deo inuito nihil licet xiiii. 63.
Deus nulla re simpliciter eget xx. 78.
Deus ex formato mundo lætitiam cepit iii. 65.
Dei imago Romanis nulla iiii. 21.
Deos à gratia & ira remotos esse, Epicureorum dogma xxvii. 43.
Deos humano sanguine non placari xiii. 44.
Deorum duodecim templum xxxiii. 40.
Deis duobus unum templum consecrare non licebat xiiii. 58.
Deus diuitiarum cæcus iii. 21.
DII quatenus humanam iuuare soleant industriam viii. 56.
Dij quatenus cum hominibus congrediantur iiii. 8.
Diacrij v. 24.
Diagoras Olympicus uictor xiii. 74.
Dialogorum primus inuentor liiii. 25.
Dianæ festū apud Syracusanos xiiii. 36.
Diana Anetis xlvii. 57.
Dianæ Aristobulæ templum à Themistocle consecratum ix. 42.
Dianæ Ephesinæ templum incendio absumptum xxxvii. 5.
Dianæ Eucliæ templum xix. 58.
Dianæ Pellenææ simulachri uirtus xlviii. 58.
Diana Priapina xxxii. 35.
Diampares Argiuorum porta xxvii. 71.
Διαπάγματα xiiii. 52.
Dicendi genus moderatum quantū momenti reipub. adiicere soleat xliiii. 25.
Dictatoris uocabulum unde xiiii. 52.
Dictatoris creandi ratio ib. & xv. 36.
Dictatoria potestas x. 31. & xii. 21.
Dictatura non in annum conferebatur xxxviii. 97.
Dictaturam ultra sex menses nulli retinere licitum x. 57.
Dictatores Romæ duo quando xii. 23. & xv. 41.
Didius prætor xxx. 4.
Dies utrùm an nox prior extiterit xxxvii. 138.
Dimitti amicum petentis epistolium xxxv. 27.
Dimnus Chalæstrinus Alexandro struēs insidias obtruncatus est xxxvii. 106.
Dinarchus suppliciis affectus xxxix. 85.
Dindymenæ matris templum ix. 60.
Dinocrates Messenius Romæ temulentus muliebri habitu saltauit xviii. 36.
Dinocrates necem sibi consciuit xvii. 47.
Diocles Megarensium princeps à Theseo deceptus i. 14.
Diogenes Cynicus Platonis temporibus floruit liiii. 7.
Diogenes Sinopensis Alexandrum sibi à sole paululùm secedere iubet xxxvii. 27.
Diogenis Sinopei in Dionysij exilium iocus xxii. 27.
Diogenis dictum xii. 24.
Diogiton Thebanorum dux xiii. 75.
Dionis opes & supellex xli. 23.
Dion Astronomiæ peritus, perterritos lunæ defectu milites oratione roborauit xli. 40.
Dion pulso Dionysio Syracusis potitus est xxii. 1.
Dionis exilium xli. 23.
Dioni genius apparuit xli. 2.
Dionis uxor sorórque uiuæ in mare demersæ xxii. 58.
Dionysio humana sacrificia facta xiii. 43.
Dionysius uirtute immortalitatem assequutus xiii. 33.
Dionysio Omestæ sacra fiunt ix. 28.
Dionysius Platonis præceptor liiii. 10.
Dionysius Magnesius orator xliiii. 7.
Dionysius Chalcus poemata composuit xxxiii. 13.
Dionysius quid utilitatis ex Platonis cōsuetudine hauserit xxii. 26.
Dionysij senioris uxores liiii. 36.
Dionysius Aristidis natam uxorem petit xxii. 10.
Dionysij liberi xli. 9.
Dionysio Siculo Lacedæmonij auxilia mittunt xiii. 67.
Dionysius Siciliæ tyrannidem occupat liiii. 31.
Dionysius regno pulsus xxii. 1.
Dionysij instinctu Plato uenundatus xli. 8.
Dionysius Platonis necem cogitat liiii. 32.
Dionysius Dionis παῤῥησίαν sufferebat xli. 7.
Dionysij Syracusani obitus xli. 10.
Dionysij sepultura xiii. 73.
Dionysius iunior Dionis opera de uirtutibus cogitare cœpit xli. 17.
Dionysium iuniorem uehemens Platonis amor inuasit ibidem.
Dionysius iunior quibus modis Heraclidem euaserit xli. 67.
Diopethes Spartæ fatidicus xxxv. 5.
Diopethes uelut sortitò castra sectatur xxxix. 18.
Diophanes Mitylenæus rhetor in Italia exulat xxiiii. 11.
Diophanes rhetor necatus xxiiii. 32.
Diophanes Achæorum imperator Lacedæmonios infestat xvii. 35.
Diophantus Amphitropęus Aristidis accusator xix. 73.
Diphilus seruatorum antistes xlv. 127.
Dipylon portæ Athenienses xi. 62.
Diræ quid sint xxxiiii. 49.
Disciplina, passio quædam est xl. 2.
Diuersoria liberalia & amœna Athenis xxxi. 35.
Diuinatio quid liii. 10.
Diuinum nihil nisi quod sapientia præditum xix. 17.
Diuitem quem Crassus dixerit xxxiiii. 5.
Diuitiarum studiosi nō pecunias cumulent, sed cupiditatem minuant xlv. 83.
Diuortium apud Romanos primum ii. 74. & iiii. 65.
DODONAE mulieres xxxvii. 3.
Dolabella repetundarum à Cæsare postulatus xxxviii. 5.
Dolon gladij genus xxiiii. 17.
Dolopum mores xxxi. 19.
Dolores oculorum Persicæ sunt puellæ xxxvii. 45.
Domitianus Capitolium restaurauit, cōsecrauítque v. 29.
Domitianus Septembrem & Octobrem à se nominauit iiii. 48.
Domitius Aenobarbus interiit xlvi. 109.
Domitium Cato ad capessendum Consulatum hortatur xxxvi. 110.
Domitius & Messala Cōsules xxxvi. 115.
Domitius à Pharnace profligatus xxxviii. 96.
Dorica Aristocratia xlviii. 3.
Dorylaus Bœotico agro potitus xxvi. 51.
Dorylaus Mithridatis dux interfectus xxxii. 45.
Doson Antigonus xxi. 11.
Dosonis cognomentum unde viii. 18.
DRACONIS leges abrogatæ v. 34.
Draco cur heroibus consecratus xxiii. 121.
Dromichætes Thrax captum Lysimachum liberalissimè dimisit xlv. 146.
Dromoclides Athenis rogabat ut Demetrius tāquam oraculum rogaretur xlv. 31.
Dromoclides orator Atheniensibus persuasit, ut Pyræum Munichiámque Demetrio redderent xlv. 88.
Druentiæ fluminis origo xv. 21.
Drusus C. Gracchum tāquam sumptuosum notat xxiiii. 3.
DVCES quos Romani antiqui dixerint ii. 25.
Duces militibus grati, qui xxviii. 11.
Duodēnes & iuniores etiam puellas Romani nuptui tradebant iiii. 66.
Duris Samius in Periclem inuehitur xi. 56.
DYCELIDAS Lacedæmonij mimos uocant xxxv. 43.
Dymæus Achæorum imperator xlviii. 19.

E

Ebrietatis remedium pulcherrimum xlv. 3.
ECBATANORVM in agro telluris hiatus ignem euomens xxxvii. 77.
Ecdelus Megalopolitanus philosophus Archesilai auditor xlviii. 7.
Ἐχεμυθία Pythagorica iiii. 20.
EDICTA xiiii. 52.
Ἐδωδή iii. 24.
Edonides mulieres xxxvii. 3.
Educatio quantùm iuuet xxiiii. 64.
Eduorum gens à Cæsare deuicta xxxviii. 53.
Egestensium Leontinorúmque legati Athenienses aduersus Siciliam concitant xxxiii. 37.
EION Athenarum colonia xxxi. 15.
Ἔιελον siue ἔελον i. 32.
ELAEVS Cherronesi oppidum xxv. 16.
Elatea Phocidis ciuitas xxxix 84.
Eleatici campi xxvi. 39.
Ἐλελεῦ uox in bellicis pæanibus celebris i. 31.
Elephas Pori miræ & proceritatis & prudentiæ xxxvii. 130.
Elephantem Pyrrhus primus in Italiam duxit xxvii. 42.
Elephantes Pompeius in spectaculo exhibuit xxxvi. 111.
Eleusinum τελεσήριον xi. 30.
Eleusine à Theseo capitur i. 13.
Elim à Lacedæmoniis deficientem Thebani ad se ducunt xiii. 47.
Elij Tuberonis uxor xxi. 7.
Elpenor Chalcodontis filius i. 55.
Eloquentiæ studium apud Romanos in pretio xx. 10.
Elpinices cum Pericle fœdus de reducendo fratre xi. 21.
Elpinice Cimonis soror qua ignominia Periclem uictorem affecerit xi. 57.
Elpinice Calliæ nupsit xxxi. 10.
Elymeorum regis legati ad Pompeium xxxvi. 77.
Elysij campi xxx. 14.
EMBOLIMVS dies iiii. 45.
Empedocles Agrigentinus qua ætate uixerit liiii. 7.
Emphilus ueteris Academię philosophus xlii. 4.
Emphilus orator de Gæsaris cæde opusculum scripsit ibidem.
ENCOMIA poetis quàm oratoribꝰ magis familiaria lii. 4.
Endymionis fabula iiii. 8.
Engion Siciliæ oppidum xiiii. 40.
Ennio Aphricanus familiariter usus xvii. 73.
EPAMINONDAS magnificè educatus xiii. 6.
Epaminondæ tenuis uita xix. 2.
Epaminondas munerum contemptor xlviii. 34.
Epaminondæ ludi xix. 2.
Epaminondas philosophiæ studio, quàm re bellica clarior xxxv. 57.
Epaminondæ mirabilis fortitudo xiii. 50.
Epaminondas in Peloponnesum impetū facit xiii. 47.
Epaminondas quantum laudis ex uictoria de Lacedæmoniis reportauerit ibidem.
Epaminondæ res multa difficultate gestę sunt xxii. 61.
Epaminondas uictor neminem occîdit xiiii. 66.
Epaminondas capitis accersitus xiii. 49.
Epaminondam Thebani publico funere prosequuntur xii. 61.
Eparatus xlviii. 87.
Epena ciuitas v. 55.
Ephæus mons xxvi. 66.
Ephebi primitias comarū Delphos portabant i. 6.
Ephesij Decemuiros creant xxv. 8.
Ephesus belli officina xiiii. 43.
Ephetæ Atheniensium magistratus v. 39.
Ephesiæ Dianæ templi conflagratio xxxvii. 5.
Ephialtes clàm à Pericle dolo sublatus xi. 22.
Ephori Lacedæmoniorum magistratus iii. 15.
Ephororum origo & nomen xxiii. 57.
Ephororum ritus obseruandi sidera xxiii. 22.
Ephori mancipiis bellum inferre soliti iii. 64.
Ephororum cædes xxiij. 56.
Epicharmi dictum vi. 30.
Epicles citharista ix. 10.
Epicurus naturæ principia in atomis cōstituit liiii. 55.
Epicurus uoluptatem summum bonum statuit xxvii. 43.
Epicurus philosophus grauissima penuria familiam fabis æquè distributis nutriuit xlv. 87.
Epidaurus à Pericle obsessa xi. 72.
Epicides Atheniensis quæstui deditus ab imperij petitione pecuniis auersus ix. 12.
Epigethis filiæ captæ mirabile facinus xlviii. 59.
Epigonus Colophoniorum tyrannus capitur xxxii. 8.
Epimenidis sapientia v. 22.
Epipolin Dion in ditionem redegit xli. 42.
Epirotarum de Macedonibus uictoria xxvii. 14.
Epitragia Venus i. 24.
Epixies Persa Phrygiæ præfectus ix. 58.
EQVITES Romani quando in theatro sessum à plebe seiunctum acquisierint xliiii. 25.
Equites iudices fiunt xxiiii. 42.
Equites pedibus similes xiii. 3.
Equos Troiæ fatales fuisse xxx. 1.
Equus Cæsaris xxxviii. 35.
Equestres ludi vi. 25.
ERASTVS & Coristus Sceptij Platonis discipuli liiii. 24.
Erastæ Platonis liber liiii. 9.
Erechtheus Atheniensium rex i. 3.
Ἐρεσιώνη i. 32.
Erisaces Aiacis filius v. 18.
Ἐργάδεις tribus Atheniensis v. 48.
ESON fluuius xxi. 27.
ETHEOCLIS de Lysandro dictū xxv. 39.
EVAGORAS ut sibi regnum compararit lii. 11.
Εὔα xiiii. 44.
Euagoræ genus diuinum lii. 6.
Euagoræ εὐπαιδία lii. 10.
Euan idem quod Liber pater xiiii. 45.
Euandri tumulus xvii. 41.
Euangelus Periclis seruus frugi xi. 38.
Eubœenses deficientes inuadit Pericles xi. 45.
Eubœam Archelaus subiugauit xxvi. 28.
Euboicis suo iure uiuere permissum xviii. 22.

Index

Eubulus è foro sibi dignitatem comparauit xxxix. 18.
Euclides Socratis discipulus, Platonis in Geometria præceptor iiii. 18.
Euclides Cleomenis fratris in regno gerendo socius xxiii. 63.
Eudæmonis cognomentum viii. 18.
Eudæmo Cyprio morienti Aristoteles suum de animo dialogum misit xli. 37.
Eudamidas Agidis parens xxiii. 7.
Eudoxus Gnidius astrologus quãdo floruerit liii. 7.
Eudoxus machinamentorum artem inchoauit xiii. 27.
Euehon Lampsacenus Platonis discipulus liii. 24.
Euergetæ cognomentum viii. 18.
Eumenes Alexandri archigrammateus xxix. 1.
Eumenis de Neoptolemo victoria xxix. 16.&17
Eumenes Pergami rex à Prusia victus xv. 98.
Eumenes quo astu salutem sibi comparauerit xxix. 32.
Eumenes testamenta conscripsit,& codicillos conscidit xxix. 39.
Eunus belli seruilis author phthiriasi interiit xxvi. 89.
Eunomi parentis Lycurgi interitus iii. 4.
Εὐπάτεριδαι i. 34.
Euphranor machinamentorum artifex xlviii. 9.
Euphrantides uates xix. 25.
Euphratis fontes xxxvi. 71.
Euphratẽ Crassus ponte iunxit xxxiiii. 50.
Euphronius Antonij filiorum præceptor xlvi. 126.
Euripidis Capanei temperantia xiii. 7.
Euripides Platoni in peregrinatione quã disciplinæ capessendæ gratia suscepe-rat,comes liii. 19.
Euripides ciuilium morborum peritissimus xxvi. 8.
Euripidis carmine Athenienſium plures saluati xxxiii. 93.
Euripidis in Aegypto aduersa ualetudo liiii. 19.
Euripides tragœdus xiii. 61.
Eurytionidæ regalis apud Lacedæmonios familia xxv. 51.
Eurybiades imperat Athenienſibus ix. 14.
Eurybiades Salaminam deserere cogitat xix. 22.
Eurydice Demetrij uxor xlv. 32.
Eurylochus Thelesippæ scorti amore ægritudinem simulauit xxxvii. 92.
Eurymedon Aristoteli diem dixit lv. 11.
Eurymedon interfectus xxxiii. 78.
Euryptolemus Alcibiadis nepos vii. 93.
Euthydemus atque Menander à Syracusanis superati xxxiii. 64.
EXERCITVS instructus humano comparatur corpori xiii. 3.
Exilium leuatio inuidiæ ix. 43.

F

FAbæ albæ symbolum xi. 54.
Fabiorum familia initium ab Hercule traxit xii. 1.
Fabiorum nomen unde ibidem.
Fabij trecenti in Tyrrheno bello ceciderunt x. 32.
Fabius Ambustus legatus iiii. 32.
Fabius Ambustus contra ius gentium in Gallos irruit x. 28.
Fabij Tribuni militum non ritè creati x. 30.
Fabius Buteo Marci Iunij in Dictatura collega xii. 23.
Fabius Rullus à populo Romano Maximus appellatus xxxvi. 27.
Fabij Maximi nomina,mores,studia,eloquentia,eruditio,dicendíque genus xii 1. 2. & 41.
Fabius Maximus in filij laudem funebrẽ orationem habuit xii. 3.& 55.
Fabius Maximus Pauli Aemilij filiũ adoptauit xxi. 7.
Fabij Maximi cum Scipione æmulatio xx. 9.
Fabij Maximi de Annibale uictoria xii. 29.& 44.
Fabius Maximus Tarentum recipit xv. 76.
Fabius Maximus uenditis agris suis captiuos Romanos redemit xii. 19.
Fabij Maximi uotum xii. 9.
Fabij Maximi obitus & honor xii. 61.
Fabium Maximum Cato uitæ exemplũ sibi proposuit xx. 8.
Fabij Maximi filij Consulatus xii. 54.
Fabricij constantia in contemptu auri, & barritu elephanti xxvii. 42. & 43.
Facinora præclara cur laudari soleant lii. 2.
Falerij à Camillo obsidentur x.4. & 17.
Falisci à Romanis uicti x. 18.&19.
Fama quàm latè uel incerto authore spargatur xxi. 40.& 41.
Fames ingens xxvi, 34.
Fames ualidior stoſtis quàm exercitus xxxvi. 82.
Fanniæ Minturnenſis mulieris in Mariũ officium & humanitas xxviii. 80.
Faonius Catonis æmulus xl. 79.
Fasces laureati Põpeii & Luculli xxxvi. 64.
Fasti dies nefastíque Græcorum x.32. & 33.
Fatum ineuitabile xxv. 62.
Faunus dæmon iiii. 39.
Faustum quem Romani dicãt xxvi.84.
Faustus Faustáque Syllæ gemelli ibid.
Faustus Syllæ filius bonis dilapidatis ære alieno oppressus xliiii. 57.
Faustus Syllæ filius quòd de parentis tyrannide sibi placeret,à Cassio colaphizatus xlii. 16.
Faustulus Romuli alumnus ii. 6.
Faustulus tormentis interrogatur ii.14.
FEBRVARIVS iiii. 48.
Februata dies ii. 46.
Febris amasius Demetrii xlv. 46.
Felicitate præsente non superbiendum xxi. 44.
Feretrius Iupiter unde dicatur ii.33.& xiiii. 12.
Feretrio Ioui qui spolia obtulerint xiiii. 14.
Feroniæ luci templum à Pœnis direptũ xv. 70.
FIDEI templum iiii. 41.
Fidenates à Romulo uicti ii. 34.
Fidenas Romanorũ colonia facta ii.52.
Fimbria Mithridatem obsidet xxxii. 8.
Fimbria Flaccum obtruncauit xxvi.59.
Fimbria Lucullum sibi iungere nequicquam conatur xxxii. 9.
Fimbria mortem sibi consciuit xxvi.62.
Fimbriani milites relicto Lucullo Clodio adhærent xxxii. 100.
FLACCVS Munatius condemnatus xl. 84.
Flamen Quirinalis iiii. 17.
Flamines sacerdotes ibidem.
Flaminii imago & statura & ingenium xviii. 1.
Flaminius Philopœmenis æmulus xviii. 27.
Flaminius à sacris sibi tẽperauit xxvi.31.
Flaminius Censor xvi. 61.
Flaminio soricis auditus magisterium equitum deponendi causam præbuit xiiii. 8.
Flaminius contra auspicia uictoria potitur xiiii. 6.
Flaminius natura ferox contra senatus sententiam infeliciter pugnat xv.31.
Flaminii aduersus Catonem conspiratio xx. 47.
Flaminius Annibalem insidiis circunuenit xv. 100.
Flaminius Consul aduersus Macedonas fortitus est bellum xviii. 3.
Flaminii de Macedonibus uictoria xviii. 16.
Flaminij de Gallis uictoria xii. 4.
Flaminius seditiosas sedat ciuitates xx. 30.
Flaminius Græciæ seruator salutatus xviii. 22.
Flaminii interitus xii. 6. & xv. 33.
Flaminii cadauer diu ab Annibale quæsitum xii. 6.
Flaminii parma Delphis affixa xviii.26.
Flaminius in Gallum transfugam sæuit xviii. 38. &xx. 43.
Flaminii liberalis amor xviii. 38.
Flaminius senatorio loco motus xviii. 39.
Flauii Galli laus amplissima xlvi. 73.
Flora meretrix xxxvi. 3.
Florentia à Romanis condita lvi. 41.
Florentia à Carolo restituta ibid. 40.
Fulminum lustratio quibus modis fiat iiii. 40.
FODII olim Fabij appellati xii. 1.
Fœneratorum apud Asianos crudelitas xxxii. 20.
Fœnus quod in primis reprehensum xx. 55.
Fœcialium munus iiii. 31.& x. 29.
Fons Vestalium iiii. 33.
Fons ad Oxon amnem nihil ab oleo differens xxxvii. 123.
Fortitudo quid xxiii. 58.
Fortitudo generale uirtutis uocabulum viii. 3.
Fortitudo nulla quæ iustitia caret xxxv. 48.
Fortitudinis ad fortitudinem discidẽs cõparatio xxxix. 9.
Fortitudo sola uirtutum furentes impetus habet xxvii. 30.
Fortium uirorum uoces etiam in lusu dignum quiddã studio seruant xxxv.59.
Fortuna nullã magnã felicitatẽ molestiæ expertem euenire sinit xxviii. 45.

In vitas Plutarchi.

Fortuna prudentiæ iustitiæque comes sit oportet xli. 2.
Fortuna id unum hominibus nõ aufert, quod bene fuerit consultum l. 26.
Fortuna quod dedit, ut non dederit efficere non potest xxviii. 98.
Fortuna rerum dominatur xxiii. 97.
Fortunæ muliebris templum viii. 64.
Fortunæ mutatio xxi. 44.
Fortunæ qui se cõmittat,non sanæ mentis hominem esse xxviii. 97.
Forum Romanum ubi ii. 37.
FRANCORVM reges quondam titulo magis quàm potestate regia pollebant lvi. 1.
Francorum regnum quantum à Carolo Magno auctum lvi. 43.
Francorum magna cædes lvi. 23.
Frigore quibus causis animantia aliquãdo deficiunt xlii. 46.
Frugalitas quantum per se possit xx. 79.
Fucos ex equis generari xxiii. 121.
Fugacium ac timidorum militũ punitio xxxiiii. 29.
Fuluia natura ferox xlvi. 50.
Fuluia Antonii uxor non muliebres artes,sed magistratus docta xlvi. 17.
Fuluia Antonii ab Augusto Italia pulsa xlvi. 50.
Fuluia in Sicyone mortua ibidem.
Fuluia mulier Ciceroni Catilinæ detexit insidias xliiii. 31.
Fuluius Gracchi in diuidendis agris collega xxiiii. 49.
Fuluius Tribunus plebis Flaminio resistit xviii. 3.
Fuluius in Auentinum montem secedit xxiiii. 56.
Fuluii corpus in Tiberim proiectum ibidem. 61.
Fuluii prætoris exercitus in Apulia deletus xv. 64.
Fuluius dux Rom. ad Herdoneam occiditur xv. 73.
Fuluii Proconsulis legiones ad Herdoneam uictæ ibidem.
Funebris oratio prima vi. 17.
Furca viii. 42.
Furcifer ibidem.
Furta apud Lacedæmonios impunita iii. 41.

C

GAbinius Consul xxxvi. 101.
Gabinius Consul quibus argumentis Ciceroni persuaserit, ut Tribunitiæ potestati cederet xliiii. 65.
Gabinio Consuli Syria decreta xliiii. 61.
Gabiis Romulus & Remus literas didicerunt ii. 10.
Gadis Tyriorum colonia xvi. 27.
Gaditani se Scipioni dedunt ibidem.
Γαυλὸς i. 57.
Galata mons Phocidis xxxix. 85.
Galatæ æstus & sitis impatientissimi xxxiiii. 76.
Galatæ genus insatiabile pecuniis xxvii. 59.
Galatæ Macedoniæ regũ sepulchra spoliarunt ibidem.
Galbæ genus & affinitas xlix. 1.
Galba imperator salutatus xlix. 8.
Galbæ interitus ibidem. 48.
Galbæ pretoris cædes xxxviii. 98.
Galli ci belli seminaria xiiii. 4.
Galli uini suauitate capiuntur x. 24.
Gallorum transitus in Italiam x. 25.
Galli ab Ardeatis cæduntur x. 43.
Galli à Camillo fugati ii. 65.&x. 54.
Gallicum bellum quanto tempore post Punicum primum xiiii. 3.
Galli ægreferunt bellum Punicum diutius in suis agris geri xv. 29.
Galli Pœnorum transitum prohibent xv. 18.
Galli à Flamino uicti xii. 4.
Gallicum bellum xiiii. 4. xxxviii. 45.
Gallia citerior Gotthorum cladibus exanimata lvi. 14.
Gandaritarum regis copiæ aduersus Alexandrum xxxvii. 133.
Ganges fluuius ibidem.
Garumna fluuius lvi. 3.
Gaudamele oppidum quando cõditum, eiúsque nomen xxxvii. 69.
GEDROSIAE reges exercitum Alexandri recreant vii. 142.
Gegania Vestalis iiii. 26.
Gela oppidum xxii. 60.
Gela Aeschyli sepulchro nobilis xxxi. 21.
Gelæ populus xxxvi. 77.
Gelanor Argiuorum rex expulsus xxvii. 73.
Gelon Carthaginienſes uicit xxii. 42.
Gellius & Lentulus Censores xxxvi. 44.
Gellio prætore Spartacium exortum est bellum xl. 12.
Gelon Siculus à Dionysio scommate lacessitus xli. 9.
Gelo tyrãnus frumentũ Romanis mittit viii. 26.
Generoso homini quid conueniat xxx. 43.
Geneseos initium in Platonis libris deprehenditur liiii. 55.
Genius Cæsaris,omnes percussores illius ultus xxxviii. 133.
Gentius Illyricus falsa pecuniarum spe à Perseo deceptus xxi. 19.
Genuæ mons xv. 22.
Genutium Trib.pleb. Falisci iurgio incesserunt xxiiii. 39.
Geometria à philosophia neglecta in militaribus numerata est artibus xiiii.28.
Γεωργοὶ,tribus Athenienſis v. 48.
Gepidæ à Longobardis superati lvi. 13.
Geradæ dictum iii. 37.
Γέρανος chori genus apud Delios j. 30.
Germanus locus j. 6.
Germani ante nouiluniũ cum hoste non confligebant xxxviii. 40.
Germani Rhenum ad agros Gallorũ occupandos transgressi ibidem. 45.
Germani à Cæsare uicti, & in fugam acti ibidem.
Germaniam ad bellum concitat Antonius xxi. 40.
Gessatæ xiiii. 4.
GISCO quidam ab Annibale ridetur xii. 35.
Giſconis sententia de renouando aduersus Romanos bello xv. 37.
GLADIATORVM seditio xxxiiii. 21.
Gladium Cæsaris in templo suspensum tanquam spolium Aruerni commonstrant xxxviii. 53.
Gladios militum suorum obsignat Pompeius xxxvi. 20.
Glandiphagi populi viij. 4.
Glaucus medicus xxxvii. 152.
Glaucus ex Corinthiis genus duxit xli.1.
Glereno oppido Annibal potitus xv. 40.
Gloriæ contemptus qualis sit existimandus vii. 28.
Gloriæ tumplum xiiii. 58.
Gloriari iunioribus conceditur xxiii. 2.
GN. Fuluius proconsul in Apulia cum undecim tribunis militum cæsus xiiii. 50.
Gnossum Cretæ urbem Theseus inuasit i. 26.
GONGILI Corinthij interitus xxxiii. 62.
Gonatas Antigonus xxi. 11.
Gordium Midæ regio ab Alexandro capitur xxxvii. 36.
Gordyenorum erga Lucullum studium xxxii. 86.
Gorgias Bœotiæ præfectus xiii. 28.
Gorgiæ Rhetoris consuetudinẽ filio Cicero interdixit xliiii. 50.
Gorgoleon Spartanorum dux aduersus Thebanos xiii. 34.
Gorgonis coniugis Leonidæ dictum iii. 31.
Gorpia mensis Septembris j. 28.
Gortyniorum causa Philopœmen bellũ gerit xvii. 27.
GRACCHVS parens plus dignitatis ex uirtutibus quàm magistratibus habuit xxiiij. 1.
Gracchi in ferendis sententiis cõsuetudo xxiiii. 43.
Gracchi publica opera & ædificia ibid.
Gracchus ad Carthaginem restaurandam proficiscitur xxiiii. 48.
Gracchus sibi mortem consciscere uolẽs ab amicis impeditur xxiiii. 59.
Gracchi corpus in Tiberim coniectum xxiiii. 61.
Gracchus quibus consultoribus legem agrariam aggressus xxiiii. 11.
Gracchum quid ad legem agrariam ferendam compulerit xxiiij. 15.
Gracchorum dictio xxiiii. 3.
Gracchus cum Scipionibus in gratiam redit xvi. 63.
Gracchus in tyrannidis suspicionem uenit xxiiii. 30.
Gracchorum mores xxiiii. 3.
Gracchi natura dissimiles ibidem.
Gracchi doctrina magis quã natura præualuerunt xxiiii. 2.
Græcia qualem aeris temperiem habeat xxxvii. 114.
Græciæ compedes xviii. 21.
Græciæ confœderati populi contra Philippum xliii. 28.
Græcia Euagoræ opera liberata lii. 24.
Græcorum in Persas expeditio xxxvii. 26.
Græci quando primùm sub Carthaginiensibus meruerint xxii. 53.
Græcorum famosissima pax xlvii. 44.
Græcorum propria uirtus bella componere xxxiiii. 106.

Index in vitas Plutarchi.

Græcarum ciuitatum mortuo Philippo fœdus xliii. 37.
Græcorum lingua Latinę olim plurimũ mista xiiii. 15.
Granicus fluuius xxxii. 31.
Gratiã gloriæ iungere arduum viij. 75.
Gratis emori Athenis nõ licebat xxxix. 92.
GVBERNATORIA festa i. 23.
GYARTES Syracusanus ager fertilis xli. 66.
Gylippi de Atheniẽsibus uictoria xi. 46.
Gylippus Syracusanis auxiliatur xxxiii. 57.
Gylippi seueritas & cupiditatis opinio xxxiii. 91. Auaritia xxii. 70.
Gylippi Lacedæmonij furtum xxv. 32.
Gymnica certamina in honorẽ Androgei i. 19.
Gymnosophistis ab Alexandro quæstiones factæ xxxvii. 137.
Gymnopedia festum xxxv. 60.
Gynæcia dea xxxviii. 17.
Gyriscei Castulonensibus conspirantibus auxiliantur xxx. 4.
Gyroscenorũ urbs à Sertorio capta ib. 5.
Gythij obsidio xvii. 31.

H

HAcademia Athenarum suburbium liiii. 20.
Hadrianus fortiter contra Mithridatem rem gessit xxxii. 44.
Hadrianus pontifex à Longobardorum rege pressus lvi. 6.
Haliartia pugna quanto tẽpore post Deliacam xxv. 63.
Haliartos Thebani à Lysandro defendũt xxv. 60.
Halicarnassus ab Alexandro capitur xxxvii. 34.
Halicarnassum Demetrius ex Ptolemæi manibus eripit xlv. 17.
Halis Timonis epitaphium extat xlvi. 123.
Hamilcar rei militaris peritissimus xv. 1.
Hamilcaris obitus ibidem. 2.
Hamilcaris opera patria seruata ibid.
Hanno Barchinæ factioni resistit xv. 10.
Hanno Bomilcaris filius Rhodanũ trãsmittit xv. 18.
Hanno Romanis obuiam fit xvi. 38.
Hanno toga magis quàm armis clarus xv. 10.
Hanno capitur xvi. 16.
Hanno occiditur xvi. 39.
Harmonia omnia constare xxxv. 8.
Harpalus Pythonicam scortum deperit xxxix. 56.
Harpalo Babyloniæ urbis colendæ cura mandata xxxvii. 80.
Harpalus Alexandrum fugiens Athenas peruenit xxxix. 54.
Harpali mores ibidem.
Hasdrubal Hamilcaris gener Carthaginiensium dux xv. 2.
Hasdrubal Hispaniæ præficitur xv. 14.
HECALE pro Thesei reditu se uouet i. 18. Atque ibidem Hecalus Iupiter, & Hecalesium sacrificium.
Ἑκατομβαιὼν mensis x. 33.
Ἑκατόμβοια i. 37.
Hecatompedon regio xlj. 78.
Hecatompedon Atheniẽsium templum xx. 13.
Hecatæus rempublicã iniquo dominatu occupauit xxix. 7.
Ἐκπρόεδροι v. 25.
Hector Troezeniorum urbem diripuit i. 53.
Hector ab Achille interemptus lj. 10.
Hecubæ pericula ii. 75.
Hedera quib⁹ in locis nasci soleat xxxix. 80.
Hegesiæ Magnesij in natalem Alexãdri uociferatio xxxvii. 5.
Hegestratus quando Athenis regnauerit v. 70.
Helenam non à Theseo raptam, opiniones i. 47.
Helena Alexandrum sequitur lj. 8.
Helenæ raptus Atticam bello refersit j. 44.
Helena Troiani belli causa xlvi. 10.
Helicon mons xxv. 63.
Helicon Cyzicenus apud Dionysium iuniorem in pretio habitus xlj. 31.
Helis Arcadiæ locus liiii. 35.
Helius Cimonis filius xxxi. 34.
Helotæ quales homines xlv. 3.
Helotæ à Spartiatis in seruitutẽ acti iij. 3.
Helpinicæ Gimonis sororis monumentum xxxj. 8.
Helpinica Polygnoto pictori obscuta ibidem. 9.
Heluetios uictos Cæsar suas ciuitates rursus incolere iussit xxxviii. 38.
Heluetiorum oppida uicique à Cæsare concremati ibidem.
Hephæstionis morte quàm consteruatus fuerit Alexander xiij. 73.
Hephæstion moritur xxxvii. 152.
Heptaclialcum locus Athenis xxvj. 35.
Heracleum ix. 28.
Heracleam Demetrius in deditionẽ accepit xlv. 55.
Heraclidarum nomen xxviij. 2.
Heraclidæ quando uixerint iii. 2.
Heraclides Ponticus quando obierit x. 39.
Heraclides Syracusius quis qualísue fuerit xlj. 58.
Heraclides clandestinas cum Dionysio agit pactiones xlj. 84.
Heraclidis interitus ibid. 92.
Heraclitum Ephesium Plato sequutus liiij. 17. & 21.
Herciniorum terra xxviii. 21.
Hercules à Pylio adoptatus j. 52.
Hercules rudis ac minimè lautus xiiij. 43.
Hercules cum suo sacerdote aleis ludit ii. 8.
Hercules quando Theseo primùm uisus i. 47.
Hercules Theseo semper in ore j. 9.
Hercules Thesei affinis ibidem.
Hercules Thesea è carcere liberat j. 54.
Hercules Proserpinæ auxilio Cerberum rapuit xxxiii. 2.
Hercules Syriorum res pace firmat i. 8.
Hercules iniurias ulciscẽs uniuersum orbem peragrauit xxxiii. 80.
Hercules uirtute immortalitatem assequutus xiii. 33.
Hercules pellem leonis indutus ibid.
Hercules clauo & pelle leonina ab Omphale exutus xlvi. 153.
Hercules apud Omphalen seruitutẽ seruit j. 8.
Herculea templa j. 54.
Herculis simulachrum à Tarento in Capitolium translatum xii. 53.
Herculis sacra i. 32.
Herculis Fabiorũ familiæ author xii. 1.
Herculis columnæ xv. 15.
Herdonea clades xv. 73.
Herennij Mariorum patroni semper extiterunt xxviii. 8.
Herennius atque Perpenna apud Valentiam fusi xxxvi. 36.
Heræo potitus Aratus xlviii. 43.
Heræum Agesilaus cepit xxxv. 44.
Hermæi Mithridatis sacerdotis interitus xxxii. 45.
Hermandica urbs ab Annibale capitur xv. 6.
Hermia Atarnei tyrannus Aristotelẽ fouet lv. 3.
Hermione dea Thebanorũ tutelare numẽ xiii. 39.
Hermionei in Achæos concesserunt xlviij. 64.
Hermippus Comicus Aspasiã lenocinij accusauit xi. 65.
Hermocratis dictum xxxiii. 91.
Hermocrates Rhodius Artoxerxis nomine Græcos principes corrumpit xlvii. 42.
Hermocratis Syracusani filia, Dionysij uxor, sibi mortem conscíuit xlj. 4.
Hermogenes Platonis doctor liiij. 17.
Hermolai aduersus Alexandrum coniuratio lv. 10.
Herodes Iudææ rex Antonio contra Augustum auxiliatur xlvj. 105.
Herodes ab Antonio ad Cæsarem defecit xlvj. 126.
Herodotus historicus Platonis seculo floruit liiij. 7.
Herodoti fabula iiij. 8.
Hero Callisthenis mater, Aristotelis consobrina xxxvii. 120.
Herfilia Romuli uxor ii. 28. & 73.
Herfilia Hostilio nupsit ibid. 29. & 38.
Heruli Italiam inuasere lvj. 13.
Hesa fluuius lvj. 20.
Hesiodi parentes li. 1
Hesiodo demortuo Musæ honorem exhibuerunt iiii. 10.
Hestienses Athenarũ colonia xi. 47.
Hestieus Perinthius Platonis discipulus liiii. 24.
Hesychias Palladis sacerdos xxxiii. 40.
Hesychias Latinis quies ibid.
Hetrurij Tarquinium reducere nituntur vi. 15.
Hetruriæ ciuitatũ defectio sedatur xiiij. 58.
Hetrusci Sardianorum coloni ii. 56.
Hetrusci Romana instituunt sacra ii. 20.
Hiarbas rex captus xxxvi. 23.
Hicetes perfidiæ dignas luit pœnas xli. 100.
Hiempsal Hiarbæ in regno succesit xxxvi. 23.
Hierapolis, antea Borbyce dicta xlvj. 63
Hierapoleos thesaurus à Crasso ad statueram numeratus xxxiiii. 52.
Hieron Syracusanorum rex Romanorũ socius xiiii. 16.
Hieron Niciæ æqualis xxxiii. 13.
Hieron Thuriorum ciuitatem ædificauit ibidem.
Hieron Archimedem à cogitationibus ad corporea traduxit xiiii. 27.
Hieron quanto studio Archimedẽ amauerit xiiii. 28.
Hieronymus historicus Demetrij in Bœotia præfectus xlv. 106.
Hieronis tyranni mortem tumultus sequutus est xiiii. 23.
Hieros olym a liberatur à Carolo Magno lvi. 42.
Hildegardis Caroli Magni uxor lvi. 51.
Himeræi Demetrij Phalerei fratris interitus xliii. 47.
Ἱπποδρ. τελοῦντες v. 35.
Hipparchus Colargeus primus Ostraco damnatus xxxiii. 36.
Hipparinus nobilis Syracusanus Dionis parens, Dionysij socer & collega xlj. 4.
Hippiæ nuptiæ xlvi. 15.
Ἱππικὸν v. 49.
Hippo Lucaniæ ciuitas xliiii. 67.
Hippo tyrannus capitur xxii. 59.
Hippobotæ ex Chalcidensibus exacti xj. 47.
Hippocrates à Persarum rege accitus xx. 60.
Hippocrates Syracusanorum dux fœdera uiolat xiiii. 25.
Hippocrates Syracusas capit xiiii. 26.
Hippocrates mathematicus mercaturã exercuit v. 4.
Hippocrates Cous Medicus quando floruerit liiii. 7.
Hippolytam Amazonẽ Theseus sibi iũxit j. 42.
Hippolytus Thesei ex Antiopa filius j. 43.
Hippolytus casti Pitthei disciplina dictus j. 4.
Hippolyti Sicyonij fabula iiii. 9.
Hippomachus Aliptes literarum doctor xli. 2.
Hippomedon Agesilai filius bellicis operibus insignis xxiii. 12.
Hippomedon patrem Agesilaum pericitantem seruat xxiii. 30.
Hipponicus ab Alcibiade pugno percussus vii. 18.
Hircij & Pansæ Consulatus xxi. 61.
Hircius & Pansa Coss interierunt xlvi. 27.
Hispania in prouinciæ formam redacta xvi. 17.
Hispaniam latrociniis purgauit Marius xxviii. 9.
Hispania in Frãcorum potestatem quomodo uenerit lvi. 21.
Ἱστίον ii. 9.
Historia ueritatem cõsequi laboriosum xi. 33.
Historiam scribentes celebribus urbibus opus habent xliii. 2.
HOLOTHRONVS fluuius xii. 14.
Ὁπλῖται tribus v. 48.
Ὁμωγεῖν li. 3.
Homeri qui dicantur ibidem.
Homerigenus ibid. Patria li. 1.
Homerus quo tempore floruerit iii. 2.
Homericum carmen quale iii. 8.
Homerus architectus sapientissimus xxxvii. 57.
Homeri opera li. 7.
Homerus non semper probabilia secutus li. 14.
Homerum quanti Alexander fecerit xxxvii. 57.
Homeri obitus & epitaphium li. 6.
Homicidium omne Romulo parricidiũ ii. 49.
Homines omnes sub Dei imperio xxxvii. 61.
Honoris seu gloriæ templum xiiii. 58.
Honorũ cupiditas inuidiã parit xx. 81.
Honoris studium uitandum xxvi. 8.
Horatius Consul vi. 24.
Horatij Coclidis memorabile facinus vi. 32.
Horatius Iouis templũ consecrat vi. 27.
Horologium Dionysij xli. 51.
Hortensij eloquentia liii. 6.
Hortensius quibus argumentis Martiã à Catone petierit xl. 4.
Hortensius Murænam accusat xliii. 73.
Hortensius ad fratris monumentum iugulatus xlii. 50.
Horti Luculliani xxxii. 113.
Hostiam Marius per proditionem occupauit xxviii. 87.
Hostiẽsis in littore Cæsar stationes struere uersabat xxxviii. 111.
Hostilius Romanorum dux cadit ii. 38.
HVMANDI modus apud Lacedæmonios iij. 60.
Humanitatis certissima argumenta liii. 21.
Humanæ fragilitatis in prosperis rebus obliuio est xvi. 50.
Humanæ uictimæ deo ingratæ xiii. 44.
Hunni qui, & ubi gentiũ fuerint lvi. 30.
Hunuldus Aquitaniam ad defectionem compulit lvi. 4.
Hunuldus à Carolo Magno uictus ib.
HYACINTHVS ab Apolline adamatus iiii. 9.
Hyacinthiorum celebritas xix. 30.
Hydrophoræ puellæ simulachrũ ix. 59.
Hygiæ Palladis signum xi. 32.
Hymenæus uox nuptialis ii. 29.
Hypareta Alcibiadis uxor, eiúsque repudium vii. 19. & 20.
Hyperbolus ex impudẽtia potens factus xxxiii. 34.
Hyperbolus Perithœdes vii. 27.
Hyperboli exilium ibidem. 28.
Hyperides è curia sibi gloriam quæsiuit xxxix. 18.
Hyperides non utrum acerbus, sed utrũ ab re acerbus sit, iudicari uoluit xxxix. 27.
Hyperides capitis metu ex Athenis cessit xxxix. 65.
Hyperidis oratoris interitus xxxix. 73.
Ὑπογάπις viii. 42.
Hypostades Platonis discipulus liiii. 24.
Hypsicratia Mithridatis pellex xxxvi. 70.
Hyrcaniam Alexander subegit xxxvii. 96.
Hyrcanum mare cur dulcius ibidem.
Hyrodes græcarum literarum peritus xxxiiii. 100.
Hyrodes à filio suffocatus ibid. 101.

I

IAcchus, id est, Liber pater xxxix. 70.
Iactantia comes bene gestarum rerũ xx. 35.
Ialysi figura à Protogene picta. xlv. 53.
Iampsa Nomadum rex xxviij. 83.
Ianus quare bifrons fingatur iiii. 49.
Ianiculum montem occupat Marius xxviii. 88.
Ianitemplum iiii. 49.
Ianitemplum quando clausum ibid.
Ianuarius ibidem.
Ianuarius nunc in Nouembrem, nunc in Iunium ab Atheniensibus Demetrij causa mutatus xlv. 63.
Iapygiam Bottiæi tenuerunt i. 20.
Iason Trallien sis fabularũ actor xxxiiii. 100.
Iasoni duci soli cõcessum triremi maiori nauigare ad latrocinia arcenda j. 25.
IBERORVM gens xiiii. 4.
Iberorum mos, duci sese deuouere xxx. 25.
Iberiæ maxima pars post Sertorii cædem Pompeio Metellóque se dedidit xxx. 48.
ICETES à Carthaginiensibus deficit xxii. 42.
Icetes Leontinorũ princeps à Syracusanis dux in bello eligitur. xxii. 2. Idem uiuus in bello capitur & morte multatur xxii. 57.
Ictinus Parthenona ædificare cœpit xi. 30.
Ictus gladii mirus xxvii. 54.
IDAEI dactyli iiii. 40.
Idas Helenæ raptor i. 48.
Idus Romanorum xlii. 24.
Ieiunium mulierum in sacris Cereris xliii. 51.
IERAE populi xxii. 53.
IGNAVIA etiam fortunata uituperabilis xxi. 44.
Ignauia & mollities unde nascantur xlvii. 52.
Ignis nobilitas & uirtus x. 36.
Ignis ex Sole incendendi ratio iiii. 25.
Ignis à Romulo consecratus ii. 48.
Ignis perpetuus à Numa institutus x. 36.
Ignis perpetuus etiam apud Græcos iiii. 24.
ILIAEA Athenien sium tribunal xxxix. 39.
Ilia, quæ eadem Rhea & Syluia ii. 5.
Iliadem Homeri Alexander Magnus sub puluino habere solitus xxxvii. 15.
Ilicius locus iiii. 41.
Iliturgium in Romanorum ditionẽ redactum xvi. 19.
Ilium à Thargalione captum x. 33.
Illyrii à Parmenione profligati xxxvii. 5.
Illyrii ubi xxiij. 97.
Illyrios sibi iungere tentat Perseus xxi. 14.
IMAGINATIO similem sensibus apparentiam inducit viii. 66.
Imaginatio ceræ similis xlii. 67.
Imera fluuius xxii. 42.
Imperio ad bene uiuẽdum minimè opus xxxv. 69.
Imperator capiti similis xiii. 3.
Imperatores quibus potissimùm nominibus militibus esse possint admirationi xxviii. 11.

Index

Imperatorum nomẽ apud Romanos obliteratum lvi. 36.
Imperatores Romanorum bini quando cœperint lvi. 39.
Imperiorum amplorũ moleſtiæ xvi. 60.
Impoſsibilia nobis deus efficere poteſt viii. 54.
Imperio ad bene uiuẽdum minimè opus eſt xxxv. 69.
INDI ſepulchrum xxxvii. 147.
Indibilis Hiſpaniæ regnum affectat xvi. 21. uictus à Scipione ſupplex pacem petit ibidem. 26.
Induciarum uiolatio xxxvii. 127.
Infantes quo pacto uenuſti in partu reddantur iii. 37.
Ingenia præclara, uitia iuxtà ac uirtutes producere ſolent xlv. 4.
Iniurias prouocare ex imbecillitate natum eſt xli. 82.
Inopes & egeni in rebus turbulentis metuendi xxxviii. 16.
Inſecabile, Ciceronianum xliiii. 82.
Inſtitutæ uitæ humanæ mutatio omnis periculoſa iiii. 12.
Inſubres Geſſatis aſſociati iiii. 9.
Inſulæ beatæ xxx. 13.
Inſula Tiberina vi. 14.
Inſula, Siciliæ arx xxii. 14.
Interregnum iiii. 5.
Inuidia, iuſtitiæ comes xl. 77.
Inuidiam in Reip. adminiſtratione formidare non decet xxxiiii. 106.
IO inſula li. 2.
Iolaus cum Hercule certamina communicauit. xiii. 37.
Iolai in ſepulchro amatores fidem dabãt xiii. 37.
Iollas Antipatri filius Alexandri pincerna xxxvii. 156.
Iollæ cineres diſsipati ibidem.
Ionum luxus vii. 62.
Ioniæ defectio vii. 66.
Iophon Piſiſtrati tyranni filius xx. 63.
Iopa Theſei uxor i. 44.
Ioxides Cariæ coloni, eorúmque religio i. 11.
Ioxus Menalippi filius ibidem.
IPHIGENIAE in Aulide mactatio xiii. 43.
Iphitus ab Hercule interfectus i. 8.
IRACVNDI quare ſtrenui iudicentur viii. 36.
Irenes qui iii. 40,
ISAEVS Demoſthenis præceptor xliii. 8.
Iſauricus pontificatum ambit xxxviii. 12.
Iſidæ Lacedæmonij egregium facinus xxxv. 72.
Iſidis templum Peluſii xlvi. 129.
Iſmenias optimus tibicen xi. 3.
Iſmenias Thebanus Perſarũm regẽ adoravit xlvii. 46.
Iſmenus fluuius xlv. 126.
Iſocrates quanto pretio docuerit xliii. 9.
Iſocratis ſchola male à Catone audit xx. 59.
Iſomantus fluuius xxvi. 63.
Iſſorium Cereris templum xxxv. 66.
Iſthmus Corinthiacus xxxiiii. 30. & xxxviii. 111.
Iſthmum Corinthiacum Cæſar confodere aggreſſus xxxviii. 111.
Iſthmia Neptuno celebrantur i. 37.
Iſthmiorum ludi xxii. 45.
Iſtri fontes xv. 17.
ITALIAE gentes cõtra Romanos inſurgunt xxviii. 66.
Italiam qui barbarorum populi inuaſerint lvi. 13.
Italis nefas ſignum deſerere xxi. 32.
Ithnæ ciuitas xxxiiii. 77.
Ithomanta locus munitiſsimus xlviii. 91.
Ithome Thebanorum colonia xiii. 49.
ἰὼὼ conſternationis uox i. 31.
Iuba rex humaniſsimus xlvi. 148.
Iuba rex tumẽtis ſuperbiæ homo xl. 97.
Iuba Iubæ filius defunctus xxxviii. 104.
Iucundum quid Homero xxxix. 4.
Iudæis cum ſue nihil commune xliiii. 14.
Iudæa balſamum producit xlvi. 61.
Iudicis officium lii. 18. & 19.
Iudices ex equeſtri ordine lecti trecenti xxiiii. 42.
Iugurthinum bellum xxvi. 1.
Iugurtha à Sylla captus ibidem.
Iugurtha aureus à Boccho in Capitolio poſitus xxviii. 66.
Iulia Marii uxor xxviii. 9.
Iulia Cæſaris filia, Pompeii uxor xxxvi. 100.
Iuliæ mirus in Pompeium amor xxxvi. 112.
Iuliæ Antonii matris in fratrem pietas xlvi. 31.
Iulida Ceus inſulæ pars xliii. 1.
Iulius menſis iiii. 48.
Iulius Vindex Galliæ prætor in Neronẽ inſurgit xlix. 6.
Iulij Calidij poetæ proſcriptio liii. 17.
Iunia familia ab Attico literis celebrata liii. 23.
Iunia Bruti ſoror Caſsij uxor xlii. 12.
Iunius Titus ob ſtuprũ à Caligula in carcerem coniectus xlix. 19.
Iuno Citharonia xix. 50.
Iunonis Laciniæ templum xv. 84.
Iunonia Carthago xxiiii. 50.
Iupiter Hammonius à Cimone cõſultus nihil reſpondet xxxi. 48.
Iouis Capitolini templum vi. 26.
Iouis Feretrii templũ collapſum liii. 26.
Iouis Seruatoris feſtum xliii. 47.
Iouis Statoris templum xliiii. 32.
Iouis Olympij templum xxxiii. 45.
Ioui Pugnaci Epirotarũ reges ſacrificabant xxvii. 8.
Iuſiurandum Romanorum iiii. 41.
Iuſiurandum quod per imperatores Romanos fieri ſolebat xlix. 37.
Iuſiurandum magnũ quod fuerit xli. 96.
Iuſtitiæ opus regis proprium xlv. 116.
Iuſtitia mendicitatis parens xx. 75.
Iuuenes quàm ſenes cur facilius credant xl. 2.
IXIONIS fabula xxiii. 1.

K

Kalendæ Athenienſium v. 53.
Kalendæ Romanorum cum Græcis nihil conueniunt ii. 22.
Κάπροι xv. 51.
Κυδώνιον fluuius iii. 13.
Κύφωσις v. 52.

L

Labeo relicto Cæſare ad Pompeiũ defecit xxxvi. 135.
Labienus Parthorum dux Aſiam, Syriã, Lydiam & Ioniam occupauit xlvi. 50.
Labienus à Cæſare ad Pompeium deficit xxxviii. 69. Occiſus xlvi. 56.
Labor mollitiei contrarius xlv. 47.
Laborem qui detrectent, laborãtibus inuiſos eſſe xxviii. 11.
Laboris ſolatium, collaborantem nõ inuitum habere ibidem.
Labyrinthus Creticus i. 19.
Lac quomodo in uberibus generetur, reſoluatúrque xxi. 22.
Λακκόπλευτι xix. 15.
Lacedæmoniorum animi magnitudo xix. 65.
Laconica frugalitas xxiii. 66. & 67.
Lacedæmoniorum aſpera uiuendi diſciplina xiii. 2. & xxv. 3.
Laconica oratio qualis iii. 45.
Lacedæmoniorũ reſpub. à Lycurgo inſtituta iii. 12.
Lacedæmonij ſcriptis legibus non ſunt uſi iii. 27.
Lacedæmonii aurum legibus expulerũt xxv. 32.
Lacedæmonii furta impunita habent iii. 41.
Lacedæmoniorum agri in commune diuiſi iii. 16. Conuiuia ibidem. 25.
Lacedæmoniorum nuptiæ iii. 32.
Lacedæmoniorum uxores amicis communes iii. 35. & iiii. 62.
Lacedæmoniorum uirgines nudo femore incedebant iiii. 64.
Lacedæmoniorum cum Bœotiis fœdus vii. 31. Tondendi mos vii. 67.
Laconica diſciplina militaris xxxv. 62.
Lacedæmoniorum enſes breues iii. 45.
Lacedæmoniorum ſacra bellica iii. 51.
Lacedæmoniorum reges duo iii. 12.
Lacedæmoniorum ſenatus primus iii. 11.
Lacedæmoniorum cum Athenienſibus annuæ induciæ xxxiii. 26.
Lacedæmonii inter Athenienſes & Megarenſes arbitri v. 18.
Lacedæmonii ab Academia ſibi tẽperarunt i. 50.
Lacedæmonii Tanagricum agrum inuadunt xi. 20.
Lacedæmonii à Pelopida uicti xiii. 34. & 46.
Lacedæmoniorum ciuitas ſuperbia concidit xxiii. 6.
Lacedæmonius Cimonis filius xxxi. 39.
Lacerandi hominis mira crudelitas xxxvii. 96.
Lachares ab Antonio Iatrocinii damnatus xlvi. 116.
Lachares tyrannus Athenienſium factus xlv. 83.
Lachites ſeſe in ſenatu interficit xxxiii. 14.
Lacritus rheror xliii. 48.
Lælius unam tantùm cognouit uxorem xl. 12.
Lælius cur ſapiens uocitatus xxiiii. 11.
Læna, quæ olim & chlæna, ueſtis regia iiii. 18. Eadem uirtutis argumentum xxxv. 7.
Lagobritarum urbs xxx. 22.
Lais Corinthia vii. 112.
Lais meretrix paruulæ adhuc captiua ducitur xxxiii. 48.
Lamachus Athenienſium dux audaculus vii. 46. & 58.

In vitas Plutarchi.

Lamachus in Siciliam dux xxxiii. 38.
Lamachus ſingulari certamine cedidit xxxiii. 55.
Lamia mulier tibiarum cantu nobilis xlv. 37.
Lamiæ meretricis turpitudo xlv. 65.
Lamiacenſium pugna xlv. 24.
Lampo uates xi. 11.
Lamprias Plutarchi auus xlvi. 45.
Lampſacus Themiſtocli à Xerxe donatur ix. 58.
Lampſacena clades xxv. 16.
Lamyrus quare dictus Ptolemæus viii. 18.
Lanaſſa Neoptolemi coniunx Cleodis filia xxvii. 1.
Lancea quos antiquitas donare conſueuerit ii. 64.
Lanificium mulierum Romanarũ opus ii. 30. & 42.
Laphiſt. Timoleoni diem dicit xxii. 64.
Lapithis cõtra Cẽtauros Theſeus ſocius fuit j. 44.
Lar. iiii. 29.
Largitiones quando Romæ cœperint viii. 23.
Largitio omnis facilè honeſtatis uelamẽ inuenire poteſt xl. 24.
Lariſſa ſe Pelopidæ dedit xiii. 53.
Lariſſa ab Ageſilao capitur xxxv. 32.
Larymnam Sylla deleuit xxvi. 64.
Laſchenia Mantinea Platonis diſcipula liiij. 24.
Latina vocabula olim græcis confuſa ij. 30.
Latini Græcis olim nominibus plurimũ uſi xiiii. 15.
Latinæ feriæ xi. 82.
Latinum in exercitu flagellis cædi nefas xxiiii. 47.
Latinorum priſcorũ cum Romulo amicitia ii. 51.
Latinum bellum x. 60. & 61.
Latini Romanorum auxiliũ fruſtra implorant viii. 48.
Lauinium oppidum ibidem. 49.
Laureolici agri argentifodinæ xxxiiii. 10.
Laurentia celebritas ii. 7.
Laurentia Romuli nutrix ibidem.
Laurentia ſecunda cur à Romanis colatur ii. 7.
Lauronem Sertorius cepit xxxvi. 35.
LEBADIA à Lyſandro direpta xxv. 58.
Lecus fluuius lvi. 28.
Legati Athenienſiũ, qui ſacri habiti ſint xlv. 26.
Legati Romanorum ad Annibalem pro Saguntinis xv. 9.
Legatio Romanorũ nec manus, nec pedes, nec caput habens xx. 21.
Legio Romana ii. 24. & 42.
Legumina antiquitus Athenis in cõmuni gaudio coquebantur i. 31.
Λεπτυγρεῖ ii. 57.
Λήϊτος ibidem.
Leleges populi xxxvi. 76.
Lemannus lacus xv. 17.
Lemannorum fines lvi. 28.
Lemnus inſula xxxii. 31.
Lentes apud Romanos funeſtæ xxxiiii. 58.
Lentuli Conſulatus xxxvi. 127.
Lentulus ad liberandos Bargyliatas miſſus xviii. 25.
Lentulus Surra ob mollitiẽ è Senatu eiectus xliii. 43.
Lentulus Surra iudicium corrupit xliii. 34.
Lentulus Surra in carcere ſtrangulatus ibidem. 44.
Lentulus Bartiatus gladiatorum familiã Capuæ nutrit xxxiiii. 22.
Lentulus Spinther occiſus xxxviii. 129.
Leochares Alexandri uenationem effinxit xxxvii. 90.
Leo Byzantius à ciuibus, quàm cum ciuibus interfici maluit xxxiii. 73.
Leo in rep. non alendus: aut ſi alatur, eius libidini deinde ſeruiendum vii. 40.
Leo ab aſello calcibus exanimatus xxxvii. 155.
Leones à Põpeio quingenti cæſi xxxvi. 111.
Leonis caput, oppidum ix. 58.
Leonina pellis quò non pertingit, uulpina aſſuenda xxv. 13.
Leonati interitus xxxix. 64.
Leonidæ genealogia xxiii. 7.
Leonidæ regis dictum iii. 46.
Leonidas pro uniuerſa Græcia ſe deuouet xiii. 43.
Leonidas duos ex peregrina filios contra legem ſuſtulit xxiii. 23.
Leontidas tyrannus interfectus xiii 24.
Leontis tribus Athenienſis xix. 14.
Leontinorum urbem oppugnat Hippocrates Syracuſanus xiiii. 25.
Leophoron uia ix. 59.
Leoſthenis orationes cupreſſo ſimiles xxxix. 58. Mors ibidem. 60.
Leotychida Agidis filius tanquam non legitimus inſimulatur vii. 65.
Lepida Catonis minoris uxor xl. 11.
Lepidus ab Auguſto exauthoratus xlvi. 95.
Lepidus ex mœrore interiit xxxvi. 33.
Lepidus Syllanæ factionis caput xxxvi. 31.
Leporis carnes ægrotis ob facilitatẽ cõferunt xx. 60.
Leptim Annibal tenet xv. 84.
Leptinis uxor à Dionyſio in compeditibus contenta xlj. 18.
Leptinus ſe Timoleoni dedit xxij. 42.
Lesbiorum defectio vii. 65.
Leſche locus iii. 37. & 57.
Letramya uicta x. 33.
Leucanidis palus modò dulcis modò ſalſa xxxiiij. 31.
Leucas communis Corinthiorũ ac Cercyræorum colonia ix. 45.
Leucotheæ ſacra x. 8.
Leuctra Cleomenes occupat xxiii. 52.
Leuctrum oppidum xiii. 42. & locus ibi.
Leuctridum monumenta xiij. 41.
Leuctrica pugna xxxv. 59.
Leucus fluuius cæſorum ſanguine completus xxi. 34.
Lex omnium rex xlv. 116.
Leges populi xxxvi. 76.
Leges naturæ corrigi non poſſe v. 41.
Legum armorúmque tempus non idem xxxviij. 71.
Leges aranearum telis ſimiles v. 9.
LIBER pater & bello uti, & ex bello pacem conficere optimè nouerat xlv. 7.
Liber pater Athenis in Eleuſinam certo feſto mittebatur xxxix. 70.
Liberi patris templum xix. 2.
Liberi patris nomina xiiii. 45.
Liberalia ſacra apud Platæenſes xix. 59.
Libertis ferendi ſuffragii poteſtas quando conceſſa vi. 13.
Libertorum ad manumiſſores ſalutatio xii. 31.
Libertatis templum xliiij. 69.
Libitina dea iiij. 30.
Libius Poſthumius Latinorũ dux ij. 65.
Librorũ copia ubi magis ſuppetat xliii. 2
Lybiæ atque Aſiæ terminus xlvi. 121.
Libyſſa Bithiniæ uicus xv. 98.
Licinia Veſtalis inceſtus rea abſoluitur xxxiiii. 1.
Licinius Macer peculatus reus xliij. 17.
Licinius Stolon ſeditiones excitat xi. 75.
Lictores ij. 57.
Lydiadis Megalopolitani obitus xxiii. 53
Ligarius à Cæſare abſolutus xlii. 19.
Ligurum ſitus xxi. 8.
Ligurum in Romanos odium xv. 23.
Limnæus pro Alexandro occubuit xxxvii. 136.
Lindię Palladis templum xiiii. 64.
Liparæorum triremes Romanorum legatos pro piratis capiunt x. 16.
Liris fluminis oſtium xxviii. 76.
Litores ij. 57.
Lituus quid x. 60.
Liuius Patauinus xxxviii. 91.
Liuonicum bellum lvi. 33.
LOCRIDEM depopulatur Aratus xlviii. 27.
Λόγχη xiiii. 62.
Longo barbarorum rex Deſiderius lvi. 6. & dein.
LVCANIA uaſtatur à Romanis xxvii. 33.
Luceio Celtiberorum duci Scipio ſponſam reſtituit, eiúsque rei talio xvi. 11.
Luceres tribus Romana ii. 42.
Lucilius quantis ſe pro Bruto obiecerit periculis xlii. 92.
Lucius Lucilius ab Antonio ſeruatus xlvi. 120.
Lucij Albini religio x. 58.
Lucius Martius hoſtes uictoria exultantes contriuit xvi. 7.
Lucius Momius Corinthum deleuit xxviii. 1.
Lucius Momius unde Archaicus dictus ibidem.
Lucius Oſtius Romæ primus parricida ii. 49.
Lucius Quintius publicam quietem turbare conatus xxxii. 15.
Lucius Sextus primus ex popularibus Conſul x. 82.
Lucius Torquatus Marij filius, Ciceronis atque Attici condiſcipulus lii. 1.
Lucilij erga Antonium fides xlvi. 126.
Lucretiæ ſtuprum vi. 2.
Lucretius Conſul creatur vi. 24.
Lucretij Ofellæ interitus xxvi. 83.
Luculli genealogia xxxii. 1.
Lucullus quantùm in utraque lingua uaſuerit dicendo ibidem. 2.
Lucullus Syllæ commentaria rerũ ſuarũ dedicauit xxxii. 13.
Luculli conuiuia xxxii. 115.
Lucullus fœneratorum in Aſia tyranni-

Index

dem domuit xxxii. 55.
Luculli de Mithridate & Tigrane uictoriæ xxvi. 68. Mors xxxii. 124.
Lucullia festa ibidem. 62.
Lucumon Gallorum exercitum in Italiam duxit x. 25.
Luctatius Catulus Censor xxxiiij. 38. 39.
Luctus spatium quantum Romanis viii. 69.
Ludi puerorum Romanorũ quales fuerint xl. 4.
Lugdunum Galliæ urbs xv. 20.
Lugendi modus iiii. 30.
Lunaris luminis umbræque causam quis primus inuenerit xxxiij. 75.
Lupercaliorum festum ii. 46.
Lupæ nomen & feræ & meretrici commune ii. 7.
Lupus Marti sacer ibidem.
Lusitani Sertorio imperium offerunt xxx. 16.
Lustra castrensia sub dio fiebant xlii. 69.
Luxus in repub. diminutus xx. 45.
LYCOMEDES Scyrorum rex j. 55.
Lycon comœdus decem talenta ab Alexandro accepit xxxvii. 64.
Lycophron occiditur xxxiii. 17.
Lycorta Megalopolitanorum imperator Philopœmenis casum ulciscitur xvii. 47.
Lycurgi duo iii. 1.
Lycurgus quo tẽpore floruerit ibid. 2.
Lycurgi dictio iij. 45.
Lycurgus Spartanorum rempub. legibus format iii. 10. & 11.
Lycurgus aurum argentúmque Lacedæmone exterminauit ibidem. 74.
Lycurgus peregrinos eliminandos censuit xxiij. 20. & 21.
Lycurgus Lacedæmoniis alendæ comæ author xxv. 1.
Lycurgi spontaneum exilium iij. 6.
Lycurgi leges antiquatæ ibi. 68. xvii. 37.
Lycurgi obitus iii. 67.
Lycurgi ossa cælo tacta ibidem. 72.
Lycurgidæ dies ibidem. 73.
Lycus fluuius xxxii. 39.
Lydi ab Aeoliis bello pressi li. 3.
Lygdamius Cimeriorũ dux xxviii. 20.
Lynceus Helenæ raptor i. 48.
Lysandri pater xxv. 2. Mores ibid. 38. Dictum ibidem. 10. Paupertas ib. 3.
Lysandri astuta simulatio ibidem. 14.
Lysander aurum contra patrios mores Spartam inuexit xxv. 31.
Lysandri potẽtiam quomodo Agesilaus soluerit xxv. 49.
Lysander Alcibiadi necem struit vii. 110.
Lysandri interitus, ciúsque monumentũ xxv. 60.
Lysandro Græcorum primo sacra constituta ibidem. 36.
Lysiades Achæorum imperator factus xlviii. 66.
Lysimachi supposititiæ ad Pyrrhum literæ xxvii. 11.
Lysimachus ab Alexandro coactus cum leonibus pugnauit xlv. 66.
Lysimachi in Demetrium inhumanitas xlv. 143.
Lysippi statuarii opera xxxvii. 90.

M

MAcaria, Herculis filia sacrificium factum xiii. 43.
Macedonibus Iunio mense exercitũ ducere religio xxxvii. 31.
Macedonum barbas Alexander radere iussit i. 7.
Macedonibus quantum à Romanis tributum impositum xxi. 46.
Macedonum sepulchrum xxxvii. 17.
Machariones xxxv. 73.
Macharopœus Demosthenis parens xliii. 5.
Machares Mithridatis filius Lucullo coronam auream donat xxxii. 65.
Mæon Lydorum rex Homeri altor li. 3.
Magisterium equitum cum Dictatura æquatum xii. 23. & xv. 41.
Magistratum petentium mos viii. 22.
Magistratu à populo remotis, alium magistratum petere non licet xxiiii. 40.
Magistratus Athenienſium v. 35.
Magnanimitatis ueræ exemplum xxiii. 37.
Magnesij à Philippo uexati xviii. 32.
Mago Annibalis frater aureos annulos in curiæ uestibulo effudit xv. 54.
Magonis fuga xvi. 17.
Magorum apud Persas disciplina liiij. 20.
Maguntiacus pons à Carolo Magno cõstructus lvi. 50.
Maharbalis de Annibale dictum xv. 49.
Maius Mercurio sacer iiij. 47.
Malli indorum populus pugnacissimus xxxvii. 135.
Mallij rogatio ut Põpeius Lucullo succedat xxxvi. 60.
Momerciorum nomen unde iiii. 53.
Mamercus pro se dicturus cõcionis strepitum ferre non potuit xxii. 59.
Mamerci cum Timoleone societas xxii. 22.
Mamertini Græcos uexant, eorúmque nomen xxvii. 51.
Mamertinorum cum Pyrrho pugna xxvii. 53.
Manchus Arabiæ rex Antonio aduersus Augustum auxiliatur xlvi. 105.
Mancipia apud Lacedæmonios ad ebrietatem adigebantur iii. 64.
Mancini fœdus iniquum xxiiii. 7.
Mandonius Hispaniæ regnum affectat xvi. 21.
Mandonius uictus pacem petit ibi. 26.
Mandroclidas Agesilai in rebus innouandis socius xxiii. 12.
Mandroclidas reus ibidem 23.
Manilius in Hetruria exercitum ducẽs, Catilinarium expectat tumultum xliiii. 30.
Manipuli unde appellati ii. 15.
Manliorum nomen xxviii. 2.
Manlii Torquati in filium seueritas xii. 22.
Manlius Antiochũ profligauit xvii. 39.
Manlius Prætor à Boiis magna clade affectus xv. 20.
Manlius Tiberio Flaminio resistit xvii. 49.
Mãlium Crassus aduersantem in faciem percussit xxxiiii. 105.
Manlium senatorem Cato loco mouit, quòd interdum præsente filia uxorem dissuaui esset xx. 44.
Manlius Capitolium seruat x. 49.
Manlius Capitolinus de Capitolio præcipitatur x. 70.
Mantinea nomen mutauit xlviii. 85.
Mantineum bellum xiii. 10.
Marathonium taurum Theseus Delphico Apollini immolat j. 17.
Marathonis populi nomen unde j. 51.
Marathonia pugna ix. 7
Marcelli nomen xxviii. 1. Studia iiii. 3. Animi moderatio xiiii. 47.
Marcellus ensis à Romanis nuncupatus ibidem. 17. & xii. 44.
Marcellus quanto honore à Syracusanis acceptus xiiii. 49.
Marcellus per interreges Cos. creatur xiiii. 9.
Marcellus tertiò Cos. in Siciliam traiicit ibidem. 23.
Marcelli de Annibale uictoriæ ibidem.
Marcelli in Bandium Nolanum humanitas ibidem. 19.
Marcelli singulare cum Gallo certamen ibidem. 12.
Marcelli opima spolia Feretrio Ioui uouet ac dedicat ibidem. & 11. 12.
Marcellus deos in triumpho duxit ibid. 43.
Marcelli mors ibid. 62. & xv. 78.
Marcelli theatrum xiiii. 65.
Marcellus Catonis in Quæstura collega xl. 29.
Marcus Antonius orator obtruncatus xxviii. 92.
Mare alioqui sæuum & procellosum Alexandro cessit xxxviii. 37.
Mars tyrannus est xlv. 116
Matris cuiusdam Cimbricæ mirum in filiis facinus xxviii. 55.
Maximi cognominati duo in Po. Ro. xxxvi. 26.
Medeæ ueneficium xxxvii. 79.
MELLISSIVS philosophus Samiorum imperator ix. 3. Eius uictoria xi. 53.
Melitus Socratis accusator ultimo supplicio afficitur liiij. 16.
Membrorũ denudatio sine dedecore fieri non potest xx. 51.
Memmius Marcum Lucullum accusat xxxii. 108.
Memoria parum ualent, qui ingenio celeriores sunt xl. 2.
Menalippus Thesei filius j. 11.
Menander Athenienſium dux vii. 104.
Meneclides rhetor xiii. 51.
Menecrates medicus Iouis nomẽ affectauit xxxv. 44.
Menelai fortuna instabilis xlv. 126.
Menenii Agrippæ fabula viii. 9.
Meninga insula xxviii. 83.
Menippi uxor Periclis nomine malè audit xi. 32.
Menonis mors xxxvii. 37.
Mencœceus oraculi iussu necatus xiii. 43.
Menses Romanorum accipiunt Sabini ij. 44.
Menses à Numa ordinati iiij. 46.
Menses sex Acarnanes habuere ibidem.
Menses quatuor habent Arcades ibid.
Menses Athenienſium v. 52.
Mercatura ad quid maximè ualeat v. 3.
Mercedinus dies iiij. 45.
Mercedonius intercalaris mẽsis xxxviii. 112.
Mercurii domus j. 40.

In vitas Plutarchi.

Merionis hasta ærea xiiij. 40.
Mesabathes Artoxerxis eunuchus quo supplicio affectus xlvij. 34.
Messana ab Epaminonda ædificata xxxv. 70.
Messana Athenienſibus ablata vii. 59.
Messeniorum tumultus aduersum reges suos iij. 15.
Messeniam à Lacedæmoniis Pelopidas ad se contraxit xiij. 49.
Messenem Nabis occupat xvij. 26.
Messeniorum iactantia in Aristomenem ij. 54.
Messenii in Spartanos arma suscipiunt xxxj. 42.
Mesinense bellum xxiij. 59.
Metagenis Oxypetii opera xi. 30.
Μετηγερτηὼν mensis x. 34.
Metaphysicorum opus quibus sit utile xxxvii. 14.
Metaurus fluuius Asdrubalis clade clarus xv. 81.
Metellus Celer ij. 20. & viij. 18.
Metellus Pius iam senex à communibus mulieribus se continuit xx. 63.
Metellus Numidicus unde nomen acceperit xxviij. 1.
Metelli gloriã Marius intercepit xxviii. 16.
Metellus Trib. plebis pro concione Minutii factum laudat xii. 20.
Metelli repulsa viij. 78.
Metelli exilium xxviij. 62.
Metellus Syracusis captis super magnificentiam urbis illachrymat xiiii. 37.
Metellus uoluptatibus deditus xxxvi. 35.
Metellus quantùm de Sertorio superato gloriatus xxx. 39.
Metellus fulmen reipub. xl. 33.
Metellus Nepos lenitate & inconstantia Tribunatu motus xliiij. 55.
Μετόικια Athenienſium sacrificia j. 35.
Meton astrologus vii. 44.
Metrobius λυπηφδὸς gratia apud Syllam ualet xxvi. 88.
Metrodori Scepsii eruditio & in dicendo uis xxxii. 60.
Metrodori Scepsii interitus ibidem.
Metus tyrannidibus pernicioſa res xlvii. 54.
MIDAE interitus xviii. 43.
Miltiadis de Marathone uictoria ix 6.
Miltiades apud Marathonem princeps xix. 13. & xx. 72.
Miltiadis trophæũ Themistocli somnia adimebat j. 9.
Miltiadis uincula xx. 73.
Milesij Aristidis libri de luxuria & deliciis compositi xxxiiij. 98.
Militaris disciplina quid ab athletica differat xvii. 5.
Militaris disciplinæ seueritatis exẽplum xxxiiij. 29.
Militem stipendiarium quare oportet esse diuitiarum studiosum xlix. 1.
Milites stipendiarij quàm miseri xxiiii. 14.
Militum testamenta viii. 14.
Milites quales Cato optauerit xx. 22.
Miliarii magnitudo xxiiij. 45.
Miliarium aureum xlix. 44.
Milo Clodium in ius trahit xliiij. 70.
Milo Clodium confodit ibidem. 72.
Milta Thessalus philosophus ex coniuratis contra Dionysium xli. 38.
Milta meretrix xj. 50.
Mimallonæ mulieres xxxvii. 3.
Mina v. 30.
Mindarus Spartiata Atheniẽses infectatur vi. 76.
Mindarus cecidit vi. 81.
Mineruæ delubrum apud Platæenses xix. 57.
Minoam oppidum Dion cum cepisset, Cinalo præfecto reddidit xlj. 45.
Minoes duo j. 29.
Minos Iouis discipulus ibidem. 20.
Minos legislator ibidem. 21.
Minos legum suarũ Iouem authorẽ referebat iiij. 10.
Minois fœdus cum Atheniẽsibus j. 18.
Minos in theatris conuitiis uexatus ibi. 20.
Minos in Sicilia uita functus ibid. 25.
Minotaurus biforme monstrum i. 19
Minturnum oppidum xxviii. 75.
Minutius magister equitum xii. 8.
Minutius magister equitum contra Dictatoris mandatum feliciter cum Annibale pugnat xv. 41.
Minutius Fabii in Dictatura collega xii. 23. & xv. 41.
Minutius cum Fabio exercitum diuidit xii. 25. & xv. 41.
Minutio soricis auditus Dictaturam deponendi causam præbuit xiiii. 8.
Minutius à Fabio seruatus xii. 29.
Minutius post periculum sapit ibid. 30.
Mithridatis uxores, sororésque, & earum obitus xxxii. 47. & 48.
Mithridaticum bellum xxviii. 68.
Mithridates ad Agesilaum desciſit xxv. 51.
Mithridates Romanos naualibus terrestribúsque copiis fatigauit xvi. 103.
Mithridates aduersus Lucullũ xviii. 46.
Mithridatis cum Sylla fœdus xxvi. 57.
Mithridatis fuga xxviii. 96.
Mithridates sibi mortem consciuit xxxvi. 88.
Mithria facta ibidem. 49.
Mithrobarzanes à Tigrane cõtra Lucullum mittitur xxxii. 69.
MNESICLIS architecti opus xi. 31.
Mnesiptolema Themistoclis filia sacerdos ix. 60.
Mnestheus Athenienſium rex creatur j. 56.
Mnestheus popularib. infensus ibid. 49.
Mnesthei filii regnum, quo priuati erãt, recipiunt ibidem. 56.
MOENIA ciuitates utrùm felices faciãt xxv. 29.
Molestia à tristitia proficiscitur viii. 36.
Mollitiem ex malignitate naturę, non ex deliciis nasci xlvii. 52.
Molossis quis primus post diluuium imperauerit xxvii. 1.
Momius legatus contra præceptum cum hoste confligit xxxiiij. 28.
Vide supra in L. Momius
Monas iiij. 29.
Monetæ templum x. 70.
Monimæ Mithridatis uxoris obitus xxxii. 48.
Monophthalmi duces bellacissimi xxx. 2.
Morositatis comes solitudo viii. 75.
Mortalis quomodo in deorũ numerum referri possit xxxvii. 139.
Mortis fuga damnanda non est, cùm est uita uirtutis studiosa xiii. 2.
Mortis genus crudele xxxvii. 96. & xlvii. 32.
Mors in felicitate beatissima xiii. 74.
Mortui non sunt xxxvii. 138.
MVLTA antiquorum Romanorum pecudibus fiebat vi. 22.
Multam remittere nefas xliii. 46.
Mulieris atque adeò scorti non muliebris animus xxxvii. 84.
Mulieres formosæ continẽtibus tãquam statuæ exanimes prætermittendæ ibid. 45.
Mulieres quatenus ex diis concipiant iiij. 8. & 9.
Mulieres sub Platone philosophiæ operam nauarunt liiij. 24.
Mulieres subita lætitia expirarũt xvi. 35.
Mulieres in funere laudari quando cœperint x. 15.
Mulieres Romanæ circa lanificium tantùm occupatæ ii. 30.
Mulierum Cimbricarum mirandum facinus xxviii. 54. & 55.
Mulierum Romanarum honores ac priuilegia ii. 42.
Mulieres Lacedæmoniorum hereę appellabantur iii. 30.
Multitudinis moderandæ ratio xxxix. 5.
Multitudini nõnihil concedendum ibid.
Munatius Plancus Lugdunum condidit xv. 20.
Munatii cum Catone simultas xl. 63.
Mundi medium ignis iiij. 29.
Mundus fossæ nomen ij. 21.
Munerum efficacia xiii. 28.
Munichii fabula j. 53.
Munichia Athenarum arx xxxix. 68.
Muræna Tyrannionem Grammaticum manumisit xxxii. 54.
Muræna Catonem licet aduersarium à periculo libetauit xl. 47.
Muræna ambitus reus ibidem 35.
Muralis corona cui donabatur xvi. 10.
Musarum consuetudo quid fructus afferat viii. 2.
Musicæ licentia cohibita xxiii. 21.
Musica certamina à Pericle instituta xi. 31.
Mutii Scæuolæ fortitudo vi. 34.
Mutius Scæuola Iurisconsultus C. Gracho legis agrariæ author fuit xxiiii. 13.
Mutius Iureconsultus phthiriasi interiit xxvi. 89.
MYCALENSIS pugna eodem die quo commissa Platæis renuntiata xxi. 40.
Mygdonica regio xxxii. 95.
Mytilenæum theatrum xxxvi. 90.
Mytilenen ciuitatem Pompeius liberat ibidem 89.
Myrta Aristidis neptis xx. 74.
Myrtus pacis symbolum xiiii. 45.
Myus oppidum Themistocli à Xerxe donatum ix. 58.

N

NAbathæi Arabum populi xlv. 15.
Nabis Achæorũ Græcorúmque armis implicitus xvii. 30.
Nabis Lacedæmiorum tyrannus Messenem occupat xvii. 26.
Nabis tyrannus regno eiicitur xviii. 51.

Index

Nabis Aetolorū fraude occiditur xvii.33.
Naphthæ ignea inundatio & uis xxxvii. 78.
Narbo Gallica urbs xlix. 18.
Narnia colonia xviii. 2.
Natalis Romæ ii. 21. & iiii. 7.
Naturæ principia in quibus philosophi posuerint liiii. 55.
Naues mirabilis magnitudinis xlv. 119.
Nausithei sacellum i. 23.
Naxus ab Atheniēsibus obsidione pressa ix. 48.
NEALCAE pictoris dictum xlviii. 23.
Neapolitani xv. 51.
Neapolitanis Marcellus auxilium fert xiiii. 18.
Neapolis Agrigentinorum xli. 84.
Nearchus Alexandri dux exercitum in India amisit xxxvii. 142.
Nearcho Pythagoræo Cato familiariter usus est xx. 6.
Nebulæ Aristophanis liiii. 14.
Nectanebes, qui fuerit xxxv. 77.
Neleus Codri filius in Ioniam coloniam duxit li. 2.
Nemeæ pictura vii. 41.
Nemeorū certamina xvii.24.& xviii.21.
Neochorus Lysandri interfector xxv. 63.
Neon Corinthius Syracusanæ arcis præfectus xxii. 32.
Neoptolemus in Epiro regnauit xxvii.1.
Neoptolemus à Pyrrho in conuiuio occisus xxvii. 10.
Nephalia festum ii. 6.
Neptunus equestris ii. 27.
Neptunus à Trœzeniis colitur i. 7.
Neptuno certamen à Theseo institutum i. 37.
Neptuni templum Calabriæ xliii. 48.
Neptuni cum Pallade de agro Atheniēsium disceptatio ix. 38.
Nero Corinthi concionem ad populum habuit xviii. 27.
Nero matrem necauit xlvi. 149.
Neronianorum cædes xlix. 28.
Neruij syluas incolunt xxxviii. 42.
Nestor instruēdis aciebus non satis idoneus xiii. 36.
Nexus Gordius xxxvii. 36.
NICANOR Aristotelis gener lv. 8.
Nicanor Seleucus Asiam habet xx. 29.
Nίκη xxxiii. 27.
Nicerati Heracleotæ de Lysandro poema xxv. 37.
Nicarchus Plutarchi proauus xlvi. 119.
Nicias diis amicissimus xxxiii. 27.
Nicias Lunæ defectu deterritus xxxiii. 74.
Niciæ in patriam amor xxxiii. 4.
Nicias minimè callidus xxxiiii. 104.
Niciæ simulatus furor xviii. 41.
Niciæ tarditas in bello gerendo vii. 59.
Nicias pacis amantissimus xxxiiii.106.
Nicias præclarus dux vii. 26.
Niciæ mors xxxiii. 92.
Nicocles philosophiæ deditus lii. 34.
Nicocles Sicyonius tyrannus iectus xvii. 2.
Nicocles cuniculis ex urbe euasit xlviii. 15.
Nicodemus Messenius uictoribus parêre utilius ratus xliii. 22.
Nicogenes ditissimus Aeolidum ix. 48.
Nicomachus medicus, Aristotelis pater lv. 1.
Nicomachus Aristotelis filius lv. 8.
Niconidis Thessali machinæ xxxii. 28.
Nicopolis scortum Syllam hæredē scripsit xxvi. 4.
Nicostrata Euandri mater ii. 45.
Nigri cognomentum ab habitu viii. 19.
Nisa oppidum xxxvii. 125.
Niseam Athenienses amittunt v. 22.
Nisæus Syracusanorum princeps regno à Dionysio expulsus xxii. 1.
Nisibis urbs xxxii. 95.
NOBILITAS uera utrūm genere & patria commendetur xliii. 1.
Nobilitas uera ex uirtute xxvi. 94.
Noctu quod imperetur à numine stabilissimum esse xxvi. 14.
Noctuis Athenienses numos insignibant xxv. 32.
Nolani populi xv. 51.
Nolam Annibal in deditionem pertrahere frustra conatur xv. 55.
Nolanis Marcellus auxilium fert xiiii. 18.
Nola ob oppugnatione Annibalis liberatur xv. 59.
Nomentanas paludes Cæsar effudit xxxviii. 111.
Nomen primū mulieribus Romanis non imponitur xxviii. 1.
Nomen tertium utrūm Romanis proprium ibidem.
Nonacridis aqua uenenosa xxvii. 161.
Nora locus xxix. 26.
Norbanus Capuæ inclusus xxvi. 67.
Nortomannicum bellum lvi. 33.
Nouæ nuptæ fauor xliii. 43.
Noui homines xx. 1.
NVBENDI tēpus apud Romanos & Lacedæmonios diuersum iiii. 66.
Numa rex designatus, eiusque genus & natiuitas iiii. 6.
Numæ cum Musis conuersatio x. 36. & xvi. 6.
Numæ cum Aegeria consuetudo iiii.8. & xvi. 6.
Numa Pythagorica philosophia tinctus iiii. 1. & 22. & xxi. 2.
Numæ instituta & sacra iiii.20.& 33. viii. 43.
Numæ filij iiii. 52.& 53.
Numæ obitus & sepultura ibidem. 54.
Numæ monumenta ibidem.
Νυμφία v. 53.
Numidarū militaris disciplina xv. 26.
Numidicū bellum Romano præludium xx. 67.
Numidarum rex captus xii. 59.
Numidæ pugna Minutio superiores xii. 27. & xv. 40.
Numidæ Annibalis exploratores à Romanis cæduntur xv. 19.
Numidæ Marcelli cineres correptos dispergunt xiiii. 63.
Numistron oppidum xiiii. 51.
Numitoris pastores in Romulum imperium faciunt ii. 11.
Numitor è uita concesit ii. 57.
Numi Romani uetustissimi boue aut pecude signabantur vi. 22.
Numus Athenienſium boue signatus i. 37. Item noctua xxv. 32.
Numus Spartæ primus quando iii. 68. ferreus apud Lacedæmonios iii. 18.
Nundinæ unde dictæ viii. 32.
Nuptiæ secundæ ante decimum mensem nullius erant momenti xlvi. 52.
NYMPHAEVM Aristotelis gymnasio nobile xxxvii. 13.
Nymphidius Sabinus Neronis aulæ præfectus Galbæ imperium pollicitationibus procurauit xlix. 3.
Nymphidij interitus ibidem. 24.
Nympholepti xix. 32.
Nysa Mithridatis soror à Lucullo capta xxxii. 47.

O

OBēs iii. 13.
Obelisci numorum loco apud Lacedæmonios xxv. 33.
Oboli unde dicti ibidem.
OCCASIO rerum gerēdarum gubernatrix xxxiii. 52.
Ochi immanitas xlvii. 64.
Octauia in Marcelli sponsi honorem bibliothecam construxit xiiii. 65.
Octauiº legū obseruātissimus xxviii.86.
Octauius occisus xxxviii. 129.
Octonariº numerº quid significet i. 57.
Oculi, tota sunt luxuria liiii. 21.
Oculorū ualetudine laborantes, solis impatientes sunt xxxix. 4.
OEDIPI fons xxvi. 50.
Oeneades in mœnia compulsi xi. 43.
Oenus fluuius iii. 13.
Oenopion Thesei ex Ariadna filius i.27.
Oetæus Dæmoniades suadet Pericli agrorum diuisionem xi. 18.
OLBIVS pædagogus ix. 49.
Olcades se Annibali dedunt xv. 6.
Oleæ ramus lana in supplicationibus coronabatur i. 32.
Olei uis xx. 76.
Oleum ad leniendum corpus mortalibus à Deo datum xxxvii. 124.
Oligarchia quid iii. 15.
Oliua fons xiii. 32.
Olizonum gens ubi ix. 17.
Olocrus collis xxi. 32.
Olorus rex Thraciæ xxxi. 7.
Olthacus Dandarius Lucullo insidiatur xxxii. 43.
Olympias Philippi uxor xxxvii. 2.
Olympia Ioui celebrantur i. 37.
Olympiadarum anni unde dicti li. 13.
Olympici corona ex oleastro xl. 80.
Olympi montis altitudo xxi. 24.
Olympus arboribus consitus xxi. 21.
Olympus Cleopatræ medicus xlvi.141.
OMESTAS Dionysius ix. 28.
Omphale Herculem claua & pelle exuit xlvi. 153.
ONARO Bacchi sacerdoti Ariadna matrimonio iuncta i. 27.
Oneggius mons lvi. 20.
Onesicritus philosophus Diogenis Cynici discipulus xxxvii. 140.
OPIMA spolia quæ xiiii. 15.
Opimiª Gracchi leges abrogat xxiiii.53.
Ὀπλία fluuius xxvi. 63.
Opsigonus quis vi. 35.
Optiletis Mineruæ phanum iii. 23.
Ὅπλοι ibidem.
Opuntij se Flaminio dedunt xviii. 10.
ORACVLA formidinis uelamēta xliii. 32.
Orationis quod genus sit optimū xxxix. 13.

In vitas Plutarchi.

Oratoria uis animis hominum imperat xi. 35.
Oratoribus nō eadem, quæ poetis libertas lii. 4.
Orbitas uirtutes nihil impedit viii. 1.
Orchestræ topothesia xi. 30.& 31.
Orchomenius quo pacto splenis morbū superauit xliii. 10.
Orchomeniorum oppidum à Lysandro capitur xxv. 58.
Orcomosion locus i. 42.
Orestis Consulis in Sardiniam profectio xxiiii. 36.
Orexartes fluuius xxxvii. 99.
Ornithus in Cariam coloniā duxit i. 11.
Orinx urbs capitur ac diripitur xvi. 16.
Oroandes Cretensis Perseum fraudat xxi. 42.
Orphani ad uectigalia coerciti x. 3.
Orphanis & uiduis remissum tributum vi. 23.
Orsodates ob defectionem ab Alexandro confossus xxxvii. 122.
Orsua & Corbis patrueles de Hispaniæ regno concertantes mutuis ceciderūt uulneribus xvi. 20.
Orthia chorus i. 48.
Orthopagus locus xxvi. 44.
OSCAE pueros Sertorius edoceri curabat xxx. 24.
Ὄσσος i. 31.
Oschophoriorum celebritas i. & 33. 31.
Osculari uxorem præsente filia censoriū erat xx. 44.
Osthanes Artoxerxis frater xlvii. 1.
Ostraci, id est, calculi xix. 20.
Ostracismus exilij genus vii. 28. xi. 19. & xix. 20.
Ostracismus antiquatus xix. 20.
Oscula in congressu unde initium sumpserint ii. 2.
Oscula manuum non nisi imperatoribus quondam dabantur xl. 18.
OTACILIVS à Marcello fratre periculo liberatus xiiii. 2.
Othonis constantia l. 29.
Otho seipsum interficit ibidem. 32.
OVATIO xiiii. 44.
Ouatio & triumphus differunt xiiii. & xxxiiii. 45. 36.
Ouicula Fabius Maximus dicebatur xii. 2.
Ouis pretium apud Romanos vi. 22.
OXVS amnis xxxvii. 123.

P

PAcciacus cùm Ascalio auxiliaretur, à Sertorio necatus est xxx. 15.
Pachetis miserabilis casus xx. 73.
Pachorª Hyrodis filius cōtra Romanos pugnans interiit xxxiiii. 101.
Pachus Catonis seruus sibi mortem cōsciuit xx. 26.
Pachynū Siciliæ promontoriū xli. 42.
Pacis uocabulum apud Græcos quid significet iiii. 31.
Pacis bellíque nominibus tanquam numis utimur xxvii. 23.
Pacis studium, Græcorum propria uirtus xxxiiii. 106.
Pacorus cum magnis Parthorum copiis in Syria deletus xlvi. 57.
Pacuuius Campanus Annibalis hospes xv. 52.
Pacuuij Campani filius Annibali insidiatur xv. 53.
Padus fluuius xxxiiii. 27.
Pædagogus Faliscę iuuentutis proditor à pueris uirgis in urbem agitur x. 19.
Παιδίον pro *παιδίσκη* salutatus Alexander xxxvii. 60.
Pædonomus iuuentutis Laconicæ præfectus iii. 40.
Palladium Troianum x. 37.
Palladium Athenis xxxiii. 7.
Palladis disceptatio cum Neptuno de agro Atheniensium ix. 38.
Pallas Atheniensium præses ibid. 20.
Palladis templum Lindi xiiii. 64.
Pallantis quinquaginta filij i. 5.
Pallāntidæ à Theseo occisi ii. 16. & dein.
Palilia pastoralis celebritas ii. 22.
Palma fons xiii. 32.
Palmæ præmium quando primùm propositum i. 30.
Paludamētū uestimēti genus xxxiiii.67.
Palumborū carnes coctu faciles xx. 60.
Pāmon philosophus Aegypti xxxvii.61.
Pantei uxor mortem fortissimo uiro dignam obiit xxiii. 118.
Pammenis iocus xiii. 36.
Pāphyliæ excursio ingentē plurimis historicis scribendi materiam exhibuit xxxvii. 35.
Pampilonia Hispaniæ urbs opulētissima à Carolo Magno capta lvi. 22.
Panactum Demetrius Atheniensibus restituit xlv. 56.
Panathenæa celebritas Athenienſiū i.35.
Pandion adoptiuus pater Aegei i. 16.
Πανέμος mensis Bœotiorum x. 34.
Panopeida deperit Theseus i. 27.
Pantauchus Demetrij dux singulari certamine à Pyrrho superatus xxvii. 14.
Papia Longobardici regni caput lvi.10.
Papyria Pauli Aemilij coniunx xxi. 6.
Papyrius Marius à Gallo interfectus, cæteris cædis initium dedit x. 40.
Paradoxa Stoicorum xl. 35.
Parali v. 44.
Παραστάτην v. 51.
Parēs priuatus, filio magistratui posthabetur in repub. xii. 53.
Parrhasius Thesei imaginem pinxit i.6.
Parrhisiense gymnasium à Carolo Magno institutum lvi. 51.
Paricidium Romæ primum ii. 49.
Paridis cithara xxxvii. 30.
Paridis iudicium li. 7.
Paris ab Achille & Patroclo in pugna superatus i. 53.
Parmenio segnitiei ab Alexandro notatur xxxvii. 76.
Παρθένων ἀναστήματος tēplū xi. 30.& xx. 13.
Parthi à Cappadocibus Armeniisq; differunt xxxiiii. 55.
Parthorū mos in conflictu xxxiiii. 70.
Partitiones quantùm emolumenti adferant cognoscendis rebus liii. 26.
Parysatis Darij uxor xlvii. 1.
Parysatidis ingenium acre ac uersutum xlvii. 29.
Parysatidis crudelitas ibidem.
Pasaces Cyri equus xlvii. 17.
Pasargadis Persarum reges inaugurabantur xlvii. 3.
Paseus à Nicocle interfectus xlviii. 5.
Pasiphae Minois uxor rem cum Tauro duce habuit i. 25.
Pasiphaes templum xxiii. 54.
Passaron Molossidis regionis locus xxvii. 8.
Patarei se sponte Bruto dederūt xlii. 59.
Patæcus Aesopi animam habuisset dicitur v. 11.
Patræi ab Aetolis expulsi xlviii. 86.
Patres quare appellati Romani senatores ii. 24.
Patres conscripti unde dicti ii. 25.
Patres centum sexagintaquatuor vi.21.
Patrenses Cato Romanis asciuit xx.30.
Patria an aliquid felicitati adiiciat xliii.1.
Patroclus ab Hectore interfectus li. 10.
Patroni ii. 25.
Patroni aduersus clientes testimonia nō dicunt ibidem. 26.
Paucorum factio apud Athenienses xi. 36.
Pauli Aemilij liberi xxxi. 6.& 55.
Paulus Aemilius, quo gradu ad rempub. accesserit xxi. 4.
Paulus Aemilius ædilitatem petens duodecim competitoribus prælatus est ib.
Pauli Aemilij liberalitas xxi. 47.
Paulus Aemilius Censor quot capita cēfuerit xxi. 63.
Paulus Aemilius Lunæ sacrificat & Herculi xxi. 28.& 29.
Paulus Aemilius licet minimè popularis, à populo tamen maximè amabatur xxi. 61.
Paulo Aemilio Macedonia dedita xxi. 39.
Pauli Aemilij aduersus Ligures expeditio xxi. 8.
Pauli Aemilij uictoriæ ibidem. 5.
Paulus Aemilius ducentas quinquaginta obsides cepit ibidem. 6.
Paulus Aemilius Consul aduersus Terētium collegam belligerare à Fabio monetur xii. 33. & xv. 43.
Paulo Aemilio dies dicta xxi. 48.
Pauli Aemilij interitus xii. 39.& xv.47.
Paulus cōsul à Cæsare largitionibus mutatus xxxvi. 124.
Paupertas per se nulli turpitudini coniungitur xx. 77.
Pausanias Lacedæmoniorum dux aduersus barbaros xix. 31.
Pausaniæ auaritia & difficultas xix. 63.
Pausanias Cleonicen sibi prostitutam iniscius confodit xxxi. 14.
Pausaniæ quietem Cleonices manes turbant ibidem.
Pausanias apud Platæas princeps xx.72.
Pausaniæ corona decreta xliii. 35.
Pausanias proditionis reus damnatur ix. 44.
Pausanias medicus xxxvii. 92.
PECVLIVM unde dictum vi. 22.
Pecuniæ rerum agendarum nerui xxiii. 96.
Pecuniam primati ab inferioris loci homine accipere sordidum est habitum ii. 26.
Pedani à Volscis capti viii. 48.
Pedestris oratio liiii. 6.
Pediei v. 24.
Pedites manibus similes xiii. 3.

Index

Pelasgorum in Italiam transitus ii. 1.
Peleus Aeaci filius cõtra Centauros strenuè dimicauit lii. 7.
Pella Macedoniæ ciuitas xxxvii. 146.
Pellices ducentæ in castris Surenæ xxxiiii. 62.
Pelopidarum nomen xxviii. 2.
Pelopidæ ingenium, educatio, & genus xii. 6. Apophthegmata ibid. 40.
Pelopidæ in Epaminondam beneuolentia xiii. 8.& 9.
Pelopidas capta Cadmia euasit xiii. 12.
Pelopidas capitur xiii. 57.
Pulopidas Bœotiæ præfectus xiii. 28.
Pelopidas offert se Thessolis aduersus Alexandrum auxilium laturum xiii. 58.
Pelopidæ de Lacedæmoniis uictoria xiii. 5.& 34.
Pelopidas uictor neminem occidit xiiii. 66.
Pelopidas imperator nunquam uictus xiiii 68.
Pelopidas capitis accersitus xiii. 49.
Pelopidæ interitus xiii. 70.
Pelops multa sobole clarus i. 3.
Pelusium Antonius cepit xlvi. 5.
Penelope Lysimachi coniunx xlv. 63.
Peneus fluuius xviii. 6.
Πεντηκοστομεδίμνοι v. 35.
Pentapyla Dionysij horologium xli. 51.
Perhæbis suo iure uiuere permissum xviii. 22.
Perdiccæ in Ptolemæum expeditio xxix. 10.
Perdiccas animi uires ueneno accepto amisit xxxvii. 162.
Peregrini licet essent Terpander, Thales & Pherecydes, tamen à Lycurgo urbe expulsi non sunt xxiii. 20.
Perpẽna Siciliã ui occupauit xxxvi. 47.
Perpennam Pompeius occidit xxx. 49.
Perhibœa Aiacis mater, Thesei coniunx i. 44.
Pericles non facilè ad dicendum prosiliuit xliii. 15.
Pericles solis obscuratione territos metu liberauit xi. 71.
Pericles quantũ oratione ualuerit xi. 9.
Periclis humanissima similitudo, qua cæsas arbores renasci dicebat, homines nõ item xi. 68.
Periclis corporis habitus xi. 6.
Periclis coniuges & liberi ibidem. 49.
Pericles quomodo ad rempub. accesserit xi. 11.
Periclis in aduersis fortitudo ibid.
Pericles inuictus pecuniis xi. 37.
Pericles patrimonium ne drachma quidem cumulauit ibidem. 36.
Periclis liberalitas ibidem. 38.
Periclis immatura celeritas xi. 28.
Periclis de Samiis uictoria xi. 54.
Periclis de Sicyoniis trophæum xi. 42.
Pericles nouies trophæum statuit xii. 64.& 79.
Periclis multa xi. 73.
Pericles Athenientibus pestilentiæ causa xxxiii. 16.
Pericles peste correptus obiit xi. 79.
Perinthũ Philippus obsidet xxxvii. 149.
Peripateticæ sectæ author Aristoteles liiii. 55.
Peripheta, cui Corynetæ cognomen, à Theseo interemptus i. 10.
Periphoreti fabri cognomẽtũ unde xi. 54
Peripoltas uates xxxi. 1.
Perithoi cum Theseo amicitia i. 46.
Perithous à Cerbero interfectus i. 49.
Perita Alexandri canis xxxvii. 132.
Perigune Sinnidis filia à Theseo compressa i. 11.
Persarum institutum, Reges tãquam dei simulachrum adorare ix. 51.
Persarum mos in asseruanda mulierũ pudicitia ix. 50.
Persarum reges inaugurandi mos xlvii. 3.& 55.
Persarum reges mulieribus aurum distribuere solebant xxxvii. 146.
Persica magnificentia vii. 63.
Persis ab Cyro Medorum imperiũ quæsitum lii. 15.
Persarum insignes clades x. 33.
Persei socordia & morum improbitas xxi. 13. degener animus xxi. 43.
Persei erga Illyricum perfidia xxi. 19.
Perseus subdititius Demetrij filius xxi. 13.
Perseus rem Macedonicã auaritia enerauit xxi. 17.
Persei de Romanis uictoria xxi. 13.
Persei cum Romanis pugna xxi. 27. 28. & dein.
Persei in Pellam fuga xxi. 37.
Perseus equino calce percussus xxi. 31.
Perseus cum liberis capitur xxi. 42.
Perseus liberíque eius in triumpho ducuntur xxi. 54.
Persei obitus xxi. 60.
Pertinacia solitudinis socia viii. 25.
Pes utri prominens i. 4.
Pestis apud Athenas xi. 71.
Pestis in urbe Roma ii. 52. iiii. viii. 20.& x. 82. 33.
Petilia à Pœnis capta xv. 58.
Petilini montes Spartaci fuga nobiles xxxiiii. 33.
Petrã Arabiæ Pompeius obsidet xxxvi. 86.
Pexodorus Cariæ præpositꝰ Philippi nothum suæ filiæ maritum petit xxxvii. 19.
PHAEA sus Crommyonia à Theseo occiditur i. 12.
Phæacus Erasistrati filius in loquendo optimus, in dicendo debilis vii. 26. & 27.
Phædra Minois filia Thesei cõiunx i. 43.
Φαινομήριδες iiii. 64.
Phaonij in Põpeium officia xxxvi. 155.
Phaonius audax maledicúsq; ibid. 142.
Pharax Lacedæmonius præterius regnũ affectauit xxii. 70.
Pharax Dionysiũ exulẽ fouet ibidem.
Pharmacusa insula xxxviii. 2.
Pharmutus mensis ii. 23.
Pharnabazus Lysandrum accusat xxv. 41.
Pharnabazi fuga vii. 83.
Pharnabazus Alcibiadem interfici curat vii. 110.& 111.
Pharnaces Armeniam minorem inuadit xxxvii. 97.
Pharos insula xxxvii. 56.
Pharsalum oppidum ab Alexandro tyranno capitur xiii. 57.
Pharsalica pugna xxxviii. 86.
Phaselitas quibus cõditionibus Chij Cimoni conciliauerint xxxi. 30.
Phaylus athleta fortis xxxvii. 77.
Phraortis doli in Antonium xlvi. 69.
Pheacis sacellum i. 23.
Φειδίτια celebritas iii. 24.
Φειδὼ ibidem.
Pheneum Cleomenes sub imperium redegit xlviii. 73.
Pheræus tragicus tyrannus xlix. 3.
Pherebœa Thesei coniunx i. 44.
Pherecydes licet peregrinꝰ, Lycurgi tamen decreto minimè expulsus xxiii. 20
Pherecydes oraculi iussu interfectus xiii. 43.
Pherenicꝰ capta Cadmia effugit xiii. 12.
Phidias fabrorum præfectus xi. 32.
Phidiæ pictoris opera xi. 4. & 64. interitus ibidem.
Phila Demetrij uxor ueneno sibi mortẽ consciuit xlv. 125.
Philacium Stratoclis amica xlv. 27.
Philadelphi cognomen viii. 18.
Philenorum aræ xv. 15.
Philippides Comicus arcana Lysimachi nolebat ad aures permittere xlv. 30.
Philippus unoculus xxx. 2.
Philippus se sacris initiauit xxxvii. 2.
Phliarus fluuius xxv. 63.
Philippi mansuetudo xlv. 116.
Philippus filium obiurgat quòd suauiter cecinerat xi. 3.
Philippi in Flaminium iocus xviii. 35.
Philippi Macedonis cum Pœnis societas xv. 58.
Philippi de Græcis uictoria x. 34.
Philippus à Romanis uictus xviii. 16. & xxi. 20.
Philippus quibus conditionibus pacem cum Romanis pepigerit xviii. 19.
Philippo tributum remissum ibid. 30.
Philippus à Pausania obtruncatus xxxvii. 20.
Philippus Demetrij filius xxi. 11.
Philippus Antigoni filius Arati curæ creditus xlviii. 86.
Philippus Antigoni filius, Demetrij frater, rex Macedonum xxi. 11.
Philistus ob adulterium à Dionysio in exilium actus xli. 18.
Philisti interitus xli. 64.
Phillaidarum curia Athenis v. 19.
Philleus Aiacis filius v. 18.
Philocles captorũ pollices præcidi persuadet xxv. 17.
Philocyprus Cypri rex v. 54.
Philodimus Phocẽsis Delphos occupat xxii. 54.
Philolaus primus Pythagoricorum naturalia edidit liiii. 22.
Philon Academicus Ciceronis in philosophia præceptor xxii. 121.
Philopater populum Romanum hæredẽ scripsit xxiiii. 21.
Philopœmenis studium xvii. 7.
Philopœmen uicos Megalopolitanos ad defectionem solicitat xvii. 29.
Philopœmen Megalopoli contra Cleomenem auxilium fert xxvii. 9.
Philopœmen priuatus sine decreto Messeniis opem præstat xvii. 26.
Philopœmenis de Machanida Lacedæmonio uictoria xvii. 23.
Philopœmen febricitãs quãta celeritate patriæ periclitanti succurrerit ibid. 41.

In vitas Plutarchi.

Philopœmen capitur xvii. 43.
Philopœmen ueneno extinctus xvii. 46.
Philotas medicus xlvi. 45.
Philotidis ancillæ uirile facinus x. 61.
Philoxenus Ptolemæi filius Thebanis obsẽs datur xiii. 56.
Phocense bellum xliii. 20.
Phocensibus Delphicum templum Pericles restituit xi. 45.
Phocidem Xerxes inuadit ix. 19.
Phocionis genus obscurum xxxix. 10.
Phocion plurimam in dicendo uim habuit xliii. 17.
Phocion nullum sibi uerbum stultum excidere optabat xxxix. 21.
Phocionis dicta factáque multa egregia ibidem. 20.
Phocion quid Antipatro iniqua postulanti responderit xxiii. 3. xxxix. 75.
Phocion paupertatem præcipuè exoluit ibidem. 76.
Phocionis frugalitas xxxix. 26. & 47.
Phocionis constantia ibidem. 25.
Phocionis humanitas ibidem. 28.
Phocion, eiúsque comites indicta causa iudicati ibidem. 87.
Phœbidas principatu deiectus xiii. 12.
Phœbidas Cadmiam capit ibidem. 11.
Phœniciam depopulatus Euagoras lii. 27.
Phœnix Achillis præceptor xvii. 1.
Phorbas ab Apolline adamatus iiii. 9.
Phormio quidam præsente Annibale de re militari stultissimè philosophatus xvi. 73.
Photinus Cæsari insidiatur xxxviii. 93.
Phraortes Hyrodis filius patre necato regnum occupauit xlvi. 62.
Phrearius Themistoclis præceptor ix. 4.
Phronidis cithara xxiii. 21.
Phrynichi de non reducendo Alcibiade sententia vii. 70.
Phthiotæ ab Alexandro tyrãno subacti xiii. 66.
Phthiotis suo iure uiuere permissum xviii. 21.
Phthiriasis qualis morbus, quíque eo interierint xxvi. 88.& 89.
Φύλαξ iii. 13.
Philotas supplicio affectus xxxvii. 107.
Physcon unde dictus viii. 18.
Phytalidæ Oscophoria sacra obibant i. 34.
Phytalidæ Theseum clementer excipiũt i. 15.
PICTOR Fabius Delphos missus xii. 42.
Pictores clari i. 6.
Pictores ex uultu mores hominum effingere solent xxxvii. 1.
Picus dæmon iiii. 39.
Picus Marti sacer ii. 7.
Pieronis carmina xxxix. 109.
Pinariorum nomen unde iiii. 53.
Pindari carminum amator Pan iiii. 10.
Pindarus amnis xxxvii. 41.
Pinea corona quando in usu esse cœperit xxii. 45.
Pingues & nitidos non metuebat Cæsar, sed pallidos & macillẽtos xxxviii. 120.
Pinguia corpore reipublicæ inutilia xx. 23.
Pipinus Francorum rex primus liberam dominandi potestatẽ habuit lvi. 1.
Pipinus Caroli Magni filius ante patrem diem obiit lvi. 52.
Piræum Aratus contra ius gentium aggressus xlviii. 61.
Piraicæ portæ i. 41.
Piraticum bellum quanto tempore confectum xxxvi. 57.
Piratarum è Cilicia origo, audacia & luxus ibidem. 47.
Piratas Cæsar patibulo affixit xxxviii. 4.
Pisaurũ urbs, Antonij colonia hiatu terræ absorpta xlvi. 104.
Pisander Agesilai uxoris frater xxxv. 20.
Pisander nauali prælio interiit ibid. 34.
Pisidẽ Thespium captum militiæ ducẽ Demetrius constituit xlv. 107.
Pisistrati coniuges & liberi xx. 63.
Pisistratus ad tyrannidem aspirat v. 62. & 63.
Pisistratus rerum potitus v. 67.
Pisistratus legibus Solonis paret ibid.
Pisthuthnes Persa quantùm auri Atheniẽsibus pro Samiis miserit xi. 51.
Piton Platonis discipulus liiii. 24.
Pittheus Thesei maternus auus i. 3.
Pitthei sapientia ab authoribus celebrata i. 4.
PLACENTIA colonia xv. 20.
Placere omnibus difficile v. 53.
Platanos in foro Cimon plantauit xxxi. 35.
Platææ mœnibus cinctæ xix. 34.
Platæensium principi ferrum tãgere nefas ibidem. 60.
Platæenses Ioui liberatori, quo die sacra faciant ibidem. 55.
Platæenses qua consuetudine libent uiris fortiter defunctis xix. 60.
Platæenses quanta præmia ab Athenienſibus acceperint xix. 57.
Platææ prælium x. 33. xviii. 24.
Platonis parentes, adeóque eius genealogia liiii. 3.
Platonis labiis apes mel instillarũt ib. 5.
Plato mercator fuit v. 4.
Platonicum epiphonema iiii. 51.
Platonis aliquot apophthegmata liiii. 42
Plato in Eudoxum & Archytam concitus, quòd Geometriæ præstantiam sustulerint xiiii. 28.
Plato ludos exhibuit xix. 2.
Platoni ob parrhisiam Dionysius infensior xxii. 26.
Platonis mors liiii. 58.
Πλακοῦς liiii. 9.
Plebis factio apud Athenienses xi. 20.
Pleminij in Locrẽses iniuriæ xvi. 33.
Πλυντήρια festa vii. 95.
Plesianactio porticus xxxi. 9.
Pliſtarchus Cassandri frater Ciliciã prouinciam à regibus accepit xlv. 80.
Pliſtonax Pausaniæ filius xxiii. 7.
Pliſtonactis dictum iii. 47.
Pliſtonactis multa xi. 46.
Pliſtonax Lacedæmoniorum rex iunior Cleandridæ consilio regitur ibidem.
Plotinus Crassum incestus accusat xxxiiii. 2.
Plutarchus Eretrieus legatus xxxix. 29.
Plutarchus quãdo Latino sermoni operam dare cœperit xliii. 3.
PODAGRA balbutiens xxvi. 64.
Pœnam dare se malle dicebat Cato, quàm sibi ex malefactis deberetur, quàm &c. xx. 21
Pœnas meritas infligere, quàm iniurias prouocare iustius xli. 82.
Pœnitentia res etiam bene gestas deturpat xxii. 9.
Pœnorum uictoria xv. 28. 63. & 64.
Pœni ad Besũlam in fugam uerterunt xvi. 15.
Pœnorum clades xiiii. 21. & 56. Reliqua uide suprà circa Carthaginem
Poetica licentia lii. 4.
Polemon Ponti rex Antonio aduersus Augustum auxiliatur xlvi. 105.
Polis à Dionysio corruptus Platonem uendidit xli. 8.
Polus Aegineta histrio xliii. 47.
Polybius de reditu agit xx. 27.
Polycrita Lysimachi filia ibidem. 74.
Polycrates Samius tyrannus xxv. 14.
Polycrates Samænam nauem primus ædificauit xi. 53.
Polycritus medicus xlvii. 43.
Polydectes Lacedæmoniorum imperator iii. 4.
Polygnotus artem pretio non exercuit xxxi. 9.
Polyeuctus grauis & eruditus xxxix. 12.
Polyeucti de Demosthene Phocionéq; iudicium ibidem.
Polymachus Cyri sepulchrum demolitus xxxvii. 146.
Polyperchon filij Antipatri curator xxxix. 80.
Polyperchon dux optimus xxvii. 16.
Polyxenidam Antiochus Romanis obuiam mittit xv. 96.
Polystratidæ dictum iii. 58.
Pomaxartes Crasi interfector xxxiiii. 96.
Pomœrium unde dictum ii. 21.
Pompa omnibus imperat xxxiii. 14.
Pompeij nuptiæ xxxvi. 100. & 118.
Pompeij diuortia xxvi. 82.
Pompeij liberalitas in liberalium artium professores xxxvi. 90.
Pompeij rerum gestarum catalogus xxxvi. 77. 78. & dein.
Pompeius contra suam ipsius legẽ Plancum laudauit xxxvi. 119.
Pompeius Cæsarem in ferẽda lege agraria iuuat xxxviii. 26.
Pompeij & Cæsaris pugna ibidem. 86.
Pompeij fuga xxxvi. 152.
Pompeij bona sub hasta uendita mercatus Antonius xlvi. 16.
Pompeij interitus xxxvi. 165.
Pompeij annulus leonem ensiferum habuit xxxvi. 167.
Pompeij liberos Cæsar persequitur xxxviii. 105.
Pomponij Attici patria, parentes, educatio, & ingenium liii. 1.
Pomponij Attici pietas in matrem liii. 22.
Pomponij Attici frugalitas & mores liii. 19. Humanitas ibidem. 21.
Pomponij Attici obitus & sepulchrum liii. 29.
Pomponiorum nomen iiii. 53.
Ponsligneus & lapideus quando cõstructi i i ii. 23.

Index

Pontij Comitij præclarũ facinus x. 45.
Pontifices unde dicti, eorúmque ordo iiii. 23.
Popilij fuga xxiiii. 41.
Poppeia Othonis uxor xlix. 33.
Popularis furor tyrannide nihil clementior xli. 81.
Populari aura subleuati quàm pernicioſe ruant xxiii. 4.
Porcia Catonis filia, Bruti uxor xlii. 22.
Porciæ magnanimitas ibidem.
Porſenæ cum Romanis amicitia vi. 35. 52.
Porſena Romam obſidet vi. 33.
Porſena caſtra ſua opulenta Romanis relinquit ibid. 38.
Porcia baſilica xx. 47.
Ποσειδεών menſis xxxviii. 73.
Poſidonium philoſophum Cicero audiuit xliii. 8.
Poſidonius philoſophus de Pompeio ad Hermagoram ſcripſit xxxvi. 90.
Poſthumos quos Romani dixerint viii. 19.
Poſthumius Albinus hiſtoriã græcè ſcripſit xx. 30.
Poſthumius augur à Sylla ſe comprehẽdi petit xxvi. 23.
Poſthumius Tubertus conſul vii. 39.
Potationis uinariæ certamen xxxvii. 148.
Potidea Corinthiorum colonia xi. 60.
PRAECEPTI Iouij acerbitas ut à Numa mitigata iiii. 40.
Pranichi carmina xxxvii. 109.
Praxagoras xxxvi. 121.
Præceptores parentum loco liiii. 9.
Præcia mulier ciuium Romanorum diſcordias componendo multam ſibi conciliauit benetolentiam xxxii. 16.
Prẽneſtini à Camillo ſuperati x. 32.
Præſidium ſacrum xiii. 37.
Prætura urbana præſtantiſſima xlii. 12.
Praſij Græcorũ more ſacrificant xxxvii. 134.
Presbyterorum, ſeu ſeniorum magiſtratus apud Lacedæmonios iii. 58.
Priapina dea xxxii. 35.
Principis optima cuſtodia xlviii. 48.
Principia rerum duo liiii. 28.
Pritaneum Athenis unum i. 35.
Pro aris & focis pugnare qui uerè dici poſſint xxiiii. 14.
Proconeſus locus vi. 79.
Proculus unde cognomen ſortitus viii. 19.
Proculi conſilium in leniendo Romanorum de Romulo deſiderio ii. 60. iiii. 3.
Procruſtes hoſpitum interfector talionis pœnam luit i. 14.
Prodici qui Lacedæmoniis fuerint iii. 5.
Promachus palmam in uinaria certatione meruit xxxvii. 148.
Proſerpinæ templũ penes Nyſeos xix. 33.
Proſerpinalia feſta xxxii. 27.
Προσκύνησις Artemidis templum ix. 17.
Prouocatio à Coss. ad populum vi. 20. vii. 48.
Pruſias ab Antiochi ſocietate auertitur xvi. 56.
Pruſiæ bellum cum Eumene Pergami rege xvi. 98.
PSENOPHES Heliopolita ſacerdos v. 54
Pſilturcis inſula xxxvii. 141.
Pſylli homines xl. 97.
Pſyttalea inſula xix. 15.
PTOLEMAEVS apud Peluſium aduerſus ſororem bellum gerit xxxvi. 161.
Ptolemæus Ceraunius contra Galatas periit xxvii. 48.
Ptolemæi cum Demetrio fœdus xxvii. 7.
Ptolemæi Pyrrhi filii interitus xxvii. 68.
Ptolemæi dẽ Demetrio victoria xlv. 12.
Ptolemæi bellum aduerſus Alexandrum Macedonem xiij. 54.
Ptolemæi erga Lucullum liberalitas xxxii. 6.
PVBLICOLAE mors, honores, atq; ſepulchra honorifica vii. 45.
Publicani, harpyiæ mortaliũ labores depaſcentes xxxii. 20.
Publicolæ nomen vi. 1. & 20.
Publius Sulpitius Conſul xl. 85.
Publius Sulpitius Trib. pleb. interfectus liii. 2.
Puellarum Laconum exercitatio ac mores iii. 30. & 31.
Puerorũ inſtitutio qualis apud Lacedæmonios iii. 25.
Puerorum inſtitutionis pulcherrimum paradigma xx. 50. & 51.
Pugnæ initio ſuperos adorabant Romani xiiii. 11.
Pulchri littoris gradus, locus Romæ ii. 43.
Pulchri promontorium xvi. 37.
Punici belli ſecundi ſeminaria xv. 5.
Purpura Hermionica xxxvii. 81.
Purpura imperatorũ ornatus xxxiiii. 67.
Puſionis Stephani conflagratio miſeranda xxxvii. 78.
PYLON Athenis locus xxxiii. 18.
Pyrenæus mons xv. 15.
Pyrilampus auium nutritor, quo nomine malè audierit xi. 32.
Πυρῤῥιχη quid xxxvii. 150.
Pyrrhidę Neoptolemi in Epiro ſucceſſores xxvii. 1.
Pyrrhus quantus Annibali uideatur xv. 92. & xviii. 45.
Pyrrhus cùm Alexandro contra Antipatrum fratrem auxilia tuliſſet, pro mercede magnam Macedoniæ partem ſibi aſſumpſit xlv. 92.
Pyrrhus nec victor, nec victus quietem agere ſciebat xxvii. 68.
Pyrrhus in acquirẽdo imperio egregius, in conſeruando minimè aptus xv. 50.
Pyrrhus per uim Argos capere non potuit xxiii. 76.
Pyrrhi de Romano exercitu dictum xviii. 10.
Pyrrhus quo pacto Italia Siciliáque deciderit xxvii. 56.
Pyrrhi etiam læſi in monomachia mira fortitudo xxvii. 54.
Pyrrhi interitus xxvii. 76.
Pythacus tyrannus v. 27.
Pythagoras quando floruerit iiii. 2.
Pythagoras aruſpex xxxvii. 154.
Pythagoras fallax, & gloriæ cupidus iiii. 20.
Pythagoras ciuis Romanus ibid. 22.
Pythagoricę diſciplinæ Plato nauat operam Iiiii. 18.
Pythagoræ de deo ſententia iiii. 21.
Pythagorici non ſinunt deum per tranſitum adorare iiii. 36.
Pythagoricis quid mundi medium iiii 29.
Pythagoricos nihil literis mandaſſe iiii. 55.
Pytheæ noui hominis importuna dicacitas xxxix. 53.
Pytheas orator Athenis profugus Antipatro adhæret xliii. 45.
Pythia feſta xxxv. 38.
Pythodori aduerſus Demetrij petitionẽ ſententia xlv. 64.
Python muſicus xxvii. 16.
Python Byzantius aduerſus Atheniẽſes inuectus xliii. 14.
Pythonicæ ſortis ſepulchrum xxxix. 56.
Pythopolis à Theſeo condita i. 40.

Q

QVadragintaremem Pompeius fieri iuſsit xlv. 119.
Quadrantia Clodij ſoror, Metelli Celeris coniunx xliii. 60.
Quadringentorum ſtatus Athenis deletus vii. 74.
Quæſtoris officium vi. 23. & 47.
Quæſtoribus ærarij negotia interdicta xxiiii. 16.
Quercus fertiliſsima viii. 4.
Quernea corona cui daretur ibidem.
Quintus Aurelius proſcriptus interficitur xxvi. 8.
Quintus Cæcilius difficillima natura liii. 6.
Quintus Cæcilius Atticum hæredẽ ſcripſit ibidem.
Quintus Capitolinus Dictator x. 68.
Quintus Cicero Attici ſororem uxorem habuit liii. 6.
Quinti Ciceronis ob fratrem periculum xliiii. 70.
Q. Cicero Clodium uicit xxxvi. 104.
Quintus Fuluius Dictator dicitur xiiii. 53.
Quintus Sulpitius quare ſacerdotiũ amiſerit ibidem. 8.
Quintus Valerius philoſophus à Pompeio damnatus xxxvi. 59.
Quiris, id eſt, lancea ii. 64.
Quirini nomen unde ibid. & iiii. 3.
Quirinus tumulus ii. 64.
Quirino tertia ſpolia offerebantur xiiii. 15.
Quirites à Curibus dicti ii. 42. & iiii. 6.

R

RAmnenſes tribus Romana ii. 42.
Raptæ mulieres in honore habitæ ii. 17.
Rauenna Galliæ urbs xxviii. 2.
REGIA locus Romæ ii. 39. & iiii. 36.
Regiæ uirtutes lii. 19.
Regia dignitas, uniuerſa cõtinet xxxvii. 131.
Regis officium xlv. 116.
Regi nihil firmius beneuolentia xlviii. 48. & 93.
Regnandi cupiditas capitalem inuidiam Cæſari conflauit xxxviii. 113.
Regnãdi munus dei miniſterium iiii. 14.
Regnum humanarum diuinarúmque rerum longè pulcherrimum lii. 17.
Regio nomine dignus, qui indicta cauſa non iudicat ii. 12.
Regna à ſancta ſocietate alieniſsima xlv. 8.
Regum amicitiæ fragiles xlviii. 27.

In vitas Plutarchi.

Reges inuidiæ atque calumniæ flatibus aſsiduè agitantur xlviij. 27.
Regibus quod libet licet xxxvii. 114.
Regibus honorum excellentia non ſatis firmum præſidium xlv. 77.
Regum quorundam illiberalia exercitia ibidem 48.
Reges Romani exacti vi. 2.
Regis uocabulum Romanis auribus inſuetum xvi. 15.
Reipublicæ ſtatus' nori facilè permutari poteſt xxiii. 61.
Reipublicæ malæ forma ibid. 45.
Reipublicæ Romanæ forma ii. 24. 25. & 42.
Reis quantum legitimi temporis dari ſolitum xliiii. 19.
Reſpublica quæ feliciſsima liiii. 48.
Remus à Numitoris paſtoribus capitur ij. 11.
Remi in aduerſis magnanimitas ibi. 12.
Remi interitus ij. 20.
Remus Emationis filius ij. 2.
Remonium Auentini pars ibid. 18.
Repudium apud Romanos primum ij. 74. iiii. 65.
Retentionem ſententiæ Cicero primus dixit xliiii. 82.
RHEA Syluia Veſtalis grauida Romulũ ac Remum peperit ij. 5. & 6.
Rhea Sertorij mater xxx. 3.
Rhegyum oppidum vii. 53.
Rhegyum Callippus occupat xli. 99.
Rhegynorum duces Carthaginienſibus dolum ſtruunt xxii. 16.
Rhenes inſula xxxiii. 8.
Rheni fontes xv. 17.
Rhodanus fluuius xxx. 3.
Rhodani origo xv. 17.
Rhodani hoſtia ibid.
Rhodij Romanorum ſocij xv. 96.
Rhyndacus fluuius xxxii. 30.
Rhyntaces auis Perſica xlvii. 39.
RIGNARIVM locus ij. 18.
Riſus templum xxiii. 67.
Ῥωπτηρία xliii. 16.
ROESACES à Perſarum rege deficit xxxi. 27.
Rolandi Franci uiri fortiſsimi interitus lvi. 24.
Roma Itali filia ii. 2.
Roma à Romulo condita i. 3.
Romæ origo ac nomen ii. 1.
Ῥώμη ibidem.
Romæ fundamenta iaciuntur ii. 19. 20. 21. 22. & 23.
Roma quadrata ii. 18.
Roma à Gallis capta ii. 65. x. 34. & xiiii. 4.
Romam nunquã in Longobardorum poteſtatem uenisse lvi. 15.
Rom. exercitus in Apulia deletus. xv. 64.
Romanus Vlyſsis & Circes filius ii. 2.
Romani à Pœnis cædũtur xiiii. 54. & xv. 28.
Romani Sabinorum ſcutis uſi ii. 45.
Romani quàm dediti religioni fuerint xiiii. 5.
Romani Græciæ rebus incũbũt xvii. 35.
Romani ab ineunte ætate ad ſenectutem uſque triſtia bella geſſerunt xiiii. 1.
Romanus ſenatus uelut regum conſeſſus xxvii. 41.
Romani quo die à Cimbris uicti x. 34.
Romanorum cædes ad Traſimenum lacum xv. 33.
Romanorũ in Lucanis clades xv. 64.
Romanorum imperium diuiſum lvi. 39.
Romanorum imperium in occidente ccc. & xxx. annis ceſſauit ibidem.
Romani imperii breuis enumeratio lvi. 36.
Romuli incertum genus ij. 3.
Romulus & Remus naſcuntur ii. 6.
Romuli athletica uis ii. 54.
Romulus tyrannidem ſpirat ii. 56.
Romulus Feretrio Ioui opima ſpolia primus obtulit xiiii. 14.
Romulus faucius ii. 38.
Romuli obitus ii. 59. iiii. 3. & x. 63.
Romuli phanum ii. 64.
Romus Latinorum tyrannus ibid. 2.
Roſcius Comœdus apud Syllam ualet xxvi. 88.
Roſcium Comicum Cicero in pronũtiatione imitatus xliiii. 10.
Roſcius pro Pompeio dicturus non auditus eſt xxxvi. 54.
Roſcius parricidij reus à Cicerone defenſus xliiii. 5.
Roxanen Alexander amauit xxxvii. 101.
RVBICON fluuius xxxvi. 128. & xxxviii. 41.
Rufus denominationẽ ab habitu accepit viii. 19.
Rufinus quare à Senatu eiectus xxvi. 1.
Rumam antiqui mammam dixerunt ii. 6.
Rumilia dea ibid.
Rumor quomodo ſerpere ſoleat xxxvii. 104. & dein.
Rumorum incertorum authores ab Athenienſibus puniti xxxiii. 95.
Rutilius Mithridatẽ aduerſus Romanos oratione ſcripta incitauit xxxvj. 80.

S

SAbam gymnoſophiſtæ ut ab Alexandro deficiat ſolicitant xxxvii. 137.
Sabini Lacedæmoniorum coloni ii. 31. & iiij. 2.
Sabinorum cum Romanis fœdus ii. 42.
Sabinarum raptus ii. 27. & 28.
Sabinorum cædes vi. 39.
Sacerdores militia uacabant xiiii. 4.
Sagittarius Perſicum numiſma xxxv. 31.
Saguntinorum cum Romanis fœdus xv. 5.
Saguntinum excidium xv. 11.
Sal apud Romanos funeſtum xxxiiii. 58.
Sala fluuius lvi. 43.
Salamis oppidum ix. 20.
Salamina à Teucro condita lii. 8.
Salaminenſis pugna x. 33. & xiii. 43.
Salapiam Marcellus per proditionem capit xv. 71.
Salapitani Annibalis inſidias prudẽti cõſilio uitant ibid.
Salij ſacerdotes iiii. 33.
Salius Pelignorum præfectus xxi. 32.
Saluius Pompeii interfector xxxvi. 165.
Salutaria ſacra xlviii. 97.
Sambuca bellicum inſtrumentum xiiii. 30.
Samena nauis xi. 53.
Samij à Pericle obſidentur ix. 3.
Samiis poritur Pericles xi. 55. & xii. 64.
Samiorum de Athenienſibus victoria xi. 53.
Samii in crimen contumaciæ uocati ibidem. 48.
Samothraces xxiii. 56.
Sandauces Xerxis ſororis filij Libero patri immolati ix. 28.
Sanguis utrùm animalibus inſit xxi. 22.
Sapiens ſecũdum Platonem optimus dei imitator liiii. 54.
Sappha oppidum xxxii. 62.
Sardes Demetrius occupat xlv. 129.
Sarpedon Catonis iunioris pædagogus, uerba magis quàm uerbera in promptu habebat xl. 3.
Satroparena regio à Parthis uaſtata xlvi. 64.
Saturni ætatem ueteres laudibus celebrabant xix. 66.
Saturni ædes ærarium Romæ vi. 23.
Saturnalia, ludi muſici apud Thebanos li. 5.
Saturninus legem agrariam promulgat xxviii. 59.
Satyrus hiſtrio Demoſthenis actionem emendauit xliij. 12.
Satyrus ubi captus, eiúsque forma, ac uox xxvj. 65.
Saupheius philoſophus uendita bona Attici opera requiſiuit liii. 16.
Saxones à Carolo magno debellati lvi. 19.
Saxonum gens ibid. 17.
Saxorum ratio quomodo cælitus caderе ſoleant xxv. 22. & 23.
SCAEVOLAE nomen unde vi. 34.
Σκιάδιον ibidem
Scapte Hyle Thraciæ uicus xxxi 7.
Scedaſi filiarum monumenta xiii. 41.
Σχῖνος xi. 6.
Scilluſtis inſula xxxvii. 141.
Scipio Cornelius magiſter equitum x. 8.
Scipio Corn. in Iberiam aduerſus Carthaginienſes miſſus xii. 56.
Scipio P. Aphricani pater poſt multas in Hiſpania uictorias occiſus xvi. 1.
Scipionis matri in cubiculo anguis uiſa xvi. 6.
Scipionis forma & maieſtas xvi. 26.
Scipionis dicendi uis ac pronuntiatio ibidem 5. & 27.
Scipio dicere ſolebat, ſe nunquam minus otioſum fuiſſe, quàm cùm eſſet otioſus xvi. 68.
Scipio patre duce tyrocinia egit xvi. 2.
Scipio pubeſcentẽ ætate patrem ſeruat xv. 23. & xvi. 3.
Scipionis ſimulata religio xvi. 6.
Scipioni præter ætatem magiſtratus delatus xvi. 4.
Scipio ſenatus princeps xvi. 52. & 59.
Scipio Aphricanus Cenſor ibid. 52.
Scipionis Conſulatus ibid. 28. 53.
Scipio Aphricanus Lucij fratris contra Antiochum legatus ibid. 54.
Scipio in Hiſpaniam mittitur xv. 83. xvi. 6.

Index

Scipionem Hiſpani regem ſalutant xvi. 15.
Scipio in Siciliã proficiſcitur ibid. 30.
Scipionis victoriæ xii. 60. xv. 86. &xvi. 3. 10. 47. &71.
Scipio Aphricani nomẽ à deuicta Aphrica habet xvi. 1. 52.& 60.
Scipionibus fatale in Aphrica uincere xxxviii. 99.
Scipionis geſta compendio xvi. 27.
Scipionis Aphricani in Annibalem clementia xviii. 45.
Scipio uirginem captiuam Luceio reddidit xvi. 11.&72.
Scipionis in hoſtes munificentia ib.14.
Scipionis mite in puniendo ingenium ibidem. 23.
Scipioni Aphricano dies dicitur ib. 61.
Scipio ubi mortuus ibidem. 67.
Scipionis epitaphium ibidem.
Scipionis æmuli ac obtrectatores ibid. 33.34.& 61.
Scipio minor Tiberio Graccho ob Mãcini fœdus periclitãti auxiliatur xxiiii. 9.
Scipio minor Carthaginem funditus euertit xx. 65.
Scipio Aſiaticus unde nomen ſortitus xvi. 1.& 60.
Scipio Aſiaticus cùm in carcerem duceretur à fratre Aphricano ereptus ibidem. 64.
Scipio Naſica uitio cõſul deſignatus magiſtratu ſe abdicat xiiii. 8.
Scipio Naſica uir optimus iudicatus xvi. 2.
Scipio Naſica Perſeum circunuenit xxi. 25.
Scipio Naſica Carthaginem minimè delendam cenſet xx. 67.
Scipio Naſica legi agrariæ infenſus xxiiii. 20.
Scipionis Naſicæ mors xxiiii. 34.
Scipio L. Conſul contra Antiochũ proficiſcitur xvi. 55.
Scipio Catoni cauſam inuidioſam affert xx. 44.
Scipio Cn. Aphricani patruus interiit xvi. 1.
Sciradius tumulus v. 17.
Sciraphida Lacedæmoniis auri uſum abrogauit xxv. 33.
Scopæ Theſſali dictum xx. 46.
Scotuſſa xxi. 11.
Scyron latro à Theſeo è petra deiectus i. 12.
Scyrus inſula à Cimone in ditionem redacta i. 56.
Scyrus inſula ob rapinas multata xxxi. 19.
Scyri phanum i. 23.
Scytala Laconica xxv. 40.
Scythæ quàm prompti in mittendis ſagittis xxxiiii. 72.
SECVNDVS viii. 18.
Σειναχθεια v. 30.
Seleuci, Ptolemæi & Lyſimachi contra Demetrium conſpiratio xlv. 120.
Seleucus à Demetrio ſuperatus xlv. 139.
Seleucus regiis inſignibus coram Græcis uſus xlv. 42.
Seleucus Demetrij filiam petit uxorem xlv. 80.
Seleucus quingentis elephantis ab Androcotto donatus xxxvii. 133.
Seleuci inhumanitas xlv. 82.
Selybria capitur vii. 86.
Sempronio Conſuli Aphrica decernitur xv. 13.
Sempronius Gracchus Cumas Annibalis obſidione liberat ibidem. 59.
Sempronij tumultuaria cum Pœno pugna ibidem. 83.
Sempronius Longus Scipionis in Conſulatu collega xvi. 53.
Senatores Lacedæmoniorum iii. 58.
Senatus uocabulum unde ii. 24.
Senatus principes, qui creari ſoliti. xvi. 52.
Senectus intrepidum facit xxxviii. 29. audaciam minuit xxxvii. 76.
Sententiam priorem mẽtis ægritudo ſæpe mutat xxxviii. 126.
Sentius prætor Macedoniæ xxvi. 28.
Sepeliendi modus apud Athenienſes & Megarenſes v. 19.
Sepulchra Amazonum i. 41.
Sephironis mimographi præceptis uacauit Plato liiii. 17.
Septimius Pompeij occiſor xxxvi. 162. & 163.
Septimagium ii. 55.
Sequani quam Galliæ partem incoluerint xxxviii. 53.
Serbonidis palus xlvi. 5.
Serpentes ex humanis medullis generari xxiii. 121.
Serpentes in hoſtium naues iniecti xv. 99. de Serpentis capite & cauda apologus xxiii. 3.
Seruilius Galba in iudicium adductus xx. 38.
Sertorij patria, natiuitas, ſtudia, & tyrocinia xxx. 3.
Sertorij mira laborum tolerantia ibid. 21.
Sertorij ſimulata religio ibidem. 19.
Sertorij interitus ibidem. 47.
Seruiliæ impudica epiſtola ad Cæſarem xl. 39.
Seruilia Bruti mater xlii. 2.
Seruilij Conſulis interitus xv. 47.
Seruile bellum xxxvi. 41.& xl. 12.
Serui, rei familiaris animata inſtrumenta xxxiiii. 4.
Serui in militiam non conſcribebantur xxviii. 14.
Seruorum diſciplinæ paradigma xx. 53.
Serui libertate donati quib⁹ cæremoniis in triumpho duci ſoliti xviii. 29.
Serui olim humaniter tractati viii. 42.
Seſtertium, locus Romæ xlix. 51.
Seſtus Athenienſibus abrepta xxv. 27.
Sexdecimremes Demetrius fabricauit primus xlv. 119.
Sextiæ aquæ xxviii. 36.
Sextilius Luculli legatus xxxii. 70.
Sextus Ælius Flaminij in Conſulatu collega xviii. 3.
Sexti Pompeij fides in Auguſtum & Antonium xlvi. 54.
SICANORVM cum Volſcis ſeditio viii. 69.
Sicilia Proſerpinæ dedicata xxii. 14.
Siciliæ libertas uendicata ibidem. 42.
Sicinus Themiſtoclis puerorum pædagogus ix. 26.
Sicyon literis & picturis clara xlviii. 22.
Sicyonium agrum Cleomenes infeſtat xxiii. 79.
Sicyonij in Nemea fuſi xi. 42.
Sicyonij neminem intra mœnia ſepeliebant xlviii. 96.
Sigliuria colonia vi. 31.
Signum prælij quod antiquitus fuerit xii. 35.
Silenus Ponticus xxv. 54.
Simulachra quando Romæ pingi cœperint iiii. 21.
Simulachra cur ſonitum aliquãdo edant viii. 64.
Simulachra ſudare lachrymareq; poſſibile ibidem. 65.
Sinnaca, montes xxxiiii. 90.
Sinopes urbis origo ac nomẽ xxxii. 64.
Sinopen captam Autolycus muro cinxit xxxii. 63.& 64.
Sippius Romanus luxuria nobilis xl. 7.
Siris fluuius xxvii. 33.
Siſmatium ſepulchrum adoleſcentũ, qui in gymnaſio obruti xxxi. 41.
SMYRNA ſub Lydorum imperio li. 3.
Smyrnæ nomen xxx. 2.
SOCHARES Deceleus Miltiadi obſtat xxxi. 18.
Sociale bellum xxvi. 12.&18.
Socrates quando floruerit liiii. 7.
Socrates utrùm diues xix. 41.
Socrates melancholicus xxv. 3.
Socrates Alcibiadis in philoſophia præceptor vii. 8.
Socratis interitus liiii. 16.
Solis defectus ii. 59.
Soli ciuitas v. 55.
Solonis genus, ætas, & ſtudium v. & dein. 1.
Solon mercaturam exercuit v. 4.
Solonis ſpontaneum exilium v. 53.
Solonis phanum v. 18.
Solonium Marij ſuburbanũ xxviii. 72.
Soloontis adoleſcentis interitus i. 40.
Somniorum certitudo xxxii. 64.
Somno detiti manſuetiores xx. 53.
Somnij punitio xli. 15.
Somno potationibus intempeſtiuis conciliando, animi cogitationes moleſtas uitare conabatur Marius iam ſenex xxviii. 96.
Sonches Saita ſacerdos v. 54.
Sophena regio xxxii. 67.
Sophocles quando uixerit liiii. 7.
Sophocles Aeſchylum uicit xxxi. 21.
Sophocles Aeſculapium hoſpitio excepit iiii. 10.
Sophonisba Syphaci marito exitij cauſa fuit xvi. 40.& 45.
Sophonisba ueneno ſibi mortem conſciuit ibidem. 47.
Sorex mimorum princeps apud Syllam gratia ualet xxvi. 88.
Sornatius ponti præfectus xxxii. 88. hoſtes in fugam uertit ibidem. 44.
Soſillo Lacedæmonio Annibal familiariter uſus xvi. 73.
Soſsis Syracuſanus flagitiis nobilis xli. 60.
Soter unde cognomen a erit viii. 18.
Sous Lacedæmoniorum dux iii. & 3. 2.
Spartacium bellum xl. 12.

In vitas Plutarchi.

SPARTACVS fortiter pugnans occubuit xxxiiii. 35.
Spartiatarum urbs, pædagogus honeſtæ uitæ iii. 70.
Sparta nullis ſepta mœnibus xxv. 29.
Spartiatæ quibus remediis ebrietatẽ ſuis exoſam fecerint xlv. 3.
Spartana diſciplina xxv. 1.
Spartam Antigonus occupat xxiii. 101.
Spartam Epaminõdas obſidet xxxv. 66.
Sparaton Rhodius xxxix. 48.
Spes regibus & militibus communis xxxvii. 29.
Speuſippi mater liiii. 4.
Speuſippus Platonis diſcipulus & ſucceſſor liiii. 23.
Speuſippi in Dionyſium coniuratio xli. 36.
Speuſippus agro donatur xli. 26.
Sphacteria inſula xxxiii. 19.
Sphargiticarum nymphарum templum xix. 32.
Sphargiticarũ nymphарũ ſacra ib. 54.
Spherus Cleomenis in iuuentute Laconica inſtituenda ſocius xxiii. 62.
Shpinis ἀθία xxxvii. 140.
Sphitridates Pharnabazum caſtris exuit xxxv. 22.
Sphitridatis Macedonis interitus xxxvii. 33.
Sphodridas ab Athenienſibus accuſatus xxxv. 50.
Spinter Conſul xxxvi. 105.
Spoletum ab Annibale obſeſſum xv. 37.
Spoletanus ager Romano pontifici donatus lvi. 16.
Spolia opima ii. 33.
Sponſæ Romanorum ſublimes in cubiculum ferebantur ii. 31.
Spurinæ de Vitellio uictoria l. 12.
Sp. Melius tyrannidem affectans à Seruilio Hala interfectus xlii. 2.
Sp. Poſthumius quantùm gloriæ ab exercitu reportauerit xxiiii. 12.
Sp. Seruilius primus Romanorum diuortium fecit ii. 74. & iiii. 65.
Sp. Vectius interrex iiii. 16.
STAGIRA à Philippo euerſa lv. 8.
Stagira Ariſtotelis patria exædificata xxxvii. 13.
Stallius Epicureus xlii. 20.
Staphylus Theſei ex Ariadna filius i. 27.
Staſicrates Athon montem in hominis ſtatuã formari poſſe dicebat xxxvii. 153.
Statilius iuuenis Catonis admirator xl. 113.
Statiræ Artoxerxis coniugis populares xlvii. 9.
Statirę interitus xxxii. 50. & xlvii. 11.
Stellæ quid ſint xxv. 23.
Stephanus puer naphtha incenſus xxxvii. 78.
Steſilei Chij forma xix. 6.
Steſimbrotus qua ætate floruerit xxxi. 8.
Στήτγμα viii. 42.
Sthenis Himereorum principis fiducia xxxvi. 19.
Sthenidis ſtatuarij opus xxxii. 63.
Stilbides uates xxxiii. 77.
Stilbonis philoſophi fortiſsimum reſpõſum xlv. 22.
Stoicæ diſciplinæ acumen xxiii. 45.
Stoicorum paradoxa xl. 35.
Strabonis corpus fulmine ictũ xxxvi. 1.
Strato rhetor xlii. 97.
Stratocles quibus modis Athenienſium animos falſa lætitia ſuſpenderit xlv. 26.
Stratonice ſoluto Seleuci coniugio Antiocho filio nupta xlv. 104.
Stratonici cauillum iii. 71.
Stroibus Calliſthenis lector xxxvii. 117.
Strymon fluuius xxxi. 15.
Styraces Cretenſes xxv. 59.
Studia conſueta non facilè mutanda iiii. 12.
Stulti prudentibus maiori emolumento ſunt, quàm prudentes ſtultis xx. 22.
Stupratæ mulieris de ſtupratore ultio uirilis xxxvii. 24.
Stupri oblati uindicatio xxviii. 27.
SVCRON amnis xxxvi. 36.
Sucronenſis pugna xxx. 34.
Sueſſani populi xv. 51.
Sueſitanis Romanorum amicis Mandonius bellum infert xvi. 22.
Sulpitius in æde Caſtoris Conſulibus turbam infert xxvi. 21.
Sulpitius interrex xxxvi. 117.
Sulpitij Tribuni pleb. cædes xxvi. 25.
Superfluis fortunæ bonis magis quàm neceſſariis homines ſe beatos putant xx. 46.
Suprema lucus xxvi. 63.
Surenas Parthorum dux qualis fuerit xliiii. 33.
Surenas dolo ab Hyrde necatus xxxiiii. 62.
Surra unde dictus Cornelius Lentulus xxxiiii. 101.
Suſas Alexander ſubegit xxxvii. 81.
Sutriorum urbs bis uno die capta, à Camillo recuperata eſt x. 67.
SYBARITAE deliciis dediti xiii. 2.
Sycophanta v. 50.
Syllæ denominatio viii. 19. & xxvi. 3. & 12.
Syllæ dicacitas xxvi. 3.
Syllæ cum Mario inimicitiæ xxvi. 6.
Syllæ & Cæſaris inimicitiarum cauſa xxxviii. 1.
Sylla urbem incendit xxvi. 24.
Sylla uictor urbe potitus xxvi. 76.
Sylla Capitolium inſtaurauit vi. 28.
Syllæ templa uiolat xxvi. 30.
Syllæ proſcriptiones xxvi. 78.
Syllæ præclara facinora xxvi. 7. & 11.
Sylla repetundarum poſtulatus xxvi. 11.
Sylla in phthiriaſim morbum incidit xxvi. 88.
Syllæ obitus liiii. 59.
Syllæ funus, monumentum, teſtamentũ, & epitaphium xxvi. 91.& 92.
Syllæ annulus ibidem. 6.
Syllani de Catilinæ coniuratis ſententia xl. 37.
Syphacis cum Aſdrubale affinitas xvi. 35.
Syphacis caſtra incenſa ibidem. 42.
Syphacis cum Romanis fœdus ibid. 19.
Syphacis cum Carthaginienſibus fœdus ibidem. 35.
Syphax in triumpho ductus ibid. 51.
Syracuſarum urbs Athenis non ferè minor xxxiii. 53.
Syracuſana arx funditus euerſa xxii. 38.
Syracuſanorũ machinæ bellicę xiiii. 29.
Syracuſanorum ariſtocratia xli. 91.
Syracuſanorum de Atheniẽſibus uictoria xxxiii. 78.
Syracuſanorum naualis de Dionyſio uictoria xli. 71.
Syracuſæ Corinthiorum colonia xxii. 25.
Syracuſæ à Marcello captæ xiiii. 36. &68.
Syrmus Triballorum rex ab Alexandro ſuperatus xxxvii. 27.
Syrorum origo xxxii. 64.
Syrtis magna xv. 15.
Syrtis capita xli. 44.

T

TAcita dea à Romanis colitur iiii. 20.
Tagonius amnis xxx. 29.
Tagus fluuius xv. 7.
Ταλασία lanificium ii. 30.
Talea prima ſocrui litem intulit iiii. 66.
Tanagra Thebanorum uicus liiii. 29.
Tanagricum agrum Lacedæmonij inuadunt xi. 20.
Tarchetius Albanorum rex, eiuſque fabula ii. 3.& 4.
Tarentinæ arcis topotheſia xv. 62.
Tarentinorum urbs à Fabio Maximo capta xii. 48. & 49. & xiiii. 43. Recuperatur per eundem xii. 51.& 64.
Tarentum per proditionem Annibal accipit xv. 62.
Tarentini Pyrrhum aduerſus Romanos ducem eligunt xxvii. 26.& dein.
Tarpeia Sabinis arcem prodit ii. 36.
Tarpeia Veſtalis iiii. 26.
Trapeium ſaxum ii. 37. & iiii. 16.
Tarquinij tyrannis vi. 2.
Tarquinius expulſus xiiii. 24.
Tarquinius ad Porſenam confugit vi. 30.
Tarquiniorum ager Marti conſecratur ibidem. 13.
Tarquinia uirgo Veſtalis ibidem. 14.
Tarraconem Scipio recipit xvi. 16.
Tatianus cum decem millibus cæſus xlvi. 66.
Tatienſes tribus Romana ii. 42.
Tatius Sabinorum dux Romanis bellum infert ii. 37.
Tatij cædes ii. 50.
Taureus aduerſæ choreæ princeps vii. 40.
Taurini montes ſegnius cuncta producunt xxxii. 90.
Tauriminium oppidum xxii. 17.
Tauri cum Paſiphae concubitus i. 25.
Taurus Minois dux à Theſeo interfectus ibidem.
Taxiles Indiæ princeps xxxvii. 126.
TEGEATARVM cum Atheniẽſibus de honoribus contentio xix. 35.
Telamon Aeaci filius cum Hercule contra Laomedontem militauit lii. 7.
Τελεσήειον locus ix. 2.& xi. 30.
Teleutiæ maritimum committitur imperium xxxv. 42.
Telluris Olympiæ phanum i. 42.
Tellus homo beatus v. 57. & vii. 1.
Thaidis meretricis cum Alexandro colloquium xxxvii. 83.
Templa quæ à piratis uaſtata xxxvi. 49.
Templa Græciæ incenſa xi. 39.
Tempus pretioſiſsima res xlvi. 45.
Tempe xviii. 5.

Index

Tenterides Germaniæ populi xxxviii. 45.
Terentia Ciceronis quantum curæ reip. nomine fuſceperit xliiii. 40.
Terentia difficilis ingenij ibid. 59.
Terentij Varronis Conſulatus xii. 32. & ſequen. xv. 42.
Terentius Culeo à Scipione redemptus xvi. 51.
Teribazi interitus xlvii. 61.
Termini templum & ſacra iiii. 41.
Terræmotus xii. 6.
Terræmotu Agis cubiculo eiectus xxxv. 6.
Terra immobilis iiii. 29.
Teſſera prælij ſignum edebatur xlii. 73.
Teſſerarij qui dicantur xlix. 42.
Teſtamentum in procinctu viii. 14.
Teſti uni non eſſe credendum xl. 31.
Teſthæ Dionyſij filiæ uirtus ac funus xli. 35.
Teucridarum genus unde originem traxerit lii. 6.
Teutones Cimbrorum fratres xxviii. 49.
THALASSIVM uox nuptialis ii. 29. & 30. & xxxvi. 7.
Thales mercator v. 4.
Thaletis ſapientia terminos neceſſitatis exceſſit v. 6.
Thaletas Lyricus Cretenſis Spartæ poeticam exercet iii. 7.
Thapſacos oppidum xxxvii. 144.
Thapſum oppidum xxxviii. 101.
Θαργηλιὼν menſis x. 33.
Thargeliæ meretricis hiſtoria xi. 48.
Tharrita Epirotarũ regum primus græcos mores literáſque coluit xxvii. 1.
Tharſus Seleuci ſeruit imperio xlv. 131.
Theagenes in Chæronea pro Græciæ libertate cecidit xxxvii. 25.
Theagenis ſororis uirile facinus ibid. 24.
Theba Iaſonis filia maritum Alexandrũ morti tradidit xiii. 76. & 77.
Thebæ ab Alexandro captæ x. 34.
Thebæ Tyriorum colonia xvi. 27.
Thebanorum cum Atheniẽſibus fœdus xiii. 27. cum Spartanis xiii. 11. cum Romanis ſocietas xviii. 12. & 13.
Theleſippa ſcortum xxxvii. 92.
Themiſtocles nouarum rerum cupidus ix. 4.
Themiſtoclis de Aſia in Europa capienda conſilium xix. 26.
Themiſtocli ſapientiæ præmium à Lacedæmoniis decernitur ix. 34.
Themiſtocles quòd in cœna lyram recuſauit, habitus eſt indoctior xxxi. 22.
Themiſtoclis ſapienter dicta & apophthegmata ix. 39.
Themiſtoclis & Ariſtidis æmulatio xix. 6.
Themiſtoclis in Marathonio bello ſtrenuitas xix. 14.
Themiſtoclis exilium xix. 72.
Themiſtoclis interitus & ſepulchrum ix. 62. & 64.
Theocritus Chius epigrammate in Ariſtotelem inuectus eſt lv. 3.
Theodorus aruſpex xxvii. 12.
Theodoti Chij interitus xxxvi. 167.
Theomille locus lvi. 20.
Theophraſti oratio ſingulares deliciæ xliiii. 49.
Theophraſti de Demade & Demoſthene iudicium xliii. 17.
Theophraſtus interimitur xlviii. 42.
Theopompus Ephoros creat iii. 15.
Theopompi dictum iii. 47.
Theoris uatidica morte multata xliii. 25
Theramenis in patriam amor xxxiii. 4.
Thermodon fluuius xxxvi. 77. & xliii. 31.
Termopylarum anguſtiæ xx. 31.
Therycion ſibi mortẽ infert xxiii. 105.
Theſprotis quis primus poſt diluuiũ imperauerit xxvii. 1.
Theſei uxores, quáſque compreſſerit i. 44.
Theſei facta, quæ Herculis imitatione geſſit i. 9.
Theſei cum Perithoo amicitia i. 46.
Theſeus cum Hercule aduerſus Amazones militauit i. 38.
Theſei inſigne claua i. 10.
Theſeus quo pacto è Labyrintho euaſerit i. 24.
Theſei exilium i. 55. Interitus ibid. Sacra & ſepulchrum ibidem. 56.
Theſpis Piſiſtrati tragœdia v. 63.
Theſſalus Piſiſtrati filius xx. 63.
Theſſali egregij bellatores xxxvii. 50.
Theſſaliam Pyrrhus inuadit xlv. 108.
Theſſalonica ab Antipatro filio necata xlv. 91.
Thetis Nerei filia, Pelei uxor lii. 7.
Thetis mater Achillis Troianis à Ioue contra Græcos auxilium implorat li. 10.
Θῆτες v. 35.
Thraciæ ſtudia potare & equitare vii. 62.
Thraſeas Munatij librũ ſequutus xl. 63.
Thraſybulus Athenas tyrannis liberauit xiii. 13.
Threſceum nomen xxxvii. 3.
Thryaſiæ portæ xi. 62.
Thucydidis genealogia xxxi. 7. In patriam amor xxxiii. 4. factio xi. 11. ſepulchrum xxxi. 7.
Thurij nomen xxvi. 44.
Thurium captum ibidem.
Thurius hiſtrio xliii. 47.
TIBARENOS Lucullus ſubegit xxxii. 50.
Tibia pacis ſymbolum xiiii. 45.
Tigellinus Neronem morte dignum fecit, eúmque prodidit xlix. 29.
Tigellini obitus l. 3.
Tigranes rex regum xxxii. 37.
Tigranis facetè dictum in Romanos xxxii. 77.
Tigranes iunior à Pompeio captus, & in triumpho ductus xxxvi. 73.
Tigranocerta oppidum à Tigrane conditum xxxii. 71.
Tigurini penes Ararim à Labieno profligati xxxviii. 37.
Timæa Agidis Lacedæmoniorum regis uxor quò impudentię ſit prolapſa vii. 64.
Timæus hiſtoricus infans xxxiii. 1.
Timagoras quàm magnificè ab Artoxerxe ſit exceptus xlvii. 47
Timagoras morte damnatus xiii. 64
Timandra ſcortum Alcibiadis vii. 110
Timocleæ Thebanæ mulieris forte facinus xxxvii. 24.
Timoclidas Sicyoniorum præfectus xlviii. 3.
Timocratis fuga xli. 49.
Timoleon quo pacto ad rempublicã acceſſerit xxii. 4.
Timoleonis mors & ſepulchrum xxii. 67. & 68.
Timon μισάνθρωπος vii. 42. & xlvi. 122.
Timonaſſa Piſiſtrati uxor xx. 63.
Timonia Antonij domus xlvi. 125.
Timonides Leucadius cõiurationis aduerſus Dionyſium particeps xli. 38.
Timophanes Timoleoni fratri moribus & ingenio diſſimilis xxii. 5.
Timoris ſacellum xxiii. 57.
Timotheus Cononis filius honores ſuos fortunæ adſcribi noluit xxvi. 2.
Timoxenus Achæorum imperator pro Arato delectus xlviii. 69.
Timoxenus diem obiit xlviii. 86.
Tiphonis reſpirationes, Aegypti palus xlvi. 5.
Tiſamenus Elienſis augur xix. 31.
Tiſaphernis horti vii. 67.
Tiſaphernis interitus xlvii. 48.
Tithoræa ciuitas xxvi. 38.
Tithrauſtes Athenienſium aduerſus barbaros dux xxxi. 31.
Titillius in Thraciam miſſus, ut Philippi præſidia ſubmoueat xviii. 25.
Titinius ſeſe iugulauit xlii. 81.
Titurius in Galliis periit xxxvii. 49.
Titus Crotoniates cum Catilinariorum literis interceptus xliiii. 36.
TOLERINI à Volſcis capti viii. 48.
Tolmides Atheniẽſis infeliciter pugnat xi. 41.
Tolumnus Hetruſcus interẽptus ii. 33.
Tonante Ioue beatum ſe dicebat Cato xx. 44.
Tonitru audito, cum populo agi nefas xl. 72.
Toranium cum exercitu Sertorius deleuit xxx. 20.
Torquati nomen xxviii. 2.
Toryna, Epiri locus xlvi. 107.
TRAGIA inſula Periclis uictoria clara xi. 52.
Tralles nec Xerxi, nec Ageſilao tranſitũ concedere noluerunt xxxv. 32.
Trapezus quondam Macedoniæ imperio non ſubiecta erat xxix. 6.
Trebonius Caium Lucium uim ſibi inferentem interficit xxviii. 27.
Triarius infeliciter contra Mithridatem pugnat xxxii. 101.
Tribunorum origo ii. 43.
Tribunitia poteſtas xii. 22.
Tribuum Romanarum diuiſio ii. 42.
Tribuni pleb. de diuidenda Romanorum habitatione agunt x. 20.
Tribunorum militum origo x. 1.
Tribus ſingulæ decem curias continuerunt ii. 43.
Tributum ex Macedonico bello Romanis remiſſum xxi. 61.
Tripodes Ariſtidis xix. 3.
Tripodis aurei circunlatio v. 7.
Triteus Achæorum imperator xlviii. 19.
Triumphi inſtitutio ii. 33.
Triumphãdi ius & obſeruationes ii. 55.
Triumuirorum potentia & proſcriptiones xlvi. 31.
Trœzenij Cleomeni ſe iungunt xxiii. 78.

In vitas Plutarchi.

Trœzenij in Achæos recepti xlviii. 44.
Troia ludus equeſtris xl. 5.
Troia ab Hercule euerſa xxxiii. 2.
Troiæ equi tertiò perniciei cauſa fuere xxx. 1.
TVBERONVM familia & tenuitas xxi. 7.
Tubero prætor in Iberia xxxviii. 9.
Tudertum Italiæ urbs xxviii. 34.
Tulliola partus anguſtia moritur xliiii. 85.
Tullus Amphidius Volſcorum rex viii. 37.
Tullus Volſcorũ dux occubuit viii. 69.
Tullus Hoſtilius fulmine ictus iiii. 57.
Tumulus iiii. 27.
Tunica rubra, pugnæ ſignum Romanis xxxvi. 145.
Turdetia à Craſſo capta xxxiiii. xvi.
Turpe nihil quod ũj ac neceſſitate fit xii. 49.
Turpilius falsò accuſatus manſuetudine euaſit xviii. 12.
Turris balneorum locus xv. 40.
Tuſculani defectionem diſſimulant x. 74.
Tuſcos reliquas gentes anteiſſe ſapientia xxvi. 19.
Tuſcorum clades vi. 33.
Tutulæ ancillæ uirile facinus x. 61.
TYBERIS inundatio l. 9.
Tyberim Tarracinæ mari Cæſar immittere conatus xxxviii. 111.
Tychon lancea Alexandri tyranni xiii. 61.
Tydeus Athenienſium dux vii. 104.
Tynnondas tyrannus v. 27.
Tyrãnio grãmaticus Ariſtotelis Theophraſtíque uolumina digeſſit xxvi. 63.
Tyranni domum qui ingreditur, ſeruus fit xxxvi. 164.
Tyriorum antiquiſſimæ coloniæ xvi. 27.
Tyriorum obſidio xxxvii. 51.
Tyrrhenum mare unde dictum x. 26.
Tyrrhenorum regionem Celtæ ſubegerunt xxviii. 19.
Tyrtæus poeta bonus ad iuuenum animos excitandos xxiii. 44.
Tyrus capitur xxxvii. 54. & lii. 27.

V

VAcuum, Ciceroniana uox xliiii. 82.
Vaiſarius Aquitaniæ dux à Pipino ſuperatus lvi. 4.
Valeria Meſſalæ filia, Hortenſij ſoror, Syllæ nubit xxvi. 87.
Valeriæ Publicolæ ſororis in Romanos beneficia viii. 57.
Valeria Publicolæ filia obſes vii. 36.
Valerius Flaccus cum Catone Cenſor xx. 41.
Valerius à populo Romano Maximꝰ appellatus xxxvi. 27.
Vandali Italiam inuaſere lvi. 13.
Vandali à Longobardis ſuperati ibid.
Varenus aduerſus gladiatores imperator xxxiiii. 25.
Varro philoſophus hiſtoriarum peritiſſimus ii. 22.
Vaſconia regio lvi. 4.
Vaſcones à Carolo Magno domiti lvi. 25.
Vatinius aſpero fuit ingenio xliiii. 18.
VECTIGALIA ciuium Romanorũ ſublata vi. 21.
Vectius à Graccho defenſus xxiiii. 35
Veiorum urbs à Romanis capta x. 9. & 10.
Velabrum locus ii. 9.
Velataborum ſitus lvi. 29.
Velia Italiæ locus xxi. 63.
Veliterni ciuitatem ſuam Romanis offerunt viii. 20.
Veneficorum apud Perſas ſupplicium xlvii. 40.
Veneris lucus i. 28.
Veneris ſignum in Delo ibidem.
Veneris templum v. 15.
Veneris uictricis templum xxxvi. 144.
Venetanorum urbs x. 3.
Veni, uidi, uici xxxviii. 97.
Venter auribus caret xx. 17.
Ventorũ turbines impetuoſi xxxii. 28.
Venus bellum exoſum habet xiiii. 45.
Ventidius Parthorum copias profligauit xlvi. 56.
Ventidij bellum inter inclyta Romanorum facta numeratur ibidem.
Vétidij fratres Auximo ciuitate per Põpeium eiecti xxxvi. 12.
Vercellæ locus xxviii. 50.
Verecundia non omnem decet ætatem liiii. 10.
Verenica Mithridatis uxor xxxii. 48. Eius mors ibidem. 49.
Verminæ Syphacis filij fuga xvi. 49.
Verres Rom. ſus incaſtratus xliiii. 14.
Verres Siciliæ prætor reus ibidem.
Verris filius formam proſtituit ibidem.
Verrucoſi Fabij nomen unde xii. 2.
Vertingentorix Gallorum imperator ſe Cæſari dedit xxxviii. 56.
Veſtæ templum ii. 39. & iiii. 29.
Veſtales uirgines à Numa lectæ iiii. 24. & 25.
Veſtales in clade Gallica fugientes qua religione ab Albino exceptæ x. 38.
Veſtales duæ in ſtupro deprehenſæ xii. 42.
Veſtes in calamitatibus mutabantur x. 69.
Veturius artifex iiii. 34.
VIBELLIVS Taurea xv. 52.
Vibij Siculi erga Ciceronem ingratitudo xliiii. 67.
Vibij Paciaci ager xxxiiii. 9.
Vibo oppidum xliiii. 67.
Vicentiam Longobardi in deditionem compulerunt lvi. 14.
Victoria, belli finis xvi. 14.
Victoria bene uti nõ minor uirtus quàm uincere xxxiii. 91.
Vicus publicus phanum Romæ vi. 19.
Vidnaram nuptiæ ne deuitarentur cautum x. 3.
Vindicius ſeruus coniurationem de reducendis regibus aperit vi. 7.
Vindicta pro manumiſsione vi. 13.
Vindius interfectus xxxvi. 10.
Vinaria concertatio ab Alexandro propoſita xxxvii. 148.
Vino abluebantur infantes iii. 37.
Vinum quis primus ad Gallos uexerit x. 25.
Vinum quadragenarium in Syllæ conuiuio hauſtum xxvi. 86.
Virginius Rufus Germanicum exercitũ in Galliam ducit xlix. 9.
Virum bonũ contumelia affici non poſſe, paradoxon xii. 24.
Virtutis quanta uis xvi. 57.
Virtutis laus in actione conſiſtit liiii. 28.
Virtus laudibus confirmatur xxiii. 2.
Virtutis laus xix. 17.
Virtutis templum xiiii. 58.
Vitánean mors fortior xxxvii. 139.
Vitæ humanæ mutatio omnis periculoſa iiii. 12.
Vitellius imperator ſalutatus xlix. 39.
Vitelliani à Spurina uicti l. 12.
Viuendum quouſq; homini ſit xxxvii. 139.
Viuentes utrùm an mortui plures ibid. 138.
VLIADIS Samij cum Antagora Chio in Pauſaniam coniuratio xix. 64.
Vlyſſes ad repetendam Helenam legatus li. 9.
Vlyſsis & Achillis cõtentiones xxxv. 9.
Vlyſsis uerſutia xxv. 42.
Vlyſsis haſta area xiiii. 40.
VOLCAE populi xv. 17.
Volſcorum turpiſsimum ſcelus viii. 69.
Volſci cæduntur viii. 15.
Voluptas malorum eſca xv. 57. & xx. 6.
Vrbes quibus rebus uerè tutæ xliiii. 106.
VTICAE urbis ſitus xl. 99.
Vtile nihil niſi quod honeſtum xix. 62.
VVLGI fuga feſtus dies ii. 64.
Vulpecus collis xxv. 63.
Vulturis natura ii. 18.
Vulturnum oppidum xv. 51.
Vulturnus uentus xv. 45.
Vulturnus fluuius xii. 14. & xv. 58.
Vultus morum indicium xxxvii. 1.
VXORIA poteſtas xx. 18.
Vxores non eſſe uerberandas xx. 49.
Vxores duas Antonius Romanorũ primus duxit xlvi. 154.
Vxoris nuper ductæ fauor xliii. 43.

X

XAnthiorum oppidum xxxvii. 35.
Xanthij urgente hoſte incenſáque urbe ſeſe in ignẽ coniecerunt xlii. 57.
Xanthippus Periclis pater xi. 5.
Xanthippi canis mirus in dominũ amor ix. 22.
Xanthippus canes domeſticos diligenter humari curauit xx. 14.
XENAGORAS Olympi altitudinẽ mẽſus xxi. 25.
Xenari de Agide ſententia xxiii. 46.
Ξέρξου uia iii. 73.
Xenocles Adramytenus orator xlviii. 7. & 8.
Xenoclis Cholargei opera xi. 30.
Xenocrates xxviii. 3. & liiii. 44.
Xenocrates Gratiis ſacra facere iuſſus ibidem. 46.
Xenocratis philoſophi authoritas liiii. 30.
Xenocrates Phocionis præceptor xxxix. 10.
Xenocrati Alexander quinquaginta talenta miſit xxxvii. 16.
Xenocrates Athenienſium ciuitatẽ reſpuit xxxix. 75.
Xenophantus cantor nobilis xlv. 147.
Xenophon Attica muſa liiii. 49.
Xenophontis ſympoſium xxv. 31.

Index

Xerxes humanus & magnanimus xlvii.1.
Xerxes transitum à Trallibus redemit xxxv. 32.
Xerxis regiâ Alexander incendit xxxvii. 84.
Xerxis de Themistocle gaudium ix. 54.

Z

Zacynthij Dionem inuadũt xli. 97.
Zaleuco an numem sit congressum iiii. 10.
Zama Scipionis & Annibalis pugna clara xv. 84.
Zarbienus rex Cordyenæ xxxii. 86.
Zaretra oppidum Phocion occupat xxxix. 33.
Zela oppidum xxxviii. 97.
Zenodotium oppidum à Crasso ui captũ xxxiiii. 51.
Zeno Stoicus xxxix. 12.
Zenon Eleates qualem dicẽdi artem docuerit xi. 8.
Zenon Cretensis saltator xlvii. 44.
Zephyri uenti xxx. 14.
Ζευγίτης xx. 71.
Zeuxidami progenies xxxv. 1.
Zeuxis pictoris dictum xi. 29.
ZOILVS thoracum artifex egregius xlv. 51.
Zopyrus Alcibiadis pædagogus iii. 38.
Zoroastræ simulata religio iiii. 10.

INDICIS RERVM
gestarum finis.

EN TIBI LECTOR
quæ à iusto Indice segregaturos præmonuimus.

ORACVLA.

Aegeo i. 4.
Alexandro xxxvii. 28.& 56.
Annibali xviii. 42.
Arcadibus viii. 4.
Aristidi xix. 32.
Astypalæensibus ii. 62.
Athenienſibus i. 56. xxxiii. & 40. 27.
Ciceroni xliiii. 9.
Cimoni xxxi. 49.
Fabio Maximo xii. 9.
Græcis xliii. 31.
Helenæ v. 7.
Homero li. 4.
Lacedæmoniis iii. 14. & xxv. 46.
Libyæ xxv. 54
Lycurgo iii. 10.
Lyſandro xxv. 62.
Marathoni i. 51.
Mardonio xix. 53.
Milesiis ac Cois. v. 7.
Pausaniæ xxxi. 15.
Pericli xi. 45.
Philippo xxxvii. 4.
Platæensibus xix. 57.
Publicolæ vii. 40.
Pyrrho xxvii. 72.
Romanis iiii. 22. & x. 7.
Romulo ii. 17.
Sicyoniis xlviii. 96.
Soloni v. 16.
Tarchetio ii. 3.
Theseo i. 24.& 35.
Themistocli ix. 2

PRODIGIA.

Aeacidæ pro Græcis pugnantes apparuerunt ix. 31.
Agnus gemellos utrinque corymbos habens natus xxxvii. 122.
Albanus lacus inundauit absque imbribus x. 5.
Antonias Cleopatræ nauis sub qua hirũdines aliæ alias, quæ nidificarant expulerunt xlvi. 105.
Antonij statua sudauit ibidem. 104.
Apes mel in os Platonis congesserunt liiii. 5.
Aquila apum plena conspecta xlii. 89.
Aquilæ duę in medio castrorum Augusti Brutique pugnare uisæ sunt ibidem.
Aquila correptum à milite iaculũ in altum tulit xli. 41.
Aquila in Crassi exercitu sua sponte cõuersa xxxiiii. 57.
Aquis grani porticus corruit lvi. 53.
Aues solitariæ in forum delapsæ xxxviii. 120.
Bacchus Athenis ui uentorum in theatrum delatus xlvi.104
Bos domitus Syracusis miris tumultuatus modis xli. 68.
Bos locutus xiiii. 58.
Boum capita resciſa linguas cum gemitu emiserunt xxvii. 70.
Cadauerum spectra matronis obuersata vii. 46.
Cælum supra Falerios scissum xii. 4.
Cæsaris statua in Mesopotamia ad Solis ortum se conuertit l. 8.
Castor & Pollux pugnare uisi sunt viii. 5.
Castor & Pollux in Lysandri naue xxv. 22.
Clearchi corpus uentorũ ui puluere obtectum, ibique exortis palmis, perbreui lucus excreuit xlvii. 38.
Colossi Eumenis & Attali Athenis à uento prostrati xlvi. 104.
Cometa Cæsare interfecto apparuit xxxviii. 133.
Concentus musicus Alexandriæ auditus xlvi. 131.
Cor Cæsare sacrificante nusquam apparuit xxxviii. 120.
Corui uolatu destituti ceciderunt xviii. 22.
Corui pullos deuorarunt xxvi. 18.
Corui Alexãdro duces per loca incognita xxxvii. 59.
Currus fatali sorte ad Capitolium ferebatur vi. 25.
Draco iuxta dormientis corpus Olympiadis accubuisse conspectus xxxvii. 3.
Draco octo passeris pullos cum matre perimit li. 8.
Draco sub Spartaci capite apparuit xxxiiii. 23.
Draco Cleomenis cadauer à uolucrum iniuria tuebatur xxiii. 121.
Elephantis capite infans natus xiiii. 58.
Equus Crassi furore percitus in flumen se præcipitauit xxxiiii. 57.
Felles duo in iecore Arato sacrificãti cõspecti xlviii. 80.
Flamma è sopito sacrorum igne emicuit xliiii. 40.
Flamma è militis manu emicuit xxxviii. 120.
Flamma in Cæsaris exercitu emicuit xxxvi. 144. & xxxviii. 85.
Flammeum corpus inter Luculli & Mithridatis exercitum elapsum xxxii. 22.
Fluuios sanguine manasse xiiii. 6.
Formicæ congelatum uictimæ sanguinẽ ad Cimonem deferunt xxxi. 47.
Fulgores cæli nocturni xxxviii. 120.
Fulmen aram percussit xxi. 39.
Hastæ ardentes in cælo uisæ xxviii. 34.
Herculis phanum patris fulmine tactum xlvi. 104.
Hirci duo maximi mortalium instar pugnare inter se uisi xxvi. 66.
Homines igniti apparuerunt xxxviii. 120.
Iecur hostiæ sine capite xiiii. 61.
Ignis supra nauem Timoleonis se cælitus effudit xxii. 13.
Imber Romanum Pœnúmq; exercitum diremit xv. 69.
Lampas ueluti fulmen in terras irruit xxii. 13.
Lapidibus igneis pluit xii. 4.
Lumen magnũ ab Eleusine illuxit ix. 31.
Lunas tres apparuisse xiiii. 6.
Mare dulces aquas præbuit xli. 41.
Minerua sudans in Ilio apparuit xxxii. 28.
Moguntiacus pons incendio conflagrasse uisus lvi. 53.
Mures suspensum in templo aurum corroserunt xxvi. 18.
Mures Iouis aurum corroserũt xiiii. 58.
Orphei simulachrum sudauit xxxvii. 28.
Oues immolandæ Clytũ secutæ xxxvii. 109.
Palladis simulachrum corui lacerarunt xxxiii. 40.
Partus immaturi edebantur vii. 40.
Pelta aurea è cælo delapsa iiii. 33.
Pila in templo fulmine tacta lvi. 53.
Pisaurũ terræ hiatu absumpta xlvi. 104.
Pudibunda uir quidam saxo sibimet execauit xxxiii. 40.
Sanguinis guttæ è cælo ceciderunt ii. 52.
Sanguis è scutis emanauit xii. 4.
Saxum ad Aegos fluuium cælitus delapsum xxv. 22.
Scuta pugnantia inuicem uisa xxviii. 34.
Simulachra armatorũ uirorũ pro Græcis pugnantium apparuerunt ix. 31.
Solis obscuratio apud Thessalos xiii. 66.
Sol pallens imbecillem calorem interfecto Cæsare emisit xxxviii. 133.
Spicæ cruentæ apud Antium ceciderũt xii. 4.
Strepitus nocturni xxxviii. 120.
Sues sine auribus in lucem editi xli. 41.
Sidera claro circunluxisse xxv. 22.
Templi Adranitarum ostia sponte patefacta xxii. 21.
Terræ hiatus circa Lauernam xxvi. 14.
Timoleonis in caput uita ornata in Delphico templo se demisit xxii. 13.
Tonitrua Syracusis prodigiosa per quindecim dies xli. 68.
Tribuni militaris brachium rosea suauitate manauit xlii. 89.
Tubarum sonitus ex aere fereno increpuit xxvi. 18.
Tiberis prodigiosa inundatio I. 9.
Victoriæ simulachrum Mithridati cælitus demissum xxvi. 27.
Vox in Thriasio agro audita ix. 31.
Vox in Fortunę templi cõsecratione audita viii. 64.
Vox M. Ceditio facta de Gallorum aduentu x. 23.

AVGVRIA.

Alexandro xxxvii. 53.& 59.
Arato xlviii. 80.
Athenienſibus xxxiii. 40.
Cæſari xxxviii. 84.
Caſsio xlii. 72.
Ciceroni xliiii. 67.
Cimoni xxxi. 47.
Craſſo xxxiiii. 52.
Graccho & Corneliæ xxiiii. 1.
Graccho Tiberio xxiiii. 27.
Herculi ii. 18.
Mario xxviii. 14.
Marcello xiiii. 22.
Menelao li. 8.
Numæ Pompilio iiii. 20.
Paulo Aemilio xxi. 15.& 46.
Pausaniæ xix. 31.
Pericli xi. 11.
Philippo xviii. 14.
Platoni liiii. 5.
Pyrrho xxvii. 12.
Romanis xxvi. 18.
Romulo ac Remo ii. 18.
Syllæ xxvi. 23.& 65.
Tertiæ Aemiliæ xxi. 15.
Themistocli ix. 25.
Timoleoni xxii. 13.
Timoleonis militibus xxii. 45.

SOMNIA.

Adolescentis cuiusdam xlv. 67.
Agesilai xxxv. 11.
Alcibiadis vii. 110.
Alexandri xxxvii. 51.
Annibalis xv. 16.
Antigoni xlv. 9.
Antonij xlvi. 26.
Bruti xlii. 66.
C. Gracchi xxiiii. 37.
Calpurniæ Cæsaris uxoris xxxviii. 121.
Cimonis xxxi. 47.
Cinnæ xxxviii. 131.
Cliti xxxvii. 113.
Darij ibidem. 38.
Demetrij xlv. 72.
Demosthenis xliii. 48.
Ephori cuiusdam xxiii. 55.
Eumenis xxix. 13.
Gn. Aurelij xxxvi. 45.
Luculli xxxii. 31.& 63.
Lysandri xxv. 42.
M. Artorij xlii. 76.
Marij xxvi. 71. & xxviii. 96.
Marsiæ xli. 15.
Medij xlv. 44.
Mithridatis xxxvi. 68.
Onatij Aurelij xxiiii. 37.
Pelopidæ xiii. 42.
Petitij Naucleri xxxvi. 154.

In vitas Plutarchi.

Philippi xxxvii. 2.
Pompeij xxxvi. 144.
Proserpinæ sacerdotum xxii. 14.
Pyrrhi xxvii. 20.
Socratis liiii. 5.
Syllæ xxvi. 23.
Themistoclis ix. 49.
Titi Latini viii. 41.
Tyriorum xxxvii. 51.

PROVERBIA.

Aceto ignem extinguere iii. 18.
Adamantina uincula xli. 16.
Aduersus Lernæam Hydram pugnare xxvii. 42.
Alter hic Hercules i. 45.
A Musis ac Gratiis alienus ii. 30.
Anchora extrema viii. 54.
Appio egere xxii. 45.
Aqua & igni interdicère xliiii. 66.
Argentanginam pati xliii. 42.
Attica Musa liiii. 49.
Bocchoris iudicium xlv. 67.
Caudæ equinæ pilos paulatim uellere xxx. 27.
Coronam capiti contexere xxxiiii. 106.
Cothurnus xxxiii. 4.
Cretizare cum Cretensibus xxi. 38.
Domi leones, sub diuo uulpes xxvi. 69. & 96.
Duos Alcibiades, neque Attica, neque Græcia tulit vii. 41.
Eamus Athenas i. 20.
Ex sinu xl. 58.
Genius malus xlii. 66.
Iacta est alea xxxvi. 128.
In cælum ferre xxii. 41.
In crastinum differamus, quæ ferio scripta sunt xiii. 21.
Inescare, Vide in Indice, Voluptas malorum esca xv. 57. & xx. 6.
In uentrem bellare xxxii. 29.
In uino ueritas xlvii. 30.
Λακκόπλυτοι xix. 15.
Leonina pellis quò non pertingit, uulpina assuenda xxv. 13.
Leonis catulum ne alas vii. 40.
Leonem stimulare xxxix. 42.
Lydius currus xxxiii. 1.
Morum farinis insperſum xxvi. 3.
Mortui non mordent xxxvi. 162.
Mulus Marianus xxviii. 25.
Nec si Cato ipse esset xv. 32.
Nemo bene imperat, nisi aliquando paruerit xxxv. 2.
Nequicquam sapit, qui sibi non sapit xxxvii. 116.
Ne quid nimis x. 12.
Nihil sine Theseo i. 45.
Nodum præcidere xxxvii. 36.
Non per cuniculos xxxviii. 11.
Nosce teipsum xliii. 4.
Nulla perniciei ratio xxix. 20.
Olet lucernam xliii. 13.
Omnem machinam attollere xxv. 53.
Omnium operum ac munerum ii. 42.
Oratio omnia conficit xxvii. 28.
Periclem pessimè educasti. xi. 7.
Qui lucerna indigent, infundunt oleum xi. 39.
Quis laudabit patrem nisi infelices liberi? xlviii. 1.
Samiorũ populus per q̃ literatus xi. 54.
Sardi uenales ii. 55.
Sardonius risus xxiiii. 52.
Seditione ciuili sordidissimis honores cõtingunt xxiii. 34.
Sicula crassitudo xxxiii. 1.
Submittere fasces vi. 20.
Sui cuique mores fingunt fortunam liii. 15.
Sus Mineruam xliii. 19.
Termerium malum i. 14.
Terram cælo miscere ii. 62.
Vno digito caput scalpere xxxvi. 103.
Vti foro xlii. 87.
Vtroque cornu bouem detinere xlviii. 92.

LEGES LICET NVLLO CERTO
perstringi potuerint ordine, accurata tamen diligentia in manipulum coegimus.

Draconis v. 35.
Gracchi xxiiii. 10.& 40.
Liuij Drusi. xxiiii. 47.
Lycurgi leges in uniuersum iii. 9. & dein. 28. xxiii. 18. Eiusdẽ, ne in eũdem hostem exercitus Sæpius ducatur iii. 29. Item de successionibus xxiii. 9.
Numæ iiii. 17.
Publicolæ leges vi. 21
Romuli ii. 48.
Solonis v. 34.
Sulpitij flagitiosæ leges xxvi. 21.
Tribunitiæ leges. xxiiii. 15.

LEGES SINGVLAE
singulorum.

Agonis, ne ambitus aut iniuriarum quæstio, nisi apud mille & XL iudices fieret xi. 65.
Cæsaris de agris diuidendis xxxvi. 101.
Diopithę, ne quis nouos sermones de rebus cælestibus haberet xi. 65.
Epitadis Ephori de successionibus xxiii. 10.
Fannij S. C. aduenæ Roma expulsi xxiiii. 51.
Martij Cẽsorij de eodem magistratu denuo non ambiendo viii. 1.
Marij de suffragiis ferendis xxviii. 5.
Periclis de nothis xi. 74.
Phlogidæ Lacedæmonij lege auri usus repudiatus xxv. 33.
Pisistrati v. 68.
Pompeij de non laudandis reis xxxvi. 119.
Sciraphidæ Lacedæmonij lege auri usus repudiatus xxv. 33.
Syllæ de gubernatione ciuitatum xxvi. 90. Eiusdem quæ funerũ impensas definit ibidem. 86.

ATHENIENSIVM.

De repudij libello vii. 20.
Quæ peregrinum uetat publicis ludis in theatro saltare xxxix. 76.

AEGINETARVM, ne quis Athenienſis Aeginam adiret liiii. 33.

GRAECORVM, quæ non eos qui ensem, sed qui clypeum amittebant, multabat xiii. 3.

LACEDAEMONIORVM.

De regum dissensionibus xxiii. 24.

Index

Ne quis ex peregrina filios procreet xxiii. 22.
Ne quis Spartanus apud exteros habitet ibidem.

ROMANORVM.

De sacerdotum à militia immunitate x. 91. xiiii. 4.
Ne serui conscribantur xxviii. 14.
Quæ decem annos militibus in necessitate præscribit .xxiiii. 38.
Quæ Quæstori anno finito reditum permittit ibidem.
Quæ ἀνημεταλόρους electionibus adesse uetat xl. 13.
De non habitando Capitolio x. 70.
Ne patres filios uendant iiii. 44.
Que supra quinquaginta iugera habere prohibet xxiiii. 10.
Vt triumphaturi extra pomœria expectent xxxvi. 92. & xl. 53.

ORATIONVM EXEMPLA quæ sparsim huic operi insertæ sunt.

ANaxarchi philosophi ad Alexandrũ xxxvii. 113.
Anaxilai Byzantij ad Lacedæmonios vii. 90.
Annibalis ad populum Carthaginiẽsem xv. 84. ad milites xiiii. 54.
Appij Claudij Cæci in senatu aduersus Pyrrhi pacem xxvii. 39.
Arati ad Achæos xxiii. 92. ad Philippum xlviii. 92.
Aristidis ad populum Athenienſem xix. 8. ad milites ibid. 44. ad Tegeatas ibidem. 35.
Aristomachæ ad Dionem xli. 88.
Arsacis legatorũ ad Crassum xxxiiii. 53.
Brenni Gallorum regis ad legatos Romanorum x. 27. ad milites suos ibidem. 47. & 48.
Cæsaris ad Metellum xxxviii. 71.
C. Gracchi ad populum xxiiii. 23.
Calliæ accusatorum ad iudices xx. 69.
Camilli ad Ardeates x. 42.
Cassij ad Brutum xlii. 66.
Catonis Maioris ad Quirites xx. 17. in senatu xx. 21.
Catonis Vticensis quam Vticæ ad Romanos habuit xl. 102.
Chilonis Leonidæ filiæ xxiii. 31.
Ciceronis ad Tribunos xliii. 19.
Cimonis pro se in iudicio xxxi. 36.
Cleomenis Lacedæmonij ad Thericionem xxiii. 104.
Cleopatræ ad sepulchrũ Antonij xlvi. 143.
Clodij ad Fimbrianos xxxii. 100.
Clyti ad Alexandrum xxxvii. 111.
Corneliæ ad Pompeium xxxvi. 156.
Corinthij cuiusdã militis ad Græcos aduersus Carthaginienses xxii. 35.
Coriolani ad Tullum Volscorum principẽ viii. 39. ad seditiosos ib. 27.
Crassi in comitiis consularibus xxxiiii. 38. ad milites in filij obitu xxxiiii. 80. ad milites de pace cum Parthis facienda ibidem. 93.
Cratisicliæ ad Cleomenem filium xxiii. 86.
Dionis ad Dionysium iuniorem xli. 16. & 17. ad Peloponnenses xli. 74.
Fabij Maximi ad Paulum Aemilium Cõsulem xii. 34.
Falisc orum legatorum ad Senatum Romanum x. 20.
Flacci Ordeonij ad milites xlix. 38.
Hersiliæ ad Sabinos & Romanos ii. 40.
Liciniæ ad C. Gracchum maritũ xxiiii. 57.
Luculli ad milites xxxi. 37.
Lysandridis ad Cleomenem xxiii. 85.
Marcelli ad milites xiiii. 54.
Martij ac Pomponij ad Numam iiii. 13. & 14.
Menenij Agrippæ ad senatum populúmque Romanum viii. 9.
Meconis Tarentini ad cõcionem xxvii. 27.
Militum ad Marium xxviii. 32.
Minutij ad milites xii. 30. Ad Fabium Maximum ibidem. 31.
Mutij Scæuolæ ad Porsenam regem vi. 35.
Niciæ ad Gylippum xxxiii. 88.
Numæ ad legatos iiii. 12.
Octauiæ ad Augustum xlvi. 59.
Othonis ad milites I. 29.
Pauli Aemilij ad Perseum captum xxi. 43. De fortunæ mutatione ad Persei liberos captos ibid. 44. ad Quirites aduersus fortunam xxi. 58.
Perpennæ aduersus Sertorium xxx. 44.
Phocionis in concilio, ut Demosthenes & cæteri Alexãdro ad suppliciumederentur xxxix. 41. In concilio de seruanda Philippo fide ibidem.
Platonis pro Socrate liiii. 16.
Pompeij ad Tigranem xxxvi. 72.
Pomponij ad populum Romanũ xii. 7.
Portiæ ad Brutum maritum xlii. 23.
Remi ad Numitorem ii. 12.
Scipionis Aphricani ad S. P. Q. R. xvi. 62.
Scipionis Nasicæ in senatu xx. 67.
Sertorij ad Perpennæ milites xxx. 28.
Socharis Decelei aduersus Miltiadẽ pro concione xxxi. 18.
Syllæ ad legatos Athenienſium xxvi. 34. ad milites ibidem. 42. & 53. ad Archelaum ib. 56. ad Paphlagonios ibidem. 58.
Theseæ ad Dionysium fratrem xli. 35.
Themistoclis ad Eurybiadem ix. 23. ad Xerxem ix. 53.
Therycionis ad Cleomenem xxiii. 102.
Tiberij Gracchi pro Tribunitia potestate abroganda xxiiii. 23. In roganda lege agraria pro pauperibus xxiiii. 14.
Timonis ad Athenienses xlvi. 123.
Valeriæ Publicolæ sororis ad Volumniã viii. 57.
Volumniæ ad Valeriam ibid. 58. ad filium Corioianum ibidem. 59.

EPISTOLARVM paradigmata.

AGesilai ad Hydrea Carem xxxv. 27.
Alexandri ad Antipatrum xxxvii. 120. ad Aristotelem ibidem. 14. ad Craterum, Attalum & Alcetam ibid. 120. ad Leonidam ib. 55. ad Parmenionẽ ibid. 47. ad Peucestam ibid. 91.
Annibalis ad Fabium Maximum xii. 45.
Archytæ ad Dionysium iuniorem liiii. 40.
Bruti ad Ciceronem xlii. 40. ad Atticum ibidem. 54. ad Pergamenos & ad Samios ibidem. 4.
Cæsaris ad Amintium xxxviii. 97.
Dionysij iunioris ad Dionem uictorem supposititia xli. 56.
Ephororum ad Lysandrum xxv. 28.
Fabricij ad Pyrrhum xxvii. 45.
Icetis Leontini ad Corinthios xxii. 11.
Lacedæmoniorum exercitus ad Ephoros vi. 82.
Lysandri ad Ephoros xxv. 28.
Lysimachi ad Pyrrhum supposititia xxvii. 11.
Mardonij ducis ad Græcos xix. 27.
Olympiadis ad Alexandrum xxxvii. 87.
Philippi regis ad Aristotelem Iv. 4.
Scipionis Nasicæ ad regem quendam xxi. 24.
Syllæ ad Caphim familiarem xxvi. 31.

STRATEGEMATA.

ALcibiadis vii. 89.
Alexandri Magni xxxvii. 53.
Annibalis xii. 15. & 65.
Cæsaris xxxvi. 146.
Camilli x. 67.
Cimonis xxxi. 16.
Demetrij xlv. 36.
Eumenis xxix. 32.
Hermocratis xxxiii. 83.
Luculli xxxii. 16.
Lysandri xxv. 14.
Marcelli xiiii. 14.
Phraortis xlvi. 69.
Parthorum xxxiiii. 74.
Scipionis Aphricani xvi. 40.
Sertorij xxx. 36.
Solonis v. 15.
Themistoclis ix. 23.
Timoleonis xxii. 20.

TRIVMPHI.

ANtonij de Parthico bello xlvi. 87.
Augusti ibidem. 147.
Bruti de Lusitanis xxiiii. 33.
Cæsaris de bello Alexandrino, Pontico, & Iuba xxxvii. 103. de Pompeij liberis ibidem. 106.
Camilli de Veiis x. 12. de Gallis ibi. 54. de Latinis ibidem. 67.
Catonis de Iberis xx. 28.
Catuli de Cimbris xxviii. 56.
Crassi de Spartaco xxxiiii. 36.
Curij tres triumphi xx. 5.
Fabij Maximi de Pœnis xii. 53.
Fabij Maximi filij ibidem. 55.
Flaminij de Gallis xiiii. 6. de liberata Græcia xviii. 29.
Luculli de bello Mithridatico xxxii. 109. xl. 50.
Marcelli de Gallis xiiii. 13. de Syracusis ibidem. 43. Eiusdem in Albano monte ibidem. 44.
Marij de Cimbris xxviii. 3. & 56. de Iugurtha xxvi. 6.
Pauli Aemilij de Perseo xxi. & xlviii. 52. 99.

In vitas Plutarchi.

Pompeij qui nõdum pubes, de Hispanis ac Sertorio xxxiiii. 36. de bello Mithridatico xxxvi. 94.
Publicolæ de Sabinis vii. 45. de Hetruscis vi. 17.
Romuli de Veiis ii. 55.
Scipionis Aphricani de Pœnis xvi. 51. de Hispanis non affectauit xxxvi. 27.
Scipionis Asiatici de Antiocho xvi. 60.
Syllæ de Marianis xxvi. 83.
Ventidij de Parthis xlvi. 58.

STATVAE.

AChillis xxxvii. 30.
Alcibiadis iiii. 22.
Alexandri tyranni xiii. 67.
Alexandri militum xxxvii. 34.
Antonij xlvi. 104.
Arati xlviii. 25.
Autolyci xxxii. 63.
Bruti expulsoris regum xlii. 17. & 106.
Cæsaris xxxviii. 91.
Catonis Vticensis xl. 122.
Chlœliæ, equestris vi. 38.
Cleopatræ xlvi. 148.
Cononis lii. 25.
Corneliæ Gracchorũ matris xxiiii. 41.
Demosthenis xliiii. 51.
Ennij poetæ xvi. 67.
Euagoræ lii. 25.
Euclidæ uirginis xix. 58.
Gelonis tyranni xxii. 42.
Gracchi patris xxiiii. 55.
Gracchorum ibidem. 63.
Homeri li. 6.
Horatij Coclitis vi. 33.
Luculli xxxi. 4.
Lysandri xxv. 1.
Marcelli xiiii. 64.
Marij xxvii. 2. xxxviii. 10.
Mercurij statuarum Athenis magna copia vii. 47.
Neronis xlix. 14.
Pauli Aemilij apud Delphos xxi. 46.
Periclis xi. 6.
Philopœmenis xvii. 49.
Platonis liiii. 58.
Pompeij xxxviii. 108.
Pomponij Attici liii. 3.
Porsenæ vi. 39.
Pythagoræ iiii. 22.
Risus iii. 57.
Romuli statuæ pedestres ii. 34. & 53.
Scipionis Aphricani xvi. 67.
Scipionis Asiatici ibidem.
Socratis liiii. 17.
Syllæ xxvi. 3.
Theodecti philosophi xxxvii. 36.
Xerxis ibidem. 82.

AVTHORES A PLVTARCHO nostro citati.

AEmilius xv. 99.
Aeschines xliii. 6.
Aeschines Socraticus xix. 71.
Aeschylus i. 45.
Aesopus xlviii. 57. & 71.
Alceus xviii. 18.
Alexander Magnus xxxvii. 36.
Alexander Mindius xxviii. 55.
Anacreon poeta xi. 55.
Anaxagoras xxv. 18.
Anaximenes vi. 14.
Androclidas xxv. 38.
Andron Halicarnasseus i. 99.
Antigenes xxxvii. 35.
Antigonus ii. 12.
Antimachus li. 2.
Antisthenes vii. 82.
Antiochus philosophus xxxii. 75.
Antipater viii. 6.
Antipater Epigrammatum scriptor li. 7. & 16.
Antiphanes poeta xliii. 7.
Antiphon vii. 1.
Antonius lv. 1.
Apollodorus iii. 73.
Apollothemis iii. 28.
Aratus xxiii. 7.
Archelaus poeta xxxi. 41.
Archestratus vii. 5.
Archidamus xxxiiii. 18.
Archilochus xxviii. 43. xxix. 1.
Archippus vii. 12.
Aristarchus li. 28.
Aristobulus xxxvii. 73.
Aristocrates iii. 3.
Aristophanes vii. 6.
Ariston philosophus ix. 21.
Aristoteles iii. 1. & ix. 73.
Aristoxenus iii. 90.
Asinius Pollio xxxviii. 41.
Athanes xxii. 35.
Athenodorus Sando vi. 53.
Augustinus liiii. 64.
Augustus xiiii. 77.
Autoclides xxxiii. Bacchylides iiii. 11.
Bato Synopeus xxiii. 28.
Bibulus xlii. 22.
Bion i. 38.
Brutus xli. 47.
Butas ii. Cæsar xxxviii. 45. & xlvi. 17.
Caius Acilius ii. 47.
Calisius xxxviii. 46.
Callisthenes x. 33. & xiii. 33.
Cato xx. 43.
Cares Isangeleus xxxviii. 99.
Chares Mitylenæus xxxvii. 118.
Charon Lampsacenus ix. 50.
Chrysippus xlviii. 1.
Cicero xvi. 66.
Clidemus i. 25. & ix. 21.
Clitarchus ix. 50. & xv. 101.
Clisthenes xxxv. 71.
Clodius iiii. 1.
Cornelius Nepos xxxii. 124. xxxiiii. 33.
Craterus Macedo xix. 72.
Crates li. 12.
Cratinus Comicus v. 52. xi. 6. 50.
Critias iii. 20. & xxxi. 43.
Critolaus xi. 14.
Cresias xlvii. 12. & 44.
Cymæus Heraclides xlvii.
Daimachus Platæensis vi. 52.
Damachus xxv. 23.
Damastes x. 33.
Damon xxv. 23.
Demaratus Corinthius xxxv. 29.
Demetrius Phalereus iii. 54. & xix. 1.
Demetrius Magnesius xliii. 26. & lv. 4.
Demochares xliii. 51.
Democritus xxiv. 1.
Demon i. 34.
Demosthenes vii. 23.
Dicæarchus i. 30. & 51.
Didymus Grammaticus v. 1.
Dimon ix. 50.
Dinias xlviii. 54.
Dinon xlvii. 2.
Diocles ii. 5.
Diodorus i. 57.
Diodorus Cosmographus xli. Diogenes iii. 72.
Dionysius Halicarnasseus ii. 34.
Dionysius Thrax li. 12.
Dionysodorus xlviii. 1.
Dion ix. Dioscorides iii. 23.
Diphilus xxxiii. 1.
Duris Samius vii. 92.
Ennius xv. 17.
Epaminondas xiiii. 43.
Ephorus vii. 92.
Epicharmus Comicus iiii. 22.
Eratosthenes iii. 1.
Euas Samius v. 20.
Euphorion xi. 54.
Eupolis Comicus ibidem. 6.
Euripides i. 4. & 45.
Eutychidas iii. 3.
Fabius Pictor ii. 5.
Fannius xxiiii. 6.
Fenestella xxvi. 71.
Ganisius xxxviii. 46.
Glaucippus xxxix. 10.
Glyceus Samius xlv. 65.
Gorgias Leontinus xxxi. 25.
Gracchus Caius xxiiii. 12.
Hecatæus Eretrieus xxxvii. 99.
Hellanicus i. 22.
Heracletus ii. 63.
Heraclides Ponticus v. 1.
Heraclitus x. 32.
Hereas i. 51.
Hereas Megarensis i. 27.
Hermippus iii. 10.
Herodotus i. 38. & 44.
Hesiodus i. 20.
Hieronymus philosophus xxvii. 37.
Hieron ix.
Hippias iii. 54.
Homerus i. 6. & 20.
Hyperides xliii. 20.
Ibicus iiii. 64.
Idomeneus xi. 22. & xix. 4.
Iobas xxvi. 43.
Ion poeta xi. 10.
Iphicrates xiii. 3.
Isocrates vii. 26.
Istrus i. 53.
Iuba rex ii. 28.
Liuius xiiii. 21.
Marsyas xliii. 30.
Melanthius poeta xxxi. 7.
Menander xxxvii. 35.
Menecrates i. 39.
Mnesiphilus ix. 4.
Munatius xl. 63.
Nausicrates rhetor xxxi. 51.
Neanthes ix. 1.
Nicagoras ix. 21.
Nicander li. 12.
Nicolaus philosophus xlii. 99.
Olympus medicus xlvi. 151.
Onesicritus xxxvii. 15. & 99.
Oppius xxxvi. 19.

Index

Pænon Amathuſius i. 28.
Panætius xix. 3. & xxxi. 10.
Pappus Paſiphon xxxiii. 10.
Phanias Lesbius v. 26. ix. 16. & 29.
Phanias Epheſus v. 70.
Phanodemus ix. 28. & xxxi. 31.
Pherecydes i. 24. & 38.
Philippides Comicus xlv. 29.
Philippus Iſangeleus xxxvii. 99.
Philippus Chalcidenſis ibidem.
Philiſtus xxxiii. 61. & 92.
Philochorus i. 19. 38. 45. & 55.
Philon Thebanus xxxvii. 79.
Philoſtephanus iii. 54.
Phylarchus x. 34. & xxvii. 62.
Phrynichus Comicus vii. 54.
Pindarus iii. 50. & ix. 57.
Piſiſtratus i. 27.
Piſo iiii. 54.
Pyrrheus i. 4.
Plato ii. 67. & iii. 11.
Plato Comicus vii. 29.
Polemon Periegetanus xlviii. 23.
Polybius xiii. 34. xiiii. 67. xv. xvi. 65. xx. 25. & xxi. 31. 9.
Polycritus xxxvii. 99.
Poſidonius xiiii. 1. 42. & xxi. 32.
Promathio ii. 5.
Ptolemæus xxxvii. 99.
Pub. Volumnius xlii. 89.
Pyrrhus xxvii. 47.
Pytheas xliii. 33.
Rutilius xxviii. 58.
Saluſtius xxvi. 97.
Sappho xlv. 100.
Scipio Naſica xxi. 26.
Sextius Syllas ii. 30.
Simonides ix. 2. xxii. 63. & xxxv. 1.
Simulus poeta ii. 36.
Sophocles iiii. 64. xxii. 61. xxxvi. 164. & xlvii. 59.
Soſibius iii. 57.
Sotion xxxvii. 132.
Sphærus iii. 12.
Steſimbrotus ix. 47. & xi. 17.
Strabo philoſophus xxxii. 82.
Stratocles xv. 101.
Sylla xxvi. 13.
Taruntius mathematicus ii. 22.
Terpander poeta iii. 50.
Teleclides Comicus xxxiii. 11.
Thocritus vi. 60.
Theophanes xxxvi. 80.
Theophraſtus ix. 47. xx. 68. & xxx. 22.
Theopompus ix 48. & xxxv. 20.
Theopompus Comicus xxv. 26.
Thraſeas xl. 40.
Thucydides vii. 24. xix. 67. & xxxiii. 61.
Timæus xxii. 61. xxxiii. 61.
Timocreon Rhodius ix. 41.
Timonides xli. 55.
Timon Phliaſius xi. 8.
Timotheus xxxv. 28.
Titus xx.
Trogus xv. 99.
Tyro Ciceronis libertus xliiii. 84.
Tyrtæus iii. 14.
Valerius Antias ii. 28. & xviii. 38.
Valerius Maximus xiiii. 63. & xlii. 99
Varro ii. 33.
Xenophon iii. 2.
Zenodotus ii. 29.
Zeno iii. 72.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA PADOVA